37
11 G
3

TOMVS

TERTIVS OPERVM DIVI AVRELII AVGV-
STINI HIPPONENSIS EPI-
ſcopi, complectens τὰ διδακτικὰ, hoc eſt,
quæ propriè ad docendum
pertinent.



Di fra' Ottaviano Ancisa

B

A

PARISIIS,

Apud Carolam Guillard viduam Claudij Cheuallonij, & Gulielmum Desboys, ſub Sole aureo, in via diui Iacobi.

1 5 5 5.

AD LECTOREM.

IN HVNC tertium & quartum ſequentem Tomos digeſsimus τὰ διδακτικά, hoc eſt, quæ nec ſunt epiſtolæ, nec ad populum dicta, nec aduerſus hæreticos pugnantia, ſed lectori erudiendo ſcripta. Notha cenſuris additis indicauimus, ne quis erret inſciens.

CATALOGVS.

De doctrina Chriſtiana. Lib. IIII.	folio. 2.	columna. 1.
Locutionum. Lib. VII.	22.	col. 1.
De fide & Symbolo. Lib. 1.	32.	col. 1.
Enchiridion ad Laurentium. Lib. I.	34.	col. 4.
De eccleſiaſticis dogmatibus. Lib. I.	44.	col. 4.
De fide ad Petrum diaconum. Lib. I.	48.	col. 1.
De Trinitate. Lib. XV.	54.	col. 3.
De Geneſi ad literam imperfectus. Lib. I.	108.	col. 4.
De Geneſi ad literam. Lib. XII.	113.	col. 4.
De mirabilibus ſacræ ſcripturæ. Lib. III.	159.	col. 3.
De agone Chriſtiano. Lib. I.	172.	col. 1.
De opere monachorum. Lib. I.	175.	col. 3.
De ſpiritu & litera ad Marcellinum. Lib. I.	181.	col. 4.
De diuinatione dæmonum. Lib. I.	190.	col. 1.
De ſpiritu & anima. Lib. I.	191.	col. 4.
Speculum. Lib. I.	204.	col. 3.
Quæſtiunculæ de Trinitate.	233.	col. 2.
De benedictionibus Iacob Patriarchæ.	234.	col. 1.
Sententiæ.	239.	col. 2.

A DIVI AV-
RELII AVGVSTINI DE
Doctrina Chriſtiana, Li-
ber Primus.

PROLOGVS.

SVNT præcepta quædã tractan-
darum ſcripturarum, quę ſtudio-
ſis earum video non incommo-
de poſſe tradi, vt non ſolum le-
gendo alios qui diuinarum lite-
rarum operta aperuerunt, ſed &
aliis ipſi aperiendo proficiant.
Hæc tradere inſtitui volentibus
& valentibus diſcere, ſi deus ac dominus noſter ea quæ
de hac re cogitanti ſolet ſuggerere, etiam ſcribẽti mihi
non deneget. Quod antequam exordiar, videtur mihi
reſpondendum eſſe his qui hæc reprahẽſuri ſunt, aut re-
B prehenſuri eſſent, ſi eos non antè placaremus. Quod ſi
nonnulli etiã poſt ita reprehenderint, ſaltem alios non
mouebunt, nec ab vtili ſtudio ad imperitiæ pigriciã re-
uocabunt, quos mouere poſſent, niſi præmunitos præ-
paratóſque inuenirent. Quidem enim reprehenſuri ſunt
hoc opus noſtrum, cum ea quæ præcepturi ſumus non
intellexerint. Quidam vero cum intellectis vti volue-
rint, conatique fuerint ſcripturas diuinas ſecũdum hæc
præcepta tractare, neque valuerint aperire atque expli-
care quæ cupiunt, inaniter me laboraſſe arbitrabuntur.
Et quia ipſi non adiuuabuntur hoc opere, nullum adiu-
uari poſſe cenſebunt. Tertium genus eſt reprehẽſorum,
qui diuinas ſcripturas vel reuera bene tractant, vel bene
tractare ſibi videntur. Qui quoniam nullis huiuſcemo-
di obſeruationibus lectis quales nunc tradere inſtitui,
facultatem exponendorum ſanctorum librorum ſe aſ-
ſecutos vel vident vel putant, nemini eſſe iſta præcepta
neceſſaria, ſed potius totum quod de illarum literarum
obſcuritate laudabiliter aperitur, diuino munere fieri
poſſe clamitabũt. Quibus omnibus breuiter reſpondẽs,
Illis qui hæc quæ ſcribimus non intelligunt, hoc dico,
me ita non eſſe reprehendendum, quia hæc non intel-
C ligunt, tanquam ſi lunam veterem vel nouam ſydúsve
aliquod minime clarum vellent videre, quod ego intẽ-
to digito demonſtrarem, Illis autem nec ad ipſum di-
gitum meum videndum ſufficiens eſſet acies oculorũ,
non propterea mihi ſuccenſere deberent? Illi verò qui
etiam iſtis præceptis cognitis atque perceptis, ea quæ in
diuinis libris obſcura ſunt intueri nequiuerint, arbitren
tur ſe digitum quidem meum intueri poſſe, ſydera ve-
rò quibus demonſtrandis intenditur, videre non poſſe.
Et illi ergo & iſti me reprehendere deſinant, & lumen
oculorum diuinitus ſibi præberi deprecentur. Nõ enim
ſi poſſum membrum meum ad aliquid demõſtrandum
mouere, poſſum etiam oculos accendere, quibus vel ip-
ſa demonſtratio mea, vel etiã illud quod volo demon-
ſtrare cernatur. Iam vero eorum qui diuino munere ex-
ultant, & ſine talibus præceptis qualia nunc tradere in-
ſtitui, ſe ſanctos libros intelligere atque tractare glori-
antur, & propterea ſuperflua voluiſſe me ſcribere exi-
Antonius ſtimant, ſic eſt lenienda commotio, vt quanuis magno
eremita, dei munere iure lætentur, recordentur ſe tamen per ho
θεοδίδα- mines didiciſſe vel literas. Nec propterea ſibi ab Anto-
κτος. nio ſancto & perfecto viro Aegyptio monacho inſul-

tari debere, qui ſine vlla ſciẽtia literarum ſcripturas di- D
uinas, & memoriter audiendo tenuiſſe, & prudenter co
gitando intellexiſſe prędicatur. Aut ab illo ſeruo Barba-
ro Chriſtiano, de quo à grauiſsimis fidéque digniſsimis
viris nuper accepimus: qui literas quoq; ipſas nullo do-
cente homine, in plenam noticiam orando vt ſibi reue
larentur accepit, triduanis precibus impetrans, vt etiam
codicem oblatũ ſtupentibus qui aderãt legendo percur
reret. At ſi hæc quiſq; falſa arbitretur, non ago pugnaci-
ter. Certe enim quoniam cum Chriſtianis nobis res eſt;
qui ſe ſcripturas ſanctas ſine duce homine gaudẽt noſ-
ſe, & ſi ita eſt, vero & nõ mediocri gaudent bono, con-
cedãt neceſſe eſt vnumquenq; noſtrũ & ab ineunte pue-
ricia conſuetudine audiendi linguam ſuam didiciſſe, &
aliam aliquã vel Græcam vel Hebræam vel quamlibet
cæterarum, aut ſimiliter audiendo, aut per hominẽ præ-
ceptorem accepiſſe. Iam ergo ſi placet, moneamus om-
nes fratres, ne paruulos ſuos iſta doceant, quia momen-
to vno temporis adueniente ſpiritu ſancto, repleti Apo
ſtoli omnium gentium linguis locuti ſunt: aut cui talia
non prouenerint, nõ ſe arbitretur eſſe Chriſtianum, aut
ſpritum ſanctũ accepiſſe ſe dubitet: Immo vero & quod E
per hominem diſcendum eſt, ſine ſuperbia diſcat, & per
quẽ docetur alius, ſine inuidia tradat quod accepit. Neq;
tentemus eum cui credidimus, ne talibus inimici verſu-
tiis & peruerſitate decepti, ad ipſum quoq; Euangelium
audiendum atq; diſcendum nolimus ire in eccleſias, aut
codicem legere, aut legẽtem prædicantemq; hominem
audire, & expectemus rapi vſq; in tertium cœlum, ſiue in
corpore, ſiue extra corpus, ſicut dixit Apoſtolus, & ibi au *2.Cor.12.*
dire ineffabilia verba, quæ nõ licet homini loqui: aut ibi
videre dominũ Ieſum Chriſtum, & ab illo potius quàm
ab hominibus audire Euangeliũ. Caueamus tales tenta-
tiones ſuperbiſsimas & periculoſiſsimas, magiſq; cogi-
temus & ipſum Apoſtolũ Paulum, licet diuina & cœleſti *Act.9.*
voce proſtratũ & inſtructum, ad hominem tamen miſ-
ſum eſſe vt ſacramẽta perciperet atq; copularetur eccle-
ſiæ: & Centurionẽ Cornelium quãuis exauditas oratio- *Act.10.*
nes eius eleemoſynaſq; reſpectas ei angelus nunciaue-
rit, Petro tamen traditum imbuendum, per quem nõ ſo
lum ſacramenta perciperet, ſed etiam quid credendum,
quid ſperandum, quid diligẽdum eſſet audiret. Et pote-
rant vtiq; omnia per angelũ fieri: ſed abiecta eſſet huma
na cõditio, ſi per homines hominibus verbũ ſuum deus
miniſtrare nolle videretur. Quo modo enim verũ eſſet F
quod dictum eſt, Templum enim dei ſanctum eſt quod *1.Cor.3.*
eſtis vos, ſi deus de humano templo reſponſa non red-
deret, & totum quod diſcẽdum hominibus tradi vellet
de cœlo atque per angelos perſonaret? Deinde ipſa cha
ritas quæ ſibi inuicem homines nodo vnitatis aſtringit,
non haberet aditum refundendorũ & quaſi miſcendo-
rum ſibimet animorum, ſi homines per homines nihil
diſcerent. Et certe ſpadonem illum qui Eſaiam Prophe-
tam legens nõ intelligebat, neq; Apoſtolus ad angelum *Act.8.*
miſit, nec per angelum ei quod non intelligebat expoſi-
tum, aut diuinitus in mente ſine hominis miniſterio re-
uelatum eſt: ſed potius ſuggeſtione diuina miſſus eſt ad
eum, ſeditq; cum eo Philippus, qui nouerat Eſaiam Pro
phetã, eiq; humanis verbis & lingua quod in ſcriptura *Exod.18.*
illa tectũ erat, aperuit. Nónne cum Moyſe deus loque-
batur, & tamẽ conſilium regendi atque adminiſtrandi
tam magni populi à ſocero ſuo alienigena ſcilicet ho-
mine, & maxime prouidus & minime ſuperbus accepit?
Nouerat enim ille vir ex quacunque anima verum cõſi-
lium proceſsiſſe, nõ ei, ſed illi qui eſt veritas incommu-

G tabili deo tribuendum eſſe. Poſtremo quiſquis ſe oullis præceptis ioſtructum diuino munere quæcunq; in ſcripturis ſanctis obſcura ſuot intelligere gloriatur, beoe quidem credit, & verum eſt oon eſſe illam ſuam facultatem quaſi ex ſeipſo exiſtentem, ſed diuino munere traditam. Ita enim dei gloriam quærit, non ſuam. Sed cum legit, & oullo ſibi hominum exponente intelligit, cur ipſe aliis affectat exponere, ac noo potius eos remitcot deo, vt ipſi qunque non per homioem, ſed illo intus docente intelligaot? Sed videlicet timet oe audiat à domi-
Matth.25. oo. Serue nequam, dares pecuniam meã nummulariis. Sicut ergo hi ea quæ intelliguot prnduot cæteris vel loquendo vel ſcribendo, ita ego quoque ſi ooo ſolum ea quæ intelligaot, ſed etiam intelligendo ea quæ obſeruẽt prodidero, culpari ab eis profecto noo debeo: quaoquã oemo debeat aliquid ſic habere quaſi ſuum proprium,
Ioan.14. oiſi fortè mẽdacium. Nam omoe verum ab illo eſt qui
1.Cor.4. ait, Ego ſum veritas. Quid enim habemus quod oõ accepimus? Quod ſi accepimus, quid gloriamur quaſi noo acceperimus? Qui legit audientibus literas, vtique quas
H agnoſcit enunciat, Qui autem ipſas literas tradit, hoc agit vt alij quoque legere nouerint, vterque tamen hoc inſiouat quod accepit. Sicut etiam qui ea quæ io ſcripturis intelligit expooit audientibus, tanquam literas quas agnoſcit pronunciat lectoris officio. Qui autem præcipit quo modo intelligeodnm ſit, ſimilis eſt tradenti literas, hoc eſt præcipieoti quo modo ſit legeodum: vt quo modo ille qui legere nouit alio lectore non indiget, cũ codicem iouenerit à quo audiat quid ibi ſcriptum ſit: ſic iſte qui præcepta quæ conamur tradere acceperit, cum io libris aliquid obſcuritatis iouenerit, quaſdam regulas veluti literas tenens intellectorem alium, nõ requirat, per quẽ ſibi quod opertum eſt retegatur, ſed quibuſdam veſtigiis iodagatis ad occultum ſenſum ſine vllo errore ipſe perueoiat, aut certe in abſurditatẽ prauæ ſententiæ noo incidat. Quapropter quãquam & in ipſo opere ſatis apparere poſsit, huic officioſo labori noſtro noo recte aliquem cootradicere, tamen ſi huiuſcemodi proœmio quibuſlibet obſiſtenõbus conuenienter videtur eſſe reſpõſum; huius viæ quam in hoc libro ingredi volumus, tale oobis occurrit exordium.

Inuentio & pronunciatio. Cap.I. QVAE SVNT res quibus oititur omois tractatio ſcripturarum. Modus inueniendi quæ intelligenda ſunt, & modus proferendi quæ intellecta ſuot. De iouenieodo prius, de pro-
I ferendo poſtea differemus. Magnum onus† & arduum,
† opus. & ſi ad ſuſtinendum difficile, vereor ne ad ſuſcipiendum temerariũ. Ita ſanè ſi de nobiſipſis præſumeremus. Nunc vero cum in illo ſit ſpes peragendi huius operis, à quo oobis in cogitatione multa de hac re iam tradita tenemus, non eſt metuendum ne dare deſinat cætera, cum ea quæ data ſunt cœperimus impendere. Omnis enim res quæ dando non deficit, dum habetur & nõ datur, nondum habetur quo modo habenda eſt. Ille enim
Matth.13. ait, Qui habet dabitur ei. Dabit ergo habentibus, id eſt, cum benignitate vteotibus eo quod acceperunt, adim-
Matth.14. & 15. plebit atque cumulabit quod dedit. Illi quioq; & illi ſeptem erant paoes, antequã inciperent dari eſurientibus. Quod vbi fieri cœpit, cophinos & ſportas ſatiatis tot hominum milibus impleuerunt. Sicut ergo ille panis dum frangeretur accreuit, ſic ea quæ ad hoc opus aggredieodum iam dominus præbuit cum diſpenſari cœperint, eoipſo ſuggerente multiplicabuntur, vt io ipſo hoc oostro mioiſterio, oõ ſolum nullam patiamur inopiam, ſed de mirabili etiam abundantia gaudeamus.

Omnis doctrina vel rerum eſt vel ſignorum, ſed K
res per ſigna diſcuntur. Proprie autem nunc res appel- *Res & ſigna. Ca.II.*
laui, quę non ad ſignificandũ aliquid adhibeotur, ſicuti eſt lignum, lapis, pecus, atque huiuſmodi cætera. Sed nõ *1 ſen. diſt.1. cap.1.*
illud ligoũ quod io aquas amaras Moyſem † legiſſe legimus, vt amaritudine carerent: neque ille lapis quem *† proieciſſe.*
Iacob ſibi ad caput poſuerat: neq; illud pecus quod pro *Exod.15.*
filio immolauit Abraham. Hæ nanque ita ſunt vt alia- *Gene.28. & 29.*
rum etiam ſigna ſiot rerum. Suot autem alia ſigna quorum omnis vſus in ſignificando eſt, ſicuti ſunt verba. Nemo enim vtitur verbis niſi aliquid ſignificandi gratia. Ex quo intelligitur quid appellem ſigna, res eas videlicet quę ad ſignificandũ aliquid adhibeotur. Quamobrem omne ſignum etiam res aliqua eſt. Quod enim nulla res eſt, omnino oihil eſt. Non autem omois res etiam ſignum eſt. Et ideo in hac diuiſione rerum atque ſigoorum, cum de rebus loquemur ita loquemur, vt etiã ſi earum aliquæ adhiberi ad ſignificandum poſſunt, nõ impediant partitionem qua prius de rebus, poſtea de ſignis differemus, memoriterq; teneamus id nunc in re- L
bus cõſideraodum eſſe quod ſunt, oon quod aliud etiã *Rerũ diuiſio. Cap.III.*
præter ſeipſas ſignificant. Res ergo aliæ ſunt quibus fruẽdum eſt, aliæ quibus vtendum, aliæ quæ fruuntur & vtuntur. Illæ quibus fruendum eſt, beatos nos faciunt, Iſtis quibus vtendum eſt, tendeotes ad beatitudinẽ adiuuamur, & quaſi adminiculamur, vt ad illas quæ nos beatos faciuot peruenire, atque his inhærere poſſimus. Nos vero qui fruimur & vtimur, inter vtraſq; conſtituti, ſi eis quibus vtendum eſt frui voluerimus, impeditur curſus noſter, & aliquãdo etiam deflectitur, vt ab his rebus quibus fruendum eſt obtinendis, vel retardemur, vel etiam reuocemur, inferiorum amore præpediti. *1.ſent. di.1. ca. Id ergo.*

Frui eoim eſt amore alicui rei iohærere propter *Frui & vti. Cap.IIII.*
ſeipſam. Vti autem quod io vſum venerit ad id quod amas obtinendum referre, ſi tameo amandum eſt. Nam vſus illicitus, abuſus potius vel abuſio oomioandus eſt. Quo modo ergo ſi eſſemus peregrini, qui beatè viuere niſi in patria non poſſemus, eàque peregrioatione vtique miſeri, & miſeriam finire cupientes, io patriam redire vellemus, opus eſſet vel terreſtribus vel marinis vehiculis quibus vtendum eſſet vt ad patriam qua fruendum erat peruenire valeremus: quòd ſi amœnitates itineris & ipſa geſtatio vehiculorum nos delectaret, con- M
uerſi ad fruendum his quibus vti debuimus, nollemus cito viam finire, & peruerſa ſuauitate implicati alienaremur à patria cuius ſuauitas faceret beatos, Sic in huius mortalitatis vita peregrinantes à domino ſi redire in patriam volumus, vbi beao eſſe poſſumus, vtendum eſt hoc mundo, nõ fruendum vt iouiſibilia dei per ea quæ *1.Cor.5.* *Roma.1.*
facta ſunt intellecta conſpiciaotur: hoc eſt, vt de corporalibus temporalibusq; rebus æterna & ſpiritalia capiamus.

Res igitur quibus fruendum eſt, pater & filius *Trinitas. Cap.V.*
& ſpiritus ſanctus eſt, eadémque trinitas, voa quædam ſumma res communiſque omoibus fruentibus ea, ſi tamen res & oon rerum omoiũ cauſa ſit, ſi tamen & cauſa. Noo enim facile nomẽ quod tantæ excellentiæ conueniat poteſt iouenirì, niſi quòd melius ita dicitur, Trinitas hæc, vnus deus ex quo omnia, per quem omnia in quo omnia. Ita pater & filius & ſpiritus ſanctus, & ſingulus quiſq; horum deus, & ſimul omnes vnus deus, & ſingulus quiſq; horum plena ſubſtãtia, & ſimul omnes vna ſubſtaotia. Pater nec filius eſt nec ſpiritus ſanctus: filius nec pater eſt nec ſpiritus ſanctus: ſpiritus ſanctus nec pater eſt nec filius: ſed pater taotũ pater, & filius tantũ filius, & ſpiritus ſanctus tãtum ſpiritus ſanctus. Eadem tribus

æternitas,

A æternitas, eadem incõmutabilitas, eadem maieſtas, eadem poteſtas. In patre vnitas, in filio æqualitas, in ſpiritu ſancto vnitatis æqualitatiſq; concordia, Et tria hæc vnũ omnia propter patrem, æqualia omnia propter filium, connexa omnia propter ſpiritum ſanctum. Diximús ne aliquid & ſonuimus aliquid dignũ deo? Immo vero me nihil aliud quàm dicere voluiſſe ſentio. Si autem dixi, nõ eſt hoc quod dicere volui. Hoc vnde ſcio, niſi quia deus ineffabilis eſt: quod autem à me dictũ eſt, ſi ineffabile eſſet dictum non eſſet. Ac per hoc ne ineffabilis quidem dicẽdus eſt deus, quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur. Et fit neſcio quæ pugna verborum, quoniam ſi illud eſt ineffabile quod dici non poteſt, non eſt ineffabile quod vel ineffabile dici poteſt. Quæ pugna verborum ſilentio cauenda potius quàm voce pacanda eſt. Et tamẽ deus, cùm de illo nihil digne dici poſsit, admiſit humanę vocis obſequium, & verbis noſtris in laude ſua gaudere nos voluit. Nam inde eſt quod & dicitur deus. Non enim reuera in ſtrepitu iſtarum duarum ſyllabarum ipſe cognoſcitur, ſed tamen omnes Latinæ linguæ ſocios, cum aures eorum ſonus iſte tetigerit, mouet ad cogitandam excellentiſsimam quãdam immor-

Deus ineffabilis. Cap. VI.

B talèmque naturam. Nam cum ille vnus cogitatur deorum deus, ab his etiam qui alios & ſuſpicãtur & vocant & colunt deos, ſiue in cœlo ſiue in terra, ita cogitatur, vt aliquid quo nihil melius ſit atque ſublimius, illa cogitatio conetur attingere. Sanè quoniã diuerſis mouẽtur bonis, partim eis quæ ad corporis ſenſum, partim eis quæ ad animi intelligentiam pertinent, Illi qui dediti ſunt corporis ſenſibus, aut ipſum cœlum, aut quod in cœlo fulgentiſsimum vident, aut ipſum mũdum, deum deorum eſſe arbitrantur. Aut ſi extra mundum ire contendunt, aliquid lucidum imaginantur, idq; vel infinitum vel ea forma quæ optima videtur inani ſuſpicione conſtituunt, aut humani corporis figuram cogitant, ſic eam cæteris anteponunt. Quòd ſi vnum deum deorum eſſe non putant, & potius multos aut innumerabiles æqualis ordinis deos, etiã eos tamen prout cuique aliquid corporis videtur excellere, ita figuratos animo tenent. Illi autem qui per intelligentiam pergunt videre quod deus eſt, omnibus eum naturis viſibilibus & corporalibus, intelligibilibus etiam & ſpiritalibus omnibus mutabilibus præferunt. Omnes tamẽ pro excellentia dei cer-

Deũ oẽs intelligũt id, quo nihil melius. Cap. VII.

C tatim dimicant. Nec quiſquam inueniri poteſt, qui hoc deum credat eſſe quo melius aliquid eſt. Itaque hoc omnes deum cõſentiunt eſſe, quod cæteris rebus omnibus anteponunt. Et quoniam omnes qui de deo cogitant, viuum aliquid cogitant, illi ſoli poſſunt nõ abſurda & indigna de deo exiſtimare, qui vitam ipſam cogitant, & quæcunque illis forma occurrerit corporis, eam vita viuere vel non viuere ſtatuunt, & viuentem non viuenti anteponunt, eamq; ipſam viuentem corporis formã quantalibet luce præfulgeat, quantalibet magnitudine præmineat, quantalibet pulchritudine ornetur, aliud eſſe ipſam, aliud vitam qua vegetatur intelligunt: eamq; illi moli quæ ab illa vegetatur & animatur dignitate incõparabili pręferunt. Deinde ipſam vitã pergunt inſpicere: & ſi eam ſine ſenſu vegetantẽ inuenerint, qualis eſt arborũ, præponunt ei ſentientem, qualis eſt pecorum: & huic rurſus intelligentem, qualis eſt hominum. Quam cũ adhuc mutabilem viderint, etiam huic aliquã incõmutabilem coguntur præponere: illam ſcilicet vitã quæ non aliquando deſipit, aliquando ſapit, ſed eſt potius ipſa ſapientia. Sapiens enim mens, id eſt, adepta ſapientiam, antequã adipiſceretur nõ erat ſapiens. At vero

Deo nihil ſapientius. Cap. VIII.

ipſa ſapientia, nec fuit vnquã inſipiens, nec eſſe vnquã poteſt. Quam ſi non viderent, nullo modo plena fiducia vitam incõmutabiliter ſapientẽ, commutabili vitæ anteponerent. Ipſam quoq; regulam veritatis qua illam clamant eſſe meliorem, incõmutabilem vident. Nec vſpiam niſi ſupra ſuã naturam vident, quandoquidem ſe vident mutabiles. Nemo eſt enim tam imprudenter inſulſus qui dicat, vnde ſcis incommutabiliter ſapientem vitam cõmutabili eſſe præferẽdam? Idipſum enim quod interrogat, vnde ſciã, omnibus ad contemplandum cõmuniter atq; incõmutabiliter præſto eſt. Et hoc qui non videt, ita eſt quaſi cæcus in ſole, cui nihil prodeſt ipſis locis oculorũ eius tam clarę ac præſentis lucis fulgor infuſus. Qui autem videt ac refugit, cõſuetudine vmbrarum carnalium inualidam aciem mentis gerit. Prauorũ igitur morum quaſi contrariis flatibus ab ipſa patria repercutiuntur homines, poſteriora atq; inferiora ſectantes, quàm illud quod eſſe melius atq; pręſtantius cõfitentur. D

Peruerſum iudicium. Cap. IX.

Quapropter cum illa veritate perfruendum ſit, quæ incommutabiliter viuit, & in ea trinitas deus author & conditor vniuerſitatis rebus quas condidit conſulat, purgandus eſt animus vt perſpicere illam lucem valeat & inhærere perfecte. Quam purgationem quaſi ambulationem quandam, & quaſi nauigationem ad patriam eſſe arbitremur. Non enim ad eum qui vbique præſens eſt, locis mouemur, ſed bono ſtudio boniſq; moribus. E

Purgat⁹ animus deũ videt. Cap. X.

Quod non poſſemus niſi ipſa ſapientia tãtæ etiam noſtræ infirmitati cõgruere dignaretur, & viuendi nobis præberet exemplũ, non aliter quàm in homine, quoniam & nos homines ſumus. Sed quia nos cũ ad illam venimus, ſapienter facimus: ipſa cũ ad nos venit, ab hominibus ſuperbis quaſi ſtulte feciſſe putata eſt. Et quoniam nos cum ad illam venimus, conualeſcimus: ipſa cũ ad nos venit: quaſi infirma exiſtimata eſt. Sed quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Cum ergo ipſa ſit patria, viam ſe quoque nobis fecit ad patriam. Et cum ſano & puro interiori oculo vbiq; ſit pręſens, corum qui oculum illum infirmũ immundumq; habent, oculis etiã carneis apparere dignata eſt. Quia enim in ſapiẽtia dei non poterat mũdus per ſapientiam cognoſcere deum, placuit deo per ſtulticiã prædicationis ſaluos facere credentes. Non igitur per locorum ſpacia veniẽdo, ſed in carne mortali mortalibus apparendo veniſſe ad nos dicitur. Illuc enim venit vbi erat, quia in hoc mũdo erat, & mundus per eum factus eſt. Sed quoniam cupiditate fruendi pro ipſo creatore creatura, homines configurati huic mundo, & mundi nomine congruentiſsime vocati, non eum cognouerunt, propterea dixit Euangeliſta, Et mundus eum non cognouit. Itaq; in ſapientia dei non poterat mundus per ſapientiam cognoſcere deum. Cur ergo venit cum hic eſſet, niſi quia placuit deo per ſtulticiam prædicationis ſaluos facere credentes? F

Cur deus factus homo. Cap. XI.

1. Cor. 1.

Deus viſibilis induta carne. Cap. XII.

1. Corin. 1.

Ioan. 1.

Ibidem.

Quo modo venit, niſi quia verbum caro factum eſt & habitauit in nobis? Sicuti cum loquimur, vt id quod in anima gerimus, in audientis animum per aures carneas illabatur, fit ſonus, verbum quod corde geſtamus, & locutio vocatur: nec tamen in eundem ſonum cogitatio noſtra cõuertitur, ſed apud ſe manens integra, formam vocis qua ſe inſinuet auribus ſine aliqua labe ſine mutatione aſſumit: ita verbum dei non commutatũ, caro tamen factum eſt vt habitaret in nobis. Sicut autem curatio via eſt ad ſanitatẽ, ſic iſta curatio peccatores ſanandos reficiendoſq; ſuſcepit. Et quemadmodum medici cum alligant vulnera, nõ incompoſite, ſed apte id fa-

Verbũ quo modo caro factum. Cap. XIII.

Deus hominẽ quo modo ſanarit. Cap. XIIII.

G id faciunt, vt vinculi vtilitatem quædam pulchritudo
etiam conſequatur: ſic medicina ſapientiæ per hominis
ſuſceptionem noſtris eſt accommodata vulneribus, de
quibuſdam contrariis curãs, & de quibuſdam ſimilibus.
Sicut etiam ille qui medetur vulneri corporis, adhibet
quædam cõtraria, ſicut frigidum calido, vel humidum
ſicco, vel quid aliud huiuſmodi. Adhibet etiam quædã
ſimilia, ſicut linteolum vel rotundo vulneri rotundum,
vel oblongũ oblongo, ligaturamq; ipſam non eandem
Sapien.11. membris omnibus, ſed ſimilem ſimilibus coaptat: ſic ſa-
pientia dei hominẽ curans, ſeipſam exhibuit ad ſanan-
dum, ipſa medicus, ipſa medicina. Quia ergo per ſuper-
biam homo lapſus eſt, humilitatem adhibuit ad ſanan-
dum. Serpentis ſapientia decepti ſumus, dei ſtulticia li-
beramur. Quemadmodum autem illa ſapientia vocaba
tur, erat autem ſtulticia contemnentibus deum: ſic iſta
quæ vocatur ſtulticia, ſapientia eſt vincentibus diabo-
lum. Nos immortalitate male vſi ſumus vt moreremur,
Chriſtus mortalitate bene vſus eſt vt viueremus. Cor-
rupto animo fœminæ ingreſſus eſt morbus: integro cor
pore fœminæ proceſsit ſalus. Ad eadem contraria per-
H tinet quòd etiam exemplo virtutũ eius vicia noſtra cu-
rantur. Iam vero ſimilia quaſi ligamenta membris &
vulneribus noſtris adhibita illa ſunt, quòd per fœmi-
nam deceptos, per fœminã natus, homo homines, mor-
talis mortales, morte mortuos liberauit. Multa quo-
que alia diligentius conſiderantibus quos inſtituti ope-
ris peragendi neceſsitas non rapit, vel à contrariis, vel
à ſimilibus medicinæ Chriſtianæ apparet inſtructio.

Fulcitur fi- Iam vero credita domini à mortuis reſurrectio, &
des reſurre- in cœlum aſcenſio, magna ſpe fulcit fidem noſtrã. Mul-
ctione et a- tum enim oſtendit quàm volũtarie pro nobis animam
ſcenſione. poſuerit, qui ſic eam habuit in poteſtate reſumere. Quan
Cap.XV. ta ergo ſe fiducia ſpes credentium conſolatur, conſide
Marci.16. rans quãtus quanta pro nondum credentibus paſſus ſit.
Ioan.10. Cum enim iudex viuorum atque mortuorum expecta-
Acto.10. tur è cœlo, magnum timorem incutit negligentibus,
† al. dili-* vt ſe ad indulgentiam†* conuertant, eúmque magis be-
gentiam. ne agendo deſiderent, quàm male agendo formident.
Quibus autem verbis dici, aut qua cogitatione capi po-
teſt præmium quod ille in fine daturus eſt: quando ad
conſolationem huius itineris tantum dedit de ſpiritu
Ephe.1. ſuo, quo in aduerſis vitæ huius fiduciam charitatémque
tantam eius quem nondum videmus habeamus: & do-
I na vnicuique propria ad inſtructionem Eccleſię ſuæ, vt
id quod oſtendit eſſe faciendum, non ſolum ſine mur-
† delectione mure, ſed etiam cum delectatione † faciamus. Eſt
Eccleſia enim Eccleſia corpus eius, ſicut Apoſtolica doctrina
Chriſti ſpõ- commendat, quæ etiam coniunx eius dicitur. Corpus
ſa.Ca.XVI. ergo ſuum multis membris diuerſa officia gerentibus,
Ephe.5. nodo vnitatis & charitatis tanquam ſanitatis aſtrin-
git. Exercet autem hoc tempore & purgat medicina-
libus quibuſdam moleſtiis, vt erutam de hoc ſeculo, in
æternum ſibi copulet coniugem eccleſiam, non haben-
tem maculam neque rugam, aut aliquid huiuſmodi.

Via ad Porrò quoniam in via ſumus, nec via iſta loco-
Chriſtum. rum eſt, ſed affectuum, quam intercludebant quaſi ſep-
Ca.XVII. ta quædam ſpinoſa præteritorum maliciæ peccatorum,
quid liberalius & miſericordius facere potuit qui ſeip-
ſum nobis quo rediremus ſubſternere voluit, niſi vt om
nia donaret peccata conuerſis, & grauiter fixa interdi-
Claues Ec- cta reditus noſtri pro nobis crucifixus euelleret?
cleſiæ. Has igitur claues dedit Eccleſiæ ſuæ, vt quæ ſol-
Ca.XVIII. ueret in terra, ſoluta eſſent in cœlo: quæ ligaret in ter-
Matth.16. ra, ligata eſſent & in cœlo: ſcilicet vt quiſquis in Eccle-
ſia eius dimitti ſibi peccata non crederet, non ei dimit- K
terentur: quiſquis autem crederet, ſeq; ab his correctus
auerteret in eiuſdem Eccleſiæ gremio cõſtitutus, eadem
fide atq; correctione ſanaretur. Quiſquis enim nõ cre-
dit dimitti ſibi poſſe peccata, fit deterior deſperando,
quaſi nihil illi melius quàm malum eſſe remaneat, vbi
de fructu ſuæ conuerſionis infidus eſt. Iam vero ſi- *De renaſcẽ-*
cut animi quædam mors eſt, vitę prioris morúmque re- *tia corporis*
iectio, † quæ fit pœnitendo: ſic etiã corporis mors eſt ani *& animi.*
mationis priſtinæ reſolutio. Et quo modo animus poſt *Cap.XIX.*
pœnitentiam qua priores mores perditos interemit, re- *† relictio.*
formatur in melius, ſic etiam corpus poſt iſtam mor-
tem quam vinculo peccati omnes debemus, creden-
dum & ſperãdum eſt reſurrectionis tempore in melius
commutari: vt non caro & ſanguis regnum dei poſ-
ſideant, quod fieri non poteſt, ſed corruptibile hoc in-
duat incorruptionem, & mortale hoc induat immor- *1.Cor.15.*
talitatem, nullámque faciens moleſtiam, quia nullam
patietur indigentiam à beata perfectáque anima cum
ſumma quiete vegetetur. Cuius autem animus non *Qui nõ re-*
moritur huic ſeculo, neque incipit configurari verita- *naſcantur.*
ti, in grauiorem mortem morte corporis trahitur. Ne- *Cap.XX.*
que ad communionẽ cœleſtis beatitudinis, ſed ad luen- L
da ſupplicia reuiuiſcet. Hoc itaque fides habet, at- *Inæqualis*
que ita rem ſe habere credendum eſt, neq; animum, ne- *reſurrectio*
que corpus humanum omnimodum interitum pati: ſed *bonorũ &*
impios reſurgere ad pœnas ineſtimabiles, pios autem ad *malorum.*
vitam æternam. In his igitur omnibus rebus illæ *Cap.XXI.*
tantum ſunt quibus fruendum eſt, quas æternas atq; in- *Ioan.5.*
commutabiles commemorauimus. Cæteris autem vten *Solo deo*
dum eſt, vt ad illarum perfruitionem peruenire poſsi- *fruendum.*
mus. Nos itaq; qui fruimur & vtimur aliis rebus, res ali- *Cap.XXII.*
quæ ſumus. Magna enim quædã res eſt homo factus ad *1.ſen. diſ.1.*
imaginem & ſimilitudinem dei, non inquantum mor- *ca. Id ergo.*
tali corpore includitur, ſed inquãtum beſtias rationalis *Gene.1.*
animæ honore præcellit. Itaq; magna quęſtio eſt, vtrum
frui ſe debeant homines, an vti, an vtrunq;. Præceptum *1.ſen diſt.1.*
eſt enim nobis vt diligamus inuicem. Sed quęritur vtrũ *ca. cũ autẽ.*
propter ſe homo ab homine diligẽdus ſit, an propter a-
liud. Si enim propter ſe, fruimur eo: ſi propter aliud, vti-
mur eo. Videtur autem mihi propter aliud diligendus.
Quod enim propter ſe diligendũ eſt, in eo conſtituitur
vita beata. Cuius etiã ſi nondum res, tamen ſpes eius nos
hoc tẽpore cõſolatur. Maledictus autem qui ſpem ſuã *Hiere.17.*
ponit in homine. Sed nec ſeipſo quiſquã frui debet, ſi li M
quido aduertas, quia nec ſeipſum debet propter ſeipſum
diligere, ſed propter illud quo fruẽdum eſt. Tunc quip-
pe eſt optimus homo, cũ tota vita ſua peragitur*† in in- **† al. pergit*
cõmutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi. Si autẽ
ſe propter ſe diligit, non ſe refert ad deũ, ſed ad ſeipſum
conuerſus, non ad incõmutabile aliquid conuertitur. Et
propterea iã cũ defectu aliquo ſe fruitur, quia melior eſt
cum totus hæret atq; conſtringitur incõmutabili bono,
quàm cũ inde vel ad ſeipſum relaxatur. Si ergo teipſum,
nõ propter teipſum debes diligere, ſed propter illud vbi
dilectionis tuæ rectiſsimus finis eſt, nõ ſuccenſeat alius
homo, ſi etiam ipſum propter deum diligis. Hæc enim
regula dilectionis diuinitus conſtituta eſt, Diliges, in- *3.ſen. diſt.*
quit, proximum tuum ſicut teipſum: deum verò ex toto *27.cap.con-*
corde, & ex tota anima, & ex tota mẽte, vt omnes cogi- *ſequenter.*
tationes tuas & omnẽ vitam & omnẽ intellectum in il- *Matth.22.*
lum cõferas, à quo habes ea ipſa quæ cõfers. Cum autem *Leuiti.19.*
ait, Toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitæ *Deute.6.*
noſtræ partem reliquit quæ vacare debeat, & quaſi lo- *3.ſen.d.27.*
cum dare vt alia re velit frui, ſed quicquid aliud diligen *c. dilectionẽ.*
dum venerit

A dum venerit in animum, illuc rapiatur,quò totius dile-
ctionis impetus currit. Quiſquis ergo recte proximum
diligit, hoc cum eo debet agere, vt etiam ipſe toto cor-
de,tota anima,tota mente diligat deum. Sic enim eum
diligens tanquã ſeipſum, totam dilectionem ſui & il-
lius refert in illam dilectionem dei,quæ nullum à ſe ri-
uulum duci extra patitur cuius deriuatione minuatur.

Quid ſit diligendum. Non autem omnia quibus vtendum eſt diligenda
ſunt, ſed ea ſola quæ aut nobiſcũ ſocietate quadam re-
Ca.XXIII. ferũtur in deum,ſicuti eſt homo vel angelus,aut ad nos
3.ſen.d.27. relata beneficio dei per nos indigens, ſicuti eſt corpus.
ca.Sed quæ hæc. Nam vtique martyres nõ dilexerunt ſcelus perſequen-
tium ſe, quo tamen vſi ſunt ad promerendum deum.
3.ſen.d.28. Cum ergo quatuor ſint diligenda. Vnũ quod ſupra nos
ca.Hic põt. eſt, alterũ quod nos ſumus, tertium quod iuxta nos eſt,
Et diſt.29. quartum quod infra nos eſt, De ſecũdo & quarto nulla
præcepta danda erant. Quantumlibet enim homo ex-
cidat à veritate,manet illi dilectio ſui & dilectio corpo
ris ſui.Fugax enim animus ab incõmutabili lumine om
niũ regnatore id agit, vt ipſe ſibi regnet & corpori ſuo.
Et ideo non poteſt niſi & ſe & corpus ſuũ diligere. Ma-
gnum autẽ aliquid adeptum ſe putat, ſi etiam ſocijs, id
B eſt, alijs hominibus dominari potuerit. Ineſt enim vi-
cioſo animo id magis appetere, & ſibi tanquam debitũ
vendicare,quod vni proprie debetur deo. Talis autẽ ſui
dilectio melius odium vocatur. Iniquum eſt enim quia
vult ſibi ſeruire, & quod infra ſe eſt,cum ipſe ſeruire ſu-
Pſal.10. periori nolit.Rectiſsimèque dictum eſt,Qui diligit ini-
quitatem odit animam ſuã:& ideo fit,infirmus animus,
& de mortali corpore cruciatur. Neceſſe eſt enim vt il-
lud diligat, & eius corruptiõe prægrauetur. Immortali-
tas enim & incorruptio corporis de ſanitate animi exi-
ſtit: ſanitas autẽ animi eſt firmiſsime inhærere potiori,
hoc eſt,incommutabili deo,Cum vero etiam eis qui ſi-
bi naturaliter pares ſunt, hoc eſt, hominibus dominari
Carnẽ odiſſe quomodo conueniat. affectat, intolerabilis omnino ſuperbia eſt. Nemo
ergo ſe odit. Et hinc quidem cum aliqua ſecta nonnul-
la quæſtio fuit. Sed neq; corpus ſuum quiſquã odit. Ve-
Ca.XXIIII. rum eſt enim quod ait Apoſtolus, Nemo vnquam car-
Ephe.5. nem ſuam odio habuit.Et quod nonnulli dicunt malle
3.ſent. diſt. 28.cap.1. ſe omnino eſſe ſine corpore,omnino falluntur. Non e-
nim corpus ſuũ, ſed corruptiones eius & pondus ode-
runt. Non itaq; nullum corpus,ſed incorruptum & in-
†celerrimũ. tegerrimũ†corpus volunt habere,Sed putant nullũ cor-
C pus eſſe ſi tale fuerit, quia tale aliquid animã eſſe putant.
Quod autẽ continentia quadam & laboribus quaſi per-
ſequi videntur corpora ſua,qui hoc recte faciunt,nõ id
agunt vt non habeant corpus,ſed vt habeant ſubiugatũ
& paratũ ad opera neceſſaria.Libidines enim male vten
tes corpore, id eſt, conſuetudines & inclinationes ani-
mæ ad fruendum inferioribus, per ipſius corporis labo-
rioſam quandam militiam extinguere affectant. Nam
non ſe interimunt, ſed curã ſuæ valitudinis gerũt. Qui
autem peruerſe id agunt, quaſi naturaliter inimico ſuo
Gala.5. corpori bellum ingerunt. In quo fallit eos quod legũt,
Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus
carnem. Hæc enim ſibiinuicem aduerſantur. Dictũ eſt
enim hoc propter indomitam carnalem conſuetudinẽ,
aduerſus quam ſpiritus concupiſcit, non vt interimat
corpus, ſed vt concupiſcentiam eius,id eſt,conſuetudi-
nem male domitã faciat ſpiritui ſubiugatam, quod na-
turalis ordo deſiderat.Quia enim hoc erit poſt reſurre-
ctionem,vt corpus omnimodo cum quiete ſumma ſpi-
Meditandi verbo pul- ritui ſubditũ immortaliter vigeat,hoc etiam in hac vita
meditandum eſt,vt cõſuetudo carnalis mutetur in me-

lius, nec inordinatis motibus reſiſtat ſpiritui,Quod do- D
nec fiat,caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ,& ſpiritus ad- *chre hic vti*
ſus carnẽ:non per odium reſiſtente ſpiritu,ſed per prin- *tur, nõ tan-*
cipatum, quia magis quod diligit vult ſubditũ eſſe me- *tũ pro cogi-*
liori:nec per odium reſiſtente carne,ſed per cõſuetudi- *tare,ſed pro*
nis vinculum,quod à parentum etiam propagine inue- *cogitando*
teratum naturæ lege inoleuit.Id ergo agit ſpiritus in do *exercere: ſi-*
manda carne,vt ſoluat malæ conſuetudinis quaſi pacta *cuti veteres*
peruerſa,& fiat pax conſuetudinis bonæ, Tamẽ nec iſti *dixerũt,oẽs*
qui falſa opinione deprauati corpora ſua deteſtãtur,pa- *artes in me-*
ti eſſent vnũ oculũ vel ſine ſenſu doloris amittere, etiã *ditatiõe cõ-*
ſi in altero tantus cernendi ſenſus remaneret, quantus *ſiſtere.*
erat in duobus,niſi aliqua res quę præponenda eſſet vr-
geret. Iſtis atque huiuſmodi documentis ſatis oſtendi-
tur eis qui ſine pertinacia verum requirunt, quàm certa
ſit ſententia Apoſtoli vbi ait,Nemo enim vnquam car- *Ephe.5.*
nem ſuam odio habuit.Addidit etiam,Sed nutrit & fo-
uet eam, ſicut Chriſtus Eccleſiam. Modus ergo di- *Amor ſui*
ligẽdi præcipiendus eſt homini,id eſt,quo modo ſe di- *vbi laudãdus. Cap.*
ligat vt proſit ſibi. Quin autem ſe diligat & prodeſſe ſi-
bi velit, dubitare dementis eſt. Præcipiendum etiã quo *Cap.XXV.*
modo corpus ſuum diligat, vt ei ordinate prudenterq;
cõſulat. Nam quòd diligat etiam corpus ſuum,idq; ſal- E
uum habere atque integrum velit,æque manifeſtum eſt.
Aliquid itaque amplius diligere aliquis poteſt, quàm ſa
lutem atque integritatem corporis ſui. Nam multi &
dolores & amiſsiones nonnullorum membrorum vo-
luntarias ſuſcepiſſe inueniuntur:ſed vt alia quæ amplius
diligebant ſaltem conſequerẽtur. Non ergo propterea
quiſquã dicendus eſt,non diligere ſalutem atq; incolu-
mitatem corporis ſui,quia amplius aliquid diligit. Nam
& auarus quamuis pecuniam diligat, tamen emit ſibi pa
nẽ.Quod cum facit,dat pecuniã quam multum amat &
augere deſiderat. Sed quia pluris æſtimat ſalutẽ corpo-
ris ſui,quæ illo pane fulcitur, ſuperuacaneum eſt diutius
de re manifeſtiſsima diſputare,quod tamẽ plerunq; nos
facere cogit error impiorum. Ergo quoniã præce- *De diligendo deo,pro-*
pto nõ eſt opus, vt ſe quiſq; & corpus ſuũ diligat,id eſt,
quoniã id quod ſumus, & id quod infra nos eſt, ad nos *ximo & ſe-*
tamen pertinet,incõcuſſa naturæ lege diligimus,quæ in *ipſo. Cap.*
beſtias etiã promulgata eſt: nam & beſtiæ ſe atq; corpo- *XXVI.*
ra ſua diligunt:reſtabat vt & de illo quod ſupra nos eſt,
& de illo quod iuxta nos eſt,præcepta ſumeremus. Dili- *Matth.22.*
ges,inquit,dominum deum tuũ ex toto corde tuo,& ex *1.Timo.1.*
tota anima tua:& ex tota mente tua,& diliges proximũ F
tuum tãquam teipſum. In his duobus præceptis vniuer-
ſa lex pendet & Prophetæ.Finis itaque præcepti eſt dile-
ctio,& ea gemina, id eſt,dei & proximi. Quòd ſi te to-
tum intelligis, id eſt,animam & corpus tuum, & proxi-
mum totum,id eſt,animam & corpus eius: homo enim
ex anima conſtat & corpore, nullum rerum diligenda-
rũ genus in his duobus præceptis prætermiſſum eſt. Cũ
enim præcurrat dilectio dei,eiuſque dilectionis modus
præſcriptus appareat, ita vt cætera in illum cõfluant,de
dilectione tua nihil dictum videtur. Sed cum dictũ eſt.
Diliges proximum tuum tanquam teipſum:ſimul & tui
abs te dilectio non prætermiſſa eſt. Ille autem iuſte *Ordo dile-*
& ſancte viuit, qui rerum integer æſtimator eſt. Ipſe eſt *ctionis.Ca.*
autem qui ordinatam dilectionem habet,ne aut diligat *XXVII.*
quod non eſt diligendum,aut non diligat quod eſt di-
ligendum, aut amplius diligat quod minus eſt diligen-
dum,aut æque diligat quod vel minus vel amplius dili-
gẽdum eſt,aut minus vel amplius quod æque diligendũ
eſt.Omnis peccator inquantum peccator eſt,non eſt di
ligẽdus.Et omnis homo inquantum homo eſt,diligen-

G dus eſt propter deum, deus vero propter ſeipſum. Et ſi
deus omni homine amplius diligẽdus eſt, amplius quiſ-
que debet eũ diligere quàm ſeipſum. Item amplius alius
homo diligendus eſt quàm corpus noſtrũ: quia propter
deum omnia iſta diligenda ſunt, & poteſt nobiſcum a-
lius homo deo perfrui, quod nõ poteſt corpus, quia cor-

Quibus potiſsimum ſit ſuccurrẽdũ. C.XXVIII. 3.ſent.diſt. 29.cap.vnde etiam.

pus per animã viuit qua fruimur deo. Omnes autem
homines æque diligendi ſunt. Sed cũ omnibus prodeſſe
non poſsis, his potiſsimum conſulendum eſt, qui pro lo
corum & temporum vel quarumlibet rerum opportu-
nitatibus conſtrictius tibi quaſi quadã ſorte iunguntur.
Sicut enim ſi tibi abundaret aliquid quod dari oporte-
ret ei qui non haberet, nec duobus dari poſſet, ſi tibi oc-
currerent duo, quorum neuter alium vel indigẽtia, vel
erga te aliqua neceſsitudine ſuperaret, nihil iuſtius face-
res quàm vt ſorte eligeres, cui dandum eſſet quod dari
vtriq; non poſſet. Sic in hominibus, quibus omnibus cõ
ſulere nequeas, pro ſorte habendum eſt prout quiſq; tibi

Optãdũ, vt omnes diligant deum. Cap.XXIX.

colligatius tẽporaliter adhærere potuerit. Omnium
autem qui nobiſcum frui poſſunt deo, partim eos diliga
mus quos ipſi adiuuamus, partim eos à quibus adiuua-
mur: partim eos quorum & indigemus adiutorio, & in-
H digentiæ ſubuenimus: partim quibus nec ipſi cõferimus
aliquid commodi, nec ab eis vt nobis conferatur atten-
dimus. Velle tamen debemus, vt omnes diligant nobiſ-
cum deum, & totum quod vel eos adiuuamus vel adiu-
uamur ab eis, ad vnum illum finem referendum eſt. Si
enim in theatris nequiciæ qui aliquem diligit hiſtrio-
nem, & tanquam magno vel etiã ſummo bono eius ar-
te perfruitur, omnes diligit qui eum diligunt ſecum, nõ
propter illos, ſed propter eum quem pariter diligunt: &
quanto eſt in eius amore feruẽtior, tanto agit quibus po
teſt modis, vt à pluribus diligatur, & tãto pluribus cupit
eum oſtendere, & quem frigidiorem videt, excitat eum
quantum poteſt laudibus illius. Si autem contrauenien
tem inuenerit, odit in illo vehementer odium dilecti
ſui, & quibus modis valet inſtat vt auferat: quid nos in
ſocietate dilectionis dei agere conuenit, quo perfrui
beate viuere eſt, & à quo habent omnes qui eum dili-
gunt, & quod ſunt, & quod eum diligunt: de quo nihil
metuimus, ne cuiquam poſsit cognitus diſplicere, & qui
ſe vult diligi, non vt ſibi aliquid, ſed vt eis qui diligunt
æternum præmium conferatur, hoc eſt ipſe quem dili-
I gunt? Hinc etiam efficitur vt inimicos etiam noſtros di

Matth.5.

ligamus: Non enim eos timemus, quia nobis quod dili-
gimus auferre non poſſunt, ſed miſeramur potius, quia
tanto magis nos oderunt, quanto ab illo quem diligi-
mus ſeparati ſunt. Ad quem ſi conuerſi fuerint, & illum
tanquam beatificum bonum, & nos tanquã ſocios tan-

Omnis homo vt pximus diligẽdus. Cap. XXX. 1.ſent. di.1. c.Hęc ergo. Matth.22. 3.ſen.d.28. cap.Oritur.

ti boni neceſſe eſt vt diligant. Oritur autem hoc lo
co de angelis nonnulla quæſtio. Illo enim fruentes, etiã
ipſi beati ſunt, quo & nos frui deſideramus, Et quãto in
hac vita fruimur vel per ſpeculum vel in ænigmate, tan
to noſtram peregrinationẽ & tolerabilius ſuſtinemus,
& ardentius finire cupimus. Sed vtrum ad illa duo præ-
cepta etiam dilectio pertineat angelorum, non irratio-
nabiliter quæri poteſt. Nam quòd nullum hominũ ex-
ceperit qui præcepit vt proximum diligamus, & ipſe in
Euãgelio dominus oſtendit, & Paulus Apoſtolus. Nan-
que illi cui duo præcepta protulerat, atque in eis pende-
re totam legem Prophetáſque dixerat, cum interroga-

Luca.10.

ret eum dicens, Et quis eſt meus proximus? hominem
quendam propoſuit deſcendentẽ ab Hieruſalem in Hie
richo incidiſſe in latrones, & ab eis grauiter vulnera-
tum ſaucium & ſemiuiuum eſſe derelictum. Cui proxi-
mum eſſe non docuit, niſi qui erga illum recreandum K
atque curandum miſericors extitit, ita vt hoc qui in-
terrogauerat interrogatus ipſe fateretur. Cui dominus
ait, Vade & tu fac ſimiliter: vt videlicet eum eſſe proxi-
mum intelligamus, cui vel exhibendum eſt officium mi
ſericordiæ ſi indiget, vel exhibendum eſſet ſi indige-
ret. Ex quo eſt iam conſequens, vt etiam ille à quo no-
bis hoc vicisſim exhibendum eſt proximus ſit noſter.
Proximi enim nomen ad aliquid eſt, nec quiſquam, eſ-
ſe proximus niſi proximo poteſt. Nullum autem excep-
tum eſſe cui miſericordiæ denegetur officium, quis non
videat? quando vſque ad inimicos etiam porrectum eſt
eodem domino dicente, Diligite inimicos veſtros, be- *Matth.5.*
nefacite iis qui oderunt vos. Ita quoque Apoſtolus Pau *Roma.13.*
lus docet cum dicit, Nam non adulterabis, non homi-
cidium facies, non furaberis, non cõcupiſces, & ſi quod
eſt aliud mandatum, in hoc ſermone recapitulatur, Di-
liges proximum tuum tanquam teipſum. Dilectio pro-
ximi malum nõ operatur. Quiſquis ergo arbitratur non
de omni homine Apoſtolum præcepiſſe, cogetur fateri
quòd abſurdisſimum & ſceleratisſimum eſt, viſum fuiſ-
ſe Apoſtolo non eſſe peccatum, ſi quis aut non Chriſtia-
ni aut inimici adulterauerit vxorem, aut eum occiderit, L
aut eius rem cupierit. Quod ſi dementis eſt dicere, ma-
nifeſtum eſt omnem hominem proximum eſſe deputã-
dum, quia erga neminem operandum eſt malum. Iam *3.ſen.d.28.*
vero ſi vel cui præbendum eſt, vel à quo nobis præben- *cap.oritur.*
dum eſt officium miſericordiæ, recte proximus dici-
tur: manifeſtum eſt hoc præcepto quo iubemur dilige-
re proximum, etiam ſanctos angelos contineri, à qui- *Angeli quo*
bus nobis tãta miſericordiæ officia impenduntur, quan *que proxi-*
ta multis diuinarum ſcripturarum locis adnimaduerte- *mi nobis.*
re facile eſt. Ex quo & ipſe deus & dominus noſter pro-
ximum ſe noſtrum dici voluit. Nam & ſeipſum ſignifi-
cat dominus Ieſus Chriſtus opitulatũ eſſe ſemiuiuo ia-
centi in via afflicto & relicto à latronibus. Et Propheta
in oratione ait, Sicut proximum ſicut fratrem noſtrum *Pſal.34.*
ita complacebam. Sed quoniam excellentior ac ſupra
naturam noſtram eſt diuina ſubſtantia, præceptum quo
diligamus deum à proximi dilectione diſtinctum eſt.
Ille enim nobis præbet miſericordiam propter ſuã bo- *1 ſen.diſt.1.*
nitatem, nos autem nobis inuicem propter illius: id eſt, *ca.ſed cum.*
ille noſtri miſeretur vt ſe perfruamur, nos vero inuicem M
noſtri miſeremur, vt illo perfruamur. Quapropter *Deꝰ nõ frui*
adhuc ambiguũ eſſe videtur cũ dicimus ea re nos per- *tur nobis,*
frui quã diligimus propter ſeipſam, & ea re nobis fruen- *ſed vtitur.*
dum eſſe tantũ qua efficimur beati, cæteris vero vtendũ. *Ca.XXXI.*
Diligit enim nos deus, & multum nobis dilectionẽ eius
erga nos diuina ſcriptura commendat: quo modo ergo
diligit, vt nobis vtatur, an vt fruatur? Sed ſi fruitur eget
bono noſtro, quod nemo ſanus dixerit. Omne enim bo
num noſtrũ vel ipſe, vel ab ipſo eſt. Cui autem obſcurũ
vel dubium eſt, non egere lucẽ rerum harũ nitore quas
ipſa illuſtrauerit? Dicit etiã apertisſime Propheta, Dixi *Pſal.15.*
domino, deus meus es tu, quoniã bonorum meorũ non
eges. Nõ ergo fruitur nobis, ſed vtitur. Nam ſi neq; frui- *Deus boni-*
tur neq; vtitur, nõ inuenio quẽadmodũ diligat. Sed *te quo mo-*
neq; ſic vtitur vt nos, Nam nos res quibus vtimur ad id *do vtatur.*
referimus, vt dei bonitate perfruamur. Deus vero ad ſuã *Ca.XXXII.*
bonitatẽ vſum noſtrum refert. Quia enim bonus eſt, ſu- *1.ſen.diſt.1.*
mus: & inquantum ſumus boni ſumus. Porrò autẽ quia *ca.Sed cũ.*
iuſtus eſt, nõ impune ſumus mali. Inquantum enim ma- *2.ſen.diſ.1.*
li ſumus, intantum minus etiam ſumus. Ille enim ſum- *ca.ideoque.*
me ac primitus eſt, qui omnino incommutabilis eſt, & *2.ſẽ.d.35.c.*
qui plenisſime dicere potuit, Ego ſum qui ſum: & dices *quod aut.*
eis,

A eis, Qui eſt miſit me ad vos. At cætera quæ ſunt, & niſi
1.ſent. di.1. ca.ſed cũ. ab illo eſſe non poſſunt,& intantum bona ſunt,inquã-
tum acceperunt vt ſint. Ille igitur vſus qui dicitur dei
quo nobis vtitur, nõ ad eius ſed ad noſtram vtilitatem
refertur,ad eius autem tantummodo bonitatem.Cuius
autem nos miſeremur & cui conſulimus, ad eius quidẽ
vtilitatem id facimus, eamq; intuemur: ſed neſcio quo
modo etiam noſtra ſit conſequens,cum eam miſericor
diam quam impendimus egenti ſine mercede non re-
liquit deus.Hæc autem merces ſumma eſt vt eo perfrua
mur,& omnes qui eo fruimur, nobis etiam inuicem in
Quo modo ipſo perfruamur. Nam ſi in nobis id facimus,rema-
homine frui nemus in via, & ſpem beatitudinis noſtræ in homine
conueniat. vel in angelo collocamus. Quod & homo ſuperbus &
C.XXXIII. angelus ſuperbus arrogant ſibi, atq; in ſe aliorum ſpem
gaudent conſtitui. Sanctus autem homo & ſanctus an-
gelus etiam feſſos nos atque in ſe acquieſcere & rema-
nere cupiẽtes reficiunt potius, aut eo ſumptu quẽ prop-
ter nos,aut illo etiam quem propter ſe acceperũt, acce-
perunt tamen, atque ita refectos in illum ire compel-
lunt,quo fruentes pariter beati ſimus. Nam & Apoſto-
1.Cor.1. lus clamat, Nũquid Paulus pro vobis crucifixus eſt? aut
B in nomine Pauli baptizati eſtis? Et neque qui plantat eſt
1.Cor.3. aliquid,neque qui rigat, ſed qui incremẽtum dat deus.
Apoc.19. Et angelus hominem ſe adorantem monet, vt potius il
lum adoret ſub quo ei domino etiam ipſe cõſeruus eſt.
1.ſent.di.1. Cum autem homine in deo frueris, deo potius quàm
ca.cũ aut. homine frueris. Illo enim frueris quo efficieris beatus,
& ad deum te perueniſſe lætaberis, in quo ſpem ponis
Græce Pau vt venias. Inde ad Philemonem Paulus, Ita frater, in-
lus dixit quit,ego te fruar in domino. Quòd ſi nõ addidiſſet in
ὀναίμην al domino, & te fruar tantum,dixiſſet, in eo conſtituiſſet
ludens ad ſpem beatitudinis ſuæ, quanquam & viciniſsime dici-
nomẽ One- tur frui cum delectatione vti. Cum enim adeſt quod di
ſimi. ligitur, etiam delectationem ſecum neceſſe eſt gerat.
Id verbum Per quam ſi tranſieris, eamq; ad illud vbi permanẽdum
tã ad vtili eſt retuleris, vteris ea, & abuſiue non proprie diceris
tatẽ referẽ, frui. Si vero inhæſeris atque permanſeris, finem in ea
quàm ad ponens lætitiæ tuæ, tunc vere & proprie frui dicendus
voluptatẽ. es. Quod non faciendum eſt niſi in illa trinitate,id eſt,
Prima via ſummo & incommutabili bono. Vide quẽadmo-
ad deum. dum cum ipſa veritas & verbum, per quod facta ſunt
C.XXXIIII omnia, caro factum eſſet vt habitaret in nobis, tamen
Ioan.1. ait Apoſtolus, Et ſi noueramus Chriſtum ſecũdum car-
2.Cor.5. nem,ſed iam non nouimus. Ille quippe qui non ſolum
C peruenientibus poſſeſsionem, ſed etiam viam præbere
ſe voluit venientibus ad ſe, principium viarum voluit
Prouer.8. carnem aſſumere. Vnde eſt etiã illud, Dominus crea-
uit me in principio viarum ſuarum: vt inde inciperent
qui vellent venire. Apoſtolus igitur quanuis adhuc am
bularet in via,& ad palmam ſupernę vocationis ſeque-
Philip.3. retur vocantem dominum, tamen quæ retro ſunt obli-
uiſcens,& in ea que ante ſunt extentus,iam principium
viarum tranſierat, hoc eſt eo non indigebat: à quo ta-
men aggrediendum & exordiendum iter eſt omni-
bus, qui ad veritatem peruenire & in vita æterna per-
Ioan.14. manere deſiderant. Sic enim ait, Ego ſum via & veritas
& vita: hoc eſt per me venitur, ad me peruenitur, in me
permanetur. Cum enim ad ipſum peruenitur, etiam ad
ipſum patrem peruenitur: quia per æqualem ille qui eſt
æqualis agnoſcitur, vinciente & tanquam agglutinan-
te nos ſpiritu ſancto, quo in ſummo atque incommu-
tabili bono permanere poſsimus, Ex quo intelligitur
quòd nulla res in via tenere nos debeat, quando nec
ipſe dominus inquantum via noſtra eſſe dignatus eſt,
tenere nos voluerit, ſed tranſire: ne rebus temporalibus D
quanuis ab illo pro ſalute noſtra ſuſceptis & geſtis hæ-
reamus infirmiter, ſed per eas potius curramus alacri-
ter: vt ad eumipſum qui noſtram naturam à tempora-
libus liberauit & collocauit ad dexteram patris, proue-
hi atque peruenire mereamur. Omnium igitur quę *Scriptura*
prædicta ſunt, ex quo de rebus tractamus, hæc ſumma *ſumma, a-*
eſt, vt intelligatur legis & omnium diuinarum ſcriptu- *mor dei.*
rarum plenitudo & finis eſſe dilectio rei qua fruẽndum *Ca. XXXV*
eſt,& rei quę nobiſcum ea re frui poteſt, quia vt ſe quiſ- *Rom.13.*
que diligat præcepto non eſt opus. Hoc ergo vt noſce-
remus atque poſſemus, facta eſt tota pro ſalute noſtra
per diuinam prouidentiam diſpenſatio temporalis, qua
debemus vti, non quaſi manſoria quadam dilectione
atque delectatione, ſed tranſitoria potius tanquam vię,
tanquam vehiculorum vel aliorum quorũlibet inſtru-
mentorum, aut ſi quid congruentius dici poteſt, vt ea
quibus ferimur propter illud ad quod ferimur diliga-
mus. Quiſquis igitur ſcripturas diuinas vel quam- *Scopus totiꝰ*
libet earum partem intellexiſſe ſibi videtur, ita vt eo in- *ſcripturæ.*
tellectu non ædificet iſtam geminam charitatem, dei *C.XXXVI.*
& proximi, nondum intellexit. Quiſquis vero talem
inde ſententiam duxerit, vt huic ædificandæ charitati E
ſit vtilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit eo
loco ſenſiſſe probatur, non pernicioſe fallitur, nec om-
nino mentitur. Ineſt quippe in mentiente voluntas fal-
ſa dicendi, & ideo multos inuenimus qui mentiri ve-
lint, qui autem falli, neminem. Cum igitur hoc ſciens
homo faciat, illud neſciẽs patiatur, ſatis in vna eadẽm-
que re apparet illum qui fallitur, eo qui mẽtitur eſſe me-
liorem: quandoquidem pati melius eſt iniquitatem,
quàm facere. Omnis autem qui mentitur iniquitatem
facit, & ſi cuiquam videtur vtile aliquando eſſe men-
dacium, poteſt videri vtilem aliquando eſſe iniquitatẽ.
Nemo enim mentiens in eo quòd mentitur ſeruat fi-
dem. Nam hoc vtique vult, vt cui mẽtitur fidem ſibi ha
beat, quam tamen ei mentiendo non ſeruat. Omnis au-
tem fidei violator, iniquus eſt. Aut igitur iniquitas vti-
lis eſt aliquando, quod fieri non poteſt, aut mẽdacium
ſemper inutile eſt. Sed quiſquis in ſcripturis aliud ſen-
tit quàm ille qui ſcripſit, illis non mentientibus fallitur.
Sed tamen vt dicere cœperam, ſi ea ſententia fallitur,
qua ædificat charitatem, quæ finis præcepti eſt, ita falli- *1.Tim.1.*
tur, ac ſi quiſquam errore deſerens viam, eò tamen per
agrum pergat, quò etiam via illa perducit. Corrigẽdus F
eſt tamen, & quàm ſit vtilius viã non deſerere, demon-
ſtrandum eſt, ne conſuetudine deuiãdi etiam in tranſ-
uerſum aut peruerſum ire cogatur. Aſſerendo enim *Scriptura*
temere quod ille non ſenſit quem legit, plerunque in- *qualẽ lecto*
currit in alia quæ illi ſentẽtiæ contexere nequeat. Quæ *rẽ poſtulat.*
ſi vera & certa eſſe cõſentit, illud non poſsit verum eſſe *C.XXXVII*
quod ſenſerat: Fitq; in eo neſcio quo modo vt amando
ſententiam ſuam, ſcripturæ incipiat offenſior eſſe quàm
ſibi. Quod malum ſi ſerpere ſiuerit, euertetur ex eo. Per *2.Cor.5.*
fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Titubauit au
tem fides ſi diuinarum ſcripturarum vacillat authori-
tas. Porrò fide titubante, charitas etiam ipſa langueſcit.
Nam ſi à fide quiſque ceciderit, à charitate etiam neceſ-
ſe eſt cadat: Non enim poteſt diligere quod eſſe non
credit. Porrò ſi & credit & diligit, bene agendo & prę-
ceptis bonorum morum obtemperãdo efficit vt etiam *1.Cor.3.*
ſperet ſe ad id quod diligit eſſe venturum. Itaque tria *Charitas p-*
hæc ſunt quibus & ſcientia omnis & prophetia mili- *petuo ma-*
tat, fides, ſpes, charitas. Sed fidei ſuccedit ſpes quam *net : Caput*
videbimus. Et ſpei ſuccedit beatitudo ipſa, ad quã per- *XXXVIII.*

venturi

G uenturi ſumus. Charitas autem etiam iſtis decedeotibus augebitur potius. Si enim credẽdo diligimus quod nondũ videmus, quãto magis cum videre cœperimus? Et ſi ſperando diligimus, quo nondũ peruenimus, quãto magis cum peruenerimus? Inter temporalia quippe atque æterna hoc intereſt, quòd temporale aliquid plus diligitur aotequam habeatur, vileſcit autem cum aduenerit. Noo enim ſatiat animam, cui vera & certa ſedes eſt æternitas. Aeternum autem ardentius diligitur adeptum quàm deſideratum. Nulli enim deſideranti conceditur plus de illo exiſtimare quàm in ſe habet, vt ei vileſcat cum minus inuenerit: ſed quantum quiſque veniens exiſtimare potuerit, plus perueoiens inuenturus eſt.

Fides, ſpes, charitas illuminant. Homo itaque fide, ſpe & charitate ſubnixus, eaq; inconcuſſe retinẽs, ooo indiget ſcripturis niſi ad alios inſtrueodos. Itaque multi per hæc tria etiam in ſolitu-
C. XXXIX. dine ſine codicibus viuunt. Vnde in illis arbitror iam
1.Cor.13. completum eſſe quod dictum eſt, Siue Prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Quibus tamen quaſi machinis tanta fidei & ſpei & charitatis ioeſt ioſtructio, vt perfectum aliquid teneotes, ea quæ ſuot ex parte non quærant, Perfectum ſanè
H quantum io hac vita poteſt, Nam in comparatione futuræ vitæ oullius iuſti & ſancti eſt vita iſta perfecta, Ideo maneot, inquit, fides, ſpes, charitas, tria hæc, maior autem horum eſt charitas: quia & cum quiſque ad æteroa peruenerit, duobus iſtis decedentibus charitas auctior & certior permanebit.

Qualẽ lectorẽ ſcriptura poſtulet. Ca. XL. Quapropter cum quiſque cognouerit finem præcepti eſſe charitatem, de corpore puro & conſcientia bona & fide oon ficta, om-
1.Timo.1. nem intellectum diuinarum ſcripturarum ad iſta tria relaturus, ad tractationem illorum librorũ ſecurus accedat. Cum enim diceret, charitas: addidit de corde puro: vt nihil aliud quàm id quod diligendum eſt diligatur. Conſciẽtiam vero bonam ſubiunxit propter ſpem, Ille enim ſe ad id quod credit & diligit, peruenturum eſſe deſperat, cui malæ conſcieotiç ſerupulus ineſt. Tertio, & fide, inquit, non ficta: Si enim fides ooſtra meodacio caruerit, tunc & oos diligimus quod non eſt diligendum, & rectè viueodo id ſperamus, vt nullo modo ſpes ooſtra fallatur. Propterea & de rebus continẽtibus fidem, quantum pro tempore ſatis eſſe arbitratus ſum, dicere volui, quia in aliis voluminibus, ſiue per alios ſiue per nos multa iam dicta ſuot. Modus itaque ſit
I iſte libri huius, Cætera de ſignis quantum dederit dominus differemus.

Libri primi, Fiois.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOpi, De doctrina Chriſtiana liber ſecundus.

De ſignis. Caput I. QVONIAM de rebus cum ſcriberem, præmiſi commonens ne quis in eis atteoderet niſi quod ſunt, nó etiam ſi quid aliud præter ſe ſigoificant, viciſsim de ſignis differens hoc dico, ne quis io eis attendat
De cõſt. di. 4. ca. ſignũ. 4. ſen. di. 1. ca. ſacramentum. quod ſunt, ſed potius quod ſigna ſunt, id eſt, quod ſignificant. Signum eſt enim res præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus: aliud aliquid ex ſe faciens in cogitatiooem venire: ſicut veſtigio viſo tranſiſſe animal, cuius veſtigium eſt cogitamus: & fumo viſo ignem ſubeſſe cognoſcimus: & voce animantis audita, affectionem animi eius animaduertimus: & tuba K
ſooãte, milites vel progredi vel regredi, & ſi quid aliud pugna poſtulat oportere nouerunt. Signorum igitur alia ſuot oaturalia, alia data. Naturalia ſunt, quç ſine voluntate atque vllo appetitu ſignificaudi, præter ſe aliquid aliud ex ſe cognoſci faciuot: ſicuti eſt fumus ſignificans ignem. Non enim volens ſignificare id facit, ſed rerum expertarum animaduerſione & notatione cognoſcitur ignem ſubeſſe, etiã ſi fumus ſolus appareat. Sed & veſtigium traoſeuotis animalis, ad hoc genus pertinet. Et vultus irati ſeu triſtis affectionem animi ſignificat, etiã nulla eius voluntate qui aut iratus aut triſtis eſt: aut ſi quis alius motus animi vultu indice proditur, etiã id nobis non agentibus vt prodatur. Sed de hoc toto genere nunc differere noo eſt propoſitum. Quoniam tamen incidit io partitiooem noſtram, prçteriri omnino non potui, atq; id hactenus notatum eſſe ſuffecerit.

Data vero ſigna ſunt, quæ ſibi quæque viuentia in- *Quo ſignorum genere ſit vſurus hic. Cap. II.*
uicem dant ad demonſtrandos, quantum poſſuot, motus animi ſui vel ſenſa aut intellecta quælibet. Nec vlla cauſa eſt nobis ſignificandi, id eſt ſigni dandi, niſi ad depromendum & traiiciẽdum in alterius animum id L
quod io animo gerit is qui ſignũ dat. Horum igitur ſigoorum geous quantũ ad homines attinet conſiderare atq; tractare ſtatuimus: quia & ſigna diuinitus data quæ in ſcripturis ſanctis continẽtur, per homines nobis indicata ſunt, qui ea conſcripſerunt. Habent etiam beſtiæ quædam inter ſe ſigna quibus prodũt appetitum animi ſui. Nam & gallus gallinaceus reperto cibo, dat ſignum vocis gallinæ vt accurrat: & colũbus gemitu colũbam vocat, & ab ea viciſsim vocatur: & multa huiuſmodi animaduerti ſolent. Quæ vtrum ſicut vultus aut dolẽtis clamor ſine ſignificandi voluntate ſequantur motum animi, an vere ad ſignificãdum dentur, alia quæſtio eſt, & ad rem quæ ounc agitur oõ pertinet. Quam partem ab hoc opere tanquam non neceſſariam remouemus.

Signorum igitur quibus ioter ſe homines ſua ſen- *Inter ſigna principatũ obtinẽt verba. Ca. III.*
ſa cõmunicaot, quædam pertinent ad oculorũ ſenſum, pleraq; ad auriũ, paucisſima ad cæteros ſeoſus. Nã cum innuimus nó damus ſignum niſi oculis eius quẽ volumus per hoc ſigoum volũtatis noſtræ participẽ facere. Et quidã motus manuum pleraq; ſignificãt, Et hiſtrio- *Hiſtrio.*
nes omnium mẽbrorum motibus dant ſigna quædam ſcientibus, & cum oculis eorum quaſi fabulãtur. Et ve- M
xilla draconesq; militares per oculos inſinuant voluntatem ducũ. Et ſunt hæc omnia quaſi quædã verba viſibilia. Ad aures autẽ quæ pertinent, vt dixi, plura ſunt, in verbis maxime. Nã & tuba & tibia & cithara dant ple- *1.Cor.14.*
rũque, oon ſolũ ſuauem, ſed etiã ſignificaotem ſonum. Sed omnia ſigna verbis cõparata paucisſima ſunt, Verba enim prorſus inter homines obtinuerũt principatũ ſignificaodi quæcũque animo concipiũtur, ſi ea prodere quiſque velit. Nam & odore vnguenti dominus quo *Ioan. 12.*
perfuſi ſunt pedes eius, ſignum aliquod dedit, Et ſacra- *Matt. 26.*
mento corporis & ſanguinis ſui prçguſtato, ſignificauit quod voluit, Et cum mulier taogeodo fimbriam veſti- *Matt. 9.*
menti eius, ſalua facta eſt, nonnihil ſignificat. Sed innúmerabilis multitudo ſignorũ, quibus ſuas cogitationes homines exerunt, in verbis conſtituta eſt, Nã & illa ſigna omnia quorum genera breuiter attigi, potui verbis enunciare, verba vero illis ſignis nullo modo poſſum.

Sed quia verberato aëre ſtatim tranſeunt, nec diu- *Signa verborũ literæ. Cap. IIII.*
tius manent quàm ſonant, inſtituta ſunt per literas ſigna verborum, Ita voces oculis oſtendũtur, non per ſe-

A ipſas,ſed per ſigna quædam ſua.Iſta igitur ſigna non po
tuerunt communia eſſe omnibus gẽtibus peccato quo-
dam diſſenſionis humanæ, cum ad ſe quiſq; principatũ
Gene.11. rapit. Cuius ſuperbiæ ſignũ eſt erecta illa turris in cœlũ,
vbi homines impij non ſolum aoimos,ſed etiam voces
Diuerſitas diſſonas habere meruerunt. Ex quo factum eſt, vt
linguarũ. etiam ſcriptura diuina qua tantis morbis humanarũ vo
Cap.V. luntatum ſubuenitur,ab vna lingua profecta quę oppor
tune potuit per orbem terrarum diſſeminari, per varias
interpretum linguas longe latéque diffuſa innoteſceret
geotibus ad ſalutem: quam legẽtes nihil aliud appetunt
quàm cogitationes voluntatemq; illorum à quibus cõ-
ſcripta eſt inuenire, & per illas voluntatem dei ſecun-
dum quam tales homines locutos eſſe credimus.
Obſcuritas Sed multis & multiplicibus obſcuritatibus, & am-
ſcripturæ biguitatibus decipiuntur, qui temere legũt aliud pro a-
nõ inutilis. lio ſentientes,quibuſdam autem locis quid vel falſo ſu-
Cap.VI. ſpiceotur oõ inueniunt:ita obſcure quædam dicta den-
ſiſsimam caliginẽ obducunt.Quod totum prouiſum di
uinitus eſſe oon dubito, ad edomandam labore ſuper-
biã,& iotellectum à faſtidio reuocandũ:cui facile inue-
ſtigata plerunque vileſcunt.Quid enim eſt quęſo,quòd
B quiſquã dicat ſanctos eſſe homines atq; perfectos, quo-
rum vita & moribus Chriſti Eccleſia de quibuſlibet ſu-
perſtitioonibus præcidit eos qui ad ſe veniũt,& imitatio-
ne bonorum ſibimet quodã modo incorporat qui bo-
ni fideles & veri dei ſerui depooẽtes onera ſeculi ad ſan
ctum baptiſmi lauacrum venerunt,atq; inde abſceden-
tes conceptione ſancti ſpiritus fructũ dant geminæ cha
ritatis, id eſt dei & proximi: quid eſt ergo quòd ſi hæc
quiſq; dicat,minus delectat audientem,quàm ſi ad eun-
dem ſenſum locum illum exponat de canticis cantico-
rum vbi dictũ eſt eccleſiæ, cum tanquam pulchra quę-
dam fœmina laudaretur. Dentes tui ſicut grex detonſa-
rũ aſcendentes de lauacro,quæ omoes geminos creant,
Oratio figu & non eſt ſterilis in eis? Num aliud homo diſcit,quàm
rata quid cum illud planiſsimis verbis, ſine ſimilitudinis huiuſ-
efficiat. modi adminiculo audiret? Et tamen neſcio quo modo
ſuauius intueor ſanctos, cum eos quaſi dentes Eccleſiæ
video præcidere ab erroribus homines,atq; io eius cor-
pus emollita duricia quaſi demerſos manſoſque tranſ-
ferre. Oues etiam iucundiſsime agnoſco detooſas,one-
ribus ſecularibus tanquam velleribus depoſitis,& aſcen
dentes de lauacro, id eſt de baptiſmate creare omnes
C genuinos,id eſt duo præcepta dilectionis,& nullam eſſe
ab iſto ſancto fructu ſterilem video. Sed quare ſuauius
videam,quàm ſi nulla de diuinis libris talis ſimilitudo
promeretur,cum res eadem ſit eademque cognitio,dif-
ficile eſt dicere, & alia quæſtio eſt. Nunc tamen nemo
ambigit, & per ſimilitudines libentius quæque cogno-
ſci, & cũ aliqua difficultate quæſita multo gratius inue-
niri. Qui enim prorſus nõ inueniunt quod quærunt,fa-
me laborant.Qui autem non quærunt,quia in promptu
habent,faſtidio ſæpe marceſcunt. In vtroque autem lan
guor cauendus eſt. Magnifice igitur & ſalubriter ſpiri-
tus ſanctus ita ſcripturas ſanctas modificauit,vt locis a-
Septẽ gradi pertioribus fami occurreret, obſcurioribus autem faſti-
b⁹ ad ſapiẽ dia detergeret. Nihil enim ferè de illis obſcuritatibus
tiam itur. eruitur,quod non planiſsimè dictum alibi reperiatur.
Cap.VII. Ante omnia igitur opus eſt dei timore conuerti ad
Eſa.11. cognoſcendam eius voluntatẽ,ſi quid nobis appetendũ
Gradus pri fugiendumq; præcipiat. Timor autem iſte cogitationẽ
mus. de noſtra immortalitate, & de futura morte neceſſe eſt
Pſal.119. incutiat,& quaſi clauatis carnibus† omoes ſuperbiæ mo
Secundus. tus ligno crucis affigat. Deinde opus eſt miteſcere pie-
tate,neq; contradicere diuinæ ſcripturæ,ſiue intellectę, D
ſi aliqua vicia noſtra percutit, ſiue non iotellectæ, quaſi
nos melius ſapere meliusq; percipere poſsimus: ſed co-
gitare potius & credere id eſſe melius & verius quod
ibi ſcriptum eſt, etiam ſi lateat, quàm id quod nos per
noſmetipſos ſapere poſſumus. Poſt iſtos duos gradus ti *Tertius;*
moris atq; pietatis, ad tertium venitur ſciẽtiæ gradum,
de quo nunc agere ſtatui. Nam in eo ſe exercet omnis
diuinarum ſcripturarũ ſtudioſus, nihil aliud in eo in-
ueniens quàm diligendum eſſe deum propter deum, &
proximum propter deum: & illum quidem ex toto cor- *Matt.22*
de,ex tota anima,ex tota mente diligere,proximum ve
ro tanquam ſeipſum, id eſt,vt tota dilectio proximi, ſi-
cut etiam noſtri referatur in deum. De quibus duobus
præceptis cũ de rebus ageremus, io libro ſuperiore tra- *Supra li.1.*
ctauimus. Neceſſe eſt ergo vt primo ſe quiſq; in ſcriptu- *cap.26.*
ris inueniat amore huius ſeculi, hoc eſt tẽporalium re-
rum implicatum, longe ſeiũctum eſſe à tãto amore dei,
& tanto amore proximi,quantũ ſcriptura ipſa præſcri-
bit. Tum vero ille timor quo cogitat de iudicio dei,& *Eſa.11.*
illa pietas qua non poteſt oiſi credere & cedere autho-
ritati ſanctorum librorum, cogit eum ſeipſum lugere.
Nam iſta ſcientia bonæ ſpei hominem ſe noo iactan- E
tem,ſed lamentãtem facit. Quo affectu impetrat ſedu-
lis precibus cõſolationem diuini adiutorij, ne deſpera-
tione frangatur,& eſſe incipit io quarto gradu, hoc eſt
fortitudinis,quo eſuritur & ſititur iuſticia. Hoc enĩ af- *Quartus.*
fectu ab omni mortifera iucũditate rerum tranſeuntiũ
ſeſe extrahit, & inde ſe auertens conuertit ad dilectio-
nem æternorum, incommutabilem ſcilicet vnitatem
eandemq; trinitatem. Quam vbi aſpexerit quãtum po-
teſt,io longinqua radiantem, ſuiq; aſpectus infirmitate
ſuſtinere ſe illam lucem nõ poſſe perſenſerit,in quinto
gradu,hoc eſt in conſilio miſericordię purgat animam *Quintus.*
tumultuantem quodam modo atque obſtrepentem ſibi
de appetitu inferiorum conceptis ſordibus. Hinc vero
ſe io dilectione proximi gnauiter exercet,in eaq; perfi-
citur, & ſpe iam plenus atq; integer viribus cum perue-
nerit vſque ad inimici dilectionem, aſcẽdit in ſextum
gradum, vbi iam ipſum oculum purgat quo videri de- *Sextus.*
poteſt, quantum poteſt ab iis qui huic ſeculo moriũtur
quantum poſſunt. Nam intantum vident, inquantum
moriuntur huic ſeculo. Inquantum autem huic viuunt,
non vident. Et ideo quamuis iam certior & non ſolum
tolerabilior, ſed etiam iucundior ſpecies lucis illius in- F
cipiat apparere, in ænigmate tamẽ adhuc & per ſpecu-
lum videri dicitur,quia magis per fidem quàm per ſpe- *1.Cor.13.*
ciem ambulatur, cum io hac vita peregrinamur,quan- *1.Cor.5.*
uis conuerſationem habeamus in cœlis. In hoc autem *Philip.3.*
gradu ita purgat oculum cordis, vt veritati ne ipſum
quidem præferat aut conferat proximum: ergo nec ſe-
ipſum,quia nec illum quem diligit ſicut ſeipſum. Erit er
go iſte ſanctus tam ſimplici corde atque mundato, vt
neque hominibus placẽdi ſtudio detorqueatur à vero,
nec reſpectu deuitãdorum quorũlibet incõmodorum
ſuorum quę aduerſantur huic vitæ. Talis filius aſcendit
ad ſapientiam quæ vltima & ſeptima eſt, qua pacatus *Septimus.*
tranquilluſq; perfruitur. Initium enim ſapientiæ timor *Pſal.110.*
domini. Ab illo enim vſque ad ipſam per hos gradus
tenditur & peruenitur. Sed nos ad tertium gradum *Libri Cano*
illum conſideratioñe referamus,de quo diſſerere quod *nici.*
dominus ſuggeſſerit atq; tractare inſtituimus. Erit igi- *Cap.VIII.*
tur diuinarum ſcripturarum ſolertiſsimus indagator,
qui primo totas legerit,notaſq; habuerit, & ſi nondum
intellectu,iam tamen lectione,duntaxat eas quę appel-
lantur

G lantur canonicæ. Nam cæteras ſecurius leget fide veritatis inſtructus, ne præoccupēt imbecillem animum, & periculoſis mendaciis atque phantaſmatibus eludentes

diſt.19.ca. In canonicis.

præiudicent aliquid contra ſanam intelligētiam. In canonicis autē ſcripturis Eccleſiarum catholicarum quāplurium authoritatē ſequatur, inter quas ſanè illæ ſunt quæ Apoſtolicas ſedes habere & epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in ſcripturis canonicis, vt eas quæ ab omnibus accipiūtur Eccleſiis catholicis, præponat eis quas quædam non accipiunt. In eis vero quæ non accipiūtur ab omnibus, præponat eas quas plures grauioresq; accipiūt, eis quas pauciores minorisq; authoritatis Eccleſiæ tenēt. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quanquam hoc inuenire non poſsit, æqualis tamē authoritatis eas habendas puto. Totus autē canon ſcripturarum in quo iſtam conſiderationem verſandam dicimus, his libris cōtinetur, Quinque Moyſeos, id eſt Geneſi, Exodo, Leuitico, Numeri, Deuteronomio, & vno libro Ieſu Naue, vno Iudicū, vno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere. Deinde quatuor Regnorū & duobus Paralipomenon, non cō-

H ſequentibus, ſed quaſi à latere adiūctis ſimulq; pergentibus. Hæc eſt hiſtoria quæ ſibimet annexa tempora cōtinet, atque ordinem rerum. Sunt aliæ tanquā ex diuerſo ordine, quæ neque huic ordini, neque inter ſe cōnectuntur, ſicut eſt Iob & Tobias & Heſter & Iudith & Maccabæorū libri duo, & Eſdræ duo, qui magis ſubſequi vidētur ordinatā illam hiſtoriam, vſq; ad Regnorum vel Paralipomenon terminatam. Deinde Prophetę, in quibus Dauid vnus liber Pſalmorum: & Salomonis tres, Prouerbiorum, Cantica canticorum, & Eccle-

2. Retract. ca.4.

ſiaſtes. Nam illi duo libri, vnus qui Sapientia, & alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur. Nam Ieſus filius Sirach eos ſcripſiſſe conſtātiſsime perhibetur. Qui tamē quoniam in authoritatē recipi meruerunt, inter Propheticos numerandi ſunt. Reliqui ſunt eorū libri, qui proprie Prophetæ appellati ſunt, duodecim Prophetarum libri ſinguli: qui cōnexi ſibimet, quoniam nunquā ſeiuncti ſunt pro vno habētur. Quorum Prophetarum nomina ſunt hæc, Oſee, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naūm, Abacuk, Sophonias, Aggęus, Zacharias, Malachias. De-

I inde quatuor Prophetæ ſunt maiorum voluminum, E-

Ibidem.

ſaias, Hieremias, Daniel, Ezechiel. His quadragintaquatuor libris veteris teſtamēti terminatur authoritas. Noui autem quatuor libris Euangelij ſecundū Matthęum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem: quatuordecim Epiſtolis Pauli Apoſtoli, ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Theſſalonicēſes duabus, ad Coloſſenſes, ad Timotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos, Petri duabus, tribus Ioannis, vna Iudæ, & vna Iacobi, Actibus Apoſtolorum libro vno, & Apocalypſis Ioannis libro vno.

Quid primo, quod deinde quærē dū in literis ſacris. Cap.IX.

In his omnibus libris timentes deum & pietate manſueti quærunt voluntatem dei. Cuius operis & laboris prima obſeruatio eſt, vt diximus, noſſe iſtos libros, & ſi nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare memoriæ, vel omnino incognitos non habere. Deinde illa quę in eis aperte poſita ſunt vel præcepta viuendi, vel regulæ credendi, ſolertius diligentiúſque inueſtiganda ſunt. Quę quanto quiſque plura inuenit, tanto eſt intelligentia capacior. In iis enim quæ aperte in ſcriptura poſita ſunt, inueniuntur illa omnia quæ continent fidem moresq; viuendi, ſpem ſcilicet atque charitatem, de quibus libro K ſuperiore tractauimus. Tum vero facta quadam familiaritate cum ipſa lingua diuinarum ſcripturarum, in ea quæ obſcura ſunt aperiēda & diſcutienda pergendū eſt, vt ad obſcuriores locutiones illuſtrandas de maniſeſtioribus ſumantur exempla, & quædā certarum ſententiarum teſtimonia dubitationem de incertis auferāt. In qua re memoria valet plurimum, Quæ ſi defuerit, non poteſt his præceptis dari.

Verba nūc ꝓprie nunc metaphorice accipiuntur. Cap.X.

Duabus autē cauſis non intelliguntur quæ ſcripta ſunt, ſi aut ignotis, aut ambiguis ſignis obteguntur. Sunt autem ſigna vel propria vel tranſlata. Propria dicuntur, cū his rebus ſignificandis adhibentur, propter quas ſunt inſtituta, ſicut cum dicimus bouem, intelligimus pecus, quod omnes nobiſcum Latinæ linguæ homines hoc nomine vocāt. Tranſlata ſunt, cum & ipſæ res quas propriis verbis ſignificamus ad aliud aliquid ſignificandum vſurpātur, ſicut cum dicimus bouem, & per has duas ſyllabas intelligimus quod iſto nomine appellari ſolet: ſed per illud pecus rurſus intelligimus Euāgeliſtam quem ſignificauit ſcriptura, interpretāte Apoſtolo, dicens: Bouem triturantem non infrænabis. *1.Cor.9.*

1.Timo.15. Græcā linguā & Hebræā neceſſariam eſſe ad cognitionē literarū ſacrarum. Cap.XI.

L Contra ignota ſigna propria, magnum remedium eſt linguarum cognitio. Et Latinæ quidem linguæ homines quos nūc inſtruendos ſuſcepimus, & duabus aliis ad ſcripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa ſcilicet & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quā dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas, quanquam & Hebræa verba non interpretata ſæpe inueniamus in libris, ſicut amen, hallelu ia, & racha & oſanna, & ſi qua ſunt alia. Quorum partim propter ſanctiorem authoritatem, quamuis interpretari potuiſſent, ſeruata eſt antiquitas, ſicut eſt amen & hallelu ia, partim vero in aliam linguam transferri non potuiſſe dicūtur, ſicut alia duo quæ poſuimus. Sunt enim quædam verba certarum linguarum, quę in vſum alterius linguæ per interpretationem tranſire non poſſunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, quæ verba potius motum animi ſignificant, quàm ſententiæ cō ceptæ † vllam particulā: Nam & hæc duo talia eſſe perhibentur. *† connexæ.* Dicunt enim racha indignantis eſſe vocem, oſanna lætantis. Sed non propter hæc pauca quę notare atque interrogare facillimum eſt, ſed propter diuerſitates, vt dictum eſt, interpretum, illarum linguarum M eſt cognitio neceſſaria. Qui enim ſcripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari poſſunt, Latini autem interpretes nullo modo. Vt enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibimet vtriuſq; linguæ habere videbatur, auſus eſt interpretari.

Diuerſitas interpretationū quid faciat. C.XII.

Quæ quidem res plus adiuuit intelligentiam quàm impediuit, ſi modo legentes non ſint negligentes. Nam nonnullas obſcuriores ſententias pluriū codicum ſæpe manifeſtauit inſpectio. Sicut illud Eſaiæ Prophetæ vnus interpres ait: Et carnem tuā ne deſpexeris: alius, Et domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris: vterque ſibimet inuicem atteſtantur. *Eſa.58.* Nanque alter ex altero exponitur: quia & caro poſſet accipi proprie vt corpus ſuum quiſque ne deſpiceret, ſe putaret admonitum: & domeſtici ſeminis trāſlatæ, Chriſtiani poſſent intelligi, ex eodem verbi ſemine nobiſcum ſpiritaliter nati. Nunc autem collato interpretum ſenſu probabilior occurrit ſententia proprie de conſanguineis non deſpiciēdis eſſe præceptum, quoniam domeſticos ſeminis cum ad carnem retuleris, conſanguinei potiſsimum occurrunt. Vnde

eſſe

A eſſe arbitror illud Apoſtoli quod ait, Si quo modo ad *Rom. 11.* æmulationẽ adducere potuero carnem meã vt ſaluos faciam aliquos ex illis, id eſt, vt æmulando eos qui crediderant & ipſi crederent. Carnem autem ſuam dixit Iudæos, propter conſanguinitatem. Item aliud eiuſdem *Eſa. 7.* Eſaiæ Prophetæ, Niſi credideritis, nõ intelligetis. Alius interpretatus eſt, Niſi credideritis non permanebitis. Quis horum vera ſecutus ſit, niſi exẽplaria linguæ præcedentis legantur incertum eſt, Sed tamen ex vtroque magnum aliquid inſinuatur ſcienter legentibus. Difficile eſt enim ita diuerſos à ſe interpretes fieri, vt non ſe aliqua vicinitate contingant. Ergo quoniam intellectus in ſpecie ſempiterna eſt, fides vero in rerum temporalium quibuſdam cunabulis quaſi lacte alit paruulos. *2. Cor. 5.* Nunc autẽ per fidem ambulamus non per ſpeciem, Niſi autem per fidem ambulauerimus, ad ſpeciem peruenire non poterimus, quæ non tranſit, ſed permanet per intellectum purgatum nobis cohærentibus veritati. Propterea ille ait, Niſi credideritis non permanebitis. Ille vero, Niſi credideritis nõ intelligetis. *Amphibologia.* Et ex ambiguo linguæ præcedentis plerunque interpres fallitur cui non bene nota ſentẽtia eſt, & eam ſignificationem B transfert quæ à ſenſu ſcriptoris penitus aliena eſt. Sicut *Pſal. 13.* quidam codices habent, Acuti pedes eorum ad effundendum ſanguinem, ὀξὺς enim apud Græcos & acutũ & velocem ſignificat. Ille ergo vidit ſentẽtiam qui trãſtulit, Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinẽ. Ille autem alius ancipiti ſigno in aliam partem raptus errauit. Et talia quidem nõ obſcura ſed falſa ſunt, quorum alia conditio eſt, Nõ enim intelligendos ſed emẽdandos tales codices potius præcipiendum eſt. Hinc eſt enim etiam illud: quoniam μόσχος moſchos Græce vitulus dicitur, μοσχεύματα moſcheumata quidam non intellexerunt eſſe plantationes, & vitulamina interpretati ſunt. Qui error tam multos codices præoccupauit, vt vix inueniatur aliter ſcriptum, & tamen ſententia manifeſtiſsima eſt, quia clarèſcit conſequentibus ver- *Sap. 4.* bis. Nanque adulterinæ plantationes non dabunt radices altas: conuenientius dicitur quàm vitulamina, quæ velut pedibus per terram gradiũtur, & non hærent radicibus. Hanc tranſlationem in eo loco etiam cætera contexta cuſtodiunt. *Solœciſmus & Barbariſmus.* Sed quoniam & quæ ſit ipſa ſententia, quam plures interpretes pro ſua quiſq; facultate atque iudicio conantur eloqui, non apparet niſi in *Cap. XIII.* ea lingua inſpiciatur quam interpretantur, & plerun- C que à ſenſu authoris deuius aberrat interpres ſi non ſit doctiſsimus. Igitur aut illarum linguarum ex quibus in Latinam ſcripturam peruenit petenda cognitio eſt, aut habendæ interpretationes eorum qui ſe verbis nimis obſtrinxerunt, non quia ſufficiunt, ſed vt ex eis libertas **al. ſam.* vel error dirigatur aliorũ, qui non magis* verba quàm ſententias interpretãdo ſequi maluerunt. Nam non ſolum verba ſingula, ſed etiam locutiones ſæpe transferuntur, quæ omnino in Latinæ linguæ vſum, ſi quis cõſuetudinem veterum, qui Latine locuti ſunt tenere voluerit, tranſire non poſſunt. Quæ aliquando intellectui nihil adimunt, ſed offendunt tamen eos qui plus delectantur in rebus, cum etiã in earum ſignis ſua quædam ſeruatur integritas. Nam ſolœciſmus qui dicitur, nihil aliud eſt quàm cum verba non ea lege ſibi coaptantur qua coaptauerũt qui priores nobis non ſine authoritate aliqua locuti ſunt. Vtrũ enim inter homines, an inter hominibus dicatur, ad rerum non pertinet cognitorem. Item Barbariſmus quid aliud eſt, niſi verbũ non eis literis vel ſono enunciatum, quo ab eis qui Latine ante nos locuti ſunt, enũciari ſolet? Vtrum enim igno- D ſcere producta tertia ſyllaba vel correpta dicatur, non multum curat qui peccatis ſuis deum vt ignoſcat petit, quolibet modo illud verbum ſonare potuerit. Quid eſt ergo integritas locutionis, niſi Latinæ conſuetudinis conſeruatio loquentium veterum authoritate firmata? Sed tamen eo magis inde offendũtur homines quo infirmiores ſunt, & eo ſunt infirmiores, quo doctiores vi- *1. Cor. 8.* deri volunt: non rerum ſcientia qua ædificamur, ſed ſignorum, qua non inflari omnino difficile eſt, cum & ipſa rerum ſcientia ſæpe ceruicem erigat, niſi dominico reprimatur iugo. Quid enĩ obeſt intellectori, quòd ita ſcriptum eſt, quæ eſt terra in qua iſti inſident ſuper eam, ſi bona eſt aut nequã, & quæ ſunt ciuitates in quibus ipſi inhabitant in ipſis? Quam locutionem magis alienæ linguæ eſſe arbitror, quàm ſenſum aliquẽ altiorem. Illud etiam quod iam auferre nõ poſſumus de ore cantantium populorum, Super ipſum autem floriet ſan *Pſal. 131.* ctificatio mea: nihil profecto ſententiæ detrahit: auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, vt non floriet, ſed florebit diceretur. Nec quicquã impedit correctionem niſi conſuetudo cantantium. Iſta ergo facile etiam contẽni poſſunt, ſi quis ea cauere noluerit, quæ ſano in- E tellectui nihil detrahunt. At vero illud quod ait Apoſtolus: Quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus, *1. Cor. 1.* & quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus: ſi quis in eo Græcam locutionem ſeruaſſe voluiſſet, vt diceretur, Quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominum: & quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominum: iret quidem vigilãtis lectoris intentio in ſententiæ veritatem: ſed tamẽ aliquis tardior, aut non intelligeret aut etiam peruerſe intelligeret. Non enim tantum vicioſa locutio eſt in Latina lingua talis, verumetiam in ambiguitatem cadit, vt quaſi hominum ſtultum vel hominũ infirmum ſapientius vel fortius videatur eſſe, quàm dei: quanquam & illud, ſapientius eſt hominibus, non caret ambiguo etiam ſi ſolœciſmo careat. Vtrũ enim his hominib⁹ ab eo quod eſt huic homini, an ab his hominibus ab eo quod eſt ab hoc homine dictum ſit, nõ apparet niſi illuminatione ſentẽtiæ. Melius itaq; dicitur ita, Sapientius eſt quàm homines, & fortius eſt quàm homines. De ambiguis autem ſignis pòſt loquemur, *De percipienda verborũ & locutionũ proprietate, & emendandis codicibus.* nunc de incognitis agimus, Quorum duæ formæ ſunt quãtum ad verba pertinet. Nanq; aut ignotum verbum facit hærere lectorẽ, aut ignota locutio. Quæ ſi ex alienis linguis veniunt, aut quærẽda ſunt ab earum linguarum hominibus, aut linguæ eædem, ſi & ociũ eſt & ingenium ediſcendæ, aut plurium interpretum conſulẽda collatio eſt. Si autem ipſius linguæ noſtræ aliqua ver- *Cap. XIIII.* ba locutionèſque ignoramus, legẽdi conſuetudine au- F diendiq; innoteſcunt. Nulla ſanè ſunt magis mandãda memoriæ, quàm illa verborum locutionũmque genera quæ ignoramus, vt cum vel peritior occurrerit, de quo quæri poſsint, vel talis lectio quæ vel præcedentibus vel conſequẽtibus vel vtriſque oſtendat quam vim habeat, quidve ſignificet quod ignoramus, facile adiuuãte memoria poſsimus animaduertere & diſcere: quanquam tãta eſt vis conſuetudinis etiam ad diſcẽdum, vt qui in ſcripturis ſanctis quodã modo nutriti educatiq; ſunt, magis alias locutiones mirẽtur, eàſque minus Latinas putent quàm illas quas in ſcripturis didicerunt, neq; in Latinæ linguę authoribus reperiũtur. Plurimũ hic quoque iuuat interpretũ numeroſitas collatis codicibus inſpecta atq; diſcuſſa, tãtum abſit falſitas, Nam codicibus emendandis primitus debet inuigilare ſolertia eorum qui

G qui ſcripturas diuinas noſſe deſiderant, vt emendatis non emendati cedant, ex vno duntaxat interpretationis genere venientes.

Interpretatio Septuaginta. Cap. XV.

In ipſis autem interpretationibus Itala cęteris præferatur. Nam eſt verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ, Et Latinis quibuſlibet emendandis, Græci adhibeãtur, in quibus Septuaginta interpretum quod ad vetus teſtamentũ attinet, excellit authoritas: qui iam per omnes peritiores Eccleſias tanta pręſentia ſpiritus ſancti interpretati eſſe dicuntur, vt os vnum tot hominum fuerit. Qui ſi, vt fertur, multiq; non indigni fide prædicant, ſinguli cellis etiam ſingulis ſeparati cũ interpretati eſſent, nihil in alicuius eorũ codice inuentum eſt quod non iiſdem verbis eodemq; verborum ordine inueniretur in cæteris: quis huic authoritati conferre aliquid nedum præferre audeat? Si autem cõtulerunt vt vna omnium cõmuni tractatu iudicióq; vox fieret, nec ſic quidem quẽquam vnũ hominem qualibet peritia ad emendandũ tot ſeniorum doctorumq; cõſenſum aſpirare oportet aut decet. Quamobrem etiam ſi aliquid aliter in Hebræis exemplaribus inuenitur quàm iſti poſuerint, cedendum eſſe arbitror diuinæ diſpenſationi, quæ per eos facta eſt: vt libri quos

De ciui. dei li. 18. c. 43. Illud alij veluti fabulam ridẽt.

H gẽs Iudęa cęteris populis vel religione vel inuidia prodere nolebat, crediturís per dominũ gentibus miniſtra regis Ptolemæi poteſtate tanto ante proderẽtur. Itaque fieri poteſt, vt ſic illi interpretati ſint, quẽadmodum cõgruere gentibus ille qui eos regebat †, & qui os vnum omnibus fecerat ſpiritus ſanctus iudicauit. Sed tamẽ vt ſuperius dixi, horum quoq; interpretum qui verbis tenacius inhęſerunt, collatio non eſt inutilis ad explanãdam ſæpe ſententiam. Latini ergo vt dicere cœperam codices veteris teſtamenti, ſi neceſſe fuerit, Græcorum authoritate emendandi ſunt, & eorum potiſsimum qui cum ſeptuaginta eſſent ore vno interpretati eſſe perhibentur. Libros autem noui teſtamenti, ſi quid in Latinis varietatibus titubat, Græcis cedere oportere non dubiũ eſt, & maxime qui apud Eccleſias doctiores & diligentiores reperiuntur.

† tagebat.

Cognitio animalium, herbarũ, lapidũ, ſimiliũq; neceſſaria. Cap. XVI. Ioan. 9. Hebraica nomina.

In tranſlatis vero ſignis ſi qua forte ignota cogũt hęrere lectorem, partim linguarum noticia, partim rerum inueſtiganda ſunt. Aliquid enim ad ſimilitudinem valet, & proculdubio ſecretum quiddam inſinuat ſiloa (probatica) piſcina, vbi lauare faciem iuſſus eſt, cui oculos dominus luto de ſputo facto inunxerat. Quod tamẽ nomen linguæ incognitæ, niſi Euãgeliſta interpretatus eſſet, tam magnus intellectus lateret. Sic etiam multa quæ ab authoribus eorundem librorum interpretata non ſunt nomina Hebræa, nõ eſt I dubitãdum habere non paruam vim atque adiutorium ad ſoluẽda ænigmata ſcripturarum, ſi quis poſsit ea interpretari: quod nõnulli eiuſdem linguę viri periti non ſanè paruum beneficium poſteris contulerunt, qui ſeparata de ſcripturis eadem verba omnia interpretati ſunt, & quid ſit Adam, quid Heua, quid Abraham, quid Moyſes, ſiue etiam locorum nomina, quid ſit Hieruſalem, vel Siõ, vel Hiericho, vel Sina, vel Libanus, vel Iordanis, vel quæcunque alia in illa lingua ſunt incognita nobis nomina. Quibus apertis & interpretatis multæ in ſcripturis figuratæ locutiones manifeſtantur. Rerum autem ignorãtia facit obſcuras figuratas locutiones, cum ignoramus vel animantium, vel lapidum, vel herbarum naturas aliarúmve rerum, quæ plerunque in ſcripturis ſimilitudinis alicuius gratia ponuntur. Nam & de ſerpente, quod notum eſt totum corpus eum pro capite obiicere feriẽtibus, quantum illuſtrat ſenſum illum quo dominus iubet aſtutos nos eſſe ſicut ſerpẽtes, *Matt. 10.* vt ſcilicet pro capite noſtro, quod eſt Chriſtus, corpus K potius perſequẽtibus offeramus, ne fides Chriſtiana tãquam caput necetur in nobis, ſi parcẽtes corpori negemus deum: vel illud quòd per cauernæ anguſtias coarctatus, depoſita veteri tunica vires nouas accipere dicitur, quantum concinit ad imitandam ipſius ſerpentis aſtutiam, exuẽdúmque ipſum veterem hominem, ſicut Apoſtolus dicit, vt induamur nouo, & exuendũ per anguſtias, dicẽte domino, Intrate per anguſtam portam. *Ephe. 4. & Coloſſ. 3. Matt. 7.* Vt ergo noticia naturæ ſerpentis illuſtrat multas ſimilitudines, quas de hoc animante ſcriptura dare cõſueuit, ſic ignorãtia nonnullorum animalium quæ nõ minus per ſimilitudines commemorat, impedit plurimũ lectorem. Sic lapidum, ſic herbarum, vel quęcunque tenẽtur radicibus. *Exod. 28.* Nã & carbunculi noticia, quòd lucet in tenebris, multa illuminat etiam obſcura librorum vbicunque propter ſimilitudinem ponitur, & ignorantia berilli vel adamãtis claudit plerũque intelligentiæ fores. *Ezech. 3.* Nec aliam ob cauſam facile eſt intelligere pacem perpetuam ſignificari oleæ ramuſculo, quem rediens ad arcam columba pertulit, niſi quia nouimus & olei lenẽ contactum non facile alieno humore corrumpi, & arborem ipſam frondere perenniter. *Gene. 8.* L Multi autem propter ignorantiam hyſſopi dum neſciunt quam vim habeat, vel ad purgãdum pulmonem, vel vt dicitur ad ſaxa radicibus penetranda, cum ſit herba breuis atque humilis, omnino inuenire non poſſunt, quare dictum ſit, Aſperges me hyſſopo & mũdabor. *Pſal. 50.* Numerorum etiam imperitia multa facit non intelligi, tranſlate ac myſtice poſita in ſcripturis. Ingenium quippe, vt ita dixerim, ingenium non poteſt non moueri quid ſibi velit, quòd & Moyſes & Helias & ipſe dominus quadraginta diebus ieiunauerunt? *Exod. 24. 3. Reg 19. Math. 4.* Cuius actionis figuratus quidam nodus: niſi huius numeri cognitione & conſideratione non ſoluitur. Habet enim denariũ quater, tanquã cognitionem omniũ rerum intextam temporibus. Quaternario quippe numero & diurna & ãnua curricula peraguntur. Diurna matutinis, meridianis, veſpertinis, nocturniſq; horarum ſpaciis, Annua, vernis, æſtiuis, autũnalibus hyemalibuſq; menſibus. A temporum autẽ delectatione dũ in temporibus viuimus, propter æternitatem in qua viuere volumus abſtinendũ & ieiunandũ eſt, quamuis tẽporum curſibus ipſa nobis inſinuetur doctrina contemnendorum temporum & appetẽdorum æternorum. M Porrò autem denarius numerus creatoris atque creaturæ ſignificat ſciẽtiam. Nã trinitas creatoris eſt, ſeptenarius autem numerus creaturã indicat, propter vitam & corpus, Nã in illa tria ſunt: vnde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligẽdus eſt deus. *Matth. 22.* In corpore autem quatuor manifeſtiſsima apparent, quibus conſtat, elemẽta. In hoc ergo denario dum temporaliter nobis inſinuatur, id eſt quater ducitur, caſtè & continenter à temporum delectatione viuere, hoc eſt quadraginta diebus ieiunare monemur. Hoc lex, cuius perſona eſt in Moyſe, hoc prophetia, cuius perſonã gerit Helias, hoc ipſe dominus monet, qui tanquam teſtimonium habens ex lege & Prophetis, medius inter illos in monte tribus diſcipulis videntibus atque ſtupẽtibus claruit. *Matt. 17.* Deinde ita quæritur, quo modo quinquagenarius de quadragenario numero exiſtat, qui nõ mediocriter in noſtra religione ſacratus eſt propter Pentecoſtẽ, & quo modo ter ductus propter tria tempora, ante legem, ſub lege, ſub gratia, vel propter nomen patris & filij & ſpiritus ſancti, adiuncta eminẽtius ipſa trinitate ad purgatiſsimæ Eccleſiæ myſterium referatur, *Acto. 2.*

perueniatq;

A perueniatq; ad cẽtum quinquaginta tres piſces, quos retia poſt reſurrectionem domini in dexterã partem miſſa ceperunt.

Ioan. 21.

Ita multis aliis atque alus numerorum formis quædã ſimilitudinum in libris ſanctis ſecreta promuntur, quæ propter oumerorum imperitiam legentibus clauſa ſunt. Non pauca etiam claudit atque obtegit nonnullarum rerum muſicarum ignorãtia. Nam & de Pſalterij & citharæ differẽtia, quidam non inconcinne aliquas rerum figuras aperuit: & decem chordarũ Pſalterium non importune inter doctos quæritur, vtrũ habeat aliquam muſicæ legem quæ ad tantum neruorum numerum cogat, an vero ſi non habet, eoipſo magis ſacrate ſic accipiendus ipſe numerus: vel propter decalogum legis: de quo item numero ſi quæratur, noo oiſi ad creatorem creaturamq; referendus eſt: vel propter ſuperius expoſitum ipſum denarium. Et ille numerus ædificationis templi commemoratus in Euangelio quadraginta ſcilicet & ſex annorum, neſcio quid muſicum ſonat, & relatus ad fabricam dominici corporis, propter quam templi mentio facta eſt, cogit noonullos hæreticos confiteri filium dei non falſo ſed vero & humano corpore indutum, Et numerum quippe & muſicam pleriſq; locis in ſanctis ſcripturis poſita honorabiliter inuenimus.

Pſal. 32. & 91.

Ioan. 2.

B

Poetarũ fabulas non interp̃tãdas allegorice.

Cap. XVII.

Non enim audiendi ſunt errores gentilium ſuperſtitionum, qui nouem muſas Iouis & memoriæ filias eſſe finxerunt. Refellit eos Varro, quo neſcio vtrum apud eos quiſquam talium rerum doctior vel curioſior eſſe poſsit. Dicit enim ciuitatem neſcio quam, nõ enim oomen recolo, locaſſe apud tres artifices terna ſioiulachra Muſarum, quæ in templo Apollinis dono poneret, vt quiſquis artificum pulchriora formaſſet, ab illo potiſsimũ electa emeret. Itaq; cootigiſſe vt opera ſua quoque illi artifices æquè pulchra explicarent, & placuiſſe ciuitati omnes nouem, atque omnes emptas eſſe, vt in Apollinis templo dedicarentur, Quibus poſtea dicit Heſiodum poëtam impoſuiſſe vocabula. Non ergo Iupiter nouem Muſas genuit, ſed tres fabri ternas creauerunt. Tres autem non propterea illa ciuitas locauerat, quia in ſomois eas viderat, aut tot ſe cuiuſquã illorum oculis demooſtrauerãnt: ſed quia facile erat animaduertere omnem ſonum, qui materies cantilenarum eſt, triformem eſſe natura. Aut enim editur voce, ſicuti eorum eſt qui faucibus ſine organo canunt: aut flatu, ſicut tubarum & tibiarum: aut pulſu, ſicut in citharis & tympanis, & quibuſlibet aliis quæ percutiẽdo canora ſunt.

Simulachra Muſarum.

C

Profani ſi quid bene dixerũ, nõ aſpernãdũ.

Ca. XVIII.

Sed ſiue ita ſe habeat quod Varro retulit, ſiue non ita, nos tamẽ non propter ſuperſtitionem profanorum debemus muſicã fugere, ſi quid inde vtile ad intelligendas ſanctas ſcripturas rapere potuerimus: nec ad illorum theatricas nugas conuerti, ſi aliquid de citharis & de orgaois quod ad ſpiritalia capienda valeat diſputemus. Neque eoim & literas diſcere non debuimus, quia earum repertorem dicũt eſſe Mercurium: aut quia iuſticiæ virtutique templa dedicaruot, & quæ corde geſtanda ſunt in lapidibus adorare maluerũt, propterea nobis iuſticia virtúſque fugienda eſt: immo vero quiſquis bonus verúſque Chriſtiaous eſt, domini ſui eſſe intelligat vbicunque inuenerit veritatem, quã confitens & agnoſcens, etiam io literis ſacris ſuperſtitioſa figmẽta repudiet: doleátque homines atque caueat, qui cognoſcentes deum, non vt deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt cor inſipiens eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & ſerpentium.

Rom. 1.

D

Doctrinarũ genera duo.

Cap. XIX.

Sed vt totum iſtum locum, nam eſt maxime neceſſarius, diligentius explicemus, Duo ſunt genera doctrinarum quę in gentilibus etiam moribus exerceotur. Vnum earum rerum quas inſtituerunt homines, alterum earum quas animaduerterũt iam peractas aut diuinitus inſtitutas. Illud quod eſt ſecundum inſtitutiones hominum, partim ſuperſtitioſum eſt, partim ſuperſtitioſum non eſt.

26. q. 2. cap. Illud.

Superſtitio.

Cap. XX.

Superſtitioſum eſt, quicquid inſtitutum eſt ab hominibus ad facienda & colẽda idola, pertinens vel ad colendam ſicut deum creaturam partẽmve vllam creaturæ, vel ad conſultationes & pacta quædam ſigoificationum cum dęmonibus placita atque fœderata, qualia ſunt molimina * magicarum artium, quæ quidem commemorare potius quàm docere aſſolent Poëtæ. Ex quo genere ſuot, ſed quaſi licentiore vanitate haruſpicum & augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ, atque remedia quæ medicorum quoque diſciplina cõdemnat, ſiue io præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis quas characteres vocant: ſiue in quibuſdam rebus ſuſpendẽdis atque ligandis, vel etiam ſaltandis quodam modo, non ad temperationem corporum, ſed ad quaſdam ſignificationes, aut occultas, aut etiam manifeſtas: quas mitiore nomine Phyſicam vocant, vt non quaſi ſuperſtitioſe implicare, ſed natura prodeſſe videantur: ſicut ſunt inaures io ſummo aurium ſingularum, aut de ſtruthionum oſsibus anſulæ in digitis, aut cum tibi dicitur ſingultienti, vt dextra manu ſiniſtrum pollicem teneas. His adiunguntur milia inaniſsimarum obſeruationum, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi iunctim ambulantibus amicis, lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit: atque illud quòd lapidem calcant, tanquam diremptorem amiciciæ minus moleſtum eſt, quàm quòd innocentem puerum colapho percutiunt, ſi pariter ambulantibus iotercurrerit. Sed bellum eſt quòd aliquando pueri viodicantur à canibus, Nam plerunque tam ſuperſtitioſi ſunt quidam, vt etiam canem qui medius interuenerit ferire audeant, non impune. Nanque à vano remedio cito interdum ille percuſſorem ſuum ad verum medicum mittit. Hinc ſunt etiam illa: limen calcare cum ante domum ſuam tranſit: redire ad lectum, ſi quis dum ſe calciat ſternutauerit: redire domum, ſi procedens offenderit: cum veſtis à ſoricibus roditur, plus timere ſuſpicionem futuri mali, quàm præſens damnum dolere. Vnde illud eleganter dictum eſt Catonis, qui cum eſſet conſultus à quodam qui ſibi à ſoricibus eroſas caligas diceret: reſpondit non eſſe illud monſtrum, ſed vere monſtrum habendum fuiſſe, ſi ſorices à caligis roderentur.

**al. volumina.*

E

F

Catonis lepidũ dictũ.

Superſtitio mathematica.

ca. C. XXI.

Neque illi ab hoc genere pernicioſæ ſuperſtitionis ſegregandi ſunt, qui genethliaci propter natalium dierũ conſiderationes, nũc autem vulgo Mathematici vocantur. Nam & ipſi quãuis veram ſtellarum poſitionem, cum quiſque naſcitur conſectẽtur, & aliquando etiam perueſtigent, tamen quod inde conantur vel actiones noſtras vel actionum euẽta prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miſerabilem ſeruitutem. Nam quiſque liber cum ad huiuſmodi Mathematicum ingreſſus fuerit, dat pecuniam vt ſeru⁹ inde exeat, aut Martis, aut Veneris, vel potius omnium ſyderum, quibus illi qui primi errauerunt, errorẽmque poſteris propinauerũt, vel beſtiarum propter ſimilitudinem, vel homioum ad ipſos homines honorandos impoſuerunt vocabula. Nõ enim mirandum eſt, cum etiam propioribus recentioribúſque

temporibus,

G temporibus, ſydus quod appellamus luciferum honori
Sic Virg. Ecce Dionei processit Caesaris astrum. & nomini Cæſaris Romani dicare conati ſunt. Et forraſſe factum eſſet atque iſſet in vetuſtatem, niſi auia eius
Venus pręoccupaſſet hoc nominis prædium, neque iure vllo ad hæredes traiiceret, quod nunquam viua poſſederat aut poſsidēdum petiuerat. Nam vbi vacabat locus, neq; alicuius priorum mortuorum honore tenebatur, factū eſt quod in rebus talibus fieri ſolet. Pro quintili enim & ſextili mēſibus, Iulium atque Auguſtum vocamus de honorib⁹ hominum Iulij Cæſaris & Auguſti Cęſaris nuócupatos, vt facile qui voluerit intelligat etiā illa ſydera prius ſine his nominibus cœlo vagata eſſe. Mortuis autem illis quorum honore memoriā vel coacti ſunt homines regia poteſtate, vel placuit humana vanitate nomina eorū imponētes ſyderibus, eos ipſos ſibi mortuos in cœlū leuare videbātur. Sed quomodolibet vocentur ab hominibus, ſunt tamē ſydera quę deus inſtituit & ordinauit vt voluit, & eſt certus motus illorum quo tempora diſtioguuntur atq; variantur. Quem motū notare cum quiſq; naſcitur quo modo ſe habeat facile eſt, per eorū inueotas conſcriptasq; regulas quod ſancta ſcriptura condemnat dicens, Si enim tātum po
H tuerunt ſcire vt poſſent æſtimare ſeculū, quo modo eius dominum non facilius iouenerunt?

Obſeruatio ſyderum. Cap. XXII. Sed ex ea notatione velle naſcentium mores, actus, euenta prædicere, magnus error & magna dementia eſt. Et apud eos quidem qui talia dediſcenda didicerunt, ſine vlla dubitaoone refellitur hæc ſuperſtitio. Conſtellationes enim quas vocant, notatio eſt ſyderū, quo modo ſe habebant cū ille naſceretur de quo iſti miſeri à miſerioribus con-
Supra 21. c. ſuluntur. Fieri autem poteſt, vt aliqui gemini tam ſequaciter fundātur ex vtero, vt interuallum temporis inter èos nullum poſsit apprehendi, & conſtellationum numeris aonotari. Vnde oeceſſe eſt oonnullos geminos eaſdem habere conſtellationes, cum paria rerū vel quas agunt, vel quas patiūtur euenta non habeāt, ſed plerūque ita diſparia, vt alius fœliciſsim⁹, alius infœliciſsim⁹
Gene. 25. viuat: ſicut Eſaū & Iacob geminos accipimus natos, ita vt Iacob qui poſterior naſcebatur manu plātam præcedentis fratris tenēs inueniretur. Horum certè dies atq; hora naſcentium aliter notari non poſſet, niſi vt amborum conſtellatio eſſet voa. Quantū autem interſit inter amborum mores, facta, labores atq; ſucceſſus, ſcriptura
**al. peruulgata.* teſtis eſt, iā ore omnium geotiū peruagata*. Neq; enim ad rē pertinet quòd dicūt ipſum momētum minimum
I atq; anguſtiſsimum tēporis quod gemioorū partū diſtermioat, multum valere in rerū natura atq; cœleſtium corporū rapidiſsima velocitate. Etſi enim concedā vt plurimum valeat, tamen in conſtellationibus à Mathematico inueniri non poteſt, quibus inſpectis ſe fata dicere profitetur. Quod ergo in cōſtellationibus nō inuenit, quas neceſſe eſt vnas inſpiciat, ſiue de Iacob, ſiue de
†† diſtat. eius fratre conſulatur, quid ei prodeſt ſi diſcat † in cœlo quod temere ſecurus infamat, & non diſcat † in tabula quam fruſtra ſolicitus intuetur? Quare iſtę quoque opiniones quibuſdam retum ſignis humana præſumptione inſtitutis, ad eadē illa quaſi quædam cum dæmonibus pacta & conuenta referendæ ſunt.

Nō habenda fides Mathematicis. Caput XXIII. Hinc enim fit, vt occulto quodam iudicio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi & decipiendi pro meritis voluptatum ſuarum, illudentibus eos atque decipientibus præuaricatoribus angelis: quibus iſta pars mundi infima ſecundum pulcherrimum ordinem rerum diuinæ prouidentiæ lege ſubiecta eſt. Quibus illuſionibus & deceptionibus euenit, vt iſtis ſuperſtitioſis & pernicioſis diuinationum generibus multa præterita K
& futura dicantur, nec aliter accidāt, quàm dicunt: multaq; obſeruantibus ſecundū obſeruationes ſuas eueniāt, quibus implicati curioſiores fiāt, & ſeſe magis magisq; inſerant multiplicibus laqueis pernicioſiſsimi erroris.
Hoc gen⁹ fornicationis animæ ſalubriter diuina ſcrip- *26. q. 2. cap. illud.*
tura non tacuit, oeque ab ea ſic deterruit animam, vt propterea talia negaret eſſe ſectanda, quia falſa dicūtur à profeſſoribus eorum, ſed etiam ſi dixerint vobis, inquit, & ita euenerit, ne credatis eis. Non enim quia *Deut. 13.*
imago Samuēlis mortui Saūli regi vera prænunciauit, *1 Reg. 28.*
propterea talia ſacrilegia quibus imago illa præſentata *Lib. 2. ad*
eſt minus execrā da ſunt: aut quia in Actibus Apoſtolo- *Simpli. q. 3.*
rum ventriloqua fœmina verum teſtimonium perhi- *Acto. 16.*
buit Apoſtolis domini, ideo Paulus Apoſtolus pepercit *Vētriloqua*
illi ſpiritui, ac non potius fœminā illius dæmonij cor- *quaſi vētre*
reptiooe atque excluſione mundauit. Omnes igitur ar- *loquēs, Græce ἐγγαστρί-*
tes huiuſmodi vel nugatoriæ vel noxiæ ſuperſtitionis, *μυθος.*
ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dęmonum,
quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta, pe- *Eſt diuinatorū gen⁹ & hodie apud*
nitus ſunt repudiāda & fugienda Chriſtiano: oō quod
idolū ſit aliquid, vt ait Apoſtolus, ſed quia quæ immo-
lant, dæmooiis immolant & non deo: nolo autem vos *Italos, qui*
ſocios fieri dæmoniorum. Quod autem de idolis & de *ſic dicti ſūt*
immolationibus quæ honori eorum exhibentur, dixit *quòd ore nō*
Apoſtolus, boc de omnibus imaginariis ſignis ſentien- *edētes ſonū,*
dum eſt, quæ vel ad cultum idolorū, vel ad creaturam *p ventrē lo*
eiusq; partes tanquā deum colendas trahunt, vel ad re- *qui viſi ſūt.*
mediorum aliarumq; obſeruationum curam pertinēt: *1. Cor. 10.*
quæ nō ſunt diuinitus ad dilectionem dei & proximi, L
tanquam publice conſtituta, ſed per priuatas appetitiones rerum temporalium, corda diſsipant miſerorum. In omnibus ergo iſtis doctrinis ſocietas dæmonū formidanda atque vitanda eſt, qui nihil cum principe ſuo diabolo niſi reditum noſtrum claudere atque obſerare conantur. Sicut autem de ſtellis quas condidit & ordinauit deus humanæ & deceptorię cōiecturæ ab hominibus inſtitutæ ſunt: ſic etiam de quibuſdam naſcentibus vel quo modo diuinæ prouidētiæ adminiſtratione exiſtentibus rebus, multi multa humanis ſuſpicionibus, quaſi regularitet coniecta literis mandauerunt, ſi forte inſolite acciderint, velut ſi mula pariat, aut fulmine aliquid percutiatur.

Societas inter dæmones & Mathematicos. Ca. XXIIII. Quæ omuia tantum valent, quātum præſumptione animorum quaſi communi quadā lingua cum dæmonibus fœderata ſunt. Quę tamē omnia plena ſunt peſtiferæ curioſitatis, cruciantis ſolicitudinis, mortiferæ ſeruitutis. Non enim quia valebāt ani-
maduerſa ſunt, ſed animaduertendo atque ſignādo fa- M
ctum eſt vt valerent. Et ideo diuerſis diuerſa proueniūt ſecūdum cogitationes & præſumptiones ſuas. Illi enim ſpiritus qui decipere volunt, talia procurant cuiq;, qualibus eum irretitum per ſuſpiciones & cōſenſiones eius viderint. Sicut ènim, verbi gratia, voa figura literæ quæ decuſſatim notatur, aliud apud Græcos, aliud apud Latinos valet, non natura, ſed placito, & cōſenſione ſignificandi: & ideo qui vtramque linguam nouit, ſi homini Græco velit aliquid ſignificare ſcribendo, non in ea ſignificatiooe ponit hāc literam, in qua eam ponit cum homini ſcribit Latioo. Et beta vno eodèmque ſono, apud Græcos literæ, apud Latinos oleris nomen eſt. Et cum dico, Lege, in his duabus ſyllabis, aliud Græcus, aliud Latinus intelligit. Sicut ergo hæ omnes ſignificationes pro ſuę cuiuſque ſocietatis conſenſiooe animos mouēt: & quia diuerſa cōſenſio eſt, diuerſe mouēt. Nec ideo conſenſerunt in eas homines, quia iā valebant ad
ſignifica-

A ſignificationem: ſed ideo valent, quia conſeoſerunt in eas. Sic etiam illa ſigna, quibus pernicioſa dæmonum ſocietas comparatur, pro cuiuſque obſeruationibus valent. Quod manifeſtiſsime oſtendit ritus augurum, qui & antequam obſeruent, & poſteaquam obſeruata ſigoa tenuerint, id agunt, ne videant volatus, aut audiant voces auium: quia nulla iſta ſigna ſunt, niſi conſenſus obſeruantis accedat.

Inſtituta humana. Cap. XXV.

Quibus amputatis atque eradicatis ab animo Chriſtiano, deinceps videndæ ſunt inſtitutiones hominum nõ ſuperſtitioſæ, id eſt, noo cum dæmonibus ſed cum ipſis hominibus inſtitutæ. Nanq; omnia quæ ideo valent inter homines, quia placuit inter eos vt valeant, inſtituta hominũ ſunt: quorum partim ſuperflua, luxurioſaq; inſtituta ſunt, partim commoda & neceſſaria. Illa enim ſigna quæ ſaltãdo faciunt hiſtriones, ſi natura nõo inſtituto & conſenſione hominum valerent, ooo primis tẽporibus ſaltante Pantomimo præco pronuociaret populis Carthaginis quid ſaltator vellet intelligi. Quod adhuc multi meminerunt ſenes, quorum relatu hæc ſolemus audire. Quod ideo credendum eſt, quia oũc quoq; ſi quis theatrum talium nugarum imperitus intrauerit, niſi ei dicatur ab altero quid illi motus ſignificent, fruſtra totus inteotus eſt. Appetunt tamen omnes quandam ſimilitudinem in ſi-

Pãtomimus ab excellentia imitationis dict⁹ eſt mimus, qui quoſlibet geſtus & mores expreſſeris, & quannus geſſeris perſonam.

B gnificando, vt ipſa ſigna inquantum poſſunt, rebus quę ſignificantur ſimilia ſint. Sed quia multis modis ſimile aliquid alicui poteſt eſſe, oon conſtant talia ſigoa inter homines, niſi couſenſus accedat. In picturis vero & ſtatuis, cæteriſque huiuſmodi ſimulatis operibus, maxime peritorum artificum, nemo errat cum ſimilia viderit, vt agnoſcat quibus ſint rebus ſimilia. Et hoc totum genus inter ſuperflua hominum inſtituta oumerãdum eſt, niſi cum intereſt quid eorum, qua de cauſa, & vbi, & quando, & cuius authoritate fiat. Milia deniq; fictarum fabularum & falſitatum, quarum mendaciis homines delectantur, humana inſtituta ſunt. Et nulla magis hominum propria, quæ à ſeipſis habent, exiſtimanda, quàm quæque falſa atque mendacia. Commoda vero & neceſſaria hominũ cum hominibus inſtituta ſunt, quæcunque in habitu & cultu corporis ad ſexus vel hoores diſcernendos differentia placuit: & innumerabilia genera ſignificationum, ſine quibus humana ſo-

C cietas, aut noo omnino, aut minus commode geritur: quæq; in ponderibus atque menſuris, & numerorum impreſſionibus, vel æſtimationibus ſua cuique ciuitati & populo ſunt propria, & cætera huiuſmodi. Quæ niſi hominum inſtituta eſſent, non per diuerſos populos varia eſſent, nec in ipſis populis ſingulis pro arbitrio ſuorũ principum mutarentur. Sed hæc tota pars humanorum inſtitutorũ, quæ ad vſum vitæ neceſſarium proficiunt, nequaquam eſt fugienda Chriſtiano, immo etiã quantum ſatis eſt, intuenda, memoriáque retinenda.

Quæ hominũ inſtituta fugiẽda, & quæ amplectẽda ſint. Ca. XXVI.

Adumbrata enim quædam & naturalibus vtcunq; ſimilia hominum inſtituta ſunt, quorum ea quæ ad ſocietatem, vt dictum eſt, dæmonum pertinent, penitus repudianda ſunt & deteſtanda. Ea vero, quæ homines cum hominibus habent, aſſumeoda, inquantũ non ſunt luxurioſa atque ſuperflua: & maxime literarum figuræ, ſine quibus legere non poſſumus, linguarumq; varietas quantum ſatis eſt, de qua ſuperius diſputauimus. Ex eo genere ſunt etiam notæ, quas qui didicerunt, proprie iam notarij appellantur. Vtilia ſunt iſta, nec diſcuntur illicite, nec ſuperſtitione implicant, nec luxu eneruant, ſi tantum occupent, vt maioribus rebus, ad quas adipiſcendas ſeruire debeot, non ſint impedimento.

D Iam vero illa quæ non inſtituendo, ſed aut tranſacta temporibus, aut diuinitus inſtituta, inueſtigando homines prodiderunt, vbicunque diſcantur, non ſunt hominum inſtituta exiſtimanda. Quorum alia ſunt ad ſenſus corporis, alia vero ad rationem animi pertinentia. Sed illa quæ ſenſu corporis attinguntur, vel narrata credimus, vel demonſtrata ſentimus, vel experta coniicimus.

Quæ dicantur hominũ inſtituta, & quæ non. Ca. XXVII.

Hiſtoria. C. XXVIII.

Quicquid igitur de ordine temporum traoſactorum indicat ea quæ appellatur hiſtoria, plurimum nos adiuuat ad ſanctos libros intelligendos, etiam ſi præter Eccleſiam puerili eruditione diſcatur. Nam & per olympiadas, & per cooſulum nomina multa ſæpe quæruntur à nobis: & ignorantia cõſulatus, quo natus eſt dominus, & quo paſſus eſt, nonnullos coegit errare, vt putarent quadraginta ſex annorum ætate paſſum eſſe dominum, quia per tot annos ædificatum eſſe templum, dictum eſt à Iudæis, quod imaginem dominici corporis habebat. Et anoorum quidem ferè triginta baptizatum eſſe retioemus authoritate Euangelica. Sed poſtea quot annos in hac vita egerit, quanquam textu ipſo actionum eius animaduerti poſſit: tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de hiſtoria gentium collata cum Euangelio, liquidius certiúſque colligitur. Tunc enim videbitur nõ fruſtra dictum

Chriſtũ paſſũ eſſe anno ferè trice ſimo dicet Tertullian⁹ in opere aduerſus Iudæos, imperij Tiberij, anno XV. Coſſ. Rubellio Gemino, & Ruſio Gemino. Irenæus putat illũ fuiſſe maiorem. annis. 40.

E eſſe, quod quadraginta ſex annis templum ædificatum ſit: vt cum referri iſte numerus ad ætatem domini non potuerit, ad ſecretiorem inſtructiooem humani corporis referatur quo indui propter nos non dedignatus eſt voicus dei filius, per quem facta ſunt omnia. De vtilitate autem hiſtoriæ, vt omittam Græcos, quantam noſter Ambroſius quæſtionem ſoluit calumniantibus Platonis lectoribus & dilectoribus: qui dicere auſi ſunt, omnes domini noſtri Ieſu Chriſti ſeotentias, quas mirari & prædicare coguntur, de Platonis libris eum didiciſſe, quoniam longe ante humanum aduentum domini Platonem fuiſſe negari non poteſt. Nõnoe memoratus Epiſcopus conſyderata hiſtoria gentium, cum Platonem reperiſſet Hieremiæ Prophetæ temporibus profectum fuiſſe io Aegyptum, vbi tunc ille Propheta erat, probabilius eſſe oſteodit, quod Plato potius noſtris literis per Hieremiam fuerit imbutus, vt illa poſſet docere vel ſcribere quæ iure laudantur? Ante

2. Retract. cap. 4.

F literas enim gentis Hebræorum, in qua vnius dei cultus emicuit *, ex qua ſecundum carnem venit domious ooſter, nec ipſe quidem Pythagoras fuit, à cuius poſteris Platonem theologiam didiciſſe iſti aſſerunt. Ita conſideratis temporibus fit multo credibilius iſtos potius de literis noſtris habuiſſe, quæcunque bona & vera dixerunt, quàm de Platonis dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quod dementiſſimum eſt credere.

** al. extitit. ſeminnis.*

Narratiooe autem hiſtorica, cum præterita etiam hominom inſtituta narrantur, non inter humana inſtituta ipſa hiſtoria numeranda eſt: quia iam quæ tranſierunt, nec infecta fieri poſſunt, in ordine temporum habenda ſunt, quorum eſt conditor & adminiſtrator deus. Aliud eſt enim facta narrare, aliud docere facienda. Hiſtoria facta narrat fideliter atque vtiliter: libri autèm haruſpicum, & quæque ſimiles literæ facienda vel obſeruanda intendunt docere, monitoris audacia, non iudicis fide.

Cognitio herbarum, & ſimiliũ rerũ non eſt ſuperſtitioſa. Cap. XXIX.

Eſt etiam narratio demonſtrationi ſimilis, qua noo præterita, ſed præſentia indicantur ignaris. In quo geoere ſunt quæcunque de locorum ſitu, naturiſque animalium, lignorum, lapidum, herbarum, aliorúmve corporum ſcripta ſunt. De quo genere ſuperius egimus, eámque cognitionem

G valere ad ænigmata ſcripturarum ſoluenda docuimus: non vt pro quibuſdam ſignis adhibeantur, tanquam ad remedia vel machinamenta ſuperſtitionis alicuius: nam & illud genus iam diſtinctum ab hoc licito & libero ſeparauimus. Aliud eſt enim dicere, tritam iſtam herbam ſi biberis, venter non dolebit: & aliud eſt dicere, iſtam herbam collo ſi ſuſpenderis, venter non dolebit. Ibi enim probatur contemperatio ſalubris: hic ſignificatio ſuperſtitioſa damnatur. Quanquam vbi præcantationes, & inuocationes, & characteres non ſunt, plerunque dubium eſt vtrum res quæ alligatur, aut quoquo modo adiungitur ſanando corpori, vi naturæ valeat, quod libere adhibendum eſt: an ſignificatiua quadam obligatione proueniat, quod tanto prudentius oportet cauere Chriſtianum, quanto efficacius prodeſſe videbitur. Sed vbi latet qua cauſa quid valeat, quo animo quiſque vtatur intereſt, duntaxat in ſanandis vel temperandis corporibus, ſiue in medicina, ſiue in agricultura: ſyderum autem cognoſcendorum

H non narratio, ſed demonſtratio eſt, quorum perpauca ſcriptura commemorat. Sicut autem plurimis notus eſt lunæ curſus, qui etiam ad paſſionem domini anniuerſarie celebranda ſolenniter adhibetur: ſic pauciſſimis cæterorum quoque ſyderum vel ortus, vel occaſus, vel alia qualibet momenta ſine vllo ſunt errore notiſſima. Quæ per ſeipſam cognitio, quanquam ſuperſtitione quoſdam non alliget, non multum tamẽ ac propè nihil adiuuat tractationem diuinarum ſcripturarum, & infructuoſa intentione plus impedit. Et quia familiaris eſt perniciosiſſimo errori fatua fata cantantium, commodius honeſtiusq; contemnitur. Habet autem præter demonſtrationem præſentium, etiam præteritorum narrationi ſimile aliquid, quod à præſenti poſitione motuq; ſyderum, & in præterita eorum veſtigia regulariter licet recurrere. Habet etiam futurorum regulares coniecturas, non ſuſpicioſas & ominoſas, ſed ratas & certas: non vt ex eis aliquid trahere in noſtra fata & euenta tentemus, qualia Genethliaco-

I rum deliramenta ſunt, ſed quantum ad ipſa pertinet ſydera. Nam ſicut is qui computat lunam, cum hodie inſpexerit quota ſit, & ante quotlibet annos quota fuerit, & poſt quotlibet annos quota futura ſit, poteſt dicere: ſic de vnoquoq; ſyderum, qui ea peritè computat reſpondere conſueuerũt. De qua tota cogitatione, quantum ad vſum eius attinet, quid mihi videtur, aperui.

Artis Mechanica in ſcripturis vſus. Cap. XXX.

Artium etiam cæterarum, quibus aliquid fabricatur, vel quod remaneat poſt operationem artificis ab illo effectum, ſicut domus, & ſcamnum, & vas aliquod, atq; alia huiuſcemodi: vel quæ miniſterium quoddam exhibent operanti deo, ſicut medicina & agricultura & gubernatio: vel quarum omnis effectus eſt actio, ſicut ſaltationum & curſuum & luctaminum, Harum ergo cunctarum artium de præteritis experimenta faciunt etiam futura coniici: nam nullus earum artifex membra mouet in operando, niſi præteritorum memoriam cum futurorum expectatione contexat. Harum autem cognitio tenuiter in ipſa humana vita curſimq; vſurpanda eſt, non ad operandum, niſi forte officium aliquod cogat, de quo nunc non agimus, ſed ad iudicandum, ne omnino neſciamus quid ſcriptura velit inſinuare, cum de his artibus aliquas figuratas locutiones inſerit.

Dialectica. Ca. XXXI.

Reſtant ea quæ non ad corporis ſenſus, ſed ad rationem animi pertinent, vbi diſciplina regnat diſputationis & numeri. Sed diſputationis diſciplina ad omnia genera quæſtionum, quæ in literis ſanctis ſunt penetranda & diſſoluenda, plurimum K valet: tantum ibi cauenda eſt libido rixandi, & puerilis quædam oſtentatio decipiendi aduerſarium. Sunt enim multa quæ appellantur ſophiſmata, falſæ concluſiones rationum, & plerunque ita veras imitantes, vt non ſolum tardos, ſed ingenioſos etiam minus diligenter attentos decipiant. Propoſuit enim quidam dicens ei cum quo loquebatur, Quod ego ſum, tu non es. At ille conſenſit. Verum enim erat ex parte, vel eoipſo quod iſte inſidioſus, ille ſimplex erat. Tunc iſte addidit, Ego autem homo ſum. Hoc quoque cum ab illo accepiſſet, concludit dicens, Tu igitur non es homo. Quod genus captioſarum cõcluſionum, ſcriptura quantum exiſtimo deteſtatur illo loco, vbi dictũ eſt, Qui ſophiſtice loquitur, odibilis eſt. Quanquam etiam ſermo nõ captioſus, ſed tamen abundantius quàm grauitatem decet, verborum ornamenta conſectans, ſophiſticus dicatur. Sunt etiam veræ cõnexiones ratiocinationis falſas habentes ſententias, quæ conſequuntur errorem illius cum quo agitur. Quæ tamen ad hoc inferuntur à bono & docto homine: vt in iis erubeſcens ille, cuius L errorẽ conſequuntur, eundem relinquat errorem: quia ſi in eodem manere voluerit, neceſſe eſt vt etiam illa quæ damnat tenere cogatur. Non enim vera inferebat Apoſtolus, cum diceret, Neque Chriſtus reſurrexit, & illa alia, Inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra, & deinceps alia quæ omnino falſa ſunt, quia & Chriſtus reſurrexit, & non erat inanis prædicatio eorum qui hoc annunciabant, nec fides eorum qui hoc crediderant. ſed iſta falſa veriſſime connectebantur illi ſententiæ, qua dicebatur, non eſſe reſurrectionem mortuorum. Iſtis autem falſis repudiatis, quoniam vera erant ſi mortui non reſurgunt, conſequens erit reſurrectio mortuorum. Cum ergo ſint veræ connexiones, non ſolum verarum, ſed etiam falſarum ſententiarum, facile eſt veritatem connexionum etiam in ſcholis illis diſcere, quæ præter Eccleſiam ſunt. Sententiarum autem veritas in ſanctis libris eccleſiaſticis inueſtiganda eſt.

Hoc ſyllogiſmo quidam adorſus Diogenẽ, ipſe facta à Diogene cõuerſiõe captus, deridebatur.

Eccli. 37.

1. Corin. 15.

M Ipſa tamen veritas connexionum non inſtituta, ſed animaduerſa eſt ab hominibus & notata, vt eam poſſint vel diſcere vel docere. Nam eſt in rerum ratione perpetua & diuinitus inſtituta. Sicut enim qui narrat ordinem temporum, non eum ipſe compoſuit: & locorum ſitus aut naturas animalium vel ſerpentium* vel lapidum qui oſtendit, non res oſtendit ab hominibus inſtitutas: & ille qui demonſtrat ſydera, eorùmque motus, non à ſe vel ab homine aliquo rem inſtitutam demonſtrat: ſic etiam qui dicit, cum falſum eſt quod conſequitur, neceſſe eſt vt falſum ſit quod præcedit, veriſſime dicit, neque ipſe facit vt ita ſit, ſed tantum ita eſſe demonſtrat. Ex hac regula illud eſt quod de Apoſtolo Paulo commemorauimus: præcedit enim non eſſe reſurrectionem mortuorum, quod dicebant illi, quorum errorem deſtruere volebat Apoſtolus. Porrò illam ſententiam præcedentem, qua dicebant non eſſe reſurrectionem mortuorum, neceſſario ſequitur, Neque Chriſtus reſurrexit. Hoc autem quod ſequitur, falſum eſt, Chriſtus enim reſurrexit. Falſum eſt ergo & quod præcedit. Præcedit autem, non eſſe reſurrectionem mortuorum, Eſt igitur reſurrectio mortuorum. Quod totum breuiter ita dicitur, Si non eſt reſurrectio mortuorum, neque Chriſtus reſurrexit: Chriſtus autem reſurrexit, eſt igitur reſurrectio mortuorum. Hoc ergo vt conſequenti ablato, auferetur etiam neceſſario quod præcedit, non inſtituerunt ho-

Hoĩes ordinẽ rerũ non inſtituerũt, ſed animaduerterunt.

Ca. XXXII.

** al. ſtirpiũ.*

mines,

A mines, ſed oſtenderunt. Et hæc regula pertioet ad veritatem connexionom, nõ ad veritatem ſenteotiarum.

Cõcluſio ſyllogiſmi falſa. Caput XXXIII.

Sed in hoc loço de reſurrectiooe cum ageretur, & regula connexionis vera eſt, & ipſa in concluſione ſententia. In falſis autem ſententiis connexionis veritas eſt iſto mòdo. Faciamus aliquem conceſſiſſe, ſi animal eſt cochlea, vocem habet. Hoc conceſſo, cum probatum fuerit vocem cochleam non habere, quoniam conſequenti ablato, illud quod præcedit aufertur, concluditur nõ eſſe animal cochleam. Quæ ſententia falſa eſt, ſed ex cõceſſo falſo vera eſt concluſionis connexio. Veritas itaq; ſentenniæ per ſeipſam valet, veritas autem connexionis ex eius cum quo agitur opinione vel conceſſione conſiſtit. Ideo autem, vt ſupra diximus, infertut vera cõoexione quod falſum eſt, vt eum, cuius errorem corrigere volumus, pœniteat conceſſiſſe præcedentia, quorum cõſequennia videt eſſe reſpuenda. Iam hinc iotelligere facile eſt, ſicut in falſis ſententiis veras, ſic in veris ſententiis falſas concluſiones eſſe poſſe. Fac enim aliquem propoſuiſſe. Si iuſtus eſt ille, bonus eſt, & eſſe conceſſum. Deinde aſſumpſiſſe, non eſt autẽ iuſtus. Quo item conceſſo, intuliſſe cõcluſionem: Non eſt igitur bo-

B nus. Quæ tametſi vera ſint omnia, noo eſt tamen vera regula cooclùſioois. Non enim ſicut ablato conſequenti aufertur neceſſario quod præcedit, ita etiã ablato precedenti aufertur neceſſario quod conſequitur: quia verum eſt cum dicimus: Si orator eſt, homo eſt. Ex qua propoſinione ſi aſſumamus. Non eſt autem Orator, non erit conſequens cum intuleris: Non eſt igitur homo.

Aliud eſt noſſe leges cõcluſionũ, quàm res intelligere. Caput XXXIIII.

Quapropter aliud eſt ooſſe regulas connexionum, aliud ſententiarum veritatem. In illis diſcitur quid ſit conſequens, quid nõ conſequens, quid repugnãs. Conſequens eſt: Si orator eſt, homo eſt. Inconſequens: Si homo eſt, orator eſt. Repugoans: Si homo eſt, quadrupes eſt. Hic ergo de ipſa connexione iudicatur. In veritate autem ſenteoriarum ipſæ per ſe ſeotentiæ non earum connexio conſideranda eſt: ſed veris certisq; ſentẽtiis, cum incertæ vera connexione iunguntur, etiã ipſæ certæ fiant neceſſe eſt. Quidam autẽ ſic ſe iactant, cum veritatem connexionum didicerint, quaſi ſenteotiarum ipſa ſit veritas. Et rurſus, quidam plerunque retinentes veram ſententiam, male ſe cõtemnuot, quia leges con-

C cluſionis ignorant: cum melior ſit qui nouit eſſe reſurrectionem mortuorum, quàm ille qui nouit conſequẽs eſſe, vt ſi reſurrectio mortuorum noo eſt, neq; Chriſtus reſurrexerit.

1.Cor.15.

Definitio, Diuiſio, Partitio. Cap. XXXV.

Item ſcieoria definiendi, diuidendi, atque partiendi, quanquam etiam rebus falſis plerunq; adhibeatur, ipſa tamen falſa non eſt, neque ab hominibus inſtituta, ſed in rerũ ratione comperta. Non enim quia & fabulis ſuis eam Poëtæ, & opinionibus erroris ſui vel falſi Philoſophi, vel etiam hæretici, hoc eſt falſi Chriſtiaoi adhibere conſueuerũt, propterea falſum eſt, neque in definiendo, neque in diuidendo aut partiendo aliquid cõplectendum eſſe quod ad rem ipſam non pertinet, aut aliquid quod pertioet pretereuodum. Hoc verum eſt, eriam ſi ea quæ definiuntur aut diſtribuuntur vera non ſint: nam & ipſum falſum definitur, cum dicimus, falſum eſſe ſignificationem rei non ita ſe habentis vt ſignificatur, ſiue aliquo alio modo. Quæ definitio vera eſt, quanuis falſum verum eſſe non poſſit. Poſſumus etiam diuidere, dicentes duo eſſe genera falſi. Vnum eorum quæ omnino eſſe nõ poſſunt, alterum eorum quæ non ſunt, quanuis eſſe poſſint. Nam qui dicit ſeptem & tria vndecim eſſe, id dicit quod omnino eſſe non poteſt: qui vero dicit calendis, verbi gratia, Ianuariis pluiſſe, tametſi factum non ſit, id tamen dicit D quod fieri potuerit. Definitio igitur & diuiſio falſorum poteſt eſſe veriſſima, quanuis falſa ipſa vnique vera non ſint.

Eloquentia non ſemper vera perſuadet. Cap. XXXVI.

Sunt etiam quædam præcepta vberioris diſputationis, quæ iam eloquentiã nominatur, quæ nihilominus vera ſuot, quanuis eis poſſint etiam falſa perſuaderi. Sed quia & vera eſſe poſſunt, non eſt facultas ipſa culpabilis, ſed ea male vtentium peruerſitas. Nam neque hoc ab hominibus inſtitutum eſt, vt veritatis expreſſio conciliet auditorẽ, aut vt facile quod intendit, inſinuet breuis & aperta oarratio, & varietas eius ſine faſtidio teneat intentos, & cæteræ huiuſmodi obſeruationes: quę ſiue in falſis ſiue in veris cauſis veræ ſunt, tameo, inquantum vel ſciri vel credi aliquid faciunt, aut ad expeteodum fugiendúmve animos mouent, & inuentæ potius quod ita ſe habeant, quàm vt ita ſe haberent inſtitutæ.

Rhetorica ad ſermonẽ, Dialectica ad indicandũ vtilis. Cap. XXXVII.

Sed hæc pars cum diſcitur, magis vt proferamus ea quæ intellecta ſuot, quàm vt intelligamus adhibenda eſt. Illa vero concluſionum & definitionum & diſtributionum plurimum intellectorem adiuuat: tantum abſit error, quo videntur homines ſibi ipſam beatæ vitæ veritàtem didiciſſe, cum iſta didicerint: quanquam plerunque accidat, vt facilius E homines res eas aſſequantur, propter quas aſſequendas iſta diſcuotur, quàm talium præceptorum nodoſiſſimas & ſpinoſiſſimas diſciplinas. Tanquam ſi quiſpiam dare volens præcepta ambulandi, mooeat non eſſe leuandum pedem poſteriorem, niſi cum poſuerit priorem, deiode minutatim quemadmodum articulorum & poplitum cardines oporteat mouere deſcribat. Vera enim dicit, nec aliter ambulari poteſt: ſed facilius homines hoc faciendo ambulant, quàm animaduertunt cum faciunt, aut intelligunt cum audiunt. Qui autem ambulare non poſſuot, multo minus ea curant, quæ nec experiendo poſſunt attendere. Ita plerunque citius ingenioſus videt oon eſſe ratam concluſionem, quàm præcepta eius capit: tardus autem noo eam videt, ſed multo minus quod de illa præcipitur. Magiſque in his omnibus ipſa ſpectacula veritatis ſæpe delectant, quàm ex eis in diſputando aut iudicando adiuuamur, niſi forte quòd exercitatiora reddunt ingenia, ſi etiam maligniora aut ioflatiora oon reddant: F hoc eſt, vt aut decipere veriſimili ſermone atque interrogationibus ameot, aut aliquid magnum, quo ſe bonis atque innocentibus anteponant, ſe aſſecutos putent, qui iſta didicerunt.

Iam vero numeri diſciplina cuilibet tardiſſimo clarum eſt, quòd non ſit ab hominibus inſtituta, ſed potius indagata atque inuenta. Non eoim ſicut primam ſyllabam Italiæ, quam breuem pronunciauerunt veteres, voluit Virgilius, & looga facta eſt: ita quiſquam poteſt efficere cum voluerit, vt ter terna aut non ſint nouem, aut non poſſint efficere quadratam figuram, aut non ad ternarium numerum tripla ſiot, ad ſenarium ſeſcupla, ad nullum dupla, quia intelligibiles numeri ſemiſſem non habent. Siue ergo in ſeipſis conſiderentur, ſiue ad figurarum aut ſonorum aliarúmve motioouin leges oumeri adhibeantur, incommutabiles regulas habent, neque vllo modo ab hominibus inſtitutas, ſed ingenioſorum ſagacitate compertas.

Numeri. Caput XXXVIII.

Quæ tamen omnia quiſquis ita dilexerit, vt iactare ſe inter imperitos velit, & non potius quærere vnde ſint vera, quæ tantummodo vera eſſe perſenſerit: & inde quædam non ſolum vera, ſed etiam incommutabilia quæ incommutabilia eſſe non comprehenderit: ac ſic à ſpe-

G cie corporum vſque ad humanā mentem perueoiens,
cum & ipſam mutabilem inuenerit, quòd nunc docta,
nunc indocta ſit, conſtituta tamen inter incommuta-
bilem ſupra ſe veritatem, & mutabilia infra ſe cætera,
ad vnius dei laudem atque dilectionem cuncta con-
uertere, à quo cuncta eſſe cognoſcit, doctus videri po-
teſt, ſapiens autem eſſe nullo modo. Quamob-
rem videtur mihi ſtudioſis & ingenioſis adoleſcenti-
bus, & timentibus deum, beatámque vitam quærenti-
bus ſalubriter præcipi, vt oullas doctrinas, quæ præter
Eccleſiam Chriſti exercentur, tanquam ad beatam vi-
tam capeſſendam ſecure ſequi audeant, ſed eas ſobrie
diligentérque diiudicent. Et ſi quas inueneriot ab ho-
minibus inſtitutas varias propter diuerſas voluntates
inſtituentium, & ignotas própter ſuſpiciones erraoti-
um, maxime ſi habeant etiam cum dæmonibus initam
ſocietatem per quarundam ſignificationum quaſi quæ-
dam pacta atque conuenta, repudient penitus & dete-
ſtentur, alieoent etiam ſtudia à ſuperfluis & luxúrioſis
hominum inſtitutis. Illa vero inſtituta hominum, quæ
ad ſocietatem conuenientium valent, pro ipſa huius
H vitæ neceſſitate non oegligant. Io cæteris autem do-
ctrinis, quæ apud geotes ioueniuntur, præter hiſtoriam
rerum, vel præteriti temporis, vel præſentis ad ſenſus
corporis pertinentium, quibus eriam vtilium artium
corporalium experimeota & coniecturæ aonumeran-
tur, & præter rationem diſputationis & numeri nihil
vtile eſſe arbitror. In quibus omnibus tenendum eſt,
Ne quid nimis, & maxime io iis quæ ad corporis ſen-
ſus pertinentia, voluuntur temporibus, & contineotur
locis. Sicut autem quidam de verbis omnibus & nomi
nibus Hebræis & Syris & Aegyptiis, vel ſiqua alia lin-
gua in ſcripturis ſanctis inueniri poteſt, quæ in eis ſi-
ne interpretatione ſunt poſita, fecerunt vt ea ſeparatim
interpretarentur: quod & Euſebius fecit de temporum
hiſtoria propter diuioorum librorum quæſtiooes quæ
vſum eius flagitant, Quod ergo hi fecerunt de his re-
bus, vt nō ſit neceſſe Chriſtiaoo in multis propter pau-
ca laborare: ſic video poſſe fieri, ſi quem eorum qui poſ-
ſunt, benignam ſanè operam fraternæ vtilitati delectet
impendere, vt quoſcunque terrarum locos, quæve ani-
malia vel herbas atque arbores, ſiue lapides vel metal-
I la incognita, ſpeciesq; quaſlibet ſcriptura commemo-
rat, ea generatim digerens, ſola expoſita literis man-
det. Poteſt etiam de numeris fieri, vt eorum tantum-
modo numerorum expoſita ratio conſcribatur, quos di
uina ſcriptura meminit. Quorum aliqua aut omnia for
te iam facta ſunt, ſicut multa quæ à bonis doctisq; Chri
ſtianis elaborata atque conſcripta arbitramur, non in-
uenimus: ſed ſiue propter turbas negligentiū, ſiue prop-
ter inuidorum occultationes latent: quod vtrum de ra
tione diſputandi fieri poſſit, ignoro. Et videtur mihi
fieri non poſſe, quia per totum textum ſcripturarum
colligata eſt neruorum vice: & ideo magis ad ambi-
gua ſoluenda & explicanda, de quibus poſt loquemur,
legentes adiuuat, quàm ad incognita ſigna, de quibus
nunc agimus, agnoſcenda. Philoſophi autem qui
vocantur, ſi qua forte vera & fidei noſtræ accommo-
da dixerunt, maxime Platonici, non ſolum formidan-
da non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſ-
ſoribus in vſum noſtrum vendicanda. Sicut enim Ae-
gyptij non ſolum idola habebant & onera grauia, quæ
populus Iſraël deteſtaretur & fugeret, ſed etiam vaſa
atque ornamenta de auro & argeoto & veſtem, quæ
ille populus exiens de Aegypto, ſibi potius tanquam ad
vſum meliorem clanculo vendicauit, non authoritate K
propria, ſed præcepto dei ipſis Aegyptiis neſcienter
commodaotibus ea quibus non bene vtebantur, Sic do
ctrinæ omnes gentilium non ſolum ſimulata & ſuper-
ſtitioſa figmenta, grauéſque ſarcinas ſuperuacanei la-
boris habent, quæ vnuſquiſque noſtrum duce Chriſto
de ſocietate gentilium exiens, debet abominari atque
deuitare: ſed etiam liberales diſciplinas vſui veritatis
aptiores, & quaram morum præcepta vtiliſſima con-
tinent, déque ipſo vno deo colendo noonulla vera in-
ueniuntur apud eos: quod eorum tanquam aurum &
argentum, quod nō ipſi inſtituerunt, ſed de quibuſdam
quaſi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ vbique infuſa
eſt, eruerunt, & quo peruerſe atque iniurioſe ad obſe-
quia dæmonum abutuntur, cum ab eorum miſera ſo-
cietate ſeſe animo ſeparat, debet ab eis auferre Chri-
ſtianus ad vſum iuſtum prædicandi Euangelij. Veſtem
quoq; illorum, id eſt hominum quidem inſtituta, ſed ta
men accommodata humaoæ ſocietati, qua in hac vita
carere non poſſumus, accipere atque habere licuerit
in vſum conuertenda Chriſtianum: nam quid aliud fe
cerūt multi boni fideles noſtri? Nónne aſpicimus quan L
to auro & argento & veſte ſuffarcinatus exierit de Ae-
gypto Cyprianus doctor ſuauiſſimus, & martyr beatiſ-
ſimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus, Opta-
tus, Hilarius? Vt de viuis taceam: quanto innumerabi-
les Græci? Quod prior ipſe fideliſſimus dei famulus
Moyſes fecerat, de quo ſcriptum eſt, quòd eruditus fue-
rit omni ſapientia Aegyptiorum? Quibus omnibus vi-
ris ſuperſtitioſa gentium conſuetudo, & maxime illis
temporibus, cum Chriſti iugum decutiens, Chriſtianos
perſequebatur, diſciplinas quas vtiles habebat, nūquam
commodaret, ſi eas in vſum vnius dei colendi, quo va-
nus idolorum cultus extingueretur, conuerſum iri ſu-
ſpicaretur: ſed dederunt aurum & argentum & veſtem
ſuam exeunti populo dei de Aegypto, neſcientes quem-
admodum illa quæ dabant in Chriſti obſequium red-
derentur. Illud enim in Exodo factum, ſine dubio fi-
guratum eſt vt hoc præſigoaret: quod ſine præiudicio
alterius, aut paris, aut melioris intelligentiæ dixerim.
Sed hoc modo inſtructus diuinarum ſcriptura-
rum ſtudioſus, cum ad eas perſcrutandas accedere cœ-
perit, illud Apoſtolicum cogitare non ceſſet, Scientia M
inflat, charitas ædificat. Ita enim ſeotiet, quamuis de
Aegypto diues exeat, tamen niſi Paſcha egerit, ſaluum
ſe eſſe non poſſe. Paſcha autem noſtrum immolatus eſt
Chriſtus. Nihilq; magis immolatio Chriſti nos docet,
quàm illud quod ipſe clamat tanquam ad eos quos in
Aegypto ſub Pharaone videt laborare: Venite ad me
qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, Tol-
lite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis
ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus
veſtris, Iugum enim meum ſuaue † eſt, & ſarcina mea
leuis. Quibus niſi mitibus & humilibus corde, quos nō
inflat ſcientia, ſed charitas ædificat? Meminerint ergo
eorum qui Paſcha illo tempore per vmbrarum imagi-
naria celebrabant, cum ſignari poſtes ſanguine agni
iuberentur, hyſſopo fuiſſe ſignatos. Hæc herba mitis &
humilis eſt, nihil fortius & penetrabilius eius radici-
bus: vt in charitate radicati & fundati poſſimus com-
prehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo &
longitudo & altitudo & profundū, id eſt crucem do-
mini: cuius latitudo dicitur in tranſuerſo ligoo quo ex-
tenduntur manus. Longitudo à terra vſque ad ipſam
latitudinem, quo à manibus & infra totum corpus af-
figitur

Quæ artes hūanæ amplectendæ. Caput XXXIX.

Leges humanæ.

Ab ethnicis ſi quid bene dictū, in noſtrū vſū eſt cōuertēdū. Cap. XL.

Exo. 3. et 12.

Diſt. 37. ca. legimus.

Acto. 7.

Exod. 3. & 12.

Studiū theologiæ quale eſſe ani mum requi rat. C. XLI.

1. Cor. 8.

Exo. 3. etc.

1. Cor. 5.

Matth. 11.

† leue.

Exod. 12.

Hyſſopi vis.

Ephe. 3.

A ſigitur, Altitudo à latitudine ſurſum vſq; ad ſummum, quo adhæret caput, Profundum vero quod terræ infixum abſconditur. Quo ſigno crucis omnis actio Chriſtiana deſcribitur: bene operari in Chriſto, & ei perſeueranter inhærere: ſperare cœleſtia ſacramenta non profanare. Per hanc actionem purgati valebimus cognoſcere etiam ſupereminentem ſcientiam charitatis *Ioan.1.* Chriſti, qua æqualis eſt patri, per quem facta ſunt omnia vt impleantur in omnem plenitudinem dei. Eſt etiam in hyſſopo vis purgatoria, nec inflante ſcientia de diuitiis ab Aegypto ablatis, ſuperbè aliquid pulmo tu- *Pſal.50.* midus anhelet, Aſperges me, inquit, hyſſopo & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor, Auditui meo dabis exultationem & læticiam. Deinde annectit conſequenter, vt oſtendat purgationem à ſuperbia ſignificari hyſſopo, Et exultabunt oſſa humiliata. *Sacra ſcriptura cũ profana cõparatio. Cap. XLII.* Quantum autem minor eſt auri argenti veſtiſque copia, quam de Aegypto ſecum ille populus abſtulit, in comparatione diuitiarum quas poſtea Hieroſolymæ conſecutus eſt, quæ maxime in Salomone rege oſtenduntur: tanta ſit cuncta ſcientia quæ qui- *3.Reg.10.* dem eſt vtilis collecta de libris gentium, ſi diuinarum B ſcripturarum ſcientiæ comparetur. Nam quicquid homo extra didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur, ſi vtile eſt, ibi inuenitur. Et cum ibi quiſque inuenerit omnia quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea quæ nuſquam omnino alibi, ſed in illarum tantummodo ſcripturarum mirabili altitudine & mirabili humilitate diſcuntur. Hac igitur inſtructione præditum cum ſigna incognita lectorem *Matth.11.* non impedierint, mitem & humilem corde ſubiuga- *Ephe.3.* tum leniter Chriſto, & oneratum ſarcina leui, funda- *1.Corin.8.* tum & radicatum & ædificatum in charitate, quam ſcientia inflare non poſſit: accedat ad ambigua ſigna in ſcripturis conſyderanda & diſcutienda, de quibus iam tertio volumine dicere aggrediar, quod dominus donare dignabitur.

DIVI AVRELII AVGVSTIni de Doctrina Chriſtiana, Liber Tertius.

C *Summa ſuperiorum librorũ. Ca.1.* HOMO timens deum, voluntatem eius in ſcripturis ſanctis diligenter inquirit. Et ne amet certamina pietate manſuetus, præmunitus etiam ſcientia linguarum, ne in verbis locutionibúſque ignotis hæreat, præmunitus etiam cognitione quarundam rerum neceſſariarum, ne vim naturámve earum quæ propter ſimilitudinem adhibentur, ignoret, adiuuante etiam codicum veritate quam ſolers emendationis diligentia procurauit, veniat ita diſtrictus ad ambigua ſcripturarum diſcutienda atque ſoluenda. Vt autem ſignis ambiguis non decipiatur, quantum per nos inſtrui poteſt, fieri autem poteſt, vt iſtas vias quas oſtendere volumus, tanquam pueriles vel magnitudine ingenij, vel maioris illuminationis claritate derideat: ſed tamen vt dicere cœperam, quantum per nos inſtrui poteſt, qui eo loco animi eſt, vt per nos inſtrui valeat, ſciat ambiguitatem ſcripturæ aut in verbis propriis eſſe, aut in tranſlatis: quæ genera in ſecundo libro demonſtrauimus. *Diſtinctio quantũ faciat. Ca.II.* Sed cum verba propria faciunt ambiguam ſcripturam, primo prouidendum eſt, ne male diſtinxerimus, aut pronunciauerimus. Cum ergo adhibita intentio in certum eſſe prouiderit, quo modo diſtinguendum aut quo modo pronunciandum ſit, conſulat regulam fidei, quam D de ſcripturarum planioribus locis & Eccleſiæ authoritate percepit, de qua ſatis egimus, cum de rebus in primo libro loqueremur. Quòd ſi ambæ vel etiam omnes, ſi plures fuerint, partes ambiguitatis, ſecundum fidem ſonuerint, textus ipſe ſermonis à præcedentibus & conſequentibus partibus, quæ ambiguitatem illam in medio poſuerunt, reſtat conſulendus: vt videamus cui nam ſententiæ de pluribus quæ ſe oſtendunt ferat ſuffragium, eámque ſibi contexi patiatur. Iam nũc exempla conſidera. Illa hæretica diſtinctio, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat: vt alius ſenſus ſit, Verbum hoc erat in principio *Ioan.1.* apud deum, non vult verbum deum confiteri. Sed hoc regula fidei refellendum eſt, qua nobis de Trinitatis æqualitate præſcribitur, vt dicamus, Et deus erat verbum, deinde ſubiungamus, Hoc erat in principio apud deum. Illa vero diſtinctionis ambiguitas neutra parte reſiſtit fidei, & ideo textu ipſo ſermonis diiudicanda E eſt, vbi ait Apoſtolus, Et quid eligam ignoro, compel- *Philip.1.* lor autem ex duobus, concupiſcentiam habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto: multo enim magis optimum, manere in carne neceſſarium propter vos. Incertum enim eſt vtrum ex duobus concupiſcentiam habens, an compellor autem ex duobus, vt illud adiungatur, concupiſcentiam habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sed quoniam ita ſequitur, Multo enim magis optimum, apparet eum eius optimi dicere ſe habere concupiſcentiam, vt cum ex duobus compellatur, alterius tamen habeat concupiſcentiam, alterius neceſſitatem: concupiſcentiam ſcilicet eſſe cum Chriſto, neceſſitatem manere in carne. Quæ ambiguitas vno conſequẽti verbo diiudicatur, quod poſitum eſt, enim: quam particulam qui abſtulerunt interpretes, illa potius ſententia ducti ſunt, vt non ſolum compelli ex duobus, ſed etiam duorum habere concupiſcentiam videretur. Sic ergo diſtinguendum eſt, Et quid eligam ignoro, compellor autem ex duobus: quam diſtinctio ſequitur, concupiſcentiam habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et tanquam quæreretur, quare huius rei potius habeat concupiſcentiam? Multo enim magis optimum, F inquit. Cur ergo è duobus compellitur? Quia eſt manendi neceſſitas quam ita ſubiecit, Manere in carne neceſſarium propter vos. Vbi autem neque præſcripto fidei, neque ipſius ſermonis textu ambiguitas explicari poteſt, nihil obeſt ſecundum quamlibet earum quæ oſtenduntur ſententiam diſtinguere. Veluti eſt illa ad Corinthios. Has ergo promiſſiones habentes chariſ- *2.Cor.7.* ſimi, mundemus nos ab omni coinquinatione carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore domini, capite nos, nemini nocuimus. Dubium eſt quippe vtrum mũdemus nos ab omni coinquinatione carnis & ſpiritus, ſecundum illam ſententiam, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu: an mundemus nos ab omni coinquinatione carnis, vt alius ſit ſenſus, Et ſpiritus perficientes ſanctificationem in timore domini, capite nos. Tales igitur diſtinctionum ambiguitates in poteſtate legentis ſunt. Quæcunque autem de ambiguis diſtinctionibus diximus, eadem obſeruãda ſunt *Diſtinctio in pronunciando. Cap.III.* & in ambiguis pronunciationibus. Nam & ipſæ niſi nimia lectoris vicientur incuria: aut regulis fidei corriguntur, aut præcedentis vel conſequentis contextione ſermonis: aut ſi neutrum horum adhibetur ad cor-

 rectio-

G rectionem, nihilominus dubiæ remanebunt, vt quolibet modo lector pronunciauerit, non ſit in culpa. Niſi enim fides reuocet, qua credimus deum non accuſaturum aduerſus electos ſuos, & Chriſtum non condemnaturum electos ſuos, poteſt illud ſic pronunciari, Quis accuſabit aduerſus electos dei? Vt hanc interrogationem quaſi reſponſio ſubſequatur, Deus qui iuſtificat. Et iterum interrogetur, Quis eſt qui condemnat? Et reſpondeatur, Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt. Quod credere quia dementiſſimum eſt, ita pronunciabitur, vt præcedat percontatio, ſequatur interrogatio. Inter percontationem autem & interrogationem hoc veteres intereſſe dixerunt, quòd ad percontationem multa reſponderi poſſunt: ad interrogationem vero, aut nó, aut etiam. Pronunciabitur ergo ita, vt poſt percontationem qua dicimus, Quis accuſabit aduerſus electos dei? illud quod ſequitur ſono interrogantis enuncietur, Deus qui iuſtificat? vt tacite reſpondeatur, non. Et item percontemur, Quis eſt qui condemnat? rurſusque interrogemus, Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt: magis autem qui reſurrexit, qui eſt in dextera dei, qui & interpellat pro nobis? vt vbique tacite reſpondeatur, non.

Roma.8. *Percontatio & interrogatio.*

H At vero illo loco vbi ait, Quid ergo dicemus? quia gentes quæ non ſectabantur iuſticiam, apprehenderunt iuſticiam, niſi poſt percontationem qua dictum eſt, Quid ergo dicemus? reſponſio ſubiiciatur, quia gentes quæ non ſectabantur iuſticiam apprehenderunt iuſticiam, textus conſequens non cohærebit. Qualibet autem voce pronuncietur illud quod Nathanaël dixit, A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe: ſiue affirmantis, vt illud ſolum ad interrogationem pertineat quod ait, A Nazareth: ſiue totum cum dubitatione interrogantis, non video quo modo diſcernatur: vterque autem ſenſus fidem non impedit. Eſt etiam ambiguitas in ſono dubio ſyllabarum, & hæc vtique ad pronunciationem pertinens, Nam quod ſcriptum eſt, Non eſt abſconditum à te os meum quod feciſti in abſcondito, non elucet legenti vtrum correpta litera os pronunciet an productam. Si enim corripiat, ab eo quod ſunt oſſa: ſi autẽ producat, ab eo quod ſunt ora, intelligitur numerus ſingularis. Sed talia linguæ præcedentis inſpectione diiudicantur. Nam in Græco non, ὀμα ſed ὀϛέον poſitum eſt.

Roma.9. *Ioan.1.* *Pſal.138.*

I Vnde plerunque loquendi conſuetudo vulgaris vtilior eſt ſignificandis rebus, quàm integritas literata. Mallem quippe cum barbariſmo dici, Non eſt abſconditum à te oſſum meum, quàm vt ideo eſſet minus apertum, quia magis Latinum eſt. Sed aliquando dubius ſyllabæ ſonus etiam vicino verbo ad eandem ſententiam pertinente diiudicatur. Sicut eſt illud Apoſtoli, Quæ prædico vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non poſſidebunt. Si tantummodo dixiſſet, quæ prædico vobis, neque ſubiunxiſſet, ſicut prædixi, non niſi ad codicem præcedentis linguæ recurrendum eſſet, vt cognoſceremus vtrum in eo quòd dixit, prædico, producenda an corripienda eſſet media ſyllaba, Nunc autem manifeſtum eſt producendam eſſe. Non enim ait, ſicut prædicaui, ſed ſicut prædixi.

Gala.5.

Non ſolum autem iſtæ, ſed etiam illæ ambiguitates quæ non ad diſtinctionem vel ad pronunciationem pertinent, ſimiliter conſiderandæ ſunt, qualis illa eſt ad Theſſalonicenſes: Proprerea conſolati ſumus fratres in vobis. Dubium eſt enim, vtrum ô fratres, an hos fratres. Neutrum autem horum eſt contra fidem: ſed Græca lingua hos caſus pares non habet, & ideo illa inſpecta renunciatur vocatiuus, id eſt, ô fratres. Quòd ſi noluiſſet interpres dicere, propter- K ea conſolationem habuimus fratres in vobis: minus ſeruitum eſſet verbis, ſed minus de ſententia dubitaretur: aut certe ſi adderetur, noſtri, nemo fere ambigeret vocatiuum eſſe caſum, cum audiret, Propterea cõſolati ſumus fratres noſtri in vobis: Sed iam hoc periculoſius permittitur: ita factum eſt in illa ad Corinthios, cum ait Apoſtolus, Quotidie morior, per veſtram gloriam fratres quam habeo in Chriſto Ieſu. Ait enim quidam interpres, Quotidie morior, per veſtram iuro gloriam: quia in Græco vox iurantis manifeſta eſt ſine ambiguo ſono. Rariſſime igitur & difficillime inueniri poteſt ambiguitas in propriis verbis, quantum ad libros diuinarum ſcripturarum ſpectat, quam non aut circunſtantia ipſa ſermonis qua cognoſcitur ſcriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ ſoluat inſpectio.

Ambiguitas ſermonis qua ratione expediatur. Cap. IIII. *1.Theſſ.3.* *1.Corin.15.* *vel.*

Sed verborum tranſlatorum ambiguitates, de quibus deinceps loquendum eſt, non mediocrem curam induſtriamq; deſiderant. Nam in principio cauendum eſt, ne figuratam locutionem ad literam accipias. Et ad hoc enim pertinet, quod ait Apoſtolus, Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Cum enim figurate dictum ſic L accipitur, tanquam proprie dictum ſit, carnaliter ſapitur. Neque vlla mors animæ congruentius appellatur, quàm cum id etiam quod in ea beſtiis antecellit, hoc eſt intelligentia carni ſubiicitur ſequendo literam. Qui enim ſequitur literam, tranſlata verba ſicut propria tenet: neque illud quod proprio verbo ſignificatur, refert ad aliam ſignificationem. Sed ſi ſabbatum audierit, verbi gratia, non intelligit niſi vnum diem de ſeptem, qui continuo volumine repetuntur. Et cum audierit ſacrificium, non excedit cogitatione illud quod fieri de victimis pecorum terreniſque fructibus ſolet. Ea demum eſt miſerabilis animæ ſeruitus, ſigna pro rebus accipere, & ſupra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non poſſe.

Figurat⁹ ſermo ſi intelligatur illuſtrat ſcripturã. Cap.V. *2.Cor.3.*

Quæ tamen ſeruitus in Iudæo populo longe à cæterarum gentium more diſtabat, quãdoquidem rebus temporalibus ita ſubiugati erant, vt vnus eis in omnibus commendaretur deus. Et quanquam ſigna rerum ſpiritalium pro ipſis rebus obſeruarent, neſcientes quò referrentur, id tamen inſitum ha- M bebant, quod tali ſeruitute vni omnium, quem non videbant, placerent deo. Quam cuſtodiam tanquam ſub pædagogo paruulorum fuiſſe ſcribit Apoſtolus. Et ideo qui talibus ſignis pertinaciter inhæſerunt, contemnentem iſta dominum, cum iam tempus reuelationis eorum veniſſet, ferre non potuerunt: atque inde calumnias, quòd ſabbato curaret, moliti ſunt principes eorum, populúſque ſignis illis tanquam rebus aſtrictus, non credebat deum eſſe, vel à deo veniſſe, qui ea ſicut à Iudæis obſeruabantur, nollet attendere. Sed qui crediderunt, ex quibus facta eſt prima Eccleſia Hieroſolymitana, ſatis oſtenderunt quanta vtilitas fuerit eo modo ſub pædagogo cuſtodiri, vt ſigna quæ temporaliter impoſita erant ſeruientibus, ad vnius dei cultum, qui fecit cœlum & terram, opinionem obſeruantium* religarent. Namque illi quia proximi ſpiritalibus fuerunt, in ipſis enim temporalibus & carnalibus vocibus atque ſignis, quamuis quo modo ſpiritaliter eſſent intelligenda neſcirent, quia vnum tamen didicerant venerari æternum deum, tam capaces extiterunt ſpiritus ſancti, vt omnia ſua venderent, eorúmque precium indigentibus diſtribuendum, ante Apoſtolorum

Seruitus legis. Ca.VI. *Gala.3.* *Matth.12.* **al. ſeruientium.* *Actu.4.*

pedes

A pedes poņerent, ſeque totos dedicarent deo tanquam templum nouum, cuius terrenæ imagini, hoc eſt templo veteri ſeruiebant. Non enim hoc vllas Eccleſias geotiuoı feciſſe ſcriptum eſt, quia non tam prope inuenti erant qui ſimulacra manufacta deos habebant.

De culturibus ſimulachrorum & creaturarũ. Cap. VII.

Et ſi quando aliqui eorum illa tanquam ſigna interpretari conabantur, ad creaturam colendam, venerandamque referebant. Quid enim mihi prodeſt ſimulachrum, verbi gratia, Neptuni, non ipſum habendum deum, ſed eo ſignificari vniuerſum mare, vel etiam omnes aquas cæteras, quæ fontibus prorųunt: ſicut à quodam Poëta illorum deſcribitur: ſi bene recolo, ita dicente, Tu Neptune pater cui tempora cana crepanti Cincta ſalo reſonant, magnus cui perpete mento Profluit Oceanus, & flumina crinibus errant. Hæc ſiliqua intra dulce tectorium ſonantes lapillos quatit. Non eſt autem hominum, ſed porcorum cibus. Nouit quid dicam, qui Euangelium nouit. Quid ergo mihi prodeſt quod Neptuni ſimulachrum ad illam ſignificationem refertur, niſi forte vt neutrum colam. Tam enim mihi ſtatua qualibet, quàm mare vniuerſum, non

Claudiani verſus.

B eſt deus. Fateor tamen altius demerſos eſſe, qui opera hominum deos putant, quàm qui opera dei. Sed nobis vnus diligendus & colendus deus præcipitur, qui fecit hæc omnia, quorum illi ſimulachra venerantur, vel tanquam deos, vel tanquam ſigna & imagines deorum. Si ergo ſignum vtiliter inſtitutum pro ipſa re ſequi, cui ſignificandæ inſtitutum eſt, carnalis eſt ſeruitus, quanto magis inutilium rerum ſigna inſtituta pro rebus accipere? Quæ ſi retuleris ad eaipſa quæ his ſignificantur, eiſque colendis animum obligaueris, nihilominus ſeruili carnalique onere atque velamine nũ carebis.

Deuter. 6.

Chriſtiani ſigna interpretantur. Cap. VIII.

Quamobrem Chriſtiana libertas eos, quos inuenit ſub ſignis vtilibus tanquam prope inuentos, interpretatis ſignis quibus ſubditi erant, eleuatos ad eas res, quarum illa ſigna ſunt, liberauit. Ex his factæ ſunt Eccleſiæ ſanctorum Iſraëlitarum. Quos autem inuenit ſub ſignis inutilibus, non ſolum ſeruilem operationem ſub talibus ſignis, ſed etiam ipſa ſigna fruſtrauit remouitque omnia: vt à corruptione multitudinis ſimulatorum deorum, quam ſæpe ac proprie ſcriptura fornicationem vocat, ad vnius dei cultum gentes con-

C uerterentur, nec ſub ipſis iam ſignis vtilibus ſeruituræ, ſed exercitaturæ potius animum in eorum intelligentia ſpiritali.

De ſignis Iſraelitarũ & Chriſtianorũ. Cap. IX.

Sob ſigno enim ſeruit qui operatur aut veneratur aliquam rem ſignificantem, neſciens quid ſignificet, Qui vero aut operatur, aut veneratur vtile ſignum diuinitus inſtitutum, cuius vim ſignificationémque intelligit, non hoc veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potius quò talia cuncta referenda ſunt. Talis autem homo ſpiritalis & liber eſt, etiam tempore ſeruitutis, quo carnalibus animis nondum oportet ſigoa illa reuelari, quorum iugo edomãdi ſunt. Tales autẽ ſpiritales erant Patriarchæ ac Prophetæ, omnèſque in populo Iſraël per quos nobis ſpiritus ſanctus ipſa ſcripturarum & auxilia & ſolatia miniſtrauit. Hoc vero tempore poſteaquam reſurrectione domini noſtri Ieſu Chriſti manifeſtiſſimũ iudicium noſtræ libertatis illuxit, nec eorum quidem ſignorum quæ iam intelligimus operatione graui onerati ſumus: ſed quædã pauca pro multis eademq; factu facillima, & intellectu anguſtiſſima, & obſeruatione caſtiſſima, ipſe dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina: ſicuti eſt baptiſmi ſacramentum, & celebratio corporis & ſanguinis domini. Quæ vouſquiſque cum percipit quò referantur im-

Gal. ſcilenari.

Baptiſmus
Euchariſtia

butus agnoſcit, vt ea non carnali ſeruitute, ſed ſpiritali D potius libertate veneretur. Vt autem literam ſequi & ſigna pro rebus quæ iis ſignificantur accipere ſeruilis infirmitatis eſt, ita inutiliter ſigna interpretari male vagantis erroris eſt. Qui autem noo intelligit quid ſignificet ſignum, & tamen ſignum eſſe intelligit, oec ipſe premitur ſeruitute. Melius eſt autem, vel premi incognitis, ſed vtilibus ſignis, quàm inutiliter ea interpretando, à iugo ſeruitutis eductam ceruicem laqueis erroris inſerere.

Quæ vt ſignate dicta ſint accipienda. Cap. X.

Huic autem obſeruationi qua cauemus figuratam locutionem, id eſt tranſlatam quaſi propriam ſequi, adiungenda etiam illa eſt, ne propriam quaſi figuratam velimus accipere. Demonſtrandus eſt igitur prius modus inueniendæ locutionis, propriàne an figurata ſit. Et iſte omnino modus eſt, vt quicquid in ſermone diuino neque ad morum hoaeſtatem neque ad fidei veritatem proprie referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas. Morum honeſtas ad diligendum deum & proximum, fidei veritas ad cognoſceodum deum & proximum pertinet. Spes autem ſua cuique eſt in conſcientia propria, quemadmodum ſe ſentit ad dilectionem dei & proximi cognitionemq; proficere. De E quibus omnibus primo libro dictum eſt. Sed quoniam procliue eſt humanum genus, non ex momentis ipſius libidinis, ſed potius ſuæ conſuetudinis æſtimare peccata, fit plerunque vt quiſque hominum ea tantum culpanda arbitretur quæ ſuæ regionis & temporis homines vituperare atq; damnare conſueuerũt, & ea tantum probanda atque laudanda quæ cõſuetudo eorum cum quibus viuit admittit: eoq; contingit, vt ſi quid ſcriptura vel præceperit quod abhorret à conſuetudine audientium, vel quod non abhorret culpauerit, ſi animum eorum iam verbi vinxit authoritas, figuratam locutionem putent. Non autem præcipit ſcriptura oiſi charitatem, nec culpat niſi cupiditatem, & eo modo informat mores hominum. Item ſi animum præoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aliter aſſeruerit ſcriptura, figuratum homines arbitrantur. Non autem aſſerit niſi catholicam fidem, rebus præteritis & futuris & præſentibus. Præteritorũ narratio eſt, futurorũ prænunciatio, præſentiũ demonſtratio. Sed omnia hęc ad eandem charitatem nutriendam atque corroborandam, & cupiditatem vincendam atque extioguendam valeot. F Charitatem voco motũ aoimi ad fruendum deo propter ipſum, & ſe atque proximo propter deum. Cupiditatem autem motum animi ad fruendum ſe & proximo & quolibet corpore non propter deum. Quod autem agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus ſuum, flagitium vocatur. Quod autem agit vt alteri noceat, facious dicitur. Et hæc ſunt duo genera omnium peccatorũ, ſed flagitia priora ſunt. Quæ cum exanimauerint animũ, & ad quandam egeſtatem perduxerint, in facinora proſilitur, quibus reoıouean tur impedimenta flagitiorum aut adiumenta quærantue. Item quod agit charitas quo ſibi proſit, vtilitas eſt, Quod autem agit vt proſit proximo, beneficentia nominatur. Et hinc præcedit vtilitas, quia nemo poteſt ex eo quod non habet prodeſſe alteri. Quanto autem magis regnum cupiditatis deſtruitur, tanto charitatis augetur.

Charitas
Cupiditas.

1. ſent. diſt. 17. ca. quod autem.

Flagitium
Facinus.

Quicquid ergo aſperum & quaſi ſæuum factu dictúque in ſanctis ſcripturis legitur ex perſona dei vel ſanctorum eius, ad cupiditatis regnum deſtruendum valet. Quod ſi perſpicuè ſonat, noo eſt ad aliud referendum quaſi figurate dictum ſit. Sicuti eſt illud Apoſtoli, Theſaurizas tibi iram in die iræ & reuela-

Quæ ad euellendã cupiditatem, quæq; ad inſerendã charitatem faciãt. Ca. XI.

Roma. 2.

 tionis

G tionis iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuique ſecuodum
opera ſua, iis quidem qui ſecundum ſuſtioentiam boni
operis gloriam & hooorem & incorruptionem quæ-
reotibus vitam æternam: iis autem qui ex cooteotio-
ne ſunt, & diffidunt veritati, credunt autem iniquitati,
ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem a-
nimam hominis operantis malum, Iudæi primum &
Græci. Sed hoc ad eos, cum quibus euertitur ipſa cupi-
ditas, qui eam vincere ooluerunt. Cum autem in ho-
mine cui dominabaotur, regna cupiditatis ſubuertuo-
Gala. 5. tur, illa eſt aperta locutio. Qui autem Ieſu Chriſti ſuot,
† paßionib. carnem ſuam crucifixerunt cum viciis † & concupi-
ſceotiis. Niſi quia & hic quædam verba tranſlata tra-
ctantur, ſicuti eſt, ira dei, &, crucifixeruot. Sed noo tam
multa ſunt vel ita poſita, vt obtegant ſenſum & allego-
riam, vel ænigma faciant, quam proprie figuratam lo-
Hiere. 1. cutiooem voco. Quod autem Hieremiæ dicitur: Ecce
conſtitui te hodie ſuper geotes & regna, vt euellas &
deſtruas & diſperdas & diſſipes: non dubium quin fi-
gurata locutio tota ſit ad eum fioem refereoda quem
H diximus. Quæ autem quaſi flagitioſa imperitis
Facta indi- videntur, ſiue tantum dicta ſiue etiam facta ſunt, vel
cãtur ex cir- ex dei perſona, vel ex hominum, quorum nobis ſancti-
cumſtantiis. tas commendatur, tota figurata ſunt, quorum ad cha-
Cap. XII. ritatis paſtum enucleanda ſecreta ſunt. Quiſquis au-
tem rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur quàm ſeſe
habent mores eorum cum quibus viuit, aut temperans
aut ſuperſtitioſus eſt: quiſquis vero ſic eis vtitur, vt me-
tas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, exce-
dat, aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt. In omnibus
enim talibus non vſus rerum, ſed libido vtentis io cul-
Ioan. 12. pa eſt. Neque enim vllo modo quiſquam ſobrius credi
derit domini pedes ita vnguento precioſo à muliere
perfuſos, vt luxurioſorum & oequam hominum ſolét,
quorum talia conuiuia deteſtamur. Odor enim boous,
fama bona eſt, quam quiſquis bonæ vitæ operibus ha-
buerit, dum veſtigia Chriſti ſequitur, quaſi pedes eius
precioſiſſimo odore perfundit. Ita quod in aliis perſo-
ois plerunq; flagitium eſt, in diuina vel prophetica per-
ſona magnæ cuiuſdam rei ſignum eſt. Alia quippe eſt
Oſee. 1. in perditis moribus, alia io Oſee Prophetæ vaticinatio-
I oe coniunctio meretricis. Nec ſi flagitioſe in conuiuiis
temulentorum & laſciuorum nudantur corpora, prop-
terea in balneis nudum eſſe, flagitium eſt. Quid igitur
locis & temporibus perſoniſque cooueoiat, diligenter
attendeodũ eſt, ne temere flagitia repreheodamus. Fie-
ri enim poteſt, vt ſine aliquo vicio cupidinis vel vora-
citatis precioſiſſimo cibo ſapiens vtatur, inſipiẽs autem
Piſce tãquã fœdiſſima gulæ flamma io viliſſimum ardeſcat. Et ſani-
cibo deli- us quiſque maluerit more domini piſce veſci, quàm len
cato. ticula more Eſaü nepotis Abraham, aut hordeo more
Lucæ. 24. iumeotorum. Non enim propterea contineotiores oo
Gene. 25. bis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis.
Nam in omnibus huiuſcemodi rebus, oõ ex earum re-
rum natura quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi & mo-
do appetendi vel probandum eſt vel improbandum
quod facimus. Regoo terreno veteres iuſti cœleſte re-
gnum imaginabantur & prænunciabant. Sufficiendæ
prolis cauſa erat vxorum plurium ſimul vni viro haben
darum inculpabilis conſuetudo, & ideo vnam fœminã
maritos habere plurimos honeſtum noo erat: nõ enim
mulier eo eſt fœcuodior, ſed meretricia potius turpitu-
do eſt vel quæſtum vel liberos vulgo quærere. Io huiuſ-
cemodi moribus quicquid illorum temporum ſancti
non libidinoſe faciebant, quamuis ea facerent quæ hoc

tempore niſi per libidinem fieri non poſſunt, non cul- K
pat ſcriptura. Et quicquid ibi tale narratur, non ſolum
hiſtorice ac proprie, ſed etiam figurate ac prophetice
acceptum, interpretaodum eſt vſque in finem illũ cha-
ritatis, ſiue dei, ſiue proximi, ſiue vtriuſq;. Sicut enim ta-
lares & manicatas tunicas habere apud Romanos vete
res flagitium erat, nunc autem hoorſto loco natis, cum
tunicati ſunt, noo eas habere flagitium eſt: ſic animad-
uertendum eſt in cætero quoq; vſu rerum abeſſe opor-
tere libidinem: quæ non ſolum ipſa eorũ inter quos vi-
uit cõſuetudine oequiter abutitur, ſed etiam ſæpe fines
eius egreſſa, fœditatem ſuam, quę ioter clauſtra morum
ſoleonniũ latitabat, flagitioſiſſima eruptione manifeſtat.
Quicquid autem congruit conſuetudini eorum, *Oĩa ad pro-*
cum quibus vita iſta degẽda vel neceſſitate imponitur, *ximi vtilita*
vel officio ſuſcipitur, à bonis & magnis hominibus ad *tẽ referẽda.*
vtilitatẽ & beneficeotiam referendum eſt, vel proprie, *Cap. XIII.*
ſicut & nos debemus, vel etiam figurate, ſicut Prophetis
licet. In quæ facta legenda cum incurrunt indocti *Cõſuetudi-*
alterius conſuetudinis, niſi authoritate reprimantur fla *nem nõ eſſe*
gitia putant, nec poſſunt animaduertere totam coo- L *iuſticiã.*
uerſationem ſuam, vel in coniugiis, vel in conuiuiis, vel *Cap. XIIII.*
in veſtitu, cæteroq; humano victu atque cultu, aliis gen
tibus & aliis temporibus flagitioſam videri. Qua varie-
tate ionumerabilium conſuetudinũ coomoti quidam
dormitantes, vt ita dicam, qui neque alto ſomno ſtulti-
ciæ ſopiebantur, nec in ſapientiæ lucem poterant euigi-
lare, putauerunt nullam eſſe iuſticiam per ſeipſam, ſed
vnicuique geoti conſuetudinẽ ſuam iuſtam videri: quæ
cum ſit diuerſa omnibus gentibus, debeat autẽ incom-
mutabilis manere iuſticia, fieri manifeſtum, nullam vſ-
quam eſſe iuſticiam: non intellexerunt, ne multa com- *Tobiæ. 4.*
memorem, quod tibi fieri non vis, alij ne feceris, nullo *Matth. 7.*
modo poſſe vlla eorum gentili diuerſitate variari. Quæ
ſeoteotia cum refertur ad dilectiooem dei, omnia fla-
gitia moriuntur: cum ad proximi, omnia facinora. Ne-
mo enim vult corrumpi habitaculum ſuum: ooo er-
go debet corrumpere habitaculum dei, ſeipſum ſcili-
cet. Et nemo vult ſibi à quoquam noceri: nec ipſe igi-
tur cuiquam nocuerit. Sic euerſa tyrannide cupi- *Charitas fi-*
ditatis, charitas regnat iuſtiſſimis legibus dilectionis *nis ſcriptu-*
dei propter deum, ſui & proximi propter deum. Serua- *ra. Ca. XV.*
bitur ergo in locutionibus figuratis regula huiuſmodi, M
vt tam diu verſetur diligenti conſideratione quod le-
gitur, donec ad regnum charitatis interpretatio per-
ducatur. Si autem hoc iam proprie ſonat, nulla putetur
figurata locutio. Si præceptiua locutio eſt, aut fla- *Vbi figura*
gitium aut facinus vetans, aut vtilitatem aut beneficen- *ſubſit, vbi*
tiam iubens, noo eſt figurata. Si autem flagitium aut fa- *nõ. C. XVI.*
cinus videtur iubere, aut vtilitatem aut beneficeotiam *Ioan. 6.*
vetare, figurata eſt. Niſi manducaueritis, inquit, carnem
filij hominis & ſanguinem biberitis, non habebitis vi-
tam in vobis: facinus vel flagitium videtur iubere. Fi-
gura eſt ergo, præcipiens paſſioni domini eſſe commu- *Euchari-*
nicandum, & ſuauiter atque vtiliter recondendum in *ſtia.*
memoria, quòd pro nobis caro eius crucifixa & vul-
nerata ſit. Ait ſcriptura: Si eſurierit inimicus tuus, ci- *Prouer. 25.*
ba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hic nullo dubitante be-
neficeotiam præcipit. Sed quod ſequitur, Hoc enim fa-
ciens carbones ignis congeres ſuper caput eius: male-
uolẽtiæ facinus putes iuberi. Ne igitur dubitaueris figu
rate dictum: & cum poſſit dupliciter ioterpretari, vno
modo ad oocendum, altero ad præſtandum, ad bene-
ficentiam te potius charitas reuocet, vt intelligas car-
bones ignis eſſe vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſu-
perbia

A perbia ſanatur eius qui dolet ſe inimicum fuiſſe hominis à quo eius miſeriæ ſubuenitur. Item cum ait dominus, Qui amat animam ſuam perdet eam: non vtilitatem vetare putandus eſt, qua debet quiſque conſeruare animam ſuam: ſed figurate dictum, perdet animam, id eſt, perimat atque amittat vſum eius quem nunc habet, peruerſum ſcilicet atque præpoſterum, quo inclinatur temporalibus, vt æterna non quærat. Scriptum eſt, Da miſericordiam, & ne ſuſcipias peccatorem. Poſterior pars huius ſententiæ videtur vetare beneficentiam. Ait enim, ne ſuſcipias peccatorem: Intelligas enim figurate poſitum pro peccato peccatorem, vt peccatum eius nō ſuſcipias.

Ioan.12. *Eccliſ.12.*

Sæpe autem accidit, vt quiſquis in meliori gradu ſpiritalis vitæ vel eſt vel eſſe ſe putat, figurate dicta eſſe arbitretur, quæ inferioribus gradibus præcipiuntur, Vt verbi gratia, ſi cœlibem amplexus eſt vitam, & ſe caſtrauit propter regnum cœlorum, quicquid de vxore diligenda & regenda ſancti libri præcipiunt, non proprie, ſed tranſlate accipi oportere contendat. Et quiſquis ſtatuit ſeruare innuptam virginem B ſuam, tanquam figuratam locutionem conetur interpretari qua dictum eſt, Trade filiam, & grande opus perfeceris. Erit igitur etiam hoc in obſeruationibus intelligendarum ſcripturarum, vt ſciamus alia omnibus communiter præcipi, alia ſingulis quibuſque generibus perſonarum, vt non ſolum ad vniuerſum ſtatum valetudinis, ſed etiam ad ſuam cuiuſque membri propriam infirmitatem medicina pertineat. In ſuo quippe genere curandum eſt, quod ad melius genus non poteſt erigi.

Non oīa ſpecipi oībus. *Cap. XVII.* *Matt.19.* *1.Cor.7.* *Eccli.7.*

Item cauendum eſt, ne forte quod in ſcripturis veteribus pro illorum temporum conditione etiā ſi non figurate ſed proprie intelligatur, non eſt flagitium neque facinus, ad iſta etiam tempora quis putet in vſum vitæ poſſe transferri: quod niſi dominante cupiditate, & ipſarum quoque ſcripturarum quibus euertenda eſt ſatellitium quærente non faciet: nec intelligit miſer ad hanc vtilitatem illa ſic eſſe poſita, vt ſpei bonæ homines ſalubriter videant, & conſuetudinem quam aſpernantur poſſe habere vſum bonum, & eam quam amplexantur eſſe poſſe damnabilem, ſi & ibi charitas vtentium, & hic cupiditas attendatur. Nam ſi multis vxoribus caſte vti quiſquam pro tempore potuit, poteſt C alius vna libidinoſe. Magis enim probo multarum fœcunditate vtentem propter aliud, quàm vnius carne fruentem propter ipſam. Ibi enim quæritur vtilitas temporum opportunitatibus congrua, hic ſatiatur cupiditas temporalibus voluptatibus implicata. Inferioriſque gradus ad deum ſunt quibus ſecundum veniam concedit Apoſtolus carnalem cum ſingulis coniugibus cōſuetudinem propter intemperantiam eorum: quàm illi qui plures ſinguli cum haberent, ſicut ſapiens in cibo & potu, non niſi ſalutem corporis, ſic in concubitu non niſi procreationem filiorum intuebantur. Itaque ſi eos in hac vita inueniſſet domini aduentus, cum iam non mittendi ſed colligendi lapides tempus eſſet, ſtatim ſeipſos caſtrarent propter regnum cœlorum. Non enim eſt in carendo difficultas, niſi cum eſt in habendo cupiditas. Nouerant quippe illi homines etiam in ipſis coniugibus luxuriam eſſe abutendi intemperantiam, quod Tobiæ teſtatur oratio, quando eſt copulatus vxori. Ait enim, Benedictus es domine deus patrum noſtrorum, & benedictum nomen tuum in omnia ſecula ſeculorum. Benedicant te cœli & omnis creatura tua. Tu feciſti Adam, & dediſti illi adiutorium Euam. Et nunc domine tu ſcis quoniam non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam, ſed ipſa veritate vt D miſerearis noſtri domine.

Quo tēpore quid ſceptum ſit cōſyderādum. *Ca. XVIII.* *1.Cor.7.* *Eccleſ.3.* *Matt.19.* *Tobiæ.8.*

Sed qui effrænata libidine, vel per multa ſtupra diffluentes euagantur, vel in ipſa vna coniuge, non ſolum excedunt ad liberorum procreationem pertinentem modum, ſed etiam inhumanioris intemperantię ſordes inuerecunda omnino licentia ſeruilis cuiuſdam libertatis accumulant, non credunt fieri potuiſſe, vt temperanter multis fœminis antiqui vterentur viri, nihil ſeruantes in vſu illo niſi congruum tempori propagandæ prolis officium: & quod ipſi laqueis libidinis obſtricti, vel in vna non faciunt, nullo modo in multis fieri poſſe arbitrantur. Sed iſti poſſunt dicere, ne honorari quidem atque laudari oportere viros bonos & ſanctos, quia ipſi cum honorantur atque laudantur intumeſcunt ſuperbia, tanto auidiores inaniſſimæ gloriæ, quanto eos frequentius atque latius lingua blandior ventilauerit: qua ita leues fiunt, vt eos rumoris aura, ſiue quæ proſpera, ſiue quæ aduerſa exiſtimatur, in quaſlibet inuehat voragines flagitiorum, aut in facinorum etiam ſaxa collidat. Videant ergo quàm ſibi arduum ſit atque difficile, nec laudis eſca illici, nec contumeliarum aculeis penetrari, & non ex ſe alios metiantur.

Infra.22. *Mali alios de ſuo aſtimāt īgenio.* *Cap. XIX.*

E Credant potius Apoſtolos noſtros nec cum ſuſpicerentur ab hominibus inflatos fuiſſe, nec cum deſpicerentur eliſos. Neutra quippe tentatio defuit illis viris. Nam & credentium celebrabantur præconio, & perſequentium maledictis infamabantur. Sicut ergo iſti pro tempore vtebantur his omnibus & non corrumpebantur: ſic illi veteres vſum fœminarum ad ſui temporis conuenientiam referentes, non patiebantur eam dominationem libidinis, cui ſeruiunt qui iſta non credunt. Et ideo iſti ſeſe nullo modo cohiberent ab inexpiabili filiorum odio à quibus vel vxores vel concubinas ſuas attentatas, aut attrectatas eſſe cognoſcerent, ſi eis forte tale aliquid accidiſſet.

In quauis vincendi ratione boni ſui ſunt ſimiles. *Cap. XX.*

Rex autem Dauid cum hoc ab impio atque immani filio paſſus eſſet, non ſolum ferocientem tolerauit, ſed etiam planxit extinctum. Non enim carnali zelo irretitus tenebatur, quem nullo modo iniuriæ ſuæ, ſed peccata filij commouebant. Nam ideo ſi vinceretur eum occidi prohibuerat, vt edomito ſeruaretur pœnitendi locus. Et quia non potuit, non orbitatem doluit in eius interitu, ſed quia F nouerat in quas pœnas tam impie adultera & parricidalis anima raperetur. Nanque alio prius filio, qui innocens erat, pro quo ægrotante affligebatur, moriente lætatus eſt. Ex hoc maxime apparet qua moderatione ac temperantia illi viri fœminis vtebantur, quòd cum in vnam illicite irruiſſet rex idem æſtu quodam ætatis & temporalium rerum proſperitatibus abreptus, cuius etiam maritum occidendum præceperat, accuſatus eſt per Prophetam. Qui cum ad eum veniſſet conuincendum de peccato, propoſuit ei ſimilitudinem de paupere qui habebat ouem vnam, cuius vicinus cum haberet multas, ad aduentum hoſpitis ſui vnicam potius vicini pauperis ouiculam exhibuit epulandam. In quem commotus Dauid occidi eum iuſſit, & quadruplicari ouem pauperi, vt ſe neſciens condemnaret, qui peccauerat ſciens. Quod cum ei manifeſtatum eſſet, & diuinitus denunciata vindicta, diluit pœnitendo peccatum. Sed tamen in hac ſimilitudine ſtuprum tantummodo deſignatum eſt de oue vicini pauperis. De marito autem mulieris interempto, hoc eſt de ipſo paupere, qui vnam habebat ouem occiſo, non eſt per ſimilitudinem interrogatus Dauid, vt in ſolo adulterio

Adulteriū Dauid. *Cap. XXI.* *2.Reg.18.* *2.Reg.12.* *Ibidem.*

G rio diſceret ſententiam damnationis ſuæ. Ex quo intelligitur quanta temperantia multas mulieres habuerit, quando de vna in qua exceſsit modum à ſeipſo puniri coactus eſt. Sed in iſto viro immoderatæ huius libidinis, noo permaoſio, ſed tranſitus fuit. Propterea etiam ab arguente Propheta ille illicitus appetitus hoſpes vocatus eſt. Non enim dixit eum regi ſuo, ſed hoſpiti ſuo, *3. Reg. 12.* vicini pauperis ouem ad epulandum exhibuiſſe. At vero in eius filio Salomone, non quaſi hoſpes tranſitum habuit, ſed regnum iſta libido poſſedit. De quo ſcriptura non tacuit, culpans eum fuiſſe amatorem mulierum. Cuius tamen initia deſyderio ſapientiæ flagrauerant, quam cum amore ſpiritali adeptus eſſet, amore carnali amiſit. Ergo quanquam omnia vel penè omnia quæ in veteris teſtamenti libris geſta continentur, oon ſolum proprie, ſed etiam figurate accipienda ſint: tamen etiam illa quæ proprie lector acceperit, ſi laudati ſunt illi qui ea fecerunt, ſed ea tamen abhorrent à cooſuetudine bonorum, qui poſt aduentum domini diuioa præcepta cuſtodiunt, figuram ad intelligentiam referat, factum vero ipſum ad mores non transferat.

Nō cadēs ratio veteris et noua legis. Cap. XXII.

H Multa enim ſunt quæ illo tempore officioſe facta ſunt, quæ modo niſi libidinoſe fieri non poſſunt. Si qua vero peccata magnorum virorum legerit, tametſi aliquam in eis figuram rerum futurarum animaduertere atque indagare potuerit: rei tamen geſtæ proprietatem ad hunc vſum aſſumat, vt ſe nequaquam rectè ſuis factis iactare audeat, & præ ſua iuſticia cęteros tanquam peccatores contemnat, cum videat tantorum virorum & cauendas tempeſtates, & flenda naufragia. Ad hoc enim etiam peccata illorum hominum ſcripta ſunt, vt Apoſtolica illa ſententia vbique tremenda ſit, qua ait, Quapropter qui videtur ſtare, videat ne cadat. Nulla enim ferè pagina eſt ſanctorum librorum, in qua non ſonet, quòd deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Maxime itaque inueſtigandum eſt, vtrum propria ſit, an figurata locutio quam intelligere conamur. Nam comperto quòd figurata ſit, adhibitis regulis rerum quas in primo libro digeſsimus, facile eſt eam verſare omnibus modis, donec perueniamus ad ſententiam veritatis, præſertim cum vſus acceſſerit pietatis exercitatione roboratus.

Sācti, quare ſint lapſi. Ca. XXIII. *1. Cor. 10.* *Iaco. 4.* *1. Pet. 5.* *Ante oīa cōſiderādū genus locutionis. Ca. XXIIII.*

I Inuenimus autem vtrum propria ſit, an figurata locutio, illa intuentes quæ ſupra dicta ſunt. Quod cum apparuerit, verba quibus continetur, aut à ſimilibus rebus ducta inuenientur, aut ab aliqua vicinitate attingentibus. Sed quoniam multis modis res ſimiles rebus apparent, non putemus eſſe pręſcriptum, vt quod in aliquo loco res aliqua per ſimilitudinem ſignificauerit, hoc eam ſemper ſignificare credamus. Nam & in vituperatioee fermentum poſuit dominus cum diceret, Cauete à fermento Phariſęorum: & in laude cum diceret, Simile eſt regnum cœlorum mulieri quæ abſcondit fermentum in tribus menſuris farinæ donec fermentaretur totum. Huius igitur varietatis obſeruatio duas habet formas. Sic enim aliud atque aliud res quæque ſignificant, vt aut contraria aut tantummodo diuerſa ſignificent. Contraria ſcilicet, cum aliàs in bono, aliàs in malo res eadem per ſimilitudinem ponitur, ſicut hoc eſt quod de fermento ſupra diximus. Tale eſt etiam quòd leo ſignificat Chriſtum, vbi dicitur, Vicit leo de tribu Iuda, Significat & diabolum, vbi ſcriptum eſt, Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Ita ſerpens in bono eſt, Aſtuti vt ſerpentes, In malo autem, Serpens Euam ſeduxit aſtutia ſua. In bono, panis, Ego ſum panis viuus K qui de cœlo deſcendi. In malo autem panis, Panes occultos libenter edite. Sic & alia plurima. Et hęc quidem quæ commemoraui minime dubiam ſignificationem gerunt, quia exempli gratia commemorari nō niſi manifeſtiſsima debuerunt. Sunt autem quæ incertum ſit in quam partem accipi debeant, ſicut, Calix in manu domini vini meri plenus eſt mixto. Incertum eſt enim vtrum iram dei ſignificet non vſque ad nouiſsimā pœnam, id eſt, vſque ad fecem: an potius gratiam ſcripturarum à Iudæis ad Gentes tranſeuntem, quia inclinauit ex hoc in hoc remanentibus apud Iudæos obſeruationibus quas carnaliter ſapiunt, quia fex eius non eſt exinanita. Cum vero res eadem noo in contraria, ſed tantum in diuerſa ſignificatione pooitur, illud eſt in exemplo, quòd aqua & populū ſigoificat, ſicut in Apocalypſi legimus, & ſpiritū ſanctum, vnde eſt illud, Flumina aquæ viuæ fluent de ventre eius, & ſi quid aliud atque aliud, pro locis in quibus pooitur, aqua ſignificare intelligitur. Sic & aliæ res oon ſingulæ, ſed voaquæque earū, non ſolum duo aliqua diuerſa, ſed etiam nōounquam multa ſignificat, pro loco ſenteontiæ, ſicut poſita reperitur. L

Idē verbū nō idē ſignificat vbiq. Ca. XXV. *Matt. 16.* *Luca. 13.* *1. Retra. 4.* *Apoc. 5.* *1. Pet. 5.* *Matth. 10.* *2. Cor. 11.* *Ioan. 6.* *Prouer. 9.* *Pſal. 74.* *Apoc. 17.* *Ioan. 7.*

Vbi autem apertius poouotur, ibi diſcendum eſt quo modo in locis intelligaotur obſcuris. Neque enim melius poteſt intelligi quod dictū eſt deo, Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi: quàm ex illo loco vbi legitur, Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Nec tamen ita vt iā vbicunque ſcutum pro aliquo munimento legerimus poſitum, non accipiamus niſi bonam voluntatem dei. Dictum eſt enim: Et ſcutū fidei in quo poſsitis, inquit, omnes ſagittas maligni ignitas extiguere. Nec rurſum ideo debemus in armis huiuſcemodi ſpiritalibus ſcuto tantummodo fidem tribuere, cum alio loco etiam lorica dicta ſit fidei. Induti, inquit, loricam fidei & charitatis. Quando autem ex eiſdem ſcripturæ verbis, non vnum aliquid, ſed duo vel plura ſentiuntur, etiam ſi latet quid ſenſerit ille qui ſcripſerit, nihil periculi eſt ſi quodlibet eorum congruere veritati ex aliis locis ſanctarum ſcripturarum doceri poteſt: id tamen eo conāte qui diuina ſcrutatur eloquia, vt ad voluntátem perueniatur authoris, per quem ſcripturam illam ſanctus operatus eſt ſpiritus: ſiue hoc aſſequatur, ſiue aliam ſententiam de illis verbis quæ fidei rectæ non refragatur M exſculpat, teſtimonium habens à quocunque alio loco diuinorum eloquiorum. Ille quippe author in eiſdem verbis quæ intelligere volumus & ipſam ſententiā forſitan vidit, & certè dei ſpiritus qui per eum hæc operatus eſt, etiam ipſam occurſuram lectori vel auditori, ſine duditatiooe præuidit, immo vt occurreret, quia & ipſa eſt veritate ſubnixa, prouidit. Nam quid in diuinis eloquiis largius & vberius potuit diuinitus prouideri, quàm vt eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia oon minus diuina cōteſtantia faciant approbari?

Obſcura locis apertioribus explicanda. Ca. XXVI. *Pſal. 34.* *Pſal 5.* *Ephe. 6.* *1. Theſſ. 5.* *Eūndē locū varie intelligi nihil prohibet. Ca. XXVII*

Vbi autem talis ſenſus eruitur, cuius incertum certis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis non poſsit aperiri, reſtat vt ratione reddita manifeſtus appareat, etiam ſi ille cuius verba intelligere quærimus eum, forte non ſenſit. Sed hæc conſuetudo periculoſa eſt. Per ſcripturas enim diuinas multo tutius ambulatur: quas verbis tranſlatis occupatas † cum ſcrutari volumus, aut hoc inde exeat quod non habeat controuerſiam: aut ſi habet, ex eadem ſcriptura vbicunque inuentis atque adhibitis eius teſtibus terminetur.

Humanis rationibus nō fidēdū. C. XXVIII. *† opacatas.* *Cognitio troporū neceſſaria. Ca. XXIX.*

Sciant autem literati, modis omnibus locutionis, quos

A quos Grammatici Græco nomine tropos vocant, au- *De trinita. li.15. ca.9.* thores noſtros vſos fuiſſe, & multiplicius atque copioſius quàm poſſunt exiſtimare vel credere qui neſciunt eos & in aliis iſta didicerunt. Quos tamen tropos qui nouerunt, agnoſcunt in literis ſanctis, eorumq; ſcientia ad eas intelligendas aliquantum adiuuãtur. Sed hic eos ignaris tradere non decet, ne artem Grammaticam docere videamur. Extra ſanè vt diſcantur admoneo, quanuis iam ſuperius id admonuerim, id eſt, in ſecundo libro, vbi de linguarum neceſſaria cognitione diſſerui. Nam literæ à quibus ipſa Grammatica nomen accepit, γράμματα enim Græci literas vocant, ſigna vtique ſonorum ſunt ad articulatam vocem qua loquimur pertinentium. Iſtorum autem troporum, non ſolum exempla omnium, ſed quorundam etiam nomina in diuinis libris leguntur, ſicut allegoria, ænigma, parabola. Quanuis penè omnes ij tropi qui liberali dicuntur arte cognoſci, etiam in eorum reperiantur loquèlis, qui nullos Grammaticos audierunt, & eo quo vulgus vtitur ſermone contenti ſunt. Quis enim non dicit, ſic floreas? Qui tropus metaphora vocatur. Quis non di- *Piſcina.* cit, piſcinam etiam quæ non habet piſces, nec facta eſt
B propter piſces, & tamen à piſcibus nomen accepit? Qui tropus catachreſis dicitur. Longum eſt iſto modo cæteros perſequi, Nam vſque ad illos peruenit vulgi locutio, qui propterea mirabiliores ſunt, quia contra quàm dicitur ſignificant, ſicuti eſt quæ appellatur ironia vel antiphraſis. Sed ironia pronunciatione indicat quid velit intelligi, vti cum dicimus homini mala facienti, res bonas facis. Antiphraſis vero, vt contraria ſignificet, non voce pronunciantis efficitur: ſed aut verba habet ſua quorum origo contraria eſt, ſicut appellatur lu- *Lucus.* cus, quod minime luceat: aut conſueuit aliquid ita dici, quanuis dicatur etiam non econtrario: veluti cum quęrimus accipere quod ibi non eſt, & reſpondetur nobis, abundat: aut adiunctis verbis facimus vt à contrario intelligatur quod loquimur, veluti ſi dicamus, caue illum, quia bonus homo eſt. Et quis talia non dicit indoctus, nec omnino ſciens qui ſint, vel quid vocentur hi tropi? Quorum cognitio propterea ſcripturarum ambiguitatibus diſſoluendis eſt neceſſaria, quia cum ſenſus ad proprietatem verborum ſi accipiatur, abſurdus
C eſt, quærendum eſt vtique ne forte illo vel illo tropo dictum ſit, quod non intelligimus: & ſic pleraque inuẽ- *Regulæ Ticonij cuiuſdam. Cap. XXX.* ta ſunt quæ latebant. Ticonius quidam qui contra Donatiſtas inuectiſsime ſcripſit, cum fuerit Donatiſta, & illic inuenitur abſurdiſsimi cordis, vbi eos non omni ex parte relinquere voluit, fecit librum quem Regularum vocauit, quia in eo quaſdam ſeptem regulas executus eſt, quibus quaſi clauibus diuinarũ ſcripturarum aperirentur occulta. Quarum primam ponit de domino & eius corpore: ſecundam de domini corpore bipartito: tertiam de promiſsis & lege: quartam de ſpecie & genere: quintam de temporibus: ſextam de recapitulatione: ſeptimam de diabolo & eius corpore. Quæ quidem conſyderata, ſicut ab illo aperiuntur, non parum adiuuant ad penetranda quæ tecta ſunt diuinorum eloquiorum. Nec tamen omnia, quæ ita ſcripta ſunt vt non facile intelligantur, poſſunt his regulis inueniri, ſed aliis modis pluribus quos hoc numero ſeptenario vſqueadeo non eſt iſte complexus, vt idem ipſe multa exponat obſcura, in quibus harum regularum adhibet nullam, quoniam nec opus eſt. Neque enim aliquid illic tale verſatur aut quæritur. Sicut in Apoca- *Apoc.2.* lypſi Ioannis quærit, quemadmodum intelligendi ſint angeli Eccleſiarum ſeptem quibus ſcribere iubetur, & D
ratiocinatur multipliciter, & ad hoc peruenit vt ipſos angelos intelligamus Eccleſias. In qua copioſiſsima diſputatione, nihil iſtarum eſt regularum, & vtique res illic obſcuriſsima quæritur, quod exempli gratia ſatis dictum ſit. Nam colligere omnia nimis longum & nimis operoſum eſt, quæ ita obſcura ſunt in ſcripturis canonicis, vt nihil iſtorum ſeptem ibi requirendum ſit. Iſte autem cum has velut regulas commendaret, tantum eis tribuit, quaſi omnia quæ in lege; id eſt, in diuinis libris obſcure poſita inuenerimus, his bene cognitis atque adhibitis intelligere valeamus. Ita quippe exorſus eſt eundem librum vt diceret, Neceſſarium duxi ante omnia quæ mihi videntur libellum regularum ſcribere, & ſecretorum legis veluti claues & luminaria fabricare. Sunt enim quædam regulæ myſticæ quę vniuerſæ legis receſſus obtinent, & veritatis theſauros aliquibus inuiſibiles faciunt. Quarum ſi ratio regularum ſine inuidia vt communicamus accepta fuerit, clauſa quæque patefient, & obſcura dilucidabuntur, vt quiſque Prophetiæ immenſam ſyluam perambulans, his regulis quodam modo quaſi lucis tramitibus deductus E
ab errore defendatur. Hic ſi dixiſſet, Sunt enim quædam regulæ myſticæ, quæ nonnullos legis receſſus obtinent, aut certè quæ legis magnos receſſus obtinent, non autem quod ait, vniuerſæ legis receſſus, neque dixiſſet, clauſa quæque patefient, ſed clauſa multa patefient, verum dixiſſet: nec tam elaborato atque vtili operi ſuo pluſquam res ipſa poſtulat dando in ſpem falſam lectorem eius cognitoremque miſiſſet. Quod ideo dicendum putaui, vt liber ipſe & legatur à ſtudioſis, quia *Hæretici ſi quid bene dixerunt legendi: ſed cautè.* plurimum adiuuat ad ſcripturas intelligendas, & non de illo ſperetur tantum quantum non habet, Caute ſanè legendus eſt, non ſolum propter quædam, in quibus vt homo errauit: ſed maxime propter illa quæ ſicut Donatiſta hæreticus loquitur. Quid autem doceãt vel admoneant iſtæ ſeptem regulæ breuiter oſtendam.

Prima de domino & eius corpore eſt, in qua ſciẽ- *Ticonij regula prima Ca. XXXI.* tes aliquando capitis & corporis, id eſt, Chriſti & Eccleſiæ vnam perſonam nobis intimari: neq; enim fruſtra dictum eſt fidelibus: Ergo Abrahę ſemen eſtis, cum *Galat.3.* ſit vnum ſemen Abrahæ quod eſt Chriſtus: non hæſitemus quando à capite ad corpus, vel à corpore tranſ- F
itur ad caput, & tamen non receditur ab vna eademque perſona. Vna enim perſona loquitur dicens: Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornauit me ornamento: & tamen quid horum duorum capiti, quid corpori, id eſt, quid Chriſto, quid Eccleſiæ conueniat, vtique intelligendum eſt. Secunda eſt *Regula ſecunda. Ca. XXXII.* de domini corpore bipartito, quod quidem non ita debuit appellari. Non enim reuera domini corpus eſt, quod cum illo non erit in æternum. Sed dicendum fuit de domini corpore vero atque permixto: aut vero atque ſimulato, vel quid aliud: quia non ſolum in æternum, verumetiam nunc hypocritæ non cum illo eſſe dicendi ſunt, quanuis in eius eſſe videantur Eccleſia. Vnde poterat iſta regula & ſic appellari, vt diceretur de permixta Eccleſia. Quæ regula lectorem vigilãtem requirit, quando ſcriptura cum ad alios iam loquatur, tanquam ad eoſipſos ad quos loquebatur videtur loqui: vel de ipſis cum de aliis iam loquatur, tanquam vnum ſit vtrorunque corpus, propter temporalem commixtionem & communionem ſacramentorum. Ad hoc pertinet in Canticis canticorum: Fuſca ſum & ſpe- *Canti.1.* cioſa, vt tabernacula Cedar, ſpecioſa ſum vt pelles Salomonis.

G monis. Non enim ait: Fuſca fui, vt tabernacula Cedar,
& ſpecioſa fui vt pelles Salomonis: ſed vtrũque ſe eſſe
Matt. 13. dixit propter temporalem vnitatem intra vna retia pi-
Gene. 21. & ſcium bonorum & malorum. Tabernacula enim Ce-
25. dar ad Hiſmaëlem pertinent, qui non erit hæres cum
Galat. 4. filio liberæ. Itaque cum de bona parte deus dicat: Du-
Eſa. 42. cam cæcos in viam quam non nouerunt, & ſemitas
quas non nouerunt calcabunt, & faciam illis tenebras
in lucem, & praua in directum: hæc verba faciam, &
non derelinquam eos. Mox de alia parte quæ male
permixta eſt, dicit: Ipſi autem conuerſi ſunt retrorſum,
quamuis alij iam ſignificentur his verbis. Sed quoniam
nunc in vno ſunt, tanquam de ipſis loquitur de quibus
loquebatur: non tamen ſemper in vno erunt. Ipſe eſt
quippe ille ſeruus commemoratus in Euangelio, cuius
Matt. 24. dominus cum venerit diuidet eum, & partem eius cum
Regula tertia: Caput XXXIII. hypocritis ponet. Tertia regula eſt de promiſ-
ſis & lege, quæ alio modo dici poteſt de ſpiritu & lite-
ra, ſicut nos eam appellauimus, cum de hac re librum
ſcriberemus. Poteſt etiam ſic dici, de gratia & manda-
to. Hæc autem magis mihi videtur magna quæſtio,
H quàm regula, quæ ſoluendis quæſtionibus adhibenda
eſt. Hæc eſt autem quam non intelligentes Pelagiani,
vel condiderunt ſuam hæreſim, vel auxerunt. Labora-
uit in ea diſſoluenda Ticonius bene, ſed non plene. Di
ſputans enim de fide & operibus, opera nobis dixit à
Fides. deo dari merito fidei: ipſam vero fidem ſic eſſe à no-
Opera. bis, vt nobis non ſit à deo. Nec attendit Apoſtolum di-
Ephe. 6. centem: Pax fratribus & charitas cum fide à deo pa-
tre, & domino noſtro Ieſu Chriſto. Sed non erat ex-
pertus hanc hæreſim: quæ noſtro tempore exorta mul-
tum nos, vt gratiam dei quæ per dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum eſt aduerſus eam defenderemus, ex-
1. Cor. 11. ercuit: & ſecundum id quod ait Apoſtolus: Oportet
hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant in vobis: multo
vigilantiores diligentioreſque reddidit: vt aduertere-
mus in ſcripturis ſanctis, quod iſtum Ticonium mi-
nus attẽtum, minúſque ſine hoſte ſolicitum fugit, etiam
ipſam ſcilicet fidem donum illius eſſe qui eius menſu-
ram vnicuique partitur. Ex qua ſententia quibuſdam
Philip. 1. dictum eſt: Vobis donatum eſt pro Chriſto, nõ ſolum
vt in eum credatis, verumetiam vt pro eo patiamini.
I Vnde quis dubitet vtrunque eſſe dei donum, qui fide-
liter atque intelligenter audit vtrunque donatum? Plu-
ra ſunt & alia teſtimonia quibus id oſtenditur: ſed hoc
nunc non agimus, alibi autem atque alibi ſæpiſsime iſta
Regula quarta. Ca. XXXIIII. egimus. Quarta vero Ticonij regula eſt de ſpecie
& genere. Sic enim eam vocat, volẽs intelligi ſpeciem
partem, genus autem totum, cuius eſt pars eſt quam
nuncupat ſpeciem: ſicut vnaquæque ciuitas pars eſt vti-
que vniuerſitatis gentium: hanc ille vocat ſpeciem, ge-
nus autem omnes gentes. Neque hic ea diſcernendi
ſubtilitas adhibenda eſt quæ à Dialecticis traditur, qui
inter partem & ſpeciem quid interſit acutiſsime diſpu-
tant. Eadem vero ratio eſt, ſi non de vnaquaque ciui-
tate, ſed de vnaquaque prouincia, vel gente, vel regno
tale aliquid in diuinis reperiatur eloquiis. Non ſolum
enim, verbi gratia, de Hieruſalem, vel de aliqua gen-
tium ciuitate, ſiue Tyro, ſiue Babylonia, ſiue alia quali-
bet dicitur aliquid in ſcripturis ſanctis quod modum
eius excedat, & conueniat potius omnibus gentibus: ve
rumetiam de Iudæa, de Aegypto, de Aſſyria, & quacun-
que alia gente in qua ſunt plurimæ ciuitates, non tamẽ
totus orbis ſed pars eius eſt, dicitur quod tranſeat eius
modum, & cõgruat potius vniuerſo cuius hæc pars eſt:
vel ſicut iſte appellat generi cuius hæc ſpecies eſt. Vn- K
de & in noticiam vulgi verba iſta venerunt, vt etiam
idiotæ intelligant, quid ſpecialiter, quid generaliter in
quocunque præcepto imperiali ſit conſtitutum. Fit hoc
etiam de hominibus, ſicut ea quæ de Salomone dicun- Pſal. 72.
tur excedunt eius modum, & potius ad Chriſtum vel
Eccleſiam, cuius ille pars eſt relata clareſcunt. Nec
ſpecies ſemper exceditur: ſæpe enim talia dicuntur, quæ
vel ei quoque, vel ei fortaſſe tantummodo apertiſsime
congruant. Sed cum à ſpecie tranſitur ad genus, quaſi
adhuc de ſpecie loquente ſcriptura, ibi vigilare debet
lectoris intentio, ne quærat in ſpecie quod in genere
poteſt melius & certius inuenire. Facile quippe eſt il-
lud quod ait Propheta Ezechiel: Domus Iſraël habita- Ezech. 36.
uit in terra, & polluerunt illam in via ſua & in idolis
ſuis, & peccatis ſuis: ſecundum immundiciam men-
ſtruatæ facta eſt via eorum ante faciem meam: & ef-
fudi iram meam ſuper eos, & diſperſi illos inter na-
tiones, & ventilaui eos in regiones, ſecundum vias eo-
rum, & ſecundum peccata eorum iudicaui eos. Facile
eſt, inquam, hoc intelligere de illa domo Iſraël, de qua
dicit Apoſtolus: Videte Iſraël ſecundum carnem, quia 1. Cor. 10.
hæc omnia carnalis populus Iſraël & fecit & paſſus eſt. L
Alia etiam quæ ſequuntur, eidem intelliguntur populo
conuenire. Sed cum cœperit dicere: Et ſanctificabo no- Ezech. 36.
men meum ſanctum, illud magnum quod pollutum
eſt inter nationes quod polluiſtis in medio earum, &
ſcient gentes quia ego ſum dominus: iam intentus de-
bet eſſe qui legit, quemadmodum ſpecies excedatur &
adiungatur genus. Sequitur enim & dicit: Et dum ſan-
ctificabor in vobis ante oculos eorum: & accipiam vos
de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, &
inducam vos in terram veſtram: & aſpergam vos a-
qua munda, & mundabimini ab omnibus ſimulacris
veſtris, & mundabo vos: & dabo vobis cor nouum, &
ſpiritum nouum dabo in vos: & auferam cor lapide-
um de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpi-
ritum meum dabo in vos: & faciam vt in iuſticiis meis
ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & faciatis: & ha-
bitabitis in terra quam dedi patribus veſtris, & eritis
mihi in populum, & ego ero vobis in deum, & munda-
bo vos ex omnibus immundiciis veſtris. Hoc de nouo
teſtamento eſt prophetatum, ad quod pertinet non ſo- M
lum vna gens illa in reliquiis ſuis, de quibus alibi ſcrip-
tum eſt: Si fuerit numerus filiorum Iſraël, ſicut arena Eſa. 10.
maris, reliquiæ ſaluæ fient, verumetiam cæteræ gentes
quæ promiſſæ ſunt patribus eorum, qui etiam noſtri
ſunt, non ambigit quiſquis intuetur, & lauacrum rege-
nerationis hinc eſſe promiſſum, quod nunc videmus
omnibus gentibus redditum. Et illud quod ait Apoſto 2. Cor. 3.
lus, cum noui teſtamenti gratiam commendaret, vt in
comparatione veteris emineret: Epiſtola noſtra vos
eſtis ſcripta, non atramento, ſed ſpiritu dei viui, non
in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalib⁹: hinc
eſſe reſpicit & perſpicit dictum vbi iſte Propheta dicit:
Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum dabo in Ezech. 11.
vos, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo & 36.
vobis cor carneum. Cor quippe carneum. Vnde ait
Apoſtolus, tabulis cordis carnalibus, à corde lapideo
voluit vitam ſentientem diſcerni, & per vitam ſentien-
tem ſignificauit intelligentem. Sic fit Iſraël ſpirita-
lis, non vnius gentis, ſed omnium quæ promiſſæ ſunt
patribus in eorum ſemine quod eſt Chriſtus. Hic er-
go Iſraël ſpiritalis ab illo Iſraël carnali, qui eſt vnius
gentis, nouitate gratiæ, non nobilitate patriæ, &
mente,

A mente,non gente diſtinguitur. Sed altitudo propheti-
ca dum de illo vel ad illum loquitur, latẽter tranſit ad
hunc: & cum iam de iſto vel ad iſtum loquatur,adhuc
de illo vel ad illum loqui videtur:non intellectũ ſcrip-
turarum nobis quaſi hoſtiliter inuidẽs,ſed exercẽs me-
Ezech.36. dicinaliter cor noſtrum. Vnde & illud quod ait: Et in-
ducam vos in terram veſtram:& paulo poſt,tanquã id-
ipſum repetens:Et habitabitis,inquit,in terra quam de-
di patribus veſtris, non carnaliter ſicut carnalis Iſraël,
ſed ſpiritaliter ſicut ſpiritalis Iſraël, debemus accipere.
Eccleſia quippe ſine macula & ruga ex omnibus genti-
bus cõgregata, atque in æternum regnatura cum Chri-
Terra viuentium. ſto,ipſa eſt terra beatorum,terra viuentium: ipſa eſt in-
telligenda patribus data, quãdo eis certa & immutabi-
li dei voluntate promiſſa eſt: quoniam ipſa promiſſio-
nis vel prædeſtinationis firmitate iam data eſt,quæ dã-
da ſuo tempore à patribus credita eſt, ſicut de ipſa gra-
tia quæ ſanctis datur,ſcribens ad Timotheum Apoſto-
2.Timo.3. lus ait:Non ſecundum opera noſtra,ſed ſecundũ ſuum
propoſitum & gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto
Ieſu ante ſecula æterna, manifeſtata autem nũc per ad-
B uentum Saluatoris noſtri. Datam dixit gratiam,quan-
do nec erant adhuc quibus daretur:quoniam in diſpo-
ſitione ac prædeſtinatione dei iam factum erat, quod
ſuo tempore futurum erat,quo eſſe dicit manifeſtatam.
Quanuis hæc poſſint intelligi, & de terra futuri ſeculi,
quando erit cœlum nouum & terra noua, in qua iniu-
ſti habitare non poterunt. Et ideo rectè dicitur piis,
quòd ipſa ſit terra eorum, quæ vlla ex parte non erit
impiorum: quia & ipſa ſimiliter data eſt quando dan-
Regula quinta. Cap. XXXV. da firmata eſt. Quintam Ticonius regulam po-
nit, quam de temporibus appellat: qua regula plerun-
que inueniri vel coniici poſsit latens in ſcripturis ſan-
ctis quantitas temporum. Duobus autem modis vige-
re dicit hanc regulam, aut tropo ſynecdoche,aut legi-
timis numeris. Tropus ſynecdoche, aut à parte totum,
aut à toto partem facit intelligi: ſicut vnus Euangeliſta
Lucæ.9. poſt dies octo factum dicit, quod alius poſt dies ſex,
Matth.17. quando in monte diſcipulis tãtum tribus præſentibus,
facies domini vt ſol reſplenduit, & veſtimenta eius ſi-
cut nix. Vtrunque enim verum eſſe non poſſet, quod
de numero dierum dictum eſt, niſi ille qui dixit, poſt
dies octo, intelligatur partem nouiſsimam diei ex quo
C id Chriſtus prædixit futurum, & partem primam diei
quo id oſtendit impletum, pro totis diebus duobus at-
que integris poſuiſſe: is vero qui dixit, poſt dies ſex,
integros omnes & totos,ſed ſolos medios computaſſe.
Hoc modo locutionis quo ſignificatur à parte totum,
etiam illa de reſurrectione Chriſti ſoluitur quæſtio.
Pars enim nouiſsima diei, quo paſſus eſt,niſi pro toto
die accipiatur, id eſt, adiuncta etiam nocte præterita,
& nox in cuius parte vltima reſurrexit, niſi totus dies
accipiatur,adiuncto ſcilicet die illuceſcente dominico
Matt.12. non poſſunt eſſe tres dies & tres noctes, quibus ſe in
Numeri ſiniti pro infinitis & omni tempore. corde terræ prædixit futurum. Legitimos autem nume-
ros dicit, quos eminentius diuina ſcriptura commen-
dat,ſicut ſeptenarium vel denarium,vel duodenarium,
& quæcunque alij ſint quos legendo ſtudioſi libenter
agnoſcunt. Plerunque enim huiuſmodi numeri pro
Pſal.118. vniuerſo tempore ponuntur, ſicut, Septies in die lau-
Pſal.33. dem dixi tibi:nihil eſt aliud,quàm: Semper laus eius in
ore meo. Tantundem valent, & cum multiplicantur
ſiue per denarium,ſicut ſeptuaginta & ſeptingenti, vn-
Hiere.25. de poſſunt & ſeptuaginta anni Hieremiæ pro vniuer-
ſo tempore ſpiritaliter accipi, quo eſt apud alienos Ec-
cleſia: ſiue per ſeipſos, ſicut decem per decem centum D
ſunt: & duodecim per duodecim centum quadragin-
ta quatuor, quo numero ſignificatur vniuerſitas ſan-
ctorum in Apocalypſi. Vnde apparet non ſolas tempo *Apoc.7.*
rum quæſtiones iſtis numeris eſſe ſoluendas: ſed latius
patere ſignificationes eorum, & in multa proſerpere.
Neque enim numerus iſte in Apocalypſi ad tempora
pertinet,ſed ad homines. Sextam regulam Tico- *Ordo narrationis inuerſus, qua ratione explicetur.*
nius recapitulationem vocat, in obſcuritate ſcriptura-
rum ſatis vigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quę-
dam quaſi ſequantur in ordine temporis, vel rerum
continuatione narrentur, cum ad priora quæ præter-
miſſa fuerant, latenter narratio reuocetur. Quod niſi *C.XXXVI.*
ex hac regula intelligatur, erratur. Sicut in Geneſi: Et *Gene.2.*
plantauit,inquit, dominus deus paradiſum in Eden ad
Orientem, & poſuit ibi hominem quem formauit, &
produxit deus adhuc de terra omne lignum ſpecio-
ſum & bonum in eſcam. Ita videtur dictum tanquam
id factum ſit poſteaquam factum poſuit deus homi-
nem in paradiſum: cum breuiter vtroque commemo-
rato,id eſt, quòd plantauit deus paradiſum, & poſuit
ibi hominem quem formauit, recapitulando redeat & E
dicat quod prætermiſerat, quo modo ſcilicet paradi-
ſus fuerit plantatus, quia produxit deus adhuc de terra
omne lignum ſpecioſum & bonum in eſcam. Deni-
que ſecutus adiunxit: Et lignum vitæ in medio paradi-
ſi,& lignum ſcientiæ boni & mali. Deinde flumen quo
paradiſus irrigaretur,diuiſum in quatuor principia flu-
uiorum quatuor explicatur, quod totum pertinet ad
inſtitutionem paradiſi. Quod vbi terminauit, repeti-
uit illud quod iam dixerat, & reuera hoc ſequebatur
atque ait:Et ſumpſit dominus deus hominem quem fe-
cit,& poſuit eum in paradiſo,& cætera. Poſt iſta enim
facta ibi eſt poſitus homo,ſicut nunc ordo ipſe demon
ſtrat:non poſt hominem ibi poſitum facta ſunt iſta, ſi-
cut prius dictum putari poteſt, niſi recapitulatio illic
vigilanter intelligatur, qua reditum eſt ad ea quæ fue-
rant prætermiſſa. Itèmque in eodem libro, cum com-
memorarentur generationes filiorum Noë, dictũ eſt,
Hi filij Cham in tribubus ſuis, ſecundum linguas ſuas *Gene.10.*
in regionibus ſuis & in gentibus ſuis. Enumeratis quo-
que filiis Sem,ſequitur, Hi filij Sem in tribubus ſuis,ſe-
cundum linguas ſuas in regionibus ſuis & in gentibus
ſuis. Et annectitur de omnibus. Hæ tribus filiorũ Noë, F
ſecundum generationes eorum, & ſecundum gentes
eorum. Ab his diſperſæ ſunt inſulæ gentium ſuper ter-
ram poſt diluuium. Et erat omnis terra labium vnum
& vox vna omnibus. Hoc itaque quod adiunctum eſt, *Gene.11.*
Et erat omnis terra labium vnum & vox vna omnibus,
id eſt, vna lingua omnium: ita dictum videtur tãquam
eo iam tempore quo diſperſi fuerãt ſuper terram, etiam
ſecundum inſulas gentium vna fuerit omnibus lingua
communis: Quod proculdubio repugnat ſuperiori-
bus verbis vbi dictum eſt: In tribubus ſuis ſecundum
linguas ſuas. Neque enim dicerentur habuiſſe iam lin-
guas ſuas ſingulæ tribus quæ gentes ſingulas fecerant,
quando erat omnibus vna communis: ac per hoc re-
capitulando adiunctum eſt, Et erat omnis terra la-
bium vnum & vox vna omnibus: latenter narratione
redeunte, vt diceretur quo modo factum ſit vt ex vna
omnium lingua fuerint diuiſi per multas. Et continuo
de illa turris ædificatione narratur, vbi hæc eis iudicio
diuino ingeſta eſt pœna ſuperbiæ, poſt quod factum
diſperſi ſunt ſuper terram ſecundum linguas ſuas. Fit
iſta recapitulatio etiam obſcurius, ſicut in Euangelio
dicit

Luca.17. dicit dominus, Die quo exiit Loth à Sodomis, pluit G ignem de cœlo,& perdidit omnes: ſecundum hæc erit dies filij hominis quo reuelabitur. Illa hora, qui erit in tecto & vaſa eius in domo, non deſcendat tollere illa: Et qui in agro, ſimiliter non reuertatur retro: memi- *Gene.19.* nerit vxoris Loth. Nunquid cum dominus fuerit reuelatus,tunc ſunt iſta ſeruanda,ne quiſque retro reſpiciat, id eſt,vitam præteritam cui renunciauit inquirat: & nō potius iſto tempore, vt cum dominus fuerit reuelatus, retributionem pro eis quæ quiſque ſeruauit vel contempſit inueniat? Et tamen quia dictum eſt, In illa hora,tunc putantur iſta ſeruanda,cum fuerit dominus reuelatus:niſi ad intelligendam recapitulationem ſenſus legentis inuigilet, adiuuante alia ſcriptura, quæ ipſo- *1.Ioan.2.* rum Apoſtolorum adhuc tempore clamauit, Filij nouiſsima hora eſt. Tempus ergo ipſum quo Euangelium prædicatur, quouſque dominus reueletur, hora eſt in qua oportet iſta ſeruari, quia & ipſa reuelatio domini H ad eandem horam pertinet, quæ die iudicij terminabitur. *Regula ſeptima. Cap. XXXVII.* Septima Ticonij regula eſt,eademque poſtrema de diabolo & eius corpore. Eſt enim & ipſe caput impiorum, qui ſunt eius quodam modo corpus, ituri *Matt.25.* cum illo in ſupplicium æterni ignis: ſicut Chriſtus ca- *Ephe.1.* put eſt Eccleſiæ, quæ eſt corpus eius futurum cum illo in regno & gloria ſempiterna. Sicut ergo in prima regula,quam vocat de domino & eiùs corpore, vigilandum eſt vt intelligatur, cum de vna eadémque perſona ſcriptura loquitur,quid conueniat capiti, quid corpori: ſic & in iſta nouiſsima aliquando in diabolum dicitur,quod non in ipſo, ſed potius in eius corpore poſſit agnoſci, quod habet nō ſolum in eis qui manifeſtiſſime foris ſunt,ſed in eis etiam qui cum ad ipſum pertineant,tamen ad tēpus miſcentur Eccleſiæ,donec vnuſquiſque de hac vita exeat, vel à frumento palea ventilabro vltimo ſeparetur. Quod enim ſcriptum eſt apud *Eſa.14.* Eſaiam, Quo modo cecidit de cœlo Lucifer mane oriens & cætera,quæ ſub figura regis Babyloniæ de eadem perſona vel ad eandem perſonam dicta ſunt in ipſa cōtextione ſermonis, de diabolo vtique intelliguntur: & tamen quod ibi dictum eſt, Contritus eſt in terra qui mittit ad omnes gentes: nō totum ipſi capiti congruit. I Nam etſi mittit ad omnes gentes diabolus angelos ſuos, tamen in terra corpus eius non ipſe conteritur: niſi quia ipſe eſt in corpore ſuo quod contritum fit vt pul- *Pſal.1.* uis, quem proiicit ventus à facie terræ. Hæ autem omnes regulæ excepta vna quæ vocatur de promiſsis & lege, aliud ex alio faciunt intelligi, quod eſt proprium tropicæ locutionis, quæ latius patet quàm vt poſsit, vt mihi videtur, ab aliquo vniuerſa comprehendi. Nam vbicunque velut aliud dicitur vt aliud intelligatur, etſi nomen ipſius tropi in loquendi arte non inuenitur, tropica locutio eſt. Quæ cum fit vbi fieri ſolet,ſine labore ſequitur intellectus:cum vero vbi non ſolet,laboratur vt intelligatur, ab aliis magis ab aliis minus,ſicut magis minúſve dona dei ſunt in ingeniis hominum, vel adiutoria tribuuntur. Proinde ſicut in verbis propriis,de quibus ſuperius diſputauimus, vbi res vt dicuntur intelligendæ ſunt: ſic in tranſlatis quæ faciunt tropicas locutiones,vbi aliud ex alio intelligendum eſt,de quibus hucuſque quantum viſum eſt ſatis egimus: non ſolum admonendi ſunt ſtudioſi venerabilium literarum,vt in ſcripturis ſanctis genera locutionum ſciant, & quo modo apud eas aliquid dici ſoleat, vigilanter aduertant memoritérque retineant:verumetiam,quod eſt præcipuum & maxime neceſſarium, orent vt intelligant. In eis quippe literis quarum ſtudioſi ſunt legūt, K quoniam dominus dat ſapientiam, & à facie eius ſcientia & intellectus,à quo & ipſum ſtudium,ſi pietate prǣditum eſt acceperunt, Sed hæc ſatis etiam de ſignis, quantum ad verba pertinent, dicta ſunt. Reſtat vt de proferendis eis quæ ſentimus, ſequenti volumine quæ dominus donauerit,diſſeramus.

DIVI AVRELII AVGVSTIni de Doctrina Chriſtiana, Liber Quartus.

PROLOGVS.

HOC opus noſtrum quod inſcribitur de Doctrina Chriſtiana, in duo quædam fueram prima diſtributione partitus. Nam poſt procemium quo reſpōdi eis qui hoc fuerāt reprehēſuri, duæ ſunt res inquam, quibus nititur omnis tractatio ſcripturarum: modus inueniendi quæ intelligenda ſunt, & modus pro- L ferendi quæ intellecta ſunt. De inueniendo prius, de proferendo poſtea diſſeremus. Quia ergo de inueniēdo multa iam diximus, & tria de hac vna parte volumina abſoluimus, domino adiuuante, de proferendo pauca dicemus,vt ſi fieri potuerit,vno libro cūcta claudamus,totumq; hoc opus quatuor voluminibus terminetur. *Quid lectori expectādum hoc libro. Cap.I.* Primo itaque expectationem legentium,qui forte me putant Rhetorica daturum eſſe præcepta,quæ in ſcholis ſecularibus & didici & docui, iſta prælocutione prohibeo,atque vt à me non expectentur admoneo: non quòd nihil habeant vtilitatis, ſed ſi quid habent,ſeorſum diſcendum eſt, ſi cui fortaſsis bono viro etiam hæc vacat diſcere,non autē à me vel in hoc opere,vel in aliquo alio requirendum. *Rhetorica tam falſa quàm vera perſuadet. Cap.II.* Nam cum per artem Rhetoricam & vera ſuadeantur & falſa,quis audeat dicere aduerſus mendacium in defenſoribus ſuis inermem debere conſiſtere veritatem: vt videlicet illi qui res falſas perſuadere conantur, nouerint auditorem vel beneuolum vel intentum vel docilem procemio facere,iſti autem non nouerint? Illi falſa breuiter, M aperte, veriſimiliter, & iſti vera ſic narrent, vt audire tædeat, intelligere non pateat, credere poſtremo non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, aſſerant falſitatem: iſti nec vera defendere, nec falſa valeant refutare. Illi animos audientium in errorem mouentes impellentéſque dicendo terreant, contriſtent, exhilarent, exhortentur ardenter, iſti pro veritate lenti frigidique dormitent. Quis ita deſipiat, vt hoc ſapiat? Cum ergo ſit in medio poſita facultas eloquij,quæ ad perſuadenda ſeu praua ſeu recta valeat plurimum, cur non bonorum ſtudio comparatur, vt militet veritati, ſi eam mali ad obtinendas peruerſas vanáſque cauſas in vſus iniquitatis & erroris vſurpant?

Rhetoricā niſi quis cito, nūquam diſcit. Cap.III. Sed quæcunque ſunt de hac re obſeruationes atq; præcepta, quibus cum accedit in verbis plurimis ornamētiſque verborum exercitatioris linguæ ſolertiſsima conſuetudo,fit illa quæ facundia vel eloquentia nominatur,extra iſtas literas noſtras,ſepoſito ad hoc cōgruo temporis ſpacio, apta & conuenienti ætate diſcenda ſunt eis qui hoc celeriter poſſunt. Nam & ipſos Romanæ eloquentiǽ principes,non piguit dicere, quòd hanc *Ex Cic. de Orat.* artem niſi quis cito poſsit, nūquam omnino poſsit perdiſcere.

A diſcere. Quod vtrum verum ſit, quid opus eſt quære-
re? Non enim etiam ſi poſsint hæc à tardioribus tan-
dem aliquando perdiſci, nos ea tanti pendimus, vt eis
diſcēdis iam maturas vel etiam graues hominum æta-
tes velimus impendi. Satis eſt vt adoleſcentulorum iſta
ſit cura, nec ipſorum omnium quos vtilitati Eccleſia-
ſticæ cupimus erudiri, ſed eorum quos nondum magis
vrgens, & huic rei ſine dubio præponenda neceſsitas
occupauit. Quoniam ſi acutum & feruens aſsit inge-
nium, facilius adhæret eloquentia legentibus & audiē-
tibus eloquentes, quàm eloquentiæ præcepta ſectanti-
bus. Nec deſunt Eccleſiaſticæ literæ etiam præter cano-
nem in authoritatis arce ſalubriter collocatum, quas le
gendo homo capax, etſi id non agat, ſed tantummodò
rebus quæ ibi dicuntur intentus ſit, etiam eloquio quo
dicuntur, dum in his verſatur, imbuitur, accedente vel
maxime exercitatione ſiue ſcribendi ſiue dictandi, po-
ſtremo etiam dicendi, quæ ſecundum pietatis ac fidei
regulam ſentit. Si autem tale deſit ingenium, nec illa
Rhetorica præcepta capiūtur, nec ſi magno labore in-
culcata quantulacunque ex parte capiantur, aliquid
B proſunt: quandoquidem etiam ipſi qui ea didicerunt,
& copioſe ornateque dicunt, non omnes vt ſecundum
ipſa dicant, poſſunt ea cogitare cum dicunt, ſi non de
his diſputant: immo vero vix vllos eorum eſſe exiſti-
mo, qui vtrunque poſsint, & dicere bene, & ad hoc fa-
ciendum præcepta illa dicendi cogitare cum dicūt. Ca
uendum eſt enim ne fugiant ex animo quæ dicenda
ſunt, dum attenditur vt arte dicantur. Et tamen in ſer-
monibus atque dictionibus eloquentium, impleta repe
riuntur præcepta eloquentię, de quibus illi vt eloquerē-
tur vel cum loquerentur non cogitauerunt, ſiue illa di-
dicissent, ſiue ne attigiſſent quidem. Implent quippe il-
la quia eloquentes ſunt, non adhibent vt ſint eloquen-
tes. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiant
niſi locutiones diſcendo loquētium: cur eloquentes fie-
ri nō poſsint nulla eloquēdi arte tradita, ſed elocutio-
nes eloquentium legendo & audiendo, & quantum aſ-
ſequi conceditur imitando? Quid quod ita fieri ipſis
quoque experimur exemplis? Nam ſine præceptis Rhe-
toricis nouimus plurimos eloquentiores plurimis qui
illa didicerunt: ſine lectis vero & auditis eloquentium
C diſputationibus vel dictionibus neminem. Nam neq;
ipſa arte Grammatica qua diſcitur locutionis integri-
tas, indigerent pueri, ſi eis inter homines qui integre lo
querentur, creſcere daretur & viuere. Neſcientes quip-
pe vlla nomina viciorum, quicquid viciorum cuiuſquā
ore loquentis audirent, ſana ſua conſuetudine reprehē
derent & cauerent, ſicut ruſticos vrbani reprehendunt,
etiam quū literas neſciunt. Debet igitur diuinarum

Officiū doctoris Chriſtiani. Cap. IIII.

ſcripturarum tractator & doctor, defenſor rectæ fidei,
ac debellator erroris, & bona docere, & mala dedoce-
re: atq; in hoc opere ſermonis cōciliare auerſos, remiſ-
ſos erigere, neſciētibus quid agatur, quid expectare de-
beant intimare. Vbi autem beneuolos, intētos, dociles,
aut inuenerit, aut ipſe fecerit, cætera peragenda ſunt, ſi-
cut cauſa poſtulat. Si docendi ſunt qui audiūt, narratio-
ne faciendum eſt, ſi tamen indigeat vt res de qua agitur
innoteſcat. Vt autem quæ dubia ſunt certa fiant, docu-
mentis adhibitis ratiocinandū eſt. Si vero qui audiunt,
monendi ſunt potius quàm docēdi, vt in eo quod iam
ſciunt, agendo nō torpeant, & rebus aſſenſum quas ve-
ras eſſe fatentur accommodent, maioribus dicendi vi-
ribus opus eſt. Ibi obſecrationes & increpationes, con-
citationes & coërcitiones, & quæcunque alia valent ad
commouendos animos, ſunt neceſſaria. Et hęc quidem D
cuncta quæ dixi, omnes ferè homines in iis quæ loquē-
do agunt facere non quieſcunt. Sed cum alij fa-

De varijs dicendi generibus. Cap. V.

ciant obtuſe, deformiter, frigide, alij acute, ornate, ve-
hementer, illum ad hoc opus vnde agimus, iam opor-
tet accedere, qui poteſt diſputare vel dicere ſapienter,
etiam ſi non poteſt eloquenter vt proſit audientibus,
etiam ſi minus prodeſſet, quàm ſi & eloquēter poſſet di
cere. Qui vero affluit inſipienti eloquētia, tanto magis
cauendus eſt, quanto magis ab eo in iis quæ audire in-
utile eſt, delectatur auditor, & eum quoniam diſerte di

Verba Cic. ex primo libro de Inuentione.

cere audit, etiam vere dicere exiſtimat. Hæc autem ſen
tentia nec illos fugit, qui artem Rhetoricam docēdam
putarunt: Faſsi ſunt enim ſapientiam ſine eloquentia
parum prodeſſe ciuibus, eloquentiam vero ſine ſapien-
tia nimium obeſſe plerunque, prodeſſe nunquam. Si er
go hæc illi qui præcepta eloquentiæ tradiderunt, in eiſ-
dem libris in quibus id egerunt veritate inſtigante co-
acti ſunt conſiteri, veram, hoc eſt ſupernam quæ à pa-

Iaco. 3.

tre luminum deſcendit, ſapientiam neſcientes, quanto
magis nos non aliud ſentire debemus, qui huius ſapien
tiæ filij & miniſtri ſumus? Sapienter autem dicit homo E
tanto magis vel minus, quanto in ſcripturis ſanctis ma
gis minuſve profecit. Non dico in eis multum legēdis
memoriæq; mandandis, ſed bene intelligendis, & dili-
genter earū ſenſibus indagandis. Sunt enim qui eas le-
gunt, & negligunt, legunt vt teneant, negligunt ne in-
telligant. Quibus longe ſine dubio pręferendi ſunt, qui
verba earum minus tenēt, & cor earum ſui cordis ocu-
lis vidēt. Sed vtriſq; ille melior, qui & cum volet eas di
cit, & ſicut oportet intelligit. Huic ergo qui ſapienter
debet dicere, etiam quod non poteſt eloquenter, verba
ſcripturarum tenere maxime neceſſarium eſt. Quanto
enim ſe pauperiorem cernit in ſuis, tanto eum oportet
in iſtis eſſe ditiorem: vt quod dixerit ſuis verbis, pro-
bet ex illis, & qui proprijs verbis minor erat, magnorū
teſtimonio quodam modo creſcat. Probādo enim de-
lectat, qui minus poteſt delectare dicēdo. Porrò qui nō
ſolum ſapienter, verūetiam eloquēter vult dicere, quo-
niam profecto plus proderit, ſi vtrunque potuerit, ad le
gendos vel audiendos & exercitatione imitandos elo-
quentes eum mitto libētius, quàm magiſtris artis Rhe-
toricæ vacare præcipio: ſi tamen ij qui leguntur & au- F
diuntur, non ſolum eloquenter, ſed etiam ſapienter di-
xiſſe vel dicere, veraci prædicatione laudantur. Qui e-
nim eloquenter dicunt, ſuauiter: qui ſapienter, ſalubri-
ter audiuntur. Propter quod non ait ſcriptura: Multi-

Sap. 6.

tudo eloquentium, ſed multitudo ſapientium ſanitas
eſt orbis terrarum. Sicut autem ſæpe ſumenda ſunt &
amara ſalubria, ita ſemper vitanda eſt pernicioſa dul-
cedo. Sed ſalubri ſuauitate vel ſuaui ſalubritate quid
melius? Quanto enim magis illic appetitur ſuauitas,
tanto facilius ſalubritas prodeſt. Sunt ergo Eccleſiaſti-
ci viri qui diuina eloquia non ſolum ſapienter, ſed e-
loquenter etiam tractauerunt. Quibus legendis ma-
gis non ſufficit tempus quàm deeſſe ipſis ſtudētibus &
vacantibus poſſunt. Hic aliquis forſitan quærit,

In ſacris eſſe ſanā eloquentiam. Cap. VI.

vtrum authores noſtri, quorum ſcripta diuinitus in-
ſpirata canonem nobis ſaluberrima authoritate fece-
runt, ſapientes tantummodo, an eloquentes etiam nū-
cupandi ſunt. Quæ quidem quæſtio apud meipſum &
apud eos qui mecum quod dico ſentiunt, facillime ſol-
uitur. Nam vbi eos intelligo, non ſolūm nihil eis ſapiē-
tius, verumetiam nihil eloquētius mihi videri poteſt. Et
audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt quod illi lo-
quuntur

G quuntur, ſimul intelligere non eos aliter loqui debuiſſe. Sicut eſt enim quædam eloquentia quæ magis ætatem iuuenilem decet, eſt quæ ſenilem, nec iam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruat eloquentis: ita eſt quædam quę viros ſumma authoritate digniſsimos planeq; diuinos decet. Hac illi locuti ſunt, nec ipſos decet alia, nec alios ipſa: ipſis enim congruit, alios autem quanto videtur humilior, tanto altius non ventoſitate ſed ſoliditate tranſcendit. Vbi vero non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquẽtia, ſed eam tamen non dubito eſſe talem qualis eſt vbi intelligo. Ipſa quoque obſcuritas diuinorum ſalubriumq; dictorum tali eloquentiæ miſcenda fuerat, in qua proficere noſter intellectus, non ſolum inuentione, verumetiam exercitatione deberet. Poſſem quidem ſi vacaret, omnes virtutes & ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur iſti qui linguam ſuam noſtrorum authorum linguæ non magnitudine ſed tumore præponunt, oſtendere in iſtorum literis ſacris, quos nobis erudiendis, & ab hoc ſeculo prauo in beatum ſeculum transferendis, prouidentia diuina prouidit. Sed nõ ipſa me plus quàm
H dici poteſt in illa eloquentia delectant, quæ ſunt his viris cum Oratoribus gentilium Poëtiſve communia. Illud magis admiror & ſtupeo, quòd iſta noſtra eloquẽtia ita vſi ſunt per alteram quandam eloquẽtiam ſuam, vt nec eis deeſſet, nec emineret in eis: quia eam nec improbari ab illis, nec oſtentari oportebat: quorum alterum fieret ſi vitaretur, alterum putari poſſet ſi facile agnoſceretur. Et in quibus forte locis agnoſcitur à doctis, tales res dicuntur, vt verba quibus dicuntur non à dicente adhibita, ſed ipſis rebus velut ſponte ſubiuncta videantur: quaſi ſapientiam de domo ſua, id eſt pectore ſapientis procedere intelligas, & tanquam inſeparabilem famulam etiam non vocatam ſequi eloquẽtiam. Quis enim non videat quid voluerit dicere, & quàm ſapienter dixerit Apoſtolus: Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quia tribulatio patiẽtiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis? Hic ſi quis, vt ita dixerim, imperite peritus artis eloquentiæ præcepta Apoſtolum ſecutum fuiſſe contendat, nonne à Chriſtianis doctis indoctiſque ridebitur? Et tamen agnoſcitur hic figura, quæ κλῖμαξ climax Græce, Latine vero à quibuſdam eſt appellata gradatio, quoniam ſcalam dicere noluerunt, cum
I verba vel ſenſa connectuntur alterum ex altero: ſicut hic, ex tribulatione patientiam, ex patientia probationem, ex probatione ſpem connexam videmus. Agnoſcitur & aliud decus, quoniam poſt aliqua pronunciationis voce ſingula finita, quæ noſtri membra & cæſa, Græci autem κῶλα καὶ κόμματα vocant, ſequitur ambitus ſiue circumitus, quam περίοδον, periodon illi appellant, cuius membra ſuſpendũtur voce dicentis, donec vltima finiantur. Nam eorum quæ præcedunt circumitum, membrum illud eſt primum, quoniam tribulatio patientiam operatur, ſecundum, patientia autem probationem, tertium, probatio vero ſpem. Deinde ſubiungitur ipſe circumitus, qui tribus peragitur mẽbris: quorum primum eſt, ſpes autem non confundit, ſecundum, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, tertium, per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. At hæc atque huiuſcemodi in elocutionis arte traduntur. Sicut ergo Apoſtolum præcepta eloquentiæ ſecutum fuiſſe non dicimus, ita quòd eius ſapientiam ſecuta ſit eloquentia, non negamus. Scribens ad Corinthios in ſecunda Epiſtola, redarguit quoſdam qui erant ex Iudæis pſeudoapoſtoli, eique detrahebant. Et K
quoniam ſeipſum prædicare compellitur, hanc ſibi velut inſipientiam tribuens, quàm ſapienter dicit, quamque eloquenter? Sed comes ſapientiæ, dux eloquentiæ, illam ſequens, iſtam præcedens & ſequentem non reſpuens, Iterum dico, inquit, ne quis me exiſtimet inſipientem eſſe, alioquin velut inſipientem ſuſcipite me, vt & ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor ſecundum deum, ſed quaſi in ſtulticia in hac ſubſtantia gloriæ, Quoniamquidem multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor. Libenter enim ſuſtinetis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Toleratis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædit: ſecundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmati ſimus. In quo quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego. Hebræi ſunt? & ego. Iſraëlitæ ſunt? & ego. Semen Abrahæ ſunt? & ego. Miniſtri Chriſti ſunt? & ego. Vt inſipiens dico, ſuper ego. In laboribus plurimũ, L
in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadraginta vna minus accepi. Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci: nocte & die in profundo maris fui. In itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis in falſis fratribus. In labore & ærumna, in vigiliis ſæpius, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ extrinſecus ſunt incurſus in me quotidianus, ſolicitudo omnium Eccleſiarum, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror? Si gloriari oportet, in iis quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor. Quanta ſapiẽtia iſta ſint dicta vigilantes vident. Quãta vero eloquentiæ cucurrerint flumine, & qui ſtertit, aduertit. Porrò autem qui nouit agnoſcit, quod ea cæſa quæ commata Græci vocant, & membra & circumitus, de quibus pauloante diſſerui, cum decentiſsima varietate interponerentur, totam iſtam ſpeciem dictionis, & quaſi eius vultum quo etiam indocti delectantur mouentúrque, fecerunt, Nam vnde cœpimus hunc M
locum inſerere, circumitus ſunt, primus minimus hoc eſt bimembris, minus enim quàm duo membra circũitus habere nõ poſſunt, plura vero poſſunt: ergo ille primus eſt, Iterum dico, ne quis me exiſtimet inſipientem eſſe. Sequitur alius trimembris. Alioquin, velut inſipientem ſuſcipite me, vt & ego modicum quid glorier. Tertius qui ſequitur membra habet quatuor. Quod loquor, non loquor ſecundum deum, ſed quaſi in ſtulticia, in hac ſubſtantia gloriæ. Quartus duo habet, Quãdoquidem multi gloriantur ſecundum carnem, & ego gloriabor. Et quintus habet duo. Libenter enim ſuſtinetis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes. Etiam ſextus bimembris eſt, Toleratis enim, ſi quis vos in ſeruitutem redigit. Sequuntur tria cæſa. Si quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur. Deinde tria membra, Si quis in faciem vos cædit, ſecundum ignobilitatem dico, quaſi nos infirmati ſimus. Additur trimembris circumitus. In quo autem quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego. Hinc iam ſingulis quibuſque cæſis interrogando poſitis, ſingula itidem cæſa reſponſione redduntur, tria tribus. Hebræi ſunt? & ego. Iſraëlitæ ſunt? & ego. Semen Abrahæ ſunt? & ego. Quarto au-

Pulchre docet adductis exemplis in ſacris literis ineſſe germanam eloquẽtiã, quæ ſapiẽtiæ adhæret velut inſeparabilis comes.

Cap. VII.

2. Cor. 11.

Super ego Græce ὑπὲρ ἐγώ, id eſt amplius ſiue magis ego, Verba magis reddidit, quàm ſententiam.

Artificium Rhetorices.

tem

A tem cæſo ſimili interrogatione poſito, non alterius cæ-
ſi, ſed membri oppoſitione reſpondet, Miniſtri Chriſti
ſunt? & ego. Vt inſipiẽs dico, ſuper ego. Iã cæſa quatuor
ſequentia, remota decẽtiſsime interrogatione funduntur:
In laboribus plurimũ, in carceribus abundantius, in
plagis ſupra modũ, in mortibus frequenter. Deinde in-
terponitur breuis circũitus, quoniã ſuſpenſa pronũcia-
tione diſtinguendum eſt: A Iudæis quinquies, vt hoc ſit
vnum membrũ, cui cõnectitur alterũ, quadraginta vna
minus accepi. Inde reditur ad cæſa, & ponũtur tria. Ter
virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium
feci. Sequitur membrũ: Nocte ac die in profundo ma-
ris fui. Deinde quatuordecim cæſa decẽtiſsimo impetu
profluunt: In itineribus ſæpe, periculis fluminũ, pericu-
lis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus,
periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in
mari, periculis in falſis fratribus, in labore & ærũna, in
vigiliis ſæpius, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigo-
re & nuditate. Poſt hæc interponit trimembrem circũ-
itum: Præter illa quæ extrinſecus ſunt, incurſus in me
quotidianus, ſolicitudo omniũ Eccleſiarũ. Et hinc duo
B mẽbra percõtatione ſubiungit. Quis infirmatur & ego
non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego nõ vror? Po-
ſtremo totus iſte quaſi anhelans locus, bimembri cir-
cuitu terminatur: Si gloriari oportet, in iis quæ infir-
mitatis meæ ſunt gloriabor. Quod vero poſt hunc im-
petũ interpoſita narratiũcula quodã modo requieſcit,
& requieſcere facit auditorem, quid decoris, quid dele-
ctationis habeat, ſatis dici nõ poteſt. Sequitur enim di-
cens: Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit, qui
eſt benedictus in ſecula, quòd non mentior. Ac deinde
quo modo periclitat[us] fuerit, & quo modo euaſerit, bre
uiſsime narrat. Longum eſt cætera perſequi, vel in aliis
ſanctarum ſcripturarũ locis iſta moſtrare. Quid ſi etiã
figuras locutionis quæ illa arte traduntur, in iis ſaltem
quæ de Apoſtoli eloquio commemoraui, oſtẽdere vo-
luiſſem? Nónne facilius graues homines me nimium,
quàm quiſquã ſtudioſorum ſibi ſufficientem putarent?
Hæc omnia quãdo à magiſtris docẽtur, pro magno ha
bentur, magno precio emũtur, magna iactatione ven-
duntur. Quã iactationem etiã ego redolere vereor, dũ
iſta ſic diſſero. Sed male doctis hominibus reſponden-
dum fuit, qui noſtros authores contẽnendos putãt, nõ
quia nõ habent, ſed quia non oſtentãt quàm nimis iſti
C diligunt eloquentiã. Sed forte quis putat, tanquam elo-
2. Corin. 11. quẽtem, noſtrum elegiſſe me Apoſtolũ Paulum. Vide-
tur enim vbi ait, Et ſi imperitus ſermone, ſed nõ ſcien-
tia: quaſi concedẽdo obtrectatoribus ſic locutus, nõ tã-
quam id verum agnoſceret cõfitendũ. Si autẽ dixiſſet,
Imperitus quidem ſermone, [& nõ addidiſſet] ſed non
ſcientia, nullo modo aliud poſſet intelligi. Scientiã pla
ne non cunctatus eſt profiteri, ſine qua eſſe doctor gen-
tiũ non valeret. Certe ſi quid eius proferimus ad exem-
plum eloquẽtiæ, ex illis epiſtolis vtiq; proferimus, quas
etiã ipſi obtrectatores eius qui ſermonem præſentis cõ
temptibilẽ putari volebant, graues & fortes eſſe cõfeſsi
ſunt. Dicendũ ergo mihi aliquid eſſe video & de elo-
quentia Prophetarũ, vbi per tropologiã multa obtegũ-
tur. Quæ quãto magis tranſlatis verbis videntur operi-
ri, tanto magis cum fuerint aperta dulceſcunt. Sed hoc
loco tale aliquid commemorare debeo, vbi quæ dicta
ſunt, nõ cogar exponere, ſed commendem tantũ quo
modo dicta ſint. Et ex illius Prophetæ libro potiſsimũ
Amos 7. hoc faciã, qui ſe paſtorem vel armentarium fuiſſe dicit,
atq; inde diuinitus ablatũ atque miſſum, vt dei populo
prophetaret. Nõ autẽ ſecundum ſeptuaginta interpre- D
tes, qui etiã ipſi diuino ſpiritu interpretati, ob hoc ali-
ter videntur nõnulla dixiſſe, vt ad ſpiritalẽ ſenſum ſcru
tandũ magis admoneretur lectoris intentio, vnde etiã
obſcuriora nonnulla, quia magis tropica ſunt eorũ: ſed
ſicut ex Hebræo in Latinũ eloquium presbytero Hiero
nymo vtriuſque linguæ perito interpretante tranſlata
ſunt. Cũ igitur argueret impios, ſuperbos, luxurioſos, &
fraternæ ideo negligentiſsimos charitatis, ruſticus vel
ex ruſtico iſte Propheta exclamauit dicẽs, Vę vobis qui Amos 6.
opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ,
optimates capita populorũ, ingredientes põpaticę do-
mum Iſraël, Tranſite in Calãne & videte, & ite inde in
Emath magnã, & deſcendite in Geth Palęſtinorum, &
ad optima quæque regna horũ, ſi latior terminus eorũ
termino veſtro eſt. Qui ſeparati eſtis in diem malũ, &
appropinquatis ſolio iniquitatis. Qui dormitis in lectis
eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis
agnũ de grege, & vitulos de medio armenti. Qui cani-
tis ad vocẽ Pſalterij. Sicut Dauid putauerunt ſe habere
vaſa Cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo vn- E
guento delibuti, & nihil patiebãtur ſuper cõtritione Io
ſeph. Nunquid nam iſti qui Prophetas noſtros tanquã
ineruditos & elocutionis ignaros, veluti docti diſertiq;
contemnũt, ſi aliquid eis tale vel in tales dicendũ fuiſ-
ſet, aliter ſe voluiſſent dicere, qui tamẽ eorum inſanire
noluiſſent? Quid enim eſt quod iſto eloquio aures ſo-
briæ plus deſiderent? prima ipſa inuectio, quaſi ſopitis
ſenſibus vt euigilarent, quo fremitu illiſa eſt? Væ vobis
qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in mõte Sama-
riæ, optimates capita populorũ, ingredientes pompati-
ce domum Iſraël. Deinde vt beneficiis dei, qui eis am-
pla ſpacia regni dedit, oſtendat ingratos, quoniã confi
debant in monte Samariæ, vbi vtique idola colebãtur,
Tranſite, inquit, in Calamne & videte, & ite inde in E-
math magnã, & deſcẽdite in Geth Palęſtinorum, & ad
optima quæque regna horum, ſi latior terminus eorum
termino veſtro eſt. Simul etiã cum iſta dicuntur, loco-
rum nominibus tanquã luminibus ornatur eloquium,
quæ ſunt Siõ, Samaria, Calãne, Emath magna, & Geth
Palæſtinorum. Deinde verba quæ his adiunguntur lo-
cis decentiſsime variantur. Opulenti eſtis, confiditis,
tranſite, ite, deſcendite. Conſequenter denunciatur fu-
tura ſub iniquo rege propinquare captiuitas, cũ adiun-
gitur, Qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropin- F
quatis ſolio iniquitatis. Tunc ſubiiciũtur merita luxu-
rię, Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtra-
tis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de
medio armenti. Iſta ſex membra tres bimembres cir-
cumitus reddiderunt. † * Non enim ait, Qui ſeparati †*al. ediderunt.
eſtis in diem malum, qui appropinquatis ſolio iniqui-
tatis, qui dormitis in lectis eburneis, qui laſciuitis in
ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege, & vitu-
los de medio armenti, Quod ſi ita diceretur, eſſet qui-
dem & hoc pulchrum, vt ab vno pronomine repetito
omnia ſex membra decurrerent, & pronunciantis vo-
ce ſingula finirentur. Sed pulchrius factum eſt, vt ei-
dem pronomini eſſent bina ſubnexa, quæ tres ſenten-
tias explicarent: Vnam ad captiuitatis prænunciatio-
nem, qui ſeparati eſtis in diem malum, & appropin-
quatis ſolio iniquitatis: Alteram ad libidinem, qui dor
mitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris:
Ad voracitatem vero tertiam pertinentem, qui come-
ditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti:
vt in poteſtate ſit pronunciantis, vtrum ſingula finiat

G & membra ſint ſex: an primum & tertium & quintum
voce ſuſpendat,& ſecundum primo,quartũ tertio, ſex-
tum quinto connectendo, tres bimembres circumitus
decentiſsime faciat: vnum quo calamitas imminẽs, al-
terum quo lectus impurus, tertium quo prodiga men-
ſa monſtretur. Deinde luxurioſam remordet auriũ vo-
luptatem, Vbi cum dixiſſet, Qui canitis ad vocẽ Pſal-
terij, quoniam poteſt exerceri ſapienter à ſapientibus
Muſica,mirabili decore dicẽdi, inuectionis impetu re-
laxato,& non ad illos,ſed de illis iã loquẽs,vt nos Mu-
ſicam ſapientis à Muſica luxuriantis diſtinguere cõmo
neret: non ait: Qui canitis ad vocem pſalterij,& ſicut
Dauid putatis vos habere vaſa Cantici: ſed cum illud
ad illos dixiſſet,quod luxurioſi audire deberẽt:Qui ca-
nitis ad vocem pſalterij, imperitiam quoq; eorum aliis
quodam modo indicauit,adiungẽs: Sicut Dauid puta-
uerunt ſe habere vaſa Cantici,bibentes in phialis vinũ,
& optimo vnguento delibuti. Tria hęc melius pronun
ciantur,ſi ſuſpẽſis duobus prioribus membris circum-
itus tertio finiatur. Iam vero quod his omnibus adiici-
tur. Et nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph, ſiue
continuatim dicatur,vt vnũ ſit membrum: ſiue decen-
tius ſuſpendatur,& nihil patiebantur, & poſt hanc di-
H ſtinctionem inferatur,ſuper contritione Ioſeph,atq; ſit
bimembris circumitus:miro decore nõ dictum eſt, ni-
hil patiebantur ſuper contritione fratris,ſed poſitus eſt
pro fratre Ioſeph, vt quicunq; frater proprio* ſignifica-
retur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara eſt,
vel in malis quæ pendit,vel in bonis quæ rependit. Iſte
certe tropus vbi Ioſeph quemcunque fratrem facit in-
telligi,neſcio vtrum illa quam didicimus & docuimus
arte tradatur. Quàm ſit tamen pulcher,& quemadmo-
dum afficiat legentes atque intelligentes, non opus eſt
cuiquam dici ſi ipſe non ſentit. Et plura quidẽ quę per-
tinent ad præcepta eloquentiæ, in hoc ipſo loco quem
pro exemplo poſuimus poſſunt reperiri. Sed bonum au
ditorem nõ tam ſi diligẽter diſcutiatur inſtruit, quàm
ſi ardenter pronuncietur accẽdit. Neque enim hæc hu-
mana induſtria compoſita, ſed diuina mente ſunt fuſa
& ſapienter & eloquenter, non intenta in eloquentiam
[ſapientia,]ſed à ſapientia non recedẽte eloquentia. Si
enim,ſicut quidam diſertiſsimi atque acutiſsimi viri vi
dere ac dicere potuerunt,ea quę velut Oratoria arte di
cuntur,non obſeruarentur & notarentur, & in hãc do
I ctrinam redigerentur, niſi prius in Oratorum inueni-
rentur ingeniis: quid mirum ſi & in iſtis inueniuntur,
quos ille miſit qui facit ingenia? Quapropter & eloquẽ
tes quidem non ſolum ſapientes canonicos noſtros au
thores doctoresq; fateamur tali eloquentia vſos,qualis
perſonis eiuſmodi congruebat. Sed nos etſi de li-
teris eorum,quæ ſine difficultate intelliguntur nõnulla
ſumimus elocutionis exempla,nequaquam tamen pu-
tare debemus imitãdos eos nobis eſſe, in iis quæ ad ex-
ercendas & elimandas quodam modo mẽtes legentiũ,
& ad rumpenda faſtidia atque acuenda ſtudia diſcere
volentium, zelandos quoque ſiue vt ad pietatẽ conuer
tantur, ſiue vt à myſteriis ſecludantur animos impio-
rum,vtili ac ſalubri obſcuritate dixerunt. Sic quippe il-
li locuti ſunt, vt poſteriores qui eos recte intelligerent
& exponerent, alteram gratiam, diſparem quidem ve-
runtamen ſubſequentem in dei Eccleſia reperirent. Nõ
ergo expoſitores eorum ita loqui debent,tanquã ſe ipſi
exponendos ſimili authoritate proponãt: ſed in omni-
bus ſermonibus ſuis primitus ac maxime vt intelligan-
tur elaborẽt ea quantum poſſunt perſpicuitate dicẽdi,

** al. propinquius.*

Qualis debeat eſſe ſermo doctoris Euangelici. Cap. VIII.

vt aut multum tardus ſit qui non intelligat: aut in rerũ K
quas explicare atque oſtendere volumus difficultate ac
ſubtilitate,nõ in noſtra locutione ſit cauſa, quo minus
tardiúſve quod dicimus poſsit intelligi. Sunt etiam
quædam quæ ſua vi non intelliguntur,aut vix intelligũ
tur,quantolibet & quantumlibet,quãuis planiſsime di-
cẽtis verſentur eloquio,quæ in populi audientiam,vel
raro ſi aliquid vrget, vel nunquam omnino mittenda
ſunt. In libris autem qui ita ſcribuntur, vt ipſi ſibi quo-
dam modo lectorem teneant,cum intelligũtur, mole-
ſti non ſint volentibus legere: cum autem non intelli-
guntur,moleſti non ſint nolẽtibus legere. Et in aliquo-
rum collocutionibus non eſt hoc officium deſerẽdum,
vt vera quamuis difficillima ad intelligendum quæ ipſi
iam percepimus, cum quantocũque labore diſputatio-
nis,ad aliorum intelligentiam perducamus: ſi tenet au-
ditorem vel collocutorem diſcendi cupiditas, nec mẽ-
tis capacitas deſit, quæ quoquo modo intimata poſsit
accipere,non curante illo qui docet quanta eloquentia
doceat,ſed quanta euidentia. Cuius euidentiæ dili-
gens appetitus aliquando negligit verba cultiora, nec
curat quid bene ſonet,ſed quid bene indicet atque inti
met quod oſtendere intendit. Vnde ait quidã,cum de
tali genere locutionis ageret, eſſe in ea quandam dili-
gentẽ negligentiam. Hæc tamen ſic detrahit ornatum, L
vt ſordes non contrahat. Quamuis in bonis doctoribus
tanta docẽdi cura ſit vel eſſe debeat,vt verbũ quod niſi
obſcurum ſit vel ambiguũ,Latinum eſſe nõ poteſt, vul-
gi autẽ more ſic dicitur vt ambiguitas obſcuritasq; vi-
tetur,non ſic dicatur vt à doctis,ſed potius vt ab indo-
ctis dici ſolet. Si enim nõ piguit dicere interpretes no-
ſtros: Non congregabo conuẽticula eorũ de ſanguini-
bus: quoniã ſenſerunt ad rem pertinere,vt eo loco plu-
raliter enunciaretur hoc nomẽ, quod in Latina lingua
tantũmodo ſingulariter dicitur: cur pietatis doctorem
pigeat imperitis loquentẽ oſſum potius quàm os dice-
re, ne iſta ſyllaba non ab eo quod ſunt oſſa, ſed ab eo
quod ſunt ora intelligatur, vbi Afræ aures de corrup-
tione vocalium vel productione nõ iudicant. Quid e-
nim prodeſt locutionis integritas, quã nõ ſequitur in-
tellectus audientis, cũ loquẽdi omnino nulla ſit cauſa,
ſi quod loquimur nõ intelligunt, propter quos vt intel
ligant loquimur? Qui ergo docet, vitabit omnia verba
quæ nõ docent. Et ſi pro eis alia integra quę intelligan-
tur poteſt dicere,id magis eliget. Si autẽ nõ poteſt,ſiue M
quia nõ ſunt,ſiue quia in præſentia nõ occurrũt, vtetur
etiam verbis minus integris, dũ tamen res ipſa docea-
tur atque diſcatur integre. Et hoc quidem nõ ſolum in
collocutionibus,ſiue fiant cũ aliquo vno,ſiue cum plu-
ribus,verumetiam multo magis in populis, quando ſer
mo promitur,vt intelligatur inſtandum eſt: quia & in
collocutionibus eſt cuiq; interrogãdi poteſtas. Vbi au-
tem omnes tacent vt audiatur vnus, & in eum intenta
ora conuertũt,vbi vt requirat quiſque quod nõ intelle-
xerit,nec moris eſt nec decoris,ac per hoc debet maxi-
me tacẽti ſubuenire cura dicentis. Solet autẽ motu ſuo
ſignificare auida multitudo cognoſcendi vtrũ intelle-
xerit. Quod donec ſignificet, verſandũ eſt quod agitur
multimoda varietate dicendi,quod in poteſtate nõ ha
bent qui præparata & ad verbũ memoriter retẽta pro-
nunciant. Mox autẽ vt intellectũ eſſe conſtiterit,aut ſer
mo finiẽdus,aut in alia tranſeundũ eſt. Sicut enim gra-
tus eſt qui cognoſcẽda enubilat, ſic oneroſus eſt qui co
gnita inculcat,eis dũtaxat quorũ tota expectatio in diſ
ſoluenda eorum quæ panduntur difficultate pendebat.

Perſpicuitas orationis Cap. IX.

Qua ratiõe perſpicua ſiat oratio. Cap. X.

Pſal. 15.

Nam

A Nam delectandi gratia etiam nota dicuntur, vbi non ipſa ſed modus quo dicuntur attēditur. Quod ſi & ipſe iam notus eſt atq; auditoribus placet, penè nihil intereſt, vtrum is qui dicit, dictor vel lector ſit. Solent enim & ea quæ commode ſcripta ſunt, non ſolum ab iis quibus primitus innoteſcunt iucūde legi, verum ab iis etiā quibus iam nota ſunt neq; adhuc illa de memoria deleuit obliuio, non ſine iucunditate relegi, vel ab vtriſq; libenter audiri. Quæ autem quiſq; iam oblitus eſt, cum commonetur, docetur. Sed de modo delectandi nunc non ago, de modo autem quo docēdi ſunt qui diſcere deſiderant loquor. Is autem eſt optimus, quo fit vt qui audit verum audiat, & quod audit intelligat. Ad quē finem cum ventum fuerit, nihil tunc amplius de ipſa re tanquam diutius docenda laborādum eſt, ſed forte de commendanda vt in corde figatur. Quod ſi faciēdum videbitur, ita modeſte faciēdum eſt, ne perueniatur ad tædium.

Quare conādi docere dicendum perſpicue. Cap. XI.

Prorſus hæc eſt in docēdo eloquentia, qua fit dicēdo nō vt libeat quod horrebat, aut vt fiat quod pigebat, ſed vt appareat quod latebat. Quod tamen ſi fiat inſuauiter, ad paucos quidē ſtudioſiſsimos ſuus peruenit fructus, qui ea quæ diſcenda ſunt, quamuis abiecte
B inculteq; dicantur, ſcire deſiderant. Quod cum adepti fuerint, ipſa delectabiliter veritate paſcūtur, Bonorūq; ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodeſt clauis aurea, ſi aperire quod volumus non poteſt? Aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus niſi patere quod clauſum eſt? Sed quoniam inter ſe habent nonnullā ſimilitudinem veſcentes atque diſcētes, propter faſtidia plurimorum etiam ipſa ſine quibus viui nō poteſt alimenta condienda ſunt.

Oratoris eſt docere, delectare, flectere. Ca. XII.

Dixit ergo quidā eloquēs, & verum dixit, ita dicere debere eloquētem, vt doceat, vt delectet, vt flectat. Deinde addidit, docere neceſſitatis eſt, delectare ſuauitatis, flectere victoriæ. Horū triū quod primo loco poſitum eſt, hoc eſt docendi neceſſitas, in rebus eſt conſtituta quas dicimus, reliqua duo in modo quo dicimus docendo. Qui ergo dicit cum docere vult, quandiu non intelligitur nōdum ſe exiſtimet dixiſſe quod vult ei quem vult docere. Quia etſi dixit quod ipſe intelligit, nondum illi dixiſſe putandus eſt à quo intellectus non eſt. Si vero intellectus eſt, quocunque modo dixerit, dixit. Quod ſi etiam delectare vult eum cui dicit, aut flectere: non quocunque modo dixe-
C rit faciet, ſed intereſt quo modo dicat vt faciat. Sicut eſt autē vt teneatur ad audiendum delectādus auditor: ita flectendus, vt moueatur ad agendum. Et ſicut delectatur ſi ſuauiter loquaris: ita flectitur ſi amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, quod commendas amplectatur, quod dolendum exaggeras doleat, cum quid lætandum prędicas gaudeat, miſereatur eorum quos miſerandos ante oculos dicendo conſtituis, fugiat eos quos cauendos terrēdo proponis: & quicquid aliud grandi eloquentia fieri poteſt ad cōmouendos animos auditorum, non quid agendum ſit vt ſciant, ſed vt agant quod agendum eſſe iam ſciūt. Si autē adhuc neſciunt, prius vtique docēdi ſunt quàm monendi. Et fortaſſe rebus ipſis cognitis ita mouebuntur, vt eos non opus ſit maioribus eloquentiæ viribus iam moueri. Quod tamen cum opus eſt, faciendū eſt. Tunc autem opus eſt, quando cum ſcierint quid agendum ſit non agūt, ac per hoc docere neceſſitatis eſt. Poſſunt enim homines & agere & non agere quod ſciunt. Quis autem dixerit eos agere debere quod neſciunt? Et ideo flectere neceſſitatis non eſt, quia non ſemper opus eſt, ſi tantum docenti vel etiam delectanti conſentit audi- D
tor. Ideo autem victoriæ eſt flectere, quia fieri poteſt vt doceatur & delectetur, & non aſſentiatur. Quid autem illa duo proderunt, ſi deſit hoc tertium? Sed neque delectare neceſſitatis eſt: quandoquidem cum dicēdo vera monſtrantur, quod ad officiū docendi pertinet, nō eloquio agitur, neque hoc attenditur, vt vel ipſa vel ipſum delectet eloquium, ſed per ſeipſa quoniam vera ſunt manifeſtata delectant. Vnde plerunque delectant etiam falſa patefacta atque conuicta. Neque enim delectant, quia falſa ſunt, ſed quia falſa eſſe verum eſt, Delectat & dictio qua hoc verum eſſe monſtratum eſt.

Dicendo flectendi animi. Cap. XIII.

Propter eos autem quibus faſtidientibus non placet veritas, ſi alio quocūque modo, niſi eo modo dicatur vt placeat & ſermo dicentis, datus eſt in eloquentia non paruus etiam delectationi locus. Quæ tamē addita non ſufficit duris, quos nec intellexiſſe nec docentis elocutione delectatos eſſe profuerit. Quid enim hæc duo conferunt homini, qui & confitetur verum, & collaudat eloquium, nec inclinat aſſenſum, propter quem ſolum cum aliquid ſuadetur rebus quæ dicuntur inuigilat dicentis intentio? Si enim talia dicantur quæ credere vel noſſe ſufficiat, nihil eſt aliud eis cōſentire, niſi
confiteri vera eſſe. Cum vero id docetur quod agendū E
eſt, & ideo docetur vt agatur, fruſtra perſuadetur verū eſſe quod dicitur, fruſtra placet modꝰ ipſe quo diſcitur, ſi non ita diſcitur vt agatur. Oportet igitur eloquētem Eccleſiaſticum quādo ſuadet aliquid quod agendū eſt, nō ſolum docere vt inſtruat, & delectare vt teneat, verūetiam flectere vt vincat. Ipſe quippe iam remanet ad conſenſionem flectendus eloquētiæ granditate, in quo id non egit vſque ad eius confeſſionē demonſtrata veritas, adiuncta etiam ſuauitate dictionis.

Dicendi genus graue. Cap. XIIII.

Cui ſuauitati tantū operæ impenſum eſt ab hominibus, vt non ſolum non facienda, verumetiam fugienda ac deteſtāda tot & tāta mala atque turpia, quæ malis & turpibus diſertiſsime perſuaſa ſunt, non vt eis conſentiatur, ſed ſola delectationis gratia lectitentur. Auertat autē deus ab Eccleſia ſua quod de ſynagoga Iudæorū Hieremias Propheta commemorat dicens, Pauor & horrenda facta ſunt ſuper terram, Prophetæ prophetabant iniqua, *Hiere. 5.* & ſacerdotes plauſum dederunt manibus ſuis, & plebs mea dilexit ſic, Et quid facietis in futurum? O eloquentia tanto terribilior, quanto purior, & quanto ſolidior, tanto vehementior. O vere ſecuris concidens petras.
Huic enim rei ſimile eſſe verbum ſuū quod per ſanctos F
Prophetas fecit, & per hunc ipſum Prophetā deus ipſe dixit, Abſit itaque abſit à nobis, vt ſacerdotes plaudant manibus iniqua dicentibus, & plebs dei diligat ſic. Abſit à nobis, inquam, tāta dementia, Nam quid faciemus in futurū? Et certe minus intelligantur, minus placeāt, minus moueant quæ dicuntur, vera tamen dicantur & iuſta, non iniqua libenter audiantur. Quod vtique nō fieret niſi ſuauiter dicerētur. In populo autem graui de quo dictum eſt deo, In populo graui laudabo te: nec illa ſuauitas delectabilis eſt, qua non quidem iniqua dicūtur, ſed exigua & fragilia bona ſpumeo verborū ambitu ornantur, quali nec magna atque ſtabilia decenter & grauiter ornarentur. *Pſal. 34.* Eſt tale aliquid in epiſtola beati Cypriani, Quod ideo puto vel accidiſſe vel cōſulto factum eſſe, vt ſciretur à poſteris quam linguam doctrinæ Chriſtianæ ſanitas ab iſta redundantia reuocauerit, & ad eloquentiā grauiorē modeſtioremq; reſtrinxerit, qualis in eius conſequētibus literis ſecure amatur, religioſe appetitur, ſed difficillime impletur. Ait ergo quo- *Cyprianus.*

G dam loco, Petamus hanc ſedem: dant ſeceſſum vicina ſecreta: vbi dum erratici palmitum lapſus pendulis nexibus per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Non dicuntur iſta niſi mirabiliter affluentiſsima fœcunditate facūdiæ, ſed profuſione nimia grauitate diſplicent. Qui vero hæc amant, profecto eos qui non ita dicunt, ſed caſtigatius eloquũtur, non poſſe ita eloqui exiſtimant, nō iudicio iſta deuitare. Quapropter iſte vir ſanctus & poſſe ſe oſtendit ſic dicere, quia dixit alicubi, & nolle quoniam poſtmodum nuſquã.

Orād° de° doctori Eccleſiaſtico ante concionē. Ca. XV.

Agat itaque noſter iſte eloquens cũ & iuſta & ſancta & bona dicit: neq; enim alia debet dicere: agat ergo quantum poteſt cum iſta dicit, vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur: & hæc ſe poſſe ſi potuerit, & inquantum potuerit, pietate magis orationum quàm oratorum facultate non dubitet, vt orando pro ſe ac pro illis quos eſt allocuturus, ſit orator antequam dictor. Ipſa hora iam vt dicat accedens, priuſquam exerat proferētem linguam, ad deum leuet animam ſitiētem, vt eructet quod biberit vel quod impleuerit fundat. Cum enim de vnaquaque re quæ ſecūdum fidem delectationemq; tractanda ſunt, multa ſint

H que dicantur, & multi modi quibus dicantur ab eis qui hoc ſciunt, quis nouit quid ad præſens tempus, vel nobis dicere, vel per nos expediat audiri, niſi qui corda

Sapien. 7.

omnium videt? Et quis facit vt quod oportet, & quemadmodum oportet dicatur à nobis, niſi in cuius manu ſunt & nos & ſermones noſtri? Ac per hoc diſcat quidem omnia quæ docenda ſunt qui & noſſe vult & docere, facultatemq; docendi vt decet virum Eccleſiaſticum comparet. Ad horam vero ipſius dictionis illud potius bonæ menti cogitet conuenire quod dominus

Matth. 10.

ait, Nolite cogitare quo modo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: nō enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Si ergo loquitur in eis ſpiritus ſanctus qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis qui tradunt dicentibus Chriſtum?

Non tantū preces ſed & ſtudiū neceſſariū. Cap. XVI.

Quiſquis autem dicit non eſſe hominibus præcipiendum quid vel quemadmodum doceant, ſi doctores ſanctus efficit ſpiritus, poteſt dicere, nec orandum nobis eſſe, quia dominus ait, Scit pater veſter quid vobis neceſſarium

Matth. 6.

ſit priuſquam petatis ab eo. Aut Apoſtolum Paulum Timotheo & Tito non debuiſſe præcipere, quid vel quēadmodum præciperēt aliis. Quas tres Apoſtolicas epi-

I ſtolas ante oculos habere debet, cui eſt in Eccleſia doctoris perſona impoſita. Nonne in prima ad Timotheum legitur, Annuncia hæc & doce? Quę autē ſint, ſupra

1. Timo. 4.

dictum eſt. Nonne ibi eſt, Seniorē ne increpaueris, ſed

1. Timo. 5.

obſecra vt patrem? Nonne in ſecūda ei dicitur: Formā habe verborum ſanorum quæ à me audiſti? Nonne ibi

2. Timo. 1.

ei dicitur, Satis age teipſum probabilem operarium exhibens deo, non erubeſcentem verbum veritatis recte

2. Timo. 2.

tractantē? Ibi eſt & illud. Prædica verbum, inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni lōganimitate & doctrina. Itemq; ad Titum, nonne dicit Epiſcopum iuxta doctrinam fidelis verbi perſeuerãtem eſſe debere, vt potens ſit in doctrina ſana & contradicētes redarguere? Ibi etiam dicit, Tu vero loquere quæ decet ſanam doctrinã, ſenes ſobrios eſſe, & quæ ſequuntur: Ibi & illud, Hæc loquere & exhortare, & increpa cũ omni imperio. Nemo te contēnat, Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe. & cætera. Quid ergo putamus? Nũquid contra ſeipſum ſentit Apoſtolus, qui cum dicat doctores operatione fieri ſpiritus ſancti,

2. Timo. 4.

Titum. 1.

Ad Titum 2. & 3.

cur

ipſe illis præcipit quid & quemadmodum doceant? An K intelligendum eſt, & hominum officia ipſo ſancto ſpiritu largiente in docendis etiam ipſis doctoribus non debere ceſſare: & tamen neque qui plantat eſſe aliquid, neque qui rigat, ſed deum qui incrementum dat? Vnde ipſis quoq; miniſtris ſanctis hominibus vel etiam ſanctis angelis operãtibus nemo recte diſcit quæ pertinēt ad viuendum cum deo, niſi fiat à deo docilis cui dicitur in Pſalmo. Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es deus meus. Vnde & ipſi Timotheo idem dicit Apoſtolus, loquens vtique ad diſcipulum doctor, Tu autem perſeuera in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciēs à quo didiceris. Sicut enim corporis medicamenta quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non niſi eis proſunt, quibus deus operatur ſalutem, qui & ſine illis mederi poteſt, cū ſine ipſo illa non poſsint, & tamen adhibētur, & ſi hoc officioſe fiat, inter opera miſericordiæ vel beneficentiæ deputatur: ita & adiumēta doctrinæ tūc proſunt animæ adhibita per hominem, cũ deus operatur vt proſint, qui potuit Euangelium dare homini, etiam non ab hominibus neque per hominem.

1. Corin. 3.

Pſal. 142.

2. Timo. 3.

Qui ergo dicēdo nititur perſuadere quod bonum L eſt, nihil horum trium ſpernens, vt ſcilicet doceat, vt delectet, vt flectat, oret atque agat: vt quemadmodum ſupra diximus, intelligenter, libenter, obedienterq; audiatur. Quod cum apte & conuenienter facit, non immerito eloquens dici poteſt, etſi non eum ſequatur auditoris aſſenſus. Ad hæc enim tria, id eſt, vt doceat, vt delectet, vt flectat, etiam tria illa videtur pertinere voluiſſe idem ipſe Romani author eloquij cum itidem dixit. Is igitur erit eloquēs qui poterit parua ſubmiſſe, modica temperate, magna granditer dicere: tanquã ſi adderet illa etiam tria, & ſic explicaret vnam eādemque ſententiam dicens, Is erit igitur eloquens, qui vt doceat poterit parua ſubmiſſe, vt delectet modica temperate, vt flectat magna granditer dicere.

Triplex dicēdi genus Cap. XVII.

In li. cui titul° Orator.

Hæc autem tria ille ſicut ab eo dicta ſunt, in cauſis forenſibus poſſet oſtendere. Non autem hoc eſt in Eccleſiaſticis quæſtionibus, in quibus huiuſmodi quem volumus informare ſermo verſatur. In illis enim ea parua dicuntur, vbi de rebus pecuniariis iudicandum eſt: Ea magna, vbi de ſalute ac de capite hominum. Ea vero vbi nihil horum iudicandum eſt, nihilque agitur vt agat ſiue decernat, ſed tantummodo vt delectetur auditor, inter vtrũque quaſi media, & ob hoc modica, hoc eſt moderata dixe- M runt. Modicis enim modus nomē impoſuit. Nam modica pro paruis abuſiue, nō proprie dicimus. In iſtis autem noſtris quandoquidem omnia, maxime quæ de loco ſuperiore populis dicimus, ad hominum ſalutem, nec temporariam ſed æternam referre debemus, vbi etiã cauendus eſt æternus interitus, omnia magna ſunt quæ dicimus: vſqueadeo vt nec de ipſis pecuniariis rebus, vel acquirendis vel amittendis parua videri debeāt, quæ doctor Eccleſiaſticus dicit, ſiue ſit illa magna, ſiue parua pecunia. Neque enim parua eſt inſticia, quã profecto & in parua pecunia cuſtodire debemus, dicēte domino, Qui in minimo fidelis eſt, & in magno fidelis eſt. Quod ergo minimum eſt, minimum eſt: ſed in minimo fidelem eſſe, magnum eſt.

Eadē Eccleſiaſta neceſſaria quæ Oratori. Ca. XVIII.

Luca 16.

Nam ſicut ratio rotunditatis, eſt, vt à puncto medio omnes lineæ pares in extrema ducantur, eadem eſt & in magno diſco quæ in nummulo exiguo: ita vbi parua iuſte geruntur, non minuitur iuſticiæ magnitudo. De iudiciis denique ſecularibus, quibus vtique niſi pecuniariis cũ loqueretur Apoſtolus, Audet quiſquam veſtrum, inquit,

aduerſus

A aduerſus alterum habẽs negocium iudicari ab iniquis, & non apud ſanctos? An neſcitis quia ſancti mundum iudicabũt? Et ſi in vobis iudicatur mũdus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quia angelos iudicabimus, nedũ ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis, eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos cõſtituite ad iudicandum. Ad reuerẽtiam vobis dico. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens, qui poſsit inter fratrem ſuum iudicare: ſed frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum eſt, quia iudicia habetis vobiſcum. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Sed vos iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc fratres. An neſcitis quia iniuſti regnum dei non hæreditabunt? Quid eſt quòd ſic indignatur Apoſtolus, ſic corripit, ſic exprobrat, ſic increpat, ſic minatur? Quid eſt quòd ſui animi affectum tam crebra & tam aſpera vocis mutatione teſtatur? Quid eſt poſtremo, quòd de rebus minimis tam granditer dicit? Tantúmne de illo negocia ſecularia meruerunt? Abſit. Sed hoc facit propter iuſticiam, charitatem, pietatem, quæ nulla ſobria mente dubitante, etiam in rebus quamlibet paruulis magna ſunt.

B Sanè ſi moneremus homines quemadmodum ipſa negocia ſecularia vel pro ſe vel pro ſuis apud Eccleſiaſticos iudices agere deberent, rectè admoneremus vt agerent tanquam parua ſubmiſſe. Cum vero de illius viri diſſeramus eloquio, quem volumus earum rerum eſſe doctorem, quibus liberamur ab æternis malis, atque ad æterna peruenimus bona, vbicunque agantur hæc, ſiue ad populum, ſiue priuatim, ſiue ad vnum, ſiue ad plures, ſiue ad amicos, ſiue ad inimicos, ſiue in perpetua dictione, ſiue in collocutione, ſiue in tractatibus, ſiue in libris, ſiue in epiſtolis vel longiſsimis vel bre-

Matth. 10. uiſsimis, magna ſunt: niſi forte quoniam calix aquæ frigidæ, res minima atque viliſsima eſt, ideo minimum aliquid atque viliſsimum dominus ait, quòd eum qui dederit diſcipulo eius, nõ perdet mercedem ſuam. Aut vero quando iſte doctor in Eccleſia facit inde ſermonem, paruũ aliquid debet exiſtimare ſe dicere, & ideo non temperate, non granditer, ſed ſubmiſſe ſibi eſſe dicendum. Nónne quando accidit vt de hac re loqueremur ad populum, & deus affuit vt non incongrue diceremus, tanquam de illa aqua frigida quædam flamma ſurrexit, quæ etiam frigida hominum pectora, ad

C miſericordiæ opera facienda, ſpe cœleſtis mercedis accenderet?

Aliàs alio vtẽdũ dicẽdi genere. Cap. XIX. Et tamen cum doctor iſte debeat rerum dictor eſſe magnarum, non ſemper eas debet granditer dicere, ſed ſubmiſſe cum aliquid docetur, temperate cum aliquid vituperatur ſiue laudatur. Cum vero aliquid agẽdum eſt, & ad eos loquimur qui hoc agere debent, nec tamen volunt, tunc ea quæ magna ſunt, dicẽda ſunt granditer, & ad flectendos animos congruenter. Et aliquando de vna eadémque re magna, & ſubmiſſe dicitur ſi docetur, & temperate ſi prædicatur, & granditer ſi auerſus inde animus vt conuertatur impellitur. Quid enim deo ipſo maius eſt? Nunquid ideo nõ diſcitur? Aut qui docet vnitatem trinitatis, debet niſi ſubmiſſa diſputatione agere, vt res ad dignoſcẽdũ difficilis, quantum datur poſsit intelligi? Nunquid hic ornamenta & non documenta quæruntur? Nunquid vt aliquid agat, eſt flectendus auditor, & nõ potius vt diſcat inſtruendus? Porrò cum laudatur deus, ſiue de ſeipſo, ſiue de operibus ſuis, quãta facies pulchræ ac ſplẽdidæ dictionis oboritur ei, qui poteſt quantum poteſt laudare, quem nemo conuenienter laudat, nemo quo-

D modocunque non laudat. At ſi nõ colatur, aut cum illo vel etiam præ illo colantur idola, ſiue dæmonia, ſiue quæcunque creatura, quantum hoc malum ſit, atque vt ab hoc malo auertantur homines, debet vtique grãditer dici.

Exẽpla ex ſacris literis. Ca. XX. Submiſſæ dictionis exemplum eſt apud Apoſtolum Paulum, vt planius aliquid commemorem, vbi ait, Dicite mihi ſub lege volentes eſſe, legem nõ legiſtis? Scriptum eſt enim, quòd Abrahã duos filios ha- *Gal. 4.* buit: vnum de ancilla, & vnũ de libera. Sed ille qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſsionẽ: quæ ſunt in allegoria. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte Sina in ſeruitutem generans, quæ eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, quæ coniuncta eſt huic quæ nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cũ filiis ſuis. Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra &c. Itemq; ibi ratiocinatur & dicit, Fratres, ſecundum hominem di- *Galat. 3.* co, tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo irritum facit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones & ſemini eius. Non dicit in ſeminibus tanquam in multis, ſed tanquã in vno, & ſemini tuo quod eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum à deo, quæ poſt quadringẽtos & triginta annos fa- E cta eſt lex, non infirmat ad euacuandas promiſsiones. Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promiſsione. Abrahæ autem per repromiſsionẽ donauit deus. Et quia occurrere poterat audientis cogitationi, vt quid ergo lex data eſt, ſi ex illa non eſt hæreditas? ipſe ſibi hoc obiecit, atq; ait velut interrogans, Quid ergo lex? Deinde reſpondit, Trangreſsionis gratia propoſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſſum eſt diſpoſita per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius non eſt: deus autem vnus eſt. Et hic occurrebat quod ſibiipſe propoſuit. Lex ergo aduerſus promiſſa dei? Et reſpondit, Abſit. Reddiditq; rationem dicens, Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, vere † ex lege eſſet iuſticia. *† omnino.* Sed cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus &c. vel ſi quid eiuſmodi eſt. Pertinet ergo ad docendi curam nõ ſolum aperire clauſa, & nodos ſoluere quæſtionum: ſed etiam dũ hoc agitur aliis quæſtionibus quæ fortaſsis inciderint, ne id quod dicimus improbetur per illas aut refellatur, occurrere: ſi tamen & ipſa earum ſolutio pariter occurrerit, ne moueamus quod auferre non poſſumus. Fit autem vt cũ incidentes quæſtioni aliæ quæſtiones, & aliæ F rurſus incidentibus incidentes pertractantur atq; ſoluuntur, in eam longitudinem ratiocinationis extẽdatur intentio, vt niſi memoria plurimum valeat atq; vigeat, ad caput vnde agebatur diſputator redire nõ poſſit. Valde autem bonum eſt, vt quicquid contradici poteſt, ſi occurrerit refutetur, ne ibi occurat vbi non erit qui reſpondeat: aut præſenti quidem ſed tacenti occurrat, & minus ſanatus * abſcedat. ** al. ſatiat.* In illis autem Apoſtolicis verbis dictio temperata eſt, *Temperatæ dictionis exemplum.* Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem, iuniores vt fratres, anus vt matres, adoleſcẽtulas vt ſorores. Et in illis, Obſecro autem vos fratres per miſerationẽ dei, vt exhibeatis cor- *Roma. 12.* pora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, deo placẽtem. Et totus ferè ipſius exhortationis locus temperatum habet elocutionis genus: vbi illa pulchriora ſunt in quibus propria propriis tanquam debita reddita decenter excurrunt, Sicuti eſt, Habentes dona diuerſa ſecundum *Diſtributio.* gratiam quę data eſt vobis: ſiue prophetiam, ſecundum regulam fidei: ſiue miniſterium, in miniſtrando: ſiue qui docet, in doctrina: ſiue qui exhortatur, in exhorta-

 tione:

G tione: Qui tribuit,in ſimplicitate: qui præeſt,in ſolicitudine: qui miſeretur,in hilaritate, Dilectio ſine ſimulatione,Odio habentes malum,adhærentes bono,Charitate fraternitatis inuicē diligentes,honore mutuo præuenientes,ſtudio non pigri, ſpiritu feruentes, domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patiētes, orationi inſtantes, neceſsitatibus ſanctorum cōmunicantes, hoſpitalitatem ſectantes. Benedicite perſequētibus vos,benedicite & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus. Idipſum inuicem ſentientes. Et quàm pulchrè iſta omnia ſic effuſa, bimēbri circuitu terminantur? Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Et aliquāto poſt,In hoc ipſo,inquit,perſeuerantes,* Reddite omnibus debita:cui tributum,tributum: cui vectigal,vectigal: cui timorem,timorē:cui honorem,honorem. Quę membratim fuſa clauduntur etiam ipſo circuitu,quem duo membra connectūt. † * Nemini quicquam debeatis niſi vt inuicem diligatis. Et poſt paululum,Nox præceſsit,inquit,dies autem appropinquauit,Abiiciamus itaque opera tenebrarum,& induamur arma lucis, ſic vt in die honeſte ambulem*, Non in comeſſationibus & ebrietatibus, nō in cubili-

** al. ſeruiētes.*
Roma.13.
**† al. contexunt.*

H bus & impudiciciis,nōn in contētione & æmulatione: ſed induimini dominum Ieſum Chriſtū,& carnis prouidentiam ne feceritis in concupiſcētiis. Quod ſi quiſquam ita diceret, Et carnis prouidentiam ne in concupiſcentiis feceritis: ſine dubio aures clauſula numeroſiore mulceret, Sed grauior interpres etiam ordinem maluit tenere verborum. Quo modo autē hoc in Gręco eloquio ſonet, quo eſt locutus Apoſtolus, viderint eius eloquij vſque ad iſta doctiores. Mihi tamen quod nobis eodem verborum ordine interpretatum eſt, nec ibi videtur currere numeroſe. Sanè hūc elocutionis ornatum, qui numeroſis fit clauſulis,deeſſe fatendum eſt authoribus noſtris, Quod vtrum per interpretes factū ſit,an,quod magis arbitror,conſulto illi hęc plauſibilia deuitauerint,affirmare non audeo: quoniam me fateor ignorare. Illud tamen ſcio,quod ſi quiſquam huius numeroſitatis peritus, illorum clauſulas eorūdem numerorum lege componat: quod facillime fit mutatis quibuſdam verbis, quæ tantundem ſignificatione valent, vel mutato eorum quæ inuenerit ordine: nihil illorum quæ velut magna in ſcholis Grammaticorum aut Rhetorum didicit, illis diuinis viris defuiſſe cognoſcet. Et

Numeroſū, inquit Cicero putaū nō quod totū cōſtat ex numeris, ſed qđ ad numeros proxime accedit.

I multa reperiet locutionis genera tāti decoris,quæ quidē & in noſtra, ſed maxime in ſua lingua decora ſunt, quorum nullum in eis, quibus iſti inflantur literis inuenitur. Sed cauendum eſt ne diuinis grauibúſque ſententiis,dum additur numerus,pōdus detrahatur. Nam illa muſica diſciplina, vbi numerus iſte pleniſsime diſcitur, vſqueadeo nō defuit Prophetis noſtris,vt vir doctiſsimus Hieronymus quorundam etiam metra commemoret, in Hebræa duntaxat lingua: Cuius vt veritatem ſeruaret in verbis, hæc inde non tranſtulit. Ego autem vt de ſenſu meo loquar, qui mihi quàm aliis & quàm aliorum eſt vtique notior, ſicut in meo eloquio, quantum modeſte fieri arbitror, non prætermitto iſtos numeros clauſularum: ita in authoribus noſtris hoc mihi plus placet quòd ibi eos rariſsime inuenio. Grande autem dicendi genus hoc maxime diſtat ab iſto temperato genere, quòd non tam verborum ornatibus acceptum eſt, quàm violentis animi affectibus. Nam capit etiam illa ornamenta penè omnia,ſed ea ſi non habuerit,non requirit. Fertur quippe impetu ſuo,& elocutionis pulchritudinem ſi occurrerit,vi rerum rapit, nō cura decoris aſſumit. Satis enim eſt ei propter quod a- K

In prologo ſuper Iob.

gitur, vt verba congruentia non oris eligantur induſtria, ſed pectoris ſequantur ardorem. Nam ſi aurato gemmatóque ferro vir fortis armetur, intentiſsimus pugnæ,agit quidem illis armis quod agit, nō quia ſpecioſa,† ſed quia arma ſunt: idem ipſe eſt tamē, & valet plurimum, etiam cum rimanti † telum ira facit. Agit Apoſtolus vt pro Euangelico miniſterio patienter mala huius temporis, cum ſolatio donorum dei omnia tolerentur. Magna res eſt & granditer agitur, nec deſunt ornamenta dicendi, Ecce,inquit, nūc tempus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis nullam in quoquam dantes offenſionem, vt non reprehendatur miniſterium noſtrum: ſed in omnibus commendantes noſmetipſos vt dei miniſtros,In multa patientia,in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus,in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate,in ſcientia, in longanimitate, in benignitate, in ſpiritu ſancto,in charitate non ficta,in verbo veritatis, in virtute dei: per arma iuſticiæ à dextris & à ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem,per infamiam & bonam famam: vt ſeductores & veraces, vt qui ignoramur & cognoſcimur,quaſi morientes, & ecce viuimus: vt co- L

† precioſa.
† vibranti.
2.Corin.6.
Grandiloquæ dictionis exēplū.

ërciti,& non mortificati: vt triſtes,ſemper autem gaudentes: ſicut egenes, multos autem ditantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſsidentes. Vide adhuc ardentem,Os noſtrum patet ad vos ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt: & cętera quæ perſequi longum eſt. Itèmque ad Romanos agit,vt perſecutiones huius mūdi,charitate vincantur,ſpe certa in adiutorio dei. Agit autem & granditer & ornate,Scimus,inquit,quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti: quoniam quos ante præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, illos & vocauit: & quos vocauit,ipſos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit,illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis,quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illū, quo modo non etiam cum illo nobis omnia donauit? Quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat? Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, magis autē qui reſurrexit, qui eſt in dextera dei, qui & interpellat pro nobis? Quis nos ſeparabit à charitate Chri- M

Roma.8.

ſti? Tribulatio,an anguſtia,an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut ſcriptum eſt, Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperuincimus per eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors,neque vita, neque angeli, neque principatus,neque præſentia,neque futura, neque virtus, neque altitudo,neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Ad Galatas autem quanuis tota ipſa epiſtola ſubmiſſo dicendi genere ſcripta ſit, niſi in extremis partibus vbi eſt eloquium temperatum, tamen interponit quendam locum eo motu animi, vt ſine vllis quidem talibus ornamētis qualia ſunt in iis quæ modo poſuimus,nō poſſet tamen niſi granditer dici,Dies,inquit,obſeruatis & menſes & annos & tempora,Timeo vos ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Eſtote ſicut & ego, quoniam & ego ſicut vos. Fratres precor vos,nihil me læſiſtis. Scitis quia per infirmitatē carnis iampridem euangelizaui vobis, & tentationes veſtras

Pſal.43.
Gala.4.

in carne

A in carne mea nõ ſpreniſtis neq; reſpuiſtis: ſed ſicut angelum dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. Quæ ergo fuit beatitudo veſtra? Teſtimoniũ vobis perhibeo, quoniam ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi. Ergo inimicus factus ſum vobis verũ prędicans? Aemulantur vos non bene, ſed excludere vos volunt vt eos æmulemini. Bonum eſt autem in bono æmulari ſemper, & non ſolum cum præſens ſum apud vos. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem autem nũc adeſſe apud vos, & mutare vocem meam, quia cõfundor in vobis. Nũquid hic aut contraria cõtrariis verba ſunt reddita, aut aliqua gradatione ſibi ſubnexa ſunt, aut cæſa & mẽbra circuituſve ſonuerunt? Et tamen non ideo tepuit grandis affectus quo eloquium feruere ſentimus.

Exẽpla ex doctoribus *Ca. XXXI.* Sed Apoſtolica iſta ſic clara ſunt, vt & profunda ſint: atque ita conſcripta memoriæq; mandata, vt non ſolum lectore vel auditore, verũetiam expoſitore opus habeant, ſi quis in eis non ſuperficie contẽtus altitudinem quærat. Quapropter videamus iſta genera dicẽdi in eis qui iſtorum lectione ad rerum diuinarum atque ſalubrium B ſcientiam profecerunt, eadẽmque Eccleſiæ miniſtrarunt.

Cyprian⁹ in epiſ. de ſacramẽto calicis Submiſſa dictionis exẽplum. Beatus Cyprianus ſubmiſſo dicendi genere vtitur in eo libro, vbi de ſacramento calicis diſputat. Soluitur quippe ibi quæſtio in qua quæritur, vtrum calix dominicus aquam ſolam, an eam vino mixtam debeat habere. Sed exempli gratia aliquid inde ponendum eſt. Poſt principium ergo epiſtolæ, iam ſoluere incipiens propoſitam quæſtionem, Admonitos autem vos ſciatis, inquit, vt in calice offerendo dominica traditio ſeruetur, neque aliud fiat à nobis quàm pro nobis dominus prior fecit, vt calix qui in commemorationem eius offertur, vino mixtus offeratur. *Cõcor. de cõſe. di. 2. c. 1. & 2. & 4. ſen. diſ. 11. ca. aqua.* Nam cum dicat Chriſtus, Ego ſum vitis vera, *Ioan. 15.* ſanguis Chriſti non aqua eſt vtiq;, ſed vinum: nec poteſt videri ſanguis eius quo redempti & viuificati ſumus eſſe in calice, quãdo vinum deſit calici quo Chriſti ſanguis oſtenditur, qui ſcripturarum omniũ ſacramento ac teſtimonio prædicatur. *Gene. 9.* Inuenimus enim in Geneſi circa ſacramentum Noë hoc idem præcurriſſe, & figuram dominicæ paſsionis illic extitiſſe, quòd vinũ bibit, quòd inebriatus eſt, quòd in domo ſua nudatus eſt, quòd fuit recubans nudis & patentibus femoribus, quòd nuditas illa patris à medio C filio denudata † eſt, à maiore vero & minore contecta: *† denotata.* & cætera quæ neceſſe non eſt exequi, cũ ſatis ſit hoc ſolum complecti, quod Noë typum futuræ veritatis oſtẽdens, non aquam ſed vinum biberit: & ſic imaginẽ dominicæ paſsionis expreſſerit. Item in ſacerdote Melchiſedech dominici ſacramenti præfiguratũ videmus myſterium, ſecundum quod ſcriptura diuina teſtatur & dicit, Et Melchiſedech rex Salem, protulit panẽ & vinũ. *Gene. 14.* Fuit autem ſacerdos dei ſummi, & benedixit, Abraam. Quod autem Melchiſedech typũ Chriſti portaret, declarat in Pſalmis ſpiritus ſanctus, ex perſona patris ad filium dicẽs, Ante Luciferum genui te, Tu es ſacerdos *Pſal. 150.* in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Hæc & alia quę ſequũtur huius epiſtolæ, ſubmiſſę dictionis modum ſeruant quod facile eſt explorare legentibus.

Sanctus quoque Ambroſius cum agat rem magnam de ſpiritu ſancto, vt eum patri & filio demonſtret æqualem: ſubmiſſo tamen dicẽdi genere vtitur, quoniam res ſuſcepta non ornamenta verborum, aut ad flectẽdos animos commotionis affectum, ſed rerum documẽta deſiderat. *Amb. li. 1. de ſpũ ſancto i plogo* Ergo inter cætera in principio huius operis ait, Commotus oraculo Gedeon, cum audiſſet quòd deficientibus licet populorum milibus, in vno viro dominus plebem ſuam ab hoſtibus liberaret, obtulit hædum caprarum, D Cuius carnes ſecundum præcepta angeli, & *Iudic. 6.* azyma ſupra petram poſuit, & ea iure perfudit. Quæ ſimul vt virgæ cacumine quam gerebat angelus dei contigit, de petra ignis erupit, atque ita ſacrificiũ quod offerebatur aſſumptum eſt. Quo indicio declaratum videtur, quòd petra illa typum habuerit corporis Chriſti, quia ſcriptum eſt, Bibebant de conſequenti petra, petra autem erat Chriſtus. *1. Corin. 10.* Quod vtique non ad diuinitatem eius, ſed ad carnem relatum eſt, quæ ſitientium corda populorum perenni riuo ſui ſanguinis inundauit. Iam tunc igitur in myſterio declaratum eſt, quia dominus Ieſus in carne ſua, totius mundi peccata crucifixus aboleret, nec ſolum delicta factorum, ſed etiam cupiditates animorũ. Caro enim hædi ad culpam facti refertur, ius ad illecebras cupiditatum, ſicut ſcriptũ eſt, Quia *Nume. 11.* concupiuit populus cupiditatem peſsimam, & dixerũt, Quis nos cibabit carne? Quòd igitur extendit angelus virgam, & tetigit petram, de qua ignis exiit, oſtendit quòd caro domini ſpiritu repleta diuino, peccata omnia humanæ conditionis exureret. Vnde & dominus E ait, Ignem veni mittere in terram. *Lucæ 12.* Et cætera, in quibus rei docendæ ac probandæ maxime incumbit.

Cyprian⁹ in epiſt. de habitu virginũ: quæ incipit, Diſciplina cuſtos &c. De genere temperato eſt apud Cyprianum virginitatis illa laudatio, Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria eſt, maior & cura. Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis, decus atq; ornamentum gratiæ ſpiritalis, læta indoles laudis & honoris, opus integrum atque incorruptum, dei imago reſpõdẽs ad ſanctimoniam domini, illuſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet per ipſas, atque in illis largiter floret ſanctæ matris Eccleſiæ glorioſa † fœcunditas: quantoq; plus glorioſa virginitas numero ſuo addit, tanto plus gaudium matris *† generoſa.* augeſcit. Et alio loco in fine epiſtolę, Quo modo, inquit, portauimus imaginem eius qui de limo eſt, ſic portemus & imaginem eius qui de cœlo eſt. *In eadẽ epiſt. in fine. 1. Corin. 15.* Hãc imaginem virginitas portat, portat integritas, ſanctitas portat & veritas: portant diſciplinę dei memores, iuſticiam cum religione retinentes, ſtabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, ad ſuſtinendas iniurias mites, ad faciendam miſericordiam faciles, fraterna pace vnanimes atque concordes. Quę vos ſingula ô F bonæ virgines obſeruare, diligere, implere debetis, quę deo & Chriſto vacantes ad dominum cui vos dicaſtis, maiore & meliore parte pręceditis: prouectæ annis, iunioribus facite magiſterium: minores natu, præbete paribus incitamentum, hortamentis vos mutuis excitate, æmulis de virtute documentis ad gloriam prouocate, durate fortiter, ſpiritaliter pergite, peruenite fœliciter, tantum mementote tunc noſtri, cum incipiet in vobis virginitas honorari.

De virginib⁹ in lib. 2. in princ. Ambroſius etiam genere dicendi temperato & ornato profeſsis virginibus proponit tanquam ſub exempli forma quod moribus imitẽtur, & dicit, Virgo erat, non ſolum corpore, ſed etiam mẽte, quæ nullo doli ambitu ſyncerum adulteraret affectum, corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior: non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens, intenta operi, verecunda ſermoni, arbitrũ mentis ſolita nõ hominem ſed deum quærere: nullum lædere, bene velle omnibus, aſſurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem ſequi, amare virtutem. Quãdo iſta vel vultu læſit parẽtes? quãdo diſſenſit à propinquis? quando faſtidiuit humilẽ? quando irriſit

G debilem: quando vitauit inopem? Eos ſolos ſolita cœtus virorum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, neque præteriret verecundia. Nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum: non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior, vt ipſa corporis ſpecies ſimulachrum fuerit mētis, & figura probitatis. Bona quippe domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci, ac primo prætendat ingreſſu, nihil intus latere tenebrarū, tanquam lucernæ lux intus poſita, foris luceat. Quid ego exequar ciborū parſimoniam, officiorum redundantiam: alterum vltra naturā ſuperfuiſſe, alterum ipſi naturæ penè defuiſſe: Illic nulla intermiſſa tempora, hic congeminati ieiunio dies: & ſi quando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerūque obuius qui mortem arceret, non delicias miniſtraret &c. Hæc autem propterea in exemplo huius temperati generis poſui, quia non hic agit vt virginitatem voueant quæ nondū vouerūt, ſed quales eſſe debeant quæ iam votæ ſunt. Nam vt aggrediatur animus tantum ac tale propoſitū, grandi vtique dicendi genere debet excitari & accendi. Sed martyr Cyprianus de habitu virginum, nō de ſuſcipiendo virginitatis propoſito ſcrip-

H ſit. Iſte vero Epiſcopus etiam ad hoc eas magno accendit eloquio. Verum ex eo quod ambo egerūt, dictionis grādis exempla memorabo. Ambo quippe inuecti ſunt in eas, quæ formam pigmentis colorant, vel potius decolorant: quorum prior ille cū hoc ageret, ait inter cætera, Si quis pingendi artifex vultum alicuius, & ſpeciē & corporis qualitatē æmulo colore ſignaſſet, & ſignato iam conſummatoq; ſimulachro, manus alius inferret, vt iam formata, iam picta quaſi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria & iuſta indignatio videretur. Tu te exiſtimas impune laturam tā improbæ temeritatis audaciā, dei artificis offenſam? Vt enim impudica circa homines, & inceſta fucis lenocinantibus nō ſis, corruptis violatiſq; quæ dei ſunt, peior adultera detineris. Quòd ornari te putas, quòd putas comi, impugnatio eſt iſta diuini operis, præuaricatio eſt veritatis. Momentis Apoſtoli vox eſt, Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque feſta celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento maliciæ & nequiciæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Num ſynceritas perſeuerat & veritas, quā-

I do quæ ſyncera ſunt polluūtur, & colorum adulterinis medicaminum fucis in mendaciū vera mutantur? Dominus tuus dicit, Non potes facere capillum vnum album aut nigrum: & tu ad vincendam domini tui vocē vis te eſſe potiorem audaci conatu, & ſacrilego contēptu? Crines tuos inficis, malo præſagio futurorum capillos iam tibi flammeos auſpicaris. Longum eſt inſerere omnia quæ ſequuntur. Ille vero poſterior vt in tales diceret, Hinc illa, inquit, naſcuntur incentiua viciorum, vt quæſitis coloribus ora depingāt, dum viris diſplicere formidant, & de adulterio vultus, meditantur adulterium caſtitatis. Quanta hæc amentia effigiē mutare naturæ, picturam quærere? Et dum verentur maritale iudicium, perdiderūt ſuum. Prior enim de ſe pronūciat, quæ cupit mutare quod nata eſt: ita dum alij ſtudet placere, prius ipſa ſibi diſplicet. Quem iudicē mulier veriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm teipſam quæ videri times? Si pulchra es, cur abſconderis? Si deformis, cur te formoſam eſſe mentiris, nec tuę cōſcientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit, tu alteri vis placere: & iraſceris ſi amet

Grādis generis exemplum.

In epiſtola de habitu virginum.

1. Corin. 5.

Matth. 5.

Amb. li. 1. de virginibus.

alteram, qui adulterare in te docetur. Mala magiſtra es K iniuriæ tuæ. Lenocinari enim refugit, etiam quæ paſſa eſt lenonem. Ac licet vilis mulier, non alteri tamen, ſed ſibi peccat. Tolerabiliora propemodū in adulterio crimina ſunt: ibi enim pudicicia, hic natura adulteratur. Satis, vt exiſtimo, apparet fœminas ne ſuam fucis adulterent formam, & ad pudorem & ad timorē hac facundia vehementer impelli. Proinde neq; ſubmiſſum, neque temperatum, ſed grāde omnino genus hoc elocutionis agnoſcimus. Et in his autem, quos duos ex omnibus proponere volui, & in aliis Eccleſiaſticis viris & bona & bene, id eſt, ſicut res poſtulat, acute, ornate, ardentèrque dicentibus, per multa eorum ſcripta vel dicta poſſunt hæc tria genera reperiri, & aſsidua lectione vel auditione admixta etiam exercitatione ſtudentibus inoleſcere. Nec quiſquam præter diſciplinam eſſe exiſtimet iſta miſcere, imò quantum congrue fieri poteſt, omnibus generibus dictio varianda eſt. Nam quādo prolixa eſt in vno genere, minus detinet auditorē. Cum vero fit in aliud ab alio tranſitus, etiam ſi longius eat, decentius procedit oratio: quamuis habeant & ſingula genera varietates ſuas in ſermone eloquentium, quibus non ſinuntur in eorū qui audiunt frigeſcere vel L tepeſcere ſenſibus. Veruntamen facilius ſubmiſſum ſolum quàm ſolum grāde diutius tolerari poteſt. Cōmotio quippe animi quanto magis excitanda eſt, vt nobis aſſentiat auditor, tanto minus in ea diu teneri poteſt, cum fuerit quantum ſatis eſt excitata. Et ideo cauendū eſt, ne dum volumus altius erigere quod erectum eſt, etiam inde decidat, quò fuerat excitatione perductum. Interpoſitis vero quę ſunt dicenda ſubmiſsius, bene reditur ad ea quę opus eſt granditer dici, vt dictionis impetus ſicut maris æſtus alternet. Ex quo fit vt grāde dicendi genus, ſi diutius eſt dicendum, nō debeat eſſe ſolum, ſed aliorum generum interpoſitione varietur: ei tamen generi dictio tota tribuatur, cuius copia præualuerit. Intereſt enim quod genus cui generi interponatur vel adhibeatur certis & neceſſariis locis: nam & in grandi genere ſemper aut penè ſemper temperata debent eſſe principia. Et in poteſtate eſt eloquentis, vt dicantur nonnulla ſubmiſſe etiam quæ poſſent grāditer dici, vt ea quæ dicuntur granditer, ex illorū fiant comparatione grādiora, & eorum tanquam vmbris luminoſiora reddantur. In quocunque autem genere aliqua quæſtionum vincula ſoluenda ſunt, acumine opus M eſt, quod ſibi ſubmiſſum genus proprie vēdicat. Ac per hoc eo genere vtendum eſt & in aliis duobus generibus, quādo eis iſta incidunt, ſicut laudandū aliquid vel vituperandum: vbi nec damnatio, nec cuiuſquam liberatio, nec ad actionem quamlibet aſſenſio requiritur: in quocūque alio genere occurrerit, genus adhibendū & interponendum eſt temperatum. In grandi ergo genere inueniunt locos ſuos duo cætera, & in ſubmiſſo ſimiliter. Temperatum autem genus non quidem ſemper, ſed tamen aliquando ſubmiſſo indiget, ſi, vt dixi, quæſtio, cuius nodus eſt ſoluendus, incurrat: vel quando nonnulla, quæ ornari poſſent, ideo nō ornātur, ſed ſubmiſſo ſermone dicuntur, vt quibuſdam quaſi toris ornamentorum præbeant eminentiorem locū. Grande autem genus temperata dictio non requirit, Ad delectandos quippe animos, non ad mouendos ipſa ſuſcipitur. Non ſanè ſi dicenti crebrius & vehementius acclametur, ideo granditer putandus eſt dicere: hoc enim & acumina ſubmiſsi generis, & ornamenta faciūt temperati. Grande autem genus plerunque pondere ſuo

Dictio varianda eſt. Cap. XXII.

De miſcendo dictionis genere. Ca. XXIII.

Sublime dicēdi genus quid efficiat. Caput XXIIII.

A ſuo voces premit, ſed lachrymas exprimit. Deniq; cum apud Cæſareã Mauritaniæ populo diſſuaderẽ pugnam ciuilẽ, vel potius plus quàm ciuilẽ, quam cateruã vocabãt: neq; enim ciues tantũmodo, verum etiã propinqui, fratres, poſtremo parentes ac filij lapidibus inter ſe in duas partes diuiſi, per aliquot dies cõtinuos, & certo tẽpore anni ſolenniter dimicabant, & quiſq; vt quemque poterat occidebat. Egi quidẽ granditer quãtũ valui, vt tam crudele atq; inueteratũ malum de cordibus & moribus eorum auellerem, pelleremq; dicẽdo: non tamen egiſſe aliquid me putaui, cũ eos audirẽ acclamantes, ſed cum flẽtes viderẽ. Acclamationibus quippe ſe doceri & delectari, flecti autem lachrymis indicabant. Quas vbi aſpexi, immanẽ illam cõſuetudinem à patribus & auis, longeq; à maioribus traditã, quæ pectora eorum hoſtiliter obſidebat, vel potius poſsidebat, deuictã antequam reipſa id oſtẽderent, credidi. Moxq; ſermone finito, ad agendas deo gratias corda atq; ora cõuerti. Et ecce iam fermè octo vel amplius anni ſunt propicio Chriſto, ex quo illic nihil tale tentatũ eſt. Sunt & alia multa experimẽta, quibus didicimus homines quid in eis fecerit ſa-

B pientis grãditas dictionis, nõ clamore potius quàm gemitu, aliquãdo etiã lachrymis, poſtremo vitæ mutatione mõſtraſſe. Submiſſo etiam dicẽdi genere ſunt plerique mutati, ſed vt quod nõ ſciebant, ſcirẽt: aut quod eis videbatur incredibile, crederent: non autem vt agerent quod agendum iam nouerant, & agere nolebãt. Ad huiuſmodi nanq; duriciã flectendam, debet granditer dici. Nam & laudes & vituperationes quãdo eloquenter dicuntur, cum ſint in genere tẽperato, ſic afficiunt quoſdam, vt nõ ſolum in laudibus & vituperationibus eloquentia delectentur, verum & ipſi laudabiliter appetãt, fugiantq; vituperabiliter viuere. Sed nunquid omnes qui delectantur, mutantur:* †ſicut in grãdi genere omnes qui flectuntur, agunt, & in ſubmiſſo genere omnes qui docentur ſciunt, aut credunt verum eſſe quod neſciunt?

• †imitãtur

Vnde colligitur illa duo genera quod efficere intẽdunt, hoc eis eſſe maxime neceſſariũ, qui ſapienter & eloquenter volunt dicere. Illud vero quod agitur genere temperato, id eſt vt eloquẽtia ipſa delectet, non eſt propter ſeipſum vſurpandum: ſed vt rebus quæ vtiliter honeſteq; dicuntur, ſi nec docente indigent eloquio nec monente, quia & ſcientes & fauentes auditores ha-

Dicẽdũ vt perſuadeamus.

Cap. XXV.

C bent, aliquãto promptius ex ipſa delectatione elocutionis accedat vel tenacius adhęreat aſſenſus. Nam cum eloquentiæ ſit vniuerſale officium in quocũque iſtorum trium generũ, dicere apte ad perſuaſionem, finis autem id quod intenderis perſuadere dicendo: in quocunque iſtorum trium generum dicit quidem eloquens apte ad perſuaſionem, ſed niſi perſuadeat ad finem nõ peruenit eloquentiæ. Perſuadet autẽ in ſubmiſſo genere vera eſſe quæ dicit. Perſuadet in grandi, vt agantur quæ agenda iam eſſe ſciuntur, nec tamen aguntur. Perſuadet in genere tẽperato, pulchre ornateq; ſe dicere: Quo fine nobis quid opus eſt? Appetant eum qui lingua gloriantur, & ſe in panegyricis talibuſq; dictionibus iactãt, vbi nec docendus, nec ad aliquid agendum mouẽdus, ſed tantummodo eſt delectandus auditor. Nos vero iſtum finem referamus ad alterum finem, vt ſcilicet quod efficere volumus cum grãditer dicimus, hoc etiã iſto velimus: id eſt vt bona morũ diligantur, vel deuitẽtur mala: ſi ab hac actione nõ ſic alieni ſunt homines, vt ad eã grandi genere dictionis vrgendi videãtur: aut ſi iam id agunt, vt agant ſtudioſius, atque in eo firmiter perſeuerent. Ita fit vt etiam tẽperati generis ornatu non iactanter, ſed prudenter vtamur, non eius fine contenti, quo

D tantũmodo delectatur auditor, ſed hoc potius agentes, vt etiam ipſo ad bonũ, quod perſuadere volumus, adiuuetur.

Illa itaq; tria, quæ ſupra poſuimus, eum qui ſapienter dicit, ſi etiam eloquẽter vult dicere, id agere debere, vt intelligenter, vt libenter, vt obediẽter audiatur, non ſic accipienda ſunt tãquam ſingula illis tribus dicendi generibus ita tribuantur, vt ad ſubmiſſum intelligenter, ad temperatũ libenter, ad grande pertineat obedienter audiri: ſed ſic potius vt hęc tria ſemper intẽdat, & quantum poteſt agat, etiam cum in illorum ſingulo quoque verſatur. Nolumus enim faſtidiri, etiam quod ſubmiſſe dicimus, ac per hoc volumus nõ ſolum intelligenter, verumetiam libenter audiri. Quid autem agimus diuinis teſtimoniis docendo quod dicimus, niſi vt obedienter audiamur, id eſt, vt credatur eis, opitulante illo cui dictum eſt, Teſtimonia tua credibilia facta ſunt valde? Quid etiã cupit niſi credi, qui aliquid licet ſubmiſſo eloquio diſcentibus narrat? Et quis eũ velit audire, niſi auditorẽ nonnulla etiã ſuauitate detineat? Nam ſi non intelligatur, quis neſciat? nec libenter eum poſſe,

Vt cũ audictiũ voluptate dicamus.

Cap. XXVI

Pſal. 92.

E nec obedienter audiri? Plerunq; autem dictio ipſa ſubmiſſa, diſſoluit difficillimas quæſtiones, & inopinata manifeſtatione demonſtrat: dum ſentẽtias acutiſsimas de neſcio quibus quaſi cauernis, vnde non ſperabatur, eruit & oſtendit: dũ aduerſarij conuincit errorẽ, & docet falſum eſſe quod ab illo dici videbatur inuictũ: maxime quando adeſt ei quoddam decus nõ appetitũ, ſed quodam modo naturale: & quãdo nõnulla nõ iactanticula, ſed quaſi neceſſaria, atque, vt ita dicã, ipſis rebus extorta numeroſitas clauſularũ, tãtas acclamationes excitat, vt vix intelligatur eſſe ſubmiſſa. Nõ enim quia neque incedit ornata neq; armata, ſed tãquã nuda cõgreditur, ideo non aduerſariũ neruis lacertiſq; collidit, & obſiſtentem ſubruit ac deſtruit mẽbris fortiſsimis falſitatẽ. Vnde autẽ crebro & multũ acclamatur ita dicẽtibus, niſi quia veritas ſic demõſtrata, ſic defenſa, ſic inuicta delectat? Et in hoc igitur genere ſubmiſſo iſte noſter doctor & dictor id agere debet, vt nõ ſolũ intelligẽter, verumetiam libenter & obedienter audiatur. Illa quoq; eloquentia generis temperati apud eloquentẽ Eccleſiaſticũ, nec inornata relinquitur, nec indecenter ornatur: nec ſolũ hoc appetit vt delectet, quod ſolũ apud alios

Metaphora venuſta.

F profitetur: verumetiam in iis quæ laudat ſiue vituperat, iſtis appetendis vel firmius tenendis, illis autẽ vitandis vel reſpuendis, vult vtiq; obediẽter audiri. Si autem nõ auditur intelligenter, nec libenter poteſt. Proinde illa tria, vt intelligãt qui audiunt, vt delectẽtur, vt obediãt, etiam in hoc genere agendum eſt, vbi tenet delectatio principatum. Iam vero vbi mouere & flectere grãdi genere opus eſt auditorem, quod tunc eſt opus, quando & veraciter dici & ſuauiter cõfitetur, & tamen nõ vult facere quod dicitur, dicendum eſt proculdubio grãditer. Sed quis mouetur, ſi neſcit quod dicitur? Aut quis tenetur vt audiat, ſi non delectatur? Vnde & in iſto genere, vbi ad obedientiã cor durum dictionis granditate flectendũ eſt, niſi & intelligenter & libenter qui dicit audiatur, non poteſt obedienter audiri.

Habet autẽ vt obedienter audiatur quantacunq; granditate dictionis maius pondus vita dicentis. Nam qui ſapienter & eloquẽter dicit, viuit autem nequiter, erudit quidẽ multos diſcendi ſtudioſos, quanuis animæ ſuæ ſit inutilis, ſicut ſcriptũ eſt, Scribæ & Phariſæi in cathedra Moyſi ſederunt: quæ dicunt facite, quæ autẽ faciunt, facere nolite. Dicunt enim, & nõ faciunt. Vnde ait & Apoſtolus, Siue

Obediẽtius audiri cuius vita orationi reſpondet.

Ca. XXVII

Matth. 23.

Philip 1.

occaſione

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

G occaſione ſiue veritate Chiſtus annũcietur:Chriſtus au-
tem veritas eſt, & tamen etiam nõ veritate annunciari
veritas poteſt,id eſt, vt prauo & fallaci corde quæ recta
& vera ſunt prædicentur. Sic quippe annunciatur Ieſus
Philip.2. Chriſtus ab eis qui ſua quęrunt,nõ quę Ieſu Chriſti. Sed
quoniã boni fideles non quemlibet hominũ, ſed ipſum
Matth.23. deum obediẽter audiunt,qui ait: Quæ dicũt,facite: quæ
autem faciunt,facere nolite. Dicũt enim, & nõ faciunt,
Ideo audiuntur vtiliter,qui etiã vtiliter non agunt. Sua
enim quærere ſtudent,ſed ſua docere nõ audent, de lo-
co ſcilicet ſuperiore ſedis Eccleſiaſticæ, quem ſana do-
ctrina cõſtituit. Propter quod ipſe dominus,priuſquam
de talibus quod cõmemoraui diceret,præmiſit, Cathe-
dram Moyſi ſederunt. Illa ergo cathedra,nõ eorum ſed
Moyſi,cogebat eos bona dicere,etiam nõ bona facien-
tes. Agebant ergo ſua in vita ſua: docere autem ſua,ca-
thedra illos non permittebat aliena. Multis itaque pro-
ſunt dicendo quæ non faciunt:ſed longe pluribus pro-
deſſent faciendo quæ dicunt. Abundant enim qui malę
vitæ ſuę defenſionem ex ipſis ſuis prępoſitis & doctori-
bus quærũt,reſpondentes corde ſuo,aut etiam ſi ad hoc
erumpunt ore ſuo,atque dicentes, Quod mihi pręcipis,
H cur ipſe non facis? Ita fit vt eũ non obedienter audiant,
qui ſe ipſe nõ audit,& dei verbum quod eis prędicatur,
ſimul cum ipſo prędicatore contemnãt. Denique Apo-
1. Timo.4. ſtolus ſcribẽs ad Timotheum,cum dixiſſet, Nemo ado-
leſcentiam tuam contemnat: ſubiecit vnde non con-
temneretur, atque ait, Sed forma eſto fideliũ in ſermo-
ne,in conuerſatione, in dilectione, in fide, in caſtitate.

Sapiẽter dicere. Cap. XXVIII. Talis doctor vt obedienter audiatur non impuden-
ter,non ſolum ſubmiſſè ac temperate, verũetiam gran-
diter dicit:quia non contempn biliter viuit. Sic nanque
elegit bonam vitam, vt etiam bonam non negligat fa-
mam,ſed prouideat bona corã deo & hominibus, quã-
2.Cor.8. tum poteſt illum timendo,his cõſulendo. In ipſo etiam
ſermone malit rebus placere quàm verbis:nec exiſtimet
dici melius,niſi quod dicitur verius: nec doctor verbis
ſeruiat,ſed verba doctori. Hoc eſt enim quod Apoſto-
1.Cor.1. lus ait, Nõ in ſapiẽtia verbi, ne euacuetur crux Chriſti.
2.Cor.2. Ad hoc enim valet etiam,quod ait ad Timotheũ, Noli
verbis cõtendere: ad nihil enim vtile eſt,niſi ad ſubuer-
ſionem audientium. Neque enim hoc ideo dictũ eſt, vt
aduerſariis oppugnantibus veritatem,nihil nos pro ve-
Titum.1. ritate dicamus. Et vbi erit quod cum oſtenderet qualis
I eſſe Epiſcopus debeat, ait inter cætera, Vt potens ſit in
Verbis contendere. doctrina ſana,& cõtradicentes poſsit redarguere. Ver-
bis enim cõtendere eſt nõ curare quo modo error veri-
tate vincatur,ſed quo modo tua dictio dictioni præfe-
ratur alterius. Porrò qui nõ verbis cõtẽdit, ſiue ſubmiſ-
ſe,ſiue tẽperate,ſiue granditer dicat,id agit verbis vt ve-
1.Tim.1. ritas pateat,veritas placeat,veritas moueat: quoniã nec
Roma.13. ipſa quæ præcepti finis, & plenitudo legis eſt charitas,
vllo modo recta eſſe poteſt, ſi ea quæ diligũtur nõ vera
ſed falſa ſunt. Sicut autem cuius pulchrũ corpus & de-
formis eſt animus, magis dolẽdus eſt,quàm ſi deforme
haberet & corpus:ita qui eloquẽter ea quæ falſa ſunt di-
cunt,magis miſerãdi ſunt, quàm ſi talia deformiter di-
cerent. Quid eſt ergo nõ ſolum eloquẽter verumetiam
ſapiẽter dicere, niſi verba in ſubmiſſo genere ſufficien-
tia,in temperato ſplendentia,in grandi vehemẽtia, ve-
ris tamen rebus quas audire oporteat adhibere? Sed qui
vtrunque non poteſt, dicat ſapienter quod non dicit e-
loquenter,potius quàm dicat eloquenter,quod non di-
Diuerſos eſſe verbi cit ſapienter. Si autem ne hoc quidem poteſt,ita cõ-
uerſetur vt non ſolum præmium ſibi cõparet,ſed etiam
præmiũ habeat aliis exemplum, & ſit ei quaſi copia di- K
cendi forma viuendi. Sunt ſanè quidam qui bene pro- *præcones ſecundũ lin-*
nunciare poſſunt,quid autem pronuncient, excogitare *guã, inge-*
non poſſunt. Quod ſi ab aliis ſumant eloquẽter ſapien- *nij vita di-*
terq; conſcriptum,memoriæq; commendent, atque ad *uerſitatem.*
populum proferant,ſi eam perſonã gerunt,non impro- *Ca. XXIX.*
be faciunt. Sic enim,quod profecto vtile eſt, multi præ- *Matth. 23.*
dicatores veritatis ſunt,nec multi magiſtri,ſi vnius ve- *1 Cor.1.*
ri magiſtri idipſum dicãt omnes,& nõ ſint in eis ſchiſ- *Hiere.23.*
mata. Nec deterrendi ſunt iſti voce Hieremiæ prophe-
tæ,per quem deus arguit eos qui furantur verba eius, v-
nuſquiſque à proximo ſuo. Qui enim furãtur, alienum
auferunt: verbum autem dei non eſt ab eis alienum,qui
obtemperant ei:potiuſq; ille dicit aliena, qui cum dicat
bene,viuit male. Quæcunque enim bona dicit,eius ex-
cogitari videntur ingenio, ſed ab eius moribus aliena
ſunt. Eos itaque dixit deus furari verba ſua,qui boni vo-
lunt videri,loquendo quæ dei ſunt,cũ mali ſint facien-
do quę ſua ſunt. Nec ſanè ipſi dicũt bona,quæ dicũt,† ſi † *quæ dei*
diligẽter attendas. Quo modo enim dicũt verbis quod *ſunt.*
negant factis? Non enim fruſtra de talibus ait Apoſto- *Ad Titũ.1.*
lus, Confitentur ſe noſſe deum,factis autem negãt. Mo-
do ergo quodã ipſi dicũt, & rurſus alio modo ipſi non L
dicũt,quoniam vtrunque verũ eſt quod ait veritas. De
talibus enim loquens, Quæ dicunt,inquit,facite:quę au- *Matth.23.*
tem faciunt,facere nolite:hoc eſt quod ex ore illorũ au-
ditis,facite:quod in opere videtis,facere nolite. Dicunt *Supra.27.c*
enim,inquit,& non faciunt. Ergo quamuis non faciant, *Supra.28.c*
dicunt tamen. Sed alio loco tales arguens, Hypocritæ, *Matth.12.*
inquit,quo modo poteſtis bona loqui, cũ ſitis mali? Ac
per hoc & ea quæ dicunt, quando bona dicunt, nõ ipſi
dicunt,voluntate ſcilicet atque opere negãdo quod di-
cunt. Vnde cõtingit, vt homo diſertus & malus ſermo-
nem quo veritas prędicetur,dicendum ab alio non de-
ſerto,ſed bono ipſe componat. Quod cum fit, ipſe à ſe-
ipſo tradit alienum,ille ab alieno accipit ſuum. Cũ ve-
ro boni fideles bonis fidelibus hanc operam cõmodãt,
vtrique ſua dicunt: quia & deus ipſorum eſt, cuius ſunt
illa quæ dicunt: & ea ſua faciunt,quæ non ipſi compo-
nere potuerunt,qui ſecundum illa compoſite viuunt. *Orãdũ deũ*

Siue autem apud populum vel apud quoſlibet iam- *vt adſit no-*
iamq; dicturus aliquis,ſiue quod apud populum dicen- *bis dicen-*
dum, vel ab eis qui voluerint aut potuerint legendũ eſt *tibus. Cap.*
dictaturus,oret vt deus ſermonẽ bonum det in os eius. *XXX.*
Si enim regina orauit Heſter, pro ſuæ gentis tẽporãria M
ſalute locutura apud regẽ,vt in os eius deus congruum *Heſter.14.*
ſermonem daret:quanto magis orare debet,vt tale mu-
nus accipiat, qui pro æterna hominum ſalute in verbo
& doctrina laborat? Illi vero qui ea dicturi ſunt quæ ab
aliis acceperunt, & antequam accipiant orent pro eis à
quibus accipiunt,vt eis detur quod per eos accipere vo-
lunt:& cum acceperint,orent vt bene & ipſi proferant,
& illi ad quos proferunt ſumant: & de proſpero exitu
dictionis eidem gratias agant,à quo id ſe accepiſſe non *2.Corin.10.*
dubitant,vt qui gloriatur in illo glorietur,in cuius ma- *Sapien.7.*
nu ſunt & nos & ſermones noſtri. Longior euaſit li- *Excuſat prolixitatẽ li-*
ber hic quàm volebam,quamq; putaueram. Sed legenti *bri. Cap.*
vel audienti,cui gratus eſt,longus non eſt:cui autẽ lon- *XXXI.*
gus eſt,per partes eum legat,qui habere vult cognitum.
Quem vero eius cognitionis piget, de lõgitudine non
queratur. Ego tamẽ deo noſtro gratias ago,quòd in his
quatuor libris non qualis ego eſſem, cui multa deſunt,
ſed qualis eſſe debeat, qui in doctrina ſana, id eſt Chri-
ſtiana,non ſolum ſibi,ſed aliis etiã laborare ſtudet,quã-
tulacunque potui facultate diſſerui.

DIVI

A
DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, Locutionis de Geneſi Liber primus.

LOCVTIONES ſcripturarum,
quæ videntur ſecũdum proprie-
tates, quæ idiomata Gręce vocã-
tur, linguæ Hebraicę vel Græcæ.
1 Et diuident inter mediũ diei,
Gene.1. & inter medium noctis. Vola-
2 tilia volantia ſuper terram ſecũ-
dum firmamentum cœli. Quęri-
tur quo modo accipiendum ſit ſecũdum firmamentum
cœli. Sic etiam faciamus hominem ſecundũ imaginem
& ſecundum ſimilitudinem. Quod multi Latioi codi-
3 ces habent, ad imaginem & ſimilitudinem. Implete
Gene.2. terrã, & dominamini eius. Latina enim locutio eſt, do-
4 minamini ei. Et homo nõ erat operari terrã. Quod
5 Latini codices habent, qui operaretur terram. Plan-
B tauit deus paradiſum ſecundum Orientem. Quod Lati-
6 ni habent, ad Orientem. Quod habent multi Latini
codices, Et lignum ſciendi bonũ & malũ. Vel, Lignum
ſcientiæ boni & mali: vel, ligoum ſciendi boni & mali.
& ſi quæ ſunt aliæ varietates de hac re interpretũ, Græ-
cus habet, Et lignum ad ſciẽdum cognoſcibile boni &
mali. Quod neſcio vtrum locutionis ſit, & non magis
7 certum ſenſum aliquem inſinuet. Quod habent lati-
ni codices, Ex omni ligno quod eſt in paradiſo, eſcæ e-
des. Non in paradiſo eſcæ, diſtinguendum eſt, ſed eſcæ
edes: nã eſca edes dici admittit Latina locutio, quæ pro
datiuo caſu Græco; ablatiuum vel quem appellãt ſepti-
mũ, in huiuſmodi locutionibus ſolet ponere: aut certe
8 ordo verborum eſt, Ex omni ligno eſcæ. Serpens erat
Gene.3. prudentiſsimus omnium beſtiarum. quod multi Latini
9 habẽt, in Græco ſcriptũ eſt φρονιμώτατος. Quod ſcrip-
tum eſt de Adam & Eua, Aperti ſunt oculi eorum, cum
abſurde credatur eos in paradiſo cęcos, vel oculis clau-
Gene.21. ſis prius oberraſſe, locutionis eſt, qua etiã de Agar ſcrip-
tum eſt, Aperuit oculos ſuos, & vidit puteũ. Neq; enim
Luca.24. clauſis prius oculis ſedebat. Et quòd in fractione panis
aperti ſunt oculi eorum qui cognouerunt dominũ poſt
C reſurrectionem. Neque enim per viam cum illo clauſis
10 oculis ambulabant. Et, Quod habẽt multi codices,
Inimiciciam poniam inter te & mulierem. Græci habẽt,
in medio tui & in medio mulieris: quod locutionis ge-
nus eſt, Nam tantundem valet quantũ cum dicitur, in-
ter te & mulierẽ: hoc & in eo quod ſequitur, in medio
11 ſeminis tui, & in medio ſeminis eius. Quod habent
multi codices, quia audiſti vocem mulieris tuę, & ediſti
de ligno de quo pręceperam tibi de eo ſolo non edere.
Græci habent, Ediſti de ligno de quo præceperam tibi,
eo ſolo non edere ex eo. Alij autẽ interpretes Græci ha-
bent, manducaſti vel ediſti: vt ita ſit ſenſus ſecũdum ip-
ſos, quia audiſti vocẽ mulieris tuæ, & ediſti de ligno de
quo præceperam tibi eo ſolo non edere, ex eo ediſti.
12 Et appoſuit parere fratrem eius Abel. locutio eſt fre-
13 quens in ſcripturis, appoſuit dicere. Et factũ eſt dum
Gene.4. eſſent in campo, inſurrexit Cain ſuper Abel & occidit
eum. locutio eſt frequens: nã etſi non haberet, & factum
eſt, poſſet integer ſenſus eſſe, Et cum eſſent in campo.
Quod ſcriptum eſt in quibuſdam Latiois codicibus,
14 Et pœnituit, & dixit deus. Deleam hominem quem fe-
Gene.5. ci à facie terræ. in Græco inuenitur διενοήθη, quod ma-
gis recogitauit quàm pœnituit ſignificare perhibetur, D
quod verbum etiam nonnulli Latini codices habent.
Quod habent Latini codices plurimi; Nidos facies 15
in arcam. cum Latina locutio ſit non in arcã, ſed in ar-
ca. Græci nec in arcam, nec in arca habent, ſed nidos fa-
cies arcam: quod intelligitur, vt ipſa arca nidi eſſent.
Quod habent plerique codices, Facies oſtium arcæ à 16
latere. nonnulli habent, ex tranſuerſo, Sic enim volue-
runt interpretari quod Græce dicitur, ἐκ πλαγίων.
Quod ſcriptum eſt, Adhuc enim ſeptem dies & ego 17
inducam diluuium aquæ ſuper terram. quod nonnulli
Latini codices habent: in Græco inuenitur, ego indu-
cam pluuiã ſuper terram. Græca locutio genitiuum ha-
bet, non accuſatiuum, vt ſi hoc in Latinũ exprimamus,
ita dicatur, Adhuc enim ſeptem diebus inducam plu-
uiam ſuper terram. Quod ſcriptum eſt, Et fecit Noë 18
omnia quæcunque præcepit illi dominus, ſic fecit. Lo- 2. Retract.
cutio eſt ſimilis ei quod in cõditione creaturæ poſtea- cap.4.
quam dicitur, Et ſic eſt factum: additur, & fecit deus.
Quod ſcriptum eſt, Delebo omnem ſuſcitationem. 19
non creationem dictam notandum eſt: ἀνάστασιν enim Gene.2.
Græce ſcriptum eſt, quod nomẽ reſurrectionis aſsidue E
ponitur in ſcripturis Græcis, cum poſſet ἐξανάστασις di-
ci: vt ſuſcitatio ſit ἀνάστασις, reſurrectio ἐξανάστασις.
Quo verbo & Apoſtolus vſus eſt, Si quo modo occur- Philip.3.
ramus in reſurrectionem mortuorum. Ibi enim Græce
non ἀνάστασιν, ſed ἐξανάστασιν habet. Quod ſcriptum 20
eſt, Et omnes beſtiæ ſecundum genus, & omnia pecora Gene.7.
ſecundum genus, & omne repens quod mouetur ſuper
terram ſecundum genus, & omne volatile ſecundũ ge-
nus intrarunt ad Noë in arcam, bina ab omni carne in
quo eſt ſpiritus vitæ. nõ refertur in quo, niſi genus ſub-
audias, id eſt, in quo, genere. Nam ſi in carne ſubaudi-
remus, in qua, fuerat dicẽdũ: quod ſolus interpres Sym-
machus dixit. Quod iterum ſcriptũ eſt, Et deleta eſt 21
omnis ſuſcitatio. notandum locutionis eſſe, pro eo ac ſi
diceret, conditionem vel creaturam carnis. Cum dixiſ-
ſet & deleta eſt omnis ſuſcitatio quæ erat ſuper faciem
omnis terræ ab homine vſque ad pecudũ & repentium
& volatiliũ cœli: deinde addidit, & deleta ſunt de ter-
ra: locutionem illã eſſe repetitionis qua familiariter vti-
tur ſcriptura, notandum eſt. Quod ſcriptum eſt, Di- 22
miſit coruum videre ſi ceſſauit aqua: & exiẽs reuerſus Gene.8.
non eſt donec ſiccauit aqua à terra. locutio eſt vſitata F
in ſcripturis, quæ iam nunc incipiat aduerti. Non enim
poſtea reuerſus eſt, quia dictum eſt nõ reuerſum donec
ſiccaret aqua. Quod ſcriptum eſt, Et extẽdit manum 23
ſuam & accepit eam, & induxit eam ad ſemetipſum io
arcam. Locutio eſt, quã propterea Hebræam puto, quia
& Punicæ linguę familiariſsima eſt, in qua multa inue-
nimus Hebræis verbis conſonantia. Nam vtique ſuffi-
ceret, Et extendit manum: etſi non adderet, ſuam. Tale
eſt etiam quod paulopoſt dicit, Habebat oliuę folia, ſur-
culum in ore ſuo. Et non appoſuit reuerti ad eũ am- 24
plius. locutio eſt familiariſsima ſcripturis. Quod 25
ſcriptum eſt, Et non adiiciam adhuc maledicere ſuper
terram. ſimile eſt ſuperiori, Et non appoſuit reuerti ad
eum. Et non adiiciam percutere omnẽ terram. †ipſa 26
locutio eſt. Etenim ſanguinem veſtrum animarũ ve- Gene.9.
ſtrarum. cum ſufficeret, aut ſanguinẽ veſtrum, aut ſan- † carnem
guinẽ animarum veſtrarum. Hoc ſignum teſtamen- viuam.
ti quod ego ponam inter medium meum & veſtrum, 27
quod eſt inter me & vos. Hic erat gigas venator cõ- 28
tra dominum deum. Incertum eſt vtrum poſsit accipi Gene.10.
coram domino deo: quia & ſic ſolet intelligi quod 29.
Græce

G Græce dicitur ἐντεῦθεν. Vnde exiit inde Philiſtiim.
30 cum ſufficeret, vnde exiit Philiſtiim. Et erat omnis
31 terra labium vnum. quod vſitate nos dicimus, lingua
Gene.11. vna. Et erat omnis terra labium vnum. Notandum
32 omnem terram, appellatam omnes homines qui tunc
33 erant, quamuis nōdum in omni terra. Et facti ſunt il-
lis lateres pro lapide. Græcus habet, Et facti ſunt illis la-
teres in lapidem. Quod ſi Latine diceretur, locutio mi-
34 nus intelligeretur. Venite ædificemus nobis ciuitatē
& turrim, cuius caput erit vſque ad cœlum. Secundum
hyperbolen dictum eſt, ſi locutionis genus hic accipiē-
dum eſt: ſi autem vſque ad cœlum proprie dictum acci-
35 pitur, inter quæſtiones conſideretur. Quod quidam
Latini codices habent, Sem filius Noë erat annorū cen-
tum cum genuit Arphaxat. Græci habēt, Sem filius cen-
tum annorū cum genuit Arphaxat: vbi eclipſis eſt, quia
deeſt, erat. Sed quod non habent, Filius Noë, ſed filius
36 tantum, noua locutio eſt. Et erat Sara ſterilis, & non
generabat. Cum poſſet ſufficere, Et erat Sara ſterilis.
37 Erit ergo cū te viderint Aegyptij, dicent, Quia vxor
Gene.12. illius hæc. Genere locutionis adiunctum eſt, quia: nam
H ſufficere potuit, Vxor illius hæc. Quod ait ſcriptura,
38 Factum eſt autem ſtatim vt intrauit Abraam in Aegyp-
tum. Sufficeret, Statim autem vt intrauit Abraham in
39 Aegyptum. Quid hoc feciſti mihi, quia non annun-
ciaſti mihi, quia vxor tua eſt? Cum ſufficeret, nō annun-
ciaſti. Et ipſum annūciaſti, more ſcripturarum dictum
Gene.13. eſt: nam Latini habent plerique, non dixiſti. Aſcen-
40 dit autem Abraham de Aegypto, ipſe & vxor eius, &
omnia eius: & Loth cum eo in deſertum. Subauditur,
aſcenderunt. Nec tamen proprie dicitur aſcēdiſſe cum
eo quod habebat exanime, ſicut aurum & argentum, &
omnis ſupellex: ac per hoc intelligitur hic locutio quę
41 vocatur Græce zeugmatica eclipſis. Et facta eſt rixa
inter medium paſtorum pecorum Abrahā, & pecorum
Loth. Vnde Latini codices penè omnes non tranſtule-
runt iſtam locutionem: ſed ita loquuntur vt cōſuetudo
noſtra habet, & nobis deinceps eam notare nō placuit:
ipſa eſt enim per omnia in Græca ſcriptura, vbi tale ali-
42 quid dicitur. Quoniam homines fratres nos ſumus,
Gene.14. Abraham dixit ad Loth. Vnde intelligitur morem eſſe
ſcripturæ ita loqui, vt fratres appellentur vnius cogna-
tionis, etiam ſi gradu ſanguinis differant, vt alter ſit in
I ſuperiore, alter in inferiore, ſicut hoc loco: nā patruus
43 erat Abraham. Factum eſt autem in regno Amraphel
regis Sennar. Secundum noſtræ locutionis cōſuetudi-
nem ſic incipere ſufficeret, In regno autem Amraphel,
Ergo quod ait ſcriptura, Factū eſt autem, more ſuo lo-
44 cuta eſt. Quartodecimo autem anno Chodollogo-
mor & reges qui cum eo. Subauditur, erāt. Vnde à qui-
45 buſdā Latinis etiam additum eſt. Et Choreos qui in
46 montibus Seir. Subauditur, erant. Adueniens autem
eorum qui euaſerunt quidam nunciauit Abrahā tranſ-
fluuiali, ipſe autem habitabat ad quercum Mambre, E-
mor fratris Eſchol, & fratris Aunam, qui erant cōiurati
Abraham. Obſcurū hyperbaton: ordo eſt enim, Adue-
niens quidam eorum qui euaſerūt Emor fratris Eſchol
& fratris Aunam, qui erant coniurati, nunciauit Abra-
ham transfluuiali: ipſe autē habitabat ad quercum. Hoc
hyperbaton obſcurius fit etiam per eclipſin. Cum enim
dictū eſſet, Quidā Emor fratris Aunam: non dictum eſt
quid fratris, ſed intelligitur, filius. Sicut cū dicitur, Iaco-
bus Alphæi: quamuis nō dicatur filius, nihil aliud intel-
ligitur. Et multę ſunt tales locutiones ſcripturarum, vbi
47 filius tacetur & intelligitur. Quod habēt quidā Latini
codices, Et dixit Abraham ad regē Sodomorum, Extē- K
dam manum meā ad deum altiſsimum, qui creauit cœ-
lum & terram, ſi aſporto vſq; ad corrigiā calciamenti.
fefellit interpretem, quod Græcus habet σφάρτης, quod
Latine filum intelligitur, vt iſta ſcripturarū locutio ſit.
Extendam manum meam ad deum altiſsimum, qui 48
creauit cœlum & terrā, ſi accipiam de omnibus tuis. Si
enim pro eo dixit, Extēdam manum meā ad deum al-
tiſsimū: ac ſi diceret, Iuro: nō eſt in Latino vſitata locu-
tio: niſi ita dicatur, Extēdo manum meam ad deum al-
tiſsimum me nō accipere de omnibus tuis. Sciendo 49
ſcies, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra. Locu- Gene.15.
tio quidem ſcripturarum eſt vſitatiſsima. Sed Græci ha-
bent, Sciens ſcies, quod penè tantumdem eſt. Et de- 50
dit eam Abraham viro ſuo ipſi vxorem. Plus habet, ipſi. Gene.16.
Cum autē vidit ſe conceptum habere, ſpreta ſum co 51
ram illa. Græci habent hoc loco participium, quod La-
tina lingua nō habet, hoc eſt ἰδοῦσα. Sed tanquā ſi dice-
retur, Videns autem ſe cōceptum habere, ſpreta ſum co-
ram illa: quaſi ſolœciſmus ſonat, Sic etiā per illud par-
ticipium quod dictum eſt ἰδοῦσα ἑωρακυῖα, pro quo nos
dicimus, videns. Quod Latini, Augeam te nimis val- L
de. Græci habent, valde valde. Et dabo tibi & ſemini 52
tuo poſt te terrām in qua habitas, omnem terram Cha- 53
naam in poſſeſsionem æternam. Vidēdum vtrum locu Gene.17.
tio ſit quod dicit æternam, Gręci habēt αἰώνιον, Et quod
ait, Et ſemini tuo poſt te. Ibi enim voluit intelligi quod
dixerat, tibi. Tu autem teſtamentum meum conſer- 54
uabis & ſemen tuum poſt te in progenies ſuas. Conſer-
uabis pro cōſerua, promiſsiuum pro imperatiuo modo
poſuit. Et puer octo dierum circuncidetur omne ma 55
ſculinū. pro omnis maſculus, quaſi poſſet circūcidi niſi
maſculus. Et procedit Abraā in faciē & dixit in ani- 56
mo ſuo dicēs, Si mihi centum annos habenti naſcetur,
& ſi Sara annorum nonaginta pariet? Admirantis eſſe
iſtam locutionē, non dubitantis dubitandum non eſt.
Abraam autē erat annorum nonagintanouē cū cir- 57
cuncisus eſt carnem præputij ſui. Nō dixit carne, aut in
carne. Et iti boues accurrit Abrahā. non dixit ad bo- 58
ues. Abraham autē & Sara ſeniores progreſsi in die- 59
bus. quod Græci habent, progreſsi dierum. Dixit au- 60
tem dominus, Clamor Sodomorum & Gomorræ im- Gene.18.
pletus eſt, & delicta eorū magna valde. Clamorē ſcrip-
tura ſolet ponere pro tanta impudentia & libertate ini- M
quitatis, vt nec verecundia, nec timore abſcondatur.
Et dixit, quia nō perdā ſi inuenero ibi quadraginta- 61
quinque. Superfluum videtur, quia & ideo in codicibus Gene.19.
nōnullis Latinis nō legitur. Nunquid domine ſi lo- 62
quar. ſubauditur, iraſceris: aut aliquid huiuſmodi. Cū 63
euerteret dominus ciuitates in quibus habitant in eis.
In omni loco vbi intrauerimus ibi. Et aperuit deus 64
oculos eius, & vidit puteum aquæ viuæ. Locutio eſt, nō 65
enim clauſis oculis erat: vnde iam in principio libri lo- Gene.21.
cuti ſumus, vbi ſcriptum eſt, Et aperti ſunt oculi eorum. Gene.22.
Et terra in qua inhabitaſti in ea. Et diſpoſuerunt 66
ambo teſtamētum. vel teſtati ſunt ambo. Amat ſcriptu- 67
ra teſtamenti nomine pactum appellare. Accipe fi- 68
lium tuum dilectum. Illa locutione dictum eſt, accipe, Gene.22.
qua etiam ad Agar de filio eius. Et reſpiciens Abra- Gene.3.
ham oculis, cum ſufficeret, reſpiciens. Per memetip- 69
ſum iuraui, niſi benedicens benedicam te. Ac ſi diceret, 70
Per memetipſum iuraui, quòd benedicens benedicā te,
aut nullo verbo audito ſimpliciter per memetipſum iu-
raui, benedicens benedicā te, & multiplicans multipli-
cabo ſemen tuum. cū ſufficere poſſet, multiplicabo. Et 71
nunciatum

A nunciatum eſt Abrææ dicētes. cum cōſuetudo loquen-
di habeat, nunciauerunt Abrææ dicētes: aut nunciatum
72 eſt à dicētibus. Et ſurrexit Abraam à mortuo ſuo. Nō
Gene.23. dixit à mortua ſua. Et iterum de eadem, Et ſepeliam, in-
quit, mortuum meū. quod nō neutro quaſi corpus mor-
tuum, ſed in maſculino genere dictum Grӕca ſcriptura
73 demonſtrat. Et adiurabo te per dominum deum cœ
Gene.24. li & terræ. Græci non habent, per, ſed iuro te dominum
74 deum cœli. Cū quibus ego habito in eis. Nequādo
75 noluerit mulier ire mecum. Mulierem fœminā appella-
76 re, proprium eſt illius linguæ. In terram de qua exiſti
77 inde. Attende tibi ne reuoces filium meum illuc. His
78 verbis ſolet cōminatio declarari. Et poſuit puer ma-
num ſub femore Abrææ, & iurauit ei de verbo hoc. Er-
go locutio eſt qua dixerat Abraam adiuro te, ac ſi dixiſ-
ſet, iura mihi. non autem ſolemus ſic loqui, ſed obſeruā-
dum eſt, vtrum ſint in ſcripturis aliӕ ſimiles locutiones,
Nam quod dixit Abraam, ſi noluerit mulier venire te-
cum, purus eris à iuramento hoc: manifeſtauit ita ſe di-
79 xiſſe, adiuro te, tanquā diceret, iura mihi. Quod ſcrip
tum eſt de Rebecca: Virgo autem erat ſpecioſa valde,
B virgo erat, vir non cognouerat eam. iſta repetitio com-
mendationem virginitatis inſinuat. Sed cur additū ſit,
vir non cognouerat eam, niſi locutionis ſit: mirū ſi poſ-
ſit accipi ita vt virgo nomen ſit ætatis, non integritatis.
Græci autē nō habent, cognouerat, ſed cognouit, quod
80 videtur incōſequens. Adorauit domino. quod nobis
81 vſitatum eſt dicere, adorauit dominum. Quoniā nō
dereliquit iuſticiam & veritatem à domino meo, id eſt,
iuſticiam & veritatē quæ eſt à domino meo: ac ſi dice-
82 ret, quā fecit dominus meus. Et currens puella nun-
ciauit in domum matris ſuæ. quaſi non eſſet ipſa & pa-
83 tris domus. Et aquā lauare pedibus ipſius & pedibus
84 virorum qui cum eo erant. Dominus cui placui ante
ipſum, ipſe mittet angelum ſuum tecum. quaſi non ſuf-
ficeret, cui placui: an poterat ei placere niſi ante ipſum?
85 Si tu proſperas viam meam, qua ego nunc ingredior
86 in eam. Cū verba ſua narraret ſeruus Abrææ, quæ di-
xit acceſſurus ad fontem, ita narrauit, Et erit virgo cui
ego dixero, Da mihi bibere puſillū aquæ de hydria tua:
& dicet mihi, Et tu bibe & camelis tuis hauriā: Hӕc mu-
lier eſt quā parauit dominus famulo ſuo Iſaac. Quibus
verbis ſatis euidenter expreſſum eſt etiam mulieres ap-
87 pellatas locutione Hebraica quæ virgines eſſent. Et
C benedixi dominum deum domini mei Abraam. Hono
rificentiæ locutio eſt, & familiariſſima ſcripturis, ſicut
88 deus Heliæ. Renunciate mihi vt redeam dexterā aut
ſiniſtram. Per dexteram ſcilicet proſperitatem, per ſini-
ſtram aduerſitatē ſignificauit, id eſt, dexteram ſi cōceſ-
ſerint, ſiniſtram ſi non conceſſerint. Nam vtique ea via
rediturus fuerat quā venerat, Quam locutionem ſcrip-
turarum etiā cætera earum loca indicabūt: quia dexte-
ra nominatur in omnibus bonis, ſiniſtra in malis: ſiue
fœlicitas & infœlicitas, ſiue iuſticia & iniuſticia: & ali-
quando dextera in æternis, ſiniſtra in temporalibus.
89 Hæc ſunt nomina filiorum Iſraël ſecūdum nomina
Gene.25. generationes eorū. Tanquam dixiſſet, Secundū quӕ no-
90 mina generationes eorū appellatæ ſunt. Accepit Re-
beccā filiam Bathuel Syri de Meſopotamia ſororē La-
ban Syri ſibi in vxorem. Cum poſſet dici tātummodo,
91 Vxorem, aut ſibi vxorem. Et ei erant gemini in vtero
92 eius, Cum poſſet nō addi quod dictum eſt, eius. Cre-
uerunt autem iuuenes. Eſt talis locutio & apud autores
ſeculares, ſicuti eſt, Et ſcuta latētia cōdunt: id eſt cōden-
do latentia faciunt. Sic & hic, Creuerunt iuuenes, cum
infantes eſſent, intelligitur creſcēdo facti ſunt iuuenes. D
Iacob de Eſaū, Vēde mihi hodie primogenita tua mi Gene.26.
hi, Sic enim habent codices Græci. Vidētes vidimus 93
quia eſt dominus tecū, & diſponemus tecum teſtamen- 94
tum. Amant ſcripturæ pro pacto ponere teſtamētum, id
eſt, διαθήκην, quod Latini habēt, Et diſponemus tecum
teſtamentum ne facias nobiſcum malum: tanquā dice-
retur, Vt paciſcaris non facere nobiſcum malum. Et 95
vocauit filium ſuum ſeniorem Eſaū, & dixit. Hoc loco
ſenioris nomen nō ſignificat ætatē grauem, ſed ex cō-
paratione maiorem. Nunc ergo ſume vas tuum, pha- 96
retramq; & arcum. Nō dixit, vaſa ſed vas. Quod autem
intelligi voluit, nō apparet, niſi forte locutio eſt, vt per
vas pharetrā voluerit intelligi, & exponēdo quid dixe-
rit vas, adiunxit pharetramq; & arcum, Tanquā dixerit,
Sume vas tuum & pharetrā: veluti ſi diceret, Sume vas
tuum, id eſt pharetram. Deinde aliud, & arcum, quod
non ad aliud vas pertineret quod eſt pharetra. Aut cer-
te pharetrā & arcum vas voluit appellare, ſingularem
ponens numerum pro plurali, tanquam ſi diceret, Ac-
cipe veſtē tuam: quo nomine intelligeremus plures ve-
ſtes, ſicuti intelligimus militem pro militibus, & multa E
ſunt talia. Exi in campum, & venare mihi venatio- 97
nem. Et vade ad oues, & ſume mihi duos hædos te- 98
neros & bonos. Nomine ouium vtriuſque pecoris ge-
nus ſignificauit, quod in eiſdē paſcuis ſimul erant. Et 99
det tibi benedictionē patris tui Abraam. Iſaac dicit fi-
lio ſuo de auo eius patre ſuo. Exiit in Meſopotamiā 100
Syriæ. Quaſi Meſopotamia dicatur niſi Syriæ: quamuis Gene.28.
hoc ſeptuaginta habere nō perhibentur Syriæ, ſed cum
aſteriſco ſcriptum eſt. Deus ad Iacob, Non derelin- 101
quam te donec faciam omnia quæ tecum locutus ſum.
Quaſi dimiſſurus eum cum fecerit, nō vtique, ſed locu-
tio eſt. Surrexit Iacob de ſomno ſuo, & dixit: Quia eſt 102
dominus in loco hoc, ego autē ignorabam. Plenus ſen-
ſus eſt. etſi nō habeat, Quia. Eſt dominus in loco hoc, 103
Ac ſi diceret, Eſt hic demōſtratio domini, nō enim do-
minus in loco eſt. Iacob interrogās quod ait, Noſtis 104
Laban filium Nachor? Cum eſſet filius Bathuel. Intelli- Gene.29.
gēdum eſt nobiliorem fuiſſe Nachor, & merito digni-
tatis eius factum eſſe, vt de ipſo interrogaret: filium au-
tem dici & aui & proaui vltra maioris alicuius cum qui
ex illo propagatur, vſitatiſſimæ locutionis eſt. Hinc eſt
quod & Iſaac patrem filij ſui appellauit Abraā, ſicut pau F
lo ante cōmemoraui. Adhuc eſt dies multa, nondum 105
eſt hora congregandi pecora. Et dedit illi Laban an- 106
cillam ſuam ipſi vxorem. Plenum eſſet, etſi, ipſi non ad-
deretur. Si inueni gratiā ante te, auguratus eſſem: be- 107
nedixit enim me deus in introitu tuo. Nō videtur cōn- Gene.30.
ſequens, quia hic dicendum fuit, Si inueniſſem gratiam
ante te, auguratus eſſem: Nūc autem ſi inueni, Ordo eſt,
Si inueni gratiā ante te, permitte me augurari. Iſta enim
dixit, Auguratus eſſem, tanquam diceret, O ſi auguratus
eſſem, id eſt, ad bonum augurium te in domo mea ha-
berem. Exaudiet me iuſticia mea in die craſtino. id 108
eſt exaudiri me faciet. Et vidit Iacob faciem Laban, & 109
ecce non erat ad eum ſicut heſterna & nudiuſtertiana Gene.31.
die. Familiariſſima in ſcripturis locutio: Heſterna & nu
diuſtertiana die, pro tempore pręterito poſuit. Et vi- 110
di oculis meis in ſomno. Cū clauſi ſint in ſomno oculi
corporis. Ego ſum deus, qui apparui tibi in loco dei. 111
Locutio eſt. An deus in loco dei ſic accipiendū eſt, quo
modo pluit dominus à domino filius à patre? Reſpō- 112
dens autē Iacob dixit ad Laban: Dixi enim ne forte au-
feras filias tuas à me & omnia mea. Intrauit autem 113
Laban

G Laban & ſcrutatus eſt in domo Liæ. Aduertendum eſt
quo modo dicatur domus vxoris cũ in itinere cõpre-
henſi ſint à Laban. Niſi forte conſuetudo ſcripturarum
dicit domũ pro cubiculo vel tẽtorio, quo modo etiam
114 ancillarum domos dicit. Iacob dicit ad Laban, quia
ſcrutatus es omnia vaſa domus meæ. Nunc vnam do-
mum dicit, cuius membra erant domus vxorum eius &
concubinarum: vt intelligatur domus appellatas cum
eſſent cubicula aut tentoria, quos etiam papiliones vo-
115 caut. Niſi deus patris mei Abraam & timor Iſaac af-
fuiſſet mihi. Patrem ſuum appellat auum ſuum, ſicut ei
116 dixerat Iſaac pater eius. Miſit autem Iacob nuncios
Gene.32. ante ſe ad Eſaü fratrem ſuum in terra Seir, in regionem
Edom & mãdauit illis dicens, Sic dicetis domino meo
Eſaü: ſic dicit puer tuus Iacob, cũ Laban habitaui & de-
moratus ſum vſque modo, & facti ſunt mihi boues &
aſini & oues & pueri & puellæ, & miſi nunciare domi-
117 no meo Eſaü. Non dixit, miſi nunciare tibi. Si inter-
rogauerit te Eſaü dicens, cuius es? & quò vadis? & cuius
hæc quæ antecedũt te? & dices, pueri tui Iacob. Plenum
118 eſſet & integrum etiam ſi, &, non haberet. Munera
miſit domino meo Eſaü, & ecce ipſe poſt nos. Dicen-
H dum autem fuerat vſitata locutione, munera miſit do-
119 mino meo tibi, aut domino ſuo tibi. Surrexit autem
eadẽ nocte, & accepit vxores duas & duas ancillas. Hic
diſtinguitur ab vxoribus, quas prius vxores ſcriptura
dixerat, Et accepit duas vxores & duas ancillas. Notan-
dum eſt quemadmodum dicatur cõſuetudine ſcriptu-
rarum, accepit: non enim tunc eas duxit, aut tunc à ſo-
120 cero accepit. Quod habent Latini codices, & oues &
Gene.33. boues fœtantur, Græci habent fœtãtur ſuper me: Quod
ea ſignificatione dictum eſt, vt intelligatur, ſuper ſoli-
citudinem vel curam meam: quo modo ſolemus loqui
Gene.34. cum dicimus, ſuper caput noſtrũ eſſe aliquid cuius ma-
121 ximã curam gerimus. Et filij Iacob venerunt de cam-
po, Et cum audiſſent compuncti ſunt viri, & triſte erat
illis valde quod turpe fecerat in Iſraël, quod dormiſſet
cum filia Iacob, & non ſic erit. Difficile talis locutio re-
peritur in ſcripturis, non inducta perſona loquentium,
ſcriptorem verba eorum interpoſuiſſe, Non enim ait,
& dixerunt: ſed hoc tacito verba dixit eorum. Nam qui
alij dicere potuerunt, & nõ ſic erit: niſi qui grauiter in-
122 dignati vindictam moliebantur. Notandum quòd
I Emor loquẽs de Dina ad Iacob & filios eius, filiam di-
123 cit veſtram, non dicit filiam mam ſororẽ iſtorum. In
hac ſimiles erimus vobis & habitabimus in vobis. id eſt,
124 inter vos. Appoſitus enim erat filiæ Iacob. id eſt, ama-
125 bat eam. Et filium eius Sichem interfecerunt in ore
126 gladij. ac ſi diceret, gladio. Quæ abſtulerunt filij Ia-
cob de ciuitate Sichimorũ Salem cum eam expugnaſ-
ſent, ſic enumerantur, Oues eorum, & boues eorum, &
aſinos eorum quæcunque erant in ciuitate, & quæcun-
que erant in campo tulerunt, & omnia corpora eorum
captiuauerunt, & diripuerunt quęcunque erant in ciui-
tate, & quæcunque erant in domibus. Inter hæc omnia
non ſatis intelligitur quid dixit, & corpora eorum: ne-
que enim ſuſpicãdum eſt, quod corpora abſtulerũt per-
emptorum, ſed rerum intelligenda ſunt, quæ corporali-
ter poſsidentur: vt eorum ſit executio quod ſequitur, &
ſupellectilẽ & cætera, ſicut in iure dicitur, traditio cor-
porum, Quanquam Græci σωμάτια ſeruos appellant v-
ſitatiſsima locutione, ſed quia nõ σωμάτια, ſed σώματα
hic dictum eſt, nõ eſt temere confirmandum, ſeruos ſi-
127 gnificatos: fieri tamen poteſt vt hoc magis ſit. Cum
Gene.36. gentem Edom, id eſt, Idumæorum cõmemoraret ſcrip-
tura, & qui in ea regnaſſent: poſtea dicit, Hæc nomina K
principum Eſaü ſecundum loca eorum in regionibus
eorũ & in gentibus eorum. gentes appellans vnius gen-
tis, propter familiarũ multiplicatas generationes, cum
etiam ipſe Edom vocaretur: vnde & gens quam propa-
gauit cognominata eſt, cuius vtique pater fuit. Cum 128
audiſſet autẽ Ruben, liberauit eum de manibus eorum *Gene.37.*
& dixit, non feriamus eum in anima. Non ergo libera-
uit eum, & inde hoc dixit: ſed hoc dicendo eum libera-
uit. Prius ergo dixit, liberauit eum, & deinde breui reca-
pitulatione quo modo eum liberauerit, inſinuat. Nõ 129
feriamus eum in anima. hoc loco nomine animæ vi- *Iob.2.*
tam corporis animati ſignificat, per efficiẽtem id quod
efficitur. Secundum hoc videri poteſt etiam ad diabo-
lum dictum eſſe de Iob, Animam eius ne tangas: id eſt,
ne occidas eum. Nam ſecundum illam ſignificationem
qua natura animæ commemoratur, illud à domino di-
citur, Nolite timere eos qui corpus occidũt, animam au
tem non poſſunt occidere. Quod Iudas dicit, Manus 130
autem noſtræ nõ ſint ſuper eum. hoc eſt quod dici à no *Matth.10.*
bis ſolet, manus ei non inferamus. Quoniam frater 131
noſter & caro noſtra eſt. nõ aliud, ſed bis hoc idem di-
ctum eſt, tanquam exponendo quid ſit frater noſter, id L
eſt caro noſtra, quòd ex eadem carne fuerãt procreati.

Occiderunt hædum caprarum. Sic ſolet loqui ſcrip- 132
tura, Quemadmodum in Pſalmo, ſicut agni ouium: *Pſal.113.*
quaſi poſsit eſſe aut hædus niſi caprarum, aut agnus niſi
ouium. Et nunciatum eſt nurui eius Thamar, dicen- 133
tes. Dicendum autem fuit, Nunciauerunt dicentes. *Gene.38.*

Et depoſitis veſtimentis viduitatis ſuæ à ſe. Quid mi 134
nus eſſet, ſi non adderetur à ſe? Et non appoſuit am- 135
plius ſcire eam. pro eo quod eſt miſceri ei. Et inuenit 136
Ioſeph gratiam in conſpectu domini ſui. Hæc locutio *Gene.39.*
nulli eſt ignota in ſcripturis. Et neſciebat quæ circa 137
eum erant. Apud Grꝑcos vſitata eſt vulgo locutio, apud
nos recta nõ eſt, ſed Neſciebat aliquid dicimus. Præ- 138
ter panem quem ipſe edebat. Per panem vtique omnia
intelligi voluit ad victum eius pertinentia. Vnde pro
quotidiano victu, panis ſolus poſitus intelligitur in ora- *Matth.6.*
tione dominica. Et miſit vxor domini eius oculos ſuos 139
in Ioſeph. Solet & apud nos vulgo eſſe vſitata locutio,
pro eo quod eſt amauit eum. Et ait, dormi mecum, Et 140
iſta vſitata eſt locutio, pro eo quod eſt concumbe me- M
cum. Et dedit carceris cuſtos, carcerem per manum 141
Ioſeph, pro eo quod in manus Ioſeph, per quod ſignifi- *Gene.40.*
cat in poteſtate. Et dixerunt ſomniũ vidimus, & non 142
eſt qui interpretetur illud. Cum ſomnium ſuum vnuſ-
quiſque vidiſſet, nõ dixerunt ſomnia vidimus, ſed ſom-
nium vidimus. Tres fundi, tres dies ſunt. non dixit 143
tres dies ſignificant. Et multũ hæc locutio notanda eſt,
vbi aliqua ſignificantia earum rerum quas ſignificant
nomine appellantur. Inde eſt quod ait Apoſtolus, Petra
autem erat Chriſtus, non ait, Petra ſignificabat Chri- *1.Corin.10.*
ſtum. Et dabis calicem Pharaoni in manu eius. cum 144
plenum eſſet, etiam ſi non adderetur, in manu eius.

Et auferet Pharao caput tuum abs te. Plenum eſſet e- 145
tiam ſi non haberet, abs te. Et manducabunt aues 146
cœli carnes tuas abs te. Similis ſuperiori locutioni.

Et factum eſt poſt biennium dierum. Quid minus eſ- 147
ſet ſi non haberet, dierum? Surrexit autem Pharao, & 148
non erat ſomnium. Amant ſcripturæ ſic loqui de ſom-
niis, cum fuerit euigilatum, tanquam reddita homini
veritate vigilantiũ, tunc illud appareat ſomnium, quod
cum videretur, quaſi veritas fuit. Peccatum meum 149
recordor hodie. Pharao iratus fuit pueris ſuis, & poſuit

nos

A nos in carcere. Ille loquebatur tanquam de altero. Et
150 vidimus ſomniū ambo nocte vna, ego & ille. quaſi non
ſufficeret quod ambo dixerat. Deinde & hic vidimus
ſomnium dicit, non vidimus ſomnia tanquam vnum
151 ambo vidiſſent. Factum eſt autem ſicut comparuit
nobis, ita & contigit. Factum eſt autem, ſic ſolet ſcriptu-
ra ponere: nam plenum eſſet, Sicut enim comparuit no
152 bis, ita & cōtigit. Quales nūquā vidi tales in tota ter-
ra Aegypti turpiores, Dici autē poſſet more noſtro, qui-
bus nunquam vidi turpiores, aut quales nunquam vidi,
153 aut nunquam vidi tales. Exurgens autē dormiui. ex-
154 urgens ait, pro expergiſcens. Quanta deus facit oſtē-
dit Pharaoni. Cum illi loqueretur, tanquā de altero di-
155 cit. Et conſumet fames terram. Pro, homines qui ſunt
156 in terra. Nunc ergo vide hominem prudētem & in-
telligentem, & conſtitue eum ſuper terram Aegypti, &
faciat Pharao & cōſtituat locorum principes ſuper ter-
ram. Quaſi alius ſit cui dixit, Prouide hominē pruden-
157 tem: & alius de quo dixit, Conſtituat Pharao. Con-
gregetur triticum ſub manu Pharaonis. id eſt, ſub pote-
158 ſtate. Tamen thronum præcedam tui ego. Sic ſe ha-
bent verba in Græco, quæ dixit Pharao ad Ioſeph, Sed
B pręcedam tui: vſitata eſt apud Gręcos locutio, apud nos
autem dicitur præcedam te. Illud vero, Pręcedā te thro
num, nec apud Græcos vſitata perhibetur, ſed præcedā
te throno, id eſt, honore ſedis: quod intelligitur, præce-
159 dam te regno: hoc enim illi & poſtea dicit. Ego Pha-
Gene.42. rao, ſine te nemo extollet manū ſuam ſuper omnē ter-
ram Aegypti. tāquā diceret, Ego ſum rex, tu autē prin-
ceps vel præpoſitus Aegypti. Pharao quippe nō homi-
160 nis nomē eſt, ſed regiæ poteſtatis. Videns autē Iacob
quia eſt venditio in Aegypto, dixit filiis ſuis, Quare ſe-
gnes eſtis? Ecce audiui quod eſt venditio in Aegypto.
Notandū quia id quod audiſſe ſe dicit, vidiſſe eū ſcrip-
161 tura dixerat. Emitte nobis puſillas eſcas vt viuamus,
& non moriamur. Vnum horum ſufficeret, aut vt viua-
162 mus, aut vt nō moriamur. Pacati ſumus, nō ſunt pue-
ri tui exploratores. [quaſi de aliis dixerint, Nō ſunt pue-
ri tui exploratores:] Cum poſſent dicere. Non ſumus:
honorificentiæ autem more maxime ita loquebantur.
163 Duodecim ſum⁹ pueri tui fratres in terra Chanaan.
Gene.35. cum poſterius dicant, quòd vnus eorum non ſit, ipſum
ſcilicet Ioſeph non eſſe exiſtimantes, id eſt, periſſe. Hac
locutione dictum eſt etiam illud, Hi filij Iacob qui facti
C ſunt ei in Meſopotamia, cum ibi non fuerit natus Ben-
Ibidem. iamin. Quod autem dixerunt, ſumus in terra Chanaan,
cum eo tēpore quo loquebantur in Aegypto eſſent, ſu-
mus dictum eſt, pro habitamus, inde enim venerant ili-
164 co redituri, ibi commorantes. Hoc eſt quod dixi vo-
bis dicens, quòd exploratores eſtis. Quid deeſſet, etiam
165 ſi nō adderet, dicens? Ipſi vero ite ducite emptionem
tritici veſtri. Ducite pro eo quod eſt ferte. Quia enim
ducuntur iumenta in quibus fertur, etiam hoc duci di-
166 ctum eſt. Nónne locutus ſum vobis dicens, Ne no-
ceatis puero & non exaudiſtis me? Notandū exauditio-
167 nem nō eam ſolam dici quia exaudit deus. Ipſi autem
ignorabāt, quia audit Ioſeph. audit pro intelligit. Nam
voces audit vtique aure etiā qui nō intelligit linguam.
Repetitur illa locutio quādo narrant patri ſuo quid eis
acciderit in Aegypto, & quid dixerint ad Ioſeph, Duo-
decim ſumus fratres filij patris noſtri, vnus non eſt, pu-
ſillus autem cum patre noſtro hodie in terra Chanaan.
Multa in his paucis verbis genera locutionum ſunt, &
illud quod pauloāte memoraui, duodecim ſumus, cum
ipſi dicant, vnus nō eſt: Et filij ſumus patris noſtri, quaſi
poſſent eſſe filij non patris ſui. Puſillus autem cum patre D
noſtro hodie in terra Chanaan: nec dixerunt, eſt, aut a-
liquid huiuſmodi. Deinde notādum eſt, quod maxime
neceſſarium videtur propter Euangeliſtarum narratio-
nes, quo modo cum ea quę dicta ſunt dicta eſſe narran-
tur, non omnino eodem modo repetuntur, cum tamen
in diuerſitate verborum nihil ſententiæ depereat veri-
tatis. Nam quòd dixerūt dictum ſibi eſſe à Ioſeph, & in
terram mercamini. non inuenitur ab illo dictum. Sine
mendacio autem dixerunt, quod ex verbis quæ dixerat
in eius voluntate cognouerant. Neque enim verba ſunt
neceſſaria niſi ad exprimendam, & in audientium no-
ticiam perferendam quantum poſſumus voluntatem.
Et erat vniuſcuiuſque alligatura argenti in ſacco eo- 168
rum. Nō dixit in ſacco eius, aut in ſaccis eorū, ſed quaſi
vnus ſaccus omnium eſſet. Super me facta ſunt om- 169
nia hæc. id eſt, me miſeria onerant. Ait autem illi Iu- 170
das, dicens. Potuit plenum eſſe etſi non haberet, dicens. *Gene.43.*
Interrogans interrogauit nos homo. Aſsidua eſt tā- 171
lis locutio in ſcripturis, interrogās interrogauit nos ho
mo, aut interrogando interrogauit: & ſi qua ſimilia.
[Mecum enim manducabunt homines meridie pa- 172
nem. nunquid panes tantum? Sed ab eo quod excellit & E
cætera eſt complexa locutio.] Mecum enim mandu- 173
cabunt homines meridie. Quod dicit meridie, prandiū
ſignificat quod fit medio die: hoc eſt enim meridies.
Vt accipias nos in ſeruos & aſinos noſtros. Non vti- 174
que ſubauditur ſeruos, Nā quod Latini codices ſeruos
habent, in Gręcis παῖδας legitur, quod nullo modo aſi-
ni poſſunt eſſe. ergo aſinos noſtros tantummodo acci-
pias ſubauditur. Aperuimus ſaccos noſtros, & hoc ar 175
gentum vniuſcuiuſque in ſacco ſuo, Nō addidit inuen-
tum eſt: aut apparuit, aut erat, aut aliquid huiuſmodi.
Propicius vobis, nolite timere. In his verbis quibus 176
dictum eſt, propicius vobis, duo verba ſunt quæ ſubau-
diūtur, & ſit & deus. Plenum eſt enim, propicius ſit vo-
bis deus, quod omnino in Græco vſitatiſsimum eſt.
Saluus eſt puer tuus, pater noſter, adhuc viuit. Hic ex- 177
preſsius oſtēditur pueri nomine ſeruū ſolere ſignificari.
Non enim in illo ſene poſſet hoc eſſe nomen ætatis.
Non poterant Aegyptij manducare cum Hebræis 178
panes. abominatio eſt enim Aegyptiis. Illa locutio fre-
quentatur, vt in panibus omnes eſcæ intelligantur.
Magnificata facta eſt autem pars Beniamin præ par- 179
tibus omniū quintupliciter ad illorū. Iam quia dictum F
erat præ partibus omnium, potuit non dici ad illorum.
Inueniens autem eos dixit, ſecundū verba hęc. potuit 180
dicere, dixit eis verba hæc. An forte non locutionis ge- *Gene.44.*
nus eſt, ſed intereſt etiam ſententię. Aliud enim eſt ipſa
verba dicere, aliud ſecundū ipſa: vt quæcunque alia di-
cta fuerint eadē ſentētia teneatur, quæ in illis verbis cō-
prehenſa eſt, hoc eſt ſecundū ipſa, etiam ſi non ipſa. Sed
quia ſequitur illis reſpondentibus, Vt quid loquitur do-
minus ſecundū verba hæc, qui vtique dicere debuerunt
vſitato more, vt quid loquitur dominus verba hæc, cō-
ſtat eſſe locutionis genus. Abſit à pueris tuis facere ſe- 181
cundum verbū hoc. potuerunt dicere, abſit à nobis, ſed
illa honorificētia eſt vſitata ſcripturis ſic dicere tanquā
de aliis: Pueris autē pro ſeruis dictum eſt. Et nos autē 182
erimus ſerui domino noſtro. Etiā hic, παῖδες Græci ha-
bēt, hoc eſt pueri, quod tam aſsidue ſcriptura pro ſeruis
ponit, vt difficile inueniatur non iſto nomine appellare
ſeruos. Quo modo autem aſcendā ad patrem, cum 183
puer non ſit nobiſcū, vt nō videam mala quæ inueniēt
patrem meum? [Magis conſuetudo loquendi exigebat
dici,

G dici,vt videam mala quæ inuenient patrẽ meum?] hoc
eſt,quo modo aſcendã vt videam? Nouo itaq; loquẽdi
more id quod dixit,ac ſi dixiſſet,non. Sic enim vitatus
ordo iſte verborũ eſt:Nõ aſcendã ad patrem, cum puer
non ſit nobiſcum, vt non videã mala quæ inueniẽt pa-
184 trem meum. Quando fleuit Ioſeph cum recognoſce-
Gene.45. retur à fratribus ſuis,ait ſcriptura,Audierũt autẽ omnes
Aegyptij,& auditum eſt in domo Pharaonis:deinde ſe-
quitur quod narrabat,Dixit autẽ Ioſeph ad fratres ſuos,
Prius itaq; ſcriptura dixit,quod poſtea factũ eſt. Hoc e-
nim famę celebritate accidit,vt omnibus Aegyptiis no
tum fieret, & poſtea reuerſa eſt narratio ad id quod di-
185 cebatur breui recapitulatione. Et diuulgata eſt vox in
domo Pharaonis dicentes,Venerunt fratres Ioſeph. di-
centes poſuit pro dicẽtium. Vox enim dicẽtium diuul-
186 gata eſt,venerũt fratres Ioſeph. At ille reſpõdit,quid
Gene.46. eſt, dicens: Ordo eſt,At ille reſpondit dicens, quid eſt.
187 Deus dixit ad Iacob, Ego deſcẽdã tecũ in Aegyptũ,
& ego aſcendere te faciam in finem. Sic habent Græci,
188 quod Latini habẽt,& ego deducam te in finem. Iudã
autem miſit ante ſe ad Ioſeph, vt venirent ſibi obuiam
H iuxta heroum ciuitatẽ. Neſcio vtrũ heroum nomen fa-
189 cile in ſcripturis reperiatur. In verbis Ioſeph quibus
ait ad fratres ſuos, Aſcendens nũciabo Pharaoni & di-
cam ei,Fratres mei & domus patris mei qui erãt in ter-
ra Chanaan,venerũt ad me: viri autẽ ſunt paſtores. Vi-
ri enim pecorũ nutritores erant, & iumenta & oues &
omnia ſua adduxerunt.Quod interpoſitũ eſt, viri enim
pecorum nutritores erãt, ex perſona ſua ſcriptor inter-
poſuit,& redit ad verba Ioſeph,adiungendo & iumẽta
& omnia ſua adduxerunt, vt ordo ſit in verbis Ioſeph:
Viri autem ſunt paſtores, & iumenta & oues & omnia
190 ſua adduxerunt. Dixit autem Pharao ad Iacob,Quot
Gene.47. anni dierum vitæ tuæ?ſubauditur ſunt. Puſilli & ma-
191 ligni fuerunt dies annorum vitæ meæ.Puſillos pro pau-
cis poſitũ eſt.Neq; enim vitæ alicuius quàm cæterorum
dies poſſunt eſſe horarum ſpacio breuiores.Hoc autem
Iacob ex cõparatione dixit vitæ maiorum ſuorũ. Nam
vtiq; cẽtum triginta annos quos ille iam agebat, nemo
191 nunc viuit. Triticum ſecundum corpus,id eſt,ſecun-
dum numerũ corporum.Per corpus etenim, numerum
corporũ: per numerũ corporum, numerum hominum
193 ſignificat. Inualuerat autẽ fames valde,& defecit ter-
I ra Aegypti. Terra,poſuit pro hominibus qui erãt in ter-
194 ra. Venerunt autẽ omnes Aegyptij ad Ioſeph dicẽtes,
Da nobis panes. Panes per triticũ ſignificat, locutione
195 per id quod efficitur,id quod efficit. Et facta eſt terra
Pſal.118. Pharaoni,Non ait Pharaonis, Amat ſic loqui ſcriptura
ſicut in Pſalmo dictum eſt,Et cuſtodiuit legẽ tuam,hęc
facta eſt mihi,quia iuſtificationes tuas exquiſiui.De lege
dei dixit,Hæc facta eſt mihi,id eſt, in meam vtilitatem.
196 Præter terrã ſacerdotum tantum nõ poſſedit Ioſeph.
quaſi dixiſſet,præter terrã ſacerdotum tantum, omnem
197 terram poſſedit Ioſeph. Et poſuit illis Ioſeph in præ-
ceptum vſq; in hodiernum diẽ in terra Aegypti,vt prę-
ſtent quintas Pharaoni.Hinc intelligitur Pharaonis no
men poteſtatis fuiſſe regalis, quod dixit, vſq; in hodier-
num diem.Nõ enim illi qui tunc fuit,pręſtare poterant
Aegyptij vſq; ad illum diẽ quo iſta ſcribebãtur, quãdo
198 ille non iam viuebat. Et fuerunt dies Iacob annorum
vitæ eius.Dies annorum ſępe dicit ſcriptura,cum ſemel
199 poſſet annos dicere. Quod ſcriptum eſt, Nunciatum
Gene.48. eſt Ioſeph, quia pater tuus turbatur, Aliqui codices ha-
bẽt vexatur,aliqui æſtuatur, & aliud alij, ſicut interpre-
tari Latini potuerũt,quod Græce ſcriptũ eſt, ἐνοχλεῖται.

Ideo autẽ turbatur accõmodatius dici videtur,quia hoc K
dici ſolet de iis qui afflictatione corporis morte ppin-
quante iactantur. Et ex hoc etiam turba ὄχλος dicitur.
Eſt enim turba multitudo inordinata,nõ ſicut populus
quod δῆμος dicitur, nec ſicut plebs quod λαός dicitur,
ſed ſicut ὄχλος quod turba dicitur. Iacob benedicens 200
nepotes ſuos filios Ioſeph,ait inter cætera,Et inuocabi-
tur in his nomẽ meum & nomẽ patrum meorum. Vn-
de notãdum eſt nõ ſolum exauditionẽ, ſed etiam inuo-
cationẽ dici aliquãdo quæ non dei, ſed hominum ſint.
Hic enim primitiuus minus habet eſt,ſecundum co- 201
dices Græcos. In benedictione Ioſeph ait inter cæte- 202
ra Iacob, Inde qui cõfortauit Iſraël.mirum ſi nõ ſubau- Gene.49.
ditur, eſt: vt planum ſit. Inde eſt qui confortauit Iſraël.
Quod ſcriptum eſt,Dixit Ioſeph ſeruis ſuis ſepultori- 203
bus,vt ſepelirẽt patrem eius. non inuenit lingua Latina Gene.50.
quẽadmodum appellaret ἐνταφιαστάς. Non enim ipſi ſe-
peliunt,id eſt,terrę mãdãt corpora mortuorũ, quod nõ
eſt Græce ἐνεταφίασαν, ſed ἔταψαν. Illi ergo ἐνταφιασταὶ
id agunt quod exhibetur corporibus humãdis, vel cõ-
diendo vel ſiccãdo,vel inuoluendo & alligãdo,in quo
opere maxime Aegyptiorum cura pręcellit.Quod ergo L
dicit etiã ſepelierunt, curauerunt intelligere debemus.
Et quod dicit quadraginta dies ſepulturæ, ipſius cura-
tionis accipiendę ſunt. Sepultus enim ille nõ eſt niſi vbi
ſe mãdauerat ſepeliri. Loquimini in aures Pharaonis. 204
locutio eſt vſitata ſcripturis. Et dixit Pharao ad Io- 205
ſeph, Deſcẽde & ſepeli patrẽ tuum. Etiam ſi per poten-
tes illos per quos Ioſeph mãdauerat Pharao,dixit,quòd
perferrẽt ad Ioſeph, nõ vtiq; dixit niſi ipſi Ioſeph. Vnde
illud eſt in Euãgelio, quòd vnus Euangeliſtarum dicit
Cẽturionẽ veniſſe ad dominũ & dixiſſe illi, Puer meus
iacet in domo paralyticus. Alius autẽ totum diligentius Matth.8.
narrans, amicus eum ad dominum miſiſſe commemo-
rat qui hoc ei dicerent,In quibus amicis vtique ipſe ve- Lucæ.7.
nit,cuius in eis voluntas præſens fuit. Vnde eſt,Qui vos
recipit,me recipit,& qui me recipit, recipit eum qui me
miſit. Planxerunt eum planctũ magnum & validum. 206
Planxerunt plãctum nõ plãxerunt plãctu,locutio eſt in Matth.10.
Latina lingua nõ ignota,ſicut dicitur,ſeruitutẽ ſeruiuit,
militiã militauit,& ſimilia. Et redditione reddet no- 207
bis omnia mala quæ oſtẽdimus ei. Ex hac locutione ait
& Apoſtolus,Alexãder ærarius multa mala mihi oſten-
dit. Oſtendimus enim dictum eſt, vel oſtendit, pro eo M
quod eſt fecimus, vel fecit. Accipe iniquitatẽ ſeruo- 2.Timo.4.
rum dei patris tui. Noua locutio eſt,accipe iniquitatem 208
pro ignoſce,aut remitte, aut obliuiſcere. Sed puto inde
eſſe dictum,accipe,ac ſi diceretur, æquo animo accipe,
hoc eſt,noli indigne ferre. Et venientes ad eum dixe- 209
runt. Non iterum venerunt, ſed quod dictũ fuit iterum
dictum eſt, Solet hoc facere ſcriptura.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Locutionis de Exodo, Liber ſecundus.

ET inualeſcebant valde valde. 1
Quid eſt quod dictũ eſt de ob-
ſtetricib⁹, Et fecerũt ſibi domos,
quoniam timuerunt deum? Prę- Exod.1.
dictũ eſt enim Benefaciebat de⁹
cum obſtetricibus. Et ad hoc vi-
detur pertinere quòd fecerãt ſibi
domos timendo deum, tãquam
beneficia dei ad hoc eis profuerint vt facerent ſibi do-
mos.

A mos. Nunquid antea non eas habuiſſe domos intelli-
gendum eſt? An ad diuitias hoc verbũ pertinet, vel po-
tius ad aliquas rei familiaris idoneas facultates? Huic e-
nim ſimile videtur, quod ait etiã Iacob poſt quatuorde-
cim annos ſeruitutis ſuæ ſocero ſuo volẽti eum adhuc
Gene.30. apud ſe tenere. Nunc ergo quando faciam & ego mihi
domum, dixerat enim quod creuerint pecora Laban
ſub illo: Sicut & ipſe Laban confeſſus fuerat dicens, Be-
nedixit me deus in introitu tuo. Cum ergo dicit, quan
do faciam & ego mihi domum? ſubintelligitur, ſicut &
tu. Hoc videtur enim valere quod ait, & ego vt ad ip-
ſam domum faciendam videatur pertinere quod con
ſequenter ad Laban merces ipſa ſtatuenda proponitur.
2 Et omne fœmininũ viuificate illud. Sic enim habẽt
3 Græci, Latini non habent, illud. Erat autem quidam
de tribu Leui, & ſumpſit ſibi de filiabus Leui. intelligi-
Exod.2. tur vxorem: quod quidam Latini interpretes etiam ad-
dendum putauerunt. Sequitur autem, Et habuit eam &
Græce 4 concepit. Quid ſit tibin, ideo difficile eſt noſſe, quia
ſic ſcribitur nec Græcus interpres ex Hebræo, nec Latinus ex Græ-
θῖβιν 5 co vertit hoc nomen, ſed trãſtulit vt inuenit. Timuit
πάπυρον. autem Moyſes & dixit, Si ſic diuulgatum eſt verbum
B hoc. Duo ſunt in hac locutione attẽdenda. Primo, quia
pendet ſentẽtia, & ſic dimiſſa eſt: Deinde, quia verbum
6 pro facto poſuit. Et reſpexit filios Iſraël & innotuit
illis. Pro eo poſitum eſt innotuit, quod egit in eis, qui-
7 bus dei curam erga ſe intelligerent. Videns vidi af-
† vexationẽ flictionem † populi mei qui eſt in Aegypto. Et dixit
8 Moyſes ad deum, Quis ſum, quia ibo ad Pharaonẽ re-
Exod.3. gem Aegypti, & qui educã filios Iſraël de terra Aegyp-
ti? Dixit autem, quoniam ero tecum. Sic habet Græcus:
Latinus autem, Et quis ego dixit? & non dixit quia ibo,
& quia educam, ſed vt eam & ducam. Et quod in Græ-
co habet, dixit autem quia ero tecum, intelligitur vtiq;
quod dixerit ad Moyſem. Totum autẽ hoc Latinus ad-
didit & ait, Dixit autem deus ad Moyſem, deus dicit
quòd dicat Moyſes filius Iſraël, Viſitans viſitaui vos &
quæcunque contigerunt vobis in Aegypto. Græcus ha-
9 bet, viſitatione viſitaui vos. Deus dicit ad Moyſem
de filiis Iſraël, & audient vocem tuam. Græcus habet, &
exaudiẽt vocem tuam, quia exauditio dicitur hominis,
10 quod habet Græcus. Poſcet mulier à vicina & ab in-
Exod.4. quilina ſua vaſa argẽtea & aurea & veſtem. Græcus ha-
C bet à cohabitatrice ſua: hoc eſt συνοίκου, quod Latini ali-
11 qui interpretati ſunt, à concellaria ſua. Moyſes dicit,
Quid ſi nõ crediderint mihi neque exaudierint vocem
12 meã, quod Latini, audierint, interpretati ſunt. Exten-
de manum & apprehende caudam. Græcus habet: Lati-
nus autem, manum tuam & caudam eius, interpretatus
13 eſt. Et extendens manum apprehendit caudam, & fa
cta eſt virga in manu eius. Et dixit illi, vt credant tibi
quoniam apparuit dominus deus patrum ipſorum. Græ
cus non habet, & dixit illi: ſed continuo adiunxit, vt cre
dant tibi, id eſt, verba dei, poſt illud factum miraculum:
tanquam adhuc loqueretur & modo ſentẽtiam verbo-
rum impleuerit. Nam ordo eſt verborum. Extende ma-
num & apprehende caudam, vt credant tibi: ſed inter-
poſita eſt facti narratio, & poſtea redditum, vt credant
14 tibi. Quod Latinus habet, Et facta eſt manus eius le-
proſa tanquam nix. Græcus non habet, leproſa: ſed tan-
15 tum, facta eſt tanquã nix. Quod ſi non audierint vo-
cem ſigni primi, Græcus ſic habet: Latinus autẽ, vocem
26 tuam ſigni primi: ſequitur, & ſic credant tibi voce ſigni
ſequẽtis. Et erit aqua quam ſumes de flumine ſanguis
ſuper aridã: vel potius ſuper aridũ, id eſt, ſuper id quod

aridum eſt: quod Latinus dixit, ſanguis ſuper terram. D
Moyſes dixit, Precor domine, nõ ſum eloquens ante 17
heſternam, & nudiuſtertianam diem. Et virgam hãc 18
ſumes in manum tuam, in qua facies in ea ſigna. cum di
ci poſſet, in qua facies ſigna: aut certe virgam hãc ſumes
in manum tuam & facies in ea ſigna. Nunc vero vtrun-
que dictũ eſt ſolita locutione ſcripturarum. Poſt dies 19
autem illos multos, mortuus eſt rex Aegypti. Dixit autẽ
dominus ad Moyſem in Madiã, Vade perge in Aegyp-
tum: mortui ſunt enim omnes qui quærebant animam
tuã. Multa in his verbis genera locutionũ notãda ſunt.
Primo vade, perge in Aegyptum: tanquã non ſufficeret
tantum vade, vel tantũ perge. Deinde, mortui ſunt om-
nes qui quærebãt animã tuam: cum ſolũ regem Aegypti
ſcriptura dixerit mortuũ, & de ſolo antea dictũ fuerit ꝙ
Moyſem quærebat occidere. An ipſe poſt alios inimicos
vltimus mortuus eſt? Quod ſi ita eſt, nõ locutio, ſed ſen-
ſus eſt. Item qui quærebant animã tuam, nõ in malo tan-
tum, ſed etiã in bono dici ſolet in ſcripturis: Nam ſicut
hic in malo dictũ eſt, ſic etiam in Pſalmis, Cõfundantur Pſal.39.
& reuereantur, qui quærunt animã meã. In bono, Periit Pſal.141.
fuga à me, & non eſt qui requirat animã meam. Niſi for
te aliquid diſtare dicitur inter quærentes & requirentes, E
vt illud in malo, hoc in bono intelligendũ ſit. Et dice- 20
bant ad populum dicentes, Hęc dicit Pharao. Quam lo Exod.5.
cutionem piguit Latinum interpretari. Videat deus 21
vos & iudicet, quoniam execrabilem feciſtis odorẽ no-
ſtrum palam Pharaone, & palã ſeruis eius, dare gladiũ
in manus eius vt occidat nos: ſic enim habet Gręcus. La
tinus autem ait quem pro optimo legebamus, vt daretis
gladium in manibus eius, qui ſolœciſmus nulla interpre
tationis neceſsitate factus eſt, qui in Græco nõ eſt. Sta
tui teſtamentum meum ad illos, ita vt darem illis terrã 22
Chananæorum. Et terram quam incoluerunt, in qua Exod.6.
& incoluerunt in ea: ſic enim habet Græcus. Quod vti- 23
que & in Græca lingua abſurde videtur ſonare, & tamẽ
ſeptuaginta interpretum authoritas tanta eſt, quos ita lo
qui non piguit: quid enim & ſi ſenſus hic latet? Quod ſi
nullus eſt, ipſa locutio notanda eſt, ne alibi inuenta ſen
ſum impediat, vel aliquid quærere vbi quærendũ nõ eſt
compellat. Quod habet Latinus, Exaudiuit gemitum 24
filiorum Iſraël quemadmodum Aegyptij affligent eos:
Græcus habet, καταδουλοῦνται, quod interpretari poſſet,
in ſeruitutem redigunt eos, nam vno verbo non po- F
teſt. Et locutus eſt Moyſes ſic ad filios Iſraël, & non
exaudierunt Moyſem à defectione animi & ab operi- 25
bus duris. Exaudierunt ait, non audierunt. Ecce enim
eloquens ſum ego. quod ait Moyſes ad dominum ἄλο- 26
γος dixit Græcus, non imperitus, quaſi ἀμαθὴς vel ἄπει-
ρος. Hi ſunt Aaron & Moyſes quibus dixit deus vt 27
educant filios Iſraël de terra Aegypti. Sic enim habet
Græcus. Ecce ego gracili voce ſum, & quo modo exau-
diet me Pharao? Notandum quòd exaudiet dixit, non
audiet. Fecit autem Moyſes & Aaron ſicut præcepit 28
illis dominus, ita fecerunt. Quid deeſſet, ſi nõ diceretur, Exod.7.
ita fecerunt? Si loquetur vobis Pharão dicens, Date 29
nobis ſignum aut portentum, & dices Aaron fratri tuo,
ſume virgam: nónne locutionis noſtræ conſuetudo po
ſcebat & quædam eius integritas vt ita diceretur: ſi lo-
quetur vobis Pharao dicens, Date nobis ſignum aut
portentum, dices Aaron fratri tuo, ſume virgam. Quid
ergo ibi additum eſt, &, niſi aliqua proprietate locutio-
nis Hebraicæ, nam neque Græca eſſe prohibetur. Non
mihi vidẽtur ſatis commode interpretati Latini, σοφι-
σταὶ Pharaonis, vt dicerent ſapientes? Sophiſtæ enim ſa-

G pientes dicuntur. Potuit enim Latinus interpres Sophi-
ſtæ dicere, quoniam non eſt quemadmodum id Latine
dicatur, & ideo iſto verbo iam vtimur pro Latino, Sicut
Philoſophiam dicimus non ſolum Græce, verumetiam
Latine: ſophiſtæ autem appellātur latinarum literarum
36 eloquētiſsimi authores. Et abſorbuit virga Aarō vir-
31 gas illorum. ac ſi diceret, draco Aaron. Quod dictum
eſt de Pharaone, Ecce ipſe exiit ad aquā. Græcus habet,
32 ſuper aquam. Dimitte populum meum vt ſeruiat mi-
hi in deſerto, & ecce non exaudiſti vſque adhuc. Quo-
33 tiens dicitur exaudiſti, cum homini dicatur. Fecerūt
*al. χε- autem & ſimiliter incantatores * Aegyptiorum venefi-
κοιεγοι. cus ſuis, & induratum eſt cor Pharaonis, & non exaudi-
Exod.8. uit eos, ſicut dixit domin⁹. Quia in vſu ſcripturæ eſt, ex-
audiuit, cum etiam de homine loquitur. Dimitte po-
34 pulum meum vt ſeruiant mihi. nō vt ſeruiat, qui loquen
di modus non ferè inuenitur, niſi vbi res ipſa ſingularis
pluribus conſtat. Populus enim ſingulari nomine dici-
tur, ſed cōſtat ex multis. Sic eſt etiam, Omnis terra ado-
rent te, quia omnis terra dictum eſt pro hominibus qui
35 ſunt in terra. Ecce ego ferio omnes fines tuos ranis.
H Sic enim habet Græcus elegantiſsima locutione: vt ranę
36 ipſæ, plaga intelligatur qua feritur terra Aegypti. Et
eructabit flumen ranas: & aſcendentes intrabunt in do-
mos tuas & in promptuaria cubiculorum tuorum ſuper
lectos tuos, & in domos ſeruorū tuorum, & populi tui,
& in conſperſis tuis, & in clibanis tuis: & ſuper te & ſu-
per populum tuum & ſuper ſeruos tuos aſcendēt ranæ,
Notandum quòd in domos & cætera cum dixiſſet, accu
ſatiuū caſum tenuit, & ſuper lectos &c. vbi dixit, ſuper,
accuſatiuum ſimiliter ſeruauit. In conſperſis autem & in
clibanis ad ablatiuum ſe tranſtulit: Nam & Græcus mu-
tauit præpoſitionem, quam nō mutat Latinus. Ille enim
habet εἰς τοὺς οἴκους in domos: in conſperſis autem ἐν τοῖς
φυράμασιν. Vbi mirum ſi non etiam ſenſus eſt, non lo-
cutio, vt in conſperſionibus & in clibanis exortas ranas
forſitan velit intelligi, non extrinſecus aſcendiſſe vel ir-
ruiſſe, & quia eas fluuium eructaturum prędicit, inde im
37 pleri omnia. Et extendit Aaron manum ſuper aquam
Aegypti & eduxit ranas. & educta eſt rana, & operuit
terram. Repetitio à plurali ad ſingularē numerum traie-
cta eſt, Nam vtique rana pro multitudine ranarum po-
ſitum eſt, Neſcio quo autē modo per loquendi conſue-
I tudinem imbutis ſenſibus hominum, ſæpe plus videtur
quod ſingulariter quàm quòd pluraliter dicitur, Nam
plus accipitur cum dicitur, verbi cauſa, eſt illic miles, q̄,
ſunt illic milites: eſt illic piſcis, quàm ſunt illic piſces.
38 Et colligebant aceruos aceruos. Hæc repetitio multi-
tudinem aceruorū ſignificat, & eſt ſcripturis familiaris.
39 Quod habent Latini, Extēde manu virgam tuam &
percute terra, non percute terram: Græcus habet aggerē
terræ, ſi tamē hoc verbo recte interpretatur quod dictū
40 eſt τὸ χῶμα τῆς γῆς. Fecerunt autem ſimiliter & incā-
tatores veneficiis ſuis, vt educerēt ſcyniphes, & non po-
terant. Notandum eſt, fecerūt dictum, pro eo quod eſt,
conati ſunt facere. Nam vtique ſi fecerunt ſimiliter, pro-
culdubio eduxerunt ſcyniphes: ſed quia ſequitur, vt edu
cerent & non poterant: non ergo ſimiliter fecerunt, ſed
ſimiliter facere conati ſunt. Aut ſi forte & ipſi quāuis ve
neficiis agerent, eadem tamē agendi ſpecie virgam ex-
41 tendebant, quod ſcriptura nō expreſsit. Et in terram
42 ſuper quam ſunt ſuper eam. Et glorioſam faciam in
die illa terram Geſſen, in qua populus meus ineſt ſuper
43 eam. Et dixit Moyſes, Ego exeam à te & orabo deum
& exibit cynomyia à Pharaone & à ſeruis eius: quaſi al-
teri diceret, & exeam à te, & de altero Pharaone ſubſe- K
queretur à quo eſſet exitura cynomyia. Dimitte po- 44
pulum meum vt mihi ſeruiat. Ecce ego pluam hac hora
craſtina grandinē multam. Grando autē multa val- *Exod.9.*
de valde. Et deſinent voces & grando. Notādum eſt 45
ſcripturam voces ſolere appellare tonitrua, quas voces
dei etiam Pharao ſuperius appellauit dicens, Orate pro
me ad dominū, vt deſinant fieri voces dei. Vbi & illa lo
cutio eſt quod dixit, deſinant fieri voces. Vt narretis 46
in auribus filiis veſtris & filiis filiorum veſtrorum quæ-
cunq; illuſit Aegyptiis. Notandum quemadmodū dica-
tur, illuſio, ne forte ita ſit dictū, Draco hic quē finxiſti ad *Pſal.103.*
illudendū ei. Et illud in Iob. Hoc eſt initiū figmenti do *Iob.40.*
mini quod fecit ad illudendum ab angelis eius. Ecce 47
ego induco hac hora craſtino die locuſtam multam. Ec *Exod.10.*
ce quemadmodū ſuperius dixit ranam, vbi diximus ple-
runq; plus intelligi cū aliquod huiuſmodi ſingulariter
dicitur, quàm ſi pluraliter diceretur. Manifeſtū eſt enim
plus ſonare, locuſtā multā, quàm ſi diceret, locuſtas mul
tas. Qui autē & qui ſunt qui ibunt, quotidie dicimus 48.
cōſuetudine familiariore, quàm qui & qui ibunt. Nō
49 eſt relictū viride nihil in lignis. Dicendum fuit more lo
cutionis noſtræ, non eſt relictū viride aliquid in lignis.
Pharao ad Moyſem, Peccaui ante dominū deum ve 50
ſtrum & in vobis, ſuſcipite ergo delictū meū. Hac locu- L
tione & ad Ioſeph vſi ſunt fratres eius vbi dixerunt, Ac- *Gene.50.*
cipe iniquitatem ſeruorum dei patris tui. Quod Lati- 51
ni habent, Et nemo vidit fratrē ſuum tribus diebus. Græ *Exod.10.*
cus habet, Et non vidit nemo fratrem ſuum. Notādum
etiam fratrem hominis quemlibet hominē dici. Pha- 52
rao dixit ad Moyſem & Aaron, Ite & ſeruite domino
deo veſtro, præter oues & boues relinquite: ſic enim ha-
bet Græcus: valde inuſitata locutio eſt, niſi poſt diſtin-
ctionem ſubinferatur, relinquite, & ſubaudiatur, iſta, vt
ſit ſenſus, Ite præter oues & boues & relinquite iſta. So-
let enim talis eclipſis fieri crebro in locutionibus ſcrip-
turarum. Et nō relinquimus vngulam. quaſi abductis 53
pecorib⁹ poſſet vngula remanere. Quid eſt enim aliud,
non relinquimus vngulam, niſi nec vngulam relinque-
mus? Pharao ad Moyſem, attēde tibi vltra apponere 54
videre faciē meam. pro eo quod eſt, attēde tibi ne vltra
videas faciem meam. Et petat vnuſquiſq; à proximo 55
ſuo, & mulier à proxima ſua vaſa argētea & aurea & ve *Exod.11.*
ſtem. Notandū & Aegyptios Hebræis proximos dictos.
Et erit clamor magnus per totam terrā Aegypti qua- 56
lis non fuit, & talis non adhuc apponetur: in filiis autem M
Iſraël non mutiet canis lingua ſua ab homine vſque ad
pecus. Elegantiſsima locutio eſt, per canem quippe extre
mum ſignificauit vel hominum vel pecorum: ita com-
mendans, quāta in Hebræis quies futura eſſet, Aegyptiis
acerba orbitate clamantibus. Accipiant ſinguli ouem 57
per domos patriarum. Quas dicat patrias, non facile eſt *Exod.12.*
intelligere, vtrum ciuitates in quibus commanebant, an
potius numeroſas familias à cuiuſque velut paternitate
propagatas. Hoc enim magis in Græco ſignificari perhi-
betur. Si autē pauci ſint qui in domo, ita vt non ſint ido
nei ad ouem, id eſt, vt ipſa paucitas, non ſit idonea ad
ouem conſumēdam: aſſumet ſecum vicinum proximū
ſuū, hoc eſt ipſa domus aſſumet vicinum: hominē pro-
ximum pro homine poſuit, ſingularē autem pro plurali.
Non enim vnū, ſed quot ſufficiunt. Cum de oue con 58
ſumenda ſcriptura loqueretur, ſecundū numerū, inquit,
animarū vnuſquiſq; quot ſufficiat. animas pro homini-
bus à parte totū. Sument de ſanguine & ponēt ſuper
duos poſtes, & ſuper limē in domib⁹ in quib⁹ māduca- 59
bunt

A bunt illas in eis. Cum dixerit in quibus, dixit etiam, in
eis more vſitatiſsimo. Sed manducabunt illas, quæritur
quas, & intelligitur carnes. Hoc enim ſequitur, Et man
ducabũt carnes hac nocte aſſatas igni. Quod habẽt La
tini codices, Qui manducabunt carnem, Græci autem
habent *κρέας*, id eſt, carnem, ſed genere neutro. Ideo in
Græco eſt, in domibus in quibus manducabunt illa in
eis. Eſt vero illa locutio, vt prius diceret illas, quàm prę-
diceret quid in cõſequentibus intelligeretur quas dixe-
Lib. 2. quæ- rit: ſimilis ei locutioni quã de filio Moyſi expoſuimus,
ſtionum de cum eum vellet angelus occidere, & exemplũ adhibui-
Exodo q. 11 mus de Pſalmo Fundamenta eius in montibus ſanctis,
Pſal. 86. diligit dominus portas Sion: Cuius enim fundamenta
non intelligimus niſi ex conſequentibus. Sic & hic, in
quibus manducabũt illas, in eis: id eſt, in quibus domi-
bus manducabũt illas, intelligitur carnes, de quibus cõ-
60 ſequenter loquitur. Sumetis autem vobis faſciculum
hyſſopi, & tingetis ex ſanguine qui eſt iuxta oſtium, &
linietis ſuper limẽ & ſuper ambos poſtes de ſanguine.
Et hic faſciculus hyſſopi plures faſciculos ſignificat, ſi-
cut rana plures ranas, & locuſta plures locuſtas, Tropus
B autem iſte quando fit in rebus quę à nobis non ita dici
61 ſolent obſcuritatem facit. Et erit cum dicent ad vos
filij veſtri, quæ eſt ſeruitus iſta? Et dicetis eis, immolatio
Paſcha hoc domino: etiam ſi nõ haberet, & planum eſ-
62 ſet, dicetis eis. Et aduenientes filij Iſraël fecerunt ſi-
cut dominus pręcepit Moyſi & Aaron, ita fecerunt. Nõ
63 adderet, ita fecerunt, niſi mos eſſet ſcripturarum. Et
factũ eſt in die illa, eduxit dominus filios Iſraël de ter-
ra Aegypti. Ait enim dominus ad Moyſem dicẽs, Om-
ne adaperiens vuluam maſculina: pluralem numerum
Exod. 13. intulit ſingulari, quia ipſum quod dictũ eſt, Omne ad-
aperiens vuluam, non vtique in vno, ſed in multis ac-
cipitur. Similis eſt locutio, Attendite popule meus. Ta-
Pſal. 77. le eſt & quod paulopoſt ſequitur, Omne quod adaperit
vuluam de armentis & pecoribus quæcunque tibi nata
erunt. Omne quæcũque tibi nata erunt, ipſe modus eſt
64 locutionis. Omne adaperiens vuluam aſinæ. Græcus
Supra li. lo habet aſini, modo illo locutionis quem iam in Geneſi
cutionum de notauimus, vbi maſculinũ pro fœminino poſitum eſt,
Gen. 1. c. 23. de morte Saræ dicente ſcriptura, Surgens Abraham à
Gene. 23. mortuo: &, ſepeliam mortuum meum: & talia ſæpe ibi
65 dicũtur de mortua. Propter hoc ego immolo domi-
C no omne quod aperit vuluã maſculina. Similis eſt lo-
66 cutio ſuperiori. Et erit in ſigno ſuper manum tuam,
Exod. 4. id eſt, ſuper omnia opera: vbi magis ſenſus eſt forſitan
67 quàm locutio. Et excuſsit domin⁹ Aegyptios in me-
Exod. 14. dio maris. Gręcus habet, & excuſsit domin⁹ Aegyptios
68 medium maris. Vidit autem Iſraël manum magnã
Exod. 15. quę fecit dominus Aegyptiis. Tunc cãtauit Moyſes
69 & filij Iſraël canticum hoc domino & dixerunt dicere,
70 Sic enim habet Græcus ἄπερ τοῦ λέγειν. Et non in-
Exod. 16. ueniebant aquam vt biberẽt. poterat non habere, vt bi-
71 berẽt. Et murmurauit populus aduerſus Moyſem di-
centes. Non dicens, ſed dicentes. Ex pluribus enim po-
72 pulus conſtat. Et venerunt omnis ſynagoga filiorum
Iſraël in eremo. Non dixit, venit, quia ſynagoga ex plu-
73 ribus conſtat. Murmurabant omnis ſynagoga filio-
rum Iſraël aduerſus Moyſem & Aaron. Eadẽ eſt & iſta
74 locutio. Dixit autem dominus ad Moyſem, Ecce ego
pluam vobis panem de cœlo. Manna pluiturus, panes
promiſit: Locutio eſt qua panis pro alimento ponitur.
Amat autem ſcriptura pluraliter magis panes quàm ſin-
75 gulariter dicere. Mane videbitis, inquit, gloriã, dum
exaudiet murmurationem veſtram ſuper deum, id eſt,

quia murmuratis ſuper deum. Quod tantum valet ac ſi D
diceret, aduerſus deum. Deinde notandum nouo mo-
do hic exauditionem dictam non precantium, ſed mur
murantium: cum reprehendat vtique ſcriptura murmu-
rationem: Tãquam hoc dixerit, quòd cognouerit deus
murmurationem eorum, & ipſam dei cognitionem, di-
xit exauditionem. Accedite ante deum exaudiuit e- 76
nim murmur veſtrum. Iterum exauditionem, non pre-
cum ſignificat & petitionum, ſed etiam murmuris ma-
lorum: hoc & poſtea dicit, deus exaudiuit murmur filio-
rum Iſraël. Et ecce in facie eremi minutum tanquam 77
coriandrum. Cum toties deus dicat faciem terræ, ſicut
hic faciem eremi, mirum eſt vnde homines ita errent
cum faciem audierint, vt tale aliquid opinentur, qualis
hominis facies eſt, vel alicuius animantis. Secundum 78
numerum animarum veſtrarum vnuſquiſq; cum com-
manentibus vobis colligite. Quàm ſæpe ſcripturas ani-
mas homines appellat, à parte totum: Non facile autem *Pſal. 55.*
carnes pro hominibus, ſed carnem, ſicut eſt, Non time-
bo quid faciat mihi caro. Quod apertius in eodem Pſal
mo ait, Quid mihi faciet homo. Non autem diceret ſe-
cundum numerum carnium veſtrarum: ſicut dixit, ſe- E
cundum numerum animarum veſtrarum. Et colle- 79
gerunt illud mane mane: quo modo puteos puteos, acer
uos aceruos, ſic dictum eſt mane mane. Nullus ve- 80
ſtrum egrediatur vnuſquiſque de loco ſuo die ſeptimo.
Quod interpoſitum eſt, vnuſquiſque, potuit & nõ dici.
Non erat autem populo aqua bibere: id eſt, ad biben 81
dum. Et maledicebant populus ad Moyſem, id eſt, 82
maledictis agebant Moyſem, hoc eſt, maledicebant illi,
nam hoc in conſequentibus ipſe dixit, Quid maledici- *Exod. 17.*
tis mihi? Et murmurabat populus ad Moyſem dicen- 83
tes. Et virgã in qua percuſsiſti flumẽ accipe in manu 84
tua. In qua percuſsiſti dixit pro eo quod dicimus, de qua
percuſsiſti, Et eſt iſta locutio creberrima in ſcripturis.
Et ſumpſit Iethor vel Iethro ſocer Moyſi holocauſto- 85
mata & ſacrificia deo. Sumpſit pro eo quod eſt obtulit. *Leuit. 18.*
An forte ſenſus eſt, nõ locutio? vt ea ſumpſiſſe intelliga-
tur, quæ Moyſes obtuliſſet, quãquam Moyſes non lega- *Exod. 17.*
tur ſuperius ſacrificaſſe, nec Aaron nec quiſquam He-
bræorum qui educti ſunt de terra Aegypti: ſed tantum
ſuperius ſcriptum eſt, quòd altare conſtituerit Moyſes,
& appellauerit illud, dominus meũ refugium. Iſtum au-
tem Iethor legimus ſacerdotem fuiſſe Madiam, id eſt, F
gentis Madian. Mirum eſt autem, ſi ad eius aduentum
cœpit ſacrificare Moyſes, & non potius ipſe Iethor qui
iam ſacerdos erat. Graue tibi verbum hoc: ſubaudi- 86
tur, eſt. Et demonſtrabis illis vias in quibus ambula- 87
bunt in eis. Verbum autem graue referebant ſuper 88
Moyſem. Sic enim habet Græcus, quod Latini interpre-
tati ſunt, ad Moyſem. Illa ſanè locutione ipſa etiã cura
ſignificatur, quia dictum eſt ſuper Moyſem, velut onus
ei ſignificetur interpoſitum. Verbum autẽ graue, dictũ
eſt pro quæſtione graui. Vnde ſequitur, Omne autem 89
leue verbum iudicabunt ipſi. Quod Græcus habet *ἐπο-*
νομάσω ſupernominauero, aut annominauero expreſ-
ſius dicitur, quod vſitatius cognominauero nõnulli in-
terpretati ſunt. Sed non habet neceſſariam ſignificatio-
nem cognominauero: propinquius autem dicitur co-
gnominauero quàm nominauero: Nã & hoc aliqui in-
terpretes dixerunt. Et veniam ad te & benedicã te. 90
Cum ſuperius pluraliter loqueretur, facietis & immo- *Exod. 20.*
labitis: dicit, veniam ad te, tanquam ipſi Iſraël, id eſt, po-
pulo. Et hæ iuſtificationes quas pones coram illis, 91
Si emeris ſeruum Hebræum, & cætera. Notanda locu- *Exod. 21.*

G tio, quemadmodum cum illud dictum ſit ad Moyſem,
hoc eſt,Hæ ſunt iuſtificationes quas appones coram il-
lis:iam ad populũ ipſum cętera dicuntur quaſi ad Moy-
ſem,Si emeris ſeruum Hebręum.Non enim hoc Moyſi
dictum eſt,ſed quod populo,tãtum ipſi populo dicebat,
Pertũdet ei dominus auriculam de ſubula, & ſeruiet in
ſempiternum,vel in æternum.quod Gręcus habet εἰς τὸν
αἰῶνα Ecce quemadmodum ſcriptura multis locis dicit
ſecundum hoc verbum græcum ſempiternum vel æter-
num. Vbi non intelligitur æternitas illa ſecũdum quam
nobis æterna promittuntur,vel ſecundum quam à con-
trario igne æterno mali cremabuntur: neque enim ſer-
uus iſte qui viuere in æternum non poſſet,poſſet ſeruire
in æternum:ſed intelligitur æternum dictum:cuius tem
poris finis non eſt: aut certe aliquid hoc ſacramento ſi-
92 gnificatur æternum. Dabo tibi locum in quem fugiat
93 ibi qui occiderit. Si quis percuſſerit ſeruum ſuum aut
94 ancillam ſuam in virga.quod eſt de virga. Lapidibus
lapidabitur taurus.quaſi poſſet lapidari niſi lapidib⁹.Dif
fert aliquid iſta locutio ab illa qua diceret more ſcrip-
turarum, lapidatione labidabitur,ſed tamen ſimilis eſt.
95 Si autem taurus cornupeta erat ante heſternã & nu-
H diuſtertianam.pro tempore pręterito poſuit partem pro
toto,quantumcunque illud fuiſſet , more ſcripturarum.
96 Si quis autem aperuerit lacum aut exciderit lacum,
& non aperuerit eum , & ceciderit illuc vitulus aut aſi-
nus,dominus laci reddet . Et hæc locutio à parte totum
Exod.22. intelligenda eſt.Non enim ſi equus ceciderit in lacũ aut
97 onis,ideo nõ reddet,quia hoc ſcriptũ non eſt. Quod
98 autem mortuum fuerit, ipſi erit. pro ipſius erit. Si au-
tem depauerit quis agrum vel vineam, & admiſerit pe-
99 cus ſuum depaſcere agrum alium . id eſt , alienum. Si
autem pignus acceperis veſtem proximi tui , ante ſolis
occaſum reddes ei.Genus pro ſpecie poſuit. Sic enim di
ctum eſt,ac ſi de omni veſte pignus dederit , cum de il-
lo ſpecialiter ſe dicere ex conſequẽtibus ſcriptura reſte-
tur,qui nõ habet niſi eam veſtem vnde ſe nocte coope-
100 riat. Ecce ego mitto angelum meum ante faciẽ tuam
Exod.23. vt ſeruet te in via , & inducat te in terram quam paraui
tibi:ante te ibit & exaudi eum . Angelum ſuũ iubet deus
exaudiri à populo,non vtique petentem,ſed iubentem.
101 Et mittam veſpas ante te & eiiciet Amorræos.A plu-
rali ad ſingularem numerum ſe cõuertit.Intelligitur au-
tem,eiiciet Amorræos veſpa,ſicut rana,ſicut locuſta, nõ
I quod vna ſit,ſed quod per ſingularem numerum plura-
102 lis numerus intelligatur. Per partes eiiciam illos à te.
Non diſpones illis & diis eorum pactum & non conſi-
dent in terra tua, nec peccare te faciant ad me. Non di-
103 xit in me, idem tamen ſignificat. Reſpondit autem
104 omnis populus voce vna dicentes. Et viderũt locum
Exod.24. vbi ſteterat ibi dominus deus Iſraël . Vbi ſteterat poſſet
105 ſufficere,ſed Hebraice dicuntur iſtę locutiones. Et in-
Exod.25. aurabis illa auro . ſimilis eſt locutio lapidibus lapidabi-
106 107 tur. Cyathos in quibus immolabũt in eis. Duas ba-
ſes columnæ vni in ambas partes eius, & duas baſes co-
lumnæ vni in ambas partes eius . Ne de omnibus dice-
ret,de duab⁹ dicit more ſuo geminãdo:ſicut puteos pu-
teos, aceruos aceruos, generationes & generationes: &
108 ſimilia. Et columnas inaurabis auro,& inaurabis ſer-
109 ras auro. Et inærabis ea æramento . Talis locutio eſt,
110 inaurabis auro. Extra velum,quod eſt ſuper teſtamen
Exod.26. tum. De lucerna accendẽda cum diceret, hoc ait,id eſt,
Exod.27. quòd foris accenderetur vbi eſt ſanctum,non intra ve-
lamen quod eſt ſuper teſtamẽtum,hoc eſt,ſanctum ſan-
ctorum.Ergo ſuper, non ſic ait tanquam eſt tectum, vel
camera,vel firmamentum cœli, vel arcæ cooperculum: K
ſed etiã quod vice parietis oppoſitum eſſet , ſuper dixit:
ſicut dicimus ſuperiorem diſcumbere aut ſtare,non vti-
que alterum portari ab altero. Legitimum ſempiter- 111
num in progenies veſtras.Eo modo ſempiternum, quo
multa ſuperius diximus. Et ſumet Aarõ nomina filio- 112
rum Iſrael ſuper rationale iudicij ſuper pectus introeun Exod.28.
ti ſanctuariũ.hoc eſt,ſumet Aaron introiẽs,quod aliqui
Latini ſolœciſmum vitantes interpretati ſunt. Sed quia
& Græcus introëunti habet , & Latini aliqui conſonãt,
locutionẽ potius notandam credidi quàm corrigendã.
Et pones ſuper ratione iudicij fimbrias catenatas.Et
hic Latini nonnulli ſolœciſmum cauentes, fimbrias ca- 113
tenatas,interpretati ſunt. Græcus autem habet τὰ κροσ-
σοὺς τὰ ἁλυσιδωτά.Hanc ſolemus dicere abſolutam lo-
cutionem , cum generi maſculino vel fœminino neu-
trum infertur,quemadmodum ſi dicamus , iuſti æternæ
non ſunt ſtabilia. Et Aaron cum cœperit fungi ſacer- 114
dotio,audietur vox eius intranti in ſanctũ in conſpectu
domini & exeunti . Vocem eius ex tintinnabulis dixit, L
qui magis ſonus eſt eius.Intranti & exeunti,pro intrãtis Exod.29.
& exeuntis poſuit,datiuũ pro genitiuo. Et duos renes 115
& adipem quæ ſuper eos.ſubauditur,eſt,quod nonnulli Exod.30.
interpretes addiderũt. Et ſeparabit illud ſeparatione. 116
Et cum accendet Aaron lucernas , ſero incendet ſu- 117
per illud.Sero dixit pro veſpere, & ideo notãda locutio
eſt.ὀψέ quippe Græcus habet.Sero autem proprie nõ ſo-
let dici,niſi cum tempus tranſierit quo fieri debuit quod
ſero dicitur factum. Si acceperis cõputationem filio- 118
rum Iſraël in viſitatione eorũ , & dabũt ſinguli redemp-
tionem animæ ſuæ domino : & non erit in eis ruina in
viſitatione eorũ,& hoc eſt quod dabunt tibi.Pendet iſta
locutio,quia interpoſita eſt cõiunctio copulatiua, quæ ſi
non interponeretur,non penderet. Tribus autẽ locis eſt
poſita,quorum vndelibet detracta, plenam facit ſenten
tiam.Rurſus vbi dictũ eſt:Si acceperis computationẽ fi-
liorũ Iſraël in viſitatione ipſorum , & dabũt ſinguli re-
demptionem animæ ſuæ domino:ſi enim nõ dixiſſet,&
dabunt,ſed tantummodo dixiſſet dabunt,finiretur ſen-
tentia nec penderet. Ita enim diceretur, ſi acceperis cõ-
putationẽ filiorũ Iſraël in viſitatione eorũ dabunt ſin-
guli redemptionẽ animæ ſuę domino.Si autẽ hic poni-
tur hæc coniunctio, deorſum tollẽda eſt,vt ita dicatur,
ſi acceperis cõputationem filiorum Iſraël in viſitatio- M
ne ipſorum,& dabũt ſinguli redemptionem animæ ſuæ
domino , & non erit in eis ruina in viſitatione eorum,
hoc eſt quod dabunt . Aut certe in medio vbi dictum
eſt,& non erit in eis ruina: ſi detrahas coniunctionem,
non pendebit ſentẽtia.Erit enim ſenſus: ſi acceperis cõ-
putationem filiorum Iſraël in viſitatione ipſorũ , & da-
bunt ſinguli redemptionẽ animæ ſuę domino,non erit
in eis ruina.Cum vero vtiq; poſita eſt eadẽ coniunctio,
pendere fecit locutionem:ideo eam notandam putaui-
mus. Conſurrexit populus in Aaron,& dixerũt ei. Vſi 119
tata locutio eſt,quia ex multis populus conſtat . Deinde Exod.32.
notãdum,totũ pro parte poſitum. Apoſtolus enim ſicut
re vera erat,quoſdam eorum dixit hoc feciſſe, non totũ
populum,vbi ait: Neq; idolis ſeruiamus, ſicut quidã illo- 1.Cor.10.
rum. Surge & fac nobis deos qui nos pręcedãt.Sedẽti 120
loquebãtur,an potius locutio eſt notãda,ꝓpter quod ſæ
pe dicitur:Exurge domine,aut: Surge deus iudica terrã.
Et nũc ſine me,& irat⁹ ira:quo modo morte morieris, 121
Amat ita loqui ſcriptura. Cui ſunt aurea demite. Non 122
dixit quid aurea,vnde Latini interpretes dixerunt , qui
habet aurum demat. Quis ad dominũ veniat ad me. 123

A 124 Fecerunt ſibi deos aureos de vno vitulo. pluralem er-
go numerũ pro ſingulari poſuit. Inde eſt illud: Iј dij tui
Iſraël qui eduxerunt te de terra Aegypti. Non ſanè locu
tiones iſtę reperiũtur vbi pluralis pro ſingulari ponitur:
niſi in eo rerum genere in quo etiã de pluribus fieri vel
intelligi poteſt. Nõ enim quia vnus ille vitulus erât, ideo
non & plures fieri poterant, aut ideo non multis idolis
Matth. 27. ſimilis fuerat. Hac locutione dictum eſt, latrones inſul-
taſſe domino, cum hoc vnum feciſſe ſcriptura teſtetur,
ſed non ſolus fuerat latro. Quinetiam cum iſta locutio
fit per nomina propria, qualiter eam in ſcripturis factã
nondum cõperimus, plures ſic intelliguntur, ſicut Phæ-
dras & Medeas quidam dixerunt cum fuerit vna Phæ-
Exod. 33. dra & vna Medea, ſed Phędras & Medeas appellauerũt
omnes ſimiles Phędrę & Medeæ. Ita non ſine cauſa nec
vtcunque ac paſsim ſicut ab imperitis vicioſe fit, ſed cer
to modo certiſque regulis iſtæ locutiones interponun-
125 tur. Vade aſcende hinc tu & populus tuus quos edu-
xiſti de terra Aegypti, non, quem eduxiſti, quod ita vſi-
126 tatum eſt vt rarius aliter dicatur. Et dixit dominus:
Deponite ſtolas gloriarum veſtrarum & cultũ, & oſten
dam quæ facturus ſum tibi. A plurali ad ſingularem nu-
B merum locutionem terminauit, quia multi erant & po-
pulus erat: ſicut dixerat, Vos populus duræ ceruicis, non
dixit, tu populus, ſed vos populus, cũ vos, numeri ſit plu-
127 ralis, populus autem numeri ſingularis. Si inueni gra-
Exod. 34. tiam in cõſpectu tuo, ſimul ambulet dominus meus no-
biſcum. tãquam de alio dicat. Aſsiduæ ſunt hæ locutio-
nes, ſed cum dicitur ad deum, putatur patri dici de filio.
Cum autem talia dicerẽtur ad Pharaonem & ad Ioſeph
& ad alios, multis locis genus locutionis intelligebatur.
128 Nequando ponat teſtamentum iis qui ſedent ſuper
terram. Ac ſi diceret, ſedes habent, quod eſt habitant.
129 Et deos fuſiles ne feceris tibi. Locutio eſt à parte to-
tum ſignificans: Non enim quia fuſiles tantũmodo no-
minauit, fieri ſculptiles, ductiles, fictileſque permiſit, vel
vllum genus ſimulacrorum, aut qualemcũque factitio-
130 rum deorum. Omne adaperiens vuluam maſculina:
id eſt, omne adaperiẽs vuluam mihi erit ex iis quæ ſunt
131 maſculina. Primitiuũ ſubiugalis redimes oue. Et hoc
à parte totum eſt, Neque enim ſubiugale non ſit iumen-
tum quodlibet, cuius caro tanquam immũda reſpuitur,
C ideo non eſt redimendum, aut alio quàm oue redimen-
132 dum. Non occides ſuper fermentum ſanguinem im
molatorũ meorum. Locutio eſt vtique, occides ſangui-
133 nem, pro eo quod eſt, occidẽdo effundes. Et non dor
miet vſq; in mane immolatio ſolennitatis Paſchæ. Dor
miet, dixit, manebit, Nam caro pecudis occiſæ & coctæ
Pſal. 43. quo modo dormiet? Quod ergo dicitur, Quare obdor-
mis domine, hoc genere locutionis dicitur, & intelligi-
134 tur, quare ceſſas: id eſt, non vindicas. De quadragin-
ta dierum ieiunio Moyſi ſcriptura ſic loquitur, Panẽ nõ
manducauit & aquam non bibit. à parte totũ, pane om-
135 nem cibum, & aqua omnem potum ſignificans. Exci-
de tibi duas tabulas ſicut & primæ. ſubauditur, fuerunt:
vnde hoc verbum noſtri interpretes etiam addendum
putauerunt, quoniam inuſitata eſt in lingua Latina talis
136 eclipſis. Et erat Moyſes ad omnem ſynagogam filio-
Exod. 35. rum Iſraël, dicens. Plenum eſſet etſi non haberet, dicẽs.
137 Et attulerunt vnuſquiſq; quod afferret cor eorũ. Po-
terat vſitatius dicere, & attulit vnuſquiſque quod affere-
138 bat cor eius. Et quibus viſum eſt animæ eorum, attule
runt redemptionem domino. Non dixit, & ſicut viſum
139 eſt animæ eorum. Et omnis cui inuentum eſt apud
eum coria arietũ rubricata. quod diceretur vſitate, om-

nes apud quos inuẽta ſunt coria arietũ rubricata. Om 140 D
nis afferens redemptionem argentum & æs attulerunt
redemptiones domino. Vſitatius diceretur, omnis attu-
lit: quàm omnes attulerunt. Et apud quos inuẽta ſunt 141
apud eos ligna imputribilia. Apud eos, more ſcriptura-
rum additũ eſt, nam ſine hoc eſſet plena ſententia. Et 142
omnis mulier ſapiẽs mente manibus nere. quaſi nere poſ
ſet non manibus: & ſapiens nere, elegans atque inuſita-
ta locutio eſt. Deinde omnis mulier attulerũt. More ſu-
periorum plurali cõcluditur ſingularis, quia omnis mu-
lier attulit, vſitati⁹ diceretur. Et omnes mulieres qui- 143
bus viſum eſt ſenſu ſuo, in ſapientia nerunt pilos capri-
nos. Notandum ſapientiam in his artibus ſæpe appella-
re ſcripturam, id eſt, ſophiam. Et compoſitiones & 144
oleum vnctionis & compoſitionem incẽſi. Non cõpo-
ſitiones aliquas extra debemus intelligere: ſed cum di-
ctum eſſet, & compoſitiones, per coniunctionem copu-
latiuam nõ aliud adiunxit, ſed quod dixerat expoſuit, vt
ſciremus quas compoſitiones, & oleum, inquit, vnctio-
nis & compoſitionem incenſi. Compoſitionem autẽ vo
cat, quia ex multis ita confecta ſunt. Et omnis vir & 145
mulier quorum afferebat ſenſus eorũ vt intrarent & fa-
cerent omne opus quodcunque præcepit dominus fieri E
illud per Moyſem, attulerunt filiј Iſraël redemptionem
domino. Ergo omnis vir & mulier, intelliguntur filiј Iſ
raël. Cæteræ locutiones ſimiles ſuperioribus. Facere 146
aurum & argentum & æs. pro eo quod eſt facere ex au-
ro & argento & ære. Non enim aurum faciebant, ſed ex
auro. Tale eſt etiam quod paulo poſt dicit, & operari li-
gna: hoc eſt, ex lignis. Facere omnia opera ſancti texti-
lia, & varia texere cocco & byſſo, facere omne opus ar-
chitectonicum varietatis. Ecce in rebus textilibus archi-
tectonicum opus appellat: mirum niſi propterea, quia
tabernaculo fiebant quod ædificio ſimile fuit, & tan-
quam domus erigebatur. Quid autem dicat opera ſan-
cti, non euidẽter apparet: vtrum ſancti ſacerdotis, quo- F
niam & de ſtola vel de ſtolis eius hæc dicuntur, an ſan-
cti dei in cuius cultu hæc fiebant: an opera ſancti, ſicut
dicebatur ſanctum & ſanctumſanctorum. Humera- 147
lia continentia ex vtriſque partibus eius. Non dixit ex Exod. 38.
vtriſque partibus eorum, quanuis illa humeralia, nõ hu-
merale dixiſſet: ſicut ſolet humerale dicere, Ipſum enim
appellauit pluraliter humeralia, ſicut ſtolam & eaſdem
ſtolas. Et Eliab fili⁹ Achiſamech de tribu Dan qui ar- 148
chitectonatus eſt textilia & conſutilia, & diuerſicoloria
texere de cocco & byſſo. Nouo modo dicuntur archi-
tectonari textilia. Etiam illud à parte totum intelligen-
dum eſt quod ait, texere cocco & byſſo: ex his enim & cę
tera intelligimus, id eſt, purpura & hyacinthum. Et fe 149
cerunt filiј Iſraël ſicut præcepit dominus Moyſi, ita fece Exod. 39.
runt. Plenum eſſet etiam ſi non adderetur, ita fecerunt.
Et fecit Moyſes omnia quæ præcepit ei dominus, ita 105
fecit. Similiter vt dictum eſt, & filiј Iſraël. Exod. 40.

DIVI AVRELII AVGVSTINI LOCVTIONIS DE LEVITICO, Liber tertius.

DE LEPROSO cũ loqueretur do- 1
minus ait, Et immundus immun- Leuit. 13.
dus vocabitur. quaſi non ſatis eſſet
ſemel dicere, immũdus vocabitur.
Quanquam nõnulli codices ita ha-
beant. In alio Græco ita inuenimus
ſemel dictum, immundus vocabi-
tur.

G tur. Item paulo poſt dicit, Cum ſit immundus, immun-
dus erit. quod in Latinum de Græco non ſicut poſitum
eſt exprimi potuit, ait enim Græcus ἀκάθαρτος ὤν, ἀκά-
θαρτος ἔσται quaſi diceret, immundus exiſtens immūdus
erit: ſed non hoc eſt exiſtens quod Græcus dixit ὤν, ſed
ſi dici poſſet, eſſens ab eo quod eſt eſſe, non ab eo quod
2 eſt, exiſtere. Et veſtimento ſi fuerit in eo tactus lepræ.
Potuit vſitate ita dicere, & in veſtimento ſi fuerit tactus
3 lepræ. Aut in omni vaſe pellicco in quocunque fuerit
in eo tactus. Poterat ſatis eſſe, in quocunque fuerit ta-
4 ctus. Et ecce non cōmutauit tactus aſpectum ſuum,
id eſt colorem in quem aſpicitur: non enim aſpectum
quo ipſe aſpicit. Tactum quippe ipſam maculam dicit.
5 Et accipiens ſacerdos de hemina olei, ſuperfundet
Leuit. 14. in manum ſacerdotis ſiniſtram. Non dixit, in manum
6 ſuam ſiniſtram, cum vtique in ſuam faciet. Viro vi-
Leuit. 15. ro cuicunque fuerit fluor, & homo cuicunque exierit ex
eo concubitus ſeminis, & omne ſuper quocunque dor-
mit ſuper illud, & omne ſuper quod ſederit ſuper illud
7 immundum erit. Et emittet in manu hominis parati
Leuit. 16. in eremum. Id eſt, emittet in eremum in manu homi-
nis ad hoc parati. De hirco emiſſario loquebatur cum
H hoc diceret, Notandum eſt autē quo modo dicat ſcrip-
8 tura, in manu. Homo homo filiorum Iſraël, id eſt, ex
Leuit. 17. filiis Iſraël. Iſta autem repetitio quemlibet hominem vi-
9 detur ſignificare, id eſt, ille aut ille. Turpitudinem pa-
Leuit. 18. tris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis. Hac
10 locutione concubitum vetuit cum his perſonis. Tur-
pitudinem fratris patris tui non reuelabis, & ad vxorem
eius non introibis: propinqua enim tua eſt. Et, poſuit
pro, id eſt. Hanc enim dicit turpitudinem fratris patris
eius, id eſt, turpitudinem patrui, pudenda vxoris patrui.
11 Et exhorruit terra eos qui incident ſuper eam. id eſt,
Leuit. 19. ſedes habēt, quod eſt habitant. Et permetentibus vo-
12 bis meſſem terrę veſtræ, non perficietis meſſem veſtram
agri tui permetere. Hoc quod à plurali cœpit, & ad ſin-
gularem numerum terminauit, plerique Latini inter-
pretari noluerunt, ſed dixerunt agri veſtri, vbi dictum
eſt agri tui, quaſi Græcus hoc non poſſet dicere. Magis
13 ergo locutio notanda fuit quàm emendanda. Qui-
Leuit. 20. cunque acceperit ſororem ſuam ex patre ſuo aut matre
ſua, & viderit turpitudinē eius, & ipſe viderit turpitudi-
nem eius, turpitudinem ſororis ſuæ reuelauit, peccatum
I ſuum accipient. Peccatum poſuit pro pœna peccati.
14 Et ſegregabitis voſmetipſos inter medium pecorum
mundorum, & inter medium pecorum immundorum,
& inter medium volucrum mundarum & immunda-
rum. Segregabitis voſmetipſos dixit, inter medium mū-
dorum & immundorum: quoniam ſegregantur mun-
da ab immundis, vel à mundis immunda: noua eſt om-
nino locutio. Aliud eſt enim, ſegregabis inter mediū pe
corum mundorum, & inter medium pecorum immun-
dorum, ſicut ſępiſſime loqui ſolet. Aliud eſt quod modo
ait: Segregabitis voſmetipſos, tāquam ab alterutrum ſe-
gregantes ſeipſos ſegregent ab vtraſque, tanquam iudi-
15 cādo inter vtraque. Dic ſacerdotibus filiis Aaron &
Leuit. 21. dices ad eos: In animabus non inquinabuntur in gente
eorum niſi propinquo qui proximus eſt eis. In luctu di-
cit qui debetur animabus defunctorum, Ideo enim lu-
16 gentur, quia exceſſerunt. Et caluiciū non rademini ſu
per mortuum, & ſuper carnes ſuas non ſecabunt ſectio-
nes. Vſitata eſſet locutio, carnes ſuas nō ſecabunt ſectio-
17 nibus. Mulierem fornicariam & profanam non ac-
cipient, & mulierem eiectam viro ſuo. quoniam ſanctus
eſt domino deo ſuo. Nō dixit quoniam ſancti ſunt, ſed
tanquā de vno loqueretur cū cœperit à plurali. Deinde K
ſequitur ſingulariter: Sāctificaui eum, dona domini dei
veſtri iſte offeret, ſanctus eſt: quoniā ſanctus ego domi-
nus qui ſanctifico eos: rurſus ad pluralem cōclutit. Si 18
autem ſacerdos poſſederit animā emptam pecunia, hic
edet de panibus eius. Non dixit, hæc edet, cum animam
dixerit, quæ generis eſt fœminini: ſed potius ad illud re-
ſpexit quod per animam ſignificare voluit, id eſt, ad ho-
minem. Et filia hominis ſacerdotis ſi fuerit viro alie- 19
nigenæ. id eſt, ſi nupſerit viro alienigenę. Et locutꝰ eſt Leuit. 22.
dominus ad Moyſem dicens: vitulū aut ouem aut caprā 20
cum natum fuerit, & erit ſeptem dies ſub matre ſua. Plus
videtur habere, &, ſecundum vſitatiſſimas locutiones
in ſcripturis, quas Latini plerique transferre noluerunt.
Et ſanctificabor in medio filiorū Iſraël. quod eſt ſan- 21
ctus habebor. Neque enim dominus etiā præter filios Iſ
raël nō eſt ſanctus. Eo ſenſu dictū eſt & in oratione do-
minica: Sanctificetur nomen tuum. id eſt, ſanctū habea- Matth. 6.
tur ab hominibus. Loquere ad filios Iſraël & dices ad 22
eos: Solennia domini quæ vocabitis vocata ſancta, iſta Leuit. 23.
ſunt ſolennia mea, ſex diebus facies opera. Cum ad plu-
res loquendum dixerit, tāquam ad vnū poſtea loquitur. L
Et numerabitis vobis à die craſtino ſabbati quia ob- 23
tulerit gremium ſuperpoſitionis, ſeptem ſeptimanas inte-
gras numerabis. Non dixit numerabitis, cū ad plures ſu-
perius loqueretur. Et cum nominaſſet filius mulieris 24
Iſraëlitidis, nomē maledixit: Cum hic nō addiderit dei, Leuiti. 24.
manifeſtum eſt tamen nomen dei eſſe intelligendū cui
maledixit. Homo homo ſi maledixerit deum, ſuū pec 25
catum accipiet. Ecce vbi ſatis apparet locutionis eſſe, cū
dicitur homo homo, tanq̃ dicat, homo ille aut ille, hoc
eſt quicūque homo. Non ſicut quidā putauerunt, homo
ita dici, tanquam laudabiliter nūcupetur: ac ſi diceretur
homo, ſed homo, id eſt, non qualiſcunq; velut ſimilis pe
cori, ſed qui vere ſit homo: quem ſenſum nō eſſe verum,
ſed locutionis hoc eſſe ſcripturarū aperte hic oſtēditur,
cum in eo dicitur qui culpatur, nō qui laudanit. Cum 26
de ſeruis ageret quos liceret habere Iſraëlitis. Et erūt vo- Leuit. 25.
bis, inquit, in poſſeſsione in æternū. cum vtiq; æterni mo
riendo eſſe nō poſſent vel domini vel ſerui. Aeternū er-
go dixit, vbi non eſt tēporis pręſtitutus modus quo vſq;
ſeruiāt, ſicut cōſtitutus eſt eis quos in remiſsione dimit-
ti iubet libertati ſuę. Si in pręceptis meis ambulaueri- 27
tis, & mādata mea obſeruaueritis & feceritis ea, & dabo Leuit. 26.
pluuiam vobis in tempore ſuo. Superfluum eſt, &, cōſue- M
tudini locutionis noſtræ, ſed more ſcripturarum addi-
tum. Sequebatur enim, dabo vobis. Et ſi vſque adhuc 28
non obedieritis mihi, & apponam caſtigare vos ſepties
in peccatis veſtris. Etiam hic ſuperfluum eſt, &, ſequeba-
tur enim, apponam caſtigare vos. Quod autem ſepties
ait, ſepties pro omni numero accipiendum eſt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI LOCVTIONIS DE NVmeri, Liber quartus.

ET vobiſcū erūt vnuſquiſq; ſecundū 1
caput vniuſcuiuſcunq; principū. Fi- Nume. 1.
lij Simeon ſecundū propinquitates & 2.
eorū, ſecundū populos eorū, ſecun-
dum domos familiarū eorum, ſecū-
dum numerū nominū eorū, ſecun-
dum caput eorū, omnia maſculina
à viginti annis & ſupra, omnis qui pcedit in virtute re-
cognitio eorū. Hæc locutio quod nō dicit filij Simeon,
vel

A vel ex filiis Simeon, ſed filiis Simeon datiuo caſu, & hoc
ſeruat deinceps in cæteris tribubus. non eſt tranſlata ab
2 interpretibus Latinis quos inſpicere potuimus. In ſo-
la autem tribu Ruben quæ prima numerata eſt, non eſt
iſta locutio. Non enim ait: Filiis Rubẽ ſecundũ propin-
quitates eorũ, & cętera, ſed ait: Et fuerũt filiis Ruben pri-
mogeniti Iſraëlis ſecundũ propinquitates eorum, & de-
3 inde ſimiliter vt in cæteris. Et fecerunt filij Iſraël ſe-
Nume.2. cundũ omnia quæ mãdauit dominus Moyſi & Aaron,
4 ita fecerunt. Sacerdotes qui vncti ſunt, quorũ cõſum-
Nume.3. mauerunt manus eorum ſacerdotio fungi. Et impo-
5 nent ſuper illud omnia vaſa eius quibus miniſtrant in
Nume.4. ipſis. Et reddet cui deliquit ei. Quidam locutionem
6 iſtam transferre volentes, emendato ordine verba trãſ-
7 tulerũt, dicentes: & reddet ei cui deliquit. Vir aut mu
Nume.5. lier quicunq; fecerit ab omnibus peccatis humanis. Nõ
ait, quæcunque fecerit: Sed locutio eſt, vbi ſexus maſcu-
linus pronomen vindicauit, quamuis poſterius fœmini-
8 nus ſit poſitus, quæ locutio vſitata non eſt. Viri viri ſi
præuaricata fuerit vxor eius. Non ſolum quia gemina-
uit nomen, vt diceret: Viri viri, ſed etiam quia addidit,
9 eius, notãda locutio eſt. Si ſuperueniet illi ſpiritus ze-
B landi, illa autem non fuerit inquinata, & adducet homo
vxorem ſuam ad ſacerdotem. Superfluũ eſt, &, ſed ſcrip
10 turis vſitata locutio. Erit aqua argutionis quæ male-
dicitur hæc. Hanc locutionem inuſitatã fecit ordo ver-
borum. Poſſet etiam vſitate ita dici: Erit aqua argutio-
nis hæc quæ maledicitur, vel ſi quid aliud vſitata verba
11 ordinando dici poteſt. Innocens eſto ab aqua argu-
tionis quæ maledicitur hæc. In hac locutione non ſolus
verborum ordo inuſitate ſonat, ſed etiam caſus mutatus
eſt. Eſſet enim integrum & vſitatũ: Innocẽs eſto ab hac
aqua argutionis quæ maledicitur, aut ab aqua argutio-
12 nis hac quæ maledicitur. Et inflabitur ventrem. pro,
inflabitur ventre. Hæc locutio & apud Latinos autho-
res frequentatur, ſed interpretes noſtri qui eam transfer
13 re noluerunt, dixerunt: Et inflabitur venter eius. Vir
Nume.6. vel mulier quicunque magne vouerit votum. Non di-
14 xit quæcunque. Et radetur caput ſuum. Talis locutio
15 eſt qualis ſuperius, inflabitur vẽtrem. Sex vehicula te-
Nume.7. cta & duodecim boues: vehiculum à duobus principi-
bus, & vitulum à ſingulis. In hac locutione notandum
putaui eoſdẽ dictos vitulos quos boues dixerat, ſed hoc
16 etiam Græcum idioma eſſe perhibetur. Princeps vnus
C quotidie, princeps quotidie offerent dona ſua. pro eo vt
17 diceret: Singulis diebus ſinguli principes. Vitulum
18 vnum pro bobus, & hircum ex capris vnum. Et non
Nume.8. erit in filiis Iſraël accedens filiorũ Iſraël ad ſancta. † Vi-
† eſcam. detur potuiſſe ſufficere: & nõ erit in filiis Iſraël accedens
ad ſancta, † aut certe: Non erit filiorum Iſraël accedens
19 ad ſancta.† Et fecit Moyſes & Aaron & omnis ſyna-
goga filiorum Iſraël Leuitis ſecundum quæ præcepit do
20 minus Moyſi de Leuitis, ita fecerunt eis filij Iſraël. Et
Nume.9. homo homo quicunque mundus fuerit, & in viam lon-
ginquam non eſt, & defuerit facere Paſcha, extermina-
bitur anima illa de populo ſuo. Ergo homo homo, locu
21 tio eſt, ac ſi diceret: Quicunque homo ille vel ille. Et
cum aſcendiſſet nubes à tabernaculo, & poſtea promo-
uebãt filij Iſraël. Poterat plenum eſſe, Et cum aſcendiſſet
22 nubes à tabernaculo, promouebant filij Iſraël. Et pro-
Nume.10. mouebunt ordo caſtrorum filiorum Iuda primi. Et
23 promouebunt filij Gerſon & filij Merari. Futuri tempo-
ris verbum poſuit cum rem geſtam præteritã narret, ſi-
cut in ſuperioribus cũ de nube loqueretur, ad cuius mo-
tum vel ſtationem caſtra promouebant vel conſiſtebãt,

atque ita deinceps in plurium promotionibus hoc ver- 24 D
bo vtitur. Et dixit Moyſes Obeth filio Raguel Madia-
nitæ genero Moyſi. nõ ait genero ſuo. Et dixit ad eũ: 25
Non ibo, ſed ad terrã meam & ad progeniẽ meam, ſub-
auditur, ibo. Et promiſcuus qui erat in eis concupiue- 26
runt cõcupiſcentiã. Singularẽ poſuit pro plurali, vt pro- Nume.11.
miſcuus diceret, nõ promiſcui, & tamen pluralẽ reddi-
dit. cum ait, concupiuerunt. Nunc autẽ anima noſtra 27
arida, nihil pręter in manna oculi noſtri. Deſunt verba,
eſt, & ſunt: plenum quippe eſſet, Anima noſtra arida eſt,
nihil præter in manna ſunt oculi noſtri. Nam quidã in-
interpretes ita tranſtulerunt, & addiderũt verba quę nõ
ſunt in Gręco. Et molebant illud in mola. Sexcẽta 28 29
milia peditũ, in quibus ſum in eis. Et abſtulit de ſpiri-
tu qui ſuper ipſum. ſubauditur, aut erat, aut erit. Sed hãc
locutionem quę dicitur eclipſis, Gręco eloquio familia-
riſsimam, & quantum puto etiam Hebræo, Latinos in-
terpretes transferre piguit, cum & in Latina lingua fre-
quentetur, quãuis minus quàm in Græca. Et percuſsit 30
dominus plagam magnã valde. Notanda fuit locutio,
percuſsit plagam, nõ percuſsit plaga, quod eſt vſitatum. E
Et homo Moyſes lenis valde. ſubauditur, erat. Et ira 31 32
animationis domini ſuper eos, ſubauditur, facta eſt. Ec- Nume.12.
ce Maria leproſa ſicut nix. Et hic ſubauditur, facta. Et 33
quæ terra in qua iſti incident ſuper eam. Et quæ ciuitas Nume.13.
in quibus iſti habitant in ipſis. Locum ipſum quẽ no- 34
minauerunt vallem botri. cum ſuperius dixiſſet: Vene-
runt in vallem botri. Dictum eſt ergo per anticipatio-
nem, non quia iam hoc vocabatur quando venerũt, ſed
cum ſcriberetur hic liber, iam vocabatur. Quoniam 35
fortior eſt nobis magis. vſitata eſſet locutio ſi non habe-
ret magis. Et protulerunt pauorem terrę quam expo- 36
liauerunt eam. Terram quam trãſiuimus eam explo- 37
rare, terra comedens qui habitant ſuper eam eſt. Dicen- Nume. 14.
dum autem fuit vſitate, terra quam tranſiuimus explora-
re. Terram quam explorauimus eam bona eſt valde 38
valde. Et ait omnis ſynagoga lapidare eos in lapidi- 39
bus, non dictum eſt lapidibus, cum ipſum lapidare poſ-
ſet vſitata locutione ſufficere. Et quouſq; non credũt 40
mihi in omnibus ſignis quibus feci in ipſis: Nõ ait, quę fe
ci in ipſis. Puer autẽ meus Caleph, quoniam ſpiritus 41
alius in eo, & aſſecutus eſt me, & inducam eum in terrã.
Vſitatum eſſet ſi nõ haberet, &. Et inducã eum in ter- 42
ram, in quã intrauit illuc. Sufficeret vſitata locutione, in F
quã intrauit. Et ait dominus ad Moyſem & Aarõ di- 43
cẽs. Hoc illatũ eſt, cũ dominus & ſuperius loqueretur. Fa
cit hoc ſæpe ſcriptura cũ aliquid aliud vult dicere, iterũ
inducit loquentẽ qui iã loquebatur. Quotquot mur- 44
murauerũt ſuper me. nõ ait, de me, aut aduerſus me. Et 45
hæreditate poſsidebunt terram & quam vos abſceſsiſtis
ab ea. Vſitatum eſſet à qua vos abſceſsiſtis: nunc vero, &
quã abſceſsiſtis dictum eſt, & nouo more, &, additũ eſt
ab ea, ſicut ſcripturę loqui ſolẽt. Sicut eſt: Penituſq; ſonã- Aenei.1.
tes, Acceſtis ſcopulos: id eſt, acceſsiſtis ſcopulos: non ait,
ad ſcopulos. Et, Deuenere locos: non ait, ad locos. Ita &
quã abſceſsiſtis: nõ ait, à qua abſceſsiſtis. Ego domin⁹ 46
locutus ſum, niſi ita fecero ſynagogæ iſti malignę. Quæ-
rendũ eſt ſanè quid ſit quod Græce poſitum ſit ἐκει. No-
ſtri enĩ interpretes hoc penè vbiq; interpretati ſunt, niſi
in terrã in quã ego induco vos illuc. * Si autem anima 47
vna peccauerit non ſponte, offeret caprã vnam annicu- Numer.15.
lam pro peccato, & exorabit ſacerdos pro anima inuita, * Si anima
& quæ peccauerat nolẽter ante dominũ, exorare pro eo, vna pecca-
& remittetur ei. In hac ſententia & illa locutio notanda uerit: cũ ſcelo
erat, quòd ait, exorabit ſacerdos: & poſtea dixit exorare. ſit ducens,

exorare pro eo. vbi intelligitur, pro eo homine. Nam quod adiũxit, et dimittetur ei: in Latino quidem nõ apparet, quia hoc pnomẽ generis omnis poſitũ eſt ei.

G Vtrunque enim ſimul, ita dici poſſet, exorabit exorare.
Et illa, quod à fœminino genere incipiẽs ad maſculinũ
clauſit. Cum enim dixiſſet, ſi anima voa peccauerit, con-
cluſit dicens, exorare pro eo: vbi intelligitur, pro eo ho-
mine. Nam quod adiunxit, & dimittetur ei: in Latino
quidem non apparet, quia hoc pronomen generis om-
nis [eſt: Sed in Græco maſculinũ elucet, vbi habet αὐτῷ,
quod hic] poſitum eſt, ei. Quod vero hic dictũ eſt, pro
anima inuita: intelligitur: quæ iouita peccauerit, non ꝙ
nolit pro ſe offerri. Hoc enim etiam conſequenter expo
ſuit, vbi ait: & quę peccauerit nolẽter. Et ideo [inuita] po
ſitum eſt, quia Latine nõ potuit exprimi quod Græce di-
ctum eſt ἀκουσιασθεῖσης. Non potuit enim dici nolenta-
ta vel quid aliud ab eo quòd nolens fecerit. Et anima
quæcunq; fecerit in manu ſuperbiæ. ſubauditur peccatũ.
48 Notaodum etiam quod ait, manu ſuperbiæ, manum po
49 nẽs pro opere ſiue poteſtate. Morte moriatur homo,
lapidate eum lapidibus omnis ſynagoga, & morte mo-
Nume.16. riatur. Et lapidate lapidibus, & lapidate omnis ſynago-
50 ga, locutiones ſunt inuſitatę nobis. Et accipite ſinguli
thuribulũ ſuum. Et deſcenderunt ipſi & omnia quę ſunt
H eis. Pręſens poſuit pro pręterito, ſunt pro erãt vel fuerũt.
51 Et omnis Iſraël qui in circuitu eorum fugerũt à voce
eorũ. ſubauditur erat, id eſt, omnis Iſraël qui erat in cir-
52 cuitu eorum. Quoniã ſanctificauerunt thuribula pec
†animab⁹. catorum horum in maoibus† ſuis. Nõ dixit, quia ſancti-
ficauerunt thuribula peccatores hi in manibus† ſuis, ſed
quaſi quæreretur quorũ thuribula, pro eo vt diceret ſua,
dixit peccatorũ horum. Qui autẽ ſanctificauerint, intel-
53 ligendum reliquit, id eſt, quia ipſi. Et ecce germinauit
Nume.17. virga Aaron in domum Leui. Latina cõſuetudo, in do-
54 mo Leui exigeret dici. Et ego accepi fratres veſtros
Nume.18. Leuitas de medio filiorum Iſraël dationem datã domi-
no. Hęc locutio in Latinum neceſsitate ita tranſlata eſt.
Nam Græcus habet δόμα δεδομένον, quod ſi quiſquã La-
tine velit exprimere, dicturus eſt, datum datum, quia &
Philip.4. δόμα datum eſt, ſecundum quod dicit Apoſtolus: Non
quia quæro datum, ſed requiro fructũ. Quod in Græco
Gene.25. δόμα ſcriptum eſt. Et in Geneſi: Dedit Abrahã data filiis
Matth.7. ſuis. Græcus habet δόματα. Et in Euangelio: Noſtis bo-
na data dare filiis veſtris. δόματα eſt in Græco. Et δεδο-
μένον, datum eſt, non nomen, ſed participiũ. Ac per hoc
datum datum dici poſſet tanquã datum quod datur, ni
I ſi ambiguitas vitãda eſſet. Hanc ambiguitatem quidam
noſtri vitare conaotes interpretes, dooũ datũ dixerunt.
Sed donum Gręce δῶρον dicitur, non doma. Vnde hoc
loco non recte diceretur, quia non ſibi hoc donatũ à fi-
liis Iſraël dicit deus, ſed ꝓ primogenitis ſibi debitis red-
ditum. Vnde & quæ redduntur & quæ donãtur, data di
ci poſſunt. Et ideo omne donũ etiam datũ eſt, non om-
ne datum etiam donum eſt: quia nõ omne quod datur
55 continuo etiam dooatur. Omnis primitia olei, & om
nis prioiitia vini & tritici, primitia eorum quæcunque
dederint domino, tibi dedi ea. Non dixit omnem pri-
mitiuum tibi dedi eum. Sed cum dixiſſet, omnis primi-
tia, & enumeraret de quib⁹ eſſet, intulit tibi dedi ea: nec
ſaltẽ tibi dedi eam, aut tibi dedi eas, id eſt primitias, ſed
neutrum genus intulit, quod quidem fieri abſoluta locu
tione etiam in Latina lingua ſolet. Neque hoc quod di-
ctum eſt primitia, Latinum videtur, primitiæ quippe no
meri tantum pluralis dici ſoleot. Sed ſi põtuerunt inter-
pretes noſtri trãsferre quod in Græco inuenerunt: Non
Pſal.15. congregabo cõuenticula eorum de ſanguinibus. Et alio
Pſal.5. loco: Virũ ſanguioũ & doloſum abominabitur domi-
nus: cũ ſanguis in Latina lingua numeri ſit tantũ ſingu-
laris, cur etiam hic piget & ſingularẽ numerum primi- K
tia ſicut habet Græcus exprimere?, Aliqui tamẽ interpre-
tes primitias tranſtulerũt, & per accuſatiuũ caſum. vt di
cerent: Omnes primitias tibi dabo. Ita vtrãque locutio-
nem nobis inuſitatam quo modo in Gręco inuenta eſt,
ttansferre noluerũt. Loquere filiis Iſraël & accipiẽt à 56
te iuueocã rufam. Pro eo ac ſi diceret: Adducant ad te, *Nume.19.*
aut certè vtrunq; vſitate diceretur: Accipiant & adducãt
ad te iuuencã rufam. Et lauabit corpus ſuũ aqua. Hoc 57
intelligeretur etiã ſi non haberet aquam. Et ponet ex- 58
tra caſtra in locum mundum. Non in loco mũdo dixit,
quod Latinę locutionis eſt. Omne vas apertũ quęcũ- 59
que non habent alligaturam alligatã ſuper ea. Et acce 60
pit Moyſes virgam quæ ante dominũ. ſubauditur, erat. *Nume.20.*
Quia non credidiſtis ſanctificare me in conſpectu fi 61
liorum Iſraël. id eſt ſanctitatẽ meã declarare. Secũdum
iſtam locutionẽ dictum eſt: Et pro eis ſanctifico meip-
ſum. Et in oratione dominica: Sãctificetur nomẽ tuum.
Et incolæ fuimus in Aegypto dies plures. pro, annis 62
moltis. Et dixit ad eum Edom, Hic eſt gens ipſa. Non 63
enim adhuc viuebat Edõ qui erat Eſaü: ſicut ipſi qui nun *Matth.6.*
cios miſerũt Iſrael vocabantur, quod prius nomẽ vnius L
hominis erat. Et dicuot ei filij Iſraël: Iuxta montem 64
tranſibimus. Si autẽ de aqua tua biberimus ego & peco-
ra mea, dabo preciũ tibi. Satis eleganter à plurali tranſit
ad ſingularẽ oumerum, tanquã Iſraël diceret, cũ dixiſſet
filij Iſraël, & à verbis cœpiſſet numeri pluralis, quod eſt
tranſibimus & biberimus. Et vidit omnis ſynagoga 65
quia dimiſſus eſt Aaron. Non facile hoc verbum reperi-
tur in ſcripturis, dimiſſus, pro eo quod eſt mortuus. Hoc
& in Euãgelio eſt, vbi ait. Simeon: Nũc dimittis ſeruum *Lucæ.2.*
tuũ in pace. Veruntamen ἀπολύεις habet in Gręco, quod
magis à reſolutione quàm à dimiſsiõe dictũ ſonat. Nõ
enim dixit ἄφες quod ſine dubio eſt, dimittis. Et fle- 66
uerunt Aaron triginta dies omnis domus Iſraël. Nõ di-
xit fleuit, nec dixit tota vel vniuerſa, ſed omnis quaſi plu
res eſſeot. Sicuti eſt, omnis homo, quod de omnibus di-
citur, longe vtiq; aliud quàm totus homo quod de vno
dicitur: ſed aſsidue ponit ſcriptura omne pro toto. Et 67
detrahebat populus ad deum & aduerſus Moyſem. Nõ *Nume.21.*
dixit de deo ſed ad deum, quamuis hanc locutionẽ qui-
dam transferre nolentes, detrahebant de deo, tranſtule
runt. Ora ergo ad dominũ vt auferat à nobis ſerpen- 68
tem. Sicut in Exodo dictũ eſt, ranam, ſingulare pro plu- M
rali. Et factum eſt quando momordit ſerpens homi- *Supr.lib.2.*
nem, & aſpexit in æneũ ſerpentem & viuebat. Non ſolũ 69
hoc habet iſta locutio ꝙ vertit modũ verbi, & à ſpecie
perfecta præteriti tẽporis ad imperfectã clauſit, ſed etiã
quod plus habet, &c. Et eleuantes ex Oboth caſtra col 70
locauerũt in Colgai trans in eremo: hoc eſt in vlteriore *Nume.21.*
eremo. Et percuſsit aſinã io virga. nõ dixit virga, ſed 71
in virga. In maledictione inimicorum meorũ voca- 72
ui te, & ecce benedixiſti beoedictionẽ. Nõ dixit benedi- *Nume.23.*
ctione, ſed tanq̃ diceret, ecce benedixiſti benedictiooẽ.
Quæcunq; miſerit deus in os meum, hoc obſeruabo 73
loqui. Nõ dixit, hæc obſeruabo. Veni mecum adhuc 74
in locũ alium de quo nõ videbis eum inde. Et ait do- 75
min⁹ ad Moyſem: Accipe duces populi & oſtẽta eos do *Nume.25.*
mino cõtra ſolem, & auertetur ira animationis domini
ab Iſraël. Cũ dominus loqueretur, nõ dixit: Et oſtẽta eos
mihi, & auertetur ira mea ab Iſraël. Domus familiæ 76
eſt Madian. De muliere hoc dixit quæ cum adultero Iſ- *Nume.26.*
raelita percuſſa eſt, Quibus verbis quantũ puto intelligi
voluit nobilẽ fuiſſe vt diceret eam, domus familiæ, ſicut
iam vulgo ad inſigne diuitiarũ & paterfamiliâs & ma-
terfamiliâs

A terfamiliâs dicitur. Et locutus eſt dominus ad Moy-
77 ſem & ad Eleazar ſacerdotem, dicens: Accipe principiũ
totius ſynagogæ filiorũ Iſraël à viginti annis & ſupra.
Notandum quid appellauerit principium, robur ſcilicet
78 ætatis in populo. Vt exaudiant eũ filij Iſraël & in ore
Nume.27. eius exibunt, & in ore eius introibũt, id eſt cum iuſſerit.
79 Et fecit Moyſes ſecundum quæ præcepit illi domi-
nus, & aſſumens Ieſum ſtatuit eum ante Eleazarum ſa-
cerdotem &c. Vbi hoc notandũ fuit, quia cum iam di-
xiſſet: Et fecit Moyſes ſecũdum quæ præcepit illi domi-
80 nus, eadem ipſe repetit. Et commendauit eum ſecun-
dum quæ præcepit dominus Moyſi. Non ait, ſecundum
81 quæ pręcepit illi dominus. Decimam decimam ſimi-
Nume.28. laginis cõſperſam in oleo agno vni, id eſt ſingulas de-
cimas ſingulis agnis. Quod enim ait, decimã decimam,
ſignificauit quòd repetendæ ſint decimæ per ſingulos
82 agnos. Et in menſe primo quartadecima menſis hu-
ius dies feſtus, ſeptem dies azyma edetis. Notandum diẽ
feſtum per plures dies celebrari: & tamen diem feſtum
dici, non dies feſtos: ipſius feſtiuitatis celebrationem,
83 quotquot dies tenuerit. Et menſe ſeptimo vna men-
Nume.29. ſis. Secundum hanc locutionem dictum eſt in Geneſi.
Gene.1. Et facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies vnus. Nam
B & ibi ſicut hic Græcus habet ἡμέρα μία. Vnde quidã hic
interpretantes, prima die menſis, neceſſariam locutio-
nem prætermiſerunt, quãuis à ſententia verborum non
84 receſſerint. Vitulum vnum ex bobus, arietem vnum.
Non ait: ex ouibus ſicut illud ex bobus, cũ & illud ſi de-
85 eſſet, plenum eſſet. Agnos anniculos ſine vicio ſeptẽ.
Hoc quod in agnis poſuit ſine vicio, per omnia ſubau-
86 ditur, & in vitulo ſcilicet & in ariete. Decima deci-
87 ma agno vni ſeptem agnis. id eſt, ſingula ſingulis. Ex-
ceptis votis veſtris & voluntaria veſtra, & holocauſto-
mata veſtra, ſacrificia veſtra, & libamina veſtra, & ſalu-
taria veſtra. Hanc & locutionem ſi vel Græca eſſet non
notarem. Non enim ait, exceptis votis veſtris & volun-
tariis veſtris & cætera vt cœperat: ſed neque excepta vo
ta veſtra, vt ab ipſo velut Solœciſmo inciperet. Sed cum
prius recte vſitata locutione dixiſſet: exceptis votis ve-
ſtris, ea deinde adiunxit per alium caſum vbi ſubaudiri
non poſsit, exceptis, ſed excepta, quod non admittit nec
88 Græca nec Latina locutio. Homo homo quicunque
Nume.30. vouerit votum domino. pro eo quod eſt, omnis homo.
Cum autem mulier vouerit votum domino, aut defini-
C erit definitione in domo patris ſui in iuuentute ſua. Hic
mulierem fœminam dicit etiam ſi virgo ſit, more ſcrip-
Galat.4. turarum. Vnde etiam de Chriſto eſt, quod ait Apoſto-
89 lus: Factũ ex muliere. Et audierit pater eius vota eius
& definitiones eius quas definiuit. Definitiones defini-
90 uit, locutio eſt. Definiunt aduerſus animam ſuam. id
91 eſt, aduerſus delectationes animæ ſuæ. Et tacuerit pa-
ter eius, & ſtabunt omnia vota eius. Hic plus habet, &.
Nam integer ſenſus eſt: Si audierit & tacuerit pater
92 eius, ſtabunt omnia vota eius. Si autem facta fuerit
63 viro. intelligitur, nupſerit. Scriptura ſic loquitur. Et
vota eius ſuper eam. ſubauditur ſunt, quod nonnulli in-
94 terpretes etiã addiderunt. Omnia quæcunq; exierunt
ex labiis eius ſecundũ vota eius, & ſecundum definitio-
nes quæ aduerſus animam eius, nõ manet ei. Cum expe-
ctaretur numerus pluralis, vt diceret, non manent ei, nã
ita nonnulli interpretati ſunt, vitantes iſtum quaſi So-
95 lœciſmum. Mille ex tribu, & mille ex tribu ex omni-
Nume.31. bus tribubus Iſraël. Nunquid duodecies dixit mille? Et
96 tamen repetitio iſta millenos ſignificat. Interfecerũt
in gladio. quod vſitate diceretur, interfecerunt gladio.

Et omnes ciuitates eorum quæ inhabitationibus eo- 97 D
rum. ſubauditur, erant. Et villas eorum ſuccenderunt 98
in igni. quod vſitate diceretur, ſuccenderunt igni. Et 99
omnem multitudinem mulierum, quæ non nouit con-
cubitum maſculi, viuificate. Nuſquam certius apparet
Hebræa locutione mulieres etiam dici virgines ſolere.
Et à dimidia parte eorum accipietis & dabis ea Elea- 100
zar ſacerdoti primitias domini. Nõ dixit, dabitis. Et 101
animæ hominum à mulieribus, quæ non cognouerunt
concubitum viri, omnis anima duo & triginta milia.
Et hic ſuperior locutio confirmata eſt, mulieres dici e-
tiam quę non cognouerunt concubitum viri, id eſt vir-
gines. Et accepit Moyſes & Eleazar ſacerdos aurum 102
à Chiliarchis & à Centurionibus, & intulit ea in taber-
naculum teſtimonij. Videtur dicere debuiſſe: & intulit
illud in tabernaculum teſtimonij, quoniam aurum ac-
ceptum eſſe prædixerat, & plerique Latini codices ſic ha
bent. Sed ideo pluraliter videtur illatum vt diceret, in-
tulit ea, quia multa vaſa fuerant ſuperius commemora-
ta in quibus erat hoc aurũ. Et pecora multitudo erat 103
filiis Ruben & filiis Gad, multitudo copioſa valde. Non
dixit, & pecorum multitudo erat. Et viderunt regio- 104
nem Iazer & regionem Galaad, & erat locus, locus pe- Nume.32.
coribus. Non iungendum eſt in pronunciatione quod E
bis dixit locus, ſed ſubdiſtinguendum, & erat locus, &
deinde inferendum, locus pecoribus. Quaſi enim expe-
ctaretur qualis locus, ita repetitio eleganter illata eſt.
Et accedentes filij Ruben & filij Gad dixerunt ad 105
Moyſem & Eleazar ſacerdotem, & ad principes ſyna-
gogæ, dicentes. Non eſt iſta vel Græca vel Latina locu-
tio, dixerunt dicentes, ſed Hebræa videtur. Detur ter- 106
ra iſta famulis tuis in poſſeſsionem. Quaſi de aliis di-
cerent cum ſibi peterent. Non enim ſecuti ſunt poſt 107
me, præter Caleph filius Iephone. Videtur dicere de-
buiſſe, præter Caleph filium Iephone. Sed nominatiue
intulit quia præceſsit, ſecuti ſunt. Eſt autem iſta locutio
etiã Latina, ſed rara. Donec conſummaretur omnis 108
generatio facientis maligna in conſpectu domini. Non
dixit, faciens maligna, neque facientium maligna. Et 109
acceſſerunt ei, & dixerunt: Non vtique. Vſitatum eſt ac-
ceſſerunt ad eum. Et ædificabitis vobiſipſis ciuitates 110
impedimentis veſtris. Ac ſi diceret: Aedificabitis vo-
biſipſis ciuitates propter impedimenta veſtra. Impe- 111
dimenta noſtra & vxores noſtræ & omnia pecora no-
ſtra erunt in ciuitatibus Galaad, Pueri autem tui tranſi- F
bunt omnes armati. Non dixerunt: nos autem tranſibi-
mus omnes armati, ſed tanquam de aliis dicerent. Et 112
commendauit eis Moyſes Eleazar ſacerdotem & Ie-
ſum filium Naue, & principes familiarum tribuum Iſ-
raël. Non ait commendauit eos Moyſes Eleazar ſacer-
doti, quod vtique ordo locutionis vſitate exigebat. Per
hos enim introducti ſunt in terram quam petebãt. Vn-
de magis illi iſtis à quibus introducebantur in terram
poſtulatam, quàm iſti qui introducebant illis quos in-
troducebant commendati videntur. Si autem non 113
tranſierint armati vobiſcum in bellum in cõſpectu do-
mini & transferre impedimenta eorum. Plus habet, &.
Et dedit eis Moyſes filiis Gad & filiis Ruben. Plus ha 114
bet, eis. Et non ibi erat aqua populo bibere, pro eo qđ 115
eſt ad bibendum. Loquere filiis Iſraël & dices ad eos. Numer.33.
Sufficere videtur, Loquere filiis Iſraël. Et omnia ido- 116
la fuſilia eorum perdetis ea. plus habet, ea. Hoc erit 117
vobis fines maris. Non dixit, hi erunt vobis. Et hoc 118
erit vobis fines ad Aquilonem. Eadem repetita locutio Nume.34.
eſt. Et erũt ciuitates eis habitare. pro eo quod dici ſo- 119
let, ad

G 121 let, ad habitandum. Refugia erunt vobis fugere illò
Nume. 35. homicidam. Quod vſitate dici poſſet, vt fugiat illò ho-
122 micida. Et incolæ qui in vobis, iſtæ ciuitates in refu-
gium. Singulari numero poſitum eſt iocolæ: id eſt, huic
incolæ qui in vobis: quoniã minus habet, eſt. Non enim
ait, qui in vobis eſt, notiſsima locutione, ſed rariore in
lingua Latina quàm Græca.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Locutionis de Deuterooo-mio Liber quintus.

Deuter. 1. VSQVE ad flumen magnum, flumẽ
1 Euphraten. Non dixit vſque ad flu-
2 men magnum Euphraten. Et iu-
dicium quod durum fuerit à vobis
afferetis illud ad me. Nõ dixit quod
durũ fuerit vobis, ſed à vobis: id eſt
ita durum, vt à vobis iudicari non
3 poſsit. Si videbit aliquis virorũ iſtorum terram opti-
H mam hanc quã iuraui patribus eorũ, præter Caleph fili⁹
Iephone hic videbit eam. Et in libro numerorum iſtam
locutionem notauimus, quia non dixit præter Caleph
4 filium Iephone, ſed filius. Dominus enim deus veſter
Deuter. 2. benedixit te in omni opere manuum tuarum. Non ait,
benedixit vos in omni opere manuum veſtrarum, cum
5 prædixiſſet veſter, nõ tuus. Nunc ergo ſurgite & pro-
mouete, & pertranſite vos vallem Arnon. Ecce tradidi
in manus tuas Seon regem Eſebon. Non dixit in manus
6 veſtras, ſed à plurali ad ſingularem trãſiit. Quoniam
Deute. 4. quæ eſt gens magna cui eſt ei deus appropians illis. Duo
ſunt hic notanda, vel quod ait, cui eſt ei, vel quod non
7 ait, appropians illi, ſed appropians illis. Et ſimilitudi-
nem non vidiſtis ſed vocem. cum vox non poſsit vide-
ri, ſed generaliter hoc verbum poſuit tanquam ad om-
8 nem corporis ſenſum videre pertineat. In quam vos
ingredimini illò, hæreditare eam: plenum eſſet etiam ſi
9 non additum eſſet, illò. Et eduxit vos de fornace fer-
rea ex Aegypto. Fornacem ferream durani tribulationẽ
Pſal. 104. intelligi voluit. Secuodum hoc & de Ioſeph dictum eſt
10 in Pſalmis: Ferrum pertranſiit animam eius. Et non
1 tranſiit Iordanem hũc. quaſi & alius ſit Iordanis. Ex hac
locutione arbitror ſæpe dici etiam hunc mundum, qua-
11 ſi alius ſit. Si autem genueris filios & filios filiorum
tuorum. Notanda locutio eſt, vbi & auos nepotes dicit
12 gignere. Et quæritis ibi dominum deum veſtrum &
inuenietis eum, quando exquiretis eum ex toto corde
tuo, & ex tota aoima tua io tribulatione tua. Non dixit,
in toto corde veſtro & in tota anima veſtra & in tota
13 tribulatiooe veſtra. Interrogate dies priores qui fue-
runt priores te. Non dies ſed homines intelligendũ eſt.
Similiter & hoc notandũ quod etiam ſuperius cum di-
xerit, interrogate, pluraliter priores, te intulit ſingulari-
14 ter, non priores vobis. Si & tẽtauit deus ingreſſus ac-
cipere ſibi gentẽ de media gente. Teotauit pro eo quod
eſt voluit poſitum eſt, aut quid aliud. Quod autem ait
de media gente, de mediis gentibus intelligendum eſt,
ſingulari poſito pro plurali: ſicut ſerpentem, ranam &
locuſtam, pro ſerpentibus, ranis & locuſtis ſcriptum le-
15 gimus. Sed omnia quæ fecit dominus deus veſter in
Aegypto coram te vidente. Nihil minus eſt etſi non ad-
16 datur, vidente. Et ego ſtabam inter dominum & vos
Deute. 5. in tempore illo annunciare vobis verba domini, quo-
niam timuiſtis à facie ignis & non aſcendiſtis in mon-
tem, dicens: Ego ſum dominus deus tuus &c. dicens po K
ſuit pro, cum diceret. Et aduena qui incolit in te. Po- 17
pulo dictum accipiendum eſt noo quaſi voi homini,
quia in populo incolit aduena. Propter hoc conſti- 18
tuit tibi dominus deus tuus vt obſerues diem ſabbati &
ſanctificare eum. Si, &, non haberet, non videretur in-
uſitata locutio. Vt obſerues diem ſabbati ſanctificare
eum: [aut certe ſi ita eſſet, Vt obſerues diem ſabbati &
ſanctifices eum:] aut ita, Propter hoc conſtituit tibi do-
minus deus tuus obſeruare diem ſabbati & ſanctificare
eum. Nunc vero, Vt obſerues diem ſabbati & ſanctifi-
care eum, inuſitata & notanda locutio eſt. Attende 19
tibi ne dilatetur cor tuum & obliuiſcaris domini dei Deutero. 6.
tui. Notandum etiam in malo dici poſſe dilatationem
cordis: Exultatio quippe in dilatatiooe intelligitur, cui
contrariæ ſunt anguſtia, id eſt triſticia, vtrunque au-
tem poteſt & in bono & io malo accipi. Et erit cum 20
interrogauerit te filius tuus cras dicens. Cras poſuit, pro
futuro quocunque tempore. Septem gentes magnas 21
& multas. Quo modo ergo multas, ſi ſeptem? Sed mul- Deuter. 7.
tas dixit, multitudinem habentes. Non diſpones ad 22
eos teſtameotum. cum de gentibus diceret: Teſtamen- L
tum ergo pro facto poſuit. Et filiam eius non ſumes 23
filio tuo: Diſcedere enim faciet filium tuum à me, & ſer
uiet diis aliis, & iraſcetur indignatione dominus in vos.
non ait iraſcar, ſed tanquam de alio diceret. Ciuita- 24
tes magnas & muratas vſque io cœlum. hyperbolice di- Deuter. 9.
ctum. Nec dicas in corde tuo cum conſumpſerit do 25
minus deus tuus gentes iſtas ante faciem tuam, dicens:
propter iuſticias meas induxit me dominus hæredita-
re terram bonam iſtam. Ordo eſt: Ne dicas in corde
tuo, dicens. Nequando dicant inhabitantes terram, 26
vnde inde nos eduxiſti? More ſcripturę additũ eſt, inde.
Quæ fecit virtutem in Aegyptiorum. Hoc interpre- 27
tes noſtri quidam Latini minus intelligentes noluerunt Deutero. 11.
dicere virtutem, ſed virtuti vel exercitui: Quoniam id
quod ait Græcus, δυνάμιν, nonnulli exercitum intelle-
xerunt. Sed elegans locutio eſt, quæ fecit virtutem eorũ:
intelligendum eſt quid eam fecit, quoniã ad nihil eam
redegit: ſed quia pluraliter dictum eſt, ideo ſubobſcurũ
eſt. Quos aperiens terra os ſuum deglutiuit eos, & do 28
mus eorum & tabernacula eorum. Duæ locutiones hic
notandæ ſunt: quòd & additũ eſt, eos, cũ ſufficere potuiſ
ſet quod & ait ſuperius, quos: & domus eorũ cum dixiſ- M
ſet, addidit, & tabernacula eorum: quaſi alias in eremo
haberent domus niſi tabernacula. Sed nimirum domus
intelligi voluit homines ad eos pertinentes, ſicut ipſi po
pulo dicitur: Et nunc tu domus Iacob. Nec iſta locutio
aliena eſt à Latina lingua: Nam & Romani dicti ſunt
domus Aſſaraci, quòd ex Aſſaraco Troiano originem
ducerent. Quoniam oculi veſtri viderunt omnia o- 29
pera domini magna quæ fecit in vobis hodie. Cum de
his operibus diceret quæ per eremum facta ſunt eo tem-
pore quo ibi circunducebantur per quadraginta annos,
tamen hodie dixit, quod intelligi voluit hoc tempore
quotquot ibi anoos idẽ tẽpus habere potuiſſet. Ter- 30
ram quam iurauit dominus patribus noſtris dare eis ſe-
miniq; eorum poſt eos. Tanquam diceret, id eſt ſemini
eorum poſt eos. Non enim & ipſis dedit, ſed ita ipſis de-
dit cum ſemini eorum dedit. Si autem auditu audie- 31
ritis omnia mandata eius quæ ego mando tibi hodie.
Auditu videtur ſuperfluum, ſed locutio eſt ſcripturę ſan
ctæ familiariſsima. Et dabit pluuiam terrę tuæ in tem 32
pore ſuo matutinum & ſerotinum. Cum matutinũ tem-
pus dies dicatur, nunquid hic intelligi voluit tempus
anni

A anni primum? Serotinum vero minus Latinum eſt, ſed
non potuit magis proprie de Græco exprimi, quod illi
dicunt ὄψιμον: tamen etiam in Latina lingua vulgo vſi-
tatum eſt, vt dicatur ſerotinum, ſed quod tardius quàm
opotteat factum eſt. Hic vero tempus anni potius intel-
33 ligi voluit. Et cum comederis & ſatiatus fueris, atten-
de tibiipſi ne dilatetur cor tuum, & prçuaricemini & ſer
uiatis diis aliis. Iam ſuperi⁹ tales locutiones notauimus,
ſiue quòd à ſingulari ad pluralem tranſit, ſiue quòd in
malo voluit intelligi dilatetur, vbi noxiam proſperita-
34 tem ſignificauit. Et flumen magnum Euphratem. Re-
petitiones iſtæ vſitatæ ſunt in ſcripturis & rem decenter
35 commendant. Timorem veſtrum & tremorem ve-
ſtrum imponet dominus deus veſter ſuper faciem vni-
uerſæ terræ. Non timorem & tremorem quo ipſi timent
& tremunt, ſed quo timentur & alios tremere faciunt.
36 Non poteris manducare in ciuitatibus tuis decima-
Deutero.12. tionem frumenti tui. pro eo quod eſt nõ debebis. Et
37 incẽdes ciuitatem in igni. nos vſitatius diceremus igni.
38 Si autem longe fuerit via à te. ac ſi diceret, longa via
39 erit, aduerbium poſuit pro nomine. Et fœnerabis gen-
Deuter. 15. tes multas. Fœnerationem ſcriptura dicit mutuo datam
B pecuniam, etiam ſi vſuræ non accipiantur. Vnde eſt &
Pſal.111. illud in Pſalmo: Beatus vir qui miſeretur & commodat.
Hoc enim maluerunt interpretari noſtri, qui ſentẽtiam
potius quàm verba ſequenda putauerunt. Nam in Græ-
40 co habet δανείζει, quod eſt fœneratur. Et principabe-
ris gentium multarum, tui autem non principabuntur.
Tanquã diceret, Tibi non dominabuntur, hoc eſt gen-
tes. Genitiuus enim caſus eſt ſingularis huius pronomi-
nis quod ait tui, cuius datiuus eſt tibi, non pluralis nomi
41 natiuus, cuius genitiuus eſt tuorum. Si autem fuerit
in te egenus in fratribus tuis in vna ciuitatum. Non vni
42 homini, ſed populo dicitur, ideo, in te. Si autem fuerit
in te egenus in fratribus tuis in vna ciuitatum tuarum
in terra quam dominus deus tuus dat tibi, non auertes
cor tuum, neque conſtringes manum tuam à fratre tuo
egente: Aperiens aperies manus tuas ei, fœnus fœnera-
bis ei quantũcunque poſtulat & quantum eget. Hic cer-
te cum opera miſericordię præcipiat, non vtique vſuta-
rum crudelitas ſuſcipienda eſt. Vnde apparet quòd ait
fœnus fœneraberis ei: mutuo dandum quod poſtularet
intelligi voluiſſe. Quod autem ait, aperiens aperies ma-
C nus tuas, tale eſt & quod ſequitur: fœn⁹ fœneraberis: vſi-
43 tata locutio eſt in ſcripturis ſanctis. Cum de aure per-
tundenda ſerui præcepiſſet: Et ancillam, inquit, tuam fa-
cies ſimiliter. accuſatiuum pro datiuo ponens: Non ait
ancillæ tuæ facies, quod locutionis noſtræ conſuetudo
44 poſcebat. Si autem fuerit in eo vicium claudum aut
cæcum, vel omne vicium malum. Non ait, claudicatio
aut cæcitas, ipſa enim ſunt vicia, ſed claudum & cæcum
quod ſunt non vicia ſed animalia quæ habẽt vicia. Hoc
quoque notandum eſt quòd ait, vicium malũ, quaſi poſ
45 ſet eſſe vicium bonum. Et non dormiet de carnibus
Deute.16. de quibus immolaueritis veſpere die primo vſque in ma
ne. Pro eo quod eſt, non remanebit ea nocte, non dor-
46 miet dictum eſt. Non offeres domino deo tuo vitu-
lum vel ouem in quo eſt in ipſo vicium. vſitata locutio
eſſet, in quo eſt vicium: ſed iſta ſcripturis eſt vſitatior.
47 Et lapidabis eos in lapidibus, & morientur. quod ex
Deuter. 17. noſtra conſuetudine diceretur, lapidibus, non in lapidi-
48 bus. Non multiplicabit ſibi equum. pro equis vel pro
equitatu equum poſuit, vnde nonnulli equitatum inter-
49 pretati ſunt. Non poteris conſtituere ſuper te homi-
nem alienum, qui non eſt frater tuus. Non poteris dictũ

eſt, pro, non debebis. Secundum omnia quæ petiſti à 50
domino deo tuo in Oreb in die conuocationis dicen- D
tes. cum dixerit ſuperius petiſti, dicentes: ſubiecit, non
dicens. Quoniam dominus deus veſter qui præcedit 51
vobiſcum. nõ dixit vos. Si occurreris nidum auis an- 52
te faciem tuam in via. Notandum quòd occurreris di- Deuter. 22.
xit etiam non ambulanti. Si autem ædificaueris do- 53
mum nouam, facies coronam ſolario tuo, & non facies
homicidium in domo tua, ſed cadat qui cecidit ab eo.
id eſt, à ſolario cadat qui cecidit: nimis inuſitata locutio
eſt. Et abiens fuerit viro alteri, & oderit eam vir no- 54
uiſsimus. Notandum ex duobus poſteriorem nouiſsimũ
dici, Talis locutio eſt in Euangelio, quando quęritur ex
duobus fratribus quis eorum fecerit voluntatem patris, Matth. 21.
& reſpondetur nouiſsimus, cum duo fuerint. Nõ pi- 55
gnorabis molam neq; ſuperiorem lapidem molæ, quia Deuter. 24.
animam iſte pignorat. Pro eo quod eſt, quia animam pi
gnoras ſi feceris. Deinde notãdum animam dixiſſe pro
ea vita quam habet anima in corpore. Ex qua locutione
& illud eſt in Euangelio: Nónne anima plus eſt quàm Matth. 6.
eſca? Si autem deprehendatur homo furans animam 56
ex fratribus ſuis filiis Iſraël. animam pro homine poſuit.
Deniq; ſequitur, & opprimens eum vendiderit. Quæ nõ E
minus notãda eſt locutio. Noluit enim dicere eã, quod
eſſet magis conſequens, quoniã animã dixerat, ſed eum,
id eſt hominem in cuius ſignificatione dixerat animã.
Si debitum fuerit in proximo tuo debitum quodcun 57
que. Repetitio verbi locutionem notandam facit. Si 58
autẽ noluerit homo accipere vxorẽ fratris ſui, & aſcen- Deuter. 25.
det mulier in porta ad Senatum & dicet: Non vult fra-
ter viri mei ſuſcitare nomen fratris ſui in Iſraël, noluit
frater viri mei. Quamuis verborum repetitiones amet
ſcriptura, inuſitatior eſt tamen repetitio hæc, ſed elegan
tius querelę oſtentat affectum. Maledictus omnis qui 59
dormierit cum omni pecore. pro eo quod eſt, cõcubue- Deuter. 27.
rit. Deinde cũ omni pecore. pro eo quod eſt, cum quo-
libet pecore. Et ſeruies inimicis tuis quos immittet do 60
minus deus tuus ſuper te. Græcus habet λατρεύσεις, vbi Deuter. 28.
Latinus interpretatus eſt, Seruies. Solet autem hoc ver-
bum in ea ſeruitute ſcriptura ponere quæ debetur deo.
Vnde idololatræ appellantur, qui ea ſeruitute idolis ſer-
uiunt. Ergo hic inuſitate poſitum eſt hoc verbum: quan-
quam poſsit etiam hunc ſenſum habere, quòd tam gra-
uiter multa dixerit, vt inimicis ſuis nimium ſuperbien- F
tibus tanquam diis ſeruiſſe cogantur. Gentem cuius 61
non audies vocem eius. Et hoc notandum eſt quòd &
cuius dixit, & eius, ſicut loqui ſcripturæ ſolet, & id quod
ait: Cuius non audies vocem. pro eo quod eſt, cuius lin-
guam non intelliges. Mollis & tenera in te valde fa- 62
ſcinauit oculo ſuo fratrem ſuum & vxorem quæ eſt in
ſinu eius, & qui reliqui ſunt filij quicũque relicti fuerint
illi, ita vt det vni ex eis à carnibus filiorũ ſuorum de qui-
buſcunque edet, eo quòd nõ derelictum ſit ei quicquam
in anguſtia & tribulatione qua tribulabũt te inimici tui
in omnibus ciuitatibus tuis. Notandũ eſt quemadmodũ
id dictum ſit faſcinauit pro inuidit, & tanquam ad hoc
derelicto, vt neceſſe ſit ei dare de carnibus filiorũ quas
cogit neceſsitas in cibum ſumi à parentibus. Nam & in
Prouerbiis quod Latini codices habent: Nõ cœnabis cũ Prouer. 23.
viro inuido. Græcus habet ἀνδρὶ βασκάνῳ. βάσκανος
autem faſcinus dicitur. Et erit ſicut lætatus eſt domi- 63
nus in nobis benefacere vobis. Græcus habet, Benefa-
cere vos. Nec videtur eſſe ſaltem Græca locutio: accu-
ſatiuus tamen pro datiuo poſitus intelligitur, vnde ma-
luerunt Latini interpretes dicere vobis quàm vos.

Vos vi-

G 64 Vos vidiſtis omnia quæ fecit dominus deus veſter in
Deute. 29. terra Aegypti coram vobis Pharaoni & ſeruis eius om-
nibus, & omni terræ illius tentationes magnas quas vi-
derunt oculi tui. Notandum illas plagas etiam tentatio-
65 nes vocari. Si fuerit diſperſio tua à ſummo cœli vſq;
ad ſummum cœli, [inde congregabit te dominus deus
tuus. Mirum ſi non hoc dicit, A ſummo cœli vſque ad
ſummum cœli,] quod ſolet dicere, à ſummo terræ vſq;
ad ſummum terrę: fortaſſe propterea, quia ſecundum id
66 quod & iſte aër cœlum dicitur, cõiungitur terræ. Nõ
eſt in cœlo, dicens: Quis aſcendet in cœlum & accipiet
Deute. 30. nobis illud, & audientes illud faciemus. Neq; trans ma-
re eſt, dicens: Quis transfretabit nobis trans mare & ac-
cipiet nobis illud, & audientes illud & faciemus. dicens,
67 pro eo poſuit, quod eſt, vt dicas. Noua locutio. Et do-
Deute. 31. minus qui comitabitur tibi tecum. Et dixit dominus
68 ad Moyſem: Ecce tu dormies cum patribus tuis. hoc ver
69 bo eius mortem ſignificauit. Amaricantes eratis quæ
ad deum. id eſt, amaricabatis ea quæ dei ſunt. Scio enim
quia poſt obitum meum iniquitate iniquitatem facietis.
vno verbo autem Græce dicitur, iniquitatem facietis,
70 quod eſt ἀνομήσετε. Et occurrent vobis mala nouiſsi-
H mum dierum. Sic enim habet Gręcus, pro, in nouiſsimis
71 diebus, aut in nouiſsimo dierum. Nam hic ipſe pater
Deuter. 32. tuus poſſedit te & fecit te, & creauit te. Ordo notandus
eſt, prius enim videtur dicere debuiſſe: Creauit te, & fe-
cit te, & deinde poſſedit te. Quo modo enim intelligi-
tur poſſe poſsideri qui non eſt? Hæc metaphora minus
vſitata eſt, vt renes tritici intelligantur velut interiora
tritici, vnde farina eiicitur. Hoc enim & adipem dixit.
Nam hoc nomen etiam farinam ſolent Græci appella-
re. Hoc enim habet Græcus in Exodo, vbi ſcriptum eſt:
Eleuantes farinam ſuper humeros ſuos: Græcus quippe
72 interpres στέατα poſuit, quod ſunt adipes. Filij in qui-
73 bus nõ eſt fides in eis. vſitata ſcripturis locutio. Quo-
niam iudicabit dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis
conſolabitur. Pro, ſeruos ſuos cõſolabitur. Niſi forte ip-
ſum conſolari dicit tranſlato verbo, velut ab indigna-
tione vel offenſione, qua eum offendũt mali. Sic autem
eius conſolatio accipienda eſt, non ex more hominum,
ſicut nec ira & zelus & cætera talia. Vbi ſunt dij eorũ
74 in quibus confidebant in ipſis: Plenũ eſſet & ſine, ipſis.
75 Et iurabo dexteram meam. id eſt, per dexterã meam.
76 Lætamini cœli ſimul cum eo, & adorent eum omnes
I angeli dei. Alij codices habẽt: & adorabunt eum omnes
filij dei. Filios autem dei dictos qui angeli ſunt in cœlis,
non facile in ſcripturis ſanctis inuenitur.

DIVI AVRELII AVGVSTINI LOCVTIONIS DE IESV Naue Liber ſextus.

1 VOS AVTEM tranſibitis expedi-
Ioſue. 1. tiores fratribus veſtris, omnis fortis.
id eſt, omnis quicũque in vobis for-
2 tis eſt. Vt ſciatis viam quam ibitis
Ioſue. 3. eam. plenum eſſet etiam ſi nõ habe-
ret, eam. Et factum eſt cum eſſetis
3 in Hiericho. Notanda locutio eſt.
Nondum quippe erant in eadẽ ciuitate cuius portæ con
Ioſue. 6. tra illos clauſæ fuerãt. Vnde factum eſt vt in eam intra-
re non poſſent niſi muri eius cecidiſſent circumacta ar-
ca domini. Ergo in Hiericho dictum eſt, in terra quæ
4 pertineret ad Hiericho. De Hiericho dictum eſt cum
clauſa eſſet, Nec quiſquam ex illa prodibat, neq; introi-

bat. vtique in illam ſubauditur, non ex illa. Hoc appella- K
tur Græce ζεῦγμα κατ᾽ ἔλλειψιν. Dominus dicit ad Ie- 5
ſum: Ecce ego trado tibi ſubiugatam Hiericho & regẽ
eius qui eſt in ea, potentes fortitudine. Mirandum quod
non hic poſuit coniunctionem copulatiuam, vt diceret,
& potẽtes fortitudine, quam ſolet ſcriptura tam aſsidue
ponere, vt etiam ibi inueniatur vbi ſenſum ſolitæ locu-
tionis impediat. An & Hiericho & rex eius dicti ſunt,
potẽtes fortitudine? Et Raab meretricem & domum 6
paternam eius viuificauit Ieſus, & commemorata eſt in
Iſraël vſque in hodiernum diem. Notandum eſt quem-
admodum dicat ſcriptura, vſque in hodiernum diem:
quod aſsidue dicit. Nam & de lapidibus illis duodecim Ioſue. 4.
qui poſiti ſunt vbi Iordanis ex ima parte defluxerat, &
ex parte ſuperiore cõſtiterat, arca trãſeunte vel populo,
ita dictum eſt, quòd eſſent ibi vſq; in hodiernum diem.
quod videtur ita ſonare, tanquam poſt plurimũ tempo-
ris per hanc ſcripturã iſta narrentur, nec eo tempore ij
libri conſcripti fuerint quo erant hęc recẽtiſsima. Quiſ-
quis autẽ putat hoc, quid de iſta meretrice dicturus eſt,
quæ vtique quantũ eſt ætas vnius hominis vixit, & tamẽ
dicitur vſque in hodiernum diem. De iis itaq; rebus di-
citur hoc quæ nõ ita conſtitutę ſunt vt poſtea mutaren- L
tur ab eis qui conſtituerunt. Quo modo dicitur aliquis
in exilium perpetuum miſſus, quia non ad tempus prę fi-
nitum hoc ſupplicio plectitur, non quia quiſquã poteſt
eſſe perpetuus in exilio, cũ homo ipſe nõ poſsit eſſe per-
petuus. Sic ergo & iſta meretrix nõ eſt præcepta ad tem-
pus habitare in Iſraël, ideo dictum eſt vſque in hodier-
num diẽ. Dominus dicit ad Ieſum: Peccauit populus 7
& tranſgreſſus eſt teſtamentum meum, quod diſpoſui Ioſue. 7.
ad eos. Notandum quemadmodum teſtamentũ appel-
let hoc quod præceperat vt anathema eſſet Hiericho, &
nemo ſibi inde aliquid vſurparet. Deus loquẽs ad Ie- 8
ſum ait inter cætera: Ecce dedi in manus tuas regẽ Gai Ioſue. 8.
& terrã ipſius, & facies Gai ſicut feciſti Hiericho & regi
eius, & prædam pecorũ prædaberis tibi. Præcipue notan
da locutio eſt, non ſolum quia prædaberis tibi dixit, tan
quam vnius futura eſſet illa præda, cum omniũ eſſet fu-
tura. Nam tales locutiones vſitatiſsimę ſunt, cũ deus tan
quam ad vnũ loquitur, quæ ad populũ loquitur. Sed hoc
nouũ eſt hic, quia prædixit ſcriptura: Et dixit dominus
ad Ieſum, quẽ conſtat vnum hominẽ fuiſſe: quod tamen
dixit prædaberis tibi, non vtique ita dictum eſt vt pręda
illa huius vnius hominis eſſe præcepta ſit, ſed vniuerſi M
populi. Et inſidiæ erant ciuitati à mari. Qui neſcit pu- 9
tat iſtam ciuitatẽ maritimam. Conſuetudinis eſt autem
ſcripturarum vt Occidentalẽ partẽ à mari appellet, vel
ad mare: quia ex ipſa parte terra vbi hæc agebantur pro-
pius habet mare quàm à cæteris partibus. Extẽde ma- 10
num tuam in Geſo quod eſt in manu tua cõtra ciuitatẽ.
Iſta locutio notanda non eſſet, niſi propter nomẽ quod
obſcurum eſt eis in quorum cõſuetudine non eſt. Quid
enim dicat Geſon non facile intelligitur: hoc interpres
Symmachus ſcutum appellaſſe perhibetur. Septuaginta
autem interpretes, ſecũdum quos iſta tractamus, qui po-
ſuerunt Geſon, miror ſi & in Græca lingua haſtam vel
lanceam Gallicanã intelligi voluerunt. Ea quippe dicũ-
tur Geſa quorum & Virgilius meminit, vbi ait de Gal-
lis in ſcuto Aeneæ pictis: Duo quiſque Alpina coruſcãt, Aenei. 8.
Geſa manu. Et facti ſunt inter medium caſtrorum hi 11
hinc, & hi hinc. Duo notãda ſunt in hac locutiõe: Vnũ
quòd cum hoſtes qui vincebantur, in medio eſſent, tan-
quam de his dictum eſt, quòd hi eſſent hinc & hi hinc,
cum potius ita Iſraëlitæ fuerint qui eos in medio poſue-
rant

A rant percutiēdos. Alterum quòd inter medium caſtro-
rum eos factos eſſe dicit ſcriptura, caſtra appellās etiam
productas acies in prælio conſtitutas, cum caſtra nō ſo-
leant appellari, niſi vbi exercitus ad manendum conſi-
ſtit. Niſi forte ideo caſtra appellata ſunt. quia cū omni-
12 bus ſuis ibant. Exceptis pecoribus & ſpoliis quæ erant
in ciuitate prædati ſunt filij Iſraël ſecundum præceptum
domini quemadmodum cōſtituit dominus Ieſu. Ita di-
ctum eſt exceptis pecoribus & ſpoliis prędati ſunt, quaſi
ipſa non fuerint prædati, cum potius ipſa prædati ſint,
& excepta ideo dicta ſint, quia hæc illo pręlio ſola con-
13 ſumpta non ſunt. Iſraëlitæ reſpondentes Gabaonitis
Ioſue.9. dixerūt: Vide ne in me habites, ſed quo modo diſponā
tibi teſtamētum. Iam & ſuperius tales locutiones nota-
uimus: hoc eſt enī, vide ne in me habites, quod eſt, apud
me, id eſt, in terra quam eis promiſerat deus. Et hic tan-
quam ad vnum hominē vidētur locuti, cum legatus ad
eos non vnus venerit, ſed more ſuo genti & populo re-
ſponſa reddentes, ſingulari numero loquuntur, ſicut ple
runque & ad ipſos deus vel ductor ipſorum. Notādum
etiam quòd pactum pacis teſtamentum vocat ſcriptura,
more quidem ſuo, nam ſæpe ita loquitur. Et nuncia-
14 tum eſt Ieſu dicētes: Inuenti ſunt quinque reges abſcon
Ioſue.10. B diti in ſpelunca, pro eo quod eſt, nunciauerunt dicen-
tes. Ita faciet dominus omnibus inimicis veſtris quos
15 vos debellabitis eos. Nihil minus eſſet huic ſententię et-
16 ſi non haberet, eos. Et omnes cepit in bello: quia per
dominum factum eſt confortari cor eorum vt obuiam
irent ad bellum ad Iſraël vt exterminarentur. Notandū
Ioſue.14. eſt confortari cor, non ſemper in bono accipiendum.
Tu ſcis verbum quod locutus eſt dominus ad Moy-
17 ſem hominem dei de me & te. Nō dixit hominē ſuum.
Ioſue.17. Et dixerunt filij Ioſeph: Non ſufficit nobis mons &
18 equus electus & ferrū Chananæo qui habitat in Baſan.
Equum electum dixit pro equis electis, quod vſitatū in
noſtro ſermone non eſt: Vnde nōnulli Latini interpre-
tes noluerunt equum interpretari, ſed equitatum. Sic au
tem dictū eſt, equus electus pro equis, ſicut in noſtra cō-
19 ſuetudine dicitur miles pro militib⁹. Et facti ſunt exi-
Ioſue.18. tus illorum Iordanis, & reuertentur fines ad mare: non
dixit reuerſi ſunt, aut ſaltem reuertūtur, ſicut ſolet de fi-
nibus dici, ſed reuertentur, tanquam adhuc futurum ſit,
cum præteritorum ſit iſta narratio. Et in omnibus ferè
ipſis terrarum diuiſionibus per ſingulas quaſque tribus,
C ita loquitur ſcriptura, vt futuri temporis verbis vtatur.
20 Refugere illuc qui percuſſerit animā nolens. Hic ani
Ioſue.20. mam, vel hominem intelligere debemus, vel vitam car
nis quæ fit per animam. Qua locutione & illud dictum
eſt, à fratribus Ioſeph: Non percutiamus eius animam. id
Gene.37. eſt non eum occidamus: Nam ſi anima poſſet ab interfe
Matth.10. ctore percuti, non diceret dominus: Nolite timere eos
qui corpus occidunt, animam autem occidere non poſ-
21 ſunt. Mandauit dominus in manu Moyſi. Locutio fa
Ioſue.21. miliariſſima ſcripturis. Ita enim dicitur verbum quod
factum eſt in manu illius, vel illius Prophetæ: hoc eſt in
22 poteſtate dicendi datum. Et accepit Ieſus cultros pe-
trinos in quibus circūciderat filios Iſraël. Non dixit qui-
23 bus circunciderat, ſed in quibus. Et vbi dimiſit eos Ie
Ioſue.22. ſus in domos ſuas, & benedixit eos dicens. Plus videtur
hic copulatiua coniunctio, id eſt, &: Nam ita dici poſſet,
Et vbi dimiſit eos in domos ſuas, benedixit eos dicens.
24 Item alia locutio notanda eſt, quòd cū dixiſſet ſcrip-
tura, Et benedixit eos Ieſus, dicens. atq; his verbis inten-
tos feciſſet audire quid benedicendo dixit Ieſus, hoc ſo-
lum ſubiecit, In diuitiis multis abierunt in domos ſuas
& pecora multa valde & argentum & aurum & veſtem D
multam valde, diuiſerūt prædam inimicorū ſuorū cum
fratribus ſuis. Quod magis eſſe narrantis quàm benedi-
centis apparet. Aedificauerunt ibi aram ſuper Iorda- 25
nem, aram magnā videre. Iſta locutio etiam in ſermo-
ne Latino nota eſt. Et audierunt filij Iſraël dicētium. 26
Non ait, dicentem vel dicentes. Seruire ſeruitutē do 27
mini. In qua locutione duo notāda ſunt, & ſeruire ſer-
uitutem, quę etiam Latina locutio reperitur, & ſeruitutē
domini, id eſt, quæ debetur vel exhibetur domino. Et 28
audientes Phinees ſacerdos & omnes principes ſynago
gæ qui erant cum illo, verba quæ locuti ſunt filij Ruben
& filij Gad & dimidium, tribus Manaſſes & placuerunt
illis. Audiētes pro audierunt poſitum eſt, aut plus eſt hic,
&: Nam plenus eſt ſenſus, audientes verba hæc, placue-
runt illis. Nec tamen ſine inconſequentia: quia cum au-
diſſent, dicendum fuit. Et Ieſus ſenior prouectus die- 29
bus. hoc de Abraham dictum notauimus, ſeniorem in Ioſue.23.
ſcripturis nō ſolum illum appellari qui eſt infra ætatem
ſenis, ſed etiam valde ſenem. Vnde non omnis ſenior
ſenex, omnis autem ſenex ſenior dici poteſt. Et indu- 30
xit ſuper illos mare & operuit ſuper illos. Non ait ope- Ioſue.24.
ruit illos, quamuis nonnulli interpretes hoc maluerunt E
dicere. In omnibus gentibus quas tranſiuimus per ip- 31
ſas. Vſitatę in ſcripturis ſunt iſtę locutiones, nec tam cre
bro notandæ, quàm crebro intercurrunt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI LOCVTIONIS DE IVdicum Liber ſeptimus.

ET FACTVM eſt poſtquā defun- 1
ctus eſt Ieſus, interrogabant filij Iſ- Iudic.1.
raël in domino. non ait, dominum,
quod ſermonis noſtri conſuetudo
poſcebat. Et bellemus in Chana- 2
næo. Nō dixit aduerſus Chananæū,
aut contra Chananæum, aut ſaltem
in Chananæum. Et mortuus eſt Ieſus filius Naue ſer- 3
uus domini, filius centū decem annorum. Iſta repetitio Iudic.2.
quod cum dixiſſet filius Naue, repetitur filius, & deinde
addidit, centum decem annorum: inuſitata eſt, vt potius
filius centum decem annorū diceret quàm homo cen-
tum decem annorum: ſed tamen & alibi reperitur. Et 4
omnis generatio appoſiti ſunt ad patres ſuos. Notanda F
locutio eſt, quòd non ait appoſita eſt: quia plures erant.
Tradidit eos in manu prędantium. Non dixit in ma 5
num, quod videtur Latina locutio poſtulare. Et cum 6
ſuſcitauit dominus eis iudices, & erat dominus cū iudi-
ce. Solita locutione plus eſt hic, &: Nam plenum eſſet, Et
cū ſuſcitauit dominus eis iudices, erat dominus cum iu-
dice. Notandū eſt etiam hoc quòd à plurali ad ſingula-
rem tranſiens, nō ait, cum iudicibus, ſed cū iudice, id eſt,
cum vnoquoq; iudice. Et factum eſt cum moreretur 7
iudex & reuertebantur iterū & corrumpebant ſuper pa-
tres ſuos. Recta locutio iſta eſſe poterat ſecundū conſue
tudinē ſermonis noſtri: Et fiebat cum moreretur iudex,
& reuertebantur, & iterum corrumpebant ſuper patres
ſuos. Si, &, nō haberet, plenum eſſet, Cum moreretur iu-
dex reuertebantur, & iterum corrumpebāt ſuper patres
ſuos: id eſt, pluſquā patres eorum. Propter quod tanta 8
deliquit gens hæc teſtamentum meum. Tanta dixit pro
tantū, id eſt tam multū, nomen pro aduerbio, quod etiā
in Latinis locutionibus maxime in Poëticis inuenitur. Iudic.3.
Et nō obaudierūt vocis meę. Gręca magis locutio eſt. 9
Factus

G 10 Factus eſt ſuper eum ſpiritus domini. cũ ſpiritus do-
Indic.3. mini vtique factus non ſit: ſed ſuper eum factus eſt, ita
dictum eſt, ac ſi diceretur, Factum eſt vt eſſet ſuper eum.
Ioan.1. Ex qua locutione & in Euangelio legitur: Ante me fa-
ctus eſt, id eſt factũ eſt, vt eſſet ante me. Quod alio mo-
11 do diceretur, Prælatus eſt mihi. Et ſumpſit Aioth gla-
diũ deſuper femore ſuo dextro. Sic interpretari potuit
quod Græcus habet ἀπὸ ἄνωθεν. Nam locutio minus La
12 tina eſt. Erat autẽ Eglon vir exilis valde. hoc ad an-
tiphraſin[dictum,] id eſt locutione contraria ſequentia
indicant: quando enim percuſſus eſt, dictũ eſt quòd cõ-
cluſeruot adipes vulnus, quia nõ eductus eſt gladius de
13 ventre eius. Et percuſſit alienigenas in ſexcentos vi-
ros. Non ait alienigenarũ ſexcentos viros, aut certe alie-
14 nigenas in ſexcentis viris. Nónne præcepit dominus
Indic.4. deus Iſraël tibi & perges in mõtem Thabor? Non ait vt
pergas, quod videtur eſſe conſequens, ſed inuſitata locu
tione, nõoe præcepit tibi & perges: vt ſubaudiamus ver-
bum quod ſupra poſitum eſt, & ſit, Nónne perges: aut ſo
lita locutione plus habet, &, Nam iſta cõiunctione de-
tracta ſenſus currit: Nónne mandauit dominus deus Iſ-
H raël tibi, perges in montem Thabor, & accipies tecum
15 decem milia virorum &c. Quoniam neſcio diem in
quo dominus proſperat angelũ mecum. vtrum proſpe-
rat actus angeli eius qui mecum eſt, an proſpera mihi fa-
16 cit per angelum. Omnes currus ſuos, nongentos cur-
rus ferreos. Vbilibet diſtinguatur, elegans repetitio: vtrũ
omnes currus ſuos, & deinde ſequatur, nongentos cur-
rus ferreos: [An omnes currus ſuos nongeotos, & dein-
17 de inferatur, currus ferreos.] Et pauefecit dominus Si-
ſaram & omnes currus eius & omnia caſtra eius in ore
gladij in cõſpectu Barach: Quo modo pauefecit currus,
18 niſi eos intelligas qui erant in curribus? Et pauefecit
dominus Siſaram & omnes currus eius, & omnia caſtra
eius in ore gladij in conſpectu Barach. Pauefecit in ore
gladij, ac ſi diceret, interfecit in ore gladij: pauefecit er-
19 go, cum cæderetur gladio. Et deſcendit Siſara deſu-
per curru ſuo. Ita dici Latine potuit, quod eſt Græce ἀπὸ
20 ἄνωθεν. Et cooperuit eum in pelle ſua. Non dixit pel-
le, aut de pelle: Sic enim habet Græcus ἐν τῇ δέῤῥᾳ αὐτῆς.
21 Et erit ſi quis venerit ad te & dixerit, eſt hic vir? &
dices, non eſt. Detracta coniunctiooe conſequentẽ ha-
bet ſenſum: Si quis venerit ad te, & dixerit, eſt hic vir?
22 dices, non eſt. Et pergebat manu filiorum Iſraël per-
23 gens: Solita & frequẽtata locutio eſt. Et indurabatur
in labio regem Chanaan. Nouo modo poſitum eſt hoc
verbum indurabatur, pro eo quod eſt fortis efficiebatur
24 & præualidus. Perforauit caput eius & percuſſit. id
Indic.5. eſt, percuſſit caput eius & perforauit. Sic pereant om
25 nes inimici tui domine & diligentes eum ſicut ortus ſo
lis in potentia eius. non dixit diligentes te, cum vtique
26 de domino iotelligi vellet. Et factum eſt quaodo ſe-
minauit vir Iſraël. noo vnum hominem ſignificat, ſed
27 ipſam gẽtem. Aſcendebat Madiam & Amelech & fi-
Indic.6. lij Orientis, & aſcendebat ſuper eum. Iſta repetitio ver-
bi non videtur habere ſolitam elegãtiam vel affectum.
28 Et liberauit vos de manu Aegypti. Per manum pote-
29 ſtatem ſignificat, per Aegyptum Aegyptios. Et dixit
ad eum Gedeoo. In me domine mi. ſubintelligitur in-
tende, hoc eſt, in me inteode. Et eſt iſta locutio ſcriptu-
30 ris familiariſſima. Et ſi eſt dominus nobiſcum, & vt
quid inuenerunt nos omnia mala iſta. plus habet con-
iunctionem, &, ſicut ſolet loqui ſcriptura: quæ ſi detra-
31 hatur, plena ſentẽtia eſt. Et ſi eſt dominus nobiſcum
vt quid inuenerunt nos omnia mala iſta. quamuis & ſu-
perior coniunctio poſſit ſalua ſententia detrahi: vt cum K
dixiſſet, In me domine mi: deinde ſequatur, Si eſt domi-
nus oobiſcum, vt quid inuenerũt nos omnia mala iſta:
magis enim hoc exigit noſtræ locutionis conſuetudo.
Et vitulum annorum ſeptẽ: Hic manifeſtum eſt quo 32
modo vitulos appellet ſcriptura: Bos enim annorũ ſep-
tem ſecundum conſuetudinem locutionis noſtræ, non
eſt vtique vitulus. Secundum hanc ergo locutionem di-
ctum eſt de Sangar, quòd occiderit ſexcẽtos viros præ- Indic 3.
ter vitulos boum, hoc eſt præter boues. Et cecinit in 33
cornea. ſubauditur tuba: Græcus enim non habet tuba, Indic.7.
ſed tantum cornea. Camelis eorum non erat nume- 34
rus, & erant ſicut arena quæ eſt ad labium maris. In mul
titudine conſtat ὑπερβολικῶς dictum. Hæc autẽ tranſ-
latio vbi labium maris poſuit pro littore, aſsidua eſt in
ſcripturis, ſed rara eſt in Latinis codicibus, quia pleriq;
littus interpretati ſunt, magis quid ſignificet labium vo-
lentes pooere, quàm ipſum labium. Nam littus ſi vellent
ſeptuaginta interpretes dicere, non deeſſet linguæ Græ-
cæ quod dicerent. Et diuiſit trecentos viros per tria 35
principia. pro partibus principia poſuit. Et dixerunt 36
ad Gedeon viri Effrem. id eſt viri de tribu Effrem. L
Quid verbum hoc feciſti nobis vt non vocares nos 37
cum exires pugnare in Madian? verbum pro facto po- Indic.8.
ſuit. Et dederunt ſeptuagiota argenti. ſubauditur pon 38
do, vel tale aliquid. Interpretatio ex Hebræo ſeptuagin-
ta, pondo habet. Et conduxit in ipſis Abimelech vi- 39
ros. In ipſis dixit, pro ex ipſis, id eſt ex argẽti poodo ſep- Indic.9.
tuaginta cooduxit viros. Viros inanes & perturba- 40
tos. inanes poſuit pro leuibus, quibus ſunt contrarij gra Pſal.34.
ues: vode dicitur, In populo graui laudabo te. Et in- 41
trauit in domum patris ſui in Effrata & interfecit fra-
tres ſuos filios Hieroboaal ſeptuaginta viros ſuper lapi-
dem vnum. Quia iam ſuperius ſeptuaginta dixerat fi-
lios Hieroboaal, id eſt Gedeon, & nunc eos ſeptuaginta
dicit occiſos: quãuis minus occiſi fuerint duo, id eſt ipſe
qui occidit & Ionathan iunior qui latuit: de quo adiun-
gens dicit, Et remãſit Ionathã filius Hieroboaal iunior,
quoniam abſondit ſe: ac per hoc vniuerſum numerum
poſuit pro penè vniuerſo. Et ſpreuerũt viri Sichimo- 42
rum in domo Abimeleh. Non dixit, ſpreuerunt do-
mum Abimelech. Et inſidiari ſunt ſuper Sichimam 43
quatuor principia. id eſt quatuor partes. Iam iſtam locu- M
tionem etiam ſuperius notauimus. Et accepit popu- 44
lum & diuiſit eum in tria principia. Accepit dixit de il-
lo populo qui cum illo erat: & hic tria priocipia, pro tri-
bus partibus poſuit. Et abierunt viri in locum ſuum. 45
id eſt vnuſquiſque.. Et eris nobis in caput omnibus ha 46
bitantibus Galaad. Non dixit eris nobis caput. Sic enim Indic.11.
ſolet loqui ſcriptura. Vnde eſt: Eſto mihi in deum pro- Pſal.30.
tectorem & in domum refugij: & multa huiuſmodi.
Et hæc vnica ei, & non eſt præter ipſam filius aut fi- 47
lia. hoc eſt quod dictum eſt, vnica ei, ſed propter affectũ
repetita ſententia eſt. Et non eſt ei prẹter ipſam filius 48
aut filia. Non eſt ei pro non erat ei, dictum eſt: prẹterita
quippe narrantur. Et vxor eius ſterilis, & non parie- 49
bat. cum potuiſſet ſufficere quod dictũ eſt, ſterilis. Et Indic.13.
precatus eſt Manue dominũ, & dixit: In me domine, ho 50
mo dei quẽ miſiſti veniat nuoc iterum ad nos. In me ita
dictum eſt, vt ſubaudiatur, intende. Et percuſſit eos ti 51
biã ſuper femur. Hæc locutio inuſitata eſt. tamẽ locutio
eſt, non aliquis in corpore vulneris locus, ſicut in quæ-
ſtionibus expoſui, hoc eſt percuſſit eos ad admirationẽ,
ad ſtuporẽ. Et dixerunt vir Iuda, quare aſcendiſtis ſu 52
per nos. Singularẽ poſuit pro plurali: dixerunt enim viri Indic.15.
Iuda,

53 Iuda,nō vnus vir. Ne forte occurratis in me vos.pro
A eo quod eſt occidatis me. Et hæc locutio in quæſtioni-
54 bus expoſita eſt. Et reduxerunt eum de petra & vſque
venit vſque ad maxillam. Locus eſt ſic appellatus poſt-
ea ex eo facto quod ibi geſsit ipſe Sampſon,quando ma
xilla aſini pugnans mille proſtrauit : hoc ergo per Pro-
lepſim dictū eſt, quia poſt illa omnia geſta, hæc hiſtoria
55 conſcripta eſt. Sicut ſtuppa cum olfecerit ignem. Me-
Iudic.16. taphora ab animali ad inanimale. Non enim ſtuppa ſen
ſum habet olfactus, ſed ita dictū eſt, ac ſi diceretur,cum
ignem ſenſerit. Quanuis & hoc quod dixi, ſenſerit, ad
eandem metaphoram pertineat: ſed ad celeritatē intel-
56 ligendam pertinet,quod dictum eſt, olfecerit. Et ex-
tendit manum ſuam & accepit eam. Et ſi nō diceret,ex-
tendit manum ſuam, vtique extēta manu acceptam in-
57 telligeremus. Et nunciatum eſt Gazęis dicentes. Non
ait,nunciauerunt dicentes, aut nunciatum eſt à dicen-
58 tibus. Si alligauerint me in ſeptem neruis humidis
nondum ſiccatis. non ait, ſeptem neruis, ſed in ſeptem
59 neruis. Si alligauerint me in ſeptem neruis humi-
dis nondum ſiccatis, & infirmabor,plenum eſſet ſi non
60 haberet,&. Et inſidiæ ei ſedebant in cubiculo. Quod
B nonnulli interpretati ſunt,obſidebant: ſed Græcus ἐγκά-
θητο,hoc eſt ſedebat,quia inſidię ſingulari numero Grę
ce dicuntur,nec poteſt Latine dici inſidia.Locutio autē
notanda erat, quia dictum eſt inſidiæ ſedebant, pro iis
61 qui inſidiabantur.Ipſi enim ſedebant. Nunc ergo in-
dica mihi in quo alligaberis.Nō ait:quo alligaberis,aut,
62 vnde alligaberis. Si alligauerint me in funibus nouis.
63 Non dixit funibus. Item ſi alligauerint me in funicu-
lis nouis in quibus non eſt factum opus, & infirmabor.
64 Plenum eſſet etſi non præponeretur,&. Et hoc tertiū
fefelliſti me. Tertium poſuit pro tertio, ſiue ter, nomen
ſcilicet pro aduerbio,quod & in Latinis locutionibus e-
65 leganter fieri ſolet. Dimitte me & palpabo columnas
ſuper quas domus confirmata eſt ſuper eas.

Locutionis Iudicum Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE FIDE & Symbolo liber.

C

Quæ cauſa & ſcopꝰ operis præſentis. Cap.1. *Abacuc.2.* *Roma. 10.*

QVONIAM ſcriptum eſt,& Apoſtolicæ diſciplinæ robuſtiſsima authoritate firmatum, quoniam iuſtus ex fide viuit,eaq; fides officium à nobis exigit & cordis & linguæ,Ait enim Apoſtolꝰ: Corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutē:oportet nos eſſe,& iuſticiæ memores, & ſalutis: quandoquidem in ſempiterna iuſticia regnaturi,à pręſenti ſeculo maligno ſalui fieri non poſſumus, niſi & nos ad ſalutem proximorum tutentes, etiam ore profiteamur fidem quam corde geſtamus: quæ fides ne fraudulētis calliditatis hæreticorum poſsit in nobis aliqua ex parte violari, pia cautaq; vigilantia prouidēdum eſt.Eſt autem fides catholica in ſymbolo nota fidelibꝰ, memoriæq; mandata quātum res paſſa eſt breuitate ſermonis:vt incipientibus atq; lactētibus eis qui in Chriſto renati ſunt, nondum ſcripturarum diuinarum diligentiſsima & ſpiritali tractatione atque cognitione roboratis,paucis verbis credendum conſtitueretur,proficien- D
tibus,& ad diuinam doctrinam certa humilitatis atque charitatis firmitate ſurgentibus, quod multis verbis exponendo eſſet perficiendū. Sub ipſis ergo paucis in ſymbolo conſtitutis, plerique hæretici venena ſua occultare conati ſunt : quibus [reſtitit] & reſiſtit diuina miſericordia per ſpiritales viros,qui catholicam fidē,non tantum in illis verbis accipere & credere, ſed etiam domino reuelante intelligere atque cognoſcere meruerunt. Scriptum eſt enim:Niſi credideritis,nō intelligetis. Sed tractatio fidei ad inueniendum * † ſymbolum valet:nō vt ipſa pro ſymbolo gratiam dei conſequētibus,memoriæ mandanda & reddenda tradatur, ſed vt illa quæ in ſymbolo retinentur contra hęreticorum inſidias authoritate catholica & munitiore defenſione cuſtodiat.

Eſaia.7. ** † al. muniendum.*

Conati ſunt enim quidam perſuadere deum patrem non eſſe omnipotentem:non quia hoc dicere auſi ſunt, ſed in ſuis traditionibus hoc ſentire & credere conuincuntur. Cum enim dicunt eſſe naturam quam deus omnipotens non creauerit, de qua tamen iſtum mundum fabricauerit,quem pulchre ornatum eſſe concedunt,ita patrem omnipotentem deum negant, vt non eum credant mundum potuiſſe facere,niſi ad eum fabricandum alia natura,ſcilicet quæ iam fuerat & quam ipſe non fecerat, vteretur: Carnali ſcilicet cōſuetudine videntes fa- E
bros & domorū ſtructores,& quoſlibet opifices,qui niſi adiuuantur parata materia,ad effectū ſuę artis peruenire non poſſunt, Ita etiam intelligunt fabricatorem mundi non eſſe omnipotentem, ſi mundum fabricare non poſſet,niſi cum aliqua ab illo fabricata natura,tanquam materies adiuuaret, At ſi omnipotentem deum fabricatorem mundi eſſe concedunt,fateantur neceſſe eſt ex nihilo eum feciſſe quæ fecit. Non enim aliquid eſſe poteſt cuius creator nō eſſet,cum eſſet omnipotēs:quia etſi aliquid fecit ex aliquo,ſicut hominē de limo,non vtique fecit ex eo quod ipſe non fecerat,quia terram vnde limus eſt ex nihilo fecerat.Et ſi ipſum cœlum & terrā,id eſt ipſum mundum,& omnia quæ in eo ſunt, ex aliqua materia fecerat,ſicut ſcriptū eſt, Qui fecit mūdum ex materia inuiſa,vel informi,ſicut nōnulla ēxēplaria tenent:nullo modo credēdum eſt illam ipſam materiā de qua factus eſt mundus,quanuis informē,quanuis inuiſam quocunque modo eſſet,per ſeipſam eſſe potuiſſe,tanquam coæternam & coæuam deo:ſed quēlibet modum ſuum quē habebat vt quo modo eſſet, & diſtinctarum rerum for- F
mas poſſet accipere,nō habebat niſi ab omnipotēte deo, cuius beneficio eſt res non ſolum quęcunq; formata,ſed etiam quæcunq; formabilis. Inter formatū autem & formabile hoc intereſt, quòd formatū iam accepit formā, formabile autem poteſt accipere. Sed qui præſtat rebus formam,ipſe præſtat & rebus etiam poſſe formari:quoniam de illo & in illo eſt omnium ſpecioſiſsima ſpecies incōmutabilis:& ideo ipſe vnus eſt,qui cuilibet rei non ſolum vt pulchra ſit, ſed etiam vt pulchra eſſe poſsit attribuit. Quapropter rectiſsime credimus omnia deum feciſſe de nihilo: quia etiamſi de aliqua materia factus eſt mundus, eadem ipſa materia de nihilo facta eſt, vt ordinatiſsimo dei munere prima capacitas formarum fieret,ac deinde formarentur quæcunque formata ſunt, Hoc autē diximus, ne quis exiſtimet contrarias ſibi eſſe diuinarum ſcripturarum ſentētias: Quoniam & omnia deum feciſſe de nihilo ſcriptum eſt, & mundum eſſe factum de informi materia.Credētes itaque in deum patrem omnipotentem,nullam creāturam eſſe quæ ab omnipotente non creata ſit, exiſtimare debemus. Et quia

Patrem omnipotentem. Cap.II. *Sapien.11.* *Differentia formati & formabile.*

omnia

G omnia per verbum creauit, quod verbum & veritas di-
Ioan.14. citur & virtus & ſapiētia dei, multiſque aliis inſinuatur
1.Corint.1. vocabulis, qui noſtræ fidei Chriſtus Ieſus dominus cō-
mendatur, liberator ſcilicet noſter & rector filius dei:
Non enim verbum illud per quod ſunt omnia cōdita,
generare potuit, niſi ille qui per ipſum condidit omnia.
Ieſum Chriſtum filiū. Credimus etiam & in Ieſum Chriſtum filium dei pa
Cap.III. tris vnigenitum vnicum dominum noſtrum. Quod ta
men verbum non ſicut verba noſtra debemus accipere,
quæ voce atque ore prolata verberato aëre tranſeūt, nec
diutius manēt quàm ſonant. Manet enim illud verbum
incommutabiliter, nam de ipſo dictum eſt cum de ſa-
Sapien.7. pientia diceretur, In ſeipſa manēs innouat omnia. Ver-
Verbū quare dictum. bum autem patris ideo dictum eſt, quia per ipſum inno
teſcit pater. Sicut ergo verbis noſtris id agimus, cum ve
rum loquimur, vt noſter animus innoteſcat audiēti, &
quicquid ſecretum in corde gerimus, per ſigna huiuſ-
modi ad vlterius cognitionem proferatur: ſic illa ſapiē-
tia quam deus pater genuit, quoniam per ipſum innote-
† al. innoteſcit dignis animis ſecretiſsimus. ſcit tignis ſecretiſsimis † pater, verbum eius conuenien-
tiſsime nominatur. Inter animum autem noſtrū & ver-
ba noſtra quibus eundem animum oſtendere conamur,
plurimum diſtat. Nos quippe non gignimus ſonantia
H verba, ſed facimus: quibus faciēdis materia ſubiacet cor-
pus. Plurimum autem intereſt inter animum & corpus.
Deus vero cum verbum genuit, id quod eſt ipſe genuit,
neque de nihilo, neq; de aliqua iam facta conditaq; ma
teria, ſed ſeipſo id quod eſt ipſe. Hoc enim & nos cona
mur cum loquimur, ſi diligenter conſideremus noſtræ
voluntatis appetitum, non cum mentimur, ſed cum ve-
rum loquimur. Quid enim aliud molimur, niſi animum
ipſum noſtrum, ſi fieri poteſt, cognoſcendum & perſpi-
ciendum animo auditoris inferre: vt in nobis quidem
ipſi maneamus, nec recedamus à nobis & tamen tale iu-
dicium quo fiat in altero noſtra noticia proferamus, vt
quantum facultas conceditur, quaſi alter animus ab ani
mo per quem ſe iudicet proferatur? Id facimus conan-
tes & verbis & ipſo ſono vocis, & vultu & geſtu corpo-
ris, tot ſcilicet machinamentis id quod intus eſt demon
ſtrare cupientes, quia tale aliquid proferre non poſſu-
mus: & ideo non poteſt loquentis animus penitus inno
teſcere, vnde etiam mendaciis locus patet. Deus autem
pater qui veriſsime ſe indicare animis cognituris & vo-
luit & potuit, hoc ad ſe ipſum indicandū genuit, quod
I eſt ipſe qui genuit, qui virtus etiam eius & ſapientia eſſe
Sapien.8. dicitur, quia per ipſum operatus eſt & diſpoſuit omnia,
Natiuitas Chriſti. De quo propterea dicitur, Attingit à fine vſque ad finē
fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Quamobrem
Cap.IIII. vnigenitus filius dei, neque factus eſt à patre, quia ſicut
Ioan.1. dicit Euangeliſta, omnia per ipſum facta ſunt: Neque ex
tempore genitus, quoniā ſempiternus deus ſapiens ſem
piternam ſecum habet ſapientiam ſuam. Neque impar
eſt patri, id eſt in aliquo minor, quia & Apoſtolus di-
cit, Qui cum in forma dei eſſet conſtitutus, non rapi-
Philip.2. nam arbitratus eſt eſſe æqualis deo. Hac igitur fide ca-
tholica, & illi excluduntur qui eundem dicunt filiū eſ-
ſe qui pater eſt: quia & hoc verbum apud deum eſſe non
poſſet niſi apud deum patrem, & nulli eſt æqualis qui ſo
lus eſt. Excluduntur etiam qui creaturam dicunt eſſe fi-
lium, quamuis non talem quales ſunt cæteræ creaturæ.
Quantamcunque enim creaturam dicant, ſi creatura
eſt, condita & facta eſt, Nam idem eſt condere quod
Creare, condere. creare, quanquam in Latinæ linguę conſuetudine dica-
tur aliquando creare pro eo quod eſt gignere, ſed Græ-
ca diſcernit, Hoc enim dicimus creaturam quod illi
κτίσμα vel κτίσιν vocant. Et cum ſine ambiguitate lo- K
qui volumus, non dicimus creare, ſed condere. Ergo ſi
creatura eſt filius, quamlibet magna ſit, facta eſt. Nos
autem in eum credimus per quem facta ſunt omnia nō
in eum per quem facta ſunt cætera, Neque enim hic ali-
ter accipere poſſumus omnia, niſi quæcunque ſunt fa-
cta. Sed quoniam verbum caro factum eſt & habitauit *Ioan.1.*
in nobis, eadem ſapientia quæ de deo genita eſt, digna-
ta eſt etiam in hominibus creari. Quò pertinet illud, *Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto.*
Dominus creauit me in principio viarum ſuarum, Via-
rum enim eius principium & caput Eccleſiæ eſt Chri-
ſtus homine indutus, per quem viuendi exemplum no- *Prouerb.8.*
bis daretur. Hæc eſt via certa qua peruenerimus ad deū.
Non enim redire poſſumus, niſi humilitate, qui ſuper-
bia lapſi ſumus, ſicut dictum eſt primæ noſtræ creatu- *Gene.3.*
ræ, Guſtate & eritis tanquam dij. Huius igitur humili-
tatis exemplum id eſt viæ qua redeundum fuit, ipſe re-
parator noſter in ſeipſo demonſtrare dignatus eſt, qui
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſe-
metipſum euacuauit formam ſerui accipiens, vt crea-
retur homo in principio viarum eius, verbum per quod
facta ſunt omnia. Quapropter ſecundum id quod vni-
genitus eſt, non habet fratres: ſecundum id autem quod L
primogenitus eſt, fratres vocare dignatus eſt, omnes qui
poſt eius primitias † in dei gratia naſcimur per adoptio- *† al. poſt eius & per eius primatum.*
nem filiorum, ſicut Apoſtolica doctrina commendat.
Naturalis ergo filius de ipſa patris ſubſtantia vnicus
natus eſt, idem exiſtens quod pater, deus de deo, lumen
de lumine: nos autem non lumē naturaliter ſumus, ſed
ab illo lumine illuminamur, vt ſapientia lucere poſsi-
mus. Erat, inquit, lumen verum, quod illuminat omnem *Ioan.1.*
hominem venientem in hunc mundum. Addimus ita-
que fidei rerum æternarum etiam temporalem diſpen-
ſationem domini noſtri, quam gerere & miniſtrare no
bis pro noſtra ſalute dignatus eſt. Nam ſecundum id ꝙ
vnigenitus eſt filius dei: non poteſt dici, fuit & erit: ſed
tantum, eſt: quia & quod fuit, iam non eſt, & quod erit,
nondum eſt. Ille ergo eſt incommutabilis ſine cōditio-
ne temporum & varietate. Nec aliunde arbitror mana-
re quod famulo ſuo Moyſi tale nomē ſuum inſinuauit.
Nam cum ab eo quæreret, ſi ſe populus ad quem mitte- *12. de ciuitate dei.*
batur contemneret, à quo ſe diceret eſſe miſſum, reſpon
ſum dicentis accepit, Ego ſum qui ſum. Deinde ſubiun- *Cap.2.*
git, Hæc dices filiis Iſraël, Qui eſt, miſit me ad vos. Ex *Exod.3.*
quo iam ſpiritalibus animis patere confido, nullam na- M
turam deo eſſe poſſe contrariam. Si enim ille eſt, & de
ſolo deo proprie dici poteſt hoc verbum, Quod enim
vere eſt, incommutabiliter manet, quoniam quod mu-
tatur fuit aliquid quod iam non eſt, & erit quod non-
dum eſt: nihil habet deus contrarium. Si enim quære-
retur, [à nobis] quid ſit albo contrarium, reſpondere-
mus nigrum: ſi quæreretur quid ſit calido contrarium,
reſponderemus frigidum: ſi quæreretur quid ſit contra-
rium veloci, reſponderemus tardum: & quæcunque ſi-
milia. Cum autem quæritur quid ſit cōtrarium ei quod
eſt, recte reſpondetur quod non eſt. Sed quoniam per
temporalem, vt dixi, diſpenſationem, ad noſtram ſalutē
& reparationem operante dei benignitate, ab illa incō-
mutabili dei ſapientia natura noſtra mutabilis ſuſcep-
ta eſt, temporalium rerum ſalubriter pro nobis geſta-
rum adiungimus fidem, credentes in eum dei filium
qui natus eſt per ſpiritumſanctum ex virgine Maria.
Dono enim dei, hoc eſt ſpirituſancto conceſſa nobis
eſt tanta humilitas tanti dei, vt totum hominem ſuſci-
pere dignaretur in vtero virginis, maternū corpus in-
tegrum

A tegrum inhabitans, integrum deferens. Cui temporali *Corpus, animа, ſpiritus* diſpenſationi multis modis inſidiantur hæretici. Sed ſi quis tenuerit catholicam fidem, vt totum hominem credat eſſe ſuſceptum verbo dei, id eſt corpus, animam, ſpiritum, ſatis contra illos munitus eſt: quippe cum iſta ſuſceptio pro ſalute noſtra geſta ſit, cauendum eſt ne cum crediderit aliquid noſtrum non pertinere ad iſtam ſuſceptionem, non pertineat ad ſalutem. Et cum homo excepta forma membrorum, quæ diuerſis generibus animantium diuerſa tributa eſt, non diſtet à pecore niſi rationali ſpiritu, qui mens etiam nominatur, *Mens ſuſc.* quo modo ſana eſt fides qua creditur, quòd id noſtrum ſuſceperit dei ſapientia quod habemus commune cum pecore, illud autem non ſuſceperit quod illuſtratur luce ſapientiæ & quod hominis proprium eſt? *Natus ex Maria virgine.* Deteſtandi etiam illi ſunt, qui dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum matrem Mariam in terris habuiſſe negant: cum illa diſpenſatio vtrunque ſexum & maſculinum & fœmininum honorauerit, & ad curam dei pertinere monſtrauerit, non ſolum quem ſuſcepit, ſed etiam illum per quem ſuſcepit, virum gerendo, naſcendo de fœmina. Nec nos ad negandum Chriſti matrem cogit B quod ab eo dictum eſt: Quid mihi & tibi eſt mulier, *Ioan.2.* nondum venit hora mea: ſed potius admonet vt intelligamus ſecundum deum non eum habuiſſe matrem, cuius maieſtatis perſonam parabat oſtendere, aquam *Ioan.19.* in vinum vertendo. Quod autem crucifixus eſt, ſecundum hominem crucifixus eſt, & illa erat hora quę nondum venerat, quando dictum eſt, Quid mihi & tibi, nondum venit hora mea, id eſt qua te cognoſcã, Tunc enim vt homo crucifixus cognouit hominem matrem, & dilectiſſimo diſcipulo humaniſſime commendauit. Nec iſtud nos moueat, quòd cum ei nunciaretur mater eius & fratres, reſpondit, Quæ mihi mater, aut qui fratres? &c. ſed potius doceat miniſterium noſtrũ quo verbum dei fratribus miniſtramus, cum parentes impediunt non eos debere cognoſci. Nam ſi propterea quiſque putauerit non eum habuiſſe matrem in terris, *Matth.12.* quia dixit: Quæ mihi mater? cogatur & neceſſe eſt & Apoſtolos negare habuiſſe patres in terris, quoniã præ-*Matth.23.*cepit eis dicens, Nolite vobis patrem dicere in terris, vnus enim eſt pater veſter qui in cœlis eſt. Nec nobis C fidem iſtam minuat cogitatio muliebrium viſcerum, vt propterea recuſanda videatur talis domini noſtri generatio, quòd eam ſordidi ſordidam putant: quia & *1.Corin.1.* ſtultum dei ſapientius eſt hominibus: & omnia munda *Ad Titũ 1.* mũdis, veriſſime Apoſtolus dicit: Debent enim intueri qui hoc putant, ſolis huius radios, quem certe non tanquam dei creaturam laudant, ſed tanquam deum adorant, per cloacarum fœtores & quæque horribilia vſquequaque diffundi, & in his operari ſecundum naturam ſuam, nec tamen inde aliqua contaminatione ſordeſcere, cum viſibilis lux viſibilibus ſordibus ſit natura coniunctior. Quanto minus igitur poterat pollui verbum dei, non corporeum neque viſibile, de fœmineo corpore vbi humanam carnem ſuſcepit cum anima & ſpiritu, quibus interuenientibus habitat maieſtas verbi ab humani corporis fragilitate ſecretius? Vnde manifeſtum eſt nullo modo potuiſſe verbum dei maculari humano corpore, quo nec ipſa anima humana maculata eſt. Non enim cum regit corpus atque viuificat, ſed cum eius mortalia concupiſcit, de corpore anima maculatur. Quod ſi animæ maculas illi vitare vellent, hæc mendacia potius & ſacrilegia formidarent.

Mors Chriſti. Cap.V. Sed parua erat pro nobis domini noſtri hu-

militas in naſcendo, acceſſit etiam vt mori pro mortalibus dignaretur, D Humiliauit enim ſe, factus ſubditus *Philip.2.* vſque ad mortem, mortem autem crucis: ne quiſquam noſtrum etiam ſi mortem poſſet non timere, aliquod genus mortis quod homines ignominioſum arbitrantur horreret. *Paſſus ſub Pontio Pilato. Crucifixus, mortuus & ſepultus.* Credimus itaque in eum qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt & ſepultus. Addendum enim erat iudicis nomen propter temporum cognitionem. Sepultura vero illa cum creditur, fit recordatio noui teſtamenti, quòd reſurrecturo ad vitæ nouitatẽ præberet teſtimonium, ſicut naſcituro vterus virginalis. Nam ſi-*Ioan.19.*cut in illo monumento nullus alius mortuus ſepultus eſt, nec ante nec poſtea, ſic in illo vtero nec ante nec poſtea quicquam mortale conceptum eſt. Credimus etiam illum tertio die reſurrexiſſe à mortuis primogenitum, conſecuturis fratribus quos in adoptionẽ filiorum dei vocauit, quos comparticipes & cohæredes ſuos eſſe dignatus eſt. *Tertia die reſurrexit à mortuis.*

Cap.VI. Credimus in cœlum aſcẽdiſſe, qui vitæ beatitudinem*† etiam nobis promiſit dicens, Erunt *Matth.20.* ſicut angeli in cœlis, in illa ciuitate quæ eſt mater omnium noſtrum Hieruſalem æterna in cœlis. **†al. quem beatitudinis locum.* Solet autẽ quoſdam offendere vel impios gentiles vel hæreticos, quòd credamus aſſumptum terrenũ corpus in cœlum. E At gentiles plerunque Philoſophorum argumentis nobiſcum agere ſolent, vt dicant, terrenum aliquid in cœlo eſſe non poſſe: noſtras enim ſcripturas nõ nouerunt, nec ſciunt quo modo dictum ſit, Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. *1.Cor.15.* Non enim ita dictũ eſt, quaſi corpus vertatur in ſpiritum & ſpiritus fiat: quia & nunc corpus noſtrum quod animale dicitur, non in animam verſum eſt & anima factum, Sed ſpiritale corpus intelligitur, quia ita coaptandum eſt*, vt cœleſti habitationi conueniat, omni fragilitate ac labe terrena in cœleſtem puritatem & ſtabilitatem mutata atque conuerſa. ** al. quod ita ſpiritui ſubditũ eſt.* Hæc eſt immutatio, de qua iterum dicit Apoſtolus, *1.Corin.15.* Omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur: quam immutationem non in deterius, ſed in melius fieri docet idem cum dicit, & nos immutabimur. Sed vbi & quo modo ſit in cœlo corpus dominicum: curioſiſſimum & ſuperuacaneum eſt quærere, tantummodo in cœlo eſſe credendum eſt. Non enim eſt fragilitatis noſtræ cœlorũ ſecreta diſcutere, ſed eſt noſtræ fidei de dominici corporis dignitate ſublimia & honeſta ſapere.

F *Ad dexteram patris. Cap.VII.* Credimus etiam, quòd ſedet ad dexteram dei patris: Nec ideo tamen quaſi humana forma circunſcriptum eſſe deum patrem arbitrandum eſt, vt de illo cogitantibus, dextrum aut ſiniſtrum latus animo occurrat: aut idipſum quòd ſedere pater dicitur, flexis poplitibus fieri putandum eſt, ne illud incidamus ſacrilegium quo execratur Apoſtolus eos qui commutauerunt gloriam *Roma.1.* incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ corruptibilis hominis. Tale enim ſimulachrum deo nefas eſt Chriſtiano in templo collocare, multo magis in corde nefarium eſt, vbi vere eſt templum dei, ſi à terrena cupiditate atq; errore mundetur. Ad dexteram ergo intelligendum eſt dictum eſſe in ſumma beatitudine, vbi iuſticia & pax & gaudium eſt: Sicut ad ſiniſtrã hædi conſtituuntur, id *Matth.25.* eſt, in miſeria, propter iniquitates & labores atque cruciatus. Sedere ergo quòd dicitur deus, non membrorũ poſitionem, ſed iudiciariam ſignificat poteſtatem, qua illa maieſtas nunquam caret, ſemper digna dignis tribuendo: quamuis in extremo iudicio multo manifeſtius inter homines vnigeniti filij dei iudicis viuorum atque mortuorum claritas indubitata fulſura ſit. *Iudicium. Cap.VIII.*

Credimus etiam inde venturum conuenientiſſimo

G tempore,& iudicaturū viuos & mortuos. Siue iſtis no-
minibus iuſti & peccatores ſignificentur: ſiue quos tūc
ante mortem noſtram in terris inuēturus eſt appellati
ſunt viui, mortui vero qui in eius aduentu reſurrecturi
ſunt:hæc diſpēſatio tēporalis,non tantū eſt,ſicut illa ge
neratio ſecundū deum,ſed etiā fuit & erit. Nam fuit do
minus noſter in terris,& nūc eſt in cœlis,& erit in clari
tatę iudex viuorum atq; mortuorū:ita enim veniet ſicut
aſcēdit,ſecundū authoritatē quę in actibus Apoſtolorū
Acto.1. cōtinetur.Ex hac itaq; tēporali diſpēſatione loquitur in
Apoca.1. Apocalypſi vbi ſcriptū eſt, Hæc dicit qui eſt & qui fuit
Trinitas. & qui futurus eſt. Digeſta itaq; fidei commendata,&
Cap.IX. diuina generatione domini & humana diſpēſatione,iū
Credo in ſpi gitur cōfeſſioni noſtræ ad perficiendā fidem quę nobis
ritū ſanctū. de deo eſt,ſpiritus ſanctus, nō minore natura quàm pa
ter & filius,ſed vt ita dicā conſubſtātialis & coæternus:
quia iſta Trinitas vnus eſt deus:nō vt idem ſit pater qui
eſt filius & ſpiritus ſanctus,ſed vt pater ſit pater,& filius
ſit filius,& ſpiritus ſanctus ſit ſpiritus ſanct⁹:ſed hæc Tri
nitas vnus deus ſicut ſcriptū eſt,Audi Iſraël, Dominus
Deuter.6. deus tuus,deus vnus eſt. Tamē ſi interrogemur de ſin-
gulis & dicatur nobis,Deus eſt pater? Reſpondebimus,
H deus.Si quæratur,vtrū deus ſit filius,hoc reſpōdebimus.
Nec ſi fuerit de ſpiritu ſancto talis interrogatio,aliud eſ
ſe eū debemus reſpōdere q̄ deū,vehementer cauētes ſic
Pſal.81. accipere quo modo de hominib⁹ dictū eſt,Dij eſtis.Nō
enim ſunt naturaliter dij quicunq; ſunt facti atq; cōditi
ex patre per filiū dono ſpiritus ſancti.Ipſa enim ſignifi-
Roma.11. catur Trinitas cū Apoſtolus dicit,Quoniā ex ipſo & in
ipſo & per ipſum ſunt oīa.Quodcunq; ergo de ſingulis
interrogati,reſpōdeamus deū eſſe de quo quæritur,ſiue
patrē,ſiue filiū,ſiue ſpiritum ſanctū,vt tamē non tres do
Cōparatio. ceri à nobis coli quiſquā exiſtimauerit.Nec mirū ꝙ hęc
de ineffabili natura dicūtur,cū in iis etiā rebus quas cor
poreis oculis cernimus & corporeo ſenſu diiudicamus,
tale aliquid accidat.Nā cū de fonte interrogari,nō poſ-
ſumus dicere ꝙ ipſe ſit fluuius,nec de fluuio interroga-
ti,poſſumus dicere ꝙ ſit fons,& rurſum potionē quę de
fonte vel fluuio eſt,nec fluuiū nec fontē poſſumus appel
lare,tamen in hac Trinitate aquā nominamus:& cū de
ſingulis quæritur,ſingillatim aquā reſpōdemus. Nam ſi
I quæro vtrū in fonte aqua ſit,reſpōdetur aqua,& ſi quæ-
ramus vtrum aqua ſit in fluuio, nihil aliud reſpōdetur,
& in illa potione non poterit eſſe alia reſponſio:nec ta-
men eas tres aquas,ſed vnā dicimus. Sanè cauendū eſt,
ne quiſquā ineffabilē illius maieſtatis ſubſtātiam ſicut
fontē iſtum viſibilē atq; corporeū,vel fluuiū vel potio-
nē cogitet. In his enim aqua illa quæ nunc in fonte eſt,
exit in fluuiū,nec in ſe manet,& cum de fluuio vel fon
te in potionē trāſit,nō ibi permanet vnde ſumitur.Itaq;
fieri poteſt vt eadem aqua nūc ad fontis appellationem
pertineat,nunc ad fluuij,nunc ad potionis,Cum in illa
Trinitate dixerimus, nō poſſe fieri vt pater aliquādo ſit
Cōparatio. filius, aliquando ſpiritus ſanctus, Sicut in arbore radix
nō eſt niſi radix,nec robur,niſi robur,nec ramos niſi ra
mos poſſumus dicere,Non enim id quod dicitur radix
poteſt dici robur & rami,nec lignū quod pertinet ad ra
dicē,poteſt alio etiā tranſitu nūc in radice eſſe,nunc in
robore,nunc in ramis,ſed tantūmodo in radice:cū illa
regula nominis maneat,vt radix lignum ſit,& robur li-
gnū, & rami lignum, nec tamē tria ligna dicantur,ſed
vnū.Aut ſi hęc habent aliquā diſſimilitudinē,vt poſſint
nō abſurde tria ligna dici propter firmitatis diuerſitatē:
illud certe omnes cōcedunt, ſi ex fonte tria pocula im-
pleantur,poſſe dici tria pocula,tres autē aquas nō poſſe
dici,ſed omnino vnā aquam: quanquā de ſingulis po- K
culis interrogatus,in quolibet horū aquam eſſe reſpon-
deas,quāuis nullus hic trāſitus fiat,ſicut de fonte in flu-
mina dicebamus.Hæc autē nō propter illius diuinæ na
turæ ſimilitudinē,ſed etiā propter viſibiliū vnitatē cor-
poralia exēpla data ſunt, vt intelligeretur fieri poſſe vt
aliqua tria,nō tātū ſingillatim,ſed etiā ſimul vnū ſingu-
lare nomē obtineant. Nec quiſquā miretur & abſurdū
putet,ꝙ deū dicimus patrē,deum filiū,deum ſpiritū ſan
ctū,nec tamen tres deos in iſta Trinitate, ſed vnū deū,
vnamq; ſubſtantiā: & de patre quidē & filio multis li-
bris diſſeruerūt docti & religioſi viri,quibus quantū ho
mines hominibus poterāt,quēadmodum nō vnus eſſet
pater & filius,ſed vnū eſſent,& quid proprie pater eſſet,
& quid filius inſinuare conati ſunt ꝙ ille genitor,hic ge
nitus:ille nō de filio,hic de patre:huius ille principium
vnde & caput Chriſti dicitur,quāuis & Chriſtus princi *Ioan.8.*
pium,ſed non patris:hic vero illius imago,quāuis nulla
ex parte diſſimilis & omnino indifferēter æqualis. Tra-
ctantur hęc latius ab eis qui nō tam breuiter quàm nos,
totius Chriſtianæ fidei profeſſionem volunt explicare.
Itaq; inquantū filius eſt,de patre accepit vt ſit,cū illę de
filio id nō acceperit:& inquantū hominē,mutabilē,ſci- L
licet creaturā in melius commutandā ineffabili miſeri-
cordia,tēporali diſpenſatione ſuſcepit,multa de illo in
ſcripturis inueniūtur ita dicta,vt impias hæreticorū mē
tes prius volētes docere quàm noſſe in errorē miſerint,
vt putarent eū non æqualē patri,nec eiuſdē ſubſtantiæ.
Qualia ſunt illa, Quoniā pater maior me eſt. Et,Caput *Ioan.14.*
mulieris vir,caput viri Chriſtus,caput autē Chriſti de⁹. *1.Cor.11.*
Et, Tūc ipſe ſubiectus erit ei,qui illi ſubiecit omnia. Et, *1.Cor.15.*
Vado ad patrē meum & patrē veſtrum, deū meum & *Ioan.20.*
deum veſtrū:& nōnulla huiuſmodi: quæ omnia poſita
ſunt,non vt naturæ atq; ſubſtantiæ inæqualitatē ſignifi
cēt,ne falſa ſint illa. Ego & pater vnum ſumus:Et, Qui *Ioan.10.*
me videt,videt & patrē meum. Et,Deus erat verbū:non *Ioan.14.*
enim factus eſt,cū omnia per ipſum facta ſunt.Et,Non *Ioan.1.*
rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo, & cætera talia: *Philip.2.*
Sed illa poſita ſunt,partim propter adminiſtrationē ſu
ſcepti hominis,qua dicitur,Semetipſum exinaniuit: nō
quia mutata eſt illa ſapientia,cū ſit omnino incommu-
tabilis, ſed quia humiliter hominibus innoteſcere vo- M
luit:partim propter hāc adminiſtrationē illa ita ſcripta
ſunt,de quibus hæretici calumniantur: partim propter-
ea,quia filius patri debet quod eſt,hoc etiā vtiq; debens
patri quòd eidem patri æqualis aut par eſt, pater autem
nulli debet quicquid eſt.De ſpiritu ſancto autem non-
dum tā copioſe ac diligēter diſputatum eſt à doctis &
magnis diuinarū ſcripturarum tractatoribus, vt intel-
ligi facile poſſit & eius propriū,quo proprio ſit vt eum
neq; filium neq; patrē dicere poſſimus, ſed tantum ſpi-
ritum ſanctū, niſi quòd eum donū dei eſſe prædicāt,vt
deum credamus nō ſeipſo inferius donū dare: ſeruant
tamen vt non genitū ſpiritū ſanctum tanquā filium de
patre prædicent, vnicus enim eſt Chriſtus,neq; de filio
tanquā nepotem ſummi patris: nec tamen id quod eſt,
nulli debere, ſed patri ex quo omnia: ne duo cōſtitua-
mus principia ſine principio, quod falſiſſimū eſt & ab-
ſurdiſſimū,& non catholicæ fidei,ſed quorundā hære-
ticorū errori propriū.Auſi ſunt tamen quidā ipſam cō-
munionē patris & filij, atq; vt ita dicā,deitatem, quam
Græci θεότητα appellant, ſpiritum ſanctum credere:vt
quoniā pater deus, & filius deus, vt ipſa deitas ſibi qua
copulantur, & ille gignendo filium, & ille patri cohæ-
rēdo & ei à quo eſt genitus,æquetur. Hanc ergo deita-
tem quam

A tem quam etiam dilectionem in ſeinuicem amborum
charitatémque volunt intelligi, ſpiritum ſanctum ap-
pellatum dicunt, multíſque ſcripturarum documentis
adſunt huic opinioni ſuæ, Siue illo quod dictum eſt.
Roma.5. Quoniã charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per
ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis, ſiue aliis multis ta
libus teſtimoniis: & eoipſo quòd per ſpiritum ſanctum
reconciliamur deo, vnde etiam donum dei dicunt, ſa-
tis ſignificari volunt charitatem dei eſſe ſpiritum ſan-
1.Ioan.3. ctum. Non enim reconciliamur illi niſi per dilectionẽ,
1.Ioan.4. qua etiam filij dei appellamur: non iam ſub timore tan-
Roma.8. quã ſerui, quia conſummata dilectio foras mittit timo-
rem: & ſpiritum libertatis accipimus in quo clamamus,
abba pater. Et quia reconciliati & in amiciciam reuo-
cati per charitatẽ poterimus omnia ſecreta dei cogno-
ſcere, propterea de ſpiritu ſancto dicitur, Ipſe vos indu-
Ioan.16. cet in omnem veritatem. Propterea & fidentia prædi-
candæ veritatis quia impleti ſunt aduentu eius Apoſto-
li, recte charitati tribuitur: quia & diffidentia timori da
tur, quam conſummatio charitatis foras mittit. Et ideo
etiam donum dei dicitur, quia eo quod quiſque nouit
B non fruitur niſi & id diligat, Frui autem ſapientia dei
nihil aliud eſt, quàm ei dilectione cohærere: Neq; quiſ-
quam in eo quod percipit permanet niſi dilectione, &
ideo ſpiritus ſanctus dicitur, quoniam ad permanen-
dum ſanciuntur quæcunque ſanctificantur, Nec dubi-
um eſt à ſanciendo ſanctitatem vocari. Maxime autem
illo teſtimonio vtuntur aſſertores huius ſentẽtiæ quod
ſcriptum eſt, Quod natũ eſt de carne, caro eſt: & quod
Ioan.3. natum eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt: quoniam deus ſpiritus
Ioan.4. eſt. Hoc enim regenerationem noſtrã dicunt, quæ non
ſecundum Adam de carne eſt, ſed ſecundum ſpiritum
de ſpiritu ſancto. Quapropter ſi ſpiritus ſancti hoc lo-
co facta eſt commemoratio, vbi dictum eſt, Quoniam
deus ſpiritus eſt: animaduertendum dicunt, non di-
ctum eſſe quoniam ſpiritus dei eſt, ſed quoniam deus
ſpiritus eſt, vt ipſa deitas patris & filij hoc loco dicta
ſit deus quod eſt ſpiritus ſanct⁹. Huc accedit aliud teſti
monium quod dicit Ioannes Apoſtolus, Quoniam de-
1.Ioan.4. us dilectio eſt. Hic enim non ait, dilectio dei, ſed deus
dilectio eſt: vt ipſa deitas dilectio intelligatur. Et quòd
in illa enumeratione connexarum ſibi rerum vbi dici-
C tur, Omnia veſtra, vos autem Chriſti, Chriſtus autem
1.Cor.3. dei. Et, Caput mulieris vir, caput viri Chriſtus, caput
1.Cor.11. autem Chriſti deus: nulla fit commemoratio ſpiritus
ſancti: ad hoc pertinere dicunt, quia non ferè in iis quæ
ſibi connexa ſunt numerari ſolet ipſa connexio. Vn-
de etiam in illo loco Trinitatem ipſam videntur a-
gnoſcere qui legunt attentius, cum dicitur: Quoniam
ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Ex ipſo, tan-
quam ex eo qui nulli debet quod eſt: per ipſum, tan-
quam per mediatorem: in ipſo, tanquam in eo qui con
tinet: id eſt, copulatione coniungit. Huic ſententiæ con
tradicunt, qui arbitrantur iſtam communionem, quam
deitatem vel dilectionem, ſiue charitatem appellamus,
non eſſe ſubſtantiam: quærunt autem ſecundum ſub-
ſtantiam ſibi exponi ſpiritum ſanctum: Nec intelligunt
1.Ioan.4. non aliter potuiſſe dici, Deus dilectio eſt: niſi eſſet di-
lectio ſubſtantia. Dicunt quippe, conſuetudine rerum
corporalium, Quoniam ſi duo ſibi corpora copulẽtur,
ita vt iuxta inuicem collocẽtur, ipſa copulatio non eſt
corpus, quandoquidem ſeparatis illis corporibus quæ
copulata fuerant, nulla inuenitur: nec tamen quaſi de-
ceſſiſſe & migraſſe intelligitur ſicut illa corpora, Sed
hi tales cor mundum faciant quantum poſſunt, vt vi-
dere valeant in dei ſubſtantia non eſſe aliquid tale, qua- D
ſi aliud ibi ſit ſubſtantia, aliud quod accidat ſubſtantiæ
& non ſit ſubſtantia: ſed quicquid ibi intelligi poteſt,
ſubſtantia eſt. Verum hæc dici poſſunt facile & credi:
videri autem niſi puro corde quo modo ſe habeant
omnino non poſſunt. Quapropter ſiue iſta vera ſit ſen-
tentia, ſiue aliud aliquid ſit, fides inconcuſſa tenenda
eſt, vt deum dicamus patrem, deum filium, deum ſpiri-
tum ſanctum: neq; tres deos, ſed iſtam trinitatem vnum
deum, neque diuerſos natura, ſed eiuſdem ſubſtantiæ:
neque vt pater aliquando ſit filius, aliquando ſit ſpiri-
tus ſanctus, ſed pater ſemper pater, & filius ſemper fi-
lius, & ſpiritus ſanctus ſemper ſpiritus ſanctus. Nec te-
mere aliquid de inuiſibilibus affirmemus tanquam ſci-
entes, ſed tanquam credentes, quoniam videri niſi
mundo corde non poſſunt. Et qui ea videt in hac vi- *1.Cor.13.*
ta ex parte, vt dictum eſt, atque in ænigmate, non po-
teſt efficere vt & ille videat cui loquitur ſi cordis ſordi-
bus impeditur. Beati autem mũdo corde, quoniam ipſi *Matth.5.*
deum videbunt. Hæc eſt fides de deo conditore & re-
nouatore noſtro. Sed quoniam dilectio non tantum
in deum nobis imperata eſt, cum dictũ eſt, Diliges do- E
minum deum tuũ ex toto corde, & ex tota anima tua, *Deut.6.*
& ex tota mente tua, ſed etiam in proximum, nam dili-
ges, inquit, proximum tuum tãquam teipſum: Si autem *Leuit.19.*
iſta fides congregationem ſocietatemq; hominum nõ
teneat, in qua fraterna charitas operetur, minus fructuo
ſa eſt. Credimus & ſanctam Eccleſiam, vtiq; catho- *Credere ec-*
licam, nam & hæretici & ſchiſmatici congregationes *cleſiam ca-*
ſuas Eccleſias vocant. Sed hæretici de deo falſa ſentien *tholicam.*
do ipſam fidem violant, ſchiſmatici autem diſceſſioni- *Cap.X.*
bus iniquis à fraterna charitate diſſiliunt, quãuis ea cre-
dant quæ credimus. Quapropter nec hæreticus pertinet
ad Eccleſiam catholicam, quoniam diligit deum, nec
ſchiſmaticus, quoniam diligit proximũ: Et ideo pecca-
tis proximi facile ignoſcit, qui ſibi nouit ignoſci ab illo
qui nos reconciliauit ſibi delens omnia præterita, & ad
vitam nouã nos vocans, quam vitam donec perfectam
capiamus ſine peccatis eſſe nõ poſſumus: Intereſt tamẽ
qualia ſint. Nec de peccatorum differentia modo tra-
ctandũ eſt, ſed credẽdum omnino, nullo modo nobis *Remiſſionẽ*
ignoſci ea quæ peccamus ſi nos inexorabiles ad igno- *peccatorũ.*
ſcenda peccata fuerimus. Itaq; credimus remiſſione pec F
catorum. Et quoniã tria ſunt quibus homo cõſtat, ſpi-
ritus, anima & corpus: quæ rurſus duo dicũtur, quia ſæ-
pe anima ſimul cum ſpiritu nominatur, Pars enim quæ-
dam eiuſdem rationalis qua carent beſtiæ, ſpiritus dici-
tur, Principale noſtrũ ſpiritus eſt, Deinde vita qua con- *τὸ ἡγεμο-*
iungimur corpori anima dicitur, Poſtremo iſtud quod *νικόν.*
viſibile eſt vltimum noſtrum eſt corpus. Hoc autem *Roma.8.*
omnis creatura ingemiſcit & parturit vſque nunc, de-
dit tamen primitias ſpiritus, quia credidit deo, & bo-
næ iam voluntatis eſt. Hic ſpiritus etiam vocatur mens,
de quo dicit Apoſtolus, Mente ſeruio legi dei. Qui item *Romá.7.*
alio loco dicit, Teſtis eſt enim mihi deus, cui ſeruio in *Roma 1.*
ſpiritu meo. Anima vero cum carnalia bona adhuc ap-
petit, caro nominatur. Pars enim eius quædam reſiſtit
ſpiritui non natura, ſed conſuetudine peccatorum.
Vnde dicitur, Mente ſeruio legi dei, carne autem legi
peccati. Quæ conſuetudo in naturam verſa eſt ſecun-
dum generationem mortalem peccato primi hominis.
Ideoque ſcriptum eſt, Et nos aliquando fuimus natu- *Ephe.2.*
raliter filij iræ, id eſt vindictæ, per quam factum eſt vt
ſeruiamus legi peccati. Eſt autem animæ natura perfe-
cta, cum ſpiritui ſuo ſubditur, & cum ſequitur ſequen-

G tem deum: ideo animalis homo non percipit quæ ſunt
1.Cor.2. ſpiritus dei. Sed non tam cito anima ſubiugatur ſpiri-
tui ad bonam operationem, quàm cito ſpiritus deo ad
veram fidem & bonam voluntatem: ſed aliquãdo tar-
dius eius impetus, quo in carnalia & temporalia defluit
refrænatur. Sed quoniam & ipſa mundatur, recipiens
ſtabilitatẽ naturæ ſuæ dominante ſpiritu qui ſibi caput
eſt, cui eius capiti, caput eſt Chriſtus, non eſt deſperan-
dum etiam corpus reſtitui naturæ propriæ: ſed vtique
non tam cito quàm anima: ſicut nec anima tam cito
1.Corin.15. quàm ſpiritus, ſed tẽpore opportuno in nouiſſima tu-
Carnis reſur ba cum mortui reſurgent incorrupti & nos immuta-
rectionem. bimur. Et ideo credimus & carnis reſurrectionem, non
tantum quia reparatur anima, quæ nunc propter car-
nales affectiones caro nominatur: ſed hæc etiam viſi-
bilis caro quæ naturaliter eſt caro, cuius nomen ani-
ma non propter naturam, ſed propter affectiones car-
nales accepit. Hæc ergo viſibilis, quæ caro proprie di-
citur, ſine dubitatione credenda eſt reſurgere. Vide-
tur enim Paulus Apoſtolus eam tanquam digito ſuo o-
1.Cor.15. ſtendere, cum dicit: Oportet corruptibile hoc induere
H incorruptionem. Cum enim dicit, hoc, in eam quaſi
digitum intendit. Quod autem viſibile eſt, id poteſt
digito oſtendi: quoniam poſſet & anima corruptibilis
dici, nam vicijs morum ipſa corrumpitur. Et morta-
le hoc induere immortalitatem cum legitur, eadem ſi-
gnificatur viſibilis caro, quia in eam identidem velut
digitus intenditur. Poteſt enim & anima ſicut corrup-
tibilis propter morum vicia, ita etiam mortalis dici.
Mors quippe animæ eſt apoſtatare à deo, quod primũ
eius peccatum in paradiſo ſacris literis continetur. Re-
ſurget igitur corpus ſecũdum Chriſtianam fidem, quæ
1.Retr. c.19 fallere non poteſt. Quod cui videtur incredibile, qua-
lis nunc ſit caro attendit, qualis autem futura ſit non
conſiderat: quia illo tempore immutationis angelicæ
non iam caro erit & ſanguis, ſed tantum corpus. Cum
1.Corin.15. enim de carne Apoſtolus loqueretur: Alia, inquit, ca-
ro pecorum, alia volucrum, alia piſcium, alia ſerpen-
tum: & corpora cœleſtia & corpora terreſtria. Non e-
nim dixit caro cœleſtis, dixit autem cœleſtia & terre-
ſtria corpora. Omnis enim caro etiam corpus eſt, non
autem omne corpus caro eſt. Primo in iſtis terreſtri-
I bus, quoniam lignum corpus eſt, ſed nõ caro: hominis
autem vel pecoris, & corpus & caro: in cœleſtibus verò
nulla caro, ſed corpora ſimplicia & lucida, quæ appel-
lat Apoſtolus ſpiritalia, nonnulla autem vocant æthe-
rea. Et ideo non carnis reſurrectioni contradicit illud
Ibidem. quod ait: Caro & ſanguis regnum dei nõ poſſidebunt.
Sed quale futurum ſit quod nunc caro & ſanguis eſt,
prædicat. In qualem naturã quisquis non cõuerti poſſe
hanc carnem credit, gradibus ducendus eſt ad fidem.
Si enim ab eo quæras, vtrum terra in aquam poſſit con-
uerti, propter vicinitatem non ei videtur incredibile.
Ruſum ſi quæras, vtrum aqua poſſit in aërem, neque
hoc abſurdum eſſe reſpondet, vicina enim ſunt ſibi. Et
de aëre ſi quæratur vtrum in æthereum corpus, id eſt,
cœleſte poſſit mutari, iam ipſa vicinitas perſuadet.
Quod ergo per hos gradus fieri poſſe concedit vt ter-
ra in corpus æthereum conuertatur, cur non acceden-
te dei voluntate qua corpus humanum ſupra aquas po
tuit ambulare, celerrime id fieri poſſe, quemadmo-
dum dictum eſt, in ictu oculi, ſine vllis talibus gradi-
bus credit, ſicut plerunque fumus in flammam mira ce-
leritate conuertitur? Caro enim noſtra vtique ex ter-
ra eſt. Philoſophi enim quorum argumentis ſæpius re-

ſurrectioni carnis reſiſtitur, quibus aſſerũt nullum poſ- K
ſe eſſe terrenum corpus in cœlo, quodlibet corpus in
omne corpus conuerti & mutari poſſe concedunt. Qua
corporis reſurrectione facta, à temporis conditione li-
berati, æterna vita ineffabili charitate atque ſtabilita-
te ſine corruptione perfruemur. Tunc enim fiet illud
quod ſcriptum eſt, Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi 1.Cor.15.
eſt mors aculeus tuus, vbi eſt mors contentio tua? Hæc
eſt fides quæ paucis verbis tenenda in ſymbolo nouel-
lis Chriſtianis datur. Quæ pauca verba fidelibus no-
ta ſunt, vt credendo ſubiugentur deo, ſubiugati re-
cte viuant, recte viuendo cor mundent, corde mun-
do quod credunt intelligant.

F I N I S.

DIVI AV-
RELII AVGVSTINI
Enchiridion ad Laurentium.

L

DICI non poteſt dilectiſſime fi- Sapiẽtia ex
li Laurenti quãtum tua erudi- ſcripturis.
tione delecter, quãtumq; te cu- Caput I.
piam eſſe ſapientẽ, non ex eorũ
numero de quibus dicitur, Vbi
ſapiẽs, vbi ſcriba, vbi conquiſi- Eſa.33.
tor huius ſeculi? Nõnne ſtultã
fecit deus ſapientiã huius mun 1.Cor.1.
di? ſed ex eorũ numero de qui-
bus dictum eſt, Multitudo ſapientũ ſanitas eſt orbis ter- Sapien.6.
rarum. Et quales vult Apoſtolus fieri, quibus dicit, Volo Roma.16.
autem vos ſapientes quidem eſſe in bono, ſimplices au-
tem in malo. Sicut autem nemo à ſeipſo eſſe poteſt, ita
etiam nemo à ſeipſo ſapiens eſſe poteſt, ſed ab illo illu-
ſtrante de quo ſcriptum eſt, Omnis ſapientia à deo eſt. Eccl.1.

Hominis autem ſapientia pietas eſt. Habes hoc in Pietas eſt ſa
libro ſancti Iob, Nam ibi legitur, quòd ipſa ſapientia di pientia.
xerit homini, Ecce pietas eſt ſapientia. Si autem quæ- Caput II.
ras quam dixerit eo loco pietatem, diſtinctius in Græ- Iob.28.
co reperies θεοσέβειαν qui eſt dei cultus. Dicitur enim M
Græce pietas, & aliter idem εὐσέβεια, quo nomine ſi-
gnificatur bonus cultus, quanuis & hoc præcipue refe-
ratur ad colendum deum. Sed nihil eſt commodius
illo nomine quo euidenter dei cultus expreſſus eſt, cum
quid eſſet hominis ſapientia diceretur. Quæriſne ali-
quid dici breuius, qui petis à me vt breuiter magna
dicantur? An hocipſum tibi fortaſſe deſideras breui-
ter aperiri, atq; in ſermonem colligi breuem, quò nam
modo ſit colendus deus? Hic ſi reſpondero, fide, Cultus di-
ſpe, charitate colendum deum, profecto dicturus es, uinus qui-
breuius hoc dictum eſſe quàm velis, ac deinde petitu- bus conſtet.
rus ea tibi breuiter explicari quæ ad ſingula tria iſta Cap.III.
pertineant, quid credendum ſcilicet, quid ſperandum,
quid amandum ſit. Quod cum fecero, ibi erunt omnia
illa, quæ in epiſtola tua quærenda poſuiſti. Cuius exem-
plum ſi eſt penes te facile eſt vt ea reuoluas & relegas.
Si autem non eſt, commemorante me recolas. Vis Ratio & fi-
enim tibi vt ſcribis librum à me fieri, quem Enchiri- des. C.IIII.
dion, vt dicunt, habeas, & de tuis manibus non rece-
dat: continens poſtulata, id eſt quid ſequendum maxi-
me, quid propter diuerſas principaliter hæreſes ſit fu-
giendum: in quantum ratio pro religione contendat,

vel quid

A vel quid in ratione cum fides ſit ſola non conueniat: quid primum, quid vltimum teneatur: quæ totius definitionis ſumma ſit, quod certũ propriumq; fidei catholicæ fundamentum. Hæc autẽ omnia quæ requiris proculdubio ſcies, diligenter ſciendo quid credi, quid ſperari debeat, quid amari: Hæc enim maxime immo vero ſola religione ſequenda ſunt. His qui cõtradicit, aut omnino à Chriſti nomine alienus eſt, aut hæreticus. Hæc ſunt defendenda ratione, quæ vel à ſenſibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inuenta. Quæ autem nec corporeo ſenſu experti ſumus, nec mente aſſequi valuimus aut valemus, eis ſine vlla dubitatione credenda ſunt teſtibus, à quibus ea quæ diuina vocari iam meruit ſcriptura confecta eſt: qui ea ſiue per corpus ſiue per animum diuinitus adiuti, vel videre, vel etiam præuidere potuerunt. Cum autem initio fidei quæ per

Fundamentum fidei. Cap.V. Gala.5.

dilectionem operatur, imbuta mens fuerit, tendit bene viuendo etiam ad ſpeciem peruenire vbi eſt ſanctis & perfectis cordibus nota & ineffabilis pulchritudo, cuius plena viſio eſt ſumma fœlicitas. Hoc eſt nimirum quod requiris, quid primũ, quid vltimum teneatur: in-

B choari fide, perfici ſpecie. Hæc etiam totius definitionis eſt ſumma. Certũ vero propriumq; fidei catholicæ fundamentum, Chriſtus eſt. Fundamentum enim aliud, ait

1.Cor.3.

Apoſtolus, nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Neq; hoc ideo negãdum eſt proprium fundamẽtum eſſe fidei catholicæ, quia putari poteſt aliquibus hæreticis hoc nobiſcum eſſe cõmune. Si enim diligenter quæ ad Chriſtum pertinent cogitẽtur, nomine tenus inuenitur Chriſtus apud quoſlibet hæreticos, qui ſe Chriſtianos vocari volunt, re verò ipſa non eſt apud eos. Quod oſtendere nimis longum eſt, quoniam commemorãdæ ſunt omnes hæreſes, ſiue quæ fuerunt, ſiue quę ſunt, ſiue quæ potuerunt ſub vocabulo Chriſtiano, & etiã quàm ſit hoc verum per ſingulas quaſq; monſtrandum. Quæ diſputatio tam multorũ eſt voluminum, vt etiã infinita videatur. Tu autem

ἐγχειρίδιον. Cap.VI.

Enchiridion à nobis poſtulas, id eſt, quod manibus poſ-

C ſit aſtringi, non quod armaria poſſit onerare. Vt igitur ad illa tria redeamus per quæ diximus colendum deũ, fidem, ſpem, charitatẽ, facile eſt vt dicatur quid credendum, quid ſperandum, quid amandum ſit. Sed quemadmodum aduerſus eorum qui diuerſa ſentiunt calumnias defendatur, operoſioris vberiorisque doctrinæ eſt. Quæ vt habeatur non breui Enchiridio manus debet impleri, ſed grandi ſtudio pectus accendi.

Symbolum & oratio dominica. Cap.VII.

Nam ecce tibi eſt Symbolum & dominica oratio: quid breuius auditur aut legitur, aut quid facilius memoriæ commendatur? Quia enim de peccato graui & miſeria premebatur genus humanum, & diuina indigebat miſericordia, gratiæ dei tempus Propheta præuidens † ait, Et omnis qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit: propter hoc dominica oratio. Sed Apoſtolus cum ad ipſam gratiam commendandam hoc Propheticum cõmemoraſſet teſtimonium, continuo ſubiecit: Quo modo autem inuocabunt in quem nõn crediderunt? propter hoc Symbolum. In his duobus tria illa intuere. Fides credit, ſpes & charitas orant. Sed ſine fide eſſe non poſſunt, ac per hoc & fides orat. Propterea quippe dictum eſt. Quo modo inuocabunt in quem non crediderunt?

† al. prædicens. Iobel.2. Roma.10.

Fides, ſpes, charitas. Cap.VIII.

Quid autem ſperari poteſt quod non creditur? Porrò etiam aliquid quod non ſperatur, credi poteſt. Qui nanque fidelium pœnas non credit impiorum, nec ſperat tamen? Et quiſquis eas imminere ſibi credit ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur quàm ſperare. Quæ duo Lucanus

D

Lucanus.

diſtinguens ita complexus ait, Liceat ſperare timenti. Non autem ab alio Poëta quanuis meliore proprie dictum eſt, Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Denique nonnulli in arte grammatica verbi huius vtuntur exemplo ad oſtendendam impropriam dictionem, & aiunt, Sperare dixit, pro timere. Eſt itaq; fides & malarum rerum & bonarũ: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona, nõ mala. Eſt etiam fides & præteritarum rerum, & præſentium & futurarũ. Credimus enim mortuum Chriſtum, quod iam præterijt. Credimus ſedere ad dexterã patris, quod nunc eſt. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum eſt. Item fides & ſuarum rerũ eſt & alienarum. Nam & ſe quiſq; credit aliquãdo eſſe cœpiſſe, nec fuiſſe vtiq; ſempiternum, & alia atq; alia: nec ſolũ de alijs hominibus multa quæ ad religionem pertinent, verumetiam de angelis credimus. Spes autem nõ niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum, & ad eum pertinentium qui earum ſpẽ gerere perhibetur. Quæ cum ita ſint, propter has cauſas diſtinguenda erit fides à ſpe: ſicut vocabulo ita & rationabili

3.ſent.diſt. 28.c. & ſerat.

E

differentia. Non quod attinet ad non videre, ſiue quæ creduntur, ſiue quæ ſperantur, fidei ſpeiq; cõmune eſt. In epiſtola quippe ad Hebræos, qua teſte vſi ſunt illuſtres catholicæ regulæ defenſores, fides eſſe dicta eſt cogitatio † rerum quæ non videntur. Quamuis quando ſe quiſq; non verbis non teſtibus, non denique vllis argumentis, ſed præſentium rerum euidentiæ dicit credidiſſe, hoc eſt, fidem accommodaſſe, non ita videtur abſurdum, vt recte reprehendatur in verbo, eique dicatur, Vidiſti, ergo non credidiſti. Vnde putari poteſt nõ eſſe conſequens, vt non videatur res quæcunque creditur: Sed melius hanc appellamus fidem quam diuina eloquia docuerunt, earum ſcilicet rerum quæ non videntur. De ſpe quoque ait Apoſtolus, Spes quæ videtur non eſt ſpes. Quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus. Cum ergo bona bonis* † futura eſſe creduntur, nihil aliud quàm ſperantur. Iam de amore quid dicam,

Hebræ.11. † conuictio.

3.ſent.diſt. 26.cap. & ſicut.

Roma.8.

** † al. nobis*

F

ſine quo fides nihil prodeſt? Spes vero ſine amore eſſe non poteſt. Denique vt ait Apoſtolus Iacobus, Et dæmones credunt & contremiſcunt, nec tamen ſperant vel amant, ſed potius quod ſperamus & amamus credendo venturum eſſe formidant. Propter quod Apoſtolus Paulus fidem quæ per dilectionem operatur, approbat atque commendat, quæ vtique ſine ſpe eſſe non poteſt. Proinde nec amor ſine ſpe eſt, nec ſine amore ſpes, neque vtrunque ſine fide.

Iacobi.2.

Gala.5. 3.ſent.diſt. 23.&.ſi vero.

Quid credẽdũ Chriſtiano. Ca.IX.

Cum ergo quæritur, quid credendum ſit quod ad religionem pertineat, non rerum natura ita rimanda eſt, quemadmodum ab eis quos Phyſicos Græci vocant: nec metuendum eſt, quemadmodum ab eiſdem, ne aliquid de vi & numero elementorum, de motu atque ordine & de effectibus† ſyderũ, de figura cœli, de generibus & naturis animalium, fruticũ, lapidum, fontium, fluminũ, montium, de ſpacijs locorum & temporum, de ſignis imminentium tempeſtatum, & alia ſexcenta de ijs rebus quas illi vel inuenerunt vel inueniſſe ſe exiſtimant: Chriſtianus ignorat: quia nec ipſi omnia reppererunt tanto excellentes ingenio, flagrantes ſtudio, abundantes ocio, & quædam humana coniectura inueſtigantes, quædam vero hiſtorica experientia perſcrutantes, & in eis quæ ſe inueniſſe gloriantur, plura opinantes potius quàm ſcientes. Satis eſt Chriſtiano rerum creatarum cauſam ſiue cœleſtium, ſiue terreſtrium, ſiue viſibilium, ſiue in-

3.ſẽ. di.13. ca. fides eſt. Infra. c.16. † al. & defectibus.

G uiſibilium, non niſi bonitatem credere creatoris, qui vnus & verus eſt deus: nullamq; eſſe naturam quæ non aut ipſe ſit, aut ab ipſo: eúmque eſſe Trinitatem, patrem ſcilicet, & filium à patre genitum, & ſpiritum ſanctum ab eodem patre procedentem, ſed vnum eundémque ſpiritum & patris & filij.

Vniuerſitas rerũ. Ca. X. 1. ſẽ. di. 46. c. eſt enim.

Ab hac ſumme & æqualiter & immutabiliter bona Trinitate creata ſunt omnia, & nec ſumme nec æqualiter nec immutabiliter bona, ſed tamen bona etiam ſingula. Simul vero vniuerſa valde bona, quia ex omnibus conſiſtit vniuerſitatis admirabilis pulchritudo.

Malaquare ſint. Ca. XI. Vbi ſuprà.

In qua etiam illud quo malum dicitur, bene ordinatum & loco ſuo poſitum, eminentius commendat bona, vt magis placeāt & laudabiliora ſint dum comparantur malis.

1. ſent. diſt. 46. c. quod vero.

Neque enim deus omnipotens, quod etiam infideles fatentur, rerum cui ſumma poteſtas, cum ſumme bonus ſit, vllo modo ſineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſqueadeo eſſet omnipotens & boous, vt beoefaceret etiā de malo. De bono naturæ viciatum ipſe deus bene facit reformando aut puniendo viciatum: ac per hoc ergo

H malum nec vicium erit, quia nihil eſt cum euacuatur.

2. ſent. diſt. 43. ca. oſtenſa. & diſt. 35. cap. quo circa.

Quid eſt autem aliud quod malum dicitur, niſi priuatio boni? Nam ſicut corporibus animalium nihil eſt aliud morbis & vulneribus affici, quàm ſaoitate priuari. Neque enim id agitur cum adhibetur curatio, vt mala illa quæ inerant, id eſt, morbi ac vulnera recedant hinc & alibi ſint, ſed vtique vt non ſint. Noo enim vlla ſubſtantia, ſed caroalis ſubſtantiæ vicium eſt vulnus aut morbus: Cum caro ſit ipſa ſubſtantia, profecto aliquod bonum eſt, cui accidunt iſta mala, id eſt, priuationes eius boni, quod dicitur ſanitas: Ita etiam & animorum quæcunque ſunt vicia, naturalium ſunt priuationes bonorum. Quę cum ſanantur, non aliquò transferũtur, ſed etiam quæ ibi erant, ouſquam eruot, quando in illa ſanitate nõ erunt.

Naturę corruptio. Cap. XII.

Naturæ igitur omnes, quoniam naturarum prorſus omnium ſumme conditor bonus eſt, bonæ ſunt. Sed quia nõ ſicut earum conditor ſumme atque incommutabiliter booæ ſunt, ideo in eis & minui bonum & augeri poteſt. Sed bonum minui malum eſt, quanuis quantumcunque minuatur, remaneat aliquid oeceſſe eſt, ſi adhuc natura eſt vnde na-

I tura ſit: neque enim ſi qualiſcunq; aut quantulacunque natura eſt, conſumi bonum quod natura eſt, niſi & ipſa conſumatur, poteſt. Merito quippe natura incorrupta laudatur. Porrò ſi & incorruptibilis ſit, quæ corrumpi omnioo non poſſit, multo eſt proculdubio laudabilior. Cum vero corrumpitur, ideo malum eſt eius corruptio, quia eā qualicunque priuat bono: nam ſi nullo bono priuat, non nocet, nocet autem adimendo bonum. Quandiu itaque natura corrumpitur, ineſt ei bonum quo priuetur: ac per hoc ſi naturæ aliquid remanebit quod iam corrumpi nequeat: profecto natura incorruptibilis erit, & ad hoc tam magnum booum corruptio non perueniet. At ſi corrumpi nòn deſinet, nec booum vtiquè habere deſinet, quo eam poſſit priuare corruptio. Quam ſi penitus totamq; conſumpſerit, ideo nullum bonum inerit, quia natura nulla erit. Quocirca booum conſumere non poteſt corruptio, niſi conſumendo naturam. Omnis ergo natura bonum eſt, magnum ſi corrumpi noo poteſt, paruum ſi poteſt: negari tamen bonum eſſe niſi ſtulte atque imperite prorſus non poteſt.

Quo modo idē malū ſit & bonum.

Quæ ſi corruptiooe conſumitur, nec ipſa corruptio remanebit, vbi nulla eſſe poſsit ſubſiſtente natura.

Cap. XIII.

Ac per hoc nullum eſt quod dicitur malum, ſi nullum ſit bonum: ſed bonum omni malo carens, integrum bonum eſt. Cui ve- K ro ineſt malum, viciatum vel vicioſum bonum eſt: oec malum vnquam poteſt eſſe vllum, vbi bonum eſt nullum.

2. ſent. diſt. 34. c. oſtenſa.

Vnde res mira conficitur, vt quia omnis natura, inquantum natura eſt, booum eſt, nihil aliud dici videatur, cum vicioſa natura mala eſſe natura dicitur, niſi malum eſſe quod bonum eſt: oec malum eſſe niſi quod bonum eſt, quia omnis natura bonum eſt: oec res aliqua mala eſſet, ſi res ipſa quæ mala eſt, natura oon eſſet. Non igitur poteſt eſſe malum niſi aliquod bonum. Quod cum dici videatur abſurde, connexio tamen ratiocinationis huius velut ineuitabiliter nos compellit hoc dicere.

2. ſent. diſt. 35. ca. item & aliter.

Et cauendum eſt ne incidamus in illam ſeotentiam propheticam, vbi legitur, Væ iis qui dicunt quod bonum eſt malum, & quod malum eſt bonum: qui dicuot dulce amarum, & amarum dulce: qui dicunt tenebras lucem, & lucem tenebras.

Eſaiæ. 5. 2. ſent. diſt. 34. cap. ad hoc. Matth. 12. 2. ſẽ. di. 34. ca. ex quo.

Et tamẽ dominus ait, Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Quid eſt autem malus homo, niſi mala natura, quia homo natura eſt? Porrò ſi homo aliquod bonum eſt, quia natura eſt, quid eſt malus homo, niſi malum bonum? Tamen cum duo iſta diſcer- L nimus, inuenimus nec ideo malum, quia homo eſt: nec ideo bonum, quia iniquus eſt: ſed bonum quia homo, malum quia iniquus. Quiſquis igitur dicit malum hominem eſſe, aut quod bonum eſt iniquum eſſe, ipſe incidit in propheticam illam ſeotentiam, Væ iis qui dicunt quod bonum eſt malum: & quod malum eſt bonum.

Eſaiæ. 5.

Opus enim dei culpat quod eſt homo, & vicium hominis laudat quod eſt iniquitas. Omnis nanque oatura, etiam ſi vicioſa eſt, inquantum natura eſt, bona eſt: inquantum vicioſa eſt, mala eſt.

Contraria. Cap. XIIII. 2 ſẽ. di. 34. c. Ideoque.

Quapropter in iis contrariis, quæ mala & bona vocantur, illa Dialecticorum regula deficit, qua dicunt nulli rei duo ſimul ineſſe contraria. Nullus enim aër ſimul eſt & tenebroſus & lucidus: nullus cibus aut potus ſimul dulcis eſt & amarus: nullum corpus ſimul vbi album, ibi & nigrum: nullum ſimul vbi deforme, ibi & formoſum. Et hoc in multis ac penè in omnibus contrariis reperitur, vt in vna re ſimul eſſe non poſſint. Cum autem bona & mala nullus ambigat eſſe cootraria, non ſolum ſimul eſſe poſſunt, ſed etiam mala omnino ſine bonis, M & niſi in bonis eſſe non poſſunt, quanuis bona ſine malis eſſe poſſunt. Poteſt enim homo vel angelus non eſſe iniuſtus: iniuſtus autem noo poteſt eſſe niſi homo vel angelus & bonum, quod homo: bonum, quod angelus: malum, quod iniuſtus. Et hæc duo cootraria ita ſimul ſunt, vt ſi bonũ noo eſſet, in quo malum eſſet, prorſus oec malum eſſe potuiſſet: quia noo modo vbi conſiſteret, ſed vnde oriretur corruptio non haberet, niſi eſſet quod corrumperetur: quod niſi bonum eſſet, nec corrumperetur: quoniā nihil eſt aliud corruptio, quàm boni exterminatio.

Corruptio quid ſit.

Ex bonis igitur mala orta ſunt, & niſi in aliquibus bonis non ſunt: nec erat aliâs vnde oriretur vlla mali natura: nam ſi eſſet, inquantum natura eſſet, profecto bona eſſet: & aut incorruptibilis natura magnum eſſet bonum, aut etiam natura corruptibilis nullo modo eſſet, niſi aliquod booũ, quod bonum corrumpendo poſſet ei nocere corruptio.

Quo modo mala ex bonis. Ca. XV. Matth. 7.

Sed cum mala ex bonis orta eſſe dicimus, non putetur hoc dominicæ ſententiæ refragari, qua dicit, Non poteſt arbor bona fructus malos facere. Non poteſt enim, ſicut veritas dicit, colligi vua de ſpinis: quia non poteſt vua naſci de ſpinis. Sed ex bona terra & vites naſci poſſe videmus & ſpinas. Et eodem modo tanquam arbor mala fructus

A la fructus bonos,id eſt,opera bona,nō poteſt facere voluntas mala. Sed ex bona hominis natura oriri voluntas & bona poteſt & mala. Nec fuit prorſus vnde primitus oriretur voluntas mala,niſi ex angeli & hominis natura bona. Quod & ipſe dominus eodem loco, vbi de arbore & fructibus loquebatur,apertiſſime oſtendit, Aut enim, Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum:aut facite arborem malam & fructum eius malum: Satis admonens ex arbore quidem bona malos, aut ex mala bonos naſci fructus nō poſſe:ex ipſa tamen terra, cui loquebatur,vtranque arborem oriri poſſe.

2.ſē.di.34. ca.Ideoq; — *Matth.12.*

Quæ cum ita ſint,quando nobis Maronis ille verſus placet, Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas: non nobis videatur ad fœlicitatem conſequēdam pertinere, ſi ſciamus cauſas magnarum in mūdo corporalium motionum,quæ abditiſſimis naturæ ſinibus occuluntur,Vnde tremor terris,qua vi maria alta tumeſcāt, " Obicibus ruptis,rurſusq; in ſeipſa reſidant: & cætera hu" iuſmodi,ſed bonarum & malarum rerum cauſas noſſe " debemus. Et id hactenus quatenus eas homini in hac vita erroribus ęrumniſq; pleniſſima,ad eoſdem errores B & ęrumnas euadendas noſſe cōceditur.Ad illam quippe fœlicitatē tendendū eſt, vbi nulla quatiamur ærumna,nullo errore fallamur:nā ſi cauſæ corporalium motionum noſcēdę nobis eſſent,nullas magis noſſe quàm noſtrę valetudinis deberemus.Cum vero eis ignoratis, medicos quærimus,quis nō videat quod de ſecretis cœli & terræ nos latet, quanta ſit patientia neſciendum.

Fœlicitas vera. Cap. XVI. — *Georg.2.*

Quanuis enim error quanta poſſumus cura cauendus ſit,non ſolum in maioribus,verumetiam in minoribus rebus,nec niſi rerum ignorantia poſſit errari:non eſt tamen conſequēs,vt continuo erret quiſquis aliquid neſcit,ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit:pro vero quippe approbat falſum , quod eſt erroris propriū. Veruntamen in qua re quiſq; erret, intereſt plurimum: nam in vna eademque re & neſcienti ſciens, & erranti non errans recta ratione præponitur.In diuerſis autem rebus,id eſt, cū iſte ſciat alia,ille alia: & iſte vtiliora, ille minus vtilia,vel etiā noxia:quis non in eis quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem,Sunt enim quędam quæ neſcire quàm ſcire ſit melius.Itemq; nonnullis errare profuit a-C liquando,ſed in via pedum,non in via morū.Nam nobiſipſis accidit, vt in quodam biuio falleremur, & non iremus per eum locum,vbi operiēs tranſitum noſtrum Donatiſtarū manus armata ſubſederat : atq; ita factum eſt,vt eò quò tendebamus,per deuium circuitum veniremus, cognitiſque inſidiis illorum, nos gratularemur erraſſe,atque inde gratias ageremus deo.Quis ergo viatorem ſic errantem ſic non erranti latroni præponere dubitauerit? Et fortaſſe ideo apud illum ſummum Poëtam loquens quidam miſer amator. Vt vidi, inquit,vt perij, vt me malus abſtulit error : quoniam & eſt error bonus, qui non ſolum nihil obſit,verumetiam proſit aliquid. Sed diligentius conſiderata veritate, cum nihil ſit aliud errare quàm verum putare quod falſum eſt,falſumq; quod verum eſt: vel certum habere pro incerto, incertúmve pro certo:ſiue falſum,ſiue ſit verum: idq; tā ſit in animo deforme atque indecens, quàm pulchrum ac decorum eſſe ſentimus,vel in loquendo,vel in aſſentiendo eſt eſt,non nō:profecto & ob hoc ipſum eſt vita iſta miſera qua viuimus,quod ei nonnunquam vt non amittatur, error eſt neceſſarius, Abſit vt talis ſit illa vita, vbi eſt animæ noſtræ ipſa veritas vita,vbi nemo fallit,fallitur nemo. Hic autem homines fallunt atque falluntur, miſerioreſq; ſunt,cum mētiendo fallunt,quàm cum mentientibus credendo falluntur. Vſqueadeo ta- D men rationalis natura refugit falſitatem, & quantū poteſt deuitat errorem,vt falli nolint etiam quicunque amant fallere. Non enim ſibi qui mentitur videtur errare, ſed alium in errorem mittere credentem ſibi : & in ea quidem re non erat quam mendacio contegit , ſi nouit ipſe quid verum ſit:ſed in hoc fallitur,quòd putat ſibi ſuum non obeſſe mendacium, cum magis facienti quàm patienti obſit omne peccatum.

Error quid ſit.C.XVII. Diſt.38. ca. quanuis. 3. ſen.diſt.38. ca.Illud. — *Poßidoni in vita Anguſtini.c.13* — *Aegloq.8.* — *Matth.5.*

Verum difficillima & latebroſiſſima hinc gignitur quæſtio, de qua iā grandem librū cum reſpondedi neceſſitas nos vrgeret,abſoluimus.Vtrum ad officium hominis iuſti pertineat aliquando mentiri.Nonnulli enim eouſq; progrediuntur,vt & peierare,& de rebus ad dei cultū pertinentibus, ac de ipſa dei natura falſum aliquid dicere,nonnunquā bonum piumq; opus eſſe cōtendant.Mihi autē videtur peccatū eſſe quidem omne mendaciū, ſed multum intereſſe quo animo,& quibus de rebus quiſq; mētiatur. Non enim ſic peccat ille qui cōſulendi,quo modo ille qui nocendi voluntate mētitur.Haud vero tantum nocet,qui viatorem in mētiendo in diuerſum iter mittit,quantum is qui viam vitæ,mendacio fallente de- E prauat. Nemo ſanè mentiens iudicandus eſt, qui dicit falſum quod putat verum:quoniam quātum in ipſo eſt, non fallit ipſe,ſed fallitur.Non itaque mendacij, ſed aliquando temeritatis arguendus eſt,qui falſa incautius credita pro veris habet . Potiuſq; econtrario, quantum in ipſo eſt,mentitur ille qui dicit verum,quod putat falſum.Quantum enim ad animum eius attinet,quia non quod ſentit hoc dicit,non verum dicit, quanuis verum inueniatur eſſe quod dicit : nec vllo modo liber eſt à mendacio, qui ore neſciens verum loquitur,ſciens autem voluntate mentitur . Non conſideratis itaq; rebus ipſis de quibus aliquid dicitur,ſed ſola intentione dicētis,melior eſt qui neſciens falſum dicit,quoniam id verū putat, quàm qui mētiendi animum ſciens gerit, neſciens verum eſſe quod dicit.Ille nanque aliud non habet in animo,aliud in verbo: huic vero qualecunq; per ſeipſum ſit quod ab eo dicitur, aliud tamen clauſum in pectore, aliud in lingua promptum eſt : quod malum eſt proprium mentientis. In ipſarum autem quæ dicuntur conſideratione rerū tantum intereſt,qua in re quiſque fallatur ſiue mentiatur , vt cum falli quàm mentiri F minus ſit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem,tamen longe tolerabilius ſit in iis, quæ à religione ſunt ſeiuncta , mentiri,quàm in iis,ſine quorum fide vel noticia deus coli non poteſt , falli : vt in pluribus à perquirente lucidius inueſtigabitur . Quod vt illuſtretur exemplis, intueamur quale ſit,ſi quiſpiam dum mentitur viuere nunciat aliquem mortuum : & alius dum fallitur , credat iterum Chriſtum poſt quælibet longa tempora moriturum: nónne illo modo mentiri, quàm iſto modo falli incomparabiliter præſtat: multóque minoris mali eſt in illum errorē aliquem inducere,quàm in iſtum ab aliquo induci?

Mendacij. Ca. XVIII. — *22.q.2.ca. mihi.3.ſen. diſt.8. cap. mentiri.* — *22.q.2.cap. is autem.* — *22.q.2.cap. in ipſarum.*

In quibuſdam ergo rebus magno,in quibuſdam paruo, in quibuſdam nullo malo, in quibuſdam etiam nonnullo bono fallimur. Nam magno malo fallitur homo,cum hoc non credit quod ad vitam ducit æternam : vel hoc credit quod ad mortem ducit æternam.Paruò autem malo fallitur,qui falſum pro vero approbando,incidit in aliquas moleſtias temporales , quibus tamen adhibita fideli patientia conuertit eas in vſum bonum. Veluti ſi quiſquā bonum hominem putando qui malus eſt,aliquid ab eo patiatur mali.Qui vero malum hominem ita bonum cre-

Fallēdi modi varij. Cap.XIX. 3.ſent. diſt. 38.c.illud.

G dit, vt nihil ab eo patiatur mali, nullo modo fallitur:
nec in eũ cadit illa Prophetica deteſtatio. Væ iis qui di
Eſaia.5. cũt quod malum eſt bonũ. De ipſis enim rebus, quibus
2.ſent. diſt. homines mali ſunt, nõ de hominibus dictũ intelligen-
34.cap. ad dum eſt. Vnde qui adulterium dicit bonum, rectè ar-
hoc. & .37. guitur illa voce Prophetica. Qui vero ipſum hominem
ca.ex quo. dicit bonum, quem putat caſtum, & oeſcit adulterum,
non in doctrina rerum bonarum & malarum, ſed in
occultis humanorũ fallitur morum: vocans hominem
bonum, in quo putat eſſe quod eſſe non dubitat bonũ,
& dicens malum adulterum & bonũ caſtum: ſed huoc
bonum dicẽs, neſciendo adulterum eſſe: illum malum,
Supra, eodẽ neſciendo caſtum. Porrò ſi per errorem euadit quiſque
cap.17. perniciem, ſicut ſuperius dixi nobis in itinere cõtigiſſe,
etiam aliquid boni homini errore confertur. Sed cum
dico in quibuſdam rebus nullo malo aliquem, vel non-
nullo etiam bono falli, non ipſum errorẽ dico nullum
malum vel nonnullum bonum: ſed malum quò nõ ve-
nitur, vel bonum quò venitur errãdo, id eſt, ex ipſo er-
rore quid nõ eueniat, vel quid proueniat. Nam ipſe per
ſeipſum error aut magnum in re magna, aut paruum in
H re parua, tameo ſemper eſt malum. Quis eoim niſi er-
rans malum neget approbare falſa pro veris, aut impro
bare vera pro falſis, aut habere incerta pro certis, vel cer
ta pro incertis? Sed aliud eſt, bonum hominem putare
qui malus eſt, quod eſt erroris: & aliud eſt ex hoc ma-
lo aliud malum non pati, ſi nihil noceat homo malus
qui eſt putatus bonus. Itemq; aliud eſt ipſam viam puta-
re quæ oon eſt ipſa, & aliud eſt ex hoc erroris malo a-
liquid boni conſequi, velut eſt ab inſidiis malorum ho-
Quis error minum liberari. Neſcio ſanè vtrum etiam eiuſmo-
vituperan- di error ſit, cum homo de malo homine bene ſentit,
dꝰ. Ca. XX. qualis ſit neſciens: aut pro eis quæ per ſenſus corporis
capimus, occurrũt ſimilia, quæ ſpiritu tanquam corpo-
re, aut corpore tanquam ſpiritu ſentiuntur. Quale puta-
Acto.2. bat eſſe Apoſtolus Petrus, quando exiſtimabat ſe viſum
videre, repente de clauſtris & vinculis per angelũ libe-
ratus. Aut in ipſis rebus corporeis leue putatur eſſe quod
aſperum eſt, aut dulce quod amarum eſt, aut bene olere
quod putridum eſt, aut tonare cum rheda tranſit, aut
illum eſſe hominem, cum alius ſit: quando duo ſimilli-
mi ſunt, quod in geminis ſæpe contingit. Vnde ait ille,
I Gratusq; parentibus error: & cætera talia etiam peccata
Aenei.10. dicenda ſunt. Hæc quæſtio nodoſiſſima, quæ homines
acutiſſimos Academicos torſit, nũc mihi enodanda ſu-
ſcepta eſt, vtrum aliquid debeat ſapiens approbare, ne
incidat in errorem, ſi pro veris approbauerit falſa, cum
omnia, ſicut affirmant, vel occulta ſint, vel incerta. Vn-
de tria confeci volumina in initio cõuerſionis meæ ne
impedimento nobis eſſent, quę tanquã in oſtio contra-
dicebant. Et vtique fuerat remouenda inueniendæ de-
ſperatio veritatis, quæ illorũ videtur argumentationi-
bus roborari. Apud illos ergo error omnis putatur eſſe
peccatum, quod viciari nõ poſſe contendunt, ſi omnis
ſuſpendatur aſſenſio. Errare quippe dicũt eum quiſquis
aſſentitur incertis, nihilq; certum eſſe in hominũ viſu,
propter indiſcretam ſimilitudinem falſi, etiam ſi quod
videtur, forte ſit verum, acutiſſimis quidem, ſed impu-
dentiſſimis conflictationibus diſputant. Apud nos au-
Abac.2. tem iuſtus ex fide viuit. Ac ſi tollatur aſſenſio, & fides
tollitur: quia ſine aſſenſione nihil creditur. Et ſunt vera,
quamuis non videantur, quę niſi credantur, ad vitã bea-
tam, quæ non niſi æterna eſt, nõ poteſt perueniri. Cum
iſtis vero vtrum loqui debeamus ignoro, qui nõ ſolum
victuros in æternũ, ſed in præſentia ſe viuere neſciunt:
imò neſcire ſe dicunt quod neſcire non poſſunt. Neq; K
enim quiſquã ſinitur neſcire ſe viuere, quãdoquidem ſi
non viuit, nõ poteſt aliquid vel neſcire: quoniam non
ſolum ſcire, verumetiã neſcire non niſi viuentis eſt. Sed
videlicet non aſſentiendo quòd viuant, cauere ſibi vi-
dentur errorẽ, cum etiam errando conuincantur viue-
re: quoniam non poteſt qui nõ viuit errare. Sicut ergo
nos viuere non ſolum verum, ſed etiam certum eſt: ita
vera & certa ſunt multa, quibus nõ aſſentiri, abſit vt ſa-
pientia potius quàm dementia nominanda ſit. In *Error inno-*
quibuſdam autem rebus nihil intereſt ad capeſſendum *xiꝰ. C. XXI.*
dei regnum, vtrum credantur, an non: vel vtrum vera *22.q.2.c. in*
ſiue ſint ſiue putentur, an falſa: in his errare, id eſt, aliud *quibuſdã.*
pro alio putare, non arbitrandum eſt eſſe peccatum: aut
ſi eſt, minimum eſſe atque leuiſſimum. Poſtremo quale-
cunq; illud & quantumcunq; ſit, ad illam viam nõ per-
tinet, qua imus ad deum: quæ via fides eſt Chriſti, quæ
per dilectionem operatur. Neque enim ab hac via de- *Gala.5.*
uiabat in geminis filiis gratus ille parentibus error: aut
ab hac via deuiabat Apoſtolus Petrus, quando ſe exiſti- *Acto.12.*
mans viſum videre, aliud pro alio ſic putabat, vt à cor-
porum imaginibus, in quibus ſe eſſe arbitrabatur, ve- L
ra in quibus erat corpora non dignoſceret, niſi cum ab
illo angelus, per quem fuerat liberatus, abſceſſit: Aut ab
hac via deuiabat Iacob Patriarcha, quando viuentem *Gene.37.*
filium à beſtia credebat occiſum. In his atque huiuſmo-
di falſitatibus, ſalua fide, quæ in deo nobis eſt, fallimur:
& via nõ relicta, quæ ad illum nos ducit, erramus. Qui
errores etiam ſi peccata noo ſunt, tamẽ in malis huius
vitæ deputandi ſunt: quæ ita ſubiecta eſt vanitati, vt ap-
probentur hic falſa pro veris, reſpuantur vera pro fal-
ſis, teneantur incerta pro certis. Quãuis enim hæc ab ea
fide abſint, per quam ad veram certamq; atq; æternam
beatitudinem tendimus: ab ea tamen miſeria non ab-
ſunt, in qua adhuc ſumus. Nullo modo quippe fallere-
mur in aliquo vel animi vel corporis ſenſu, ſi iam ve-
ra illa atque perfecta fœlicitate frueremur. Porrò *Omne men-*
autem omne mendacium ideo dicendum eſt eſſe pec- *daciũ pec-*
catum, quia homo non ſolum quãdo ſcit ipſe quid ve- *catum. Ca.*
rum ſit, ſed etiam ſi quãdo errat & fallitur ſicut homo, *XXII.*
hoc debet loqui quod animo gerit: ſiue illud verum ſit, *3.ſent.diſt.*
ſiue putetur & non ſit. Omnis autẽ qui mentitur, ea con *38.c. mẽtiri*
tra id qood animo ſentit loquitur, volũtate fallendi. Et M
vtiq; verba propterea ſunt inſtituta, non per quæ ſe in-
uicem homines fallant, ſed per quæ in alterius quiſque
noticiam cogitationes ſuas proferat. Verbis igitur vti
ad fallaciam, non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt.
Nec ideo vllum mendaciũ putandum eſt non eſſe pec-
catum, quia poſſumus aliquando alicui prodeſſe men-
tiendo. Poſſumus enim & furãdo aliquãdo alicui pro-
deſſe, ſi pauper cui palàm datur, ſentit commodum, & *3.ſent. diſt.*
diues cui clàm tollitur, non ſentit incommodum: nec *38.ca. ſciẽ*
ideo tale furtum quiſquam dixerit non eſſe peccatum. *dũ. & cap.*
Poſſumus & adulterando prodeſſe, ſi aliqua, niſi ad hoc *mentiri.*
ei conſentiatur, appareat amando moritura, & ſi vixe-
rit pœnitendo purganda: nec ideo peccatum tale ne-
gabitur adulterium. Si autem merito nobis placet ca-
ſtitas, quid quæſo offendit veritas, vt propter alienam
vtilitatem illa nõ violetur adulterando, & violetur iſta
mentiendo? Non ideo mendacium poterit aliquando
laudari, quia nonnunquã pro ſalute quorundam men-
timur. Peccatum ergo eſt, ſed veniale, quod beneuo-
lentia excuſat, & ideo fallacia damnat. Plurimum quip-
pe ad bonum profeciſſe homines, qui non niſi pro ſa-
lute hominis meotiuntur, non eſt negandum: ſed in
corum

A eorum tali profectu merito laudatur, vel etiam temporaliter temuoeratur beneuolentia, noo fallacia: quæ vt agnoſcatur ſatis eſt, non vt etiam prædicetur, maxime *Matt.5.* in hæredibus teſtamenti noui, quibus dicitur, Sit in ore veſtro eſt eſt, non non: quod enim amplius eſt, à malo eſt. Propter quod malum, quia ſubrepere in hac mortalitate non deſinit, etiam ipſi cohæredes Chriſti *Matt.6.* dicunt, Dimitte nobis debita noſtra. His itaque *Cauſa bonorum & malorum.* pro huius breuitatis neceſsitate tractatis, quoniam cauſæ cognoſcendæ ſunt rerum bonarum & malarum, quantum vix ſatis eſt quę nos perducat ad regnum, vbi *Ca. XXIII.* erit vita ſine morte, ſine errore veritas, ſine perturba- *2.ſen.di.34 ca.mala.* tione fœlicitas: nequaquam dubitare debemus rerum quæ ad nos pertinent bonarum cauſam noo eſſe niſi bonitatem dei: malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, ho- *Malorum origo.* minis poſtea. Hoc primum eſt creaturæ rationalis malum, id eſt, prima priuatio boni: deinde etiam *Ca. XXIIII.* iam nolentibus ſubintrauit ignorantia rerum agenda- *Ibidem.* rum, & concupiſcentia noxiarum, quibus comites ſubinferuntur error & dolor: quæ duo mala quando im- B minentia ſentiuntur, ea fugitantis animi motus vocatur metus. Porrò animus cum adipiſcitur concupita, quamuis pernicioſa vel inania, quoniam id errore non ſentit, vel delectatione morbida vincitur, vana etiam lætitia ventilatur. Ex his morborum non vbertatis ſed indigentiæ tanquam fontibus omnis miſeria naturæ *Beatitudinis appetitus. Cap. XXV.* rationalis emanat. Quæ tamen natura in malis ſuis non potuit amittere beatitudinis appetitum. Verum hæc communia mala ſunt & hominum & angelorum, pro ſua malicia dei iuſticia damnatorum. Sed homo habet & pœnam propriam, qua etiam corporis *Gene.2. & 3.* morte punitus eſt. Mortis quippe ſupplicium dominus ei comminatus fuerat ſi peccaret: ſic eum munerans libero arbitrio, vt tamen regeret imperio, terreret exitio, atque in paradiſi fœlicitate tanquam in vmbra vitæ, vnde iuſticia cuſtodita in meliora conſcenderet, *Peccatum Adam.* collocauit. Hinc poſt peccatum exul effectus, ſtirpem quoque ſuam, quam peccando in ſe tanquam in *Cap. XXVI* radice viciauerat, pœna mortis & damnationis obſtrinxit: vt quicquid prolis ex illo & ſimul damnata per quam peccauerat coniuge, per carnalem concupi- C ſcentiam, in qua inobedientiæ pœna ſimilis retributa eſt, naſceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores doloréſque diuerſos ad illud extremum cum deſertoribus angelis viciatoribus & poſſeſſoribus & conſortibus ſuis ſine fine ſupplicium. Sic *Roma.5.* per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerũt. Multum quippe appellauit eo loco Apoſtolus vniuerſum genus humanũ.

Pœna primi peccati. Ca. XXVII Ita ergo res ſe habebant, iacebat in malis, vel etiam voluebatur, & de malis in mala præcipitabatur totius humani generis maſſa damnata: & adiuncta parti eorum qui peccauerant angelorum, luebat impiæ deſertionis digniſsimas pœnas. Ad iram quippe dei pertinet iuſtam, quicquid cæca & indomita concupiſcentia faciunt libenter mali, & quicquid manifeſtis opertíſque pœnis patiuntur inuiti: non ſanè creatoris deſiſtente bonitate, & malis angelis ſubminiſtrare vitam, viuacémque potentiam, quæ ſubminiſtratio ſi auferatur, interibunt: & hominum quamuis de propagine viciata damnatáque naſcentium formare ſemina & animare, & ordinare membra per temporum ætates, per locorum ſpacia vegetare ſenſus, alimenta donare.

Melius enim iudicauit de malis benefacere, quàm mala nulla eſſe permittere. Et ſi quidem in melius homi- *1.ſen.di.46 ca.48 vero.* num reformationem nullam prorſus eſſe voluiſſet, ſicut impiorum nulla eſt angelorum, nónne merito fieret, vt natura quæ deum deſeruit, quæ præceptum ſui creatoris, quod cuſtodire facillime poſſet, ſua male vtens poteſtate calcauit atque tranſgreſſa eſt, quæ ſui in ſe creatoris imaginem ab eius lumine contumaciter auerſa violauit, quæ ſalubrem ſeruitutem ab eius legibus male libero abrupit arbitrio, vniuerſa in æternum deſereretur ab eo, & pro ſuo merito pœnam penderet ſempiternam? Plané ita faceret, ſi tantum iuſtus non etiam miſericors eſſet, ſuámque indebitam miſericordiam multo euidentius in indignorum potius liberatione monſtraret. Angelis igitur aliquibus impia *Caſus deſertorum angelorum. C.XXVIII.* ſuperbia deſerentibus deum, & in huius aëris imam caliginem de ſuperna cœleſti habitatione deiectis, reſiduus numerus angelorum in æterna cum deo beatitudine & ſanctitate permanſit. Neque enim ex vno an- *2.Pet.2. Iudæ 1.* gelo lapſo atque damnato cæteri propagati ſunt, vt eos ſicut homines originale malũ obnoxiæ ſucceſsionis vinculis obligaret, atque vniuerſos traheret ad de- E bitas pœnas: ſed eo qui diabolus factus eſt, cum ſociis impietatis elato, & ipſa cum eis elatione proſtrato, cæteri pia obedientia domino cohæſerunt, accipientes etiam, quod illi non habuerunt, certam ſcientiam, qua eſſent de ſua ſempiterna, & nunquam caſura ſtabilitate ſecuri. Placuit itaque vniuerſitatis creatori *Hoẽs pij ſuccedũt in locum angelorum electorum.* atque moderatori deo, vt quoniam non tota multitudo angelorum deum deſerendo perierat, ea quæ perierat, in perpetua perditione remaneret: quæ autem cum deo illa deſerente perſtiterat, de ſua certiſsime cognita ſemper futura fœlicitate ſecura gauderet: alia vero *Ca. XXIX. 2.ſen.di.11 ca.præterea* creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque ſuppliciis, & originalibus & propriis tota perierat, ex eius parte reparata, quod angelicæ ſocietati ruina illa diabolica minuerat, ſuppleret. Hoc enim promiſſum eſt reſurgentibus ſanctis, quòd erunt æqua- *Matt.22.* les angelis dei. Itaque ſuperna illa Hieruſalem mater *2.ſen.di 9. c. à quibuſdam.* noſtra ciuitas dei, nulla ciuium ſuorum numeroſitate fraudabitur, ſed vberiore etiam copia fortaſſe regnabit. Neque enim numerum aut ſanctorum hominum, *22.de ciuit. dei, ca.1.* aut immundorum dæmonum nouimus, in quorum lo F cum ſuccedentes filij ſanctæ matris Eccleſiæ, quæ ſterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, ſine vllo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus, ſiue qui eſt, ſiue qui futurus eſt, in contemplatione eſt eius artificis, qui vocat ea quæ *Roma.4.* non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, atque in menſura & *Sap.11.* numero & pondere cuncta diſponit. Verum hæc *Merita, gratia, liberum arbitrium. Cap. XXX.* pars generis humani, cui liberationem deus regnúmque promiſit æternum, nunquid meritis operum ſuorum reparari poteſt? Abſit. Quid enim boni operari poteſt perditus, niſi quantum fuerit à perditione libera- *2.ſen.di.25 cap. vnde manifeſtũ.* tus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc abſit, nam libero arbitrio male vtens homo, & ſe perdidit & ipſum. Sicut enim qui ſe occidit, vtique viuendo *† reparatus.* ſe occidit, ſed ſe occidendo non viuit, nec ſeipſum po- *2.Pet.2.* teſt reſuſcitare cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium: à quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Petri certe Apoſtoli eſt iſta ſententia. Quæ cum vera ſit, qualis quæſo poteſt ſerui addicti eſſe libertas, niſi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim ſeruit, qui ſui domini voluntatem libenter facit. Ac

per hoc

G per hoc ad peccandum liber eſt, qui peccati ſeruus eſt.
2.ſent. diſt. Vnde ad iuſte faciendum liber non erit, niſi à peccato
25.cap. iſtã liberatus, eſſe iuſticiæ cœperit ſeruus. Ipſa eſt vera liber-
libertatem. tas propter recti facti læticiam †, ſimul & pia ſeruitus
† al. rectè fa propter præcepti obedientiam. Sed iſta libertas ad be-
ciendi licẽ- nefaciendum vnde erit homini addicto & vẽdito, ni-
tiam. ſi redimat ille cuius illa vox eſt, Si vos filius liberauerit,
Ioan.8. nunc vere liberi eritis? Quod antequam fieri in homine
incipiat, quo modo quiſquam de libero arbitrio in bo-
no gloriatur opere, qui nondum liber eſt ad operandũ
bene: niſi ſe vana ſuperbia inflatus extollat, quam cohi-
Ephe.2. bet Apoſtolus dicens, Gratia ſalui facti eſtis per fidem?
Fides. Et ne ipſam ſaltem fidem ſic ſibi homines arroga-
Ca. XXXI. rent, vt non intelligerent diuinitus eſſe donatam ſicut
1.Cor.7. idem Apoſtolus alio loco dicit, ſe vt fidelis eſſet, miſe-
ricordiam conſecutum: hic quoq; adiũxit atque ait, Et
Ephe.2. hoc non ex nobis, ſed dei donum eſt, non ex operibus,
ne forte quis extollatur. Et ne putarẽtur fidelibus bona
Ibidem. opera defutura, rurſus adiecit, Ipſius enim ſumus figmẽ
tum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quę præpa
H rauit deus vt in illis ambulemus. Tunc ergo efficimur
vere liberi, cum deus nos fingit, id eſt, format & creat,
non vt homines quod iam fecit, ſed vt boni homines
ſimus, quod nunc gratia ſua facit: vt ſimus in Chriſto Ie
Pſal.50. ſu noua creatura, ſecundum quod dictũ eſt, Cor mun-
dum crea me deus. Neq; enim cor eius quantum perti-
net ad naturam cordis humani, non iã creauerat deus,
[ſed renouationem animæ demorantis in corde, Pro-
Bona volũ- pheta poſtulat.] Iterum ne quiſquam etſi nõ de ope-
tas à deo. ribus, de ipſo glorietur libero arbitrio voluntatis, tan-
Ca. XXXII quam ab ipſo incipiat meritum, cui tanquam debitum
reddatur præmium bene operandi, ipſa libertas, audiat
Philip.2. eundem gratiæ præconem dicẽtem, Deus eſt enim qui
Roma.9. operatur in vobis & velle & operari pro bona volũta-
te. Et alio loco, Igitur non volentis neque currentis, ſed
miſerentis eſt dei. Cum proculdubio ſi homo eius æta-
tis eſt vt ratione iam vtatur, non poſsit credere, ſperare,
diligere niſi velit, nec peruenire ad palmam ſupernæ
2.ſen.di.26 vocationis dei, niſi voluntate cucurrerit. Quo modo
c. volũtatẽ. ergo non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt
dei, niſi quia & ipſa voluntas, ſicut ſcriptum eſt, à deo
I præparatur? Alioquin ſi propterea dictum eſt, non vo-
lentis neque currentis, ſed miſerentis eſt dei: quia ex
vtroque fit, id eſt, ex voluntate hominis, & miſericor-
dia dei: vt ſic dictum accipiamus, non volentis neque
currentis, ſed miſerentis eſt dei: tanquam diceretur, nõ
ſufficit ſola voluntas hominis, ſi non ſit etiam miſeri-
cordia dei. Non ergo ſufficit ſola miſericordia dei, ſi
non ſit etiam voluntas hominis: ac per hoc ſi rectè di-
ctum eſt, non volentis hominis, ſed miſerentis eſt dei,
quia id voluntas hominis ſola non implet, cur non &
econtrario rectè dicitur, non miſerentis eſt dei, ſed vo
lentis eſt hominis, quia id miſericordia dei ſola non
implet? Porrò ſi nullus Chriſtianus dicere audebit, non
miſerentis eſt dei, ſed volentis eſt hominis, ne Apoſto-
lo apertiſsime contradicat: reſtat vt propterea rectè di-
ctum intelligatur, non volentis neque currentis, ſed
miſerentis eſt dei, vt totum deo detur, qui hominis vo-
2.ſen.di.26 luntatem bonam & præparat adiuuandam, & adiuuat
c. ipſa tamẽ præparatam. Præcedit enim bona voluntas hominis
Pſal.58. multa dei dona, ſed non omnia: quæ autem non præ-
Pſal.22. cedit ipſa, in eis eſt & ipſa. Nam vtrunque legitur in
Matth.6. ſanctis eloquiis: Et miſericordia eius præueniet me, &
miſericordia eius ſubſequetur me. Nolentem præue-
nit vt velit, volentem ſubſequitur ne fruſtra velit. Cur

enim admonemur orare pro inimicis noſtris vtiq; no- K
lentibus pie viuere, niſi vt deus in illis operetur vt ve- Philip.2.
lint? Item cur admonemur petere vt accipiamus, niſi Matt.7.
vt ab illo fiat quod volumus à quo factum eſt vt veli-
mus? Oramus ergo pro inimicis noſtris vt miſericor-
dia dei præueniat eos, ſicut præuenit & nos: oramus au
tem pro nobis, vt miſericordia eius ſubſequatur nos.
Tenebatur itaque iuſta damnatione genus huma- Oẽs naſci-
num, & omnes erant iræ filij, de qua ira ſcriptum eſt, mur obno-
Quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua xij iræ dei.
defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. De C. XXXIII.
qua ira dicit etiam Iob, Homo enim natus ex muliere Pſal.89.
breuis vitæ & plenus iræ. De qua ira dicit etiam domi- Iob.14.
nus Ieſus, Qui credit in filium, habet vitam æternam: Ioan 3.
qui autem non credit in filium, non habet vitam æter-
nam, ſed ira dei manet ſuper eum, Non ait, veniet, ſed
manet ſuper eum. Cum hac quippe omnis homo naſci-
tur. Propter quod dicit Apoſtolus, Fuimus enim & nos Ephe.2.
natura filij iræ ſicut & cæteri. In hac ira cum eſſent ho-
mines per originale peccatum, & tanto grauius & per-
nicioſius, quãto maiora vel plura inſuper addiderunt, L
neceſſarius erat mediator, hoc eſt reconciliator, qui
hanc iram ſacrificij ſingularis, cuius erant vmbræ om-
nia ſacrificia legis & Prophetarum, oblatione placaret.
Vnde dicit Apoſtolus, Si enim cum inimici eſſemus Roma.5.
reconciliati ſumus deo per mortem filij eius, multo ma
gis reconciliati nunc in ſanguine eius ſalui erimus ab
ira per ipſum. Cum autem deus iraſci dicitur, non e-
ius ſignificatur perturbatio qualis eſt in animo iraſcen Quo modo
tis hominis: ſed ex humanis motibus tranſlato voca- dicatũ deus
bulo, vindicta eius, quæ non niſi iuſta eſt, iræ nomen iraſci.
accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur
deo, & accipimus ſpiritum ſanctum, vt ex inimicis ef-
ficiamur filij: quotquot enim ſpiritu dei aguntur, hi fi-
lij ſunt dei: hæc eſt gratia dei per Ieſum Chriſtum do- Roma.8.
minum noſtrum. De quo mediatore longum eſt, Chriſt⁹ me-
vt quanta dignum eſt, tanta dicantur, quamuis ab ho- diator.
mine dici digne non poſsint. Quis enim hoc ſolum C.XXXIIII
congruentibus explicet verbis, quòd verbum caro fa- Ioan.1.
ctum eſt, & habitauit in nobis, vt crederemus in dei pa
tris omnipotentis vnicum filium natum de ſpiritu ſan- Matt.1.
cto & Maria virgine? Ita quippe verbum caro factũ eſt, M
à diuinitate carne ſuſcepta, non in carnem diuinitate Ioan.1.
mutata. Carnem porrò hic hominem debemus accipe-
re, à parte totum ſignificãte locutione, ſicut dictum eſt,
Quoniam ex operibus legis nõ iuſtificabitur omnis ca Roma.3.
ro, id eſt, omnis homo. Nã nihil naturæ humanæ in il-
la ſuſceptione fas eſt dicere defuiſſe, ſed naturę ab om-
ni peccati nexu omnimodo liberæ: non qualis de vtro-
que ſexu naſcitur per concupiſcentiam carnis cum ob-
ligatione delicti, cuius reatus per regenerationem di-
luitur: ſed qualem de virgine naſci oportebat, quem fi-
des matris, non libido conceperat. Quod ſi vel per na-
ſcentem corrumperetur eius integritas, non iam ille de
virgine naſceretur: eumq; falſo, quod abſit, de virgine
Maria natũ tota confiteretur Eccleſia, quæ imitans eius
matrem, quotidie parit membra ei⁹, & virgo eſt. Lege,
ſi placet, de virginitate ſanctæ Mariæ meas literas miſ-
ſas ad illuſtrem virum, quem cum honore ac dilectio-
ne nomino, Voluſianum. Proinde Chriſtus Ieſus Chriſtus &
dei filius eſt, & deus & homo eſt. Deus ante omnia ſe- deus & hõ
cula, homo in noſtro ſeculo. Deus quia dei verbũ, deus Ca. XXXV.
enim erat verbum: homo autem, quia in vnitatem per- Ioan.1.
ſonæ acceſsit verbo anima rationalis & caro. Quocir-
ca inquantum deus eſt, ipſe & pater vnum ſunt: inquã-
tum

A tum autem homo, pater maior eſt illo. Cum enim eſſet vnicus dei filius, non gratia ſed natura, vt eſſet, etiã plenus gratia, factus eſt & hominis filius: idemq; ipſe vtrũque ex vtroq; vnus Chriſtus, quia cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, quod natura erat, id eſt, eſſe æqualis deo. Exinaniuit autem ſe formam ſerui accipiens, non amittens vel minuens formam dei. Ac per hoc & minor eſt factus, & manſit æqualis, vtrunq; vnus ſicut dictũ eſt: ſed eſt aliud propter verbũ, aliud propter hominem. Propter enim verbũ æqualis patri, propter hominem minor. Vnus dei filius, idẽq; hominis filius: vnus hominis filius, idemq; dei filius: non duo filij dei, deus & homo, ſed vnus dei filius: deus ſine initio, homo à certo itutio, dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Ioan.10. Ioan.14. Philip.2.

Gratiæ indiciũ Chriſti humanitas. Caput XXXVI. 3. ſen. di. 6. ca. Et ne.

Hic omnino granditer & euidenter dei gratia cõmẽdatur. Quid enim natura humana in homine Chriſto meruit, vt in vnitatem perſonæ vnici filij dei ſingulariter eſſet aſſumpta? Quæ bona voluntas, cuius boni propoſiti ſtudiũ, quę bona opera pręceſſere, quibus mereretur iſte homo, vt vna fieret perſona cum deo? Nũquid antea fuit homo, & hoc ei ſingulare beneficium B præſtitum eſt, vt ſingulariter promereretur deum? Nẽpe ex quo homo eſſe cœpit, non aliud cœpit eſſe quàm dei filius: & hoc vnicus, & propter deum verbum, quod illo ſuſcepto caro factum eſt, vtique deus: vt quemadmodum eſt vna perſona quilibet homo, anima ſcilicet rationalis & caro, ita ſit Chriſtus vna perſona, verbum & homo. Vnde naturæ humanæ tãta gloria nullis præcedentibus meritis ſine dubitatione gratuita: niſi quia magna hic & ſola dei gratia fideliter & ſobrie conſyderantibus euidenter oſtenditur: vt intelligãt homines per eandem gratiam ſe iuſtificari à peccatis, per quã factum eſt, vt homo Chriſtus nullum habere poſſet peccatum? Sic & eius matrem angelus ſalutauit, quando ei futurum annunciauit hunc partum. Aue, inquit, gratia plena. Et paulo poſt: Inueniſti, ait, gratiam apud deum. Et hæc quidem gratia plena, & inueniſſe gratiam apud deum dicitur, vt domini ſui, immo domini omnium mater eſſet. De ipſo autem Ioannes Euangeliſta cum dixiſſet, Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus, inquit, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Quod ait, Verbum caro factũ C eſt: hoc eſt plenum gratię. Quod ait, Gloriam vnigeniti à patre: hoc eſt plenum veritatis. Veritas quippe ipſa vnigenitus dei filius, non gratia, ſed natura. Gratia ſuſcepit hominem tanta vnitate perſonæ, vt idem ipſe etiam eſſet hominis filius.

Ioan.1. Lucæ.1. Ioan.1.

Natiuitas Chriſti. Ca. XXXVII. Matt.1.

Idem nanque Ieſus Chriſtus filius dei vnigenitus, id eſt, vnicus dominus noſter natus eſt de ſpiritu ſancto & Maria virgine. Et vtique ſpiritus ſanctus dei donum eſt, quod quidem & ipſum eſt æquale donanti. Et ideo deus eſt etiam ſpiritus ſanctus, patre filiòque non minor. Ex hoc ergo quòd de ſpiritu ſancto eſt ſecundum hominem natiuitas Chriſti, quid aliud quàm ipſa gratia demonſtratur? Cum enim virgo quæſiuiſſet ab angelo, quo modo id fieret quod ei nunciabat, quandoquidem illa virum non cognoſceret: reſpondit angelus, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Et Ioſeph cũ vellet eam dimittere ſuſpicatus adulteram quam ſciebat non de ſe grauidam, tale reſponſum ab angelo accepit, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt, id eſt, quod tu eſſe de alio viro ſuſpicaris, de ſpiritu ſancto eſt.

Lucæ.1. Matt.1.

Chriſt⁹ quo modo exceptus de ſpũ ſancto. Ca. XXXVIII. 3. ſen. di. 4. ca. Sed nõ.

Nunquid tamen ideo dicturi ſumus patrem hominis Chriſti eſſe ſpiritum ſanctũ, D vt deus pater verbum genuerit, ſpiritus ſanctus hominem, ex qua vtraque ſubſtantia Chriſtus vnus eſſet, & dei patris filius ſecundum verbum, & ſpiritus ſancti filius ſecundum hominem: quòd quaſi eum ſpiritus ſanctus tanquam pater eius de matre virgine genuiſſet? Quis hoc dicere audebit? Nec opus eſt oſtendere diſputando quanta alia ſequantur abſurda, cum hoc ipſum iam ita ſit abſurdum, vt nullæ fideles aures id valeant ſuſtinere. Proinde ſicut confitemur, dominus noſter Ieſus Chriſtus qui de deo, deus homo autem natus eſt de ſpiritu ſancto & Maria virgine, vtraque ſubſtantia diuina ſcilicet atque humana, filius eſt vnicus dei patris omnipotentis, de quo procedit ſpiritus ſanctus. Quo modo ergo dicimus Chriſtum natum de ſpiritu ſancto, ſi non eum genuit ſpiritus ſanctus? An quia fecit eum? quoniam dominus noſter Ieſus Chriſtus inquantum deus eſt, omnia per ipſum facta ſunt: inquantum autem homo eſt, & ipſe factus eſt, ſicut Apoſtolus dicit, Factus eſt enim ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Sed cum illam creaturam quam virgo concepit & peperit, quanuis ad ſolam perſonam filij pertinentem, to- E ta Trinitas fecerit, neque enim ſeparabilia ſunt opera Trinitatis, cur in ea facienda ſolus ſpiritus ſanctus nominatus eſt? An & quando vnus trium in aliquo opere nominatur, vniuerſa operari Trinitas intelligitur? Ita vero eſt, & exemplis doceri poteſt. Sed non eſt in hoc diutius immorãdum. Illud enim monet, quo modo dictum ſit, Natus de ſpiritu ſancto, cum filius nullo modo ſit ſpiritus ſancti. Neque enim quia mundum iſtum fecit deus, dici eum fas eſt dei filium, aut eum natum de deo, ſed factum, vel creatum, vel conditum, vel inſtitutum ab illo, vel ſi quid huiuſmodi rectè poſſumus dicere. Hunc ergo cum confiteamur natũ de ſpiritu ſancto & Maria virgine, quo modo non ſit filius ſpiritus ſancti, & ſit filius virginis Mariæ, cum & de illo & illa ſit natus, explicare difficile eſt. Proculdubio quippe non ſic de illo vt de patre: ſic autem de illa vt de matre natus eſt.

3. ſen. di. 6. ca. & ne. Ioan.1. Roma.1. 3. ſen. di. 4. cap.1. Ibidem, ca. ſequen. Matt.1.

Vox naſci, variè accipitur. Cap. XXXIX. 3. ſen. di. 4. c. ſed nõ eſt.

Non igitur concedendum eſt, quicquid de aliqua re naſcitur, continuo eiuſdem rei filium nuncupandum. Vt enim omittam alia: aliter de homine naſci filium, aliter capillum, pediculum, vel lumbricum, quorum nihil eſt filius. Vt ergo hæc omittam, quoniam tantæ rei deformiter comparantur, certè qui naſcuntur ex aqua & ſpiritu ſancto non aquæ filios F eos rite dixerit quiſpiã, ſed planè dicũtur filij dei patris & matris Eccleſiæ. Sic ergo de ſpiritu ſancto natus eſt filius dei patris non ſpiritus ſancti. Nam & illud quod de capillo & de cæteris diximus, ad hoc tãtum valet, vt admoneamur, nõ omne quod de aliquo naſcitur, etiã filiũ ei⁹ de quo naſcitur poſſe dici. Sicut nõ omnes qui dicũtur alicuius filij, conſequens eſt vt de illo etiã nati eſſe dicantur, ſicut ſunt qui adoptantur. Dicũtur etiam filij gehennæ, non ex illa nati, ſed in illam præparati, ſicut filij regni qui præparantur in regnum.

Vbi ſupra.

Chriſtũ natum eſſe de ſpũ ſancto, quid ſignificet. Cap. XL.

Cum itaq; de aliquo naſcatur aliquid etiam nõ eo modo vt ſit filius, nec rurſus omnis qui dicitur filius, de illo ſit natus cuius dicitur filius, profecto modus iſte quo natus eſt Chriſtus de ſpiritu ſancto non ſicut filius, & de Maria virgine ſicut filius, inſinuat nobis gratiã dei: qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipſo exordio naturæ ſuę quo eſſet cœpit, verbo dei copularetur in tantã perſonæ vnitatem, vt idem ipſe eſſet filius dei qui filius hominis, & filius hominis qui filius dei: ac ſic in naturæ humanæ ſuſceptione fieret quodam modo ipſa gra-

tia illi

G tia illi homini naturalis, quæ nullum peccatum poſsit admittere. Quæ gratia propterea per ſpiritum ſanctum fuerat ſignificanda, quia ipſe proprie ſic eſt deus, vt dicatur etiam dei donum. Vnde ſufficienter loqui perlõgum eſſet: ſi tamen id fieri poteſt, valde prolixæ diſputationis eſt.

Chriſt⁹ peccatũ fact⁹. Cap. XLI.

Nulla igitur voluptate carnalis concupiſcentiæ ſeminatus ſiue conceptus eſt, & ideo nullum peccatum originaliter trahens, dei quoque gratia verbo patris vnigenito, non gratia filio ſed natura, in vnitate perſonæ modo mirabili & ineffabili adiunctus atque concretus, & ideo nullum peccatum & ipſe cõmittens, tamẽ propter ſimilitudinem carnis peccati, in qua venerat, dictus eſt & ipſe peccatũ ſacrificãdus ad diluẽda peccata. In veteri quippe lege peccata vocabantur ſacrificia pro peccatis. Quod vere iſte factus eſt cuius erant vmbræ illa. Hinc Apoſtolus cum dixiſſet, Obſecramus pro Chriſto reconciliari deo: continuo ſubiunxit atque ait, Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos ſimus iuſticia dei in ipſo. Non ait, vt in quibuſdam mendoſis codicibus legitur, Is qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fe-

Oſee. 4.
2. Cor. 5.

H cit, tanquam pro nobis Chriſtus ipſe peccauerit: ſed ait, Eum qui non nouerat peccatum, id eſt Chriſtum, pro nobis peccatum fecit deus, cui reconciliandi ſumus: hoc eſt ſacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ipſe ergo peccatum vt nos iuſticia: nec noſtrã, ſed dei ſumus: nec in nobis, ſed in ipſo: ſicut ipſe peccatum non ſuum, ſed noſtrum: nec in ſe, ſed in nobis conſtitutum, ſimilitudine carnis peccati, in qua crucifixus eſt, demonſtrauit: vt quoniam peccatum ei non inerat, ita quodam modo peccato moreretur dum moritur carne, in qua erat ſimilitudo peccati: & cum ſecundum vetuſtatem peccati nunquam ipſe vixiſſet, noſtram ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, reuiuiſcẽtem vitam noua ſua reſurrectione ſignaret.

Baptiſma. Cap. XLII.

Ipſum eſt quod in nobis celebratur, magnum baptiſmatis ſacramentum, vt quicunque ad iſtam pertinent gratiam, moriãtur peccato, ſicut ipſe peccato mortuus dicitur: quia mortuus eſt carni, hoc eſt peccati ſimilitudini: & viuant de lauacro renaſcendo, ſicut ipſe

I de ſepulchro reſurgendo, quamlibet corporis ætatem gerant.

Baptiſmus infantum & ſenum. Cap. XLIII. De cõ. di. 4 §. paruulo. 4. ſent. diſt. 4. ca. 1.

A paruulo enim recens nato vſque ad decrepitum ſenem, ſicut nullus prohibendus eſt à baptiſmo, ita nullus eſt qui non peccato moriatur in baptiſmo: ſed paruuli tantum originali, maiores autem etiam iis omnibus moriuntur peccatis, quæcunque male viuendo addiderunt ad illud, quod naſcẽdo traxerunt.

Figura ἑτέρωσις qua numerus accipit̃ pro numero. Ca. XLIIII. Aeneid. 2. Nume. 21. 2. ſen. di. 33 c. Et quod. & ca. aliniquin.

Sed ideo etiam ipſi peccato mori plerunque dicũtur, cum proculdubio non vni, ſed multis peccatis omnibúſque moriantur, quæcunq; iam propria commiſerunt, vel cogitatione, vel locutione, vel opere: quia etiã per ſingularem numerum pluralis numerus ſignificari ſolet, ſicut ait ille: Vterumq; armato milite complent: quanuis hoc multis militibus fecerint. Et in noſtris literis legitur, Ora ergo ad dominũ, vt auferat à nobis ſerpentem. Non ait ſerpentes: quos patiebatur populus vt hoc diceret, & innumerabilia talia. Cum vero & illud originale vnum plurali numero ſignificatur, quãdo dicimus in peccatorum remiſsionem baptizari paruulos, nec dicimus in remiſsionem peccati: illa eſt cõtraria locutio, qua per pluralem locutionem ſignificatur numerus ſingularis. Sicut de Herode mortuo in Euãgelio dictum eſt: Mortui ſunt enim qui quærebant animã pueri. Non dictum eſt, mortuus eſt. Et in Exodo, Fecerunt, inquit, ſibi deos aureos: cum vnum vitulum fecerint tã-

Matth. 2. Exod. 32.

K tum, de quo dixerunt: Hi ſunt dij tui Iſraël, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et hic ponentes pluralem pro ſingulari.

Vno peccato cõprehẽdi plura. Cap. XLV. Roma. 5.

Quanuis & in illo peccato vno, quod per vnum hominem intrauit in mundum, & in omnes homines pertranſijt, propter quod etiam paruuli baptizãtur, poſsint intelligi plura peccata, ſi vnũ ipſum in ſua quaſi membra diuidatur ſingula, nam & ſuperbia eſt illic, qua homo in ſua potius eſſe, quàm in dei poteſtate dilexit. Et ſacrilegium, quia deo non credidit: & homicidium, quia ſemetipſum præcipitauit in mortẽ: & fornicatio ſpiritalis, quia integritas mentis humanæ ſerpẽtina ſuaſione corrupta eſt: & furtum, quia cibus prohibitus vſurpatus eſt: & auaricia, quia pluſquã illi ſufficere debuit appetiuit: & ſi quid aliud in hoc vno admiſſo diligenti conſyderatione inueniri poteſt.

2. ſen. di. 33 ca. qđ vero. Gene. 3.

Peccatis parentũ obligari filios. Ca. XLVI. Exo. 20.

Parentum quoq; peccatis paruulos obligari, nõ ſolum primorum hominum, ſed etiam ſuorum, de quibus ipſi nati ſunt, nõ improbabiliter dicitur. Illa quippe diuina ſententia, Reddam peccata patrum in filios: tenet eos vtiq; anteq̃ per regenerationem ad teſtamentum nouum incipiant

L pertinere. Quod teſtamentum prophetabatur cũ diceretur per Ezechielem, non accepturos filios peccata patrum ſuorum, nec alterius futuram in Iſraël parabolam illam, Patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. Ideo enim quiſq; renaſcitur, vt ſoluatur in eo quicquid peccati eſt cũ quo naſcitur. Nã peccata quæ male agendo poſtea committuntur, poſſunt & pœnitendo ſanari, ſicut etiam poſt baptiſmum fieri videmus. Ac per hoc non ob aliud eſt inſtituta regeneratio, niſi quia vicioſa eſt generatio, vſqueadeo, vt etiam de legitimo matrimonio procreat⁹ dicat, In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis mater mea me in vtero alluit. Neque hic dixit, In iniquitate vel peccato, cum & hoc recte dici poſſet: ſed iniquitates & peccata dicere maluit. Quia & in illo vno quod in omnes homines pertranſijt, atq; tam magnum eſt, vt in eo mutaretur & conuerteretur in neceſsitatem mortis humana natura, ſicut ſupra diſſerui, reperiuntur plura peccata, & alia parentum, qui etſi non ita poſſunt mutare naturam, reatu tamẽ obligant filios, niſi gratuita gratia &

Ezech. 18. Hiere. 31. Pſal. 50. Roma. 5.

M miſericordia diuina ſubueniat.

Quouſque maiorũ peccata ꝓpagẽtur nõ temere definiendum. Ca. XLVII. Exo. 20. 2. ſen. di. 33 ca. de hoc.

Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipſo Adam vſque ad patrem ſuum, progeneratoribus ſuis quiſque ſuccedit, nõ immerito diſceptari poteſt: vtrum omnium malis actibus & multiplicatis delictis originalibus, qui naſcitur implicetur, vt tanto peius quanto poſterius quiſque naſcatur, An propterea deus in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum eorum poſteris comminetur, quia iram ſuam quantum ad progeneratorum ſuorum culpas non extendit vlterius moderatione miſerationis ſuæ: ne illi quibus regenerationis gratia non confertur, nimia ſarcina in ipſa ſua æterna damnatione premerentur, ſi cogerentur ab initio generis humani omnium præcedentium parentum ſuorum originaliter peccata contrahere, & pœnas pro eis debitas pendere. An aliud aliquid de re tanta in ſcripturis ſanctis diligentius perſcrutatis atque tractatis, valeat vel non valeat reperiri, temere non audeo affirmare.

Abolitio originalis peccati. Ca. XLVIII 2. ſen. diſt. 33. ca. hic quæri ſolet. 1. Timo. 2.

Illud tamen vnum peccatum, quod tam magnum in loco & habitu tantæ infœlicitatis admiſſum eſt, vt in vno homine originaliter atque, vt ita dixerim, radicaliter totum genus humanum damnaretur, non ſoluitur ac diluitur niſi per vnum mediatorem dei & hominum hominem Chriſtum Ieſum, qui ſolus potuit ita naſci, vt ei opus non eſſet renaſci.

Non enim

A Non enim renaſcebantur, qui baptiſmate Ioannis *Chriſtus baptizatus à Ioanne.* baptizabantur, à quo & ipſe baptizatus eſt, ſed quodam præcurſorio illius miniſterio qui dicebat, Parate viam domino: huic vni in quo ſolo renaſci poterant, *Cap. XLIX.* parabantur. Huius enim baptiſmus eſt non in aqua tantum, ſicut fuit Ioannis, veruntetiam in ſpiritu ſaocto, vt *D: cõ. di. 4 ca. non regenerabãtur.* de illo ſpiritu regeneretur quiſquis in Chriſtum credit, de quo Chriſtus regeneratus regeneratione oon eguit. *Matt. 3.* Vnde vox illa patris quæ ſuper baptizatum facta *Ibidem.* eſt. Ego hodie genui te: nõ vnum illum temporis idem quo baptizaius eſt, ſed immutabilis æternitatis oſtendit, vt illum hominem ad vnigeniti perſonam pertinere monſtraret. Vbi enim dies nec heſterni fine inchoatur, nec initio craſtini terminatur, ſemper hodiernus eſt. In aqua ergo voluit baptizari à Ioanne, non vt eius iniquitas vlla dilueretur, ſed vt magna commendaretur humilitas. Ita quippe nihil in eo baptiſmus quod ablueret, ſicut mors nihil quod puniret, inuenit: vt diabolus veritate iuſticiæ, non violentia poteſtatis oppreſſus & victus, quoniam ipſum ſine vllo peccati merito iniquiſsime occiderat, per ipſum iuſtiſsime à-
B mitteret quos peccati merito detinebat. Vtrunque igitur ab illo, id eſt, & baptiſmus & mors certè diſpenſationis cauſa, non miſeranda neceſsitate, ſed miſerante potius voluotate ſuſceptum eſt: vt vnus peccatum tolleret mundi, ſicut vous peccatum miſit in mundum, *Gratia aboleri oĩa peccata Ca. L.* hoc eſt, in vniuerſum genus humanum. Niſi quòd ille vnus vnum peccatum miſit in mundum, iſte vero vnus nõ ſolum vnum illud, ſed cuncta ſimul abſtulit quæ addita inuenit. *Roma. 5.* Vnde dicit Apoſtolus, Non ſicut per vnum peccantem, ita eſt & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Quia vtique illud vnum quod originaliter trahitur, etiam ſi ſolum ſit, obnoxios damoationi facit, gratia vero ex multis delictis iuſtificat hominem, qui præter illud vnum quod commuoiter cum omnibus originaliter *Renati in Chriſto liberamur.* traxit, ſua quoque propria multa committit. Veruntamen quod paulo poſt dicit, Sicut per vnius delictum in omnes homines ad coodemnationem, ita & *Cap. LI.* per vnius iuſticiam io omnes homines ad iuſtificatio- *Roma 5.* nem vitæ: ſatis indicat ex Adam neminem natum, ni-
C ſi damnatione detineri, & neminem niſi in Chriſto *Baptiſmi myſterium.* renatum à damnatione liberari. De qua per vnum hominem pœna, & per vnum hominem gratia cum lo- *Cap. LII.* cutus fuiſſet, quantum illi epiſtolæ ſuæ loco ſufficere iudicauit, deinde ſacri baptiſmatis in cruce Chriſti grande myſterium commendauit: eo modo, vt intelligamus oihil aliud eſſe in Chriſto baptiſmum, oiſi mortis Chriſti ſimilitudinem: nihil autem aliud mortem Chriſti crucifixi, niſi remiſsionis peccati ſimilitudinem: vt quemadmodum in illo vera mors facta eſt, ſic in nobis vera remiſsio peccatorum: & quemadmodum in illo vera reſurrectio, ita in nobis vera iuſtificatio. Ait *Roma. 6.* enim, Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, *Roma. 5.* vt gratia abundet? Dixerat enim ſuperius, Vbi eoim abundauit peccatum, ibi ſuperabundauit gratia. Et ideo quæſtionem ſibiipſi propoſuit, vtrum propter abundantiam gratiæ conſequendam in peccato ſit permanen- *Roma. 6.* dum. Sed reſpondit, Abſit. Atque ſubiecit. Si mortui ſu- *De conſ. di. 4. cap. vt oſtenderet.* mus peccato, quo modo viuemus in illo? Deinde vt oſtenderet nos mortuos eſſe peccato, An ignoratis, inquit, quoniam quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſo, in morte ipſius baptizati ſumus? Si ergo hinc oſtẽdimur mortui eſſe peccato, quia in morte Chriſti baptizati ſumus, profecto & paruuli qui baptizantur in D
Chriſto, peccato moriuntur, quia in morte ipſius baptizãtur. Nullo enim excepto dictum eſt, Quicunq; enim *Roma. 6.* baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus, Et ideo dictum eſt, vt probaretur mortuos nos eſſe peccato. Cui autem peccato paruuli renaſcendo moriuntur, niſi quod naſcendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipſos pertinet quod ſequitur, dicens: Cõſepulti enim ſumus illi per baptiſmum in mortem, vt quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus, hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt euacuetur corpus peccati, vt vltrà nõ ſeruiamus peccato: Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul etiam viuemus cum illo, ſcientes quia Chriſtus reſurgens à mortuis, iam oõ moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos exiſtimate vos mortuos quidẽ eſſe peccato, viuere autem deo in Chriſto Ieſu. Hinc E
enim probare cœperat non eſſe nobis permanendum in peccato, vt gratia abundaret, & dixerat, Si mortui ſumus peccato, quo modo viuemus in eo? Atq; vt oſtenderet mortuos nos eſſe peccato, ſubiecit, An ignoratis quoniam quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte illius baptizati ſumus? Sic itaq; totum locum iſtum cõcluſit, vt cœpit. Mortem quippe Chriſti ſic inſinuauit, vt etiam ipſum mortuum diceret eſſe peccato. Cui peccato, niſi carois, in qua erat, non peccatum, ſed ſimilitudo peccati, & ideo nomine appellat peccati? Baptizatis itaque in morte Chriſti, in qua non ſolũ ma- *De cõ. diſt. 4. ca. vt oſtenderet.* iores, veruntetiam paruuli baptizantur, ait: Sic & vos, id eſt, quemadmodum Chriſtus, ſic & vos exiſtimate vos mortuos eſſe peccato, viuere autem deo in Chriſto *Roma. 6.* Ieſu. Quicquid igitur geſtum eſt in cruce Chriſti, *Crux, ſepultura, reſurrectio, aſcẽſio, quo modo ad nos pertineant.* in ſepultura, in reſurrectione tertio die, io aſcenſione in cœlum, & in ſede ad dexteram patris: ita geſtum eſt, vt his rebus non myſtice tantum dictis, ſed etiam geſtis configuraretur vita Chriſtiana quæ hic geritur. Nã propter eius crucem dictum eſt, Qui autem Ieſu Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum viciis & con- *Cap. LIII. Galat. 5.* cupiſcentiis. Propter ſepulturam, Conſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem. Propter *Roma. 6.* reſurrectionem, Vt quemadmodum Chriſtus reſurre- F xit à mortuis per gloriam † patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus. *† al. gratiã.* Propter aſcenſionem vero in cœlum, ſedemque ad dexteram patris. Si autem reſurrexi- *Coloſſ. 3.* ſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite: vbi Chriſtus eſt ad dexteram dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. *Iudicium. Cap. LIIII. ... 4.* Iam vero quod de Chriſto confitemur futurum, quoniam de cœlo venturus eſt, viuos iudicaturus & mortuos, nõ pertinet ad vitam noſtram quæ hic geritur, quia nec in rebus geſtis eius eſt, ſed in fine ſeculi gerendis. Ad hoc pertinet quod Apoſtolus ſecutus adiunxit, Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis *Coloſſ. 3.* cum illo in gloria. *Iudicare viuos & mortuos.* Duobus autem modis accipi poteſt, quod viuos & mortuos iudicabit: ſiue vt viuos intelligamus, quos hic nondum mortuos, ſed adhuc in iſta carne viuentes inuenturus eſt eius ad- *Cap. LV. 4. ſẽ. di. 43. ca. his aũt* uentus. Mortuos autem, qui de corpore priuſquam veniat exiere vel exituri ſunt, Siue viuos iuſtos, mortuos

G tuos autem iniuſtos,quoniam iuſti quoque iudicabun-
tur. Aliquando enim iudiciũ dei ponitur in malo. Vn-
Ioan.5. de illud eſt, Qui autem male egerũt,in reſurrectionem
iudicij. Aliquando & in bono,ſecũdum quod dictum
Pſal.53. eſt: Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute
tua iudica me. Per iudicium quippe dei fit ipſa bono-
Matt.25. rum malorũmque diſcreno, vt liberandi à malo, non
perdendi cum malis, boni ad dexteram ſegregentur.
Pſal.42. Propter quod ille clamabat,Iudica me deus.Et quid di
xerat velut exponens,& diſcerne,inquit,cauſam meam
Spirit° ſanctus. de gente non ſancta. Cum autem de Ieſu Chriſto
filio dei vnico domino noſtro, quod ad breuitatem cõ-
Cap.LVI. feſsionis pertinet dixerimus, adiungimus ſic credere
nos & in ſpiritum ſanctum, vt illa Trinitas complea-
tur quæ deus eſt, Deinde ſancta commemoratur Ec-
cleſia. Vnde datur intelligi rationalem creaturam ad
Galat.4. Hieruſalem liberam pertinentem, poſt commemora-
tionem creatoris, id eſt, ſummæ illius Trinitatis fuiſſe
ſubdẽdam. Quoniam quicquid de homine Chriſto di
ctum eſt,ad vnitatem perſonæ vnigeniti pertinet. Re-
H ctus itaque cõfeſsionis ordo poſcebat,vt Trinitati ſub-
Eccleſia. iungeretur Eccleſia, tanquam habitatori domus ſua,&
deo templum ſuum,& conditori ciuitas ſua. Quæ to-
ta hic accipienda eſt, non ſolum ex parte qua peregri-
Pſal.95. natur in terris à ſolis ortu vſque ad occaſum laudans
nomen domini,& poſt vetuſtatis captiuitatem cantans
cãticum nouum: verumetiam ex illa quæ in cœlis ſem-
per ex quo condita eſt cohæſit deo, nec vllum ſui ca-
ſus malũ experta eſt. Hæc in ſanctis angelis beata per-
ſiſtit, & ſuæ parti peregrinanti ſicut oportet opitula-
tur:quia vtraque vna erit conſortio æternitatis, & nũc
vna eſt vinculo charitatis, quæ tota inſtituta eſt ad co-
lendum vnum deum. Vnde nec tota, nec vlla pars eius
vult ſe coli pro deo, nec cuiquam eſſe deus pertinenti
ad templum dei,quod ædificatur ex diis quos facit non
factus deus. Ac per hoc ſpiritus ſanctus ſi creatura non
creator eſſet, profecto creatura rationalis eſſet. Ipſe e-
nim eſſet ſumma creatura, & ideo in regula fidei non
poneretur ante Eccleſiam, quia & ipſe ad Eccleſiam
pertineret in illa eius parte quæ in cœlis eſt. Nec habe-
ret templum, ſed etiam ipſe templum eſſet. Templum
1.Cor.6. autem habet de quo dicit Apoſtolus, Neſcitis quia cor-
I pora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti, qui in vobis
1.Cor.6. eſt,quem habetis à deo? De quibus alio loco dicit, Ne-
ſcitis quia corpora veſtra membra Chriſti ſunt? Quo
modo ergo deus non eſt qui templum habet? Aut mi-
nor Chriſto eſt cuius membra templum habet? Neque
enim aliud templum eius, & aliud templum dei eſt,
1.Cor.3. cum idem dicat Apoſtolus, Neſcitis,quia templum dei
eſtis. Quod vt probaret,adiecit, Et ſpiritus dei habitat
in vobis. Deus ergo habitat in templo ſuo, non ſolum
ſpiritus ſanctus, ſed etiam pater & filius, qui etiam de
Coloſſ.1. corpore ſuo, per quod factus eſt caput Eccleſiæ, quæ
in hominibus eſt, vt ſit ipſe in omnibus primatum te-
nens,ait, Soluite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo
illud. Templum ergo dei, hoc eſt totius ſummæ illius
trinitatis, ſancta eſt Eccleſia, ſcilicet vniuerſa in cœlo
Stabilitas angelorũ. & in terra. Sed de illa quæ in cœlis eſt, affirma-
re quid poſſumus,niſi quod nullus in ea malus eſt, nec
Cap.LVII. quiſquam deinceps de illa cecidit aut caſurus eſt, ex
2.Pet.2. quo deus angelis peccantibus non pepercit, ſicut ſcri-
Vocabula angelorũ. bit Apoſtolus Petrus, ſed carceribus caliginis inferni
retrudens tradidit in iudicio puniendos reſeruari.
Cap.LVIII. Quo modo autem ſe habeat beatiſsima illa & ſu-
Hebr.1. perna ſocietas, quæ ibi ſint differentiæ perſonarum,vt
cum omnes tanquam generali nomine angeli nun- K
cupentur, ſicut in epiſtola ad Hebræos legimus: Cui e-
nim angelorum deus dixit aliquando, Sede à dextris *Pſal.109.*
meis? hoc quippe modo ſignificauit omnes vniuerſa-
liter angelos dici: ſint tamen & illic archangeli: &
vtrum iidem archangeli nominentur virtutes, atque
ita dictum ſit, Laudate eum omnes angeli eius, lau- *Pſal.148.*
date eum omnes virtutes eius; ac ſi diceretur, lauda-
te eum omnes angeli eius, laudate eum omnes archan-
geli:& quid inter ſe diſtent quatuor illa vocabula, qui-
bus vniuerſam ipſam cœleſtem ſocietatem videtur A-
poſtolus eſſe complexus dicendo, Siue ſedes, ſiue do- *Coloſſ.1.*
minationes,ſiue principatus,ſiue poteſtates, dicant qui
poſſunt,ſi tamen poſſunt probare quod dicunt,ego me
iſta ignorare confiteor. Sed nec illud quidem certum *πλανῆται.*
habeo, vtrum ad eandem ſocietatem pertineant, ſol &
luna & cuncta ſydera, quamuis nonnullis lucida cor-
pora eſſe, non cum ſenſu vel intelligentia videantur. *Corpora angelorum.*
Itẽmque angeli, quis explicet cum qualibus cor-
poribus apparuerint hominibus, vt non ſolum cerne- *Cap.LIX.*
rentur, verumetiam tangerentur, & rurſus non ſolida L
corpulentia, ſed ſpiritali potentia quaſdam viſiones,
non oculis corporeis, ſed ſpiritalibus vel mentibus in-
gerant, vel dicant aliquid non ad aurem forinſecus,
ſed intus in animo hominis, etiam ibidem ipſi conſti-
tuti: ſicut ſcriptum eſt in Prophetarum libro, Et dixit
mihi angelus qui loquebatur in me: non enim ait, *Zacha.2.*
qui loquebatur ad me, ſed in me. Vel appareant & in
ſomnis, & colloquantur more ſomniorum. Habe-
mus quippe in Euangelio, Ecce angelus domini ap- *Mat.1.*
paruit illi in ſomnis dicens. His enim modis velut in-
dicant ſe angeli contrectabilia corpora non habere.
Faciũtque difficillimam quæſtionem, quo modo pa-
tres eis pedes lauerint, quo modo Iacob cum angelo *Gene.18.*
tam ſolida contrectatione luctatus ſit. Cum iſta quæ- *19.& 32.*
runtur, & ea ſicut poteſt quiſque coniectat, non inuti-
liter exercentur ingenia, ſi adhibeatur diſceptatio mo-
derata, & abſit error opinantium ſe ſcire quod ne-
ſciunt. Quid enim opus eſt vt hæc atque huiuſmodi
affirmentur vel negentur, vel definiantur cum diſcri-
mine, quando ſine crimine neſciuntur? Magis *Artes ſatanæ euitãdæ*
opus eſt diiudicare atque dignoſcere, cum ſe ſatanas
transfigurat velut angelum lucis, ne fallendo ad ali- *Cap.LX.*
qua pernicioſa ſeducat. Nam quando ſenſus corporis M
fallit, mentem vero non mouet à vera rectáque ſen- *2.Cor.11.*
tentia, qua quiſque vitam fidelem gerit, nullum eſt in
religione periculum. Vel cum ſe bonum fingens, ea fa-
cit ſiue dicit, quæ bonis angelis congruunt, etiam ſi
credatur bonus, non eſt error Chriſtianæ fidei pericu-
loſus, aut morbidus. Cum vero per hæc aliena ad ſua
incipit ducere,tunc eum dignoſcere, nec ire poſt eum,
magna & neceſſaria vigilantia eſt. Sed quo modo v-
nuſquiſque hominum idoneus eſt omnes mortiferos
eius dolos euadere,niſi regat atque tueatur deus? Et ip-
ſa huius rei difficultas ad hoc eſt vtilis, ne ſit ſpes ſibi
quiſque aut homo alter alteri, ſed deus ſuis omnibus.
Id enim nobis potius expedire prorſus piorum ambi-
git nemo. Hæc ergo quæ in ſanctis angelis & vir- *Eccleſia angelorum & noſtra.*
tutibus dei eſt Eccleſia, tunc nobis ſicuti eſt innoteſcet,
cum ei coniuncti fuerimus in finem, ad ſimul haben-
dam beatitudinem ſempiternam. Iſta vero quæ ab illa *Cap.LXI.*
peregrinatur in terris, eo nobis notior eſt quod in il-
la ſumus,& quia hominum eſt,quod & nos ſumus. Hęc
ſanguine mediatoris nullum habentis peccatũ, ab om-
ni redempta eſt peccato, eiúſque vox eſt, Si deus pro *Roma.8.*
nobis

A nobis quis contra nos? Qui filio proprio ſuo non pe-
percit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Nõ enim
pro angelis mortuus eſt Chriſtus. Sed ideo etiam pro
angelis fit quicquid hominum per eius mortem redi-
mitur & liberatur à malo, quoniam cum eis quodam
modo redit in gratiam poſt inimicicias quas inter ho-
mines & ſanctos angelos peccata fecerunt, & ex ipſa
hominum redemptione ruinæ illius angelicæ detri-
Chriſtº inſtaurat o͠ia. menta reparantur. Et vtique nouerunt ſancti
angeli docti à deo, cuius veritatis æterna contempla-
Cap.LXII. tione beati ſunt, quanti ſunt, quanti numeri ſupplemẽ-
tum de genere humano integritas illius ciuitatis expe-
ctet. Propter quod ait Apoſtolus, inſtaurari omnia in
Chriſto quæ in cœlis ſunt & quę in terris. In ipſo quip-
pe inſtaurantur quæ in cœlis ſunt, cum id quod inde in
angelis lapſum eſt ex hominibus redditur. Inſtauran-
tur autem quæ in terris ſunt, cum ipſi homines qui præ-
deſtinati ſunt ad æternam vitam à corruptionis vetu-
ſtate renouantur. Ac ſic per illud ſingulare ſacrificium,
in quo mediator eſt immolatus, quod vnum multæ in
lege victimæ figurabant, pacificantur cœleſtia cum ter-
B reſtribus, & terreſtria cum cœleſtibus. Quoniam ſicut
Coloſſ.1. idem Apoſtolus dicit, In ipſo complacuit omnem ple-
nitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconci-
liari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis
Philip.4. eius, ſiue quæ in cœlis ſunt, ſiue quæ in terris. Pax
Pax regni cœlorum. iſta præcellit, ſicut ſcriptum eſt, omnem intellectum,
neque ſciri à nobis niſi cum ad eam venerimus poteſt.
Ca.LXIII. Quo modo enim pacificãtur cœleſtia niſi in nobis, id
eſt, concordando nobiſcum? Nam ibi ſemper eſt pax,
& inter ſe vniuerſis intellectualibus creaturis, & cũ ſuo
22. de ciui. dei, ca.29. creatore. Quæ pax præcellit, vt dictum eſt, omnẽ intel-
lectum, ſed vtique noſtrum, non eorum qui ſemper vi-
dent faciem patris. Nos autem quantuſcũque ſit in no-
1.Cor.13. bis intellectus humanus, ex parte ſcimus, & videmus
nunc per ſpeculum in ænigmate. Cũ vero æquales an-
gelis dei fuerimus, tunc quemadmodum & ipſi videbi-
mus facie ad faciem, tantàmque pacem habebimus er-
ga eos, quantam & ipſi erga nos, quia tantum eos dile-
cturi ſumus, quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorũ
nota nobis erit, quia & noſtra talis ac tãta erit, nec præ-
cellet tunc intellectum noſtrum. Dei vero pax quæ il-
C lic eſt erga eos, & noſtrum & illorum intellectum ſine
dubitatione præcellet. De ipſo quippe beata eſt ratio-
nalis creatura quæcunque beata eſt, non ipſe de illa.
Vnde ſecundum hoc melius accipitur quod ſcriptum
Pax dei. eſt, Pax dei quæ præcellit omnem intellectum: vt in eo
Philip.4. quod dicit, omnem, nec ipſe intellectus ſanctorum an-
gelorum eſſe poſsit exemptus, ſed dei ſolius. Neque
Remiſsio peccatorũ. enim & ipſius intellectum pax eius excellit. Con-
cordant autem angeli nobiſcum etiam nunc cum re-
Ca.LXIIII mittuntur noſtra peccata. Ideo poſt commemoratio-
nem ſanctæ Eccleſiæ in ordine confeſsionis ponitur,
remiſsio peccatorum. Per hanc enim ſtat Eccleſia quæ
in terris eſt, per hanc non perit quod perierat & inuen-
Luca.15. tum eſt. Excepto quippe baptiſmatis munere, quod cõ-
tra originale peccatum donatum eſt, vt quod genera-
tione attractum eſt, regeneratione detrahatur, & ta-
men actiua quoque peccata quæcunque corde, ore, o-
pere commiſſa inuenerit, tollit. Hac ergo excepta ma-
gna indulgentia, vnde incipit hominis renouatio, in
qua ſoluitur omnis reatus & ingeneratus & additus,
ipſa etiam vita cætera iam ratione vtentis ætatis, quan-
talibet præpolleat fœcunditate iuſticiæ, ſine remiſsio-
ne peccatorum non agitur. Quoniam filij dei quan-
diu mortaliter viuunt, cum morte confligunt. Et quan- D
uis de illis ſit veraciter dictum, Quotquot ſpiritu dei *Roma.8.*
aguntur, hi filij ſunt dei: ſic tamen ſpiritu dei exci-
tantur, & tanquam filij dei proficiunt ad deum, vt
etiam ſpiritu ſuo, maxime aggrauante corruptibili cor- *Sap.9.*
pore tanquam filij hominum quibuſdam motibus hu-
manis deficiant ad ſeipſos, & ideo peccent. Intereſt
quidem quantum ſatis dicitur, Neque enim quia pec-
catum eſt omne crimen, ideo crimen eſt etiam omne *Crimen.*
peccatum. Itaque ſanctorum hominum vitam, quan- *Peccatum.*
diu in hac morte viuitur, inueniri poſſe dicimus ſine
crimine: peccatum autem ſi dixerimus quia non ha- *1.Ioan.1.*
bemus, vt ait ſanctus Apoſtolus, noſmetipſos seduci-
mus, & veritas in nobis non eſt. Sed neque de ip- *Pœnitẽtia.*
ſis criminibus quamlibet magnis remittendis in ſan- *Cap.LXV.*
cta Eccleſia, dei deſperanda eſt miſericordia agenti- *De pœ. di.1*
bus pœnitentiam ſecundum modum ſui cuiuſque pec- *ca. in actiõe.*
cati. In actione autem pœnitentiæ, vbi tale crimẽ com- *4. ſt. di.20:*
miſſum eſt, vt is qui commiſit, à Chriſti etiam corpo- *ca. Si vero.*
re ſeparetur, non tam conſyderanda eſt menſura tem-
poris, quàm doloris, Cor enim contritum & humilia- *Pſal.50.*
tum deus non ſpernit. Verum quia plerunque dolor E
alterius cordis occultus eſt alteri, neque in aliorum no
ticiam per verba vel quæcunque alia ſigna procedit,
cum ſit coram illo cui dicitur, Gemitus meus à te non *Pſal.37.*
eſt abſconditus: recte conſtituuntur ab iis qui Eccle-
ſiæ præſunt tempora pœnitentiæ, vt fiat etiam ſatis Ec-
cleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata: Extra eam quip-
pe non remittuntur. Ipſa nanque proprie ſpiritum ſan-
ctum pignus accepit, ſine quo non remittuntur vlla
peccata, ita vt quibus dimittuntur, conſequantur vitam
æternam. Magis enim propter futurum iudicium *Iudiciũ futurũ peccatis pœnam præſcribet.*
fit remiſsio peccatorum. In hac autem vita vſqueadeo
valet quod ſcriptum eſt, Graue iugum ſuper filios A-
dam à die exitus de ventre matris eorum, vſque in
diem ſepulturæ in matrem omnium, vt etiam paruulos *Ca.LXVI.*
videamus poſt lauacrum regenerationis diuerſorum *Eccli.40.*
malorum afflictione cruciari: vt intelligamus totum
quod ſalitaribus agitur ſacramentis, magis ad ſpem
futurorum bonorum, quàm ad retentionem vel ad-
eptionem præſentium pertinere. Multa etiam mala hic
videntur ignoſci, & nullis ſupplicis vindicari, ſed eo-
rum pœnæ reſeruantur in poſterum. Neque enim fru- F
ſtra ille proprie dicitur dies iudicij, quando venturus
eſt iudex viuorum atque mortuorum. Sicut econtra-
rio vindicantur hic aliqua, & tamen ſi remittũtur, pro-
fecto in futuro ſeculo non nocebũt. Propterea de qui-
buſdam temporalibus pœnis quæ in hac vita peccan-
tibus irrogantur, eis quorum peccata delentur ne reſer
uentur in finem, ait Apoſtolus, Si enim noſmetipſos iu *1.Cor.11.*
dicaremus, à domino non iudicaremur. Cum iudica-
mur autem à domino, corripimur, ne cum hoc mun-
do damnemur. Creduntur autem à quibuſdam *Titulus fidei an ſit profuturus.*
etiam ij qui nomen Chriſti non relinquunt, & eius la-
uacro in Eccleſia baptizantur, nec ab ea vllo ſchiſmate
vel hæreſi præciduntur, in quantiſlibet ſceleribus viuãt, *Ca.LXVII.*
quę nec diluant, pœnitendo, nec eleemoſynis redimãt, *21. de ciuit. dei, ca.21.*
ſed in eis vſque ad huius vitæ vltimum diem pertina-
ciſsime perſeuerent, ſalui futuri per ignem: licet pro ma *1.Cor.13.*
gnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno, non ta- *Purgatoriũ*
men æterno igne puniri. Sed qui hoc credũt, & tamen
catholici ſunt, humana quadam beneuolentia mihi
falli videntur. Nam ſcriptura diuina aliud conſulta re-
ſpondet. Librum autem de hac quæſtione ſcripſi, cuius *Cap.14.15.*
titulus eſt, de fide & operibus. Vbi ſecundum ſcripturas *& 16.*
ſanctas,

G ſanctas, quantum deo adiuuante potui, demonſtraui
eam fidem ſaluos facere, quam ſatis euidenter expreſsit
Galat.5. Paulus Apoſtolus dicens, In Chriſto enim Ieſu neque
circuncìſio quicquam valet, neque prepucium, ſed fides
quæ bene per dilectionem operatur. Si autem male &
non bene operatur, proculdubio ſecũdum Apoſtolum
Iaco.2. Iacobum, mortua eſt in ſemetipſa. Qui rurſus ait, Si fi-
dem dicat ſe quiſquam habere, opera autem nõ habeat,
nunquid poterit fides ſaluare eum? Porrò autem ſi ho-
mo ſceleratus propter fidem ſolam per ignem ſaluabi-
tur, & ſic eſt accipiendũ quod ait beatus Paulus Apoſto
1.Cor.3. lus, Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: po
terit ergo ſaluare ſine operibꝰ fides, & falſum erit quod
dixit eius coapoſtolus Iacobus. Falſum erit & illud
1.Cor.6. quod idem ipſe Paulus dixit, Nolite, inquit, errare, ne-
que fornicatores, neque idolis ſeruientes, neque adul-
teri, neque molles, neque maſculorum concubitores,
neque fures, neque auari, neque maledici, neque ebrio-
ſi, neque rapaces regnum dei poſsidebũt. Si enim etiam
in iſtis perſeuerantes criminibus, tamen propter fidem
Chriſti ſalui erunt, quo modo in regno dei non erunt?

H Sed quia hæc Apoſtolica manifeſtiſsima & aper-
Per ignem tiſsima teſtimonia falſa eſſe non poſſunt, illud quod
ſaluari. obſcure dictum eſt de iis qui ſuperædificant ſupra fun-
Ca.LXVIII damentum quod eſt Chriſtus, non aurum, non argen-
1.Cor.3. tum, non lapides precioſos, ſed ligna, fœnum, ſtipulam:
de his enim dictum eſt quòd per ignem ſalui erũt, quo-
niam fundamenti merito non peribunt: ſic intelligen-
dum eſt, vt iis manifeſtis non inueniatur eſſe contra-
4.ſẽ.di.21. rium. Ligna quippe & fœnum & ſtipula non abſurde
c.hic obiici. accipi poſſunt rerum ſecularium, quanuis licite conceſ
Li.21. de ci ſarum, tales cupiditates, vt amitti ſine animi dolore nõ
ui.dei, cap. poſsint. Cum autem iſte dolor vrit, ſi Chriſtus in corde
21.& 26. fundamenti locum habet, id eſt, vt ei nihil anteponа-
tur, & malit homo qui tali dolore vritur, rebus quas ita
diligit magis carere quàm Chriſto: per ignem fit ſal-
uus. Si autem res huiuſmodi temporales ac ſeculares
tempore tentationis maluerit tenere quàm Chriſtum,
eum in fundamento non habuit: quia hæc priore loco
habuit, cum in ædificio prius non ſit aliquid fundamẽ-
to. Ignis enim de quo locutus eſt eo loco Apoſtolus
I Paulus, talis debet intelligi, vt ambo per eum tranſeant,
1.Cor.3. id eſt, & qui ædificat ſupra hoc fundamentum aurum,
argentum, lapides precioſos: & qui ædificat ligna, fœ-
num, ſtipulam. Cum enim hoc dixiſſet, adiunxit: Vni-
uſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus
permanſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet.
Si cuius opus autem exuſtum fuerit, damnum patietur:
ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Non
ergo vnius eorum, ſed vtriuſque opus ignis probabit.
Eſt quidem ignis tentatio tribulationis, de quo aperte
Eccli.27. alio loco ſcriptum eſt, Vaſa figuli probat fornax, & ho-
1.Cor.7. mines iuſtos tentatio tribulationis. Iſte ignis in hac in-
terim vita facit quod Apoſtolus dixit, ſi accidat duo-
bus fidelibus: vni ſcilicet cogitanti quæ dei ſunt, quo
modo placeat deo, hoc eſt ædificanti ſuper Chriſtum
fundamentum, aurum, argentum, lapides precioſos: al-
teri autem cogitanti ea quæ mũdi ſunt, quo modo pla-
ceat vxori, id eſt, ædificanti ſuper idem fundamentum,
ligna, fœnum, ſtipulam. Illius enim opus non exuritur,
quia non ea dilexit quorum amiſsione crucietur. Exu-
ritur autem opus huius, quoniam ſine dolore nõ per-
eunt, quæ cum amore poſſeſſa ſunt. Sed quoniam al-
ter vtra conditione propoſita, eis potius carerere malit
quàm Chriſto, nec timore amittendi talia, deſerit Chri
ſtum, quanuis doleat dum amittit, ſaluus eſt quidem, K
ſic tamen quaſi per ignem. Quia vrit eum rerum do- *1.Cor.3.*
lor quas dilexerat amiſſarum, ſed non ſubuertit neque
conſumit fundamenti ſtabilitate atque incorruptione
munitum. Tale aliquid etiam poſt hanc vitam *Purgatoriꝰ*
fieri incredibile non eſt, & vtrum ita ſit quæri poteſt. *ignis.*
Et aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem *Cap.LXIX.*
quendam purgatorium, quanto magis minúſve bona *4.ſen.di.21*
pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiúſque ſaluari: *ca.In illo.*
non tamen tales de quibus dictum eſt, quòd regnum *1.Cor.6.*
dei non poſsidebunt, niſi conuenienter pœnitentibus
eadem crimina remittantur. Conuenienter autem di-
xi, vt ſteriles in eleemoſynis non ſint, quibus tantum
tribuit ſcriptura diuina, vt earum tantummodo fru-
ctum ſe imputanirum prænunciet dominus dextris, &
earum tantummodo ſterilitatem ſiniſtris, quando his
dicturus eſt, Venite benedicti patris mei, percipite re- *Matt.25.*
gnum dei. Illis autem, Ite [maledicti] in ignem æternũ.

Sanè cauendum eſt ne quiſquam exiſtimet infan- *Infãda cri-*
da illa crimina, qualia qui agunt, regnum dei non poſ- *mina peni-*
ſidebunt, quotidie perpetranda, & eleemoſynis quoti- *tꝰ reiiciẽda*
die redimenda. In melius quippe eſt vita mutanda, & *Cap.LXX.*
per eleemoſynas de peccatis præteritis eſt propician- L *De pœ*
dus deus, non ad hoc emendus quodam modo, vt ea *ni.di.3.ca.*
ſemper liceat impune committere. Nemini enim de- *Sanè.*
dit laxamentum peccandi, quanuis miſerando deleat *4.ſẽ. di.14*
iam facta peccata, ſi non ſatisfactio congrua negliga- *c. In medio*
tur. De quotidianis autem breuibus leuibuſque *Eccli.15.*
peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidia- *Oratione*
na oratio fidelium ſatisfacit. Eorum eſt enim dicere, *dñica ex-*
Pater noſter qui es in cœlis. Qui iam patri tali regene- *piari leuio-*
rati ſunt ex aqua & ſpiritu ſancto. Delet omnino hæc *ra peccata.*
oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa à *Ca.LXXI.*
quibus vita fidelium ſcelerate etiam geſta, ſed pœni- *De pœ.diſt.*
tendo in melius mutata diſcedit: ſi quemadmodum *3.c. De quo*
veraciter dicitur, Dimitte nobis debita noſtra, quoni- *tidianis.*
am non deſunt quæ dimittantur, ita veraciter dicatur, *4.ſẽ.di. 14*
ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, id eſt, ſi *c.Quæ aũt.*
fiat quod dicitur: quia & ipſa eleemoſyna eſt veniam *Matt.6.*
petenti homini ignoſcere. Ac per hoc ad omnia *Eleemoſy-*
quæ vtili miſericordia fiunt, valet quod dominus ait, *narũ gña.*
Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Ca.LXXII.*
Non ſolum autem qui dat eſurienti cibum, ſitienti po- *Lucæ.11.*
tum, nudo veſtimentum, peregrinanti hoſpitium, fugi- *4.ſẽ.di.15.*
enti latibulum, ægro vel incluſo viſitationem, captiuo M *c.His*
redemptionem, debili ſubuectionem, cæco deductio- *reſponderi.*
nem, triſti conſolationem, non ſano medicinam*, er- ** al.mede-*
ranti viam, deliberanti conſilium, & quod cuique ne- *lam.*
ceſſarium eſt indigenti: verumetiam & qui dat veni-
am peccanti, eleemoſynam dat: & qui emendat ver- *Di.45.c.&*
bere in quem poteſtas datur, vel coërcet aliqua diſci- *qui emẽdat*
plina, & tamen peccatum eius quo ab illo læſus eſt aut
offenſus, dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur,
non ſolum in eo quòd dimittit atque orat, verum-
etiam in eo quòd corripit, & aliqua emendatoria pœna
plectit, eleemoſynam dat: quia miſericordiam præſtat.
Multa enim bona præſtantur inuitis, quando eorum *4.ſent.diſ.*
conſulitur vtilitati non voluntati: quia ipſi ſibi inue- *15.ca. his*
niuntur eſſe inimici, amici vero eorum potius illi quos *reſponderi.*
inimicos putant, & reddunt errando mala pro bonis,
cum reddere mala Chriſtianus non debeat pro malis.
Multa itaque ſunt genera eleemoſynarum, quæ cum *Matt.16.*
facimus, adiuuamur vt dimittantur nobis noſtra pec- *Diligere ini*
cata. Sed ea nihil eſt maius, qua ex corde dimit- *micum.*
timus, quod in nos quiſque peccauit. Minus enim ma- *Ca.LXXIII*
gnum

A gnum eſt erga eum eſſe beneuolum, ſiue etiam benefi-
3.ſen.di.30 cum qui tibi mali nihil fecerit. Illud multo grandius &
ca.his ſoles magnificentiſsimæ bonitatis eſt, vt tuum quoq; inimi-
cum diligas, & ei qui tibi malum vult, etſi poteſt facit,
† al.cũ poſ- tu bonum ſemper velis, faciasq; cũ poſsis, † [illius me-
ſit audiens mor exempli qui in cruce pendens pro ſuis exorat per-
dicentẽ Ie- ſecutoribus, ſuosq; admonuit dicẽs,] Diligite inimicos
ſum, Dili- veſtros, benefacite eis qui vos oderunt, & orate pro eis
gite &c. qui vos perſequũtur. Sed quoniam perfectorũ ſunt iſta
Math. 5. filiorum dei, quò quidem ſe debet omnis fidelis exten-
dere, & humanum animum ad hunc affectum orando
deũ ſecumq; agẽdo luctandoq; perducere: tamen quia
hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non eſt,
quantam credimus exaudiri cũ in oratione dominica
Math.6. dicitur, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimit
timus debitoribus noſtris, procuIdubio verba ſponſio-
nis huius implentur, ſi homo qui nondum ita profecit
vt iam diligat inimicum, tamen quãdo rogatur ab ho-
mine qui peccauit in eũ, vt ei dimittat, dimittit ex cor-
de: quia etiam ſibi rogãti vult vtique dimitti, cum orat
& dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: id
eſt, ſic dimitte nobis debita noſtra rogãtibus nobis, ſi-
B cut & nos dimittimus rogantibus debitoribus noſtris.
Peccata nõ Iam vero qui eum in quem peccauit hominem ro
dimittẽtes. gat, ſi peccato ſuo mouetur vt roget, non eſt adhuc de-
C.LXXIIII putandus inimicus, vt eũ diligere ſit difficile, ſicut dif-
3.ſent. di. ficile erat quando inimicitias exercebat. Quiſquis autẽ
30. ca. His roganti & peccati ſui pœnitẽti non ex corde dimittit,
ſoles. nullo modo exiſtimet à domino ſua peccata dimitti,
quoniam mentiri veritas nõ poteſt. Quem vero lateat
Euangelij auditorem ſiue lectorẽ, quis dixerit, Ego ſum
Ioan.14. veritas? Qui cum docuiſſet orationem, hanc in ea poſi-
tam ſententiam vehementer commendauit dicens, Si
enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet
Math.6. & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si autẽ nõ
dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis
peccata veſtra. Ad tam magnum tonitruũ qui non ex-
pergiſcitur, non dormit ſed mortuus eſt: & tamen po-
tens eſt ille etiam mortuos ſuſcitare. Sanè qui ſce-
Eleemoſy- leratiſsime viuunt, nec curant talem vitam moreſque
nę ſcelerate corrigere, & inter ipſa facinora & flagitia ſua eleemo-
viuentium. ſynas frequentare non ceſſant, fruſtra ſibi ideo * blan-
Ca.LXXV. diuntur, quoniam dominus ait, Date eleemoſynã, & ec
4.ſentẽ.di. ce omnia munda ſunt vobis. Hoc enim quàm late pa-
15.cap.His teat, non intelligunt. Sed vt intelligant, attendant qui-
reſponden. bus dixerit. Nempe in Euangelio ſic ſcriptum eſt, Cum
* al. in eo. loqueretur, rogauit illum quidam Phariſæus vt prãde-
C ret apud ſe, & ingreſſus recubuit. Phariſæus autẽ cœpit
Lucæ 11. intra ſe reputans dicere, Quare nõ baptizatus eſſet an-
Baptizatus te prandium? Et ait dominus ad illum. Nunc vos Pha-
eſſet, pro la riſæi quod de foris eſt calicis & catini mundatis, quod
uiſſet. autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquita
te. Stulti, nónne qui fecit id quod foris eſt, etiã id quod
intus eſt fecit? [Videte vt etiam id quod intus eſt mun-
4.ſentẽ.di. dum fiat.] Veruntamen quod ſupereſt, date eleemoſy-
15.ca. his nam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Itáne hoc intel-
reſponderi. lecturi ſumus, vt Phariſæis non habentibus fidem Chri
Ioan.3. ſti, etiam ſi non in eum crediderint, nec renati fuerint
ex aqua & ſpiritu ſancto, mũda ſint omnia tantum ſi e-
leemoſynas dederint, ſicut iſti eas dandas putant: cum
ſint immundi omnes quos non mundat fides Chriſti,
Acto.15. de qua ſcriptum eſt, Mundans fide corda eorum: & di-
Titum.1. cat Apoſtolus, Immundis autem & infidelibus nihil eſt
mundum, ſed polluta ſunt eorum & mens & conſcien
tia. Quo modo ergo Phariſæis omnia munda eſſent ſi

eleemoſynas darent, & fideles non eſſent? Aut quo mo- D
do fideles eſſent ſi in Chriſtum credere atq; in eius re-
naſci gratia noluiſſent? Et tamẽ verum eſt quod audie-
rant, Date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt vo- Lucæ.11.
bis. Qui autem vult eleemoſynam ordinate dare, Ordo chari
à ſeipſo debet incipere, & eam ſibi primum dare. Eſt e- tatis & mi
nim eleemoſyna opus miſericordiæ, veriſsimeq; dictũ ſericordiæ.
eſt, Miſerere animę tuæ placens deo. Propter hoc rena- C.LXXVI.
ſcimur, vt deo placeamus, cui merito diſplicet quod na De pœni.di.
ſcendo contraximus. Hęc eſt prima eleemoſyna quam 3. cap. qui
nobis dedimus, quoniam noſipſos miſeros per miſeran vult.
tis dei miſericordiam requiſiuimus, iuſtũ iudiciũ eius 4.ſẽ.di.15.
confitentes, quo miſeri effecti ſumus, de quo dicit Apo ca. His re-
ſtolus, Iudicium quidem ex vno in condemnationem. ſponderi.
Et magnę charitati eius gratias agentes, de qua idẽ ipſe Eccli.30.
dicit gratiæ prædicator, Commendat autẽ ſuam dile- Roma.5.
ctionem deus in nobis, quoniam cũ adhuc peccatores
eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: vt & nos vera-
citer de noſtra miſeria iudicãtes, & dei charitatem quã
donauit ipſe diligentes, pie recteq; viuamus. Quod iudi
cium & charitatem dei cum Phariſæi præterirent, deci Math.23.
mabant tamen præter † eleemoſynas quas faciebãt etiã † propter.
quæque minutiſsima fructuũ ſuorum: & ideo non da- Lucæ 11.
bant eleemoſynas à ſeipſis incipiẽtes, ſecumq; prius mi E
ſericordiã faciẽtes, (ſicut iſti eas dandas putant.) Prop-
ter quem dilectionis ordinem dictum eſt, Diliges pro- Math.22.
ximum tuum ſicut teipſum. Cum ergo increpaſſet eos
quòd forinſecus ſe lauabant, intus autem rapina & ini- Math. 23.
quitate pleni eſſent, admonens quandam eleemoſynã,
quam ſibi homo primitus debet dare, & interiora mũ-
dare, Verũtamen, inquit, quod ſupereſt, date eleemoſy- Lucæ 11.
nã, & ecce omnia munda ſunt vobis. Deinde vt oſten-
deret quid admonuiſſet, & quid ipſi facere nõ curarẽt,
ne illum putarent eleemoſynas eorum ignorare, ſed vę
vobis, inquit, Phariſæis: tanquã diceret, Ego quidẽ cõ-
monui vos ad eleemoſynam dandã per quã vobis om
nia munda ſint, ſed væ vobis qui decimatis mentham
& rutam & omne olus: has enim noui eleemoſynas ve-
ſtras, ne de illis me vos nunc admonuiſſe arbitremini:
& præteritis iudicium & charitatem dei, qua eleemo-
ſyna poſſetis ab omni inquinamento interiori mũda-
ri, vt vobis mũda eſſent & corpora quæ lauatis: hoc eſt
enim omnia, & interiora ſcilicet & exteriora. Sicut ali-
bi legitur, Mũdate quæ intus ſunt, & quæ foris ſunt mũ Lucæ 11.
da erunt. Sed ne iſtas eleemoſynas quæ fiunt de fructi- 4.ſẽ.di.15.
bus terræ, reſpuiſſe videretur. Hęc, inquit, oportuit face ca. His reſ
re, id eſt, iudicium & charitatem dei: & illa non omit- ponderi.
tere, id eſt, eleemoſynas fructuum terrenorum. Non F
ergo ſe fallant, qui per eleemoſynas quaſlibet largiſsi- Non indul
mas fructuum ſuorum vel cuiuſque pecuniæ, impunita- gẽdũ vicus
tem ſe emere exiſtimant in facinorum ſuorum imma- freto eleemo
nitate ac flagitiorum nequicia permanẽdo: Nõ ſolum ſynis. Cap.
enim hæc faciunt, ſed ita diligũt, vt in eis ſemper optẽt LXXVII.
tantũ ſi poſsint impune verſari. Qui autem diligit ini- Pſal.10.
quitatem, odit animam ſuam: & qui odit animã ſuam,
non eſt miſericors, ſed crudelis. Diligendo eã quippe
ſecundũ ſeculũ, odit eam ſecũdum deum. Si ergo vellet
ei dare eleemoſynã, per quam mũda illi eſſent omnia,
odiſſet eam ſecundum ſeculũ & diligeret eam ſecundũ
deum. Nemo autem dat eleemóſynam quamlibet, niſi
vnde det ab illo accipiat qui non eget: & ideo dictum Pſal.58.
eſt, Miſericordia eius præueniet me. Quæ ſint au- Peccata le-
tem leuia & quę grauia peccata, non humano, ſed diui- uia. Caput
no ſunt penſanda iudicio. Videmus enim quædam ab LXXVIII.
ipſis quoq; Apoſtolis ignoſcendo fuiſſe conceſſa: quale

f illud

G illud eſt quod venerabilis Paulus coniugibus ait, Noli-
1. Corin. 7. te fraudare inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus vt va-
cetis orationi: & iterũ ad idipſum reuertimini, ne vos
tentet ſatanas propter incontinẽtiam veſtrã: quod pu-
tari poſſet non eſſe peccatum, miſceri ſcilicet coniugi
non filiorum procreandorum cauſa, quod bonum eſt
nuptiale, ſed carnalis etiam voluptatis: vt fornicatio-
nis, ſiue adulterij, ſiue cuiuſquam alterius immundiciæ
mortiferum malum, quod turpe eſt etiam dicere, quò
poteſt tentante ſatana libido pertrahere, incontinentiũ
deuitet infirmitas. Poſſet ergo, vt dixi, hoc putari nõ eſ-
ſe peccatum, niſi addidiſſet. Hoc autem dico ſecundum
veniam, non ſecundum imperium. Quis autẽ iam eſſe
peccatum neget, cum dari veniam facientibus Apoſto-
lica authoritas fateatur? Tale quiddã eſt vbi dicit, Au-
1. Corin. 6. det quiſquam veſtrum aduerſus alterum negocium ha
bens iudicari apud iniquos, & nõ apud ſanctos? Et pau-
lo poſt, Secularia igitur iudicia ſi habueritis, inquit, eos
qui contẽptibiles ſunt in Eccleſia, hos collocate ad iu-
dicandum. Ad reuerentiam vobis dico, Sic non eſt in-
ter vos quiſquam ſapiẽs qui poſsit inter fratrem & fra-
† iudicatur trem iudicare: ſed frater cum fratre iudicio contẽdit, †
H & hoc apud infideles. Nam & hic poſſet putari iudiciũ
habere aduerſus alterum, non eſſe peccatum, ſed tan-
tummodo id extra Eccleſiam velle iudicari, niſi ſecu-
1. Corin. 6. tus adiungeret, Iam quidem omnino delictum eſt in-
De correp- ter vos, quia iudicia habetis vobiſcum. Et ne quiſquam
tione & hoc ita excuſaret, vt diceret iuſtum ſe habere negociũ,
gratia. c. 3. ſed iniquitatem ſe pati, quam velit à ſe iudicum ſenten-
tia remoueri: continuo talibus cogitationibus vel excu
ſationibus occurrit atq; ait, Quare non magis iniquita-
tem patimini? Quare non potius fraudamini? Vt ad il-
Matth. 5. lud redeatur quod dominus ait, Si quis voluerit tunicã
tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte il-
Luca 6. li & pallium. Et alio locõ, Qui abſtulerit, inquit, tua, no
li repetere. Prohibuit itaque ſuos de ſecularibus rebus
cum aliis hominibus habere iudicium. Ex qua doctrina
1. Corin. 6. dicit Apoſtolus eſſe delictum, Tamen cum ſinit in Ec-
cleſia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudican-
tibus, extra Eccleſiam vero terribiliter vetat: manife-
ſtum eſt etiam hic quid ſecundum veniam concedatur
infirmis. Propter hæc atque huiuſmodi peccata & alia
licet iis minora, quæ fiunt verborum & cogitationum
I offenſionibus, Apoſtolo Iacobo confitente ac dicente,
Iacobi. 3. In multis enim offendimus omnes: oportet vt quotidie
Matth. 6. crebróque oremus dominum atque dicamus, Dimitte
nobis debita noſtra: nec in eo quod ſequitur mentia-
Quæ leuia, mur, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Sũt
videntur eſ- autem quædam quæ leuiſsima putarentur, niſi in ſcrip-
ſe interdũ turis demonſtrarentur opinione grauiora. Quis enim
grauiſſima dicentem fratri ſuo, fatue, reum gehennæ putaret, niſi
C. LXXIX. veritas diceret? Cui tamen vulneri ſubiecit continuo
Matth. 5. medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis ad-
iungens. Mox quippe ait, Si ergo offers munus tuum ad
altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet a-
26. q. 7. ca. liquid aduerſum te, & cætera. Aut quis æſtimaret quàm
quis exiſti- magnum peccatum ſit, dies obſeruare & menſes & an-
maret. nos & tẽpora: ſicut obſeruant qui certis diebus ſiue mẽ
Galat. 4. ſibus ſiue annis volunt vel nolunt aliquid inchoare, eo
Gala. 4. quòd ſecundum vanas doctrinas hominum fauſta vel
Vſu pſtã le infauſta exiſtiment tempora: niſi huius mali magnitu-
uia viden- dinem ex timore Apoſtoli penſaremus, qui talibus ait,
tur etiã hor Timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.
renda. Ca. Hinc accidit, quòd peccata quamuis magna & hor
LXXX. renda cum in conſuetudinem venerint, aut parua aut

nulla eſſe creduntur: vſq; adeo vt nõ ſolum non occul- K
tanda, verũetiam iam prædicanda ac diffamanda vi-
deantur: quando ſicut ſcriptum eſt, Laudatur peccator Pſal. 9.
in deſideriis animę ſuę, & qui iniqua gerit benedicitur.
Talis in diuinis libris iniquitas & clamor vocatur. Si-
cut habes apud Eſaiam Prophetam de vinea mala, Ex- Eſaia. 5.
pectaui, inquit, vt faceret iudicium, fecit autem iniqui-
tatem, & nõ iuſticiam, ſed clamorem. Vnde eſt illud in
Geneſi, Clamor Sodomorum & Gomorrheorum mul- Gene. 18.
tiplicatus eſt. Quia non ſolum iam apud eos nõ punie-
bantur illa flagitia, verumetiam publice velut lege fre-
quentabantur. Sic noſtris temporibus ita multa mala,
etſi non talia, in apertam conſuetudinem iam venerũt,
vt pro his non ſolum excommunicare aliquem laicum
nõ audeamus, ſed nec clericum degradare. Vnde cum
exponerem ante aliquot annos Epiſtolam ad Galatas,
in eo ipſo loco vbi ait Apoſtolus, Timeo ne forte ſine Gala. 4.
cauſa laborauerim in vobis: exclamare cõpulſus ſum,
Væ peccatis hominũ quę ſola inuſitata exhorreſcimus,
vſitata vero pro quibus abluendis filij dei ſanguis effu-
ſus eſt, quamuis tam magna ſint, vt omnino claudi con
tra ſeſe faciant regnum dei, ſæpe videndo omnia tole-
rare, ſæpe tolerando nonnulla etiam facere cogimur. L
Atque vtinam ô domine non omnia quæ non poteri-
mus prohibere, faciamus. Sed videro vtrum me im-
moderatus dolor incaute aliquid compulerit dicere.

Hoc nunc dicam quod quidem & in aliis opuſcu- Peccati cau
lorum meorum locis ſæpe iam dixi. Duabus ex cauſis ſæ duæ. Ca.
peccamus, Aut nondũ videndo quid facere debeamus, LXXXI.
aut non faciẽdo quod debere fieri iam videmus. Quo-
rum duorum illud ignorantię malum eſt, hoc infirmi-
tatis. Contra quę quidẽ pugnare nos conuenit, ſed pro-
fecto vincimur, niſi diuinitus adiuuemur; vt nõ ſolum
videamus quid faciendum ſit, ſed etiam accedente ſa-
nitate delectatio iuſticiæ vincat in nobis earum rerum
delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere
metuendo ſcientes videnteſq; peccamus: iam non ſo-
lum peccatores, quod eramus etiam cum per ignoran-
tiam peccabamus, verumetiam legis præuaricatores,
cum id non facimus quod faciendum iam eſſe noui-
mus, vel facimus quod nõ faciendum eſſe iam ſcimus.
Quapropter non ſolũ ſi peccauimus vt ignoſcat, prop-
ter quod dicimus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & Matth. 6.
nos dimittimus debitoribus noſtris: verumetiã ne pec- M
cemus vt regat, propter quod dicimus, Ne nos inferas
in tentationem: ille rogãdus eſt, cui dicitur in Pſalmo,
Dominus illuminatio mea & ſalus mea: vt illuminatio Pſal. 26.
detrahat ignorantiam, ſalus infirmitatem. Nam & Miſericor-
ipſa pœnitentia quando digna cauſa eſt ſecundum mo dia dei ne-
rem Eccleſiæ vt agatur, plerunque infirmitate non agi- ceſſaria v-
tur: quia & pudor timor eſt diſplicendi, dum plus dele- bique. Cap.
ctat hominum æſtimatio, quàm iuſticia qua ſe quiſque LXXXII.
humiliat pœnitendo. Vnde non ſolum cum agitur pœ
nitentia, verũetiam vt agatur, dei miſericordia neceſſa 2. Timo. 2.
ria eſt. Alioquin non diceret Apoſtolus de quibuſdam, Luca 22.
Ne forte det illis deus pœnitentiam. Et vt Petrus ama- Peccatũ in
rẽ fleret, præmiſit Euangelium & ait, Reſpexit eum do- ſpiritũ ſan-
minus. Qui vero in Eccleſia remitti peccata non ctum. Cap.
credens, contemnit tantã diuini muneris largitatem, LXXXIII.
& in hac obſtinatione mentis diem claudit extremum, De verbis
reus eſt illo irremiſsibili peccato in ſpiritum ſanctum, domini ſer
in quo Chriſtus peccata dimittit. De qua quæſtione mone 11.
difficili in quodam propter hoc ſolum conſcripto li- Carnis re-
bello enucleatiſsime quantum potui diſputaui. ſurrectio. C.
Iam vero de reſurrectione carnis: õ ſicut quidã re- LXXXIIII.
uixère

A uixere iterumq; ſunt mortui, ſed in æternam vitam, ſicut Chriſti ipſius caro reſurrexit, quemadmodum poſſim breuiter diſputare, & omnibus quæſtionibus quę de hac re moueri aſſolent ſatisfacere, non inuenio. Reſurrecturam tamen carnem omnium quicũque nati ſunt hominum atque naſcentur, & mortui ſunt atq; moriẽtur, nullo modo dubitare debet Chriſtianus.

Fœtus abortiui. Cap. LXXXV. Li. 22. de ciui. dei cap. 12. & 13.

Vnde primo occurrit de abortiuis fœtibus quęſtio, qui iã quidem nati ſunt in vteris matrum, ſed nõdum ita vt iam poſsint renaſci. Si enim reſurrecturos eos dixerim⁹, de iis qui iam formati ſunt, tolerari poteſt vtcũque quod dicitur. Informes vero abortus quis non procliuius perire arbitretur, ſicut ſemina quæ concepta non fuerint? Sed quis negare audeat, etſi affirmare non audeat, id acturam reſurrectionem, vt quicquid formæ defuit impleatur? Atque ita nõ deſit perfectio quæ acceſſura erat tempore, quemadmodum non erunt vicia quę acceſſerunt tempore: vt neque in eo quod aptum & congruũ dies allaturi fuerant, natura fraudetur: neq; in eo quod aduerſum atque contrarium dies attulerant, natura tur B petur: ſed integretur quod nõdum erat integrum, ſicut inſtaurabitur quod fuerat viciatũ.

Fœt⁹ in vtero quãdo viuere icipiat Ca. LXXXVI. 4. ſen. diſt. 44. c. illud Li. 22. de ciui. dei cap. 13.

Ac per hoc ſcrupuloſiſsime quidem inter doctiſsimos quæri ac diſputari poteſt, quod vtrũ ab homine inueniri poſsit ignoro, quando incipiat homo in vtero viuere. Vtrũ ſit quędam vita occulta quæ nondum motibus viuentis appareat. Nam negare vixiſſe puerperia, quæ propterea mẽbratim exſecantur & eiiciuntur ex vteris prægnãtium, ne matres quoque ſi mortua ibi relinquantur occidãt, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo viuere, ex illo vtique iam mori poteſt. Mortuus vero, vbicũque illi mors potuit euenire, quo modo ad reſurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non poſſum.

Mõſtroſi fœtus. Caput LXXXVII. 4. ſen. diſt. 44. c. illud Li. 16. de ciui. dei. c. 8.

Neque enim & monſtra quæ naſcuntur & viuunt, quamlibet cito moriantur, aut reſurrectura negabuntur, aut ita viciata reſurrectura credenda ſunt, ac non potius correcta emendatãque natura. Abſit enim vt illum bimembrem, qui nuper natus eſt in Oriente, de quo & fratres fideliſsimi qui eum viderunt retulerunt, & ſanctæ memoriæ Hieronymus presbyter ſcriptum reliquit: Abſit, inquam, vt vnum hominem duplicem ac non potius duos, quod futurum fuerat, ſi gemini naſcerentur, reſurrecturos exiſtimemus. Ita cætera quæ ſinguli quiq; partus vel amplius vel minus aliquid C habendo, vel quadam nimia deformitate monſtra dicuntur, ad humanæ naturę figuram reſurrectione reuocabuntur: ita vt ſingulæ animæ ſingula ſua corpora obtineãt, nullis cohærentibus etiam quæcunque cohærẽtia nata fuerant: ſed ſeorſum ſibi ſingulis ſua membra geſtantibus, quibus humani corporis completur integritas.

Inſtauratio carnis quocũq; modo perierit. Ca. LXXXVIII. 4. ſen. diſt. 44. ca. Nõ enim.

Non autem perit deo terrena materies de qua mortalium creatur caro: ſed in quemlibet puluerẽ cinerẽmve ſoluatur, in quoſlibet halitus auráſque diffugiat, in quãcunque aliorum corporum ſubſtantiam vel in ipſa elementa vertatur, in quorũcunque animalium etiam hominum cibum cedat carnẽmque mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primit⁹ vt homo fieret, creſceret, viueret, animauit.

Superflua inſtauratis corporibus non accedent. Cap. LXXXIX.

Ipſa itaque terrena materies, quæ diſcedente anima fit cadauer, non ita reſurrectione reparabitur, vt ea quæ dilabuntur & in alias atque alias aliarum rerũ ſpecies formáſque vertuntur, quamuis ad corpus redeant vnde dilapſa ſunt, ad eaſdẽ quoque corporis partes vbi fuerunt redire neceſſe ſit. Alioquin ſi capillis capitis redit quod tam crebra tonſura detraxit, ſi vnguibus quod totiens

22. de ciui. dei. ca. 19.

dempſit exectio, immoderata & indecens, cogitanti- D bus & ideo reſurrectionem carnis non credentibus, occurrit informitas. Sed quemadmodum ſi ſtatua cuiuſlibet ſolubilis metalli aut igne liqueſceret, aut contereretur in puluerem, aut confunderetur in maſſam, & eam vellet artifex rurſus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil intereſſet ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro ſtatuæ redderetur, dum tamen totum ex quo conſtituta fuerat, reſtituta reſumeret: ita deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo caro noſtra conſtiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate reſtituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, vtrum capilli ad capillos redeãt, & vngues ad vngues: an quicquid eorum perierat mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curãte artificis prouidentia ne quid indecens fiat.

Corporibus ſuus decor addetur. Cap. XC.

Nec illud eſt conſequens, vt ideo diuerſa ſit ſtatura reuiuiſcentiũ ſingulorũ, quia fuerat diuerſa viuẽtium, aut macri cum eadem macie, aut pingues cũ eadem pinguedine reuiuiſcant. Sed ſi hoc eſt in conſilio creatoris, vt in effigie ſua cuiuſq; proprietas & diſcernibilis ſimilitudo ſerue- E tur, in cæteris autem corporis bonis æqualia cũcta reddantur: ita modificabitur illa in vnoquoq; materies, vt nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuit ille ſuppleat, qui etiã de nihilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus reſurgentiũ rationabilis inæqualitas erit, ſicut eſt vocum quibus cantus impletur: hoc fiet cuiq; de materia corporis ſui, quod & hominẽ reddat æqualem angelicis cœtibus, & nihil inconueniens eorũ ingerat ſenſibus. Indecorum quippe aliquid ibi nõ erit, ſed quicquid futurũ eſt, hoc decebit, quia nec futurum eſt ſi non decebit.

4. ſen. diſt. 44. ca. Nõ enĩ, in fine. Reſurgent corpora omni vitio libera. Cap. XCI. 1. Corin. 15. 4. ſen. diſt. 44. ca. Hoc autem. Sapien. 9. Gala. 5. 1. Corin. 15.

Reſurgent igitur ſanctorũ corpora ſine vllo vicio, ſine vlla deformitate, ſicut ſine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas reſurgẽdi, quanta fœlicitas erit. Propter quod & ſpiritalia dicta ſunt, cũ proculdubio corpora ſint futura, non ſpiritus. Sed ſicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen corpus non anima eſt: ita tunc ſpiritale corpus erit, corpus tamen non ſpiritus erit. Proinde quantũ attinet ad corruptionem, quæ nũc aggrauat animam, & ad vicia, quibus caro aduerſus ſpiritum concupiſcit, tũc nõ erit caro ſed corpus, quia & cœleſtia corpora perhibẽtur. Propter quod dictum eſt, Caro & ſanguis regnũ dei nõ poſsidebunt. Et tanquam exponens quid dixerit, Neq; corruptio, inquit, incorruptionẽ poſ F ſidebit. Quod prius dixit, caro & ſanguis: hoc poſterius dixit corruptio: & quod prius regnũ dei, hoc poſterius incorruptionem. Quantũ autem attinet ad ſubſtãtiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & poſt reſurrectionem corpus Chriſti caro appellatum eſt. Sed ideo ait Apoſtolus, Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpiritale: quoniam tanta erit tunc concordia carnis & ſpiritus, viuificante ſpiritu ſine ſuſtentaculi alicuius indigentia ſubditam carnem, vt nihil nobis repugnet ex nobis, ſed ſicut foris neminẽ, ita nec intus noſipſos patiamur inimicos.

Luca. 24. 1. Corin. 15.

Corpora dãnatorum. Cap. XCII. 4. ſen. diſt. 44. cap. de reprobis. 1. Timo. 2.

Quicunque vero ab illa perditionis maſſa quæ facta eſt per hominem primum, non liberantur per vnum mediatorem dei & hominum, reſurgent quidem etiam ipſi vnuſquiſque cum ſua carne, ſed vt cum diabolo & angelis eius puniantur. Vtrũ ſanè ipſi cum viciis & deformitatibus ſuorum corporũ reſurgant, quicunque in eis vicioſa & deformia mẽbra geſtarũt, inquirendo laborare quid opus eſt? Neq; enim fatigare nos debet incerta eorũ habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & ſempiterna damnatio. Nec

G moueat quo modo in eis erit corpus incorruptibile ſi
Li.21. de ci dolere poterit, aut quo modo corruptibile ſi mori non
ui.dei.c. 5. poterit. Non eſt enim vera vita, niſi vbi fœliciter viuitur: nec vera incorruptio, niſi vbi ſalus nullo dolore corrũpitur. Vbi autem infœlix mori nõ ſinitur, vt ita dicam, mors ipſa nõ moritur: & vbi dolor perpetuus nõ
Apoc.2.& 20. interimit ſed affligit, ipſa corruptio non finitur. Hęc in ſanctis ſcripturis ſecunda mors dicitur. Nec prima
Infantiũ cõditio. tamen mors, qua ſuum corpus anima relinquere cogitur, nec ſecunda qua pœnale corpus animam relinque-
Ca. XCIII. re non permittitur, homini accidiſſet, ſi nemo peccaſ-
2. ſen. diſt. 33.ca.alioquin. ſet. Mitiſſima ſanè omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerũt, nullum inſuper addiderunt: & in cæteris qui addiderunt, tãto quiſque tolerabiliorem ibi habebit damnationem, quanto hic
Sancti plenius cognoſcent bonitatem dei. minorem habuit iniquitatem. Remanentibus itaque angelis & hominibus reprobis in æterna pœna, tũc ſancti ſcient plenius quid boni eis cõtulerit gratia. Tũc rebus ipſis euidẽtibus apparebit quod in Pſalmo ſcrip-
Ca. XCIIII tum eſt, Miſericordiam & iudicium cantabo tibi do-
Pſal.100. mine. Quia niſi per indebitam miſericordiam nemo
H liberatur, & niſi per debitum iudicium nemo dãnatur.
Quę nũc occulta olim reuelabunt Tunc non latebit quod nunc latet, cum de duobus paruulis vnus eſſet aſſumendus per dei miſericordiam, alius per iudicium relinquendus, in quo is qui aſſume-
Cap. XCV. retur agnoſceret, quid ſibi per iudicium deberetur niſi miſericordia ſubueniret: cur ille potius quàm iſte fuerit aſſumptus, cum cauſa vna eſſet ambobus: cur apud quoſdam non factæ ſint virtutes, quæ ſi factæ fuiſſent, egiſſent illi homines pœnitentiam, & factæ ſint apud
Matth.11. eos qui non fuerant credituri. Apertiſsime nanque dominus dicit, Væ tibi Corozaim, & væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ fa-
1.ſentẽ. diſ. 43.cap. his autem illi. ctæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiam egiſſent. Nec vtiq; deus iniuſte noluit ſaluos fieri cum poſſent ſalui eſſe ſi vellent. Tunc in clariſsima luce ſapientiæ videbitur quod nunc piorum fides habet, antequã manifeſta cognitione videatur, quàm certa & immutabilis & efficaciſsima ſit voluntas dei, quàm multa poſsit & non velit, nihil autem velit quod non poſsit:
Pſal.113. quamq; ſit verum quod in Pſalmo canitur: Deus autem
1.ſen.diſt. 46.ca. nũc videre. noſter in cœlo ſurſum, in cœlo & in terra omnia quæcunque voluit fecit. Quod vtique non eſt verum, ſi aliqua voluit & non fecit. Et quod eſt indignius, ideo nõ
1.ſẽ.di.45. ca.pmiſsio. fecit quoniam ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impediuit. Nõ ergo fit aliquid niſi om-
I nipotens fieri velit, vel ſinendo vt fiat, vel ipſe faciẽdo.
Oĩpotẽs de⁹ Nec dubitandum eſt deum facere bene etiam ſi-
Ca. XCVI. nendo fieri quæcunque fiunt male. Non enim hoc niſi
1.ſẽ.di.46. ca.qui enĩ. iuſto iudicio ſinit. Et profecto bonum eſt omne quod iuſtum eſt. Quanuis ergo ea quę mala ſunt in quantum mala ſunt non ſint bona: tamen vt nõ ſolum bona ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. Nam niſi eſſet hoc bonũ vt eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotente bono. Cui proculdubio quàm facile eſt quod vult facere, tam facile eſt quod non vult eſſe, non ſine-
1.ſẽ.di.42. ca. ex quibuſdam. re. Hoc niſi credamus, periclitatur ipſum noſtræ fidei confeſsionis initium qua nos in deum patrẽ omnipotentem credere confitemur. Neque enim veraciter ob
De ſaluandis & perdẽdis voluntate dei. aliud vocatur omnipotens, niſi quia quicquid vult poteſt, nec voluntate cuiuſpiã creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Quamobrem videndum eſt quemadmodũ ſit de deo dictum, quia & hoc
C.XCVII. Apoſtol⁹ veriſsime dixit, quia omnes homines vult ſal
1.Timo.2. uos fieri. Cum enim non omnes, ſed multo plures non

fiunt ſalui, videtur vtique non fieri quod deus vult fie- K
ri, humana ſcilicet voluntate impediente voluntatem dei. Quando enim quęritur cauſa, cur non omnes ſalui fiant, reſponderi ſolet, quia hoc ipſi nolunt. Quod quidem de paruulis dici non poteſt, quorum nondum eſt velle, ſeu nolle. Nam quod infantili motu faciũt, ſi eorum voluntati iudicaretur eſſe tribuendũ, quando baptizantur, cum reſiſtunt quantum poſſunt, etiam nolen- *1.ſẽ.di.46.*
tes ſaluos eos fieri diceremus. Sed apertius dominus in *ca.1.& 2.*
Euangelio compellans impiã ciuitatem. Quotiens, in- *Matth.23.*
quit, volui colligere filios tuos ſicut gallina pullos ſuos, & noluiſti: tanquam dei volũtas ſuperata ſit hominum voluntate, & infirmiſsimis nolendo impedientibus, nõ potuerit facere potẽtiſsimus quod volebat. Et vbi eſt illa omnipotentia qua in cœlo & in terra omnia quęcũ- *Pſal.113.*
que voluit fecit, ſi colligere filios Hieruſalem voluit & non fecit? An potius & illa quidem filios ſuos ab ipſo colligi noluit, ſed ea quoque nolẽte filios eius collegit ipſe quos voluit: quia in cœlo & in terra non quædam voluit & fecit, quædam vero voluit & nõ fecit, ſed omnia quęcunque voluit fecit. Quis porrò tam impie L
deſipiat vt dicat deum malas hominũ voluntates quas *Gratia & prædeſtinatio. Caput XCVIII.*
voluerit, quando voluerit, vbi voluerit, in bonum non poſſe conuertere? Sed cum facit, per miſericordiam facit: cum autem non facit, per iudicium non facit. Quoniam cuius vult miſeretur, & quem vult indurat. Quod *1.ſẽ.di.46. cap. Nunc.*
cum diceret Apoſtolus, gratiam commendabat, ad cuius commẽdationẽ de illis in Rebeccæ vtero geminis *Roma. 9.*
fuerat iam locutus: quibus nondum natis, nec aliquid agentibus boni ſeu mali, vt ſecundũ electionem propoſitum dei maneret, non ex operibus ſed ex vocante dictũ eſt ei, quia maior ſeruiet minori. Propter quod adhibuit alterum propheticum teſtimoniũ vbi ſcriptũ eſt, Iacob dilexi, Eſaü autem odio habui. Sentiens autẽ quẽ- *Malach. 1.*
admodum poſſet hoc quod dictum eſt permouere eos qui penetrare intelligendo nõ poſſunt hanc altitudinẽ gratiæ. Quid ergo dicemus ait? Nunquid iniquitas eſt *Roma.9.*
apud deũ? Abſit. Iniquum enim videtur vt ſine vllis bonorum malorúmve operũ meritis, vnum deus diligat, odiatq; alterum. Qua in re ſi futura opera vel bona huius vel mala illius, quæ deus vtiq; præſciebat, vellet intelligi, nequaquam diceret, nõ ex operibus, ſed diceret, ex futuris operibus, eoq; modo iſtam ſolueret quæſtionem: immo nullã quã ſolui opus eſſet faceret quæſtionem. Nunc vero cum reſpondiſſet, abſit, id eſt, abſit vt ſit iniquitas apud deũ, mox vt probaret nulla hoc ini- M
quitate dei fieri, inquit, Moyſi enĩ dicit, Miſerebor cui *Exod.33.*
miſertus ero, & miſericordiã præſtabo cui miſericors fuero: Quis enim niſi inſipiẽs deum iniquum putet, ſiue iudicium pœnale ingerat digno, ſiue miſericordiã pręſtet indigno? Denique infert & dicit. Igitur non volen- *Roma.9.*
tis, neque currentis, ſed miſerentis eſt dei. Ambo itaque *Ephe.2.*
gemini natura filij iræ naſcebantur, nullis quidem operibus propriis, ſed originaliter ex Adam vinculo damnationis obſtricti. Sed qui dixit, miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiã præſtabo cui miſericors fuero, Iacob dilexit per miſericordiam gratuitam, Eſaü autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cũ deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de ſuis diſtãtibus meritis ſibi eſſe gloriandum, quòd in eadem cauſa idem ſupplicium non incurrit, ſed de diuinæ gratiæ largitate, quia nõ volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt dei. Altiſsimo quippe ac ſaluberrimo ſacramẽto vniuerſa facies, atque vt ita dixerim, vultus ſanctarum ſcripturarum bene intuẽtes id admonere inuenitur, vt qui glo-

A qui gloriatur in domino glorietur. Cum autem
1.Corin.1. Apoſtolus miſericordiam dei cómendaſſet in eo quod
Miſericor- ait, Igitur non volentis neque currentis, ſed miſerentis
dia & iu- eſt dei: deinde vt etiam iudicium commendaret, quo-
dicii dei. niam in quo non fit miſericordia, non iniquitas fit, ſed
Ca. XCIX. iudicium, non eſt quippe iniquitas apud deũ: continuo
Roma.9. ſubiecit atque ait, Dicit enim ſcriptura Pharaoni, Quia
Exod.9. ad hoc te excitaui, vt oſtendam in te potentiam meam,
& vt annuncietur nomen meũ in vniuerſa terra. Qui-
bus dictis ad vtrunque concludens, id eſt, ad miſericor
diam & ad iudicium, inquit, Ergo cuius vult miſeretur
deus, & quẽ vult obdurat. Miſeretur, ſcilicet magna bo
nitate, obdurat nulla iniquitate, vt nec liberatus de ſuis
meritis glorietur, nec damnatus niſi de ſuis meritis có-
queratur. Sola enim gratia redemptos diſcernit à per-
ditis, quos in vnam perditionis concreuerat maſſam
ab origine ducta cauſa cómunis. Hoc autẽ qui eo mo-
do audit vt dicat, quid adhuc conqueritur? Nam volũ-
tati eius quis reſiſtit? tanquam propterea malus non vi-
deatur eſſe culpandus, quia deus cuius vult miſeretur,
B & quem vult obdurat: abſit vt pudeat nos hoc reſpon
Roma.9. dere, quod reſpondiſſe videmus Apoſtolum, O homo
Li.15. de ci tu quis es qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentũ
ui. dei. c. 1. ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? An non habet pote-
ſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere, aliud quidẽ
vas in honorem, aliud vero in contumeliã? Hoc enim
loco quidam ſtulti putant Apoſtolũ in reſpóſione de-
feciſſe, & inopia reddendæ rationis repreſſiſſe contra-
dictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod
Vbi ſupra. dictum eſt, O homo tu quis es? Et in talibus quæſtioni-
bus ad ſuæ capacitatis conſiderationem reuocat homi-
nem verbo quidem breui, ſed re ipſa magna eſt reddi-
tio rationis. Si enim non capit hæc, quis eſt qui reſpon-
deat deo? Si autem capit, magis non inueniet quid reſ-
pondeat. Videt enim ſi capit, vniuerſum genus huma-
num tam iuſto iudicio diuino in apoſtatica radice dã-
natum, vt etiam ſi nullus inde liberaretur, nemo recte
poſſet dei vituperare iuſticiam: & qui liberantur, ſic o-
portuiſſe liberari: vt ex pluribus non liberatis, atque in
dãnatione iuſtiſsima derelictis, oſtenderetur quid me-
ruiſſet vniuerſa conſperſio, & quò etiam iſtos debitum
iudiciũ dei duceret, niſi eius indebita miſericordia ſub-
C ueniret: vt volentium de ſuis meritis gloriari, omne os
1.Corin.1. obſtruatur, & qui gloriatur in domino glorietur. Hæc
Nihil fit cõ ſunt magna opera domini, exquiſita in omnes volũta-
tra volũta- tes eius: & tam ſapienter exquiſita, vt cum angelica &
tem dei. humana creatura peccaſſet, id eſt, non quod ille, ſed
Cap.C. quod voluit ipſa feciſſet, etiã per eandẽ creaturę volun
1.ſentẽ.diſ. tatem, qua factũ eſt quod creator noluit, impleret ipſe
47.cap.1. quod voluit: bene vtens & malis, tanquam ſumme bo-
Lib.14.de nus, ad eorum damnationem quos iuſte prædeſtinauit
ciuita. dei ad pœnam, & ad eorum ſalutẽ quos benigne prædeſti-
cap.27. nauit ad gratiam. Quãtum enim ad ipſos attinet, quod
deus noluit fecerunt: quantum vero ad omnipotẽtiam
dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipſo
quod contra voluntatem dei fecerunt, de ipſis facta eſt
Pſal.110. voluntas eius. Propterea nanque magna opera domini
exquiſita in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabi-
Bona volũ li modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiã có
tas, alia tra eius fit voluntatem: quia non fieret ſi nó ſineret: nec
dei, alia bo vtique nolens ſinit, ſed volens. Nec ſineret bonus fieri
minis. Cap. male, niſi omnipotens etiam de malo facere poſſet be-
CI. ne. Aliquando autem bona voluntate homo vult
1.ſent. diſt. aliquid quod deus non vult, etiam ipſe bona multo am
48.ca.1. pliùs multóque certius voluntate, Nam illius mala vo-

luntas eſſe nunquam poteſt. Tanquã ſi bonus filius pa- D
trem velit viuere, quem deus bona voluntate vult mo-
ri. Et rurſus fieri poteſt, vt hoc velit homo volũtate ma-
la quod deus vult bona: velut ſi malus filius velit mori
patrem, velit hoc etiam deus. Nempe ille vult quod nó
vult deus, iſte vero id vult, quod vult & deus: & tamen
bonæ voluntati dei pietas illius potius conſonat, quan-
uis aliud volentis, quàm huius idem volentis impietas.
Tantum intereſt quid velle homini, quid deo cógruat,
& ad quem finem ſuam quiſque referat voluntatem, vt
aut approbetur aut improbetur. Nam deus quaſdã vo- *1.ſentẽ.diſ.*
luntates ſuas vtique bonas implet per malorum homi- *48.cap. ad*
num voluntates malas. Sicut per Iudæos maleuolos bo *quod.*
na volũtate patris Chriſtus pro nobis occiſus eſt. Quod
tantum bonum factum eſt, vt Apoſtolus Petrus quan- *Matth. 16.*
do fieri id nolebat, Satanas ab ipſo qui occidi venerat
diceretur. Quàm bonæ apparebant voluntates piorum
fidelium, qui nolebãt Apoſtolum Paulum Hieruſalem *1.ſentẽ.diſ.*
pergere, ne ibi pateretur mala quæ Propheta Agabus *48.cap.ſi*
prædixerat: & tamen deus hæc illum pati volebat pro *vero.*
annuncianda fide Chriſti, exercens martyrem Chriſti. *Acto.21.*
Neque iſte bonam voluntatẽ ſuam impleuit per Chri- E
ſtianorum voluntates bonas, ſed per Iudæorum malas:
& ad eum potius pertinebant qui nolebant quod vole-
bat, quàm illi per quos volentes factum eſt quod vole-
bat, quia idipſum quidem, ſed ipſe per eos bona, illi au-
tem mala voluntate fecerunt. Sed quantęlibet ſint *Volũtas dei*
voluntates vel angelorum vel hominum, vel bonorum *Cap.CII.*
vel malorum, vel illud quod deus vel aliud volentes *1.ſent. diſt.*
quàm deus, omnipotentis voluntas dei ſemper inuicta *47.cap. ve*
eſt: quæ mala eſſe nunquam poteſt, quia etiam cum ma *rum vt.*
la irrogat, iuſta eſt, & profecto quæ iuſta eſt mala non
eſt. Deus igitur omnipotens ſiue per miſericordiam cu
ius vult miſereatur, ſiue per iudicium quem vult obdu
ret, nec inique aliquid facit, nec niſi volens quicquam
facit, & omnia quæcunque vult facit. Ac per hoc *Excuſſũ di*
cũ audimus & in ſacris literis legimus, quòd velit om- *ctũ Apoſto*
nes homines ſaluos fieri: quamuis certum ſit nobis non *li Qui vult*
omnes homines ſaluos fieri, non tamen ideo debemus *omnes ho-*
omnipotentiſsimæ dei voluntati aliquid derogare, ſed *mines ſal-*
ita intelligere quod ſcriptum eſt. Qui vult omnes ho- *uos fieri.*
mines ſaluos fieri: tanquã diceretur, nullum hominem *Cap.CIII.*
fieri ſaluum, niſi quẽ ſaluum fieri ipſe voluerit: non quòd *1.ſen.diſt.*
nullus ſit hominum niſi quẽ ſaluũ fieri velit, ſed quod *46.ca. nũc*
nullus fiat niſi quem velit, & ideo ſit rogandus vt velit, *videri.*
quia neceſſe eſt fieri ſi voluerit. De orando quippe deo F
agebat Apoſtolus, vt hoc diceret: Sic enim intelligimus *1.Timo.2.*
id quod in Euangelio ſcriptũ eſt: Qui illuminat omnẽ *Ioan.1.*
hominem: non quia nullus eſt hominũ qui non illumi-
netur, ſed quia niſi ab ipſo nullus illuminatur. Aut cer-
te ſic dictum eſt: Qui omnes homines vult ſaluos fieri,
nó quòd nullus hominum eſſet quem ſaluum fieri nol-
let, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos
quos dicit acturos fuiſſe pœnitentiam ſi feciſſet: ſed vt
omnes homines omne genus humanum intelligamus
per quaſcũque differentias diſtributum, reges, priuatos,
nobiles, ignobiles, ſublimes, humiles, doctos, indoctos,
integri corporis, debiles, ingenioſos, tardicordes, fa-
tuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, in-
fantes, pueros, adoleſcentes, iuuenes, ſeniores, ſenes: in
linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus om-
nibus, in profeſsionibus omnibus, in voluntatum &
conſcientiarum varietate innumerabili conſtitutos, &
ſi quid aliud differentiarum eſt in hominibus. Quid
eſt enim eorum vnde nós deus per vnigenitum ſuum

G dominum noſtrum per omnes gẽtes ſaluos fieri homines velit, & ideo faciat, quia omnipotẽs velle inaniter non poteſt quodcũque voluerit? Pręceperat enim Apoſtolus vt oraretur pro ſingulis hominibus, & ſpecialiter addiderat pro regibus & iis qui in ſublimitate ſunt, qui putari poterant faſtu & ſuperbia ſeculari à fidei Chriſtianæ humilitate abhorrere. Proinde dicẽs: Hoc enim bonum eſt coram ſaluatore noſtro deo, id eſt, vt etiam pro talibus oretur, Statim vt deſperationẽ tolleret, addidit: Qui omnes homines vult ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Hoc quippe deus bonum iudicauit, vt orationibus humilium, dignaretur ſalutẽ præſtare ſublimium. Quod vtique iam videmus impletũ. Iſto locutionis modo & dominus eſt vſus in Euangelio, vbi ait Phariſæis: Decimatis mentam & rutam & omne olus. Neque enim Phariſæi & quæcunque aliena & omnium per omnes terras alienigenarũ omnia olera decimabãt. Sicut ergo hic omne olus, omne olerum genus, ita & illic omnes homines, omne hominum genus intelligere poſſumus: Et quocunque alio modo intelligi poteſt, dum tamen credere nõ cogamur aliquid omnipotentem deum voluiſſe fieri, factumq; non eſſe,

1.Timo.2. li.19 de ciui.dei.cap. 26. 1.Timo.2. Matth.23. Luca.11.

H qui ſine vllis ambiguitatibus ſi in cœlo & in terra, ſicut & veritas cantat, omnia quæcunque voluit fecit, profecto facere noluit quodcunque non fecit. Quapropter etiam primum hominẽ deus in ea ſalute in qua conditus erat cuſtodire voluiſſet, eumq; opportuno tẽpore poſt genitos filios ſine interpoſitione mortis ad meliora perducere, vbi iam non ſolum peccatum non committere, ſed nec voluntatem poſſet habere peccandi, ſi ad permanendum ſine peccato ſicut factus erat perpetuam voluntatem habiturum eſſe præſciſſet. Quia vero eum male vſurum libero arbitrio, hoc eſt peccaturum eſſe præſciebat, ad hoc potius præparauit voluntatem ſuam, vt bene ipſe faceret etiam de male faciente, ac ſic hominis voluntate mala nõ euacuaretur, ſed nihilominus impleretur omnipotentis bona. Sic enim oportebat prius hominẽ fieri, vt & bene velle poſſet & male, [nec gratis ſi bene, nec impune ſi male:] poſtea vero ſic erit, vt male velle nõ poſſit, nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitriũ, quòd omnino non poterit ſeruire peccato. Neque enim culpanda eſt voluntas, aut voluntas non eſt, aut libera dicẽda nõ eſt, qua beati eſſe ſic volumus, vt eſſe miſeri non ſolum nolimus, ſed nequaquam prorſus velle poſſimus. Sicut ergo nunc etiam anima noſtra nolle infœlicitatem, ita tũc nolle, iniquitatẽ ſemper habitura eſt. Sed ordo prętermittẽdus nõ fuit, in quo deus voluit oſtẽdere, quàm

Pſal.113. Præſcientia dei. Caput CIIII. Volũtas noſtra qualis futura ſit. Cap CV. 2.ſen.di.7. r.boni vero & diſt.25. r.ãgeli. & li.22.de ciuit.dei.ca. 30.1.ſentẽ. diſ.25.ca. Angeli.

I bonum ſit animal rationale quod etiã peccare poſſit, quanuis ſit melius quod peccare nõ poſſit: ſicut minor fuit immortalitas, ſed tamen fuit in qua poſſet etiã mori, quanuis maior futura ſit in qua non poſſit mori.

Illam natura humana perdidit per liberũ arbitrium, & hanc eſt acceptura per gratiam, quam fuerat, ſi non peccaſſet, acceptura per meritũ: quanuis ſine gratia nec tunc vllum meritum eſſe potuiſſet. Quia etſi peccatũ in ſolo libero arbitrio erat conſtitutum, non tamen iuſticiæ retinendæ ſufficiebat liberum arbitrium, niſi participatiõne immutabilis boni diuinum adiutorium pręberetur. Sicut enim mori eſt in hominis poteſtate cum velit, nemo eſt enim qui non ſeipſum, vt nihil aliud dicam, vel non veſcendo poſſit occidere, ad vitam vero tenendam voluntas non ſatis eſt, ſi adiutoria ſiue alimentorum ſiue quorũque tutaminum deſint. Sic homo in Paradiſo ad ſe occidẽdum relinquẽdo iuſticiã idoneus erat per voluntatem, vt autem ab eo teneretur vita K iuſticiæ, parum erat velle niſi ille qui eum fecerat adiuuaret. Sed poſt illam ruinã maior eſt miſericordia dei, quando & ipſum liberum arbitrium liberandũ eſt à ſeruitute, cui dominatur cum morte peccatũ. Nec omnino per ſeipſum, ſed per ſolam dei gratiam, quæ in fide Chriſti poſita eſt liberatur: vt volũtas ipſa, ſicut ſcriptũ eſt à domino præparetur, quia cætera dei munera capiantur per quæ veniatur ad munus æternum.

Liberũ arbitrium & gratia.Ca. CVI. 2.ſentẽ. di. 29.cap.2.

Vnde & ipſam vitam æternam, quæ certa merces eſt operum bonorum, gratiam dei appellat Apoſtolus: Stipendium enim, inquit, peccati mors, gratia dei vita æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Stipendium pro opere militiæ debitum redditur, non donatur, ideo dixit, Stipẽdium peccati mors: vt mortem peccato non immerito illatam, ſed debitam demonſtraret. Gratia vero niſi gratis ſit, gratia non eſt. Intelligendum eſt igitur etiã ipſa hominis bona merita eſſe dei munera, quibus cũ vita æterna redditur, quid niſi gratia pro gratia redditur? Sic ergo factus eſt homo rectus, vt & manere in ea rectitudine poſſet non ſine adiutorio diuino, & ſuo fieri peruerſus arbitrio: vtrũlibet horum elegiſſet, dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certe de illo. Proinde quia ſuã L maluit facere quàm dei, de illo facta eſt voluntas dei, qui ex eadẽ maſſa perditionis quæ de illius ſtirpe profluxit, facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliã: in honorem, per miſericordiam: in contumeliam, per iudiciũ, vt nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in ſe.

Gratia & ſtipendium peccati.Ca. CVII. Roma.6. Roma.11. 2.ſentẽ.diſ. 24.cap.2. Roma.6.

Nam neque per ipſum liberaremur vnũ mediatorem dei & hominum hominẽ Chriſtum Ieſum, niſi eſſet & deus. Sed cum factus eſt Adam homo ſcilicet rectus, mediatore non opus erat: Cũ vero genus humanum peccata longe ſeparauerunt à deo, per mediatorem qui ſolus ſine peccato natus eſt, vixit & occiſus eſt, reconciliari nos oportebat deo vſque ad carnis reſurrectionem in vitam æternã: vt & humana ſuperbia per humilitatem dei argueretur ac ſanaretur, & demõſtraretur homini quàm longe à deo receſſerat, cum per incarnatum deum reuocaretur, & per hominem deum exemplum obedientiæ contumaci homini præberetur, & vnigenito ſuſcipiente formam ſerui, quæ nihil ante meruerat, fons gratiæ pãderetur, & carnis etiam reſurrectio redẽptis promiſſa in ipſo redemptore præmonſtraretur, & per eandem naturam quam ſe decepiſſe lætabatur diabolus vinceretur: nec tamẽ homo gloriaretur, ne iterũ ſuperbia naſceretur: & ſi quid aliud de tanto mediatoris ſacramento à proficientibus videri & dici poteſt, aut tantum videri, etiam ſi non dici poteſt. M

Mediator Chriſtus. Ca.CVIII. 1.Timo.2.

Tempus autem quod inter hominis mortẽ & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt animas abditis receptaculis continet, ſicut vnaquęque digna eſt vel requie vel ærumna, pro eo quod ſortita eſt in carne cũ viueret. Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuẽtium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed eis hæc proſunt, qui cũ viuerent, vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidã viuendi modus, nec tam bonus vt nõ requirat iſta poſt mortem, nec tã malus vt ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt vero talis in bono, vt iſta non requirat, & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat cũ hæc vita trãſierit adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam vel grauari. Nemo autem ſe ſperet quod hic neglexerit cũ obierit apud deum promereri. Non igitur iſta quæ pro

Locus animarũ vſque ad iudiciũ futurũ. Ca. CIX. 13.q.2.cap. Tempus. 4.ſentẽ.di. 45.cap.2. Bona opera p defũctis. Cap.CX. Vbi ſupra. ca. Neque.

defunctis

A deſunctis commendandis frequētat Eccleſia, illi Apoſtolicæ ſunt aduerſa ſententiæ, qua dictum eſt: Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; ſecundū ea quæ per corpus geſsit, ſiue bonū, ſiue malum: quia etiam hoc meritum ſibi quiſq; cū in corpore viueret cōparauit vt ei poſſent iſta prodeſſe. Non enim omnibus proſunt. Et quare nō omnibus proſunt, niſi propter differētiam vitæ quā quiſque geſsit in corpore? Cum ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarūcunque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offerūtur, pro valde bonis gratiarū actiones ſunt: pro nō valde malis, propiciationes ſunt: pro valde malis etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunq; viuorū conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſsio, aut certe tolerabilior fiat ipſa damnatio.

2. Corin. 5.
13. q. 2. c. tempus.

Duæ ciuitates poſt iudicium. Ca. CXI. 4. ſen. diſt. 50. cap. 1.

Poſt reſurrectionē vero facto vniuerſo completoq; iudicio, ſuos fines habebunt ciuitates duæ, vna Chriſti, altera diaboli, vna bonorū, altera malorum, vtraque tamen angelorum & hominū. Iſtis voluntas, illis facultas non poterit vlla eſſe peccandi: vel vlla conditio moriendi, iſtis in æterna vita vere fœliciterq; viuentibus, illis infœliciter in æterna morte ſine B moriendi poteſtate durantibus, quoniam vtrique ſine fine. Sed in beatitudine iſti alius alio præſtabilius, in miſeria vero illi, alius alio tolerabilius permanebunt.

Pœna īpiorū an æterna. C. CXII. 4. ſent. diſt. 46. ca. 1. Et. 21. lib. de ciui. dei c. 18. & 24. Pſal. 76.

Fruſtra itaq; nonnulli, imò quāplurimi æternā dānatorum pœnā, & cruciatus ſine intermiſsione perpetuos, humano miſerantur affectu, atq; ita futurū eſſe nō credunt: nō quidem ſcripturis aduerſando diuinis, ſed pro ſuo motu dura quęque molliendo, & in leniorē flectendo ſententiā, quæ putant in eis terribilius eſſe dicta quàm verius. Non enim obliuiſcetur, inquiunt, miſereri deus, aut continebit in ira ſua miſerationes ſuas. Hoc quidem in pſalmo legitur ſancto. Sed de his ſine vllo ſcrupulo intelligitur, qui vaſa miſericordię nuncupantur, quia & ipſi non pro meritis ſuis, ſed deo miſerante de miſeria liberantur. Aut ſi hoc ad omnes exiſtimant pertinere, non ideo neceſſe eſt vt damnationē opinentur poſſe finiri eorū, de quibus dictum eſt, Et ibūt hi in ſupplicium æternum: ne iſto modo putetur habitura finem quandoq; fœlicitas etiā illorum, de quibus ècōtrario dictum eſt: Iuſti autē in vitam æternam. Sed pœnas damnatorū certis temporum interuallis exiſtiment, ſi hoc eis placet, aliquatenus mitigari: etiā ſic quippe intelligi poteſt manere in illis ira dei, hoc eſt ipſa damnatio. Hæc enim vocatur ira dei, nō diuini animi perturbatio: vt in ira ſua, hoc eſt manente ira ſua, non tamen contineat miſerationes ſuas, non æterno ſupplicio finē dando, ſed leuamen adhibendo vel interponendo cruciatibus. Quia nec Pſalmus ait, ad finiendam irā ſuam, vel poſt iram ſuam, ſed in ira ſua. Quæ ſi ſola eſſet quāta ibi minima cogitari poteſt, perire à regno dei, exulare à ciuitate dei, alienari à vita dei, carere tam magna multitudine dulcedinis dei quā abſcondit timentibus ſe, perfecit autē ſperantibus in ſe, tam grandis eſt pœna vt ei nulla poſsint tormēta quæ nouimus comparari, ſi illa ſit æterna, iſta autē ſint quālibet multis ſeculis lōga [finienda.]

Roma. 9.
Matth. 25.
C
Pſal. 76.
li. 13. de trinitate. c. 13.
Pſal. 30.

Mors īpiorū vt vita piorū perpetua. Ca. CXIII. 4. ſen. diſt. 46. c. 1. iux ta finem.

Manebit ergo ſine fine mors illa perpetua damnatorū, id eſt alienatio à vita dei, & omnibus erit ipſa communis, quālibet homines de varietate pœnarū, de dolorū releuatione vel intermiſsione pro ſuis humanis motibus ſuſpicētur, ſicut manebit cōmuniter omniū vita æterna ſanctorum, quālibet bonorū diſtantia concorditer fulgeant.

Cōfeſſio fidei. Caput CXIIII.

Ex iſta fidei confeſsione quæ breuiter ſymbolo cōtinetur, & carnaliter cogitata lac eſt paruulorū, ſpiritaliter autē conſiderata atque tractata cibus eſt fortium, naſcitur ſpes bona fidelium, cui charitas ſancta comitatur, [de qua ſcriptum eſt Maior omnibus iis eſt,] Sed de iis omnibus quæ fideliter ſunt credēda, ea tantum ad ſpem pertinent quæ in oratione dominica continētur. Maledictus eſt enim omnis, ſicut diuina teſtantur eloquia, qui ſpem ponit in homine, ac per hoc in ſemetipſo qui ſpē ponit, hui⁹ maledicti vinculo innectitur. Ideo nō niſi à domino deo petere debemos quicquid ſperamus nos, vel bene operaturos, vel pro bonis operibus adepturos.

D
Fiducia ſui.
Hierr. 17.

Oratio dominica. Ca. CXV. Matth. 6.

Proinde apud Euangeliſtam Matthæū ſeptem petitiones continere dominica videtur oratio: quarū in tribus æterna poſcūtur, in reliquis quatuor temporalia, quę tamen propter ęterna conſequēda ſunt neceſſaria. Nā quod dicimus: Sanctificetur nomē tuum, adueniat regnum tuū, fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: quod nō abſurde quidam intellexerunt in ſpiritu & corpore: omnino retinenda ſunt ſine fine: & hic inchoata quantūcūque proficimus augentur in nobis: perfecta vero, quod in alia vita ſperandum eſt, ſemper poſsidebūtur. Quod vero dicimus: Panē noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ E noſtris, & ne nos inducas in tentationē, ſed libera nos à malo: quis non videat ad præſentis vitæ indigentiam pertinere? In illa itaque vita æterna vbi nos ſemper ſperamus futuros, & nominis dei ſanctificatio, & regnum eius & voluntas eius in noſtro ſpiritu & corpore perfecte atque immortaliter permanebunt. Panis vero quotidianus ideo dictus eſt, quia hic eſt neceſſarius, quātus animæ carniq; tribuēdus eſt, ſiue ſpiritaliter, ſiue carnaliter, ſiue vtroque intelligatur modo. Hic eſt etiā quam poſcimus remiſsio, vbi eſt omnis remiſsio peccatorum: Hic tētationes quę nos ad peccandū, vel illiciūt, vel impellunt: hic denique malū vnde cupimus liberari, illic autē nihil eſt iſtorū.

† inferas.

Eadem oratio ſecundū Lucam. Ca. CXVI. Luca. 11.

Euangeliſta vero Lucas in oratione dominica petitiones non ſeptē, ſed quinque complex⁹ eſt, Nec ab iſto vtique diſcrepauit, ſed quo modo iſta ſeptē ſint intelligēda, ipſa ſua breuitate cōmonuit. Nomen quippe dei ſanctificatur in ſpiritu, dei autē regnum in carnis reſurrectione venturū eſt. Oſtēdēs ergo Lucas tertiā petitionē duarum ſuperiorū eſſe quodā modo repetitionē, magis eā prætermittēdo fecit intelligi. Deinde tres alias adiungit, de pane quotidiano, de remiſsione peccatorū, de tentatione vitāda. At vero F quod ille ī vltimo poſuit: Sed libera nos à malo, iſte nō poſuit, vt intelligeremus ad illud ſuperi⁹ quod de tētatione dictū eſt, pertinere. Ideo quippe ait, ſed libera, nō ait, & libera, tanq̄ vnā petitionem eſſe demōſtrās. Non hoc, ſed hoc, vt ſciat vnuſquiſque in eo ſe liberari à malo quòd non infertur in tentationē.

Matth. 6.

Charitas. Ca. CXVII. 1. Corin. 13.

Iā porrò charitas quā duabus iſtis, id eſt, fide ac ſpe maiorē dixit Apoſtol⁹, quanto ī quocūque maior eſt, tanto melior eſt in quo eſt. Cū enim quęritur, vtrū quiſque ſit homo bon⁹, nō quęritur quid credat aut ſperet, ſed quid amet. Nam qui recte amat, proculdubio recte credit & ſperat: qui vero nō amat, inaniter credit, etiā ſi ſunt vera quę credit: inaniter ſperat, etiā ſi ad verā fœlicitatē doceātur pertinere quę ſperat, niſi & hoc credat ac ſperet, quod ſibi petēti donari poſſit vt amet: Quāuis enim ſperare ſine amore nō poſsit, fieri tamē poteſt vt id nō amet ſine quo ad id quod ſperat nō poteſt peruenire: Tāq̄ ſi ſperet vitā ęternā, q̄uis nō habeat, & nō amet iuſticiam ſine qua nemo ad illā peruēit. Ipſa eſt aūt fides Chriſti quā cōmēdat Apoſtol⁹, quę per dilectionē operatur, & quod ī di-

Galat. 5.

G lectione nondũ habet, petit vt accipiat, quærit vt inue-
Math.7. niat, pulſat vt aperiatur ei. Fides nauque impetrat quod
1 ſent. diſ. lex imperat: Nã ſine dei dono, id eſt ſine ſpiritu ſancto,
16.c. & ſi. per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris, iu-
Roma.5. bere lex poterit, non iuuare, & præuaricationem inſu-
per facere, qui de ignorantia ſe excuſare nõ poſsit. Re-
gnat enim carnalis cupiditas vbi non eſt dei charitas.

Quatuor gradus ad fœlicitatẽ ſecundũ quatuor ætates. C.CXVIII. Sed cum in altiſsimis ignorãtiæ tenebris nulla re-
ſiſtente ratione viuitur ſecundum carnẽ, hæc ſunt pri-
ma hominis. Deinde cum per legem cognitio fuerit fa-
cta peccati, ſi nõdum diuinus adiuuat ſpiritus, ſecundũ
lege volens viuere vincitur, & ſciens peccat, peccatoq́;
ſubditus ſeruit: A quo enim quis deuict⁹ eſt, huic & ſer
Roma.3. uus addictus eſt: id agente ſcientia mandati, vt peccatũ
1.Petri.2. operetur in homine omnem concupiſcentiam, cumu-
Roma.5. lo præuaricationis adiecto, atque ita quod ſcriptum eſt
impleatur: Lex ſubintrauit vt abundaret delictum. Hæc
ſunt ſecunda hominis. Si autẽ reſpexerit deus vt ad im
plẽda quæ mãdat ipſe adiuuare credatur, & agi homo
Gala.5. cœperit dei ſpiritu, concupiſcitur aduerſus carnem for
tiore robore charitatis: vt quãuis ſit adhuc quod homi
ni repugnet ex homine, nõdum tota infirmitate ſana-
H ta, ex fide tamen iuſtus viuat, iuſteq́; viuat in quantũ nõ
Abac.2. cedit malæ concupiſcentiæ, vincente dilectione iuſti-
ciæ. Hæc ſunt tertia bona ſpei hominis: In quibus ſi pia
perſeuerãtia quiſque proficiat, poſtrema pars reſtat, quę
poſt hanc vitã in requie ſpiritus, deinde in reſurrectio-
ne etiam carnis implebitur. Harum quatuor differẽtia-
rum, prima eſt ante legẽ, ſecũda ſub lege, tertia ſub gra-
tia, quarta in pace plena atq́; perfecta. Sic eſt & dei po-
pulus ordinatus per temporum interualla ſicut deo pla
Sapien. 11. cuit, qui in menſura, numero & pondere cuncta diſpo-
nit. Nam fuit primitus ante legem: ſecũdo ſub lege, quæ
per Moyſem data eſt: deinde ſub gratia, quę reuelata eſt
per primum mediatoris aduentum. Quæ quidem gra-
tia nec antea defuit quibus impartiri eã oportuit, quã-
uis pro temporis diſpenſatione velata & occulta: Neq́;
enim antiquorum quicunque iuſtorum præter Chriſti
fidem ſalutem potuit inuenire. At vero niſi & illis co-
gnitus fuiſſet, non potuiſſet nobis per eorum miniſte-
Renaſcẽtia ſpirit⁹. Ca. CXIX. rium aliàs apertius, aliàs occultius prophetari. In
quacunque autem quatuor iſtarum velut ætatum ſingu
lum quemq́; hominẽ gratia regenerationis inuenerit,
I ibi ei remittuntur præterita vniuerſa peccata: & reatus
ille naſcendo contractus, renaſcẽdo diſſoluitur. Tamq́;
Ioan.3. multum valet quod ſpiritus vbi vult ſpirat, vt quidã ſe-
cundum illam ſeruitutẽ ſub lege eſſe non nouerint, ſed
cum mandato incipiant adiutorium habere diuinum.

Sacramẽtũ regenerationis CCXX. Antequam poſsit autem homo capax eſſe manda-
ti, ſecundum carnem viuat neceſſe eſt: ſed ſi iam ſacra-
mẽto regenerationis imbutus eſt, nihil ei mors oberit
Roma.4. ſi tunc ex hac vita migrauerit. Quia ideo Chriſtus mor
Pſal.87. tuus eſt & reſurrexit, vt & viuorum & mortuorum do-
minetur, nec tenebit regnum mortis eũ, pro quo mor-
Charitas. Ca.CXXI. tuus eſt ille liber in mortuis. Omnia igitur pręcep-
ta diuina referuntur ad charitatem, de qua dicit Apo-
3.ſent. diſ. 38.cap.1. ſtolus: Finis autem præcepti eſt charitas, de corde pu-
ro, & conſcientia bona & fide non ficta. Omnis itaque
1.Timo.1. pręcepti finis eſt charitas, id eſt ad charitatem refertur
3.ſẽ. di. 36. ca. Cũ duo. omne præceptum. Quod vero ita fit vel timore pœnæ,
vel aliqua intentione carnali, vt non referatur ad illam
charitatem, quã diffundit ſpiritus ſanctus in cordibus
noſtris, nondum fit quemadmodũ fieri oportet, quãuis
fieri videatur. Charitas quippe iſta dei eſt & proximi:
& vtiq́; in his duobus præceptis tota lex pẽdet & Pro-
phetæ. Adde Euangelium, adde & Apoſtolos: nõ enim K
aliunde vox iſta, Finis præcepti eſt charitas, & deus cha *Math.22.*
ritas eſt. Quæcunq, ergo mãdat deus, ex quibus vnũ eſt: *1.Timo.1.*
Nõ mœchaberis: & quæcũq́; nõ iubẽtur, ſed ſpeciali cõ- *1.Ioan.4.*
ſilio monẽtur, ex quibus vnũ eſt: Bonũ eſt homini mu- *Exod.20.*
lierẽ non tãgere: tunc recte fiunt quũ referũtur ad dili- *1.Corin.7.*
gendũ deũ, & proximũ propter deũ, & in hoc ſeculo, &
in futuro: nũc deũ per fidẽ, tũc per ſpeciẽ, & ipſum pro-
ximum nũc per fidẽ. Non enim ſcimus mortales corda *1.Corin. 4.*
mortaliũ, tunc autẽ illuminabit dominus abſcõdita te-
nebrarum & manifeſtabit cogitationes cordiũ. Et tunc
laus erit vnicuique à deo: quia id laudabitur & dilige-
tur à proximo in proximo, quod ne lateat ab ipſo illu-
minabitur deo. Minuetur autẽ cupiditas charitate cre-
ſcẽte, donec veniat hic ad tantam magnitudinem qua
maior eſſe nõ poſsit. Maiorem enim charitatem nemo *Ioan.15.*
habet, quàm vt animã ſuam quis ponat pro amicis ſuis.
Ibi autem quis explicet quãta charitas erit, vbi cupidi-
tas quam vel coërcendo ſuperet nulla erit: quàm ſum-
ma ſanitas erit, quando contentio mortis nulla erit.

Sed ſit aliquando huius voluminis finis, quod ipſe *Quare op⁹ cõſcripſerit. CCXXII.*
videris, vtrum Enchiridiõ vel appellare debeas vel ha-
bere. Ego tamen cum ſpernenda tua in Chriſto Ieſu ſtu
dia non putarem, bona de te credens, in adiutorio no- L
ſtri redemptoris confidens ac ſperans, teq́; in eius mem
bris plurimũ diligens, librũ ad te ſicut valui, vtinã tam
commodũ q̃ prolixũ, de fide, ſpe, & charitate cõſcripſi.

FINIS.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI cenſura in libellum de dogmatibus Eccleſiaſticis.

HIc libellus ferebatur inter opera Tertulliani, quanquam nec illius eſt, vt qui cap. 4. referatur inter hæreticos, nec Auguſtini. Videtur partim ex huius operibus collectus, partim ex decretis ſynodorum. Cap. 25. citantur quædam ex epiſtola Innocentij Romani Pontificis, quæ eſt ordine. 93. licet verbis aliquot immutatis: multaq́, hinc citantur in decretis Pontificum, & ſententiis Theologorum, ſed ita tractata, vt ferè ſolent nuda. Nec verba ſunt eadem, & capita quædam deſunt in vetuſtis exemplaribus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE DEFInitionibus orthodoxæ fidei, ſiue Eccleſiaſticis dogmatibus. M

CREDIMVS vnum eſſe deum *De fide trinitatis. C.I.*
patrem & filium & ſpiritũ ſan-
ctum. Patrem, eo quòd filiũ ha-
beat. Filium, eo quòd patrẽ ha-
beat. Spiritũ ſanctũ, eo quod ſit *1.ſent. diſ.*
ex patre & filio procedẽns, pa- *19.cap.1.*
tri & filio coæternus. Pater er- *De fide & ſymbolo. C I X.*
go principiũ deitatis: qui ſicut
nunquã fuit nõ deus, ita nunq̃ fuit nõ pater, à quo filius
natus, à quo ſpiritus ſanctus nõ natus, quia nõ eſt filius,
neque ingenitus quia nõ eſt pater, neque factus, quia nõ
eſt ex nihilo, ſed ex deo patre & deo filio de⁹ procedẽs.
Pater æternus, eò q̄ æternũ habeat filiũ cui⁹ æternus ſit
pater. Fili⁹ ætern⁹, eò q̄ ſit patri coætern⁹. Spirit⁹ ſanct⁹
ætern⁹, eò q̄ ſit patri & filio coętern⁹. Nõ cõfuſa in vna
perſona

A perſonā trinitas, vt Sabellius dicit, neq; ſeparata aut di-
uiſa in natura diuinitas, vt Arrius blaſphemat, ſed alter
in perſona pater, alter in perſona filius, alter in perſona
ſpiritus ſanctus. Vnus natura in ſancta trinitate deus pa-
De incarnatione Chriſti. Cap. II. ter & filius & ſpiritus ſanctus. Non pater carnem aſ-
ſumpſit, neque ſpiritus ſanctus, ſed filius tantum: vt qui
3. ſen. diſt. 1 ca. diligenter. erat in diuinitate dei patris filius, ipſe fieret in homine
hominis matris filius: ne filij nomen ad alterum tranſ-
iret, qui non eſſet æterna natiuitate filius. Dei ergo filius
factus eſt hominis filius, natus ſecundum veritatem na-
turæ ex deo dei filius, & ſecũdum veritatem naturæ ex
homine hominis filius: vt veritas geniti nõ adoptione,
nõ appellatione, ſed in vtraq; natiuitate filij nomen na-
ſcendo haberet, & eſſet verus deus & verus homo vnus
filius. Non ergo duos Chriſtos, neque duos filios fate-
mur, ſed deum & hominem vnum filium. Quem prop-
terea & vnigenitum dicimus, manentẽ in duabus ſub-
ſtantiis, ſicut ei naturæ veritas contulit, nõ confuſis na-
turis, neque immixtis ſicut Thimotiani volunt, ſed ſo-
3. ſen. diſt. 7 cap. Satis diligenter. cietate vnitis. Deus ergo hominem aſſumpſit, homo in
deum tranſiuit, non naturę verſibilitate, ſicut Apollina-
riſtæ dicunt, ſed dei dignatione: vt nec deus mutaretur
B in humanã ſubſtantiam aſſumendo hominem, nec ho-
mo in diuinam glorificatus in deum: quia mutatio vel
verſibilitas naturæ & diminutionem & abolitionẽ ſub-
ſtantiæ facit. Creditur à nobis ſine confuſione coniun-
cta ſancta trinitas, ſine ſeparatione diſtincta. Natus eſt
ergo dei filius ex homine & non per hominem, id eſt,
non ex viri coitu, ſicut Ebion dicit: ſed carnem ex vir-
ginis corpore trahens, & nõ de cœlo ſecum afferens, ſi-
cut Marcion, Origenes, & Eutyches affirmant, Neq; in
phantaſia, id eſt abſque carne, ſicut Valentinus aſſerit, id
eſt, neque putatiuè imaginatum, ſed corpus verum. Nõ
tantũ carnem ex carne, ſicut Marcianus, ſed verus deus
ex diuinitate, & verus homo ex carne vnus filius: in di-
uinitate verbũ patris & deus, in homine anima & caro.
Anima non abſque ſenſu & ratione, vt Apollinaris, ne-
que caro abſque anima, vt Eunomius: ſed anima cũ ra-
†corpus. tione ſua, & caro† cum ſenſibus ſuis, per quos ſenſus ve-
ros in paſsione, & ante paſsionẽ ſuæ carnis dolores ſu-
Quòd æternus deus ex virgine natus ſit. ſtinuit. Neque ſic eſt natus ex virgine, vt & diuinita-
tis initium homo naſcendo acceperit, quaſi antequam
naſceretur ex virgine deus non fuerit, ſicut Artemon &
Berillus & Marcellus docuerũt, ſed æternus deus & ho-
Cap. III. C mo ex virgine natus eſt. Nihil creatum aut ſeruiens
De trinitate perfecta. Cap. IIII. in trinitate credamus, vt vult Dionyſius fons Arrij: ni-
hil inæquale, vt vult Eunomius, vt Arrius: nihil inæqua-
le gratiæ, vt vult Aetius: nihil anterius poſteriúſve aut
minus, vt Arrius: nihil extraneum aut officiale alteri, vt
Macedonius: nihil perſuaſione aut ſurreptione inſertũ,
vt Manichæus: nihil corporeũ, vt Melito & Tertullia-
nus: nihil corporaliter effigiatũ, vt Anthropomorphus
& Vadianus: nihil ſibi inuiſibile à creaturis, vt Orige-
nes: nihil creaturis viſibile, vt Fortunatus: nihil moribus
vel voluntate diuerſum, vt Marcion: nihil ex trinitatis
eſſentia ad creatarum naturam deductum, vt Plato &
Tertullianus: nihil officio ſingulare nec alteri cõmuni-
cabile, vt Origenes: nihil cõfuſum, vt Sabellius: ſed to-
tum perfectum, quia totum ex vno & vnum ex toto: nõ
tamen ſolitarium, vt præſumunt Praxeas & Syluanus,
Pentapolitana damnabilis illa doctrina. Homouſion
De homouſion. Ca. V. ergo, id eſt coëſſentialis in diuinitate patri filius, Ho-
mouſion patri & filio ſpiritus ſanctus, homouſion deo
1. Petri. 1. & homini vnus filius, manens deus in homine ſuo in
in gloria patris, deſiderabilis videri ab angelis: ſicut pa-
ter & ſpiritus ſanctus adoratur ab angelis & ab omni D
creatura, nõ homo factus præter deũ vel Chriſtus cum
deo, ſicut blaſphemat Neſtorius, ſed homo in deo &
deus in homine. Erit reſurrectio mortuorum omniũ *De reſurrectione. Ca. VI.*
hominũ, ſed vna inſimul & ſemel. Nõ prima iuſtorum,
& ſecunda peccatorum, vt fabula eſt ſomniatorum, ſed
vna omniũ. Et ſi id reſurgere dicitur quod cadit, caro
ergo noſtra in veritate reſurgit, ſicut in veritate cadit.
Et nõ ſecundum Origenẽ immutatio corporum erit, id
eſt aliud nouum corpus pro carne: ſed eadem caro cor-
ruptibilis quę cadit tam iuſtorum quàm iniuſtorum in-
corruptibilis reſurget, quæ vel pœnã ſufferre poſsit pro
peccatis, vel in gloria æterna manere p̱ meritis. Om- *Reſurrectio omniũ communis.*
nium enim hominum erit reſurrectio. Si omnium erit,
ergo omnes moriuntur, vt mors ab Adã ducta omni-
bus filiis eius dominetur. Et maneat illud priuilegiũ in *Cap. VII.*
domino quod de eo ſpecialiter dicitur: Nõ dabis ſãctũ *Pſal. 15.*
tuũ videre corruptionẽ. Eius enim caro non vidit cor- *Acto. 2.*
ruptionẽ. Hanc rationẽ maxima patrum turba traden-
te ſuſcepimus. Verum quia ſunt & alij æquè catholici &
eruditi viri, qui credunt, anima in corpore manẽte im-
mutãdos ad incorruptionem & immortalitatẽ eos qui
in aduentu domini viui inueniendi ſunt, & hoc eis E
reputari pro reſurrectione ex mortuis, quòd mortalita-
tem immutationẽ deponant, non morte: quolibet quis
acquieſcat modo, non eſt hęreticus, niſi ex contentione
hęreticus fiat. Sufficit enim in Eccleſiæ lege carnis reſur
rectionem credere futuram de morte. Quod autem *De iudicio viuorũ & mortuorum*
dicimus in ſymbolo, in aduẽtu domini viuos ac mor-
tuos iudicandos, nõ ſolum iuſtos & peccatores ſignifi-
cari, ſicut Diodorus putat, ſed & viuos eos qui in carne *Cap. VIII.*
inueniendi ſunt credimus, qui adhuc morituri creduntur,
vel immutandi ſunt, vt alij volunt, vt ſuſcitati con-
tinuo vel reformati cũ ante mortuis iudicentur. Poſt *Peracto iudicio nõ expectãda reſtitutio.*
reſurrectionem & iudicium non credamus reſtitutio-
nem futuram, quam Origenes delirat: vt dæmones vel
impij homines poſt tormẽta quaſi ſuppliciis expurgati,
vel illi in angelicã qua creati ſunt redeant dignitatem, *Cap. IX.*
vel iſti iuſtorum ſocietati donentur: eò quòd hoc diui-
nę cõueniat pietati, ne quid ex rationalibus pereat crea-
turis, ſed quolibet modo ſaluetur. Sed nos credamus
ipſi iudici omnium & retributori iuſto, qui dixit: Ibunt *Matth. 25.*
impij in ſupplicium æternum, iuſti autẽ in vitam æter- F
nam, vt percipiant fructum operum ſuorum. In prin- *Gene. 1.*
cipio creauit deus cœlum & terrã & aquam ex nihilo. *Creatio mũdi. Cap. X.*
Et cum adhuc tenebræ ipſam aquam occultarent, & a-
qua terram abſconderet, facti ſunt angeli & omnes cœ-
leſtes virtutes, vt non eſſet ocioſa dei bonitas, ſed habe-
ret in quibus per multa ante ſpacia bonitatẽ ſuam oſtẽ-
deret: & ita hic viſibilis mũdus ex materia quæ à deo fa-
cta fuerat, factus eſt & ornatus. Nihil incorporeum *Solus deus incorporeus*
& inuiſibile natura credẽdum, niſi ſolum deum, id eſt, *Cap. XI.*
patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum. Qui ideo rectè in-
corporeus creditur, quia vbiq; eſt, & omnia implet atq; *Omnis creatura corporea. Ca. XII*
conſtringit: ideò & inuiſibilis omnibus creaturis, quia
incorporeus eſt. Creatura omnis corporea eſt, ange-
li & omnes cœleſtes virtutes corporeæ, licet non carne *Intellectuales naturæ immortales*
ſubſiſtant. Ex eo autem corporeas eſſe credimus intelle-
ctuales creaturas, quòd localiter circunſcribuntur, ſicut
& anima humana quæ carne clauditur, & dęmones qui *Cap. XIII.*
per ſubſtantiã angelicæ naturæ ſunt. Immortales eſſe *Anima hominis quomodo creetur. Cap. XIIII.*
credimus intellectuales naturas, quia carne carent, nec
habent quò cadant vt reſurrectione egeãt poſt ruinam
neceſſaria. Animas hominum non eſſe ab initio in-
ter cęteras intellectuales naturas, nec ſimul creatas, ſicut

Origenes

G Origenes fingit: neque cum corporibus per coitum ſeminantur, ſicut Luciferiani, Cyrillus & aliqui Latinorũ præſumptores affirmant, quaſi naturæ cõſequentiã ſeruantes. Sed dicimus creationẽ animæ ſolum creatorem omnium noſſe, & corpus tantum per cõiugij copulam ſeminari, dei vero iudicio coagulari in vulua & compingi atque formari, ac formato iam corpore animam creari & infundi, vt viuat in vtero homo ex anima cõſtãs & corpore, & egrediatur viuus ex vtero, plenus humana ſubſtantia.

Quòd duæ animæ non ſint in homine. Cap. XV.

Neque duas animas eſſe dicimus, in vno homine, ſicut Iacobus & alij Syrorũ ſcribunt, vnã animalem qua animetur corpus, & immixta ſit ſanguini, & alteram ſpiritalẽ quę rationem miniſtret: ſed dicimus vnam eſſe eandemq́; animã in homine, quę & corpus ſua ſocietate viuificet, & ſemetipſam ſua ratione diſponat, habens in ſeſe libertatẽ arbitrij, vt in ſuæ ſubſtantię eligat cogitatione quod vult.

Anima hominis immortalis. Cap. XVI.

Solum hominẽ credimus habere animam ſubſtantiuam quæ exuta corpore viuit, & ſenſus ſuos atque ingenia viuaciter tenet. Non cum corpore moritur, ſicut Aratus aſſerit: neque H poſt modicũ interuallum, ſicut Zenum dicit, quia ſubſtantialiter viuit.

Animæ brutorum. Cap. XVII.

Animalium vero animæ non ſunt ſubſtantiuæ, ſed cum carne ipſa carnis viuacitate naſcuntur, & cum carnis morte finiuntur & moriuntur, & ideo nec ratione regontur, ſicut Plato & Alexãder putãt, ſed ad omnia naturæ incitamẽta ducuntur.

Infunditur anima. Ca. XVIII.

Anima humana, non cum carne moritur, quia nõ cum carne, vt ſuperius diximus, ſeminatur, ſed formato in ventre matris corpore, dei iudicio creatur & infunditur, vt viuat homo intus in vtero, & ſic procedat natiuitate in mundum.

Duæ ſubſtãtiæ hominis. Cap. XIX.

Duabus ſubſtantiis tantum cõſtat homo, anima & corpore. Anima cum ratione ſua, & corpore cum ſenſibus ſuis. Quos tamen ſenſus abſque animæ ſocietate non mouet corpus. Anima vero & ſine corpore rationale ſuum tenet.

Anima & ſpirit° idẽ. Cap. XX.

Non eſt tertius in ſubſtãtia hominis ſpiritus, ſicut Didymus contendit, ſed ſpiritus ipſa eſt anima pro ſpiritali natura, vel pro eo quòd ſpiret in corpore ſpiritus appellatur. Anima vero ex eo vocatur, quòd ad viuẽdum vel ad viuificandũ animet corpus. Tertium vero qui ab Apoſtolo cum anima & corpore inducitur ſpiritum, gratiã ſancti ſpiritus eſſe intelligamus, quam orat Apoſtolus vt integra perſeueret in I nobis, ne noſtro vicio aut minuatur aut fugetur à nobis, quia ſpiritus ſanctus effugiet fictum.

1. Theſ. 5.

Sapien. 1.

De libero arbitrio. Cap. XXI.

Libertati arbitrij ſui cõmiſſus eſt homo ſtatim in prima cõditione, vt ſola vigilantia mentis amittente, †etiam in præcepti cuſtodia perſeueraret, ſi vellet in eo quod creatus fuerat permanere. Poſtquã vero ſeductione ſerpentis per Euã cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrij: non tamen electionẽ, ne nõ eſſet ſuum quòd euitaret peccatum, nec merito indulgeretur quòd non arbitrio diluiſſet. Manet itaque ad quærẽdam ſalutem arbitrij libertas, id eſt rationalis voluntas, ſed admonente prius deo & inuitãte ad ſalutem, vt vel eligat vel ſequatur vel agat occaſione ſalutis, hoc eſt inſpiratione dei. Vt autem cõſeqnãtur quod eligit vel quod ſequitur vel quod occaſione agit, dei eſſe libere confitemur. Initium ergo ſalutis noſtrę deo miſerãte habemus: vt acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt: vt adipiſcamur, quod acquieſcẽdo admonitioni cupimus, diuini eſt muneris: vt non labamur in adepto ſalutis munere, ſolicitudinis noſtræ eſt & cœleſtis pariter adiutorij: vt labamur, poteſtatis noſtræ eſt & ignauiæ. Non tamen ad obtinendam ſiue illo, qui quærentes facit inuenire, qui pulſantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium ſalutis noſtræ deo miſerante & inſpirante K habere nos credimus: ita arbitriũ naturæ noſtræ ſequax eſſe diuinę inſpirationis, libere cõfitemur. Igitur vt non labamur à bono vel naturę vel meriti, ſolicitudinis noſtræ eſt & cœleſtis pariter adiutorij: vt labamur, poteſtatis noſtræ & ignauiæ.

Gene. 3.

† perficiẽte.

Matth. 7.

Gratia. Cap. XXII.

Firmiſsime credendum eſt, in præuaricatione Adæ omnes homines naturalem poſsibilitatem & innocentiam perdidiſſe: & neminem de profundo illius ruinę per liberum arbitrium poſſe conſurgere, niſi eum gratia dei miſerantis erexerit: liberum enim arbitrium ille perpeſſus, dum ſuis incõſultius vtitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demerſus eſt. Et nihil quẽadmodum exinde ſurgere poſſet inuenit, ſuaq́; in æternum libertate deceptus, huius ruinæ latuiſſet oppreſſu, niſi eũ poſt Chriſti pro ſua gratia reuelaſſet aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteritum vicium ſui baptiſmatis lauacro purgauit.

Nemo bonus per ſe. Ca. XXIII.

Neminem eſſe per ſemetipſum bonum niſi participationem ſui ille donauerit qui ſolus eſt bonus.

Perſeuerãtia in bonis à deo. Ca. XXIIII.

Neminem etiam baptiſmatis gratia renouatum L idoneum eſſe ad ſuperandas diaboli inſidias & ad vincendas carnis cõcupiſcentias, niſi per quotidianum adiutorium dej, perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit.

Liberũ arbitrium. Cap. XXV.

Quod nemo niſi per Chriſtum liberò bene vtatur arbitrio, idem magiſter in epiſtola ad Mileuentanum conciliũ data prædicat, dicens: Aduerte tandem ô prauiſsimarum mentium doctrina, quòd primum hominẽ ita libertas ipſa decepit, vt dum indulgentius fręnis eius vtitur, in præuaricationem præſumptione incideret. Nec ex hac potuit erui, niſi ei prouidẽtia regenerationis ſtatum priſtinę libertatis Chriſti domini reformaſſet aduentus.

Merita. Ca. XXVI.

Quod omnia ſtudia & omnia opera ac merita ſanctorum ad dei gloriam laudemq́; referẽda ſint, quia nemo aliunde ei placeat, niſi ex eo quod ipſe donauerit: in quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zozimi regularis authoritas, cum ſcribẽs ad totius orbis Epiſcopos ait: Nos autem inſtinctu dei, omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt vnde naſcuntur, ad fratrum & coëpiſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus. Hunc autem ſermonẽ ſyncerißimæ veritatis luce radiantẽ tanto Afri Epiſcopi honore venerati ſunt, vt ita ad eũdem virum ſcriberẽt, Illud vero quod in literis quas ad vni- M uerſas prouincias curaſti eſſe mittẽdas poſuiſti, dicens: Non tamen inſtinctu dei, & cætera, ſic accipimus dictum, vt illos qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, diſtricto gladio veritatis velut curſim tranſiens amputares. Quid enim tam libero feciſti arbitrio, quàm quòd vniuerſa in noſtræ humilitatis cõſcientiam retuliſti? & tamen inſtinctu dei factum eſſe fideliter ſapienterque vidiſti, veraciter fidenterque dixiſti. Ideo vtique, quia præparatur voluntas à domino, Et vt boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangat corda filiorum. Quotquot enim ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitriũ, & in bonis quibuſque volũtatis humanæ ſingulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.

Roma. 8.

Quicquid boni ex deo Ca. XXVII.

Ita deus ex cordibus hominum, atque in ipſo libero operatur arbitrio, vt ſancta cogitatio, piũ conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex deo ſit: quia per alium aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus.

Gratiæ vis. C. XXVIII. de cõſe. di. 4. ca. placuit vt quæcunque dixerit.

Quicunque dixerit gratiam dei qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ad ſolam remiſsionem peccatorum valere quę iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium gratiæ vt non committantur,

A mittãtur, anathema ſit. Quiſquis dixerit gratiam dei per Ieſum Chriſtum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſum nobis reuelatur & aperitur intelligentia mãdatorum, vt ſciamus quid appetere & quid vitare debeamus, non autẽ per illam nobis præſtari vt quod faciendum cognouimus etiã facere diligamus atque valeamus, anathema ſit.

Intelligẽtia ex gratia. Ca. XXIX. de cõſe. diſ. 4. c. quiſquis dixerit.

Obſecrationum quoque ſacerdotalium ſacramẽta reſpiciamus, quæ ab Apoſtolis tradita in toto mũdo, atque in omni catholica eccleſia vniformiter celebrantur, vt legẽ credendi, lex ſtatuat ſupplicandi. Cum enim ſanctarũ plebium præſules mandata ſibimet legatione fungantur apud diuinam clementiã, humani generis agũt cauſam, & tota ſecum Eccleſia cõgemiſcente poſtulant & precãtur, vt infidelibus donetur fides, vt idololatræ ab impietatis ſuæ liberẽtur erroribus, vt Iudæis ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, vt hæretici catholicæ fidei perceptione reſipiſcant, vt ſchiſmatici ſpiritum rediuiuę charitatis accipiant, vt lapſis pœnitentiæ remedia conferantur, vt denique catechumenis ad regenerationis ſacramẽta perductis, cœleſtis miſericordiæ aula reſeretur.

Preces ſacerdotum. Ca. XXX.

B Hæc autem non perfunctoriè neque inaniter à domino peti, rerũ ipſarum mõſtrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de poteſtate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis ſuæ, & ex vaſis iræ faciat vaſa miſericordię. Quod adeo totum diuini operis eſſe ſentitur, vt hæc efficienti deo gratiarum ſemper actio laudiſq; confeſsio pro illuminatione talium vel correctione referantur.

Exorciſmi & ſufflatio Ca. XXXI. de conſe. diſt. 4. cap. ſiue paruuli. Ioan. 12. Matth. 12. Pſal. 67.

Illud etiam quod circa baptizandos in vniuerſo mũdo ſancta Eccleſia vniformiter agit, nõ ocioſo contẽplamur intuitu. Cum ſiue paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontem vitę adeant quàm exorciſmis & exufflationibus clericorũ ſpiritus ab eis immundus abigatur: vt tunc vere appareat quando princeps mundi huius mittatur foras, & quo modo prius alligetur fortis & deinceps vaſa eius diripiãtur, in poſſeſsionem tranſlata victoris, qui captiuam ducit captiuitatẽ, & dat dona hominibus.

Gratia & liberũ arbitrium. Cap. XXXII.

Omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium ſtudiorum, omniumq; virtutum quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum profitemur authorem. Et non dubitamus ab ipſius gratia omC nia hominis merita præueniri, per quem fit vt aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo vtique auxilio & munere dei nõ aufertur liberum arbitrium, ſed liberatur, vt de tenebroſo lucidũ, de prauo rectum, de languido ſanum, de imprudẽte ſit prouidum. Tanta enim eſt erga omnes homines bonitas dei, vt noſtra velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona, & pro iis quæ largitus eſt æterna præmia ſit donaturus. Agit quippe in nobis vt quod vult & velimus & agamus: nec ocioſa eſſe in nobis patitur quæ exercenda non negligenda donauit: vt & nos cooperatores ſimus gratiæ dei, ac ſi quid in nobis ex noſtra viderimus remiſsione langueſcere, ad illum ſolicite recurramus, qui ſanat omnes lãguores noſtros, & redimit de interitu vitam noſtram, & cui quotidie dicimus: Ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.

Pſal. 102. Matth. 6. Adã primo immortalis. Cap. XXXIII.

Quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore hoc, id eſt de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſsitate naturæ, anathema ſit.

De baptizãdis infantulis. Cap. XXXIIII.

Quicunque paruulos recẽtes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remiſsionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adã trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis exD pietur, vnde fit cõſequens vt in eis forma baptiſmatis in remiſsionẽ peccatorum non verã, ſed falſa intelligatur, anathema ſit: Quoniam nõ aliter intelligendũ eſt quod ait Apoſtolus: Per vnum hominẽ peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit: in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodum Eccleſia catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim fidei regulã etiam paruuli qui nihil peccatorum in ſeipſis adhuc cõmittere potuerunt, ideo in peccatorum remiſsionẽ veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mũdetur, quod generatione traxerunt.

De conſe. diſt. 4. cap. placuit vt quicunque. Rom. 5. 1. Ioan. 1. Omnes veri ſunt peccatores. Ca. XXXV.

Quod ait ſanctus Ioannes Apoſtolus: Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt: quiſquis ſic accipiẽdũ putauerit vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatũ, non quia veritas eſt, anathema ſit. Sequitur enim Apoſtolus & adiungit: Si autem cõfeſsi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi ſatis apparet, hoc non tantum humiliter, ſed etiam veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere: Si dixeE rimus, non habemus peccatum, noſipſos extollimus, & humilitas in nobis non eſt. Sed cum ait: Noſipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt: ſatis oſtẽdit, eum qui dixerit ſe non habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

Matth. 6. Omnib. orãdum pro dimittẽdis peccatis. C. XXXVI.

Quicunq; dixerit in oratione dominica ideo dicere ſanctos: Dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſeipſis hoc dicant, quia nõ eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro aliis qui ſunt in ſuo populo peccatores: & ideo non dicere vnumquẽque ſanctorum, Dimitte mihi debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro aliis potius quàm pro ſe iuſtus petere intelligatur: anathema ſit. Sanctus enim & iuſtus erat Apoſtolus Iacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additũ eſt, omnes, niſi vt iſta ſententia conuenerit Pſalmo vbi legitur: Ne intres in iudiciũ cũ ſeruo meo, quoniã non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens? Et in oratione ſapiẽtiſsimi Salomonis: Non eſt homo qui nõ peccet. Et in libro ſancti Iob: In manu omnis hominis ſignat, vt ſciat omnis homo infirmitatem ſuam. Vnde etiam Daniel ſanctus & iuſtus, cum in oratione pluraliter diceret. Peccauimus, iniquitatem feF cimus, & cætera quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur quemadmodum quidam ſentiũt, hoc non de ſuis, ſed de populi ſui dixiſſe peccatis: poſtea dixit, Cum orarem & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino deo meo: noluit dicere, peccata noſtra, ſed, populi ſui dixit, & ſua: quoniam futuros iſtos qui tam male intelligerent tãquam Propheta præuidit.

Iacobi. 3. Pſal. 142. Eccleſ. 7. Iob. 37. Daniel. 9. Ibidem.

Quicunque ipſa verba dominicæ orationis, vbi dicimus, Dimitte nobis debita noſtra: ita volunt à ſanctis dici, vt humiliter non veraciter hoc dicatur: anathema ſit. Quis enim ferat orantem, nõ hominibus ſed ipſi domino mentientem, qui labiis ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit quæ ſibi dimittantur debita non habere?

Matth. 6. Dimittũtur debita etiã ſanctis. Ca. XXXVII.

Si quis per offenſam præuaricationis Adæ non totum, id eſt ſecundum corpus & animam in deterius dicit hominem commutatum, ſed animæ libertate illæſa durante corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptus aduerſatur ſcripturæ dicenti: Anima quę peccauerit, ipſa morietur. Et, Neſcitis, quoniam cui obeditis, & à quo quis ſuperatur eius ſeruus adiicitur?

Lapſus Adæ. Cap. XXXVIII. Ezech. 18. Roma. 6. 2. Pet. 2.

Si quis ſoli Adæ præuaricationem ſuam, non etiã eius propagini aſſerit nocuiſſe, aut certe

Peccatũ Adæ in poſteros. Cap. XXXIX.

mortem

G mortem tantum corporis quæ pœna peccati eſt, nõ au-
tem & peccatum quud mors eſt animæ per vnũ homi-
nem in omne genus humanum trãiiſſe teſtatur, iniuſti-
Roma.5. ciam deo dabit, cõtradicens Apoſtolo dicenti: Per vnũ
hominem peccatum intrauit in mũdum, & per pecca-
tum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo
Gratia. omnes homines peccauerunt. Si quis inuocatione
Cap.XL. humana gratiam dei dicit poſſe conferri, nõ autem ip-
ſam gratiam facere vt inuocetur à nobis, contradicit
Eſa.65. Eſaiæ prophetę, vel Apoſtolo idẽ dicenti: Inuentus ſum
à non quærentibus me, palam apparui iis qui me nõ in-
Roma.10. terrogabant. Si quis vt à peccato purgemur volunta-
Volũtas bo- tem noſtram deum expectare contendit, non autem vt
na à deo. etiam purgari velimus, per ſancti ſpiritus infuſionem &
Cap.XLI. operationem in nobis fieri cõfitetur, reſiſtit ipſi ſpiritui
ſancto per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas à
Philip.2. domino. Et Apoſtolo ſalubriter prædicãti: Deus eſt qui
operatur in nobis & velle & perficere pro bona volũta-
Gratia ope- te. Si quis ſicut augmẽtũ, ita etiã initiũ fidei, ipſumq;
ratur om- credulitatis affectum quo in eum credimus qui iuſtifi-
nia. Cap. cat impium & ad regenerationẽ ſacri baptiſmatis per-
XLII. H uenimus, non gratiæ donum, id eſt per inſpirationem
Roma.4. ſpiritus ſancti corrigentem voluntatem noſtram ab in-
fidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, ſed natu-
Philip.1. raliter nobis ineſſe dicit, Apoſtolicis dogmatibus ad-
uerſarius approbatur, beato Apoſtolo Paulo dicente:
Confidimus, quia qui cœpit in vobis bonum opus per-
Ibidem. ficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. Et illud: Vobis datum
eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, verum-
Ephe.2. etiã vt pro illo patiámini. Et, Gratia ſalui facti eſtis per
fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum eſt. Qui
enim fidem qua in deum credimus dicunt eſſe natura-
lem, omnes eos qui ab eccleſia Chriſti alieni ſunt, quo-
Gratia om- dam modo fideles eſſe definiunt. Si quis ſine gratia
nia deberi. dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conãtibus,
Cap.XLIII. ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis
miſericordiam dicit conferri diuinitus, non autem vt
credamus, velimus, vel hæc omnia ſicut oportet agere
valeamus per infuſionem & inſpirationem ſancti ſpiri-
tus in nobis fieri confitetur: & aut humilitati, aut obe-
dientiæ humanæ ſubiungit gratiæ adiutorium, nec vt
obedientes & humiles ſimus ipſius gratiæ donum eſſe
1.Corin.4. conſentit: reſiſtit Apoſtolo dicenti, Quid enim habes,
1. Corin.15. quod non accepiſti? Et, Gratia dei ſum id quod ſum.
I Si quis per naturę vigorem bonum aliquid quod ad
Hominẽ ni- ſalutem pertinet vitæ æternæ cogitare vt expedit aut e-
hil poſſe ſi- ligere, ſiue ſalutari, id eſt Euangelicæ prædicationi con-
ne deo. Ca. ſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione & inſpi-
XLIIII. ratione ſpiritus ſancti, qui dat omnibus ſuauitatem in
conſentiendo & in credendo veritatem, hęretico falli-
tur ſpiritu, non intelligens vocem dei in Euangelio, di-
Ioan 15. centis: Sine me nihil poteſtis facere. Et illud Apoſtoli:
2.Cor.3. Non quòd idonei ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi
Solus deus ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Si quis alios
trahit ho- per miſericordiam, alios vero per liberum arbitrium,
minem.Ca. quod in omnibus qui de præuaricatione primi homi-
XLV. nis nati ſunt conſtat eſſe viciatum, ad gratiam baptiſmi
poſſe venire contendit, à recta fide probatur alienus. Il-
le enim non omnium liberum arbitrium per peccatum
primi hominis aſſerit infirmatum: aut certe ita læſum
putat, vt tamen quidam valeãt ſine reuelatione dei mi-
niſterium ſalutis æternę per ſemetipſos poſſe conquire-
Ioan.6. re. Quod quàm ſit contrarium ipſe dominus probat,
Mat. 16. qui non aliquos ſed neminem ad ſe poſſe venire teſta-
tur, niſi quem pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: Bea-
tus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuela- K
uit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et Apoſtolus:
Nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſan- *1.Cor.12.*
cto. Arbitrium voluntatis in primo homine infirma- *Liberũ ar-*
tum, niſi per gratiã baptiſmi non poteſt reparari. Quod *bitriũ. Ca.*
amiſſum niſi à quo potuit dari, non poteſt reddi. Vnde *XLVI.*
veritas dicit: Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi e- *Ioan.8.*
ritis. Natura humana etiã ſi in illa integritate in qua *Gratia.*
eſt condita permaneret, nullo modo ſeipſam creatore *Ca.XLVII.*
ſuo non adiuuante ſeruaret. Vnde cum ſine dei gratia
ſalutem non poſſet cuſtodire quam accepit, quo modo
ſine dei gratia poterit reparare quod perdidit. Sicut *An gratia*
eis qui volentes in lege iuſtificari à gratia exciderunt, *ſit natura.*
veriſsime dicit Apoſtolus: Si in lege iuſticia eſt, ergo *C. XLVIII.*
Chriſtus gratis mortuus eſt: ſic eis qui gratiam quam *Galat.2.*
commendat & percipit fides Chriſti putant eſſe natu-
ram, veriſsime dicitur: Si per naturam iuſticia eſt, ergo
gratis Chriſtus mortuus eſt: Iam hic enim erat lex, & nõ
iuſtificabat. Iam hic erat & natura, & non iuſtificabat:
ideo Chriſtus nõ gratis mortuus eſt, vt & lex per illum
impleretur qui dixit, Nõ veni ſoluere legem, ſed imple- *Matth.5.*
re: & natura per Adam perdita per illum repararetur, L
qui dixit, veniſſe ſe quærere & ſaluare quod perierat. *Luca.19.*
Secundum ſupraſcriptas ſanctarum ſcripturarum *Repetitio ſu-*
ſententias, vel antiquorum patrum definitiones, hoc *periorum.*
deo propiciãte & prædicare debemus & credere, quòd *Cap.XLIX.*
per peccatum primi hominis ita genus humanũ ſit in-
clinatum, vt nullus poſtea aut diligere deũ ſicut opor-
tuit, aut credere in deum, aut operari propter deũ quod
bonum eſt poſsit, niſi eum gratia miſericordiæ diuinæ
præuenerit. Vnde & Abel iuſto & Noë & Abrahæ &
Iſaac & Iacob: omniq; antiquorum ſanctorum multitu-
dini illam præclaram fidẽ quam in ipſorum laude præ-
dicat Apoſtolus Paulus, non per bonum naturæ, quod *Hebræ.11.*
prius in Adam datum fuerat, ſed per gratiam dei credi-
mus fuiſſe collatam. Quam gratiam etiam poſt aduen-
tum domini omnibus qui baptizari deſiderant, non in
libero arbitrio haberi, ſed Chriſti nouimus ſimul & cre
dimus largitate conferri, ſecundum illud quod iam ſæ-
pe dictum eſt & prædicat Paulus Apoſtolus: Vobis do- *Philip.1.*
natum eſt pro Chriſto non ſolũ vt in eum credatis, ſed
etiam vt pro eo patiamini. Et illud: Deus qui cœpit in *Ibidem.*
vobis bonum opus, perficiet vſque in diem domini no-
ſtri. Et illud: Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc nõ M
ex vobis, dei enim donũ eſt. Et quod de ſeipſo ait Apo- *Ephe.2.*
ſtolus: Miſericordiam conſecutus ſum, vt fidelis eſſem. *1.Cor.7.*
Non dixit quia eram, ſed vt eſſem. Et illud: Quid habes *1.Cor.4.*
quod non accepiſti? Et illud: Omne datũ bonum, & om *Iaco.1.*
ne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre
luminum. Et illud: Nemo habet quicquam niſi illi da- *Ioan.3.*
tum fuerit deſuper. Hoc etiam ſecundum fidem ca- *Volũtas ho-*
tholicam credimus, quòd poſt acceptam baptiſmi gra- *minis poſt*
tiam, omnes baptizati Chriſto auxiliante & cooperan- *baptiſmũ.*
te quæ ad ſalutem animæ pertinent poſſint & debeant *Cap.L.*
ſi fideliter laborare voluerint adimplere. Aliquos vero
ad malũ diuina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolum
non credimus, ſed etiam ſi ſunt qui tantum mali crede-
re velint: cum omni deteſtatione illis anathema dici-
mus. In omni opere bono nõ nos incipimus & poſt- *Initiũ me-*
ea per dei miſericordiam adiuuamur, ſed ipſe nullis *ritorũ ra-*
præcedentibus bonis meritis & fidem & amorem ſui *de.Ca.LI.*
prius inſpirat: vt & baptiſmi ſacramenta fideliter requi-
ramus, & poſt baptiſmũ cum ipſius adiutorio ea quæ ſi-
bi ſunt placita implere poſsimus. Vnde manifeſtiſsime *Luca.23.*
credendum eſt, quod & illius latronis quem dominus
ad

Act.10. Luca.19.

A ad paradiſi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis ad quem angelus domini miſſus eſt: Zachæique qui ipſum dominum ſuſcipere meruit illa tam admirabilis fides non fuerit de natura,ſed diuinæ gratię largitate donata.

Qui ſint babendi p baptizatis. Cap.LII. Ephe.4. Matth.28. De conſe. diſt.4.cap. ÿ quis apud †morem.

Baptiſma vnum eſt,ſed in eccleſia,vbi vna fides eſt, vbi in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti datur. Et ideo ſi qui apud illos hæreticos baptizati ſunt qui in ſanctæ Trinitatis confeſsione baptizant, & veniunt ad nos,recipiātur quidem vt baptizati, ne ſanctæ Trinitatis inuocatio vel cōfeſsio annulletur:ſed doceantur integre & inſtruantur,quo ſenſu ſanctę Trinitatis myſterium in eccleſia teneatur: & ſi conſentiunt credere vel acquieſcunt confiteri, purgati iam fidei integritate cōfirmentur manus impoſitione. Si vero paruuli ſunt vel hebetes qui doctrinam non capiant, reſpōdeant pro illis qui eos offerunt iuxta nomen†baptizandi:& ſic manus impoſitione & chriſmate communiti, Euchariſtiæ myſteriis admittantur.Illos autem qui non ſanctæ Trinitatis inuocatione apud hæreticos baptizati ſunt, & vèniunt ad nos,baptizari debere pronunciamus,nō rebaptizari. Neque enim credendum eſt eos fuiſſe baptizatos, qui nō in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti B iuxta regulā à domino poſitam tincti ſunt:vt ſunt Paulini,Prociani,Borboritæ,Siphori qui nūc vocātur Bonoſiani,Photiniani,Montani & Manichæi,variaq; impietatis germina:vel cæteræ iſtorum originis ſiue ordinis peſtes, quæ duo principia ſibi ignota introducūt, vt Cerdon & Marcion:vel contraria, vt Manichæus: vel tria & Barbara,vt Setianus & Theodoſius:vel multa,vt Valentinus: vel Chriſtum hominem fuiſſe abſque deo, vt Cerinthus,Hebion,Artemon & Photin⁹. Ex iſtis, inquam, ſi qui ad nos venerint, non requirendum ab eis vtrum baptizati ſint an non,ſed hoc tantum,ſi credant eccleſiæ fidem, & baptizentur eccleſiaſtico baptiſmate.

De Eucharistia. Cap. LIII. de cōſ. diſt. 2.ca.quotidie. 4.ſen. diſt. 12. cap. inſtitutū eſt.

Quotidie Euchariſtiæ cōmunionem percipere nec laudo nec reprehēdo. Omnibus tamen dominicis diebus cōmunicandum ſuadeo & hortor, ſi tamen mens ſine affectu peccandi ſit. Nam habentem adhuc voluntatem peccādi,grauari magis dico Euchariſtiæ perceptione quàm purificari. Et ideo quāuis quis peccato mordeatur,peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus ſatisfaciat lachrymis & orationibus: & cōfidens de domini miſeratione,qui peccata piæ cō- C feſsioni donare conſueuit,accedat ad Euchariſtiam intrepidus & ſecurus. Sed hoc de illo dico quem capitalia & mortalia peccata nō grauāt. Nā quem mortalia crimina poſt baptiſmum commiſſa premunt,hortor prius publica pœnitentia ſatisfacere, & ita ſacerdotis iudicio reconciliatum cōmunioni ſociari, ſi vult non ad iudicium & cōdemnationem ſui Euchariſtiā percipere.Sed & ſecreta ſatisfactione ſolui mortalia crimina non negamus,ſed mutato prius ſeculari habitu, & confeſſo religionis ſtudio per vitæ correctionē, & iugi immo perpetuo luctu miſerante deo,ita duntaxat, vt cōtraria pro iis quæ pœnitet agat, & Euchariſtiam omnibus dominicis diebus ſupplex & ſubmiſſus vſq; ad mortem percipiat.

De pœnitētia. Cap. LIIII. 4.ſen. diſt. 14. cap. 1. Et di.15.c.

Pœnitentia vera, eſt pœnitenda non admittere, & admiſſa deflere. Satisfactio pœnitentiæ, eſt cauſas peccatorū excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere.

His reſponderi. De diuinis promiſsionibus. C.LV.

In diuinis promiſsionibus nihil terrenum vel tranſitorium expectemus,ſicut Militani ſperant. Nō nuptiarum copulam ſicut Cerinthus & Marcion delirant. Non quod ad cibum vel ad potum pertinet, ſicut Papiæ,authore Hirenæo, & Tertullianus & Lactantius acquieſcunt. Neque poſt mille annos poſt reſurrectionem regnum Chriſti in terra futurum, & ſanctos cum D illo in deliciis regnaturos ſperemus, ſicut Nepos docuit,qui primam iuſtorum reſurrectionem,& ſecūdam impiorum confinxit. Et inter has duas mortuorum reſurrectiones, gentes ignorantes deum in angulis terrarum in carne ſeruandas.Quę poſt mille annos regni in terra iuſtorum, inſtigante diabolo mouendæ ſunt ad pugnam contra iuſtos regnantes: & domino pro iuſtis pugnante imbre igneo compeſcendas: atque ita mortuas, cum cæteris in impietate antè mortuis ad æterna ſupplicia in incorruptibili carne reſuſcitandas.

Quod nullus ſaluetur, niſi deo auxiliante operari. Cap. LVI.

Nullum credimus ad ſalutē niſi deo inuitante venire. Nullum inuitatum ſalutem ſuam niſi deo auxiliante operari. Nullum niſi orantem auxilium promereri. Nullum dei volūtate perire, ſed per ſeipſum pro electione arbitrij,ne ingenuitatis libertas atque poteſtas ſemel homini attributa ad ſeruilem cogatur neceſsitatem.

Quod malū non ſit à deo. Cap. LVII. 2.ſen. diſt. 35.cap. quocirca.

Malum vel malicia non eſt à deo creata, ſed à diabolo inuēta,quia & ipſe bonus à deo creatus eſt. Sed quia libero arbitrio vtpote rationalis creatura à deo commiſſus eſt,& cogitandi acceperat facultatem, ſcientiam boni vertit ad malum: & multa cogitando factus eſt inuentor mali: & quod in ſe perdiderat, inuidit in aliis: nec contentus ſolus perire, ſuaſit aliis, vt qui eſſet ſuæ mali- E ciæ inuentor,fieret & aliorum author: & ex eo malum vel malicia percurrit in cæteras rationales creaturas.

Nihil non mutabile præter deū. Ca. LVIII. Stabilitas in angelis. Cap. LIX.

Vnde cognoſcimus nihil eſſe natura immutabile, niſi ſolum deum patrem & filium & ſpiritum ſanctum, qui mutari non poteſt à bono,quia natura poſsidet bonum,nec poteſt aliud quid eſſe quàm bonum. Angeli vero qui in illa qua creati ſunt beatitudine perſeuerant,non natura poſsident bonum vt non mutarentur cum cæteris, ſed arbitrij ſeruantes bonam voluntatem, & bonum conditionis, & fidem ſuo domino. Propter quod & merito ab ipſo domino ſancti angeli vocātur, quòd tenuerunt arbitrij ſanctitatē,nec ſociorum exemplo deuiauerunt à bono.

Natura nihil eſt malū. Cap.LX. Ioan.8.

Fides vera quę eſt catholica omnium creaturarum ſiue ſpiritaliū ſiue corporalium bonam confitetur ſubſtantiam, & mali nullam eſſe naturam:quia deus qui vniuerſitatis eſt cōditor,nihil non bonū fecit. Vnde & diabolus bonus eſſet, ſi in eo quod factus eſt permaneret. Sed quia naturali excellentia male vſus eſt, & in veritate non ſtetit, non in contrariam ſubſtantiam tranſiit, ſed à ſummo bono cui debuit ad- F hærere,diſceſsit.

Fœlicitas angelorum. Cap.LXI.

Virtutes angelicæ quæ in diuino amore fixæ perſtiterunt lapſis ſuperbiētibus angelis, hoc munere retributionis acceperūt, vt nulla iam rubigine ſurripientis culpæ mordeantur: vt & in contemplatione cōditoris ſine fœlicitatis fine permaneant, & in hoc ſic conditæ æterna ſtabilitate ſubſiſtant.

Libera voluntas angelorum. Cap. LXII.

Tales creati ſunt angeli, vt ſi vellent in beatitudinis luce perſiſterēt. Si autem vellent, etiam labi potuiſſent. Vnde & Satan cū ſequentibus legionibus cecidit. Sed poſt eius lapſum ita confirmati ſunt angeli qui perſtiterunt, vt cadere omnino nō poſſent, quia ne omnino iam caderent, virtutem incōmutabilitatis acceperunt.

Nuptiæ. Cap.LXIII.

Bonę ſunt nuptiæ, ſed cauſa filiorum & compeſcendæ fornicationis obtentu.

Continētia. Ca. LXIIII.

Melior eſt continentia,ſed non ſibi ſufficit ad beatitudinem ſi pro ſolo amore pudicicię retinetur, ſed ſi & cum affectu cauſa vacādi domino eligatur, alioquin diuortium magis coniugi videbitur eſſe, quàm appetitio caſtitatis.

Virginitas. Cap.LXV.

Virginitas vtroque bono præcelſior eſt,quia & naturā vincit & pugnam. Naturam, corporis integritate: pugnam,pace caſtimoniæ, quę pro ſolo amore pudiciciæ in pace eſt.

Ciborū delectus. Ca. LXVI.

Bonum eſt cibum

cum

G cum gratiarum actione ſumere, & quicquid deus præcepit edendum eſt. Abſtinere autem ab aliquibus non quaſi à malis, ſed quaſi non neceſſariis, non eſt malum. Moderari vero vſum pro neceſsitate & tempore, proprie Chriſtianorum eſt. Malas vero dicere nuptias vel fornicationi comparãdas aut ſtupro: cibos quoque credere malos, vel malicias cauſare percipientibus, non eſt Chriſtianorum, ſed proprie Hierachitarum & Manichæorum. Sacratæ vero virginitati nuptias coæquare, aut pro amore caſtigandi corporis, abſtinentibus à vino vel carnibus nil credere meriti accreſcere, non hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt. Integra fide credẽdum eſt, beatam Mariam dei Chriſti matrem, & virginem concepiſſe, & virginẽ genuiſſe, & poſt partum virginem permanſiſſe. Nec eſt blaſphemiæ Heluidij acquieſcendum qui dixit, Fuit virgo ante partum, non virgo poſt partum. Elementa, id eſt cœlum & terram non credamus abolenda per ignem, ſed in melius commutanda, figurã quoque mundi, id eſt imaginem, non ſubſtantiam tranſituram. Bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare. Melius eſt pro intẽtione ſequendi dominum in ſimul donare, & abſolutũ ſolicitudine cum Chriſto egere. H Maritum duarum poſt baptiſmum matronarum clericum non ordinandum. Neque eum quis vnã quidem, ſed cõcubinam non matronam habuit: Nec illum qui viduam, aut repudiatam, vel meretricẽ in matrimonio ſumpſit. Neque eum qui ſemetipſum quolibet corporis ſui mẽbro indignatione aliqua vel iuſto iniuſtôve timore ſuperatus truncauerit. Neque illũ qui vſuras accepiſſe conuincitur, aut in ſcena luſiſſe dinoſcitur. Neque eum qui publica pœnitẽtia mortalia crimina deflet. Neque illum qui aliquando in furiam verſus inſaniuit, vel afflictione diaboli vexatus eſt. Nec eum qui per ambitionẽ ad imitationem Simonis magi pecuniã offert. Sanctorum corpora & præcipue beatorum martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra ſynceriſsime honoranda, & baſilicas eorum nominibus appellatas velut loca ſancta diuino cultui mancipata, affectu piiſsimo & deuotione fideliſsima adeũdas credimus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non I Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilãtianus creditur.

Baptizatis tantum iter eſſe ſalutis credimus, Nullum catechumenum, quanuis in bonis operibus defunctum vitam æternam habere credimus, excepto martyrio vbi tota baptiſmi ſacramenta cõplentur. Baptizandus confitetur fidem ſuam coram ſacerdote, & interrogatus reſpondet: hoc & martyr coram perſecutore facit, qui & confitetur fidem ſuam, & interrogatus reſpondet. Ille poſt cõfeſsionem vel aſpergitur aqua vel intingitur: & hic vel aſpergitur ſanguine, vel cõtingitur igne. Ille manus impoſitione põtificis accipit ſpiritum ſanctum: hic habitaculum efficitur ſpiritus ſancti, dum non eſt ipſe qui loquitur., ſed ſpiritus patris qui loquitur in illo. Ille communicat Euchariſtiæ in commemoratione mortis domini: hic ipſi Chriſto commoritur. Ille confitetur ſe mundi actibus renunciaturum: hic ipſi renunciat vitæ. Illi peccata omnia dimittuntur: in iſto extinguuntur.

In Euchariſtia non debet pura aqua offerri, vt quidam ſobrietatis falluntur imagine, ſed vinũ cum aqua mixtum: quia & vinũ fuit in redemptionis noſtræ myſterio, cum dixit, Non bibam amodo de hoc genimine vitis: & aqua mixtum, non quod poſt cœnam dabatur, ſed quod de latere eius lancea perfoſſo aqua cum ſanguine egreſſa, vinum de vera eius carnis vite cum aqua expreſſum oſtenditur. Bona eſt caro noſtra & valde bona, vtpote à bono ſolo deo condita, & non eſt mala, K vt volunt Sethianus & Ophianus & Patricianus: nec mali cauſa, vt docuit Florianus: nec ex malo & bono compacta, vt Manichæus blaſphemat. Sed cum ſit creatione bona, arbitrio animæ efficitur nobis vel bona vel mala, non immutatione ſubſtãtiæ, ſed executionis mercede. Ipſa enim eſt quæ ſtabit ante tribunal Chriſti, in quo perferat anima propria corporis prout geſsit ſiue bonũ ſiue malum. In reſurrectione ex mortuis ſexus forma non mutabitur, ſed vir mortuus reſurget in forma viri, & fœmina in forma fœminæ, Carens tamen ſexuum in hac vita conditione, non ſpecie naturali, ne non ſit vera reſurrectio ſi non id reſurget quod cadit.

Ante paſsionem domini omnes animæ ſanctorum in inferno ſub debito præuaricationis Adę tenebantur, donec authoritate domini per indebitam eius mortem à ſeruili conditione liberarentur. Poſt aſcenſionem domini ad cœlos, omnium ſanctorũ animæ cum Chriſto ſunt, & exeuntes de corpore ad Chriſtum vadunt, expectãtes reſurrectionem corporis ſui, vt ad integram & perpetuam beatitudinem cum ipſo pariter immutentur: ſicut & peccatorum animæ in inferno ſub timore poſitæ, expectant reſurrectionem ſuis corporis, vt cum L ipſo ad pœnam detrudantur æternam. Pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus etiam ſi in vltimo vitæ ſpiritu admiſſorum pœniteat, & publica * lamentatione peccata prodantur, quia propoſitum dei, quo decreuit ſaluare quod perierat, ſtat immobile: & ideo quia voluntas eius nõ mutatur, ſiue emendatione vitæ ſi tempus conceditur, ſiue ſupplici * confeſsione ſi continuo vita exceditur, venia peccatorũ fideliter præſumatur ab illo, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur à perditione pœnitẽdo, & ſaluatus miſeratione domini viuat. Si quis aliter de iuſtiſsima dei pietate ſentit, non Chriſtianus, ſed Nouatianus eſt. Internas animæ cogitationes diabolum non videre certi ſumus, ſed motibus eas corporis ab illo & affectionum indiciis colligi experimento didicimus. Secreta autem M cordis ſolus ille nouit ad quem dicitur, Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Non omnes malæ cogitationes noſtrę ſemper diaboli inſtinctu excitantur, ſed aliquotiens ex noſtri arbitrij motu emergunt. Bonæ autem cogitationes ſemper à deo ſunt. Dæmones per energicam operationem non credimus ſubſtantialiter illabi animæ, ſed applicatiõe & oppreſsione vniri. Illabi autem menti illi ſoli poſsibile eſt qui creauit, qui natura ſubſiſtens incorporeus, capabilis eſt ſuæ facturæ.

Signa & prodigia & ſanitates etiã peccatores in nomine domini facere ab ipſo deo didicimus, & cũ alios hac præſumptione iuuent, ſibi per ambitionem humanæ gloriæ nocent: quia gloriãtur in dato falſo, nõ meritis debito. Signis & prodigiis clarũ poſſe fieri Chriſtianum, non tamen ſanctum, ſi intemperatis & aſperis moribus agat: temperatis autem & placidis moribus etiam abſque ſignorum efficacia, & ſanctũ & perfectum & dei hominem fieri recte credimus. Nullus ſanctus & iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus cum affectu teneat ſanctitatem. Non enim naturæ humanæ viribus, ſed propoſiti adiumento per dei gratiam acquirimus ſanctitatem. Et ideo veraciter ſe omnes ſancti pronunciant peccatores, quia in veritate habent quod plangant, & ſi non reprehenſione conſcientiæ, certe mobilitate & mutabilitate præuaricatricis naturæ. Paſcha, id eſt dominicæ reſurrectionis ſolennitas, ante tranſgreſſum vernalis æquino-

Nuptiæ & cibus. Cap. LXVII.
Merita ex abſtinẽtia. C.LXVIII.
Beatã virginẽ ſemper fuiſſe virginem. Cap. LXIX.
De elemẽtis mundi. Ca. LXX.
Matth. 19.
De facultatibus erogã dis. Ca. LXXI.
Impedimẽta clericat. Ca. LXXII.
Diſ. 50. ca. ex pœnitẽtibus.
Acto. 8.
De reliquiis ſanctorum. C.LXXIII.
De catechumenis defunctis & martyribus non baptizatis. Cap. LXXIIII.
de cõſe. di. 4. ca. Catechumenũ. Et. 4. ſẽ. di. 4. cap. His autem.
Matth. 10.
Qualiter Euchariſtia offeratur. Cap. LXXV.
Matth. 26. Ioan. 16.
De humana carne. C. LXXVI.

1. Corin. 5.
Reſurrectio C. LXXVII
Animæ ſãctorũ ante paſsionem. Caput LXXVIII.
Animæ ſãctorum poſt aſcenſionẽ. C. LXXIX.
De peccatorũ venia. Ca. LXXX.
** aliàs ſupplici.*
Luca. 19.
** al. publica.*
Ezech. 18. & 33.
Quod diabolũ lateãt cogitationes. Cap. LXXXI.
Cogitationes. Cap. LXXXII.
2. Parali. 6.
Dæmones quo modo occupãt homines. Ca. LXXXIII.
2. ſen. di. 8. cap. Illud.
De ſignis & virtutibus. Cap. LXXXIIII.
Matth. 7.
Quod nullus ſignis ſanctus fit. C. LXXXV
Sãcti quoque peccatores. Cap. LXXXVI.
Paſcha. Caput LXXXVII.

A &ij & quartædecimæ lunæ perfectionem, nō poteſt celebrari, in eodem menſe natæ. Propter nouellos legiſlatores, qui ideo animam tantum ad imaginem dei creatam dicunt, vt quia deus incorporeus recte creditur, etiam incorporea anima eſſe credatur, libere confitemur, imaginem in æternitate, ſimilitudinem in moribus inueniri.

Imago dei anima. Ca. LXXXVIII.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI cenſura in librum, de fide ad Petrum.

NEc hunc librum eſſe Auguſtini in primis arguit ipſa phraſis, primum abiectior quàm eſt illius, ad hoc impurior. Nec enim ille vnquam dixiſſet pergere Hieroſolymam, pro eo quod eſt proficiſci. Et toties hic repetitur, firmiſſime tene & nullatenus dubites, non ſimplici vicio Latinitatis. Accedit, quod huius operis, quum ſit iuſtum volumen, non meminit in Retractationibus, & tamen nec epiſtola videri poteſt, nec popularis tractatus. Præterea toties hic iteratur, infantes qui circa baptiſmum hinc deceſſerint, æternis ignibus cruciandos: quod aliàs apud Auguſtinum nuſquam legi, licet pœnæ, damnationis & interitus vocabulis vtatur B *frequenter. Nam damnatus dicitur & qui damno afficitur, & perire qui ſalutem illam beatam non aſſequitur. Poſtremo ſic exordiens loquitur, quaſi Syria ſit magis obnoxia hæreticis quàm Africa, quum in Africa præter illas communes hæreſeis, regnarent etiam Manichæi, Donatiani, Circuncelliones & Pelagiani. Videtur & hoc opus collectum ex Auguſtini lucubrationibus.*

DIVI AVRELII AVGVSTINI LIBER VNVS de fide ad Petrum diaconum.

PROLOGVS.

EPISTOLAM fili Petre tuę charitatis accepi. In qua te ſignificaſti velle Hieroſolymam pergere, & poſtulaſti te literis noſtris inſtrui, quam debeas in illis partibus veræ fidei regulam tenere, vt nullus tibi poſsit ſenſus hæreticæ ſubrepere falſitatis. C Gaudeo quidem quòd pro fide vera ſine vllo perfidiæ vicio cuſtodiēda ſolicitudinem geris, ſine qua nulla poteſt prodeſſe, immo nec eſſe conuerſio. Apoſtolica quippe dicit authoritas, quia ſine fide impoſsibile eſt placere deo. Fides nanque eſt bonorum omnium fundamentum. Fides eſt humanę ſalutis initiū. Sine hac fide nemo ad filiorum dei numerū poteſt peruenire: quia ſine ipſa nec in hoc ſeculo quiſquam iuſtificationis gratiam conſequitur, nec in futuro vitam poſsidebit æternā. Et ſi quis hic non ambulauerit per fidem, non perueniet ad ſpeciem. Sine fide omnis labor hominis vacuus eſt. Tale quippe eſt, vt ſine vera fide quiſque velit deo per contemptum ſeculi placere: quale ſi quiſquam tendens ad patriam, in qua ſe ſcit beatè eſſe victurum, relinquat itineris rectitudinē, & improuidus ſectetur errorem: quo non ad beatam ciuitatem perueniat, ſed in præcipitium cadat, vbi non gaudium peruenienti detur, ſed cadenti interitus inferatur. Veruntamen vt de fide ſufficiēs ſermo promatur, nec temporis ſuffragatur ſpacium, quia celeriter noſtrum cupis habere reſponſum, & tam magnum eſt huius diſputationis opus, vt à magnis vix poſſit impleri. Neque enim popoſciſti ſic te debere de fide D inſtrui, vt vnam quamlibet hæreſim deſignares, contra quam ſpecialiter noſtræ diſputationis vigilaret intentio: ſed cum indefinite definitionū fidei petis, eámque cupis etiam ſub breuitate concludi, vides proculdubio quàm ſit nobis impoſsibile, vt rem tantam in breui plene comprehendamus. Cui ſufficientes eſſe non poſſumus, etiam ſi tantum ſpacium temporis, & tale nobis eſſet ingenium, vt multa voluminum de hoc quod à nobis expetis, facere valeremus. Sed quia deus prope eſt omnibus inuocātibus eum in veritate, qui verbū conſummans & breuiās fecit ſuper terram, ſpero, quia ſicut tibi dedit huius fidei ſanctam ſolicitudinem, ſic etiam mihi, vt tuo tam bono támque laudabili ſeruiam deſiderio, ſufficientem tribuet facultatem: vt etſi nō potuero cuncta dicere, ex quibus omnis error hæreticus poſſit agnoſci: & agnitus vel conuinci valeat vel vitari: tamen in nomine atque adiutorio ſanctæ Trinitatis, quę vnus ſolus verus & bonus eſt deus, ea dicam in quibus ſaltem magna ex parte rationem fidei catholicæ cōſtet ſine aliqua erroris caligine contineri: quibus retētis poteris & illa deprehendere atque fugere: quæ etſi in hoc opere non videntur ſpeciali diſputatione conuinci, tamen E ex iis quæ hic generaliter atque abſolute ponētur, appareant illa quæ infideles homines auribus ſolent ſuſurrare fidelium, nō regula diuinæ veritatis tradita, ſed nequicia humani erroris inuenta.

Hebræ. 11. Fides. Pſal. 144. Eſaia. 10. Rom. 9.

QVocunque igitur loco fueris conſtitutus, quia ſecundum regulam noſtri Saluatoris imperio promulgatam, noſti te in vno patris & filij & ſpiritus ſancti nomine baptizatum, principaliter atque indubitanter toto corde retine, patrē deum, filium deum, & ſpiritum ſanctum deum, id eſt ſanctam atque ineffabilem Trinitatem vnum eſſe naturaliter deum, de quo in Deuteronomio dicitur: Audi Iſraël, dominus deus tuus deus vnus eſt. Et, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Veruntamen quia iſtum vnum deum, qui ſolus eſt verus naturaliter deus, non patrem ſolum, neque filium ſolum, neque ſolum ſpiritum ſanctum, ſed ſimul patrē & filium & ſpiritum ſanctum diximus eſſe, cauendum eſt ne ſicut patrem & filium & ſpiritum ſanctum vnum deum eſſe, quantum ad naturalem attinet vnitatem, veraciter dicimus: ſic F eum qui pater eſt, eundem vel filium vel ſpiritum ſanctum, aut eum qui filius eſt, ſiue patrem ſiue ſpiritū ſanctum, aut eum qui ſpiritus ſanctus pruprie in confeſsione huius Trinitatis dicitur, vel patrem vel filium perſonaliter dicere ſiue credere, quod omnino nefas eſt, audeamus. Fides enim quam ſancti Patriarchę atque Prophetæ ante incarnationem filij dei diuinitus acceperūt, quam etiam ſancti Apoſtoli ab ipſo domino in carne poſito audierunt, & ſpiritus ſancti magiſterio inſtructi, non ſolum ſermone prædicauerunt, verumetiam ad inſtructionem ſaluberrimam poſterorum ſcriptis ſuis inditam reliquerunt, vnum deum prædicat Trinitatem, id eſt patrem & filium & ſpiritum ſanctum. Sed Trinitas vera non eſſet, ſi vna eademq́ꝫ perſona diceretur pater & filius & ſpiritus ſanctus. Si enim ſicut eſt patris & filij & ſpiritus ſancti vna ſubſtantia, ſic eſſet vna perſona, nihil omnino eſſet in quo veraciter Trinitas diceretur. Rurſus quidem Trinitas eſſet vera, ſed vnus deus Trinitas ipſa non eſſet, ſi quemadmodum pater & filius & ſpiritus ſanctus perſonarū ſunt abinuicem proprietate diſtincti, ſic fuiſſent naturarum quoque diuerſitate diſcreti.

Trinitas. Cap. I. Matth. 28. Deute. 6. Matth. 4.

G diſcreti. Sed quia in illo vno vero deo Trinitate, non
ſolum quòd vnus deus eſt, ſed etiam quòd Trinitas eſt,
naturaliter verum eſt, propterea ipſe verus deus in per-
ſonis Trinitas eſt, & in vna natura vnus eſt. Per hanc v-
nitatem naturalem totus pater in filio & ſpiritu ſancto
eſt, totus filius in patre & ſpiritu ſancto eſt, totus quoq;
ſpiritus ſanctus in patre & filio. Nullus horũ extra quẽ-
libet ipſorum eſt, quia nemo alium aut præcedit ęterni-
tate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate: quia
nec filio nec ſpiritu ſancto quantum ad naturæ diuinæ
vnitatem pertinet, aut anterior, aut maior pater eſt: nec
filij æternitas atque immenſitas, velut anterior aut ma-
ior ſpiritus ſancti immenſitatem ęternitatemq; aut prę-
cedere aut excedere naturaliter poteſt. Sicut ergo nec
filius poſterior aut minor eſt patre, ita nec ſpiritus ſan-
ctus poſterior aut minor eſt filio. Aeternũ quippe & ſi-
ne initio eſt, de patris natura natus exiſtit: & æternũ ac
ſine initio eſt, quòd ſpiritus ſanctus de natura patris fi-
liique procedit. Ob hoc ergo tres, vnum recte credimus
& dicimus deum, quia vna prorſus æternitas, vna im-
menſitas, & vna naturaliter eſt trium perſonarum diui-
H nitas. Teneamus igitur patrẽ & filium & ſpiritum ſan-
ctum vnum eſſe naturaliter deum, neque tamen ipſum
patrem eſſe qui filius eſt, neque filium ipſum eſſe qui pa-
ter eſt, nec ſpiritum ſanctum ipſum eſſe qui pater aut fi-
lius eſt. Vna enim eſt patris & filij & ſpiritus ſancti eſ-
ſentia quàm Græci ὀυσίαν vocant, in qua non eſt aliud
pater, aliud filius, aliud ſpiritus ſanctus, quãuis perſona-
Gene.1. liter ſit alius pater, alius filius, alius ſpirit⁹ ſanctus. Quod
nobis maxime in ipſo ſanctarum ſcripturarũ initio de-
mõſtratur, vbi deus dicit, Faciamus hominem ad ima-
ginem & ſimilitudinem noſtrã. Cum enim in ſingulari
numero dicit, imaginem, oſtendit vnam naturam eſſe,
ad cuius imaginem homo fieret, Cum vero dicit plura-
liter, noſtram, oſtendit eundem deum ad cuius imagi-
nem homo fiebat, non vnam eſſe perſonam. Si enim in
illa vna natura patris & filij & ſpiritus ſancti vna eſſet
perſona, non diceretur ad imaginem noſtram, ſed ad
imaginẽ meam, nec dixiſſet faciamus, ſed faciam. Si ve-
ro in illis tribus perſonis tres eſſent intelligẽdæ vel cre-
dendæ ſubſtantiæ, non diceretur, ad imaginẽ noſtram,
ſed ad imagines noſtras. Vna enim imago trium natu-
rarum inæqualium eſſe non poſſet, Sed dum ad vnam
I imaginem vnius dei homo factus dicitur, vna ſanctæ
Trinitatis eſſentialiter diuinitas intimatur. Denique &
paulopoſt pro eo quod ſuperius dixerat, Faciamus ho-
minem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ſic ho
minem factũ ſcriptura narrauit vt diceret, Et fecit deus
hominem, ad imaginem dei fecit eum. Hanc Trinita-
tem perſonarum atque vnitatem naturæ Propheta E-
ſaias reuelatã eſſe ſibi non tacuit, cum ſe dicit ſeraphin
Eſa.6. vidiſſe clamãtia, Sanctus ſanctus ſanctus dominus deus
ſabaoth, Vbi prorſus in eo quòd dicitur tertio ſanctus,
perſonarum Trinitatẽ, in eo vero quòd dicitur ſemel,
dominus deus ſabaoth, diuinæ naturæ cognoſcimus v-
nitatem. In illa igitur ſancta Trinitate, quæ ideo à no-
bis repetitur toties, vt noſtro cordi tenacius infigatur,
vnus eſt deus pater, qui ſolus eſſentialiter de ſeipſo vnũ
filium genuit, & vnus filius qui de vno patre ſolus eſt eſ-
ſentialiter genitus, & vnus ſpiritus ſanctus qui ſolus eſ-
ſentialiter de patre filioque procedit. Hoc autem totum
vna perſona nõ poſſet, ſcilicet gignere ſe, & naſci de ſe,
& procedere de ſe. Quia igitur aliud eſt genuiſſe quàm
natum eſſe, aliudq; eſt procedere quàm genuiſſe vel na-
tum eſſe, manifeſtum eſt, quoniã alius eſt pater, alius fi-
lius, alius ſpiritus ſanctus. Trinitas itaq; ad perſonas pa- K
tris & filij & ſpiritus ſancti refertur, vnitas ad naturam.

Sicut ergo ſecundum illam diuinitatem, qua vnum *Humani-*
ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus, neque patrem na- *tas Chriſti.*
tum credimus, neque ſpiritum ſanctum, ſed ſolũ filium; *Cap.II.*
ſic etiam ſecũdum carnem ſolum filium natum catho-
lica fides & credit & prædicat. Neque enim in illa Tri-
nitate proprium eſſet ſolius patris, quia nõ eſt natus ip-
ſe, ſed vnum filium genuit: neque proprium ſolius filij,
quia non genuit ipſe, ſed ſolus de patris eſſentia natus
eſt: neque proprium ſpiritus ſancti, quia nec natus eſt
ipſe, nec genuit, ſed ſolus de patre filioque procedit: ſi
ſecundum diuinam quidem naturã deus pater de nul-
lo naſceretur deo, ſecundum carnem tamen ipſe naſce-
retur ex virgine. Si enim pater naſceretur de virgine, v-
na perſona eſſet pater & filius: ipſa autem vna perſona,
pro eo quia non de deo, ſed tãtum de virgine naſcere-
tur, non dei filius, ſed tantũ hominis filius veraciter di-
ceretur. Ipſe autem dei filius dicit, quia ſic dilexit deus
mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Et iterum,
Non enim miſit deus filium ſuum in mundum vt iudi- *Ioan.3.*
cet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum, Nec L
beatus dixiſſet Ioannes. Qui diligit genitorem, diligit *1.Ioan.5.*
& eum qui natus eſt ex eo. Nec ipſe filius dixiſſet, Pater *Ioan.5.*
meus vſq; modo operatur & ego operor. Ipſe enim qui
filius dicitur, ſi idem eſſet & pater, non veraciter dei fi-
lius diceretur, quia non de deo, ſed de ſola virgine na-
ſceretur. Ad extremũ nec ipſe pater de cœlo teſtaretur,
& ſuum corporali voce filium demõſtraret dicens, Hic *Matth.3.*
eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.
Apoſtolus quoque non dixiſſet de deo patre, Qui pro- *Roma.8.*
prio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tra-
didit illum. Sed quoniam omnia iſta diuinitus ad no-
ſtram doctrinam dicta ſunt, & quia diuina dicta ſunt,
vtique vera ſunt: verum eſt quod fides catholica prædi-
cat, & ſecũdum diuinitatem de patre natum eſſe ſolum
filium æternum cum patre, immortalem, impaſſibilem
atque incommutabilem deum, & ſecundum carnem
non patrem, ſed vnigenitum eius filium, ſalua æternita-
te ſua temporaliter natum, ſalua impaſſibilitate ſua paſ-
ſum, ſalua immortalitate ſua mortuum, ſalua incõmu-
tabilitate ſua, quia deus verus & vita æterna eſt, veraci-
ter ſuſcitatum. Qui totum habet commune cum patre
quod æternus naturaliter ſine initio habuit: & nihil ha- M
bet cõmune cum patre eorum quæ in ſuam perſonam
temporaliter atque humiliter ille æternus atq; excelſus
accepit de virgine. Vna enim perſona eſſet pater & fi-
lius: ipſa autem vna perſona, pro eo quia nõ de deo, ſed
tantum de virgine naſceretur, non dei filius. Rurſus ſi
nõ ille qui proprius atq; vnigenitus dei patris filius eſt,
ſed ſpiritus ſanctus naſceretur ex virgine, nõ ipſum qui
factus eſt ex muliere, factus ſub lege, natũ de ſpiritu ſan-
cto ex Maria virgine, in ſymbolo acceptũ, & corde ad
iuſticiam crederet, & ore ad ſalutẽ ſancta eccleſia con-
fiteretur, Sed & ipſe ſpiritus ſanctus, qui patris & filij ſpi
ritus eſt, formã ſerui acciperet, non ipſe ſpiritus ſanctus
ſuper ſeipſum hominem factum in columbę ſpecie cœ-
litus adueniret. Pater ergo deus de nullo genit⁹ deo, ſe- *Marci.3.*
mel de ſua natura ſine initio genuit filium deum ſibi æ-
qualem, & eadem qua ipſe naturaliter æternus eſt diui-
nitate coæternum. Sed idem deus filius cum ſit æternus
& verus, & cum patre ſecundum diuinitatem naturali-
ter vnus deus eſt, ſecundum hoc quod dicit, Ego & pa- *Ioan.10.*
ter vnum ſumus, idem pro nobis eſt homo factus verus
& plenus: In eo verus, quia veram habet deus ille huma-

nam

A nam naturam, in eo vero plenus, quia & carnem huma
nam ſuſcepit, & animã rationalem. Idem tamẽ vnige-
nitus deus natus eſt ſemel ex patre, ſemel ex matre. Na-
tus eſt enim de patre de⁹ verbũ, natus eſt ex matre ver-
bum caro factũ. Vnus ergo eſt atq; idem deus dei filius
natus ante ſecula, & natus in ſeculo, & vtraque natiuitas
vnius eſt filij dei. Diuina, ſecundũ quam creator in for-
ma dei coæternus patri deus eſt: humana, ſecundũ quã
Philip. 2. ſemetipſum exinaniens, & formam ſerui accipiens, nõ
ſolum in cõceptu materni vteri ſemetipſum dũ homo
fieret, eadem ſeruilis formę ſuſceptione formauit: verũ-
etiam de eodẽ matris vtero idẽ deus homo factus exi-
uit, & in cruce idem deus homo factus pependit, & in
ſepulchro idem deus homo factus iacuit, & ab inferis
idem deus homo factus tertio die reſurrexit, ſed in ſe-
pulchro ſecundum ſolam carnem idem deus iacuit, &
in infernum ſecundum ſolam animam deſcendit. Qua
de inferis ad carnem die tertia reuertente, idẽ deus ſe-
Acto. 1. cundum carnem quæ in ſepulchro iacuit, de ſepulchro
reſurrexit: & quadrageſimo poſt reſurrectionẽ die, idẽ
deus homo factus, ad cœlum aſcendens in dextera dei
ſedit, inde in fine ſeculi ad iudicandos viuos mortuóſ-
Ioan. 1. que venturus. Verbum ergo caro factum, vnus eſt filius
B dei dominus Ieſus Chriſtus, mediator dei & hominũ.
1. Timo. 2. Idcirco autem mediator, quia idem deus atq; homo ve-
rus, habens cum patre vnam diuinitatis naturam, & hu
manitatis vnam cum matre ſubſtantiam: habens ex no-
bis vſque ad mortem iniquitatis noſtræ pœnam, habẽs
incommutabilẽ de deo patre iuſticiam: propter iniqui-
tatem noſtram temporaliter mortuus, propter iuſticiã
ſuam & ipſe viuus ſemper, & immortalitatem mortali-
bus largiturus. Qui perfectam quidem humanitatem
ſuam in ipſa diuinitatis ſuæ perfectione ſeruauit: verita-
tem vero mortalitatis noſtræ per ſuſceptionem mortis,
veritate atque incõmutabilitate ſuæ immortalitatis ab-
1. Petri. 3. ſorbuit. Hoc eſt quod teſtatur beatus Petrus, quia Chri-
ſtus deglutiuit mortem vt vitæ æternæ hæredes efficere
2. Timot. 1. mur. Beatus quoque Paulus docet, quia Chriſtus mortẽ
deglutierit, illuminauerit autem vitã & incorruptionẽ.
Chriſtus ergo mortẽ guſtauit, quia ver⁹ homo eſt: idem
que mortem deglutiuit, quia verus deus eſt. Ipſe quippe
ſicut dicit Apoſtolus, mortuus eſt ex infirmitate, ſed vi-
uit ex virtute dei, vnus atque idem, qui ſecundum Pro-
Pſal. 86. phetiam beati Dauid, & homo factus eſt in Siõ, & ipſe
C fundauit eam altiſsimus. Itaque nec diuinitas Chriſti a-
liena eſt à natura patris, ſecũdum id quod in principio
Ioan. 1. erat verbum, & verbum erat apud deũ, & deus erat ver-
bum. hoc erat in principio apud deũ, Omnia per ipſum
facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Nec humanitas
eius aliena eſt à natura matris, ſecundum id quod ver-
bum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Illa enim na
tura quæ ſemper genita manet ex patre, noſtram natu-
ram ſine peccato ſuſcepit, vt naſceretur ex virgine. Ne-
que enim natura æterna atque diuina, temporaliter cõ-
cipi & temporaliter naſci ex natura humana vllatenus
poſſet, niſi ſecundum ſuſceptionem veritatis humanæ,
veram temporaliter conceptionem atque natiuitatẽ in-
effabilis in ſe diuinitas accepiſſet. Sic eſt deus ęternus ac
verus, veraciter ſecundum tempus & conceptus & na-
Galat. 4. tus ex virgine. Dum enim venit plenitudo temporis,
miſit deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub le
ge, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem
filiorũ dei reciperemus: illo ſcilicet deo naturaliter fa-
cto filio hominis, qui vnus eſt naturaliter filius dei pa-
tris vnigenitus. Hoc vtique Ioannes Euangeliſta cõfir-
mans poſtquam dixit, Et verbum caro factum eſt, & ha D
bitauit in nobis: ſubſequẽter ait, Et vidimus gloriã eius, Ioan. 1.
gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veri-
tatis. Sic ille omnium ſpirituum, omniúmque corporũ,
id eſt omnium naturarum creator, & dominus, creauit
virginẽ, creandus ex virgine, & cuius ipſe factor eſt, ma
trem ſibi fecit, quando de eius carne concipiẽdus atque
pariẽdus, verã materiam* carnis deus immẽſus ac ſem- *al. naturã
piternus accepit: vt & ſecundum veritatem formæ ſer-
uilis, deus homo miſericorditer fieret, & ſecundum for
mam dei naturali veritate idem deus homo permanẽs
non careret. Sic igitur Chriſtum dei filium, id eſt, vnã
ex Trinitate perſonam deum verum crede, vt diuini-
tatem eius de natura patris natam eſſe non dubites. Et
ſic eum verum hominem crede, vt eius carnem nõ cœ-
leſtis, non aëreæ, non alterius cuiuſquam putes eſſe na-
turæ, ſed eius cuius eſt omnium hominum caro: id eſt,
quam ipſe deus homini primo de terra plaſmauit, & cę
teris hominibus plaſmat, quos per propagationẽ ex ho-
minibus creat. Sed licet caro Chriſti & omnium homi
num vnius eiuſdémque naturæ ſit: hęc tamen quã deus
verbũ ex Maria virgine ſibi vnire dignatus eſt, ſine pec
cato ſuſcepta †, ſine peccato nata eſt: vtpote ſecundum †concepta.
quam deus æternus & iuſtus miſericorditer, & cõcep- E
tus, & natus eſt, & dominus gloriæ crucifixus eſt. Qui-
bus autem verbis explicabitur carnis illius excellentia
ſingularis, cuius diuina eſt ex ipſa ſui conceptione per-
ſona, cuius origo natiuitatis inſolita: qua ſic verbũ ca-
ro factum eſt, vt vna perſona eſſet cum carne ſua vni-
genitus ac ſempiternus deus, ipſa ſuæ carnis cõceptio-
ne cõceptus. Iſtam vero cæterorum hominum carnẽm,
per humanum certum eſt naſci cõcubitum, viro ſemi-
nante, fœmina vero concipiente atque pariẽte. Et quia
dum ſibiinuicem vir muliérque miſcentur vt filios ge-
nerent, ſine libidine nõ eſt parentũ concubitus, ob hóc Libido cõ-
filiorum ex eorum carne naſcentũ non poteſt ſine pec- cubitus.
cato eſſe conceptus, vbi peccatũ in paruulos non tranſ-
mittit propagatio, ſed libido. Nec fœcunditas humanę
naturæ facit homines cũ peccato naſci, ſed fœditas libi
dinis quã homines habent ex illius primi iuſtiſsima cõ-
demnatione peccati. Ideo beatus Dauid quamuis de le-
gitimo naſceretur iuſtóq; coniugio, in quo ſcilicet nec
infidelitatis culpa, nec fornicationis macula poterat in-
ueniri: propter originale tamen peccatum, quo natura- F
liter obſtricti ſunt filij iræ, non ſolum impiorũ filij, ſed
omnes etiam qui de iuſtorũ ſanctificata carne naſcun-
tur, exclamat & dicit, Ecce enim in iniquitatibus con- Pſal. 50.
ceptus ſum, & in delictis concepit me† mater mea. Sã- †peperit.
ctus etiam Iob dicit, mundũ à ſorde nõ eſſe hominem: Iob. 25.
nec ſi vnius diei ſit vita eius ſuper terrã. Dei ergo filius
vnigenitus qui eſt in ſinu patris, vt carnẽ hominis ani-
mámq; mundaret, ſuſceptione carnis atq; animæ ratio-
nalis incarnat⁹ eſt: & qui eſt deus verus, homo verus fa-
ctus eſt, non vt alter deus eſſet, alter homo, ſed idẽ deus,
idẽ homo. Qui vt illud peccatũ quod in cõcubitu mor
talis carnis generatio humana cõtraxit, auferret, cõcep-
tus eſt nouo more, deus incarnatus in matre virgine, ſi-
ne coitu viri, ſine libidine cõcipiẽtis virginis: vt p deũ
hominẽ quem abſq; libidine cõceptũ immolatus edidit
virginis vterus, ablueretur peccatum, quod naſcẽtes tra
hũt omnes homines: quib⁹ in corpore mortis huius ta-
lis eſt naſcẽdi cõditio, vt matres eorũ fœcũditatis opus
implere nõ poſsint, niſi prius virginitatẽ carnis amiſe-
rint. Solus igitur abſtulit peccatũ conceptionis atq; na-
tiuitatis humanę deus vnigenitus, qui dum concipere-

G tur, veritatem carnis accepit ex virgine, & cum naſceretur, integritatem virginitatis ſeruauit in matre. Iſta cauſa eſt, qua deus factus eſt filius virginis Mariæ, & Maria virgo facta eſt mater vnigeniti dei: vt quē pater genuit ex æternitate, ipſum virgo conceptū proferret in tēpore. Illa vtiq; eſt virgo, quā deus qui de ea fuerat naſciturus, ita ſingulari gratia præuenit atq; repleuit, vt ipſum haberet ventris ſui fructum, quem ex initio habuit vniuerſitas dominū: & ipſum ſibi videret naſcēdi ſolennitate ſubditū, quem in vnitate paternæ ſubſtantiæ, nō ſolum humana, ſed etiam angelica creatura cognoſcit & adorat altiſsimum. Sic ergo peccatum & pœna peccati, quæ per ſcelus corruptæ mulieris intrauit in mūdū, per inuiolatę virginis partum aufertur à mundo. Et quia in conditione generis humani per mulierē quæ de ſolo viro facta eſt, cōtigit vt mortis vinculo teneremur obſtricti: hoc in redēptione humani generis diuina bonitas egit, vt per virum qui de ſola muliere natus eſt, vita hominibus redderetur. Illic humanam naturam nequiſsima deceptione ſibi diabolus in peccati ſimilitudine ſociauit: hic deus humanam naturam in vnitate perſonæ ſuſcepit. Ibi fœmina decepta eſt vt fieret filia diaboli: hic

H virgo gratia repleta eſt, vt fieret mater ſummi atqua incommutabilis vnigeniti dei. Ibi angelus deiectus per ſuperbiam, ſeductæ mulieris animū obtinuit: hic deus humiliās ſe per miſericordiam, incorruptæ virginis vterū ex ea naſciturus impleuit. Dei enim filius Ieſus Chriſtus qui in forma dei erat, quia niſi ex natura patris natus eſ-

Philip. 2. ſet, eſſe non poſſet, ipſe ſecundum Apoſtolicam doctrinam ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiens. Formam igitur ſerui, id eſt naturam ſerui in ſuā accepit ille deus perſonam: atque ita hominum factor in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuētus vt homo, ipſe humiliauit ſemetipſum, factus obediēs patri vſque ad mortem, mortem autem crucis. Intente igitur hanc Apoſtoli ſentētiam cogita, & in ea cognoſces quo modo dominum Ieſum Chriſtum eundem deū atque hominem credas. Nec tamen in eo veritatē vtriuſque naturæ in vna perſona, aut cōfundas, aut diuidas. Cū ergo primo audis de domino Ieſu Chriſto, quia in forma dei erat, oportet te agnoſcere, firmiſsimèque tenere in illo formæ nomine naturalem plenitudinē debere intelligi. In forma igitur dei dominus Ieſus Chriſtus erat,

I quia in natura dei patris ſemper erat de quo natus eſt. Vnius ergo naturæ cum patre eſt, æqualitèrque cum eo ſempiternus atque immenſus, æqualiter immortalis & incommutabilis, æqualiter inuiſibilis & inenarrabilis, æqualiter bonus & iuſtus, æqualiter miſerator & miſericors, patiens & multū miſericors & verax, ęqualiter fortis & ſuauis, æqualiter ſapiens atq; omnipotēs. Proinde hæc omnia quæ diximus de filio dei, firmiſsima fide retine, qui hæc vtiq; omnia in vnitate naturæ habens cū

Ibidem. patre, ſine dubio æqualis eſt patri. Propter quod & Apoſtolus continuo adiungens ait: Non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo. Non enim rapina fuit illa filij cū patre diuinitatis æqualitas, ſed naturæ. Etiā illa quæ cōſequenter ſubiungit Apoſtolus dicēs, quia ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinē hominum factus, & habitu inuentus vt homo: & quia humiliauit ſemetipſum, factus obediens patri vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Omnia hęc de illo deo vnigenito dei filio, de illo verbo deo, de quo dicit Euāge-

Ioan. 1. liſta: In principio erat verbum, & verbū erat apud deū, & deus erat verbum: de illa dei virtute, deique ſapien-

Pſal. 103. tia, de qua de eo dicitur: Omnia in ſapiētia feciſti: de illo principio cū quo vnum eſt pater ipſe principium, & in K

quo ſibi coæterno fecit cœlum & terram, id eſt omnem ſpiritalem corporalèmque naturam: de deo vnigenito, qui eſt in ſinu patris, vt dixi, omnia hęc perſonaliter accipe, ſalua tamen æternitate, immenſitate, immortalitate, incommutabilitate, inuiſibilitate deitatis eius. Quæ ita naturaliter atque æqualiter communia cum deo patre habet dei filius, vt licet pro nobis fuerit homo veraciter factus, permanſerit tamen æqualis vero deo patri, de quo natus eſt verus, & veritas deus. Semetipſum igitur exinaniuit, ſed de plenitudine eius nos omnes acce Ioan. 1.

pimus: quā plenitudinem ſi exinanitus amitteret, quod de ea nobis daret, vtique nō haberet. Eodem autem nō habente, nos proculdubio nihil poſſemus accipere: de plenitudine autem eius nos omnes accepimus. Ex eo autem quòd nobis de plenitudine ſua dedit, oſtēdit etiam cum ſe exinaniuit plenitudinem nō amiſiſſe quam habuit, quia ſi plenitudinem ſuam amitteret, dare de illa nullatenus poſſet. Formam ergo ſerui accepit, neque enim aliud fuit illa ſummi dei exinanitio, niſi formę ſeruilis, id eſt humanę naturę ſuſceptio. Vtraq; igitur eſt in Chriſto forma, qua vtraq; & vera & plena eſt in Chri- L

Ibidem. ſto ſubſtātia: ideo ſanctus Euangeliſta, plenum eū gratię & veritatis prædicat: quia in diuina natura in qua deus veritas eſt, plen⁹ eſt, & in humana natura in qua homo verus gratia fact⁹ eſt, plenus eſt. In illa plenitudine deus eſt, in forma dei æqualis deo. In iſta plenitudine ſeruus, in forma ſerui, quia in ſimilitudinem hominum factus, habitu eſt inuentus vt homo. Exinaniens ergo ſemetipſum, formam ſerui accepit vt fieret ſeruus: ſed formæ dei plenitudinem non amiſit, in qua ſemper eſt æternus atque incommutabilis dominus: factus ſecūdum formā ſerui homo verus, eiuſdem naturæ cuius eſt ancilla mater, & manēs in forma dei deus verus, eiuſdem naturæ cuius eſt etiam dominus pater. In forma dei cū patre & ſpiritu ſancto vnus eſt ſolus formator omniū deus, ſecūdum formam ſerui, ſolus ipſe ſua & patris & ſpiritus ſancti operatione formatus: quia creator eſt, cōmune habens naturaliter cū patre & ſpiritu ſancto: quia autem creatus eſt, formam ſerui ſecundum quam creatus eſt ſolus habens perſonaliter in ſeipſo. Cuius & natiuitatem futuram ſecundum carnem & mortem & reſurrectionem, atque in cœlo aſcenſionē lex & prophe-

tæ prænunciare nunquam deſtiterunt, prout ipſe præcipiebat, [obediētes] & verbis & factis. Nam & in ſacrificiis carnalium victimarum, quæ ipſa ſibi ſancta Trinitas, quę vnus eſt deus noui & veteris teſtamenti, à patribus noſtris præcipiebat offerri, illius ſacrificij ſignificabatur gratiſsimū munus, quod pro nobis ſeipſum ſolus dei filius ſecundū carnem eſſet miſericorditer oblaturus. Ipſe enim ſecundū Apoſtolicā doctrinam obtu- M

lit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiā deo in Epheſ. 5.

odorē ſuauitatis. Ipſe verus deus & pōtifex, qui pro nobis non in ſanguine taurorum & hircorum, ſed in ſan- Hebr. 9.

guine ſuo ſemel introiuit in ſancta. Quod tunc pōtifex ille ſignificabat, qui cum ſanguine in ſancta ſanctorum per annos ſingulos introibat. Iſte igitur eſt qui in ſe vno totum exhibuit, quod eſſe neceſſarium ad redēptionis noſtræ ſciebat effectum, idem ſcilicet & ſacerdos & ſacrificium, idem deus & templum. Sacerdos, per quē ſumus reconciliati: ſacrificium, quo recōciliati. Templū, in quo reconciliati: deus, cui reconciliati. Solus tamen ſacerdos, ſacrificium & templum, & hæc omnia deus ſecundum formam ſerui. Nō autem ſolus deus [filius,] quia hoc eſt cū patre & ſpiritu ſancto ſecūdum formam dei.

A dei. Reconciliati igitur ſumus per ſolum filium ſecun-
dum carnem,ſed non ſoli filio ſecundum diuinitatem.
Trinitas enim nos ſibi reconciliauit, per hoc quòd ſo-
lum verbum carnem ipſa Trinitas fecit. In quo ſic veri
tas incommutabilis manet humanę diuinęq; naturę: vt
ſicut vera ſemper eſt eius diuinitas quam de patre in-
commutabilem habet: ita vera ſemper atque incommu
tabilis ſit eius humanitas quam ſibi vnitam ſummã di-
uinitas gerit. Hęc pauca de fide ſanctę Trinitatis, quę ſo
lus & verus eſt naturaliter deus, quantum breuitas tem-
poris & ſermonis permiſit, inſerui, Nunc de creatura
quid abſque dubitatione credere debeas intimabo.

Creatura. Cap. III. Principaliter itaque tene, omnem naturam quæ nõ eſt
Trinitas deus, ab ipſa ſancta Trinitate quæ ſolus deus
æternus & verus eſt, creatã ex nihilo, Ac ſi vniuerſa in
cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue thronos, ſiue
dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, opus at-
que creaturam eſſe ſanctæ Trinitatis: quæ eſt vnus deus
rerum omnium creator & dominus æternus, omnipo-
tẽs, [iuſtus,] & bonus, habẽs naturaliter vt ſemper ſit &
B mutari aliquando nõ poſsit. Et hic deus qui ſine initio
ſemper eſt, quia ſumme eſt, dedit rebus à ſe creatis, vt
ſint: non tamen ſine initio, quia nulla creatura eiuſdem
naturæ eſt cuius eſt Trinitas vnus verus & bonus deus, à
quo creata ſunt omnia. Et quia ſumme bonus eſt, dedit
omnibus naturis quas fecit vt bonæ ſint: non tamẽ tan-
tum bonæ quantũ creator omnium bonorum, Qui nõ
ſolum ſumme bonus, ſed etiam ſummum atq; incõmu-
Naturæ profectus & defectus. tabile bonum eſt, quia æternum bonum eſt: nullũ habẽs
defectum, quia non eſt ex nihilo factum: nullum habẽs
profectum, quia nullum habens initiũ. Ideo quippe na-
turæ à deo factæ proficere poſſunt, quia eſſe cœperunt:
ideo deficere, quia ex nihilo factæ ſunt. Ad defectũ eas
conditio ducit originis, ad profectum vero prouehit o-
peratio creatoris. In eo igitur primum Trinitatis, quæ
deus verus eſt, æternitas ſine initio naturalis agnoſcitur,
quia quędam ita fecit, vt cum eſſe quidem cœperint, ta-
men nõ eſſe aliquando nõ poſsint. In eo vero eius om-
nipotentia intelligitur, quia omnem creaturam viſi-
bilem atque inuiſibilem, id eſt corporalem atque ſpiri-
talẽ de nihilo fecit, in quibus ipſa rerũ diuerſitas multo
magis cõmendat bonitatem atque omnipotẽtiam crea
toris. Niſi enim omnipotens eſſet, non vna eadẽmque
facilitate ſumma atque ima feciſſet. Et niſi ſumme bo-
C nus eſſet, non ſe gubernandis rebus quoque infimis prę
ſtitiſſet. Igitur tam in magnis quàm in paruis quibuſq;
rebus conditis magna eſt bonitas atque omnipotentia
conditoris. Omnia enim ſapienter fecit ſumma verà-
que ſapientia: cui naturaliter hoc eſt eſſe, quod ſapientẽ
eſſe: hoc facere, quod ſapienter facere, ſimplicitas ita-
que multiplicis ſapientiæ dei, magnitudinem celſitudi-
nis ſuæ, non ſolum in magnitudine ſublimium creatu-
rarum, verũetiam in infirmarum paruitate commẽdat:
dum bona omnia quæ creauit, non ſolum multo infe-
rius diſsimiliúſque ſuo creatore ſunt, vtpote nõ prola-
ta de ſeipſo, ſed facta prorſus ex nihilo: verũetiam in-
ter ſe non æqualiter ſunt, ſed vnaquæque res ita perma
net ſicut à deo cum non eſſet accepit: alia quidem ſic, a-
lia autem ſic. Neque enim ſic datum eſt corporibus vt
ſint, ſicut ſpiritus acceperunt: cum ipſa quoque corpora
non æqualiter ſint, & in ipſis cœleſtibus atque terreſtri-
Corpora cœleſtia & terreſtria. bus inueniatur, nonnulla diuerſitas: cum tam cœleſtia
quàm terreſtria, non ſolum impari diſtent quantitate
molis, verumetiam diſsimili ſplendeant claritate. Alia
1. Cor. 15. nãque eſt, ſicut dicit Apoſtolus, claritas cœleſtium cor-

porum, alia terreſtrium. In ipſis quoque cœleſtibus alia D
claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum.
Stella enim differt à ſtella in claritate. Corporalium
igitur naturarum diuerſitas oſtẽdit vnamquamque ea-
rum nõ hoc eſſe quod ex ſe ſemper habere potuerit, ſed
quod ex diſpoſitione atque opere omnipotẽtiſsimi at-
que incommutabilis & ſapientiſsimi creatoris accepit.
Quod ſi vnius eiuſdẽmque naturæ eſſet quælibet crea-
tura corporalis cuius eſt ſancta Trinitas, quæ vnus eſt
deus, nec localiter in loco eſſet, nec temporis mutatio-
nem aliquando ſentiret, nec de loco ad locum tranſ-
iret, nec circumſcriberetur quantitate molis ſuæ. Quæ
omnia oſtendunt huiuſmodi naturarum illum eſſe o-
pificem, cui nullus latus aut anguſtus locus, quia non
minus in anguſtiis quàm in latis totus eſt. Nec muta-
tur tempore qui ſolus poteſt volumina temporum, nõ
temporali volubilitate, ſed æterna ſtabilitate mirabi-
liter ordinare: neque enim in tempore cogitat, quem-
admodum temporum ſeries rerum deceſsione aut ſuc-
ceſsione tranſcurrat. Nec aliqua molis quantitate ter-
minatur, quia nullo fine concluditur, Neque per mun- *Deus vbiq.*
di partes partibus ſuis eſt ipſe diffuſus, vt maiores mun- *Hiere. 23.*
di partes ſuis maioribus impleat, & minores minori- E
bus implendo, nuſquam tamen totus ſe infundat. Ipſe
enim eſt deus qui ait, Cœlum & terram ego impleo.
Omnia igitur quæ fecit, id eſt ſpiritus & corpora, ſum-
ma & ima, cœleſtia atque terreſtria, viuentia & quibus
viuendi facultatem non dedit, ineffabiliter vbique to-
tus dominus & implet & cõtinet, Nec in iis quæ diui-
duntur, ipſe diuiditur: nec in iis quæ mutãtur, vlla mu-
tatione variatur. Niſi enim naturaliter incõmutabilis
ipſe eſſet, nunquam in rebus mutabilibus ordo quidam
conſilij ac diſpoſitionis eius incommutabilis permane-
ret. Deus igitur rerum corporearum atque incorporea
rum creator immenſus, eo primum ſe nullum eſſe cor-
pus oſtendit, quia quibuſdam corporibus vitam nõ de-
dit, cum corpora omnia ipſe creauerit. Ipſe autem natu-
raliter vita eſt, quia ſi vita non eſſet non viuentia corpo
ra ipſe non feciſſet. Neque enim facit rem non viuentẽ, *Deus omnium vita.*
niſi res viuens. Non igitur vnius naturæ ſunt cum deo
corpora, quæ viuere omnino non poſſunt, Ac ſic neq;
illa corpora vnius naturæ cũ deo ſunt, quibus ſingulis
ſingulos brutos atque irrationabiles ſpiritus, quibus ea-
dem corpora viuificarentur ac ſenſificarentur, inſeruit.
Sed nec ipſi bruti ſpiritus vnius naturæ cum deo ſunt, F
quos licet viuificandis, ſenſificandiſq; cognoſcatur in-
ſeruiſſe corporibus, ipſis tamen ſpiritibus nullum intel-
ligendi largitus eſt lumen, quo ſuũ poſſent aut cogno-
ſcere, aut diligere creatorẽ. Ipſos quoque ſpiritus quos
rationales atque intellectuales eſſe nõ dubium eſt, quis
audet blaſphemo ſpiritu & cæco corde eiuſdem naturę
cuius eſt deus, vel putare vel dicere, cum deus vtique na
turaliter incommutabilis omnino ſit & immẽſus? Qui
cũ in ſe diuerſitatem vllam habere non poſsit, in eiſdẽ
tamen ſpiritibus quos rationales atque intellectuales fe
cit, diuerſitatem ſuæ operationis oſtendit. In quibuſdã
enim, id eſt qui terrenis ac mortalibus ſunt inſerti cor-
poribus, etſi nullus eſt eis localis motus, quia per loco-
rum corporalium partes, cũ ipſi in corporibus ſint, non
particulatim ſunt, ſed ſicut in totis corporibus toti, ſic
in eorũdem corporum partibus toti ſunt, tamẽ cogita-
tionum varietas diuerſitatem in eis cuiuſdã tempora-
lis motionis ac mutationis oſtendit: dũ modo aliquid
neſciũt, modo ſciunt: modo volunt, modo nolũt: mo-
do ſapiunt, modo deſipiunt: modo iniqui ex iuſtis, mo-

G do iuſti ſunt ex iniquis:modo pietatis illuſtrantur lumi
ne, modo deprauantur tenebroſo impietatis errore.Il-
los quoque quos terrenorũ corporum grauat nulla lu
tulenta materies, id eſt angelicos ſpiritus , quis non vi-
Angeli. deat non vnius naturæ eſſe cum deo , ſed factos ex ni-
hilo, quorum naturalis mutabilitas in eo cognoſcitur,
quia eiuſdem naturæ pars eſt in deterius permutata?
Deinde quòd ij qui deprauati non ſunt , licet illius do-
no,à quo cum nõ eſſent,facti ſunt, indefeſſa, & inquã-
tum creaturæ angelicæ gratis datum eſt , perfecta dile-
ctione,contemplatione atque exultatione multitudinẽ
dulcedinis domini inceſſabiliter ſentiãt : nec ab eo na-
turali conditione deficiant:ſi & inhærẽtibus deo ineſt
de varietate tẽporis:quia collato ſibi æternæ incorrup-
tionis atque incõmutabilitatis munere nihil in ſe ſen-
tiant immutationis:ineſt tamen ſingulis naturalis ter-
minus, quo à ſe inuicem diſcernũtur , quia nullus eorũ
in alio eſt. Et cum vni eorum opus quodlibet iniũgitur,
alius quoque alteri operi implẽdo diuinę poteſtatis de-
putatur arbitrio. Hæc omnia oſtendunt etiam ſanctos
†creaturas. angelos opera†eſſe ſanctæ Trinitatis:cuius per ſingulas
res,quas vtique ſicut voluit fecit,apparet mirabilis & ſa
H piẽtia in diſpoſitione & virtus in opere. Quoſdam igi-
tur ſpiritus ſic deus creauit, vt ſemper eſſent : quoſdam
vero vt eſſe ſpiritus quandoque deſinerent. Illos itaque
deſituros quoſdam ex aqua, quoſdam vero quia ſic vo-
luit omnipotẽs,produxit ex terra,Superiores vero ſpiri
tus nullum cum corporeis elementis habere fecit natu-
rale conſortium,quos & æternos creauit,& eis faculta-
tem atque intelligentiam cogitandæ,cognoſcendę,di-
ligendæq; diuinitatis inſeruit. Quos tamen ita creauit,
vt etiam præ ſeipſis illum diligerent,cuius ſe tales crea-
tos opere cognouiſſent,cum eorum vt tales fierent,nul
la merita præceſsiſſent . Vt autem hæc dilectio haberet
iuſtam & congruam laudem, voluntatis quoque eis tri
buit libertatem:vt eſſet eis poſsibile,ſiue ad eum qui ſu-
pra eos eſt,intentionem ſanctæ dilectionis erigere, ſiue
†praua. ad ſe,vel ad ea quæ infra eos ſunt,graui† cupiditatis ſe-
metipſos pondere declinare. Non eſt igitur natura quę
in æternum poſsit,ſiue miſere, ſiue bene viuendo ſubſi-
ſtere,niſi quæ poteſt de deo ipſius dei munere cogitare.
Hæc autem natura intellectualis in animabꝰ eſt homi-
num & ſpiritibus angelorum. Deus quippe diligẽdi ac
I cognoſcendi ſe,non niſi angelis & hominibus indidit
facultatem. Quibus propter arbitrij libertatem,quæ ma
xime debuit intellectuali creaturæ creatoris benignita-
te conferri , ita cognoſcendi ac diligendi ſe facultatẽ
volũtatemque donauit, vt eam vnuſquiſque & habere
poſſet & perdere. Si quis tamen ſpõte eam perderet,ſuo
eam deinceps arbitrio reſumere nõ valeret:vt illius eſ-
ſet ſanctæ cogitationis initia gratuitæ dono bonitatis
denuo reuocãdis quibus vellet infundere, cuius fuit in
ipſo creationis exordio nullis præcedẽtibus meritis ſpi
ritus & corpora locis atque affectionibus,prout ipſe ſa-
piẽs voluit,congrue & mirabiliter ordinare.Angeli er-
go atq; homines pro eo quia rationales ſunt facti,ęter-
nitatis ac beatitudinis donum in ſe à naturæ ſpiritalis
†al. donũ in ipſa natura ſpiritalis creatione. creatore†diuinitus acceperunt,ita ſcilicet vt ſi dilectio-
ni creatoris ſui iugiter inhæſiſſent, ſimul æterni beatiq;
manſiſſent. Si vero propriæ voluntatis arbitrio contra
ſummum creatoris imperium ſuam niterentur facere
voluntatem,protinus à contumacibus beatitudo diſce-
deret, & ad ſupplicium eis relinqueretur æternitas mi-
ſera,erroribus deinceps doloribúſque crucianda.Et de
angelis quidẽ hoc diſpoſuit & impleuit, vt ſi quis eorũ
bonitatem volũtatis perderet, nunquã eam diuino mu K
nere repararet.Pars itaque angelorum quę à ſuo creato
re deo,quo ſolo bono beata fuit,volũtaria prorſus auer
ſione diſceſsit æquitatis ſupernæ iudicio , initiũ ſuæ dã
nationis in ipſa auerſione voluntatis inuenit:vt non a-
liud ei eſſet incipere iã puniri, quàm illius beatifici bo-
ni dilectione deſtitui:quam deus in æterno ſic totã prę
cepit remanere ſupplicio,vt etiam ignem ei ęternũ prę-
pararet:in quo omnes illi pręuaricatores angeli nec ma
la poſsint vnquam voluntate carere nec pœna,ſed per-
manente in eis iniuſtæ auerſionis malo, permaneret e-
tiam iuſtæ retributionis æterna damnatio. Horum ma-
lorum princeps diabolus primos homines quos ad pec
cati principium†inuidus duxit, non eis tantum , ſed & *†præcipitiũ*
vniuerſę propagini eorum cum vicio peccati meritum
mortis inſeruit. Deus autẽ miſericors & iuſtus, ſicut dia
bolo & angelis eius propria voluntate cadẽtibus, cęte-
ros angelos in ſuæ dilectionis æternitate firmauit:ſic e-
tiam humani generis maſſam non totam in ſempiter-
nũ perire permiſit : ſed quos voluit eius gratuita boni-
tas,repulſis tenebris in quibus omnis humana natiuitas
peccati originalis condemnatione verſatur,reducẽdos
prædeſtinauit ad lucem:in eo pręcipue demonſtrans,ꝙ L
iſtos originalis peccati vinculis indebita gratia libera-
toris abſolueret.cũ alios & quàmmaxime paruulos,qui
bus nulla poſſunt vel bona vel mala ineſſe propria me-
rita volũtatis, inſolubili nexu æterna damnatio retine-
ret. Bonę quoque voluntatis & cogitationis initiũ,non
homini ex ſeipſo naſci,ſed diuinitus & præparari & tri
bui,in eo deus euidenter oſtendit:quia neque diabolus,
neque aliquis angelorum eius,ex quo ruinę illius meri-
to in hãc inferiorem ſunt detruſi caliginem, bonã po-
tuit aut poterit reſumere volũtatem. Quod ſi poſsibile
eſſet,vt humana natura, poſtquã à deo auerſa bonitatẽ
perdidit voluntatis,ex ſeipſa rurſus eã habere potuiſſet,
multo poſsibiliꝰ hoc natura haberet angelica:quę quã-
to minus grauatur terreni corporis pondere,tanto ma-
gis hac eſſet prædita facultate. Sed oſtendit deus vnde
bona voluntas hominibus detur,quam ſic amiſerũt an-
geli cũ haberent,vt amiſſam deinceps habere non poſ-
ſint. Quoniã igitur digna eſt eadem voluntas bona per
dei gratiã æternæ beatitudinis præmio,& iniquitas an-
gelica atque humana non debet eſſe impunita:propter-
ea ſecũdum catholicæ fidei regulam venturum eſſe filiũ
dei ad puniendos omnes peccatores angelos,& ad iudi M
cãdos homines viuos & mortuos fideliter expectamus.
Teſtatur enim beatus Petrus, quia deus angelis peccãti *2. Petri 2.*
bus nõ pepercit,ſed carceribꝰ caliginis inferi detrudẽs,
tradidit in iudicio puniendos reſeruari. De hominibus
quoq; viuis ac mortuis iudicãdis hoc ait beatus Paulus:
Teſtificor corã deo & Chriſto Ieſu,qui iudicaturus eſt *2. Timo. 4.*
viuos & mortuos,& aduentũ ipſius & regnũ eius. In cu
ius aduẽtu ab illo primi hominis corpore,quod deꝰ de
terra plaſmauit,vſque ad omnium hominum corpora,
quæ animata quandoque videre cœperunt, ab illo reſu
ſcitabũtur,à quo operãte creata ſunt. Singula vero cor-
pora illis ſingulis ſuis animabus in reſurrectione red-
dentur,quas in maternis, vt viuere inciperent vẽtribus
habere cœperunt:vt ſcilicet animæ in illo examine iuſti
iudicis in eiſdem ſingulis corporibus ſuis accipiant re-
tributionẽ,ſiue regni,ſiue ſupplicij, in quibus ſiue bonã
ſiue malam qualitatem vitæ præſentis habuerunt. Qua- *Origo vitæ mala.*
litas autem malæ vitæ ab infidelitate incipit,quę ab ori
ginalis peccati reatu initium ſumit. In quo quiſquis vi-
uere ita incipit,vt ante finiat vitam, quàm ab eius obli-
gatione

A gatione ſoluatur, ſi vnius diei vel vni⁹ horę ſpacio anima illa vixit in corpore, neceſſe eſt eam cũ eodem corpore interminabilia gehenę ſuſtinere ſupplicia: vbi diabolus cum angelis ſuis in æternũ arſurus eſt, qui & primus peccauit, & peccatum primis hominibus perſuaſit. Vbi cum eo etiam fornicarij, idolis ſeruientes, adulteri, molles, maſculorum concubitores, fures, auari, ebrioſi, maledici, rapaces, & omnes qui opera carnis agũt, de

Galat.5. quibus dicit Apoſtolus, quia regnum dei non cõſequẽtur, ſi ante huius vitæ terminum à viis ſuis malis conuerſi non fuerint, æternis ignibus exurentur. Omnis enim homo, qui in hoc ſeculo vſque ad finem in iniquitatum delectatione, & cordis obduratione permãſerit, ſicut hic eum noxia criminum delectatio tenuit, ſic eũ ſine fine ſempiterna cruciatio retinebit. Erit enim etiã iniquorum reſurrectio, ſed ſine immutatione, quam ſolis fidelibus, & ex fide iuſte viuentibus daturus eſt deus.

1.Cor.15. Hoc eſt enim quod ait Apoſtolus Paulus: Omnes quidẽ reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Oſtendens autem iuſtos diuino munere commutandos, ait: Et nos

Corpora impiorum. immutabimur. Habebunt ergo iniqui cum iuſtis reſurrectionem carnis communem, immutationis tamẽ gra

B tiam non habebũt, quæ dabitur iuſtis: Quoniam à corporibus impiorum non auferetur corruptio, & ignobilitas, & infirmitas in quib⁹ ſeminantur: quę ob hoc morte non extinguẽtur, vt illud iuge tormentũ corpori atque animæ ſit mortis æternæ ſuppliciũ. Iuſtæ vero animæ, quas hic redemptor deus gratis ex fide iuſtificauit, & iuſtificatis bene viuendi vſque in finem perſeuerantiam tribuit, in ipſis corporibus, in quibus hic iuſtificationis gratiam diuinitus acceperunt, & in quibus iuſtificatæ per fidem, in charitate dei proximique vixerunt, regni cœleſtis æterna beatitudine potientur: glorificatis etiam corporibus ſuis, quæ ſine dubio carnis natura, quam deus creauit, veraciter permanente, non ſicut hic animalia, ſed ſpiritalia tunc habebunt. Sanctorum enim ſeminatur corpus animale, ſurget ſpiritale. In his per illam immutationem, quæ ſolis dabitur iuſtis, implebitur, quod oportere dicit Apoſtol⁹, vt corruptibile hoc induat incorruptionẽ, & mortale hoc induat immortalitatẽ. In quibus ſexus maſculinus & fœmininus, ſicut eadem corpora creata ſunt, permanebit: quorum

C gloria erit pro factorum bonorum diuerſitate diuerſa. Omnia tamen corpora, ſiue maſculorum, ſiue fœminarum, quæcunque in regno illo erunt, glorioſa erunt. Ille autem iudex nouit quantam vnicuique ſit daturus gloriam, qui in hac vita per miſericordiam gratis iuſtificãdo pręuenit, quos illic per iuſticiã glorificare diſpoſuit. Tempus vero acquirendi vitam æternam in iſta tantum vita deus hominibus dedit, vbi voluit eſſe etiã pœnitentiam fructuoſam. Ideo autem hic pœnitentia fructuoſa eſt, quia poteſt hic homo depoſita malicia bene viuere: & mutata voluntate iniuſta, merita ſimul operaque mutare, & in timore dei ea gerere quę placeãt deo. Quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro ſeculo de malis ſuis, ſed indulgentiam in conſpectu dei non inueniet: quia etſi erit ibi ſtimulus pœnitudinis, nulla tamen ibi erit correctio voluntatis. A talibus enim iniquitas ſua ita culpabitur, vt nullaten⁹ poſsit ab eis vel diligi, vel deſiderari iuſticia. voluntas enim eorum talis erit, vt habeãt in ſe ſemper malignitatis ſuæ ſupplicium, nũquam tamen percipere poſsint bonitatis affectum. Quia ſicut illi qui cum Chriſto regnabunt, nullas in ſe malæ volũtatis reliquias habebunt: ita illi qui erunt in ſupplicio ignis æterni cum

diabolo & eius angelis deputati, ſicut nullã vlterius ha- D bebunt requiem, ſic nullatenus bonam habere poterũt volũtatem. Et ſicut cohæredibus Chriſti dabitur perfectio gratię ad ęternam gloriam, ſic conſortibus diaboli cumulabit ipſa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illuſtrabuntur interiore lumine veritatis. Proinde omni homini in hac vita poteſt eſſe vtilis pœnitẽtia, quam quocunque tempore homo egerit, quamlibet iniquus, quãlibet annoſus, ſi toto corde renunciauerit peccatis præteritis, & pro eis in cõſpectu dei, non ſolũ corporis, ſed etiam cordis lachrymas fuderit, & malorum operam maculas bonis operibus diluere curauerit, omnium peccatorũ indulgentiã mox habebit. Hoc enim nobis dominus prophetico promittit eloquio, dicens: Si conuerſus fueris & ingemue- *Eſaia.30.*
ris, ſaluus eris. Et alio loco dicitur: Fili peccaſti, ne adii- *Eccleſ.21.*
cias iterum, ſed & de pręteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Nunquã peccanti eſſet indicta pro peccatis deprecatio, ſi deprecanti non eſſet remiſsio concedenda. Sed etiam pœnitentia peccatori tunc prodeſt, ſi eam in eccleſia catholica gerat. Cui deus in perſona beati Petri *Claues Petri.* ligandi ſoluendique tribuit poteſtatem, dicens: Quę alligaueris ſuper terram, erũt ligata & in cœlis: & quę ſol- *Matth.16.*
ueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. In quacũque E igitur homo ætate veram peccatorum ſuorum pœnitẽtiam egerit, & vitam ſuam deo illuminante correxerit, non priuabitur indulgentiæ munere: quia deus, ſicut per Prophetam dicit, non vult mortẽ [peccatoris ſiue] mo- *Ezech.33.*
rientis, ſed magis vt reuertatur à via ſua mala, & viuat anima eius. Verũtamen nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ dei in ſuis diutius remanere peccatis, cũ etiam in ipſo corpore nemo velit ſub ſpe futuræ ſalutis diutius ægrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus ſuis recedere negligũt, & ſibi de deo indulgentiã repromittunt, nõnunquam ita præueniũtur repentino dei furore, vt nec conuerſionis tempus, nec beneficium remiſſionis inueniant. Ideo vnũquemque noſtrum ſacra ſcriptura benigne præmonet, dicẽs: Ne tardaueris conuerti *Eccle.5.*
ad deum, & ne differas de die in diem: ſubito veniet ira eius, & in tempore vindictę diſperdet te. Dicit etiã beatus Dauid: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdu- *Pſal.94.*
rare corda veſtra. Cui beatus quoque Paulus concordat his verbis: Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum *Hebra.3.*
cor malum incredulitatis diſcedendi à deo viuo: ſed F adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodiẽ cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Obduratus igitur viuit, ſiue qui nõ cõuertitur, deſperans de indulgentia peccatorũ ſuorum: ſiue qui ſic miſericordiam dei ſperat, vt vſque in finem vitę præſentis in ſuorum criminũ peruerſitate permaneat. Proinde diligẽtes miſericordiam dei, metuẽtèſque iuſticiam, nec de remiſsione peccatorum deſperemus, nec remaneamus in peccatis: ſcientes quia illa omnium hominum debita ſit exactura æquitas iuſtiſsimi iudicis, quæ non dimiſerit miſericordia clementiſsimi redemptoris. Sicut enim miſericordia ſuſcipit abſoluitque cõ *Peccatũ in*
uerſos, ita iuſticia repellet punietque obduratos. Ij ſunt *ſpiritũ ſanctum.*
qui peccãtes in ſpiritum ſanctum, neque in hoc ſeculo, neque in futuro remiſsionem accipiẽt peccatorũ. Ideo autẽ omnis anima intellectualis ſpiritus eſt, vt quærat, agnoſcat, atque diſcernat: & tempus operũ ſuorum, pro quibus receptura eſt in iudicio quę ordinauit diuina iuſticia: & eiuſdem retributionis tẽpus, quo nunq̃ licebit, aut opera mutare, aut remiſsionem peccatorum ſuorũ de diuina miſericordia vtiliter poſtulare. Cæteri ve-

G ro ſpiritus omnium animalium,quibus non eſt intelle-
ctus,quia quidam eorum de terra,quidam de aquis ori-
ginem ducunt:de aquis enim ſunt reptilia & volatilia,
de terra vero quædã quæ reptãt, quædã vero quæ gra-
diuntur,exorta ſunt:tandiu ſpiritus ſunt, quãdiu in cor
poribus viuunt.Anima quippe, quæ rationis capax di-
uinitus facta nõ eſt, cum carne ſua & incipit & deſinit
viuere:quia quando corpori vitam non tribuit, & ipſa
non viuit: atque ita miro modo cum omni carni ani-
ma ſit cauſa viuendi, ſpiritus tamen irrationalis tan-
diu viuit, quandiu in carne manere potuerit:& dum à
carne ſua ſeparatur,extinguitur. Ita fit, vt cum ipſe vi-
ta carnis ſuæ ſit,viuere ipſe nequeat, quãdo vitam car-
ni ſubminiſtrare deſtiterit. Et ſi non ſit caro cui vitam
dare valeat, ipſe quoque eam protinus non habebit.
Ideo nec ęternitas irrationalibus ſpiritibus data eſt,nec
aliquid eis iudicium præparatur,in quo eis vel beatitu-
do pro bonis, vel damnatio pro malis reddatur operi-
bus. Ideo autem in eis nulla operum diſcretio requiri-
tur, quia nullam intelligendi facultatem diuinitus ac-
ceperunt. Propterea ergo eorum corpora reſurrectura
H non ſunt, quia nec ipſis animabus eorum aut æquitas,
aut iniquitas fuit, pro qua eis æterna vel beatitudo ſit
tribuenda vel pœna.Illa igitur animalia pręſentis ſecu-
li curſum atque ornatum ſecundum creatoris incom-
prehenſibilẽ peragũt voluntatem,quę de ſuis factis nul-
lam rationẽ reddituræ ſunt,quia rationalia nõ ſunt.Nũ
1.Cor.9. quid enim de bobus cura eſt deo? Homines vero quia
rationales facti ſunt, & de ſe & de omnibus rebus,quas
in vſum vitæ præſentis acceperunt,rationem reddituri
ſunt deo, & pro ſuorum actuum qualitate recipient aut
2.Cor.5. pœnam aut gloriam. Omnes enim nos manifeſtari o-
portet ante tribunal Christi,vt recipiat vnuſquiſq; p-
pria corporis prout geſsit,ſiue bonum,ſiue malum, Tũc
Ioan.5. ſcilicet,cum ſecũdum ipſius noſtri creatoris ac redem-
ptoris eloquium, omnes qui in monumentis ſunt au-
dient vocem eius,& procedẽt qui bona fecerunt in re-
ſurrectionem vitæ:qui vero mala egerunt, in reſurre-
ctionem iudicij: vt ſcilicet qui mala egerunt, eant in
combuſtionem ęternam cum diabolo principe omniũ
malorum ſemper arſuri: qui vero bona fecerunt, eant
in vitam æternam regnaturi ſine fine cum Chriſto re-
ge omnium ſeculorum. Illi autem cum Chriſto regna-
I bunt, quos deus gratuita bonitate ſua prædeſtinauit ad
regnum:quia enim tales prædeſtinando præparauit,vt
regno digni eſſent,præparauit vtique ſecũdum propo-
ſitum vocandos,vt obediant:præparauit iuſtificandos,
vt accepta gratia recte credãt, & bene viuant:præpara-
uit etiam glorificãdos,vt Chriſti cohæredes effecti, re-
gnum cœlorum ſine fine poſsideant. Ad quod regnum
diuerſis temporibus per ſacramenta, quæ ad fidem in-
carnationis ſuę Chriſtus inſtituit,illi peruenerunt quos
deus gratis nullo bonæ voluntatis,vel boni operis me-
rito præcedente ſaluauit. Quemadmodum ex illo tem-
Ioan.3. pore,quo ſaluator noſter dixit,Si quis renatus non fue-
rit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in re-
gnum dei: abſque ſacramento baptiſmatis,præter eos
qui in eccleſia catholica ſine baptiſmate pro Chriſto
ſanguinem fundũt, nec regnum cœlorum poteſt quiſ-
quam accipere,nec vitam æternam:quia ſiue in catho-
lica fide,ſiue in hæreſi quacũque vel ſchiſmate quiſquã
in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptiſmi ſacra
mentum acceperit, integrum ſacramentum accipit:ſed
ſalutem,quæ virtus eſt ſacramenti,non habebit ſi extra
catholicam eccleſiam ipſum ſacramẽtum habuerit. Er-
go ideo debet ad eccleſiam redire, non vt ſacramen- K
tum baptiſmatis iterum accipiat, quod nemo debet in *Non repe-*
quolibet homine baptizato repetere:ſed vt in catholica *tendus bap*
ſocietate vitam æternam accipiat,ad quam obtinendã, *tiſmus.*
nunq̃ poteſt eſſe idoneus: qui cum ſacramento baptiſ-
matis ab eccleſia catholica remanſerit alienus. Qui ſi e-
leemoſynas largas faciat, & pro nomine Chriſti etiam
ſanguinem fundat, pro eo quod in hac vita non tenuit
eccleſiæ catholicæ vnitatem, non habebit æternam ſa-
lutem. Vbi enim cuique prodeſſe poteſt baptiſmus, ibi
prodeſſe & eleemoſyna poteſt. Baptiſmus autẽ extra ec-
cleſiam quidem eſſe poteſt, ſed niſi in eccleſia prodeſſe
nequit. In eccleſia igitur tantummodo catholica poteſt
vnicuique prodeſſe, & perceptio baptiſmatis, & opera
miſericordiæ,& nominis Chriſti glorioſa confeſsio,ſi
tamen in eccleſia catholica bene viuat. Sicut enim ſine *Eccleſia ca-*
eccleſiæ catholicę ſocietate nec baptiſmus alicui poteſt *tholica.*
prodeſſe, nec opera miſericordiæ; niſi forte vt mitius
torqueatur, non tamen vt inter filios dei reputetur: ſic
intra eccleſiam catholicam per ſolum baptiſmum vita
æterna nõ acquiritur, ſi poſt baptiſmum male viuatur:
nam & illi qui bene viuunt, debẽt operibus miſericor-
diæ indeſinẽter inſiſtere:ſcientes ſe licet leuia, nonnulla L
tamen quotidie contrahere peccata, pro quibus etiam
ſancti & iuſti in hac vita ſemper deo dicere debẽt, Di- *Matth.6.*
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus de-
bitoribus noſtris. Quæ peccata quanto in rebus licitis,
& à deo conceſsis frequenter hominibus ſurrepunt: &
quanto magis fortioribus cibis corpus impletur,& car
nalibus cor hominis actibus affectibúſque implicatur,
tanto frequentior culpa in hac mortalitate cõtrahitur.
Propterea humiles ſerui Chriſti, qui cupiũt domino ſuo *Abſtinẽtia*
ſine impedimento,& abſque animi noxia occupatione
ſeruire, coniugia omnino non appetunt, & à carnibus
& vino abſtinẽt, inquãtum corporis valetudo permit-
tit:non quia peccatum eſt aut coniugem habere,aut vi-
num carnéſve percipere: nã & beatus Apoſtolus dicit,
Quia omnis creatura dei bona eſt,& nihil reiiciendum *1.Timo.4.*
quod cũ gratiarum actione percipitur: ſanctificatur e-
nim per verbum dei & orationem. Coniugium quoq;
in primis hominib⁹ deus inſtituit,& benedixit. Propter *Gene.1.*
quod Apoſtolus ait, Honorabile connubium in omni- *Hebræ.13.*
bus, & torus immaculatus. Ideoque ſerui dei in eo quòd
à carnibus & à vino abſtinent, non tãquam res immũ-
das refugiunt, ſed mundioris vitæ inſtituta ſectantur. M
Et in eo quòd coniugia non habent, non nuptiarũ bo-
num, crimen eſſe exiſtimant, ſed continentiam iugem
bonis nuptiis meliorẽ eſſe non dubitãt, Iſto quàm ma-
xime tempore, quando dicitur de continentia, Qui po- *Matth.19.*
teſt capere,capiat. De nuptiis vero dicitur, Qui ſe non *1.Cor.7.*
continet,nubat. In vna enim ratione virtus exoritur,in
altera infirmitas remedio ſubleuatur. Vnde quia ęgritu
dini ſemper eſt conſulendũ, propterea ſi cui primo cõ-
tigerit priuari cõiugio,ſi voluerit ſecũdas vel tertias in-
ire nuptias, nullũ de illis peccatũ habebit, ſi eas caſtè ſer
uauerit:id eſt ſi vnus & vna legitime dũtaxat cõiuncti,
fidem ſeruent, vt nec ille mulieri pręter vxorem, nec il-
la viro præter maritum vllatenus miſceatur. In talibus
etſi fuerit aliquis coniugalis exceſſus, qui tamen legiti-
mum non violet torum, habebit nõnullum, ſed venia-
le peccatum. Sed hęc illorum ſunt, qui nullam vouerũt
continentiam deo. Cæterum quiſquis ſeipſum caſtraue *Continen-*
rit propter regnum cœlorum,& in corde ſuo continẽ- *tiã vouere.*
tiam deo vouerit, nõ ſolum ſi mortifero fornicationis
crimine maculetur, verũetiam ſi aut vir vxorẽ accipe-
re

A re, aut mulier nubere voluerit, ſecundum Apoſtoli ſen-
1.Timo.5. tentiam, damnationem habebit: quia primam fidem ir-
1.Cor.7. ritam fecit. Sicut ergo ſecundum Apoſtoli ſententiam,
dignũ eſt vt vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor
viro, quia ſi quis acceperit vxorem, nõ peccat: & ſi nup-
ſerit virgo, non peccat: ita ſecundum eiuſdem Apoſto-
Ibidem. li dictũ, qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens ne-
ceſsitatem, poteſtatem autẽ habens ſuæ volũtatis, & vo-
uerit continentiam deo, debet eam vſque in finem tota
mẽtis ſolicitudine cuſtodire, ne damnationem habeat,
ſi primam fidem irritam fecerit. Similiter & coniugati
viri, & coniugatæ mulieres, ſi ex conſenſu perẽnem deo
vouerint cõtinentiã, nouerint ſe ſui voti obnoxios de-
tineri: nec iam ſibi debere commixtionem carnis, quã
primitus licitã habuerunt, ſed deo ſe debere continen-
Philip.3. tiam quam vouerunt. Tunc enim vnuſquiſque regnum
cœlorum, quod ſanctis promittitur, poſsidebit, ſi oblui
ſcens quæ retro ſunt, & in anteriora extendẽs ſeipſum,
Pſal.75. ſecundũ quod in Pſalmis dicitur, Vouete, & reddite do
Vota. mino deo veſtro: quod ſcit eſſe licitum, & ad profectũ
melioris vitę pertinere cognoſcit, & libenter voueat, &
celeriter reddat, & in hoc quòd votum reddit, meliore
B ſemper conatu proficiat. Omne enim vouẽti deo & red
denti quod vouit: ipſe quoque deus reddet cœleſtis re-
Natura diuina. gni præmia quæ promiſit. Firmiſsime tene, & nulla-
tenus dubites, patrem & filium & ſpiritũ ſanctum vnũ
Cap.IIII. eſſe naturaliter deũ, in cuius nomine baptizati ſumus.
Cum enim aliud nomen ſit pater, aliud filius, aliud ſpi-
ritus ſanctus: hoc eſt vtique vnum naturæ nomẽ horũ
Deut.32. trium quod dicitur, deus. Qui dicit in Deuteronomio,
Videte quoniã ego ſum deus, & nõ eſt alius præter me.
Deut.6. Et de quo dicitur, Audi Iſraël, dominus deus tuus deus
Matth.4. vnus eſt. Et, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli
Vnus deus. ſeruies. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, pa-
Cap.V. trem & filium & ſpiritum ſanctum, id eſt, ſanctam Tri-
nitatem eſſe ſolum naturaliter verum deum. Quia cum
tres deos nobis colere non liceat, niſi vnum ſolum verũ
deũ, tamen ſicut pater verus deus dicitur, teſtante Apo-
1.Theſſ.1. ſtolo qui ait, Conuerſi eſtis ad deum à ſimulachris, ſer-
uire deo viuo & vero, & expectare filium eius de cœlis,
1.Ioan.5. quem ſuſcitauit à mortuis Ieſum: ita quoq; filium verũ
deum Ioannes commendat Apoſtolus, dicens, Scimus
quia filius dei venit, & dedit nobis intellectũ vt cogno
C ſcamus verum deũ, & ſimus in vero filio eius Ieſu Chri
ſto. Hic eſt verus deus, & vita æterna: qui vtique quoniã
verus deus eſt, etiam veritas eſt, ſicut ipſe nos edocet di
cẽs, Ego ſum via & veritas & vita. De ſpiritu quoq; ſan
Ioan.14. cto Ioannes Apoſtolus ait, Quia ſpiritus eſt veritas. Et
vtique nõ poteſt naturaliter deus verus nõ eſſe, qui ve-
1.Cor.6. ritas eſt. Quem etiam deum Paulus Apoſtolus confite-
tur, dicẽs, Membra veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti
qui in vobis eſt, quem habetis à deo, & non eſtis veſtri,
empti enim eſtis precio magno, glorificate & portate
Deus æternus. deũ in corpore veſtro. Firmiſsime tene, & nullatenus
dubites, patrem & filiũ & ſpiritum ſanctũ, id eſt, ſanctã
Cap.VI. Trinitatem vnum verum deum ſine initio ſempiternũ
Ioan.1. eſſe. Propter quod ſcriptũ eſt, In principio erat verbũ,
& verbum erat apud deum, & deus erat verbũ, Hoc erat
in principio apud deum. Hæc denuo ſempiternitas in-
Pſal.73. timatur, vbi dicitur in Pſalmo, Deus autẽ rex noſter an-
Roma.1. te ſecula, Et alio loco, Sempiterna quoque eius virtus &
Deus incõmutabilis. diuinitas. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites,
ſanctam Trinitatem ſolum verum deũ, ſicut æternum,
Cap.VII. ita ſolum naturaliter incommutabilem eſſe. Hoc enim
Exod.3. ſignificat, cum dicit ſeruo ſuo Moyſi, Ego ſum qui ſum.

Hinc & Pſalmus dicit, In principio domine tu terram D
fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: Ipſi peri- Pſal.102.
bunt, tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum
veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis eos, & muta-
buntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, ſanctã Tri- Deus omniũ creator.
nitatem ſolum eſſe verum deum, rerum omnium viſi-
bilium atque inuiſibilium creatorem. De quo in Pſal- Cap.VIII.
mo dicitur, Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, ſpes Pſal.145.
eius in domino deo ipſius qui fecit cœlũ & terrã, mare
& omnia quæ in eis ſunt. De quo etiã Apoſtolus dicit,
Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, Roma.11.
ipſi gloria in ſecula. Firmiſsime tene, & nullatenus Trinitas in vnitate.
dubites, patris & filij & ſpiritus ſancti vnam quidem eſ-
ſe naturam, tres vero eſſe perſonas: patrẽmque ſolum eſ Cap.IX.
ſe qui dixit, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi be- Matth.3.
ne complacui: & filium ſolum eſſe ſuper quem vox illa
ſolius patris inſonuit, quando in Iordane ſecundũ car-
nem baptizatus eſt vnigenitus deus, qui carnẽ ſolus ac-
cepit: atque ſpiritum ſanctum patris & filij ſolum eſſe,
qui in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum baptizatũ & aſ-
cendentem ab aqua deſcendit, & quinquageſimo die
poſt reſurrectionem Chriſti fideles in vno loco poſi- E
tos, in linguarum ignearum viſione aduenies reple-
uit. Illam vocem, qua ſolus locutus eſt deus pater: & il-
lam carnẽ, qua ſolus homo factus eſt vnigenitus deus:
& illã columbam, in cuius ſpecie ſpiritus ſanctus ſuper
Chriſtum deſcendit: illáſque linguas igneas, in quarum Acto.2.
viſione fideles Apoſtolos in vno loco cõſtitutos reple-
uit, opera eſſe totius ſanctæ Trinitatis, id eſt, vnius dei,
qui fecit omnia in cœlo & in terra, viſibilia & inuiſibi-
lia. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, ſolum Diſtinctio perſonarũ.
deum filium, id eſt, vnam ex Trinitate perſonam ſolius
patris eſſe filium: ſpiritum vero ſanctum ipſum quoque Cap.X.
vnam ex Trinitate perſonam, non ſolius patris, ſed ſi-
mul patris & filij eſſe ſpiritum. Oſtendens enim dei fi-
lius ſe ſolum eſſe de patre genitũ, ait, Sic enim deus di-
lexit mũdum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Et pau- Ioan.3.
lo poſt, Qui autem nõ credit, iam iudicatus eſt, quia nõ
credit in nomine vnigeniti filij dei. Spiritũ autem ſan-
ctum & patris, & filij eſſe ſpiritum Apoſtolus docet, qui
ait, Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamẽ Roma.8.
ſpiritus dei habitat in vobis. Et ſequitur, Si quis autem
ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. F

Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, eundem Spiritus ſanctus.
ſpiritum ſanctum, qui patris & filij vnus eſt ſpiritus, de
patre & filio procedere. Dicit enim filius, Cum ve- Cap.XI.
nerit ſpiritus veritatis, qui à patre procedit. Vbi ſuum Ioan.15.
ſpiritum eſſe docuit, quia ipſe eſt veritas. De filio quo- Ioan.14.
que procedere ſpiritum ſanctũ, prophetica atque Apo-
ſtolica doctrina nobis commendat, Eſaias enim dicit
de filio, Percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labio- Eſaia.11.
rum ſuorum interficiet impium. De quo & Apoſtolus
ait, Quem interficiet dominus Ieſus ſpiritu oris ſui. 2.Theſſ.2.
Quem etiam ipſe vnicus dei filius ſpiritum oris ſui eſ-
ſe ſignificans, poſt reſurrectionem inſufflans in diſci- Ioan.20.
pulos, ait, Accipite ſpiritum ſanctum. De ore vero ip- Apoca.1.
ſius domini Ieſu, ait Ioannes in Apocalypſi, quia gla-
dius vtraque parte acutus procedebat. Ipſe ergo ſpirit⁹
oris eius, Ipſe eſt gladius qui de ore eius procedit.

Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Trinitas nullis terminis circunſcripta.
deum immenſum eſſe virtute non mole: & omnem
creaturam ſpiritalem atque corporalem virtute eius &
præſentia contineri. Dicit enim deus pater, Cœlum & Cap.XII.
terram ego impleo. Dicitur etiam de ſapientia dei, quæ Hiere.23.

G filius eſt eius, Quia attingit à fine vſque ad finem forti-
Sapien.8. ter, & diſponit omnia ſuauiter. De ſpiritu quoque ſan-
Sapien.1. cto legimus, Quia ſpiritus domini repleuit orbem ter-
rarum. Et Dauid Propheta dicit, Quò ibo à ſpiritu tuo,
& quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu il-
Pſal.138. lic es: ſi deſcendero ad infernum, ades. Firmiſsime
Perſona filij tene, & nullatenus dubites, vnam ex Trinitate perſonã,
Cap.XIII. id eſt, deũ filiũ, qui de natura dei patris ſolus natus eſt,
& vnius eiuſdémque naturæ cũ patre eſt, ipſum in ple-
nititudine temporis ſecundũ ſuſceptionem formæ ſer-
uilis volũtarie in virgine conceptũ, & de virgine natũ,
verbum carnem factum: ipſum quoque eſſe qui eſſen-
tialiter natus eſt de patre, & eſſentialiter conceptus eſt,
natúſque de virgine: ipſumque vnũ eſſe, & vnius natu-
Prouer.8. ræ cum virgine, qui ait de deo patre, Ante ſecula funda
uit me, & ante omnes colles generauit me. De quo etiã
Galat.4. dixit Apoſtolus, Quia cum venit plenitudo temporis,
miſit deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub
Humani- lege. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, Chri-
tas Chriſti. ſtum filium dei ſicut de deo patre plenum perfectumq;
Cap.XIIII. deum, ita de virgine matre plenũ perfectúmque homi-
H nem genitum, id eſt, verbum deum, habẽtem ſcilicet ſi-
**al. virgi-* ne peccato veram noſtri generis*carnem & animam
nis. rationalem. Quod ipſe dei filius euidenter oſtendit, di-
cens de carne ſua, Palpate & videte, quia ſpiritus carnẽ
Luca.24. & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Animã quo-
Ioan.10. que ſe habere his verbis oſtendit, dicens, Propterea me
pater diligit, quia ego pono animam meam, & iterum
ſumo eam. Intellectum quoque animæ ſe habere oſten-
Matth.11. dit in eo, quod ait, Diſcite à me quia mitis ſum & hu-
milis corde. Et de ſe ipſo deus per Prophetam dicit, Ec-
Eſaia.25. ce intelliget puer meus, & exaltabitur, & ſublimis erit
valde. Nam & beatus Petrus ſecundũ ſancti Dauid pro
phetiam in Chriſto carnem & animam confitetur. De
Act.2. ipſo enim beato Dauid loquens, ait, Propheta igitur cũ
eſſet, & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi deus de fru-
ctu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius, prouidens locu-
Pſal.131. tus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque derelicta eſt
anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptio-
Pſal.15. nem. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, vnum
Diuinitas filium atque ipſum eſſe deũ verum, qui cum patre deo,
Chriſti. & ſpiritu ſancto deo fecit omnia tempora, & in monte
Cap.XV. Sinai legem Moyſi dedit ordinatam per angelos, & ip-
Exo.20.21. ſum deum verbum carnem factum: qui veniente pleni-
Gala.4. tudine temporis, miſſus à patre & ſpiritu ſancto, factus
I eſt ex muliere quam fecit, ſolus factus eſt ſub lege quam
De duabus dedit. Firmiſsime tene & nullatenus dubites, dei ver-
in Chriſto bum quod caro factum eſt, in duas naturas incõfuſibi-
naturis. liter permanere. Vnam veram diuinam, quam habet cũ
Cap.XVI. patre communem, ſecundum quam dicit, Ego & pater
Ioan.10. vnum ſumus, & qui me videt, videt & patrem, & ego in
& 14. patre & pater in me eſt: ſecundum quam etiam dicit A-
Hebr.1. poſtolus, ſplendorem gloriæ & figuram ſubſtantię dei.
Ioan.14. Alteram veram humanam, ſecundum quam ipſe deus
Vnitas per- incarnatus dicit, Pater maior me eſt. Firmiſsime
ſonæ in tene, & nullatenus dubites, deum verbum carnem fa-
Chriſto. ctum, vnam habere diuinitatis ſuæ carníſque perſonã,
Cap.XVII. Deus enim verbum plenam naturam humanam ita ſi-
bi veraciter vnire dignatus eſt, & permanẽte diuinita-
te ſua ita verbum caro factum eſt: vt quamuis naturali-
ter non hoc ſit verbum quod caro, quia duarum natu-
rarum veritas manet in Chriſto, ſecundum vnam ta-
men perſonam idem verbũ caro ab ipſo fieret mater-
næ conceptionis initio. Deus enim verbum nõ accepit
perſonam hominis, ſed naturam: & in æternam perſo-
nam diuinitatis accepit temporalem ſubſtantiam car- K
nis. Vnus eſt ergo Chriſtus verbum caro factum, qui e-
tiam ex patribus ſecũdum carnem, & ſuper omnia deus
benedictus in ſecula. Vnus Ieſus, cui & pater dicit, Ex *Pſal.109.*
vtero ante luciferũ genui te. Vbi ſignificatur ante om-
ne tempus ſine initio æterna natiuitas. Vnus Ieſus, de
quo & Euangeliſta dicit, Quia vocatum eſt nomẽ eius *Luca.2.*
Ieſus, quod vocatum eſt ab angelo priuſquam in vtero
conciperetur. Firmiſsime tene, & nullatenus dubi- *Verbi &*
tes, non carnem Chriſti ſine diuinitate conceptam in *carnis vnio*
vtero virginis priuſquam ſuſciperetur à verbo, ſed ip- *Cap.XVIII*
ſum verbum deum ſuæ carnis acceptione conceptum, *3.ſen.diſt.2*
ipſamque carnem verbi incarnatione conceptam. *ca.ſi autem*

Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, ipſum vni- *Sacrificia.*
genitum deum verbum carnem factum, ſe pro nobis *Cap.XIX.*
obtuliſſe ſacrificium & hoſtiam deo in odorem ſuaui-
tatis: cui cum patre & ſpiritu ſancto à Patriarchis, Pro-
phetis, & ſacerdotibus tẽpore veteris teſtamẽti anima-
lia ſacrificabantur: & cui nunc, id eſt tempore noui te-
ſtamenti, cum patre & ſpiritu ſancto, cũ quibus illi eſt *Sacrificiũ*
vna diuinitas, ſacrificium panis & vini in fide & chari- *panis.*
tate, ſancta eccleſia catholica per vniuerſum orbem ter L
ræ offerre non ceſſat. In illis enim carnalibus victimis
figuratio fuit carnis Chriſti, quam pro peccatis noſtris
ipſe ſine peccato fuerat oblaturus, & ſanguinis quem e-
rat effuſurus in remiſsionem peccatorum noſtrorum.
In iſto autem ſacrificio gratiarum actio atque comme-
moratio eſt carnis Chriſti quã pro nobis obtulit, & ſan
guinis quem pro nobis idẽ deus effudit. De quo beatus
Paulus dicit in Actibus Apoſtolorũ, Attendite vobis & *Act.20.*
vniuerſo gregi in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſ-
copos regere eccleſiã dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo.
In illis ergo ſacrificiis quid nobis eſſet donãdũ figuratè
ſignificabatur. In hoc autẽ ſacrificio quid nobis iã do-
natum ſit, euidenter oſtenditur. In illis ſacrificiis præ-
nunciabatur filius dei pro impiis occidẽdus: in hoc au-
tem pro impiis annunciatur occiſus, teſtãte Apoſtolo:
quia Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus ſecundum *Roma.5.*
tempus, pro impiis mortuus eſt: & quia cum inimici eſ-
ſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius.

Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, verbum car *Humani-*
nem factum, eãdem humanam carnem ſemper veram *tas Chriſti.*
habere, qua de virgine verbum deus natus eſt, qua cru- *Cap XX.*
cifixus & mortuus eſt, qua reſurrexit & in cœlum aſcẽ- M
dit, & in dextera dei ſedet, qua etiam venturus eſt iudi-
care viuos & mortuos: propter quod Apoſtoli ab ange-
lis audierunt, Sic veniet quemadmodum eum vidiſtis *Act.1.*
euntem in cœlum. Et beatus Ioannes ait, Ecce veniet cũ *Apoca.1.*
nubibus, & videbit eum omnis oculus & qui eũ cruci-
fixerunt, & videbunt eum omnes termini terræ talem.

Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, trinitatem *Naturã ni-*
deum, id eſt, patrem & filium & ſpiritum ſanctum eſſe *hil nõ bonũ*
naturaliter ſummum atque incommutabile bonum: & *Cap XXI.*
ab ipſo creatas eſſe omnes naturas, bonas quidem, quia
à ſummo bono factæ ſunt, ſed mutabiles, quæ de nihi-
lo factæ ſunt: nullámque eſſe malam naturam, quia om-
nis natura inquãtum natura eſt, bona eſt. Sed quia in ea
bonum & augeri & minui poteſt, intãtũ mala dicitur,
inquantum bonum eius minuitur. Malum enim nihil *Malum.*
aliud eſt, niſi boni priuatio. Vnde geminum cõſtat eſſe
creaturæ rationalis malum, vnum quo voluntarie ipſa
deficit à ſummo bono creatore ſuo: alterũ quo inuita
punietur ignis æterni ſupplicio: illud paſſura iuſte, quia
hoc admiſit iniuſte: & quia ordinẽ in ſe nõ ſeruauit di-
uinæ inſtitutionis: ordinẽ diuinę non effugiet vltionis.

Firmiſsime

A Firmiſsime tene,& nullatenus dubites, neq; ange-
Nulla crea los,neque aliam quālibet creaturam eiuſdē naturę eſſe,
tura eſt ea- cuius eſt ſecundum naturalem diuinitatem ſumma tri
dem cum nitas,quæ eſt vnius naturaliter deus pater & filius & ſpi-
deo. ritus ſanctus:neq; enim vnius naturę eſſe potuerunt ille
Cap.XXII. qui fecit,& ea quæ fecit. Firmiſsime tene, & nulla-
Angeli ſta- tenus dubites,omnem creaturam naturaliter mutabilē,
biſtabiles. à deo incommutabili factam, nec tamē poſſe quemli-
Ca.XXIII. bet ſanctorum angelorum in deterius mutari: quia ſic
acceperunt æternam beatitudinem, qua deo ſtabiliter
perfruuntur,vt ea carere non poſsint. Sed hoc ipſum,
quod ab illo ſtatu beatitudinis, in quo ſunt, mutari in
deterius nullatenus poſſunt, non eſt eis naturaliter in-
ſitum,ſed poſtquam creati ſunt gratiæ diuinæ largitate
collatum. Si enim angeli naturaliter incommutabiles
fierent,nunquam de eorum conſortio diabolus & eius
Creaturæ angeli cecidiſſent. Firmiſsime tene, & nullatenus
rationales. dubites,in omni creatura,quam ſpiritalem atq; corpo-
C.XXIIII. reā ſumma trinitas fecit,ſolos ſpiritus angelicos & hu-
manos intelligendi facultatem diuinitus accepiſſe.Cæ-
teros vero ſpiritus brutorum animalium rationalē in-
B telligentiam nō accepiſſe, & etiam hoc omnino habe-
Pſal.31. re non poſſe. Propter quod dicitur hominibus, Nolite
fieri ſicut equus & mulus,quibus non eſt intellectus. Et
ideo animas hominum, & animas pecorum vnius na-
turæ non eſſe:nec animas pecorum in animas hominū,
nec animas hominum in animas pecorū poſſe aliquā-
Libera vo- do tranſire. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites
lūtas Adæ. primos homines,id eſt,Adam & mulierem eius, bonos
Cap.XXV. & rectos, & ſine peccato creatos eſſe cū libero arbitrio,
quo poſſent, ſi vellent, humili & bona volūtate ſeruire
atque obedire:quo arbitrio etiam poſſent,ſi vellēt,pro-
pria voluntate peccare:eóſq; non neceſsitate, ſed pro-
pria volūtate peccaſſe:illoq; peccato ſic in deterius mu-
Roma.5. tatam humanam naturam, vt nō ſolum in ipſis primis
hominibus per peccatum mors obtineret regnum, ſed
etiam in omnes homines trāſiret peccati mortiſq; do-
Peccatum minium. Firmiſsime tene,& nullatenus dubites,om-
originale. nem hominem, qui per concubitum viri & mulieris
Ca.XXVI. concipitur,cum peccato originali naſci,impietati ſub-
De cōſe diſt ditum, mortiq; ſubiectum, & ob hoc natura iræ filium
4.ca.Fir- naſci.De qua dicit Apoſtolus, Eramus enim & nos na-
miſsime. tura filij iræ,ſicut & cæteri. A qua ira null⁹ liberatur,ni-
Ephe.2. ſi per fidem mediatoris dei & hominum,hominis Ieſu
1.Timo.2. Chriſti,qui ſine peccato conceptus, ſine peccato natus,
C ſine peccato mortuus,peccatum pro nobis factus eſt,id
eſt, ſacrificium factus eſt pro peccatis noſtris.In veteri
quippe teſtamento peccata dicebātur ſacrificia,quę pro
peccatis offerebantur,in quibus omnibus fuit ſignifica-
Ioan.1. tio Chriſti:quia ipſe eſt agnus dei qui tollit peccata mū
Non bapti di. Firmiſsime tene,& nullatenus dubites, non ſo-
zati. lum homines iam ratione vtētes, verūetiam paruulos,
Ca.XXVII. qui ſiue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi mo-
De conſec. riuntur,ſiue cum de matribus nati ſine ſacramēto ſan-
diſt.4.ca. cti baptiſmatis, quod datur in nomine patris & filij &
Firmiſsime ſpiritus ſancti,de hoc ſeculo tranſeūt,ignis æterni ſem-
piterno ſupplicio puniendos:quia etſi propriæ actionis
peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati
dānationem carnali cōceptione & natiuitate traxerūt.
Iudicium. Firmiſsime tene,& nullatenus dubites, ideo Chri-
C.XXVIII. ſtum filium dei ad iudicandos viuos & mortuos vētu-
rum,vt homines,quos hic dono ſuę gratiæ gratis per fi
dem iuſtificat, eiſdémq; iuſtificatis in fide & charitate
ſanctæ matris Eccleſiæ vſq; in finem perſeuerantiā do-
nat,in ſuo aduentu reſuſcitet & glorificet, & ſecūdum

promiſsionem ſuam æquales ſanctis angelis faciat, & D
ad eum ſtatum perducat,in quo perfecte, quātum vni- *Matth.22.*
cuique donat deus,boni ſint,& ab ipſa perfectione de-
inceps mutari non poſsint: vbi diuerſa erit ſanctorum
gloria,ſed vna erit omnium vita æterna. Diabolum ve
ro & angelos eius in ignem æternū à Chriſto eſſe mit-
tendos,vbi nunquam carebunt pœna,quam eis præpa-
rauit diuina iuſticia. Cū ipſo etiam Diabolo impios &
iniquos homines,de quibus ſcriptura dicit,Imitātur au *Sapien.2.*
tem eum qui ſunt ex parte illius,pro eo, quia eū in ma-
lis operibus imitati ſunt,& ante finē præſentis vitæ cō-
gruam pœnitentiam non egerūt, reſumptis corporibus
ſupplicio æternæ cōbuſtionis arſuros. Firmiſsime *Reſurre-*
tene,& nullatenus dubites, omnibus hominibus & bo- *ctio.*
nis & malis reſurrectionem carnis in aduentu domini *Ca.XXIX.*
futuram eſſe cōmunem:retributionem vero iuſticię dei
eſſe bonis maliſq; diſsimilem,ſecundum quòd Apoſto
lus ait, Quia omnes reſurgemus, ſed non omnes im-
mutabimur.Immutabuntur autem iuſti qui ibunt in vi- *1.Cor.15.*
tam æternam. Quod Apoſtolus oſtendit dicens, Et
mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et
oſtendens quæ erit ipſa immutatio, adiecit, Oportet e- E
nim corruptibile hoc induere incorruptionem,& mor
tale hoc induere immortalitatē. In iuſtorum corpori-
bus fiet quod ipſe Apoſtolus ait, Seminatur in corru-
ptione, ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobi-
litate,ſurget in gloria.Seminatur in infirmitate, ſurget
in virtute.Seminatur corpus animale,ſurget corpus ſpi *Ibidem.*
ritale. Quod propterea ſpiritale dixit, non quia ipſum
corpus ſpiritus erit,ſed quia viuificante ſpiritu immor-
tale atq; incorruptibile permanebit.Sic autem tunc di-
citur ſpiritale corpus cum non ſpiritus ſit, ſed perma-
neat corpus:ſicut nunc animale dicitur, cum tamē in-
ueniatur non anima eſſe, ſed corpus. Firmiſsime *Fides &*
tene,& nullatenus dubites, exceptis illis qui pro nomi- *baptiſmus.*
ne Chriſti ſuo ſanguine baptizantur,nullum hominem *Cap.XXX.*
accepturū vitam æternā, qui non hic à malis ſuis fuerit *15.q.1.ca.*
per pœnitentiā fidemq; conuerſus, & per ſacramentū *Firmiſsi-*
fidei & pœnitentiæ,id eſt, per baptiſmū liberatus:& ma *me.*
ioribus quidem neceſſarium eſſe & pœnitētiam de ma
lis ſuis agere,& fidem catholicam ſecūdū regulam ve-
ritatis tenere,& ſacramentū baptiſmatis accipere: par-
uulis vero qui nec propria voluntate credere, nec pœ-
nitentiam pro peccato quod originaliter trahunt age- F
re poſſunt, ſacramētū fidei quod eſt ſanctum baptiſma
quandiu rationis ætas eorum capax eſſe nō poteſt, ſuf-
ficere ad ſalutē. Firmiſſime tene, & nullatenus du *Gratia.*
bites, neminem hic poſſe hominum pœnitentiam age- *Ca.XXXI.*
re,niſi quem deus illuminauerit,& gratuita ſua miſera-
tione conuertit.Apoſtolus enim dicit, Ne forte det il- *2.Timo.2.*
lis deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, &
reſipiſcāt à Diaboli laqueis. Firmiſsime tene, & nul- *Nihil agi*
latenus dubites,poſſe quidem hominem quē nec igno- *ſine gratia.*
rantia literarum, nec aliqua prohibet imbecillitas vel *C.XXXII.*
aduerſitas, verba ſanctæ legis & Euangelij, ſiue legere,
ſiue ex ore cuiuſquam prædicatoris audire: ſed diuinis
mandatis obedire neminem poſſe,niſi quem deus gra-
tia ſua præuenerit:vt quod audit corpore, corde etiam
percipiat,& accepta diuinitus bona voluntate atq; vir-
tute,mandata dei facere & velit & poſsit. Neque enim *1.Cor.3.*
qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat,ſed qui incremē *Philip.2.*
tū dat deus,qui etiam operatur in nobis & velle & per- *Deū nihil*
ficere pro bona voluntate. Firmiſsime tene,& nul- *latere.Cap.*
latenus dubites, deo incommutabili non ſolum præte- *XXXIII.*
rita & præſentia, ſed etiam futura omnia incōmutabi-
liter

Danie.13. liter eſſe notiſsima, cui dicitur, De⁹ qui occultorum es
G cognitor, qui ſcis omnia antequam fiant. Firmiſsi-
Prædeſt.na me tene, & nullatenus dubites, Trinitatem deum incō-
tio. Caput mutabilem rerum omnium atq; operum, tam ſuorum
XXXIIII. quàm humanorū certiſsimū cognitorem, ante omnia
ſecula ſcire quibus eſſet per fidem gratiam largiturus:
ſine qua nemo poteſt ex initio mundi vſque in finem à
Roma.8. reatu peccati tā origioalis quàm actualis abſolui. Quos
enim deus præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri
Beati ex imaginis filij ſui. Firmiſsime tene, & nullatenus du-
prædeſtina bites, omnes quos vaſa miſericordiæ gratuita bonitate
tione. Cap. deus fecit, ante conſtitutiooem mundi in adoptionem
XXXV. filiorum dei prædeſtioatos à deo: neq; perire poſſe ali-
quem eorum quos deus prædeſtinauit ad regnū cœlo-
rum: oec quenquam eorum quos non prædeſtinauit ad
vitam vlla poſſe ratione ſaluari. Prædeſtinatio enim il-
la gratuitæ donationis eſt pręparatio, qua nos Apoſto-
Ephe.1. lus ait prædeſtinatos in adoptionem filiorū dei per Ie-
Baptiſmus. ſum Christum in ipſum. Firmiſsime tene, & nulla-
C.XXXVI. tenus dubites, ſacramentum baptiſmatis, nō ſolum in-
tra Eccleſiam catholicam, ſed etiā apud Hæreticos, qui
io nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptizant, eſſe
H poſſe, ſed extra Eccleſiam catholicam prodeſſe nō poſ-
ſe. Imò ſicut iotra Eccleſiā recte credentibus per ſacra-
mentum baptiſmi cōferri ſalutem: ſic extra Eccleſiam
baptizatis, ſi ad Eccleſiam non redierint, eodē baptiſ-
mo accumulari perniciem. Tantum eoim valet Eccle-
ſiaſticæ ſocietatis vnitas ad ſalutem, vt baptiſmo nō ſal
uetur, cui non ibi datur, vbi oportet vt detur. Ineſſe ta-
meo domioi baptiſmum etiam extra Eccleſiam bapti-
zato, ſed ad iudiciū ioeſſe ab Eccleſia ſeparato. Et quia
manifeſtum eſt, vbicunque datum fuerit, hoc baptiſma
ſemel eſſe dādum, ideo etſi ab Hæreticis in oomine pa-
tris & filij & ſpiritus ſancti fuerit datum, venerabiliter
agooſcendum, & ob boc nullatenus iteraodum. Salua-
Ioan.13. tor enim dicit, Qui ſemel lotus eſt, non iodiget niſi vt
Eccleſia C. pedes lauet. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites,
XXXVII. omnem extra Eccleſiam catholicam baptizatum, par-
ticipem fieri non poſſe vitæ æternæ, ſi ante finem vitæ
huius catholicæ nō fuerit redditus atque incorporatus
1.Cor.13. Eccleſiæ. Quia ſi habeam, inquit Apoſtolus, omoem fi-
dem, & noverim omnia ſacramenta, charitatem autem
Dānati.C. nō hābeam, nihil ſum. Nam & in diebus diluuij nemi-
XXXVIII. nem legimus extra arcam potuiſſe ſaluari. Firmiſsi-
I me tene, & nullatenus dubites, non ſolum omnes Pa-
ganos, ſed etiam omnes Iudæos Hęreticos atque ſchiſ-
maticos, qui extra Eccleſiam catholicam præſentem fi-
Matth.25. niunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus eſt
Hæretici. Diabolo & angelis eius. Firmiſsime tene, & nulla-
C.XXXIX. tenus dubites, quemlibet hæreticum ſiue ſchiſmaticum
in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptizatum, ſi
Eccleſiæ catholicæ non fuerit aggregatus, quātaſcunq;
eleemoſynas fecerit, etſi pro Chriſti nomine etiam ſan-
guinē fuderit, nullatenus poſſe ſaluari. Omni enim ho-
mini, qui Eccleſiæ catholicæ non tenet vnitatem, neq;
baptiſmus, neque eleemoſyoa quamlibet copioſa, neq;
mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad
ſalutem, quandiu io eo hæretica vel ſchiſmatica praui-
Chriſtiani tas perſeuerat, quæ ducit ad mortē. Firmiſsime te-
male viuē- ne, & nullatenus dubites, non omnes qui iotra Eccleſiā
tes. catholicam baptizantur, accepturos eſſe vitam æternā,
Cap XL. ſed eos qui percepto baptiſmate recte viuunt, id eſt, qui
abſtinuerunt ſe à viciis & concupiſcētiis carnis. Regnū
enim cœlorum ſicut infideles Hæretici atque ſchiſma-
tici oon habebunt, ſic Catholici criminoſi poſsidere nō
poterunt. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, K
etiam iuſtos atque ſanctos homines, exceptis iis qui bap Sine pecca-
tizati paruuli ſunt, ſine peccato hic neminem viuere to neminē
poſſe: ſemperq; omni homini eſſe neceſſarium, & pec- viuere.
cata ſua vſque in finem vitæ præſentis eleemoſynis di- Cap.XLI.
luere, & remiſsionem à deo humiliter ac veraciter po-
ſtulare. Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, om- Cibus, pot⁹
nem creaturam dei bonam eſſe, & nihil reiiciendum, Matrimo-
quod cum gratiarum actione percipitur: & dei ſeruos, niū. Caput
qui à carnibus aut vioo abſtinent, non tanquā immun- XLII.
da quæ à deo facta ſunt reſpuere, ſed à fortiori cibo & 1.Timo.4.
potu pro ſola caſtigatione corporis abſtinere. Nuptias
quoque diuinitus inſtitutas & beoedictas: & meli⁹ qui-
dem ſi quiſquam ſine coniugio ſit, vt liberius atque ple
nius cogitet quæ ſunt dei, quo modo placeat deo: tamē 1.Cor.7.
illis qui contioentiam noo vouerunt, nullum eſſe pec-
catum, ſi vel mulier nubat, vel vir vxorē ducat. Nec ſo-
las primas ouptias à deo inſtitutas, ſed etiam ſecundas
& tertias, pro eorum qui ſe continere non poſſunt in-
firmitate coonceſſas. Eis vero qui ſiue cōiugati, ſiue à cō-
iugio liberi continentiam deo vouerūt, admodum eſſe
damnabile, ſi vel illi coniugale opus voluerint appete-
re, quò ſe non acceſſuros, vel illi repetere, à quo ſe receſ L
ſuros, illi libera, illi communi profeſsi ſunt voluntate.

Firmiſsime tene, & nullatenus dubites, aream dei Malos miſ
eſſe eccleſiam catbolicam, & intra eam vſque in finem ceri bonis.
ſeculi frumento mixtas paleas contineri: hoc eſt bonis Ca.XLIII.
malos ſacramētorum communione miſceri: & in om-
ni profeſsione, ſiue clericorum, ſiue monachorum, ſiue
laicorum, bonos eſſe ſimul & malos: nec pro malis bo-
nos deſerendos, ſed pro bonis malos, inquantum exigit
fidei & charitatis ratio tolerādos, id eſt, ſi vel in Eccle-
ſia nullius perfidiæ ſemioa ſpargunt, vel fratres ad ali-
quod malum opus mortifera imitatione non ducunt:
nec poſſe aliquem intra Eccleſiam catholicā recte cre-
dentem beneq; viuentē, alieno vnquam maculari pec-
cato, ſi cuiquam peccanti nec conſenſionē præbeat nec
fauorem, Vtiliterq; malos à bonis intra Eccleſiam to-
lerari, ſi hoc cū eis bene viuendo & bene monendo a-
gatur, vt & videntes & audientes quæ bona ſunt, mala
ſua reſpuant, & iudicandos ſe à deo pro ſuis malis ope-
ribus contremiſcant, atque ita præueniēte dono gratiæ
de ſuis iniquitatibus confundātur, & ad bonam vitam
per dei miſericordiam cōuertantur. Bonos vero à ma-
lis intra Eccleſiam duntaxat catholicā conſtitutis non M
debere niſi operum diſsimilitudine ſeparari, vt cū qui-
bus diuina cōmunicant ſacramenta, non habeant ma-
la opera, quibus illi ſunt criminoſi, cōmunia. In fine ve-
ro ſeculi bonos à malis etiā corpore ſeparandos: quan-
do veniet Chriſtus habens vētilabrum in manu ſua, & Matth.3.
permundabit areā ſuam, & coogregabit triticū in hor-
reum ſuum, paleas autē comburet igoi ioextinguibili:
quando per iudicium iuſtum ſegregabit iuſtos ab iniu-
ſtis, bonos à malis, rectos à peruerſis: bonos conſtituet
à dextris, malos à ſiniſtris, & ex eius ore iuſti æterníque
iudicij ſempiterna atque incommutabili prolata ſentē-
tia, iniqui omnes ibunt in combuſtionē æternam, iuſti Matth.25.
autem in vitam æternam: iniqui ſemper arſuri cū dia-
bolo, iuſti autem regnaturi (ſine fine) cum Chriſto. Perſiſtendū

Hæc interim quadraginta capitula ad regulam ve- in fide. Ca.
ræ fidei firmiſsime pertinentia fideliter crede, fortiter XLIIII.
tene, veraciter patientérque defende. Et ſi quem cōtra-
ria his dogmatizare cognoueris, tāquam peſtem fuge,
& tanquam hæreticum abiice. Ita enim iſta quæ poſui-
mus fidei catholicæ congruunt, vt ſi quis oon ſolum
omnibus,

A omnibus,ſed etiam ſingulis voluerit contraire,in eo ꝙ
ſingulis horum contumaciter repugnat,& his cõtraria
docere non dubitat, hæreticus & Chriſtianæ fidei ini-
micus,atque ex hoc omnibus catholicis anathematizã-
dus appareat. Quamuis igitur & anguſtia temporis & fe
ſtinatio portitoris cõpulerit nos aliqua,quæ pro diuer-
ſis hæreſibus agnoſcendis atq; vitandis fuerant inſerẽ-
da,præterire ſilentio:tamen ſi omnia quæ in hoc opuſ-
culo continentur recenſere & notiſsima prorſus habe-
re non negligas, ex his poteris cauta diſcretione etiam
de cæteris ſpiritaliter iudicare. Apoſtolus enim dicit,
1.Cor.2. quia ſpiritalis iudicat omnia:quo donec vnuſquiſq; no
ſtrũ perueniat,in eo quò peruenit ambulet,id eſt, in eo
Philip.3. quod certum accepit fideliter perſeueret, Quod ſi quid
Repetit ſu- aliter ſapit,hoc quoque illi deus reuelabit. Vere fir-
periora. mum fidei eſt fundamentum,principaliter credere pa-
Cap.XLV. trem & filium & ſpiritum ſanctum, vnum eſſe natura-
liter deum:ita vt de natura patris vere natum vnigeni-
tum filium,& ſimul de patre & filio vere atque natura-
liter procedẽtem credamus ſpiritum ſanctum:ipſamq;
ſanctam Trinitatem eſſe vnum ſolum verum æternum
atque incommutabilem deum. Credere etiam cõgruit
B ad ſalutem,vnã ex Trinitate perſonam,id eſt, vnigeni-
tum deum pro noſtra ſalute ſolum hominem factum:
eundemq; vnum eſſe deum verum, & hominem verũ,
ſecundum diuinitatem vnam naturam habentem cum
patre & ſpiritu ſancto:ſecundum humanitatem vero a-
nimam Chriſti rationalem eiuſdem naturæ eſſe cuius
ſunt animæ omnium hominum,& carnẽ Chriſti illius
eſſe naturæ cuius eſt vniuerſorum qui de primo homi-
ne originem ducunt.Ergo nec animã Chriſti,nec car-
nem vnius cum diuinitate eiuſdẽmq; eſſe naturæ: quia
ſecundum humanitatem vere ipſe creatus eſt. Sed ſicut
diuinitati eius cum patre & ſpiritu ſancto eſt diuina na
tura communis.ſic animæ eius & corpori naturalis eſt
communio cum animabus & corporibus noſtris. Qui
diuinitate ſua carnem atq; animam credentium in ſe,
& à peccati dominio,& ab ęternę mortis ſupplicio gra
tis eripuit auferendo peccatum. Hac enim credulitate
munitus, non obliuiſceris diuinam miſericordiam die
noctúq; ſupplicare: obſecrãs beatam ſpem omniũ cre-
dentium in ſe qui eſt Chriſtus dominus, vt huius fidei
veritatẽ firmiter teneas, inuiolatãq; cuſtodias:quia ſpi-
C ritus ſanctus fidelibus ſe deprecãtibus copioſum ſubmi
niſtrat adiutoriũ,ſicut Propheta dicit, Propè eſt domi-
Pſal.144. nus omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatẽ
timentium ſe faciet,& preces eorum exaudiet, & ſaluos
faciet eos. Cuſtodit dominus omnes diligẽtes ſe,& om-
nes peccatores diſperdet. Et iterum ipſi deo dicit, Ecce
Pſal.72. omnes qui ſe elongant à te, peribunt:perdidiſti omnes
qui fornicantur abs te. De ſe autẽ ait:Mihi autem adhæ-
rere deo bonum eſt,ponere in domino ſpem meã. Ad-
hære igitur deo fili chariſsime,& in ipſo ſpem tuam to-
to corde fide & charitate cõſtitue. In militia ſeculi ex-
hibe regi terreno fidele ſeruitiũ, quia hoc diligit deus,
hoc mãdat Apoſtolus,In cauſa vero fidei,qua Chriſtus
nos redemit in ſanguine ſuo,omnis de corde noſtro ti
mor abſcedat.Illi animas noſtras debemus, cuius ſan-
guine redempti ſumus.Illum debemus pręomnibus di-
ligere, quem nouimus noſtrarum animarum clemen-
tiſsimum redemptorẽ. Illius debemus timere præ om-
nibus æternam & veram poteſtatem,quem venturum
ſperamus æquiſsimum iudicem.Illius debemus promiſ
ſa toto affectu cordis appetere,qui poteſt animæ & cor
pori donare vitam æternam.Illius debemus timere ira-
cundiam,qui poteſt animã & corpus mittere in gehen- D
nam:in cuius iudicio ſine acceptione perſonarum, ſine
ambitu poteſtatum æqualiter iudicabuntur domini &
ſerui, reges & milites, diuites & pauperes, humiles &
ſublimes, Vbi ſeruus quiſquis hic fidem dei in veritate
tenuerit,regno potietur æterno:dominus autem infide
lis ſempiterno exuretur incẽdio. Vbi ſeruorum domi-
norúmq; fidelium nec vita terminabitur,nec lætitia fi-
nietur:infidelium vero ſiue ſeruorum ſiue dominorum
ſecundum ſermonis prophetici veritatem,ignis eorum
non extinguetur,& vermis eorum non morietur. Ibũt Eſaiæ 66.
enim iniqui in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo
& angelis eius. Attendamus autem quos illuc ſaluator
ituros eſſę prædixerit, nempe illos,quibus dicturus eſt,
Eſuriui,& non dediſtis mihi manducare:Sitiui,& non Matth.25.
dediſtis mihi bibere:Nudus fui,& non veſtiſtis me:Ho-
ſpes,& non ſuſcepiſtis me:Infirmus, & in carcere,& nõ
veniſtis ad me. Quòd ſi in ignem æternum digne mit-
tetur,qui Chriſto in ſuis minimis eſurienti panem non
dederit:quid paſſurus eſt qui ipſum panem, qui de cœ- E
lo deſcẽdit,ſibi per infidelitatis vitium adimit? Et ſi in
flammis perennibus exuretur,qui Chriſto in ſuis mini-
mis ſitienti calicem aquæ frigidæ non tribuit: quid il-
le patietur,qui renat⁹ ex aqua & ſpiritu ſancto,ſanctum
baptiſma in ſe iterare permittit, quod ad ſalutẽ ſemel,
& ad ſacramentum ſanctę regenerationis accepit?Et ſi
illum credimus perennibus ſubdẽdum eſſe tormentis,
qui Chriſtum in ſuis minimis peregrinũ hoſpitio ne-
gligit charitate ſuſcipere:quid paſſurũ ſe putauerit, qui
dominum Chriſtum de domo ſui cordis excludens,&
diabolum in ſe cæca prorſus infidelitate recipiens, de
ſancta Eccleſia, quæ eſt columna & firmamentum ve-
ritatis,hæretica circũuentus falſitate diſceſſerit? Et ſi il-
le qui infirmos atque in carcere poſitos famulos Chri-
ſti non viſitat, igni deputatur ſempiterno:quid illis re-
tribuendum dicimus,qui dei famulos,in quibus ſolam
perſequũtor fidei veritatem,aut ſqualore carcerum,aut
exiliorum deportatione violenter affligunt? Sed in his
omnibus licet infideles ſæuiant,deus tamen ſuis auxiliũ
ſubminiſtrat. Et dum inimici fidei aut callida quemq;
ſeductione,aut violenta compulſione cupiũt deprauа-
re,Chriſtus qui eſt virtus & ſapientia dei, vt mortiferæ
ſuaſionis promiſſa deſpiciẽt,& virtutem tribuit,vt ter-
roribus humanis robore diuini timoris obſiſtant:tantũ F
eſt vt voluntas non auertatur à deo,& fidei præmio po
tiatur. Ipſa eſt enim, cui aut pro infidelitate infligitur
æterna pœna, aut ſeruatæ fidei merces erit ſempiterna
lætitia.

Libri de regula fidei Finis.

Epiſtola Diui Auguſtini ad Aurelium
Carthaginenſis Eccleſiæ Epiſcopum.

DOmino beatiſsimo & ſynceriſsima charitate
venerando, ſancto fratri & conſacerdoti pa-
pæ Aurelio,Auguſtinus in domino ſalutem.
De trinitate quæ deus ſummus & verus eſt,libros iuue-
nis inchoaui, ſenex edidi: Omiſeram quippe hoc opus
poſteaquã comperi præreptos mihi eſſe ſiue ſubreptos
antequam eos abſoluerem,& retractatos,vt mea diſpo
ſitio fuerat,expolirem. Nõ enim ſingillatim ſed omnes
ſimul edere ea ratione decreueram,quoniam præcedẽ- †inquiſitio
tibus conſequentes inquiſitione proficiẽte† nectuntur. nis propro-
Cum ergo per eos homines qui priuſquam vellem ad tate.
quoſdam illorum peruenire potuerunt,diſpoſitio mea
nequiuiſſet impleri, interruptam dictationem reliquе-
ram,

G tam,cogitans hoc ipſum in aliquibus meis ſcriptis con
queri:vt ſcirent qui poſſent, non à me fuiſſe eoſdem li-
bros editos, ſed ablatos priuſquam mihi editione mea
digni viderentur. Verum multorum fratrum vehemẽ-
tiſsima poſtulatione, & maxime tua iuſsione cõpulſus,
opus tam laborioſum,adiuuãte domino terminare cu-
raui:eóſq; emendatos non vt volui,ſed vt potui, ne ab
illis qui ſubrepti iam in manus hominum exierant,plu-
rimum diſcreparent, venerationi tuę per filium noſtrũ
condiaconum chariſsimum miſi,Et cuicunque audien
dos,deſcribendos,legendóſque permiſi:in quibus ſi ſer
uari mea diſpoſitio potuiſſet, eſſent profecto etſi eaſdẽ
ſententias habentes,multo tamen enodatiores atq; pla-
niores, quantum rerum tantarum explicandarum diffi
cultas & facultas noſtra pateretur. Sunt autem qui pri-
mos quatuor vel potius quinque etiã ſine procemiis ha
bent,& duodecimum ſine extrema parte nõ parua. Sed
ſi eis hæc editio potuerit innoteſcere, omnia ſi volue-
rint & valuerint emendabunt. Peto ſanè vt hãc Epiſto
lam ſeorſum quidem, ſed tamen ad caput eorundem li
H brorum iubeas anteponi. Ora pro me.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE TRINITATE Liber primus.

Error de deo triplex. Caput.I.

LECTVRVS hæc quæ de Tri-
nitate diſſerimus, prius oportet
vt nouerit, ſtylum noſtrum ad-
uerſus eorum vigilare calũnias,
qui fidei contemnentes initium,
immaturo & peruerſo rationis
amore falluntur. Quorum non-
nulli ea quæ de corporalibus re-
bus,ſiue per ſenſus corporeos experta nouerũt †,ſiue quę *†notauerũt.*
natura humani ingenij & diligentiæ viuacitate vel ar-
tis adiutorio perceperũt, ad res incorporeas & ſpirita-
les transferre conantur, vt ex his illa metiri atque opi-
nari velint. Sunt quidam alij qui ſecundum humani a-
I nimi naturam vel affectum de deo ſentiunt ſi quid ſen
tiunt, & ex hoc errore cum de deo diſputant, ſermoni
ſuo diſtortas & fallaces regulas fingunt. Eſt item aliud
hominum genus,eorum qui vniuerſam quidem creatu
ram quę profecto mutabilis eſt, nituntur tranſcendere,
vt ad incommutabilem ſubſtantiam quæ deus eſt eri-
gant intentionem:ſed mortalitatis onere prægrauati,
cum & videri volunt ſcire quod neſciunt,& quod vo-
lunt ſcire non poſſunt,præſumptiones opinionum ſua-
rum audacius affirmando,intercludunt ſibimet intelli-
gentiæ vias,magis eligentes ſententiam ſuam non cor-
rigere peruerſam,quàm mutare defenſam. Et hic quidẽ
omnium morbus eſt trium generum quæ propoſui: &
eorum ſcilicet qui ſecundum corpus de deo ſapiunt: &
eorum qui ſecundum ſpiritalem creaturam,ſicuti eſt a-
nima: & eorum qui neque ſecundum corpus neque ſe-
cundum ſpiritalem creaturam, & tamen de deo falſa
exiſtimant:eo remotiores à vero, quo id quod ſapiunt
nec in corpore reperitur,nec in facto & condito ſpiri-
tu,nec in ipſo creatore. Qui enim opinatur deum, ver-
bi gratia,candidum vel rutilum,fallitur:ſed tamen hęc
inueniuntur in corpore. Rurſus qui opinatur deum nũc
obliuiſcentem,nunc recordantem,vel ſi quid huiuſmo
di eſt, nihilominus in errore eſt, ſed tamen hæc inue- K
niuntur in animo. Qui autem putat eius eſſe potentiæ
deum vt ſeipſum ipſe genuerit,eo plus errat, quod non
ſolum deus ita non eſt, ſed nec ſpiritalis nec corpora-
lis creatura. Nulla enim omnino res eſt quæ ſeipſam gi
gnat vt ſit. Vt ergo ab huiuſmodi falſitatibus humanus
animus purgaretur,ſancta ſcriptura paruulis congruẽs,
nullius generis rerum verba vitauit,ex quibus quaſi gra
datim ad diuina [atque ſublimia] noſter intellectus ve-
lut nutritus aſſurgeret. Nam & verbis & rebus corpo-
ralibus ſumptis vſa eſt cum de deo loqueretur,velut cũ
ait, In tegmine alarum tuarum protege me: Et de ſpiri- *Pſal.16.*
tali creatura multa tranſtulit quibus ſignificaret illud
quod ita non eſſet,ſed ita dici opus eſſet, ſicuti eſt: Ego *Exod.20.*
ſum deus zelotes: Et, Pœnitet me hominem feciſſe. De *Gene.6.*
rebus autem quæ omnino non ſunt,nõ traxit aliqua vo-
cabula, quibus vel figuraret locutiones, vel ſpiraret† *†ſpiſſaret.*
ænigmata. Vnde pernicioſius & inanius euaneſcũt,qui
tertio illo genere erroris à veritate ſecluduntur,hoc ſu-
ſpicãdo de deo,quod neque in ipſo, neque in vlla cre-
atura inueniri poteſt. Rebus enim quæ in creatura inue L
niuntur,ſolet ſcriptura diuina velut infantilia oblecta-
menta formare,quibus infirmorum ad quærendum ſu-
periora & inferiora deſerẽda, pro ſuo modulo tanquã
paſsibus moueretur affectus. Quæ vero propriè de deo
dicuntur,quæq; in nulla creatura inueniuntur,raro po-
nit ſcriptura diuina,ſicut illud quod dictũ eſt ad Moy-
ſem: Ego ſum qui ſum: &, qui eſt, miſit me ad vos. Cum *Exod.3.*
enim eſſe aliquo modo dicatur & corpus & anim⁹,ni-
ſi proprio quodam modo vellet intelligi, non id vtiq;
diceret. Et illud quod ait Apoſtol⁹. Qui ſolus habet im- *1.Timo.6.*
mortalitatẽ, cum & anima modo quodam immortalis
eſſe dicatur & ſit:non autem diceret, Solus habet, niſi
quia vera immortalitas incommutabilitas eſt,quã nul-
la poteſt habere creatura, quoniam ſolius eſt creatoris.
Hoc & Iacobus dicit: Omne datum optimum,& omne *Iacob.1.*
donum perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre lu-
minum,apud quem non eſt commutatio,nec momen-
ti obũbratio. Hoc & Dauid: Mutabis eos & mutabun- *Pſal.101.*
tur,tu vero idem ipſe es. Proinde ſubſtantiã dei ſine vl-
la ſui commutatione mutabilia facientem, & ſine vllo
ſui temporali motu temporalia creantẽ, intueri & ple-
ne noſſe difficile eſt:& ideo eſt neceſſaria purgatio mẽ M
tis noſtræ,qua illud ineffabile, ineffabiliter videri poſ-
ſit:qua nondum præditi,fide nutrimur,& per quædam
tolerabiliora, vt ad illud capiendum apti & habiles ef-
ficiamur,itinera ducimur. Vnde Apoſtolus, in Chriſto *Coloſſ.2.*
quidem dicit eſſe omnes theſauros ſapientiæ & ſcien-
tiæ abſconditos:eum tamen quãuis iam gratia eius re-
natis,ſed adhuc carnalibus & animalibus, tãquam par-
uulis in Chriſto, nõ ex diuina virtute in qua ęqualis eſt
patri, ſed ex humana infirmitate ex qua crucifixus eſt,
commendauit. Ait nanque: Neq; enim iudicaui me ſci- *1.Cor.2.*
re aliquid in vobis niſi Ieſum Chriſtum,& hunc cruci-
fixum. Deinde ſecutus ait: Et ego in infirmitate & timo
re & tremore multo fui apud vos. Et paulo poſt eis di-
cit: Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritali- *1.Cor.3.*
bus,ſed quaſi carnalibus. Quaſi paruulis in Chriſto, lac
potum dedi vobis,non eſcam:nondum enim potera-
tis,ſed nec adhuc quidem poteſtis. Hoc cũ dicitur qui-
buſdam,iraſcuntur,& ſibi contumelioſe dici putant:&
plerunque malunt credere eos potius à quibus hoc au-
diunt non habere quod dicant,quàm ſe capere nõ poſ
ſe quod dixerint. Et aliquando afferimus eis rationem,
non quam petunt cum de deo quærunt:quia nec ipſi eã
valent

A valent ſumere, nec nos fortaſſe vel apprehendere vel proferre: ſed quia demonſtretur eis quàm ſint inhabiles minimèq; idonei percipiendo quod exigunt. Sed quia noo audiunt quod volunt, aut callide nos agere putāt, vt noſtram occultem⁹ imperitiam, aut malicioſe quod eis iouideamus peritiam, atque ita indignantes perturbatique diſcedunt.

De deo quo modo diſſerendum. Cap. II.

Quapropter adiuuante domino deo noſtro ſuſcipiemus & eamipſam quam flagitāt quantum poſſumus reddere rationem, Quòd trioitas ſit vnus deus & ſolus & verus, & quàm recte pater & filius & ſpiritus ſanctus, vnius einſdèmque ſubſtantię vel eſſentiæ dicatur, credatur, intelligatur: vt non quaſi noſtris excuſationibus illudantur, ſed re ipſa experiantur, & eſſe illud ſummum bonum quod purgatiſsiotis mētibus cernitur, & à ſe propterea ceroi conprehendíque non poſſe, quia humanæ mentis acies inualida in tā excellenti luce non figitur, niſi per iuſticiam fidei nutrita vegetetur. Sed primum ſecundū authoritatem ſcripturarum ſanctarum vtrum ſe ita fides habeat demooſtrandum eſt. Deinde ſi voluerit & adiuuerit deus, iſtis garrulis ratiocinatoribus, elatioribus quàm capacioribus, atque ideo morbo periculoſiore laborātibus, ſic for

B taſſe ſeruiemus, vt inueniant aliquid vnde dubitare nō poſsint, & ob hoc in eo quod inuenire nequiuerint, de ſuis mentibus potius quàm de ipſa veritate, vel de noſtris diſputationibus coñquerantur: atque ita ſi quid eis erga deum vel amoris eſt vel timoris, ad initium fidei & ordinem redeant, iam ſentientes quàm ſalubriter in ſancta Eccleſia medicina fidelium conſtituta ſit: vt ad perceptionem incommutabilis veritatis, imbecillē mētem obſeruata pietas ſanet, ne in opimonem noxiæ falſitatis temeritas inordinata præcipitet. Nec pigebit autem me ſicubi hæſito quærere, nec pudebit ſicubi erro diſcere.

Indicia lectorum varia. Cap III. Pſal. 104.

Proinde quiſquis hæc legit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum: vbi pariter hæſitat, quærat mecū: vbi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me: vbi meum, reuocet me. Ita ingrediamur ſimul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum eſt: Quærite faciem eius ſemper. Et hoc placitum, pium atque tutum coram domino deo noſtro, cū omnibus inierim qui ea quæ ſcribo legunt & in omnibus ſcriptis meis: maximeque in ĩis vbi quæritur vnitas trinitatis, pater & filius & ſpiritus ſanctus, quia nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid in

C uenitur. Quiſquis ergo cum legit dicit, hoc non bene dictum eſt, quoniam non intelligo, locutionem meam reprehendat, non fidem: & forte vere potuit dici planius, verumtamen nullus hominum ita locutus eſt, vt in omnibus ab omnibus intelligeretur. Videat ergo cui hoc in ſermone meo diſplicet, vtrum alios in talibus rebus quęſtionibúſque verſatos intelligat, cum me non intelligit. Et ſi ita eſt, pooat librum meum, vel etiam ſi hoc videatur, abiiciat, & eis potius quos intelligit, operam & tempus impendat. Non tamen propterea putet me tacere debuiſſe, quia non tam expedite ac dilucide quàm illi quos intelligit eloqui potui. Neque enim omnia quæ ab omnibus conſcribūtur, in omnium manus veniunt. Et fieri poteſt, vt nonnulli qui etiam hæc noſtra intelligere valent, illos planiores noo inueniant libros, & in iſtos ſaltem incidant. Ideoque vtile eſt, plures à pluribus fieri diuerſo ſtylo, nō diuerſa fide, etiam de quæſtionibus eiſdem, vt ad plurimos res ipſa perueniat, ad alios ſic, ad alios autem ſic. At ſi ille qui ſe iſta non intellexiſſe conqueritur, nulla vnquam de talibus rebus diligenter & acute diſputata intelligere potuit, ſecum agat votis & ſtudiis vt proficiat, non mecum

D querelis & conuiciis, vt taceam. Qui vero hæc legens dicit, intelligo quidem quid dictum ſit, ſed non vere dictum eſt: aſſerat ſi placet ſentētiam ſuam, & redarguat meam ſi poteſt. Quod ſi cum charitate & veritate fecerit, mihique etiam, ſi in hac vita maneo, cognoſcendum facere curauerit, vberrimum fructum huius laboris mei cepero. Quod ſi mihi non potuerit, quibus id potuerit me volente ac libeote præſtiterit: ego tameo in lege domini meditor ſi nō die ac nocte, ſaltem quibus temporum particulis poſſum, & meditationes meas ne obliuione fugiant ſtylo alligo: ſperans de miſericordia dei, quòd in omnibus veris quę certa mihi ſunt, perſeueraotem me faciet. Si quid autem aliter ſapio, id quoq; mihi ipſe reuelabit, ſiue per occultas inſpirationes atq; admooitiones, ſiue per manifeſta eloquia ſua, ſiue per fraternas ſermocinationes. Hoc oro, & hoc depoſitum deſideriúmque meum penes ipſum habeo, qui mihi ſatis idoneus eſt, & cuſtodire quę dedit, & reddere quæ promiſit. Arbitror ſanè oonnullos tardiores, in quibuſdam locis librorum meorū opinaturos me ſenſiſſe quod non ſenſi, aut non ſenſiſſe quod ſenſi. Quorū

Pſal. 1.

Philip. 3.

E errorem mihi tribui nō debere quis neſciat, ſi velut me ſequentes neque apprehendentes, deuiauerint in aliquā falſitatem, dum cogor per quędam dēſa & opaca viam carpere: quandoquidem nec ipſis ſanctis diuinorum librorum authoritatibus vllo modo quiſquam recte tribuerit tam multos & varios errores hæreticorum, cum omnes ex eiſdem ſcripturis, falſas atque fallaces opiniones ſuas conentur defendere. Admonet me planè, ac mihi iubet ſuauiſsimo imperio lex Chriſti, hoc eſt charitas, vt cum aliquid falſi in libris meis me ſenſiſſe homioes putant quod ego non ſenſi, atq; idipſum falſum alteri diſplicet, alteri placet, malim me reprehendi à reprehenſore falſitatis, quàm ab eius laudatore laudari. Ab illo enim quamuis ego non recte qui hoc non ſenſerim, error tamen ipſe recte vituperatur. Ab hoc autem nec ego recte laudor, à quo exiſtimor id ſenſiſſe quod vituperat veritas, nec ipſa ſententia quam vituperat veritas. Ergo in nomine domini ſuſceptum opus aggredimur.

Quæ perſonis communia, quæue. Cap. IIII. De conſe. diſt. 3. c. omnes quos.

Omoes quos legere potui qui ante me ſcripſerunt de Trinitate quæ eſt deus, diuinorum librorum veterum & nouorum catholici tractatores, hoc intenderunt ſecūdum ſcripturas docere, quòd pater & filius & ſpiritus ſanctus, vnius einſdèmque ſubſtātię, inſeparabili æqualitate diuinam inſinuent vnitatē. Ideoque non ſint tres dij ſed vnus deus; quamuis pater filiū genuerit, & ideo filius non ſit qui pater eſt: filiúſque à

F patre ſit genitus, & ideo non ſit pater qui filius eſt: ſpiritúſque ſanctus, nec pater ſit, nec filius, ſed tantum patris & filij ſpiritus, patri & filio etiam ipſe coæqualis, & ad trioitatis pertinens voitatem: non tamen eandem trinitatem natam de virgine Maria, & ſub Pontio Pilato crucifixam & ſepultam, tertio die reſurrexiſſe & in cœlum aſcendiſſe, ſed tantummodo filium. Nec eandem trinitatem deſcendiſſe in ſpecie columbæ ſuper baptiſmum†: Aut die Pentecoſtes poſt aſcēſionem domini, ſonitu facto de cœlo quaſi ferretur flatus vehemens, & linguis diuiſis velut ignis, ſediſſe ſuper vnum quemq; eorum, ſed tātummodo ſpiritum ſanctum. Nec eandem trinitatem dixiſſe de cœlo: Tu es filius meus, Siue cum baptizatus eſt à Ioanne, Siue in monte quando cum illo erant tres diſcipuli, Aut quādo ſonuit vox, dicēs, Et clarificaui & iterum clarificabo: ſed tantummodo patris vocem fuiſſe ad filium factam, quamuis

Matth. 3. † al ſuper Ieſum baptizatum. Act. 2. Marci. 1. Matth. 3. Matth. 17. Ioan. 12.

patet

G pater & filius & ſpiritus ſanctus,ſicut inſeparabiles ſunt
ita inſeparabiliter operentur . Hæc enam mea fides eſt,
Actiones quoniam hæc eſt catholica fides. Sed in ea nõnul-
perſonarũ li perturbantur,cum audiunt deum patrem,& deum fi-
propria. lium,& deum ſpiritum ſanctum,& tamen hanc trinita
Cap.V. tem nõ tres deos, ſed vnum deum , & quemadmodum
id intelligant quærunt : præſertim cum dicitur inſepa-
rabiliter operari trinitatem in omni re quã deus ope-
ratur,& tamẽ quãdam vocem patris ſonuiſſe, quæ vox
filij oon ſit:in carne autem natum & paſſum , & reſur-
rexiſſe, & in cœlum aſcendiſſe , non niſi filium : in co-
Matth.3. lumbæ autem ſpecie veniſſe, nõ niſi ſpiritum ſanctum,
intelligere volunt:quo modo & illam vocem quæ non
oiſi patris fuit trinitas fecerit : & illam carnem in qua
non niſi filius de virgine natus eſt, eadem trioitas cre-
auerit:& illam columbæ ſpeciem in qua non niſi ſpiri-
tus ſanct⁹ apparuit,illa ipſa trinitas operata ſit:alioquin
non inſeparabiliter trinitas operatur,ſed alia pater fa-
cit,alia filius,alia ſpiritus ſanctus. Aut ſi quædam ſimul
faciunt , quædam ſine inuicem, iam non inſeparabilis
trinitas.Mouet etiam quo modo ſpiritus ſanctus in tri-
nitate ſit, quem nec pater,nec filius,nec ambo genue-
H rint,cum ſit & patris & filij ſpiritus . Quia ergo quærũt
iſta homines,& tædio nobis ſunt,vt ſi quid hinc ex do-
no dei ſapit infirmitas noſtra ediſſeramus eis vt poſſu-
Sapien.6. mus,neque cum inuidia tabeſcente iter habeamus.Si di
cimus nihil nos de talibus rebus cogitare ſolere , men-
timur . Si autem fatemur habitare iſta in cogitationib⁹
noſtris,quoniam rapimur amore indagandæ veritatis,
flagitant iure charitatis,vt eis indicemus quid hinc ex-
cogitare potuerimus:non quia iam acceperim,aut per-
fectus ſim, Nam ſi Paulus Apoſtolus,quanto magis ego
Philip.3. looge infra illius pedes iacens,non me arbitror appre-
hẽdiſſe:ſed pro modulo meo, ſi ipſa quæ retro ſunt ob-
liuiſcor, & in anteriora me extendo,& ſecũdum inten-
tionem ſequor ad palmam ſupernę vocationis,quantũ
eiuſdem viæ peregerim, & quò peruenerim vnde mihi
in finem reliquus curſus eſt , vt aperiam deſideratur à
me, illis deſiderantibus, quibus me ſeruire cogit libera
charitas. Oportet autem, & donabit deus , vt eis mini-
ſtrando quæ legant,ipſe quoque proficiã,& eis cupiens
reſpondere quęrẽtibus,ipſe quoq; inueniam quod quę-
rebam.Ergo ſuſcepi hæc iubẽte atque adiuuante domi
no deo noſtro, nõ tam cognita cum authoritate diſſe-
I rere,quàm ea cum pietate diſſerendo cognoſcere.

Eadem per Qui dixerunt dominum noſtrum Ieſum Chriſtum
ſonarum noo eſſe deum,aut non eſſe verum deum,aut non cum
diuinitas. patre vnum & ſolum deum,aut non eſſe immortalem,
Cap.VI. quia mutabilem , manifeſtiſsima diuinorum teſtimo-
niorum & conſona voce conuicti ſunt, velut ſunt illa:
Ioan.1. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum,
& deus erat verbum . Manifeſtum eſt enim quod ver-
bum dei,filium dei vnicum accepimus,de quo pòſt di-
cit,Et verbum caro factũ eſt,& habitauit in nobis, pro-
pter natiuitatem incarnationis eius quæ facta eſt in tẽ-
pore ex virgine.In eo autem declaratur, non tantũ deũ
eſſe,ſed etiam eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, qoia cum
dixiſſet,Et deus erat verbum, hoc erat, inquit,in prin-
cipio apud deũ:omnia per ipſum facta ſunt,& ſioe ipſo
factum eſt nihil. Neque enim dicit,omnia,niſi quæ fa-
cta ſunt,id eſt omnem creaturam.Vnde liquido appa-
ret ipſum factum non eſſe per quem facta ſuot omoia.
Et ſi factus non eſt,creatura non eſt.Si autem creatura
non eſt,eiuſdem cum patre ſubſtantię eſt.Omnis enim
ſubſtantia quæ deus non eſt,creatura eſt:& quæ creatu-
ra non eſt,deus eſt. Et ſi non eſt filius eiuſdem ſubſtan- K
tiæ cuius eſt pater,ergo facta ſubſtantia eſt. Si facta ſub-
ſtantia eſt, oon omnia per ipſum facta ſunt . At omnia
per ipſum facta ſunt : Vnius igitur eiuſdemq; cum pa-
tre ſubſtanniæ eſt:& ideo non tantum deus ſed & verus
deus . Quod idem Ioannes apertiſsime in epiſtola ſua,
dicit:Scimus quod fili⁹ dei venerit & dederit nobis in- *1.Ioan.5.*
tellectum vt cognoſcamus verum deum,& ſimus in ve
ro filio eius Ieſu Chriſto . Hic eſt verus deus , & vita æ-
terna.Hinc etiam conſequẽter intelligitur, non tantũ-
modo de patre dixiſſe Apoſtolum Paulum : Qui ſolus *1.Timo.6.*
habet immortalitatem,ſed de voo & ſolo deo quod eſt
ipſa trinitas. Neque enim ipſa vita æterna mortalis eſt
ſecũdum aliquam mutabilitatem, ac per hoc filius dei,
quia vita æterna eſt , cum patre etiam ipſe intelligitur
vbi dictum eſt:Qui ſolus habet immortalitatem . Eius *1.Ioan.5.*
enim vitæ æternæ,& nos participes facti pro modo no *1.Timo.6.*
ſtro immortales efficimur. Sed aliud eſt ipſa cuius par-
ticipes efficimur vita æterna , aliud nos qui eius parti-
cipatione viuemus in æternũ. Si enim dixiſſet , Quem
temporibus propriis oſtendet pater beatus & ſolus po- *1.Timo.6.*
tens,rex regum & dominus dominantiũ, qui ſolus ha-
bet immortalitatem , nec ſic inde ſeparatum filium o- L
porteret iotelligi. Neque enim quia ipſe filius alibi lo-
quens voce ſapientiæ , ipſe eſt enim dei ſapientia , ait:
Gyrum cœli circumiui ſola, ſeparauit à ſe patrem: quã- *Eccle.24.*
to magis ergo non eſt neceſſe vt tãtummodo de patre
præter filium intelligatur quod dictum eſt , Qui ſolus *1.Timo.6.*
habet immortalitatem,cum ita dictum ſit:vt ſerues, in-
quit,mandatum ſine macula, irreprehenſibile vſque in
aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti:quem tempori-
bus propriis oſteoderet beatus & ſolus potens , rex re-
gum & dominus dominantiũ,qui ſolus habet immor-
talitatem,& lucem habitat inacceſsibilem,quem nemo
hominum vidit,nec videre poteſt,cui eſt honor & glo
ria in ſecula ſeculorum,Amen. In quibus verbis, nec pa *1.ſen.diſ.4*
ter proprie nominatus eſt,nec filius,nec ſpiritus ſanct⁹, *ca.quidã.*
ſed beatus & ſolus potens , rex regum & dominus do-
minantium : quod eſt vnus ſolus & verus deus ipſa tri-
nitas. Niſi forte quæ ſequuntur,perturbabũt huoc intel-
lectum:quia dixit,Quem nemo hominum vidit,nec vi
dere poteſt:cum hoc etiam ad Chriſtum pertinere ſe-
cundum diuinitatem eius accipiatur , quam non vide-
ruot Iudæi,qui tamen carnem viderunt & crucifixerũt.
Videri autẽ trinitas humano viſu nullo modo poteſt, M
ſed eo viſu videtur,quo iam qui vident,oon homioes,
ſed vltra homines ſunt. Recte ergo ipſe de⁹ trinitas in- *1.ſen.diſ.4*
telligitur beatus & ſolus potens , oſtendens aduentum *ca.quidã.*
domini noſtri Ieſu Chriſti temporibus propriis. Sic e-
nim dictum eſt: Solus habet immortalitatem: quo mo-
do dictum eſt,Qui facit mirabilia ſolus. Quod velim *Pſal.71.*
ſcire de quo dictum accipiant : ſi de patrè tantum,quo
modo ergo verum eſt, quod ipſe filius dicit:Quæcunq; *Ioan.5.*
enim pater facit,hæc eadem & filius facit ſimiliter. An
quicquam eſt inter mirabilia mirabilius quàm reſuſci-
tare & viuificare mortuos ? Dicit autem idem filius:Si-
cut pater ſuſcitat mortuos & viuificat,ſic & filius quos
vult viuificat.Quo modo ergo ſolus pater facit mirabi
lia,cum hæc verba nec patrem tantum, nec filium tan-
tum permittant intelligi, ſed vtique deum vnum verũ
ſolum,id eſt,patrem & filium & ſpiritum ſanctũ . Item
cum dicit idem Apoſtolus: Nobis vnus deus pater , ex *1.Cor.8.*
quo omnia & nos in ipſo,& vnus dominus Ieſus Chri
ſtus, per quem omnia & nos per ipſum: quis dubitet eũ
omnia quæ creata ſunt dicere: ſicut beatus Ioãnes, om-

nia

A nia per ipſum facta ſunt? Quæro itaq; de quo dicat alio
Rom.11. loco, Quooiã ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſiıot om-
1.ſent.diſ. nia, ipſi gloria io ſecula ſeculorum amen? Si enim de
36.cap.Præ patre & filio & ſpiritu ſancto, vt ſingulis perſonis ſingu
terea ſcien- la tribuãtur: Ex ipſo, id eſt, ex patre, per ipſum, id eſt, per
dum. filium: in ipſo, id eſt, in ſpirituſancto: manifeſtum quòd
pater & filius & ſpiritus ſanctus vnus deus eſt, quando
ſiogulariter intulit: Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Vn-
de enim cepit hunc ſenſum? Non ait: O altitudo diui-
tiarum ſapientiæ & ſcientiæ patris, aut filij, aut ſpiritus
ſaocti: ſed ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia
ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Quis enim
cognouit mentem domini? Aut quis conſiliarius eius
fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã
ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: Ipſi gloria
in ſecula ſeculorum, amen. Si autem hoc de patre tan-
tummodo intelligi volunt, quo modo ergo omnia per
patrem ſunt, ſicut hic dicitur: Et omnia per filium: ſicut
1.Cor.8. ad Corinthios vbi ait: Et vnus dominus Ieſus Chriſtus,
Ioan.1. per quem omnia: Et ſicut in Euangelio Ioannis: Omnia
per ipſum facta ſunt? Si enim alia per patrem, alia per
filium, iam non omnia per patrem, nec omnia per fi-
B lium. Si autem omnia per patrem, & omnia per filium,
eadem per patrem quæ per filium. Aequalis eſt ergo pa-
tri filius, & inſeparabilis operátio eſt patris & filij: quia
ſi vel filium fecit pater quem non fecit ipſe filius, non
omnia per filium facta ſunt: at omnia per filium facta
ſunt Ipſe igitur factus non eſt, vt cum patre faceret om-
nia quæ facta ſunt: quanquam nec ab ipſo verbo tacue-
Philip.2. rit Apoſtolus, & apertiſsime omnino dixerit: Qui cum
in dei forma eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe æqua-
lis deo: Hic deum proprie patrem appellans, ſicut alibi:
1.Cor.11. Caput autem Chriſti deus. Similiter & de ſpiritu ſancto
collecta ſunt teſtimonia, quibus ante nos qui hæc diſ-
putauerunt abundantius vſi ſunt, quia & ipſe deus &
non creatura. Quòd ſi non creatura, non tantum deus,
Pſal.81. Nam & homines dicti ſunt dij, ſed etiã verus deus. Er-
go patri & filio prorſus æqualis, & in trinitatis vnitate
conſubſtãtialis & coæternus. Maxime vero illo loco ſa
Roma.1. tis claret, quòd ſpiritus ſanctus nõ ſit creatura, vbi iube-
Galat.5. mur non ſeruire creaturæ, ſed creatori. Non eo modo
quo iubemur per charitatem ſeruire inuicem, quod eſt
Græce δουλεύειν, ſed eo modo quo tantum deo ſeruitur,
Deut.6. quod eſt Græce λατρεύειν. Vnde idololatræ dicũtur qui
C ſimulacris eam ſeruitutem exhibent quæ debetur deo.
Math.4. Secundum hanc enim ſeruitutem dictum eſt: Dominũ
deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Nam & hoc di
ſtinctius in Gręca ſcriptura inuenitur, λατρεύσεις enim
habet. Porrò ſi tali ſeruitute, creaturæ ſeruire prohibe-
mur, quandoquidem dictum eſt: Dominum deum tuũ
adorabis, & illi ſoli ſeruies: vnde & Apoſtolus deteſta-
Roma.1. tur eos qui coluerũt & ſeruierũt creaturæ potius quàm
creatori, non eſt vtique creatura ſpiritus ſanctus, cui ab
omnibus ſanctis talis ſeruitus exhibetur, dicente Apo-
Philip.3. ſtolo: Nos eoim ſumus circuncíſio ſpiritui dei ſeruien-
tes, quod eſt io Gręco, λατρεύοντες. Plures enim codices
etiam Latini ſic habent, qui ſpiritui dei ſeruimus, Græci
autem omnes, aut penè omnes. In nonnullis autem ex-
emplaribus Latinis inuenimus, non ſpiritui dei ſerui-
mus, ſed ſpiritu deo ſeruimus. Sed qui io hoc errant, &
authoritati grauiori cedere detrectant, oũquid & illud
1.Cor.6. varium in codicibus reperiunt: Neſcitis quia corpora
veſtra templum in vobis eſt ſpiritùs ſancti, quem habe-
tis à deo? Quid autem inſaoius magíſque ſacrilegum
eſt, quàm vt quiſquam dicere audeat membra Chriſti

templum eſſe creaturæ minoris ſecundum ipſos quàm D
Chriſtus eſt? Alio enim loco dicit: Corpora veſtra mẽ- 1.Cor.6.
bra ſunt Chriſti. Si autem quæ membra ſunt Chriſti, tẽ-
plum eſt ſpiritus ſancti, nõ eſt creatura ſpiritus ſanctus:
quia cui corpus ooſtrum templum exhibemus, neceſſe
eſt vt huic eam ſeruitutem debeamus, qua nõ niſi deo
ſeruiendum eſt, quæ Græce appellatur, λατρεία. Vnde cõ
ſequenter dicit: Glorificate ergo & portate deũ in cor- 1.Cor.6.
pore veſtro. His & talibus diuinarum ſcripturarum Filius quo
teſtimoniis, quibus vt dixi, priores noſtri copioſius vſi, modo mi-
expugnauerunt hæreticorum tales calumoias vel erro- nor patre ac
res, inſinuatur fidei noſtræ, voitas & æqualitas trinita- ſeipſo.
tis. Sed quia multa in ſanctis libris propter iocarnatio- Cap.VII.
nem verbi dei, quæ pro ſalute noſtra reparanda facta 1.Timo.2.
eſt, vt mediator dei & hominum eſſet homo Chriſtus
Ieſus, ita dicuntur, vt maiorem filio patrem ſignificent,
vel etiam apertiſsime oſtendant, errauerunt homines
minus diligenter ſcrutantes vel intuentes vniuerſam
ſeriem ſcripturarum, & ea quæ de Chriſto Ieſu ſecun-
dum hominem dicta ſuot, ad eius ſubſtãtiam quæ an-
te incaroationem ſempiterna erat & ſempiterna eſt,
transferre conati ſunt. Et illi quidem dicunt minorem
filium eſſe quàm pater eſt, quia ſcriptum eſt, ipſo domi- E
no dicente: Pater maior me eſt. Veritas autem oſtendit Ioan.14.
ſecũdum iſtum modum etiam ſeipſo minorem filium.
Quo modo enim non etiam ſeipſo minor factus eſt,
qui ſemetipſum exinaoiuit, formam ſerui accipiens? Philip.2.
Neque enim ſic accepit formam ſerui, vt amitteret for-
mam dei, iu qua erat æqualis patri. Si ergo ita accepta
eſt forma ſerui, vt non amitteretur forma dei, cum &
in forma ſerui, & in forma dei idem ipſe ſit filius vni-
genitus dei patris, in forma dei æqualis patri, in forma
ſerui, mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus: 1.Timo.2.
quis non intelligat quòd in forma dei etiam ipſe ſeip-
ſo maior eſt, Io forma autem ſerui etiam ſeipſo minor Philip.2.
eſt. Non itaque immerito ſcriptura vtrunque dicit, &
æqualem patri filium, & patrem maiorem filio. Illud
enim propter formam dei, hoc autem propter formã
ſerui, ſine vlla confuſione iotelligitur. Et hæc nobis re-
gula per omnes ſacras ſcripturas diſſoluẽdæ huius quę-
ſtioois, ex vno capite epiſtolæ Pauli Apoſtoli promi-
tur, vbi maoifeſtius iſta diſtinctio commendatur. Ait
enim: Qui cum in forma dei eſſet, noo rapinam arbi- Ibidem.
tratus eſt eſſe æqualis deo, ſed ſemetipſum exinaniuit
formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum F
factus & habitu inuentus vt homo. Eſt ergo dei filius
deo patri natura æqualis, habitu minor: in forma enim
ſerui quam accepit minor eſt patre: in forma autem dei
in qua erat etiam antequam hanc accepiſſet, æqualis eſt
patri. Io forma dei verbum per quod facta ſunt omnia: Ioan.1.
in forma autem ſerui, factus ex muliere, factus ſub le- Galat.4.
ge, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Proinde in for-
ma dei fecit hominem, in forma ſerui factus eſt ho-
mo. Nam ſi pater tantum ſine filio feciſſet hominem, Gene.1.
non ſcriptum eſſet: Faciamus homioem ad imaginem
& ſimilitudinem noſtram. Ergo quia forma dei acce- Philip.2.
pit formam ſerui, vtrunque deus, & vtrũque homo. Sed
vtrunque deus propter accipientem deum, vtrunq; au-
tem homo propter acceptum hominem. Neque enim
illa ſuſceptione alterum eorum in alterum conuerſum Scripturas
atque mutatũ eſt: nec diuinitas quippe in creaturã mu- perperam
tata eſt vt deſiſteret eſſe diuinitas, nec creatura in di- intellectas
uinitatem vt deſiſteret eſſe creatura. Illud autem explicat.
quod dicit Apoſtolus. Cum autem ei omnia ſubiecta C.VIII.
fuerint, tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui illi ſubie- 1.Cor.15.
cit omnia:

G cit omnia: Aut ideo dictum eſt, ne quiſquam putaret habitũ Chriſti qui ex humana creatura ſuſceptus eſt, cõuerſum iri poſtea in ipſam diuinitatem, vel vt certius expreſſerim deitatem, quæ non eſt creatura, ſed eſt vni-
θεότης. tas Trinitatis incorporea & incommutabilis, & ſibimet conſubſtantialis, & coæterna natura. Aut ſi quiſquam contendit, vt aliqui ſenſerunt, ita dictum, Et ipſe filius ſubiectus erit ei qui illi ſubiecit omnia: vt ipſam ſubiectionem commutationem & conuerſionem credat futuram creaturæ in ipſam ſubſtantiam vel eſſentiam creatoris, id eſt, vt quæ fuerat ſubſtantia creaturæ, fiat ſubſtantia creatoris: certe vel hoc cõcedit, quod nõ habet vllam dubitationem, nondum hoc fuiſſe factũ,
Ioan.14. cum dominus diceret: Pater maior me eſt. Dixit enim hoc non ſolum antequam aſcendiſſet in cœlum, verũetiam antequam paſſus reſurrexiſſet à mortuis. Illi autẽ qui putant humanam in eo naturam in deitatis ſubſtã-
1.Cor.15. tiam mutari atq; conuerti, & ita dictum. Tunc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui illi ſubiecit omnia: ac ſi diceretur, tunc & ipſe filius hominis & à verbo dei ſuſcepta humana natura commutabitur in eius naturam, qui ei ſubiecit omnia, tũc futurum putant, cum poſt diem iu-
H dicij tradiderit regnum deo & patri. Ac per hoc etiam ſecũdũ iſtam opinionem adhuc pater maior eſt, quàm quæ de virgine ſerui forma accepta eſt. Quòd ſi aliqui & hoc affirmant, quòd iam fuerit in dei ſubſtantiã mutatus homo Chriſtus Ieſus, illud certe negare non poſſunt, quòd adhuc natura hominis manebat, quãdo an-
Ioan.14. te paſsionem dicebat, Quoniã pater maior me eſt: vnde nulla contatio eſt ſecundũ hoc dictũ eſſe, quòd forma ſerui maior eſt pater, cui in forma dei æqualis eſt fi-
Philip.2. lius. Nec quiſquam cũ audierit quod ait Apoſtolus: Cũ
1.Cor.15. autem omnia ei ſubiecta fuerint, manifeſtum quia præter eũ qui illi ſubiecit omnia: ita exiſtimet de patre intelligendum, quòd ſubiecerit omnia filio, vt ipſum filiũ ſibi omnia ſubieciſſe non putet. [Quod Apoſtolus ad
Philip.3. Philippenſes oſtendit dicens, Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt, vnde & ſaluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtũ, qui transfigurabit corpus humilitatis noſtræ conforme vt fiat corpori gloriæ ſuæ, ſecũdum operationem ſuam qua poſsit etiam ſibi ſubiicere omnia.] Inſeparabilis enim operatio eſt patris & filij: alioquin nec ipſe pater ſibi ſubiecit omnia, ſed filius ei ſubiecit, qui ei regnum tradit, & euacuat omnem prin-
I cipatũ & omnem poteſtatem & virtutem. De filio quippe iſta dicta ſunt: Cum tradiderit, inquit, regnũ deo & patri, cum euacuauerit omnem principatũ & omnem poteſtatem & virtutem. Ipſe enim ſubiicit, qui euacuat: Nec ſic arbitremur Chriſtũ traditurũ regnum deo & patri, vt adimat ſibi. Nam & hoc quidam vaniloqui crediderũt. Cum enim dicitur, Tradiderit regnum deo & patri: nõ ſeparatur ipſe, quia ſimul cum patre vnus deus eſt. Sed diuinarũ ſcripturarũ curioſos contentionumq; ſtudioſos fallit verbũ quod poſitum eſt, donec Ita nãq; ſequitur: Oportet enim illũ regnare, donec ponat omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis: tanquam cũ poſuerit, non ſit regnaturus. Nec intelligũt ita dictũ ſicuti eſt
Pſal.111. illud, Confirmatũ eſt cor eius, non commouebitur donec videat ſuper inimicos ſuos. Nõ enim cum viderit
1.Cor.15. iam cõmouebitur. Quid ergo eſt, Cũ tradiderit regnũ deo & patri: quaſi modo non habeat regnũ deus & pa-
Abac.2. ter? Sed quia omnes iuſtos in quibus nunc regnat ex fi-
1.Timo.2. de viuentibus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus perductur⁹ eſt ad ſpeciem, quam viſionem di-
1.Cor.13. cit idem Apoſtolus, facie ad faciem: ita dictum eſt, Cũ tradiderit regnum deo & patri. ac ſi diceretur, cũ per- 1.Cor.15.
duxerit credentes ad cõtemplationem dei & patris. Si- K
cut enim dicit: Omnia mihi tradita ſunt à patre meo, & Matth.11.
nemo nouit filiũ niſi pater, & nemo nouit patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Tunc reuelabitur à 1.Cor.15.
filio pater, cũ euacuauerit omnẽ principatũ & omnem poteſtatem & virtutem, id eſt, vt neceſſaria non ſit diſpenſatio ſimilitudinũ per angelicos principatus & poteſtates & virtutes. Ex quarum perſona non incõuenienter intelligitur dici in Cantico cãticorum ad ſpõſam:
Similitudines auri faciemus tibi cũ diſtinctionibus ar- Cantic.1.
gẽti, quoadusq; rex in recubitu ſuo eſt, id eſt, quoadusq; Chriſtus in ſecreto ſuo eſt: quia vita veſtra abſcõdita eſt
cũ Chriſto in deo: Cum Chriſtus, inquit, apparuerit vi- Coloſſ.3.
ta veſtra, tũc & vos apparebitis cũ ipſo in gloria. Quod
antequam fiat, videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, 1.Cor.13.
hoc eſt in ſimilitudinibus, tunc autem facie ad faciem. Hæc enim nobis contemplatio promittitur actionum
omniũ finis atq; æterna perfectio gaudiorũ. Filij enim 1.Ioan.3.
dei ſumus, & nõdũ apparuit quid erimus. Scimus enim quia cum apparuerit ſimiles ei erim⁹, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Quòd enim dixit famulo ſuo Moy-
ſi, Ego ſum qui ſum: hæc dices filiis Iſraël, qui eſt miſit Exod.3.
me ad vos: hoc contemplabimur cũ viuemus in æter- L
nũ. Ita quippe ait: Hæc autem eſt vita æterna, vt cognoo- Ioan.17.
ſcant te vnum verum deũ, & quem miſiſti Ieſum Chri-
ſtum. Hoc fiet cũ venerit dominus & illuminauerit oc- 1.Cor.4.
culta tenebrarũ, cũ tenebræ mortalitatis huius corruptioniſque tranſierint. Tunc erit mane noſtrũ, de quo in
Pſalmo dicitur: Mane aſtabo tibi & contemplabor. De Pſal.5.
hac contemplatione intelligo dictum, Cum tradiderit 1.Cor.15.
regnum deo & patri: id eſt, cũ perduxerit iuſtos, in qui-
bus nunc ex fide viuentibus regnat mediator dei & ho 1.Timo.2.
minum, homo Chriſtus Ieſus ad contemplationem dei & patris. Si deſipio hic, corrigat me qui melius ſapit, mihi aliud non videtur. Neq; enim quæremus aliud cum ad illius contemplationẽ peruenerimus, quæ nũc
non eſt quandiu gaudium noſtrũ in ſpe eſt. Spes autem Roma.8.
quæ videtur nõ eſt ſpes: quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiã expectamus quoadusq; rex in recubitu ſuo eſt. Tũc
erit quod ſcriptum eſt: Adimplebis me lętitia cum vul Pſal.15.
tu tuo. Illa lętitia nihil amplius requiretur, quia nec erit
quod amplius requiratur. Oſtẽdetur enim nobis pater, M
& ſufficiet nobis. Quod bene intellexerat Philippus, vt Ioan.14.
diceret domino: Oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis: ſed nondũ intellexerat, eo quoq; modo ipſum ſe potuiſſe dicere: domine oſtende nobis te, & ſufficit nobis. Vt enim hoc intelligeret, reſpõſum ei à domino eſt: Tãto tempore vobiſcũ ſum, & non cognouiſtis me: Philippe qui videt me, videt & patrem. Sed quia volebat eum ex fide viuere antequam illud poſſet videre, ſecutus eſt,
& ait, Non credis, quia ego in patre & pater in me eſt?
Quandiu enim ſumus in corpore, peregrinamur à do- 2.Cor.5.
mino: Per fidem enim ambulamus & nõ per ſpeciem. Contemplatio quippe merces eſt fidei, cui mercedi per
fidem corda mũdantur: ſicut ſcriptũ eſt: Fide mundans Acto.15.
corda eorum. Probatur autem quòd illi contemplatio-
ni corda mundentur, illa maxime ſententia: Beati mũ- Matth.5.
dicordes, quoniam ipſi deum videbunt. Et quia hæc eſt
vita ęterna, dicit deus in Pſalmo: Longitudine dierum Pſal.10.
replebo eũ, & oſtendam illi ſalutare meũ. Siue ergo audiamus, oſtende nobis filiũ: ſiue audiamus, oſtende no-
bis patrẽ: tantũdem valet, quia neuter ſine altero poteſt Ioan.10.
oſtẽdi, Vnum quippe ſunt, ſicut & ipſe ait, Ego & pater
vnum

A vnum ſumus. Deniq; propter ipſam inſeparabilitatem,
ſufficienter aliquãdo nominatur, vel pater vel filius ſo-
lus, adimpleturus nos lætıcia cum vultu ſuo. Nec inde
ſeparatur vtriuſque ſpiritus, id eſt patris & filij ſpiritus.
Qui ſpiritus proprie dicitur ſpiritus veritatis, quem hic
Ioan.14. mundus accipere non poteſt. Hoc eſt enim plenũ gau-
dium noſtrum, quo amplius non eſt, frui ſcilicet Trini-
tate deo, ad cuius imaginem facti ſumus. Propter hoc
aliquando ita loquitur de ſpiritu ſancto tanquam ſolus
ipſe ſufficiat ad beatitudinẽ noſtram: & ideo ſolus ſuf-
ficit, quia ſeparari à patre & filio non poteſt: ſicut pater
ſolus ſufficit, quia ſeparari à filio & ſpiritu ſancto non
poteſt: & filius ideo ſufficit ſolus, quia ſeparari à patre
Ibidem. & ſpiritu ſancto non poteſt. Quid enim ſibi vult quòd
ait: Si diligitis me, mandata mea ſeruate, & ego roga-
bo patrem, & alium aduocatum dabit vobis, vt vobiſ-
cum ſit in æternum, ſpiritum veritatis quem hic mun-
1.Cor.2. dus accipere non poteſt, id eſt, dilectores mundi. Ani-
Ioan.14. malis enim homo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei.
Sed adhuc poteſt videri ideo dictum. Et ego rogabo
patrem & alium aduocatum dabit vobis, vt vobiſcum
ſit in æternum, quaſi nõ ſolus filius ſufficiat. Illo autem
B loco ita de illo dictum eſt, tãquam ſolus omnino ſuffi-
ciat, Cum venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos om
Ioan.16. nem veritatem. Nunquid ergo ſeparatur hinc filius,
tanquam ipſe non doceat omnem veritatem, aut qua-
ſi hoc impleat ſpiritus ſanctus quod minus potuit do-
cere filius? Dicant ergo ſi placet, maiorem eſſe filio ſpi-
ritum ſanctum, quem minorem illo ſolent dicere. An
quia non dictum eſt, Ipſe ſolus aut nemo niſi ipſe vos
docebit omnem veritatem, ideo permittunt vt cum il-
lo docere credatur & filius? Apoſtolus ergo filium ſe-
1.Cor.2. parauit à ſciendis iis quæ dei ſunt, vbi ait: Sic & quæ
dei ſunt nemo ſcit niſi ſpiritus dei: vt iam iſti peruerſi
poſſint ex hoc dicere, quod & filium non doceat quæ
dei ſunt, niſi ſpiritus ſanctus, tãquam maior minorem:
cui filius ipſe tantum tribuit, vt diceret, Quia hæc lo-
cutus ſum vobis, triſticia impleuit cor veſtrum, ſed ego
Ioan.16. veritatem dico: Expedit vobis vt ego eam. Nam ſi non
In vna per- abiero, aduocatus non veniet ad vos. Hoc autem
ſona, mutuò- dixit, non propter inæqualitatem verbi dei & ſpiritus
dum intelli- ſancti, ſed tanquam impedimento eſſet præſentia filij
guntur oẽs. hominis apud eos, quo minus veniret ille qui minor
Cap.IX. non eſſet, quia ſemetipſum non exinaniuit formam ſer
Phil.2. C ui accipiens ſicut filius. Oportebat ergo vt auferretur
ab oculis eorum forma ſerui, quam intuẽtes hoc ſolum
eſſe Chriſtum putabant quod videbant. Inde eſt & il-
Ioan.14. lud, quod ait: Si diligeretis me, gauderetis vtique, quo-
niam eo ad patrem, quia pater maior me eſt: id eſt, prop
terea me oportet ire ad patrem, quia dum me ita vide-
tis, ex hoc quòd videtis, exiſtimatis quia minor ſum pa-
tre, atque ita circa creaturam ſuſceptúmque habitum
occupati, æqualitatem quam cum patre habeo non in-
Ioan.20. telligitis. Inde eſt & illud: Noli me tangere, nondum e-
nim aſcendi ad patrem meum. Tactus enim tanquam
finem facit notionis. Ideoque nolebat in eo eſſe finem
**aliàs, ne.* intenti cordis in ſe, vt * hoc quod videbatur tantum-
modo putaretur. Aſcenſio autem ad patrem erat ita vi-
deri ſicut æqualis eſt patri, vt ibi eſſet finis viſionis, quæ
ſufficit nobis. Aliquando item de filio ſolo dicitur,
quòd ipſe ſufficiat, & in eius viſione merces tota pro-
mittitur delectationis & deſiderij noſtri. Sic enim ait:
Ioan.14. Qui habet mandata mea & cuſtodit ea, ille eſt qui di-
ligit me. Qui autem me diligit, diligetur à patre meo,
& ego diligam eum; & oſtendam meipſum illi. Nun-

quid hic, quia non dixit, oſtendam illi & patrem, ideo D
ſeparauit patrem à ſe? ſed quia verum eſt, Ego & pater *Ioan.10.*
vnum ſumus: cum pater oſtenditur, & filius oſtendi-
tur qui in illo eſt: & cum filius oſtenditur, etiam pater
oſtenditur, qui in illo eſt. Sicut ergo cum ait, Et oſten- *Ioan.14.*
dam illi meipſum: intelligitur quia oſtendit & patrem,
ita & in eo quod dicitur, Cum tradiderit regnum deo *1.Cor.15.*
& patri: intelligitur quia non adimit ſibi. Quoniam
cum perducet credentes ad cõtemplationem dei & pa-
tris, profecto perducet ad contemplationem ſuam, qui
dixit: Et oſtendam illi meipſum. Et ideo conſequen-
ter cum dixiſſet illi Iudas: Domine quid factũ eſt quia *Ioan.14.*
oſtenſurus es te nobis, & non huic mundo? Reſpon-
dit Ieſus & dixit illi, Si quis diligit me, ſermonem me-
um ſeruabit, & pater meus diliget illum, & ad eum ve-
niemus, & manſionem apud eum faciemus. Ecce quia
non ſolum ſeipſum oſtendit ei à quo diligitur, quia ſi-
mul cum patre venit ad eum, & manſionem facit apud
eum. An forte putabitur manſionem in dilectore ſuo
facientibus patre & filio, excluſus eſſe ab hac manſione
ſpiritus ſanctus? Quid eſt ergo quod ſuperius ait de ſpi-
ritu ſancto, Quem hic mundus accipere non poteſt,
quoniam non videt illum, noſtis illum vos quia vo- E
biſcum manet, & in vobis eſt, Non itaque ab hac man-
ſione ſeparatus eſt, de quo dictum eſt. Vobiſcum ma-
net, & in vobis eſt. Niſi forte quiſquam ſic abſurdus eſt,
vt arbitretur cum pater & filius venerint, vt mãſionem
apud eum faciant, id eſt, dilectorem ſuum, diſceſſurum
inde ſpiritum ſanctum & tanquã locum daturum ma-
ioribus. Sed huic carnali cogitationi occurrit ſcriptu-
ra: Paulò quippe ſuperius ait: Et ego rogabo patrem, & *Ibidem.*
alium aduocatum dabit vobis, vt vobiſcum ſit in æter-
num. Non ergo diſcedet patre & filio venientibus, ſed
in eadem manſione cum ipſis erit in æternum, quia nec
ille ſine ipſis venit, nec illi ſine ipſo. Sed propter inſinua
tionem Trinitatis, perſonis etiam ſingulis nominatis
dicuntur quædam ſeparatim: non tamen aliis ſepara-
tis intelliguntur propter eiuſdem Trinitatis vnitatem
vnámque ſubſtantiam atque diuinitatem patris & filij
& ſpiritus ſancti. Tradet itaque regnum deo & pa *Idem fuſius*
tri dominus noſter Ieſus Chriſtus, non ſe inde ſepa- *explicat.*
rato, nec ſpiritu ſancto, quando perducet credentes *Cap.X.*
ad contemplationem dei, vbi eſt finis omnium bona- *1.Cor.15.*
rum actionũ, & requies ſempiterna, & gaudium quod F
nunquam auferetur à nobis. Hoc enim ſignat in eo
quod ait: Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, *Ioan.16.*
& gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. Cuius gaudij *Luca.10.*
ſimilitudinem præſignabat Maria ſedens ad pedes do-
mini, & intenta in verbum eius, quieta ſcilicet ab om-
ni actione, & intẽta in veritatem ſecundum quendam
modum, cuius capax eſt iſta vita, quo tamen præfigu-
raret illud, quod futurum eſt in æternum: Martha quip-
pe ſorore ſua in neceſſitatis actione conuerſante, quan-
uis bona & vtili, tamen cum requies ſucceſſerit, tranſi-
tura, ipſa requieſcebat in verbo domini. Et ideo domi-
nus conquerenti Marthę quòd eam ſoror non adiuua-
ret, reſpondit: Maria optimam partem elegit, quæ non
auferetur ab ea. Non malam partem dixit quod agebat
Martha, ſed iſtam optimam quæ non auferetur. Illa e-
nim quæ in miniſterio indigentiæ eſt, cum indigentia
ipſa tranſierit, aufertur. Boni quippe operis tranſituri,
merces eſt requies permanſura. In illa igitur contem- *1.Corin.15.*
platione deus erit omnia in omnibus, quia nihil ab illo
aliud requiretur, ſed ſolo ipſo illuſtrari, perfruíque ſuf-
ficiet. Ideoque ille in quo ſpiritus interpellat gemitibus *Roma.8.*

G ineñarrabilibus: Vnam, inquit, petij à domino, hanc requirã, *Pſal.26.* vt inhabitem in domo domini, per omnes dies vitæ meæ, vt contempler delectatiooem domini. Cõtẽplabimur *1.Timo.2.* enim deum patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum, *1.Corin.15.* cum mediator dei & homioum, homo Chriſtus Ieſus, tradiderit regnum deo & patri: vt iam non interpellet pro nobis mediator & ſacerdos noſter filius dei & filius hominis, ſed & ipſe inquantum ſacerdos eſt, aſſumpta propter oos ſerui forma, ſubiectus ſit ei qui illi ſubiecit omnia*†vt inquantũ deus eſt, cũ illo nos ſubiectos habeat: inquantum ſacerdos, oobiſcum illi ſubiectus ſit. **†al. addi tur, & cui ſubiecit om nia.* Quapropter cum filius ſit & deus & homo, alia ſubſtaotia deus, alia homo, bomo potius in filio quàm filius in patre: Sicut caro animæ meæ, alia ſubſtantia eſt ad animam meam, quanuis in vno homine, quàm anima alterius hominis ad animam meam. Cum ergo tradiderit regnum deo & patri, id eſt cum credentes & viuentes ex fide, pro quibus nunc mediator interpellat, perduxerit ad contemplationem, cui percipiendæ ſuſpiramus & gemimus, & trãſierit labor & gemitus, iam non interpellabit pro nobis tradito regno deo & patri: H hoc ſignificans ait, Hæc vobiſcum locutus ſum in *Ioan.16.* ſimilitudinibus, veniet hora quando iam non in ſimilitudinibus loquar vobis, ſed manifeſte de patre nunciabo vobis, id eſt, iam nõ erunt ſimilitudioes, cum viſio fuerit facie ad faciem. Hoc eſt enim quod ait, ſed manifeſte de patre nunciabo vobis: ac ſi diceret, manifeſte patrẽ oſtendam vobis. Nunciabo quippe ait, quia verbum eius eſt. Sequitur enim & dicit: Illa die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem. Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à deo exiui. Exiui à patre, & veni in hũc mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Quid eſt: A patre exiui: niſi non in ea forma qua æqualis ſum patri, ſed aliter, id eſt in aſſumpta creatura minor apparui? Et quid eſt, Veni in huoc mũdum: niſi formam ſerui quam me exinaniens accepi, etiam peccatorum qui mundum iſtum diligunt oculis demonſtraui? Et quid eſt, Iterum relinquo mundum: niſi ab aſpectu dilectorũ muodi aufero quod viderunt? Et quid eſt, Vado ad patrem: oiſi doceo me ſic intelligendum à fidelibus meis quo modo æqualis ſum patri? Hoc qui I credunt, digni habebuntur perduci à fide ad ſpeciem, id eſt ad ipſam viſionem, quò perducens dictus eſt tradere regnum deo & patri. Fideles quippe eius quos redemit ſanguine ſuo, dicti ſunt regnum eius, pro quibus nunc interpellat: tunc autẽ illic eos ſibi faciens inhærere, vbi æqualis eſt patri, nõ iam rogabit patrem pro eis. Ipſe enim, inquit, pater amat vos. Ex hoc enim rogat, quo minor eſt patre: quo vero æqualis eſt, exaudit cum patre. Vnde ſe ab eo quòd dixit, Ipſe enim pater amat vos: vtique ipſe noo ſeparat: ſed ſecundum ea facit intelligi quæ ſupra commemoraui, ſatiſque inſinuaui, plerunque ita nominari in trinitate vnamquanque perſonam, vt & aliæ illic intelligantur. Sic itaque dictum eſt, Ipſe enim pater amat vos: vt conſequenter intelligatur & filius & ſpiritus ſanctus: nõ quia modo nos nõ amat, *Roma.8.* qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit cũ: ſed tales nos amat deus, quales futuri ſumus, *1.Cor.15.* non quales ſumus. Quales enim amat, tales in æternum conſeruat: quod tuoc erit cum tradiderit regnum deo & patri, qui nuoc interpellat pro oobis vt iam non roget patrem, quia ipſe pater amat nos. Quo autem merito, niſi fidei, qua credimus antequam illud quod promittitur videamus? Per hanc enim peruenimus ad ſpeciem, vt tales nos amet, quales amat vt ſimus, non K quales odit qui mali ſumus, & hortatur ac præſtat, ne tales eſſe ſemper velimus.

Filius quomodo minor vtroque. Cap. XI.

Quapropter cognita iſta regula intelligendarum ſcripturarum de filio dei, vt diſtinguamus quid in eis ſonet ſecũdum formam dei, in qua æqualis eſt patri, & quid ſecundum formam ſerui quam accepit, in qua minor eſt patre, nõ conturbabimur tanquam contrariis ac repugnantibus inter ſe ſanctorum [librorum] ſententiis. Nam ſecuodum formam dei æqualis eſt patri, & filius, & ſpiritus ſanctus, quia neuter eorũ creatura eſt, ſicut iam oſtendimus. Secundum autem formam ſerui, minor eſt patre, quia ipſe dixit: Pater maior me eſt. *Ioan.14.* Minor eſt ſeipſo, quia de illo dictum eſt: Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. *Philip.2.* Minor eſt ſpiritu ſancto, quia ipſe ait: Qui dixerit blaſphemiã in filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit in ſpiritum ſanctum, non remittetur ei. *Matth.12.* Et in ipſo virtutes operatus eſt, dicens: Si ergo in ſpiritu dei eiicio dæmonia, certe ſuperuenit ſuper vos regnum dei. Et apud Eſaiam dicit, *Luca.4. Eſaiæ.61.* quam lectionẽ ipſe in ſynagoga recitauit, & de ſe completam ſine ſcrupulo dubitationis oſtẽdit: Spiritus, inquit, domioi ſuper me, propter quod vnxit L me, euangelizare pauperibus miſit me, prædicare captiuis remiſſionem &c. Ad quæ facienda ideo dicit ſe miſſum, quia ſpiritus domini eſt ſuper eum. Secundum formam dei, omnia per ipſum facta ſunt, & ſioe ipſo factũ eſt nihil. *Ioan.1.* Secundum formam ſerui, ipſe factus eſt ex muliere, factus ſub lege. *Gala.4.* Secundum formam dei, ipſe & pater voum ſunt. *Ioan.10.* Secundum formam ſerui, non venit facere voluntatẽ ſuam, ſed voluntatem eius qui eum miſit. *Ioan.6.* Secundum formam dei, Sicut habet pater vitam io ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. *Ioan.5.* Secundum formam ſerui, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: & Pater, inquit, ſi fieri poteſt tranſeat à me calix iſte. *Matth.26.* Secundum formam dei, Ipſe eſt verus deus & vita æterna. *1.Ioan.5.* Secundum formã ſerui, Factus eſt obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. *Philip.2.* Secundum formam dei, Omnia quæ habet pater, ipſius ſunt: & omnia tua mea ſunt, inquit, & mea tua. *Io.16.et.17.* Secundum formam ſerui, Non eſt doctrina ipſius, ſed illius qui eum miſit. *Ioan.7.*

Qua ratiõe filius dicatur neſcire diẽ et horã quã ſcit pater. C. XII.

Et de die & hora nemo ſcit, neque angeli in cœlo, neque filius, oiſi pater. *Matth.24.* Hoc enim neſcit, quod neſcieotes facit, id eſt, quod non ita ſciebat vt tũc diſcipulis in- M dicaret: ſicut dictum eſt ad Abraham, Nuoc cognoui quòd timeas deum: *Gene.22.* id eſt nũc feci vt cognoſceres, quia & ipſe ſibi in illa tentatione probatus innotuit. Nam & illud vtique dicturus erat diſcipulis tempore opportuno, de quo futuro tanquam præterito loquẽs, ait, Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, ſeruus enim neſcit voluntatem domini ſui: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis: quod nondum fecerat, ſed quia certò facturus erat, quaſi iam feciſſet locutus eſt. Ipſis enim ait: Multa vobis habeo dicere, ſed non poteſtis illa portare modo. *Ioan.16.* Intér quæ intelligitur, & de die & hora. Nam & Apoſtolus: Neque enim iudicaui me, inquit, ſcire aliquid inter vos, niſi Chriſtum Ieſum, & hunc crucifixum. *1.Cor.2.* Eis enim loquebatur, qui capere altiora de Chriſti deitate non poterãt. Quibus etiam paulo poſt dicit, Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus. *1.Cor.3.* Hoc ergo inter illos neſciebat, quod per illum ſcire non poterant. Et hoc ſolum ſe ſcire dicebat, quod eos per illum ſcire oportebat. Deniq; ſciebat inter perfectos, quod inter paruulos neſciebat. Ibi quippe, ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. *1.Cor.2.* Eo nãq; genere locutionis neſcire

quiſq;

A quiſque dicitur quod occultat, quod dicitur foſſa cæca
quæ occulta eſt. Neque enim aliquo genere loquuntur
ſcripturæ, quod in conſuetudine humana non inuenia-
tur, quia vtique hominibus loquuntur. Secundum for-
Prouer.8. mam dei dictum eſt, Ante omnes colles genuit me: id
Pſal.109. eſt, ante omnes altitudines creaturarum. Et ante lucife-
rum genui te: id eſt, aote omoia tempora & tempora-
lia. Secundum formam autem ſerui dictum eſt: Domi-
nus creauit me in principio viarum ſuarum: quia ſecun
Ioan.14. dum formam dei dixit, Ego ſum veritas, & ſecundum
formam ſerui, Ego ſum via. Quia enim ipſe eſt primo-
genitus à mortuis, iter fecit Eccleſiæ ſuæ ad regnum dei
ad vitam æteroam, cui caput eſt ad immortalitatem e-
tiam corporis: & ideo creatus eſt in principio viarum
Ioan.8. dei in opera eius, Secundum formam enim dei, princi-
Gene.1. pium eſt quod & loquitur nobis: in quo principio fecit
Pſal.18. deus cœlum & terram. Secundum autem formam ſer-
Coloſ.1. ui, Sponſus procedens de thalamo ſuo. Secundum for-
mā dei, Primogenitus omnis creaturæ, & ipſe ante om-
nes eſt, & omnia in illo conſtant. Secuodum formā ſer
Ibidem. ui, Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. Secundum formam
B dei, Dominus eſt gloriæ. Vnde manifeſtum eſt, quòd ip
Roma.8. ſe glorificet ſanctos ſuos. Quos enim prædeſtinauit ip-
ſos & vocauit, & quos vocauit ipſos & iuſtificauit, quos
Roma.4. autem iuſtificauit, ipſos & glorificauit. De illo quippe di
Roma.3. ctum eſt, quòd iuſtificet impium: de illo dictũ eſt, quòd
ſit iuſtus & iuſtificans. Si ergo quos iuſtificauit, ipſos &
glorificauit, qui iuſtificat ipſe & glorificat, qui eſt, vt di-
xi, Dominus gloriæ. ſecundum formam tamen ſerui ſa
Matth.20. tagẽtibus diſcipulis de glorificatiooe ſua, reſpondit: Se-
dere ad dexteram vel ad ſiniſtram meam non eſt meũ
dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. Quod
autem paratum eſt à patre eius, & ab ipſo filio paratum
Ioan.10. eſt, Quia ipſe & pater vnum ſunt. Iam enim oſteodimus
in hac Trinitate per multos diuioarum locutiooum
modos etiam de ſingulis dici quod omnium eſt, prop-
ter ioſeparabilem operationem vnius eiuſdèmque ſub-
Ioan.16. ſtantiæ: Sicut & de ſpiritu ſaocto dicit, Cum ego iero,
mittam illum ad vos. Non dixit, mittemus, ſed ita qua-
Ioan.14. ſi tantum filius eum miſſurus eſſet, & ooo pater: cum
Matth.20. alio loco dicat: Hæc locutus ſum vobis apud vos ma-
nens: Aduocatus autem ille, ſpiritus ſcilicet, quem mit-
C tet pater in oomine meo, ille vobis declarabit omnia.
Hic rurſus ita dictum eſt, quaſi non eum miſſurus eſſet
& filius, ſed tantum pater. Sicut ergo iſta, ita & illud
quod ait, Sed quibus paratum eſt à patre meo: cum pa-
tre ſe intelligi voluit, parare ſedes gloriæ quibus vellet.
Sed dicit aliquis. Illic cum de ſpiritu ſancto loquere-
tur, ita ſe miſſurum ait, vt non negaret patrem miſſu-
rum, & alio loco ita patrem, vt noo negaret ſe miſſu-
rum: hic vero aperte ait, Non eſt meum dare vobis: at-
que ita ſecutus, à patre dixit iſta præparata. Sed hoc eſt
†* al. præ- quod præſtrinximus†* ſecundum formam ſerui dictũ:
ſtrinximus. vt ita intelligeremus. Non eſt meum dare vobis: ac ſi di
ceretur, Noo eſt humanæ poteſtatis hoc dare: vt per il-
lud intelligatur hoc dare, per quod deus & æqualis eſt
patri. Non eſt, inquit, meum dare, id eſt, oon humana
Ioan.16. poteſtate iſta do, ſed quibus paratũ eſt à patre meo. Sed
iã tu intellige, quia ſi omnia quæ habet pater mea ſunt,
& hoc vtique meum eſt, & cum patre iſta paraui. Nam
Ioan.12. & illud quæro, quo modo dictum ſit, Si quis non audit
Matth.20. verba mea, ego oon iudicabo illum. Fortaſſis enim ita
Ioan.12. hic dixit, Ego non iudicabo illum: quemadmodum ibi,
Non eſt meum dare. Sed quod hic ſequitur, Non enim
veni, inquit, vt iudicem mundum, ſed vt ſaluum faciam

mundum. Deinde adiungit, & dicit: Qui me ſpernit & D
non accipit verba mea, habet qui ſe iudicet. Hic iam
intelligeremus patrem, niſi adiungeret & diceret, Ver-
bum quod locutus ſum, ipſum iudicabit illum in nouiſ-
ſimo die. Quid igitur, iam nec filius iudicabit, quia di-
xit, Ego non iudicabo illum, nec pater, ſed verbum
quod locutus eſt filius? imò potius audi adhuc quod ſe-
quitur, Quia ego, inquit, non ex me locutus ſum, ſed Ioan.12.
ille qui me miſit pater, ille mandatum mihi dedit, quid
dicam, & quid loquar, & ſcio quia mandatum eius vi-
ta æterna eſt. Quæ ego loquar, ita vt dixit mihi pater,
ſic loquor. Si ergo non iudicat filius, ſed verbum quod
locutus eſt filius: ideo autem iudicat verbum quod lo-
cutus eſt filius, quia non ex ſe locutus eſt filius, ſed
qui miſit eum pater mandatum dedit ei quid dicat, &
quid loquatur: pater vtique iudicat cuius verbum eſt
quod locutus eſt filius, atque ipſum verbum patris idem
eſt filius ipſe. Non enim aliud eſt mandatum patris, a-
liud verbum patris. Nam & verbum hoc appellauit, &
maodatum. Videamus ergo ne forte quod ait, Ego nõ
ex me locutus ſum: hoc iotelligi voluerit, Ego non ex
me natus ſum. Si enim verbum patris loquitur, ſeip- E
ſum loquitur, quia ipſe eſt verbum patris. Plerunque e-
nim dicit, Dedit mihi pater: in quo vult intelligi quòd
eum genuerit pater: oon vt taoquam iam exiſtenti &
noo habenti dederit aliquid: ſed ipſum dediſſe vt ha-
beret, genuiſſe eſt vt eſſet. Non enim ſicut creatura, ita
dei filius ante incarnationem & ante aſſumptam crea-
turam vnigenitus, per quem facta ſunt omnia, aliud
eſt, & aliud habet, ſed hoc ipſum eſt, quod eſt id quod
habet. Quod illo loco manifeſtius dicitur, ſi quis ad
capiendum ſit idoneus, vbi ait: Sicut habet pater vi- Ioan.5.
tam in ſemetipſo, ita dedit filio vitam habere in ſemet-
ipſo. Neque enim iam exiſtenti & vitam non habenti
dedit vt haberet vitam in ſemetipſo, cum eoipſo quod
eſt, vita ſit: hoc eſt ergo, dedit filio vitam habere io ſe-
metipſo, genuit filium incommutabilem vitam, quod 1.Ioan.5.
eſt vita æterna. Cum ergo verbum dei ſit filius dei, &
filius dei ſit verus deus, & vita æterna, ſicut in epiſtola
ſua dicit Ioannes, etiam hic quid aliud agooſcimus,
cum dicit dominus, Verbum quod locutus ſum, ipſum Ioan.12.
iudicabit eum in nouiſſimo die: & ipſum verbum pa-
tris verbum eſſe dicit & maodatum patris, ipſumque F
mandatum vitam æternam? Et ſcio, inquit, quia man-
datum eius vita æterna eſt. Quæro itaque quo modo
intelligamus, Ego non iudicabo? ſed verbum quod lo-
cutus ſum iudicabit: quod ex conſequentibus apparet
ita dictum, ac ſi diceret ſic. Ego non iudicabo, ſed ver-
bum patris iudicabit, verbum autem patris eſt ipſe fi-
lius dei. Sic ne intelligendum eſt, Ego non iudicabo,
ſed ego iudicabo? quo modo iſtud poteſt eſſe verum,
niſi ita: ego ſcilicet ooo iudicabo ex poteſtate humana,
quia filius hominis ſum: ſed ego iudicabo ex poteſtate
verbi, quia filius dei ſum. Aut ſi contraria & repugnan-
tia videntur, ego noo iudicabo, ſed ego iudicabo: quid
illic dicemus, vbi ait, Mea doctrina non eſt mea: quo Ioan.7.
modo mea, quo modo oon mea? Non enim dixit, Iſta
doctrina non eſt mea, ſed mea doctrina non eſt mea:
quam dixit ſuam, eandem dixit non ſuam. Quo modo
iſtud verum eſt, niſi ſecundum aliud ſuam dixerit, ſe-
cundum aliud nõ ſuam. Secundum formam dei ſuam, Philip.2.
ſecundum formam ſerui noo ſuam. Cum eoim dicit, Ioan.7.
Non eſt mea ſed eius qui me miſit: ad ipſum verbum
nos fecit recurrere, doctrina enim patris eſt verbum
patris qui eſt vnicus filius. Quid ſibi & illud vult. Qui

G in me credit, non in me credit? Quo modo in ipſum,
Ioan.12. quo modo non in ipſum, quo modo tam contrarium
ſibique aduerſum poteſt intelligi? Qui in me credit, in-
quit, non in me credit, ſed in eum qui me miſit: niſi ita
intelligas, qui in me credit, non in hoc quod videt cre-
dit, ne ſit ſpes noſtra in creatura: ſed in eo qui ſuſcepit
creaturam in qua humanis oculis appareret, ac ſic ad ſe
æqualem patri cõtemplandum per fidem corda mun-
daret. Ideoque ad patrem referens intentionem cre-
Ibidem. dentium & dicens, Non in me credit, ſed in eum qui
me miſit: non vtique ſe à patre, id eſt, ab illo qui eum
miſit voluit ſeparari: ſed vt ſic in eum crederetur, quo
Ioan.14. modo in patrem cui eſt æqualis. Quod aperte alio lo-
Ioan.10. co dicit, Creditis in deum & in me credite: id eſt, ſicut
creditis in deum, ſic & in me: quia ego & pater vnus
deus. Sicuti ergo hic, tanquam abſtulerit à ſe fidem ho
Ioan.12. minum, & in patrem tranſtulerit, dicendo, non in me
Matth.20. credit, ſed in eum qui me miſit: à quo tamẽ ſe vtiq; non
ſeparauit, Sic etiam quod ait, Non eſt meum dare, ſed
quibus paratum eſt à patre meo, puto clarere ſecũdum
quid vtrunque accipiendum ſit. Tale eſt enim & illud,
Ioan.12. Ego non iudicabo: cum ipſe iudicaturus ſit viuos &
2.Timo.4. mortuos: ſed quia non ex poteſtate humana, propter-
H ea recurrens ad deitatem, ſurſum erigit corda homi-
Philip.2. num, propter quæ ſubleuanda deſcendit. Niſi ta-
De eodem men ipſe idem eſſet filius hominis propter formam ſer-
Chriſto di- ui quam accepit, qui eſt filius dei propter dei formam
uerſa prædi- in qua eſt, non diceret Apoſtolus Paulus de principi-
cãtur, ob di- bus huius ſeculi, Si enim cognouiſſent, nunquam do-
uerſas na- minum gloriæ crucifixiſſent. Ex forma enim ſerui cru-
turas hypo- cifixus eſt, & tamen dominus gloriæ crucifixus eſt. Ta-
ſtaſeos. Cap. lis enim erat illa ſuſceptio quæ deum hominẽ faceret,
XIII. & hominem deum: quid tamen propter quid, & quid
1.Cor.2. ſecundum quid dicatur, adiuuãte domino, prudens &
diligẽs & pius lector intelligit. Nam ecce diximus quia
ſecundum id quod deus eſt, glorificat ſuos, ſecundum
hoc vtiq; quod dominus gloriæ eſt: & tamen dominus
gloriæ crucifixus eſt, quia recte dicitur & deus crucifi-
xus, non ex virtute diuinitatis, ſed ex infirmitate carnis:
ſicut dicimus, quia ſecundum id quod deus eſt iudicat,
hoc eſt ex poteſtate diuina, non humana, & tamen ip-
ſe homo iudicaturus eſt, ſicut dominus gloriæ crucifi-
Matth.25. xus eſt: ita enim aperte ait, Cum venerit filius hominis
I in gloria ſua, & omnes angeli eius cum eo: tunc con-
gregabuntur ante eum omnes gentes: & cætera quæ de
futuro iudicio vſque ad vltimam ſententiam in eo lo-
co prædicantur. Et Iudæi, quippe qui in malicia ſua per-
ſeuerãtes, in illo iudicio puniendi ſunt, ſicuti alibi ſcrip
Zacha.12. tum eſt, Videbunt in quem pupugerunt. Cum enim &
boni & mali viſuri ſunt iudicem viuorum & mortuo-
rum, proculdubio eum videre non poterunt mali, niſi
Philip.2. ſecundum formam qua filius hominis eſt, ſed tamen in
Cicer 4. ſẽ. claritate in qua iudicabit, non in humilitate in qua iu-
di.48. cap. dicatus eſt. Cæterum illam dei formam in qua æqua-
Sed cũ in. lis eſt patri, proculdubio impij non videbunt. Non e-
Matth.5. nim ſunt mundicordes. Beati enim mũdicordes, quo-
1.Cor.13. niam ipſi deum videbunt. Et ipſa viſio eſt facie ad fa-
1.Corin.15. ciem, quæ ſummum præmium promittitur iuſtis, & ip-
ſa fiet, cum tradet regnum deo & patri: in quo ſuæ for-
mæ viſionem vult intelligi, ſubiecta deo vniuerſa crea-
tura, & ipſa in qua filius dei filius hominis factus eſt.
Quia ſecundum hanc & ipſe filius tunc ſubiectus illi e-
rit, qui ei ſubiecit omnia, vt ſit deus omnia in omnibus.
Alioquin ſi filius dei iudex in forma qua æqualis eſt pa-
tri etiam impijs cum iudicaturus eſt apparebit, quid eſt

quod pro magno dilectori ſuo pollicetur dicẽs, Et ego K
diligam eum, & oſtendam meipſum illi? Quapropter *Ioan.14.*
filius hominis iudicaturus eſt, nec tamen ex humana
poteſtate, ſed ex ea qua filius dei eſt. Et rurſus filius dei
iudicaturus eſt, nec tamen in ea forma apparens, in
qua deus eſt æqualis patri, ſed in ea qua filius homi-
nis eſt. Ita vtrunque dici poteſt, & filius hominis iu-
dicabit, & non filius hominis iudicabit. Quia filius
hominis iudicabit, vt verum ſit quod ait, Cum vene- *Matth.25.*
rit filius hominis, tunc congregabuntur ante eum om- *Ioan.8.*
nes gentes. Et non filius hominis iudicabit, vt verum
ſit quod ait, Ego non iudicabo, Et ego non quæro glo-
riam meam, eſt qui quærat & iudicet. Nam ſecundum
id quod in iudicio non forma dei, ſed forma filij ho-
minis apparebit: nec ipſe pater iudicabit. Secundum *Ioan.5.*
hoc enim dictum eſt, Pater non iudicat quenquam,
ſed omne iudicium dedit filio. Quod vtrum ex illa lo-
cutione dictum ſit, quam ſupra commemorauimus,
vbi ait, Sic dedit filio habere vitam in ſemetipſo, vt ſi-
gnificaret quia ſic genuit filium. An ex illa de qua lo-
quitur Apoſtolus dicens, Propter quod eum ſuſcita- *Philip.2.*
uit, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne no-
men. Hoc enim de filio hominis dictum eſt: ſecun- L
dum quem dei filius excitatus eſt à mortuis. Ille quip-
pe in forma dei æqualis eſt patri, ex qua ſe exinaniuit,
formam ſerui accipiens: in ipſa forma ſerui & agit &
patitur & accipit, quæ conſequenter contexit Apoſto-
lus, Humiliauit ſe factus obediens vſque ad mortem,
mortem autem crucis: propter quod & deus illum ex-
altauit, & donauit ei nomen quod eſt ſuper omne no-
men, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœle-
ſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua con
fiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei
patris. Vtrum ergo ſecundum illam, an ſecũdum iſtam
locutionem dictum ſit, Omne iudicium dedit filio: ſa- *Ioan.5.*
tis hinc apparet, quia ſi ſecundum illud diceretur ſecun
dum quod dictum eſt, Dedit filio habere vitam in ſe-
metipſo, non vtique diceretur, pater non iudicat quen-
quam. Secundum hoc enim quòd æqualem pater ge-
nuit filium, iudicat cum illo. Secundum hoc ergo di-
ctum eſt quòd in iudicio, non in forma dei, ſed forma
filij hominis apparebit. Non quia nõ iudicabit qui de- M
dit omne iudicium filio, cum de illo dicat filius, Eſt qui *Ioan.8.*
quærat & iudicet: ſed ita eſt dictum, Pater non iudicat *Ioan.5.*
quenquã, ſed omne iudicium dedit filio: ac ſi diceretur,
Patrem nemo videbit in iudicio viuorum & mortuo-
rum, ſed omnes filium: quia & filius & hominis eſt, vt
poſſit & ab impijs videri, cum & illi videbunt in quem *Zacha.12.*
pupugerunt. Quod ne coniicere potius quàm aperte
demonſtrare videamur, proferamus eiuſdem domini
certam manifeſtamque ſententiam, qua oſtendamus
ipſam fuiſſe cauſam vt diceret, Pater non iudicat quen- *Ioan.5.*
quam, ſed omne iudicium dedit filio, quia iudex in
forma filij hominis apparebit, quæ forma non eſt pa-
tris ſed filij, Nec ea filij in qua æqualis eſt patri, ſed
in qua minor eſt patre, vt ſit in iudicio conſpicuus &
bonis & malis. Pauſo enim poſt dicit, Amen dico vo- *Ibidem.*
bis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui mi-
ſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non ve-
niet, ſed tranſit à morte in vitam. Hæc vita æterna eſt,
illa viſio quæ non pertinet ad malos. Deinde ſequitur,
Amen amen dico vobis, quia veniet hora & nunc eſt, *Ibidem.*
quando mortui audient vocem filij dei, & qui audie-
rint viuent. Et hoc proprium eſt piorum qui ſic audi-
unt de incarnatione eius, vt credant, quia filius dei eſt,
id eſt,

A id eſt, ſic eum propter ſe factum accipiunt minorem
Ioan.5. patre in forma ſerui, vt credant quia æqualis eſt patri
in forma dei. Et ideo ſequitur, & hoc ipſum commen-
dans dicit, Sicut enim pater habet vitam in ſemetip-
ſo, ita dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Dein-
de venit ad diuiſionem ſuæ claritatis in qua venturus
eſt ad iudicium, quæ viſio communis erit impiis & iu-
Ibidem. ſtis. Sequitur enim & dicit, Et poteſtatem dedit ei iu-
dicium facere, quoniam filius hominis eſt. Puto nihil
eſſe manifeſtius, Nam quia filius dei eſt æqualis patri,
non accepit hanc poteſtatem iudicij faciendi, ſed ha-
bet illam cum patre in occultò. Accepit autem illam,
vt boni & mali eum videant iudicantem, quia filius
hominis eſt. Viſio quippe filij hominis exhibebitur &
Matth.5. malis. Nam viſio formæ dei non niſi mundis corde,
quia ipſi deum videbunt, id eſt, ſolis piis exhibebitur:
quorum dilectioni hoc ipſum promittit, quia ſeipſum
Ioan.5. oſtendet illis. Et ideo vide quid ſequatur. Nolite mi-
rari hoc, inquit. Quid nos prohibet mirari, niſi illud
quod reuera miratur omnis qui non intelligit, vt ideo
diceret patrem dediſſe ei poteſtatem iudicium facere,
B quia filius hominis eſt, cum magis quaſi hoc expecta-
retur, vt diceret, quoniam filius dei eſt. Sed quia filium
dei ſecundum id quod in forma dei æqualis eſt patri
videre iniqui non poſſunt, Oportet autem vt iudicem
viuorum & mortuorum, coram quo iudicabuntur, &
Ibidem. iuſti videant & iniqui. Nolite, inquit, hoc mirari, quo-
niam veniet hora in qua omnes qui in monumentis
ſunt audient vocem eius, & prodient qui bona geſſe-
runt, in reſurrectionem vitæ, qui autem mala geſſerũt,
in reſurrectionem iudicij. Ad hoc ergo oportebat vt
ideo acciperet hanc poteſtatem, quia filius hominis eſt,
vt reſurgentes omnes viderent eum in forma in qua
videri ab omnibus poteſt: ſed alij ad damnationem,
alij ad vitam æternam. Quæ eſt autem vita æterna, ni-
ſi illa viſio quæ non conceditur impiis? vt cognoſcant
Ioan.17. te, inquit, vnum verum deum, & quem miſit Ieſum
Chriſtum. Quo modo & ipſum Ieſum Chriſtum, niſi
quemadmodum vnum verum deum qui oſtendet ſe-
ipſum illis. Non quo modo oſtendet ſe etiam punien-
dis in forma filij hominis: ſecundum illam viſionem
C bonus eſt, ſecundum quam viſionem deus apparet
Pſal.72. mundis corde, quoniam quàm bonus deus Iſraël re-
ctis corde. Quando autem iudicem videbunt mali,
non eis videbitur bonus, quia non ad eum gaudebunt
Apoca.1. corde, ſed tunc ſe plangent omnes tribus terræ, in nu-
mero vtique omnium malorum & infidelium. Prop-
ter hoc etiam illi qui eum dixerat magiſtrum bonum,
quærens ab eo conſilium conſequendæ vitæ æternæ, re-
Matth.19. ſpondit. Quid me interrogas de bono, nemo bonus ni-
ſi vnus deus: cum & hominem alio loco dicat bonum
Matth.12. ipſe dominus. Bonus homo, inquit, de bono theſauro
cordis ſui profert bona: & malus homo de malo the-
ſauro cordis ſui profert mala. Sed quia ille vitam æ-
ternam quærebat: vita autem æterna eſt in illa con-
templatione, qua non ad pœnam videtur deus, ſed ad
Matth.19. gaudium ſempiternum. Et non intelligebat cum quo
loquebatur, qui tantummodo eum filium hominis ar-
bitrabatur, Quid me interrogas, inquit, de bono? id eſt,
iſtam formam quam vides, quid interrogas de bono,
& vocas me ſecũdum quod vides magiſtrum bonum?
Hæc forma filij hominis eſt, hæc forma accepta eſt,
hæc forma apparebit in iudicio, non tantum iuſtis, ſed
& impiis, & huius formæ viſio non erit in bonum eis
Philip.2. qui male agunt. Eſt autem viſio formæ meæ in qua cum

eſſem, nõ rapinam arbitratus ſum eſſe æqualis deo: ſed D
vt hanc acciperem meipſum exinaniui. Ille ergo vnus
deus pater & filius & ſpiritus ſanctus, qui non appare-
bit niſi ad gaudium quod non auferetur à iuſtis. Cui
gaudio futuro ſuſpirat qui dicit, Vnam petij à domi- Pſal.26.
no hanc requiram, vt inhabitem in domo domini per
omnes dies vitæ meæ, vt contempler delectationem
domini. Vnus ergo deus ipſe eſt ſolus bonus, ob hoc,
quia nemo eum videt ad luctum & planctum, ſed tan-
tum ad ſalutem & lætitiam veram ſecundum illam for
mam ſi me intelligis, bonus ſum. Si autem ſecundum
hanc ſolam, quid me interrogas de bono, ſi inter illos Matth.19.
es qui videbunt in quem pupugerunt, & ipſa viſio ma- Zacha.12.
lum eis erit, quia pœnalis erit. Ex iſta ſententia dixiſ-
ſe dominum, quid me interrogas de bono, nemo bo-
nus niſi vnus deus. His documentis quæ commemo-
raui probabile eſt, quia illa viſio dei qua contemplabi-
mur incommutabilem atque humanis oculis inuiſibi-
lem dei ſubſtãtiam quæ ſolis ſanctis promittitur, quam
dicit Apoſtolus Paulus. Facie ad faciem: & de qua di- 1.Corin.13.
cit Apoſtolus Ioannes, Similes ei erimus quoniam vi- 1.Ioan.3.
debimus eum ſicuti eſt: & de qua dicitur, Vnam petij E
à domino hanc requiram vt contempler delectatio- Pſal.26.
nem domini: & de qua dicit ipſe dominus. Et ego di-
ligam eum, & oſtendam meipſum illi, & propter quam Ioan.14.
ſolam fide corda mundamus, vt ſimus beati mundi-
cordes, quoniam ipſi deum videbunt, & ſi qua alia de Matth.5.
iſta viſione dicta ſunt, quæ copioſiſſime ſparſa per om-
nes ſcripturas inuenit quiſquis ad eam quærendam
oculum amoris intendit: ſola eſt ſummum bonum
noſtrum, cuius adipiſcendi cauſa præcipimur agere
quicquid recte agimus. Viſio verò illa filij hominis
quæ prænunciata eſt, cum congregabuntur omnes gen
tes ante eum, & dicent ei, Domine quando te vidi- Matth.25.
mus eſurientem & ſitientem & cætera. nec bonum e-
rit impiis qui mittentur in ignem æternum, nec ſum-
mum bonum erit iuſtis. Adhuc enim vocat eos ad re-
gnum quod eis paratum eſt ab initio mundi. Sicut e-
nim illis dicet, Ite in ignem æternum: ita iſtis, Veni- Ibidem.
te benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis re-
gnum. Et ſicut ibunt illi in combuſtionem æternam,
ſic iuſti in vitam æternam. Quid eſt autem vita æter- Ioan 17.
na, niſi vt cognoſcant te, inquit, vnum verum deum, F
& quem miſiſti Ieſum Chriſtum? Sed iam in ea clari-
tate de qua dicit patri, quam habui apud te priuſquam
mundus fieret. Tunc enim tradet regnum deo & pa- 1.Cor.15.
tri, vt intret ſeruus bonus in gaudium domini ſui, &
abſcondat eos quos poſſidet deus in abſcondito vul- Pſal.30.
tus ſui à conturbatione hominum: eorum ſcilicet qui
tunc conturbabuntur audientes illam ſententiam: à Pſal.111.
quo auditu malo iuſtus non timebit, ſi modo prote-
gatur in tabernaculo, id eſt, in fide recta catholicæ
Eccleſiæ, à contradictione linguarum, id eſt, à calum-
niis hæreticorum. Si vero eſt alius intellectus verbo-
rum domini quibus ait, Quid me interrogas de bo- Matth.19.
no, nemo bonus niſi vnus deus: dum tamen non ideo
credatur maioris bonitatis eſſe patris quàm filij ſub-
ſtantia, ſecundum quam verbum eſt, per quod facta Ioan.1.
ſunt omnia, nihilque abhorreat à ſana doctrina: ſecu-
ri vtamur, non vno tantum, ſed quotquot reperiri po-
tuerint. Tanto enim fortius conuincuntur hæretici,
quanto plures exitus patent ad eorum laqueos euitan-
dos. Sed ea quæ adhuc conſideranda ſunt, ab alio pe-
tamus exordio.

G

DIVI AVRELII AVGVſtini de Trinitate Liber Secundus.

PROOEMIVM.

CVM homines deum quærũt, & ad
intelligentiam Trinitatis pro cap-
tu infirmitatis humanæ animũ in-
tendunt, experti difficultates labo-
rioſas, ſiue in ipſa acie mentis co-
nantes intueri inacceſſibilem lucẽ,
ſiue in ipſa multiplici & multimo-
da locutione literarum ſacrarum, vbi mihi non vide-
tur niſi atteri anima, vt Chriſti gratia glorificata dul-
*al. dilucescat. ceſcat *, cum ad aliquid certũ diſcuſſa omni ambigui-
tate peruenerunt, facillimè debent ignoſcere erranti-
bus in tanti peruestigatione ſecreti. Sed duo ſunt quæ
in errore hominum difficillime tolerãtur, præſumptio
priuſquã veritas pateat: & cum iam patuerit præſump-
tæ defenſio falſitatis. A quibus duobus viciis nimis ini-
Pſal. 5. micis inuentioni veritatis, & tractationi diuinorũ ſan-
H ctorumq; librorum, ſi me, vt precor & ſpero, deus defen
derit atque munierit ſcuto bonæ voluntatis ſuæ, & gra
tia miſericordiæ ſuæ, non ero ſegnis ad inquirendam
ſubſtantiam dei, ſiue per ſcripturam eius, ſiue per crea-
turam. Quæ vtraque nobis ad hoc proponitur intuen-
da, vt ipſe quæratur, ipſe diligatur, qui & illam inſpira-
uit, & iſtam creauit. Nec trepidus ero ad proferendam
ſententiam meam, in qua magis amabo inſpici à rectis,
quàm timebo morderi à peruerſis. Gratanter enim ſu-
ſcipit oſculum columbinum pulcherrima & modeſtiſ-
ſima charitas: dentem autem caninum vel euitat cautiſ-
ſima humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas. Magisq;
optabo à quolibet reprehendi, quàm ſiue ab errante, ſi-
ue ab ambulante laudari. Nullus enim reprehenſor for
midandus eſt amatori veritatis. Etenim aut inimicus
reprehenſurus eſt, aut amicus. Si ergo inimicus inſultat,
ferendus eſt. Amicus autem ſi errat docendus, ſi docet
audiendus. Laudator vero & errans cõfirmat errorem,
Pſal. 140. & adulans illicit in errorem. Emendabit ergo me iu-
I ſtus in miſericordia & arguet me, oleum autem pecca-
Triſariam de Chriſto loqui videtur ſcriptura. Cap. I. toris non impinguabit caput meum. Quamob-
rem quanquam firmiſſime teneamus de domino no-
ſtro Ieſu Chriſto, & per ſcripturas diſſeminatam, & à
doctis catholicis earundem ſcripturarum tractatori-
Philip. 2. bus demonſtratam tanquam canonicam regulam, quo
modo intelligatur dei filius & æqualis patri ſecundum
dei formam in qua eſt, & minor patre ſecundum ſerui
formam quam accepit, in qua forma non ſolum patre,
ſed & ſpiritu ſancto, neque hoc tantum, ſed etiam ſeip-
ſo minor inuẽtus eſt, non ſeipſo qui fuit, ſed ſeipſo qui
eſt, quia forma ſerui accepta, formam dei non amiſit,
ſicut ſcripturarum quæ in ſuperiore libro commemo-
rauimus teſtimonia docuerunt. Sunt tamen quædam
in diuinis eloquiis ita poſita vt ambiguum ſit ad quam
potius regulam referantur: vtrum ad eam qua intelli-
gimus minorẽ filium in aſſumpta creatura: an ad eam
qua intelligimus, non quidem minorem eſſe filium, ſed
æqualem patri, tamen ab illo hunc eſſe deum de deo, lu
men de lumine. Filium quippe dicimus deum de deo,
patrem autem deum tantum, non de deo. Vnde mani-
feſtum eſt quòd filius habeat alium de quo ſit & cui fi-
lius ſit, pater autem nõ filium de quo ſit habeat, ſed tan-
tum cui pater ſit. Omnis enim filius de patre eſt quod
eſt, & patri filius eſt. Nullus autẽ pater de filio eſt quod
eſt, ſed filio pater eſt. Quædam enim ita ponuntur in K
ſcripturis de patre & filio vt indicent vnitatẽ æqualita-
temq; ſubſtãtiæ, ſicuti eſt, Ego & pater vnum ſumus. Et, Ioan. 10.
Cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe Philip. 2.
æqualis deo: & quæcũq; talia ſunt. Quædam vero ita vt
minorem oſtendant filium propter formã ſerui, id eſt,
propter aſſumptam creaturã mutabilis humanæq; ſub-
ſtantiæ, ſicuti eſt quod ait, Quoniã pater maior me eſt. Ioan. 14.
Et, Pater non iudicat quenquã, ſed omne iudicium de- Ioan. 5.
dit filio. Nam paulopoſt conſequẽter ait, Et poteſtatem
dedit ei iudiciũ facere, quoniã filius hominis eſt. Quæ-
dam porrò ita, vt nec minor nec æqualis oſtẽdatur, ſed
tantum quod de patre ſit intimetur: vt eſt illud, Sicut ha
bet pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio vitam habe-
re in ſemetipſo. Et illud, Neq; enim poteſt filius à ſe fa-
cere quicquã, niſi quod viderit patrem faciẽtem. Quod
ſi propterea dictum acceperimus, quia in forma accepta
ex creatura minor eſt filius: conſequens erit vt prior pa
ter ſuper aquas ambulauerit, aut alicuius alterius cæci
nati de ſputo & luto oculos aperuerit, & cætera. quæ fi- Matth. 14.
lius in carne apparẽs inter homines fecit: vt poſſet ea fa Ioan. 9.
cere qui dixit, nõ poſſe filium à ſe facere quicquam, niſi
quod viderit patrem facientem. Quis autem vel delirus L
ita ſentiat? Reſtat ergo vt hæc ideo dicta ſint, quia in-
commutabilis eſt vita filij ſicut & patris, & tamen de pa
tre eſt: & inſeparabilis eſt operatio patris & filij, ſed ta-
men ita operari, filio de illo eſt, de quo ipſe eſt, id eſt, de
patre. Et ita videt filius patrem, vt quo eum videt, hoc
ipſo ſit filius. Non enim aliud illi eſt eſſe de patre, id eſt,
naſci de patre, quàm videre patrẽ, aut alius videre ope-
rantẽ quàm pariter operari: ſed ideo non à ſe quia non
eſt à ſe. Et ideo quæ viderit patrẽ facientem hæc eadem Ioan. 5.
facit & filius ſimiliter, quia de patre eſt. Neq; enim alia
ſimiliter, ſicut pictor alias tabulas pingit, quemadmo-
dum alias ab alio pictas videt: nec eadem diſſimiliter,
ſicut corpus eaſdem literas exprimit, quas animus co-
gitauit: ſed quæcunque, inquit, pater facit, hæc eadem fi-
lius facit ſimiliter. Et hæc eadem dixit & ſimiliter, ac per
hoc inſeparabilis & par eſt operatio patri & filio, ſed à
patre eſt filio. Ideo non poteſt filius à ſe facere quicquã,
niſi quod viderit patrem facientem. Ex hac ergo regula M
qua ita loquuntur ſcripturæ, vt non alium alio minorẽ,
ſed tantum velint oſtẽdere quis de quo ſit, nonnulli eũ
ſenſum conceperunt, tanquam minor filius diceretur.
Quidam autem noſtri indoctiores, & in his minime e-
ruditi, dum hæc ſecundum formam ſerui conantur ac-
cipere, & eos rectus intellectus non ſequitur, perturban
tur. Quod ne accidat, tenenda eſt hæc regula, qua non
minor eſt filius, ſed quòd de patre ſit intimatur: quibus
verbis, non inæqualitas, ſed natiuitas eius oſtenditur.

Sunt ergo quædam in ſanctis libris, vt dicere cœpe
ram, ita poſita vt ambiguum ſit quònam referenda ſint: De primo modo. Cap. II.
vtrum ad illud quod propter aſſumptam creaturam mi
nor eſt filius: an ad illud, quòd quamuis æqualis, tamen
quia de patre ſit indicatur. Et mihi quidem videtur, ſi eo
modo ambiguum eſt, vt explicari diſcerniq; nõ poſſit,
ex vtraque regula ſine periculo poſſe intelligi, ſicut eſt
quod ait, Mea doctrina nõ eſt mea, ſed eius qui me mi- Ioan. 7.
ſit. Nam & ex forma ſerui poteſt accipi, ſicut iam in li-
bro ſuperiore tractauimus, & ex forma dei in qua ſic æ- Supra li. 1. cap. 12.
qualis eſt patri, vt tamen de patre ſit. In dei quippe for-
ma, ſicut non eſt aliud filius, aliud vita eius, ſed ipſa vi-
ta filius eſt: ita non eſt aliud filius, aliud doctrina eius,
ſed ipſa doctrina filius eſt. Ac per hoc ſicut id quod di- Ioan. 5.
ctum eſt, dedit filio vitam: non aliud intelligitur quàm
genuit

A genuit filium qui eſt vita : ſic etiam cum dicitur, Dedit
filio doctrinam, bene intelligitur, genuit filium qui eſt
Ioan.7. doctrina:vt quod dictũ eſt, Mea doctrina non eſt mea,
ſed eius qui me miſit, ſic intelligatur, ac ſi dictum ſit, ego
Idem de ſpi non ſum à meipſo, ſed ab illo qui me miſit. Nam &
ritu ſancto. de ſpiritu ſancto, de quo non eſt dictũ, Semetipſum exi-
Cap.III. naniuit formã ſerui accipiens, ait tamen ipſe dominus,
Philip.2. Cum autẽ venerit ipſe ſpiritus veritatis, docebit vos om
Ioan.16. nem veritatẽ. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quę-
cunq; audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit
vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & an-
nunciabit vobis, Poſt hæc verba, niſi continuo ſecutus
dixiſſet, Omnia quæcunq; habet pater mea ſunt, prop-
terea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis:
crederetur fortaſſe ita natus de Chriſto ſpiritus ſanctus,
Ioan.7. quemadmodũ ille de patre. De ſe quippe dixerat, Mea
doctrina non eſt mea, ſed eius qui me miſit. De ſpiritu
Ioan.16. autẽ ſancto, Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæ-
cũq; audiet, loquetur: quia de meo accipiet & annũcia-
bit vobis. Sed quia reddidit cauſam cur dixerit, de meo
B accipiet, ait enim, Omnia quæcunque habet pater mea
ſunt, propterea dixi, quia de meo accipiet: reſtat ergo vt
intelligatur etiam ſpiritus ſanctus de patre habere ſicut
& filius. Quo modo? niſi ſecundum id quod ſupra dixi-
Ioan.15. mus, Cum autem venerit paracletus quem ego mittam
vobis à patre, ſpiritum veritatis qui à patre procedit, ille
teſtimonium perhibebit de me. Procedẽdo itaq; à patre
dicitur non loqui à ſemetipſo: & ſicut nõ ex eo fit vt mi
Ioan.5. nor ſit filius quia dixit, Nõ poteſt filius à ſe facere quic-
quã, niſi quod viderit patrem facientem: non enim hoc
ex forma ſerui dixit, ſed ex forma dei, ſicut iam oſtendi-
mus: hæc autem verba non indicãt quòd minor ſit, ſed
quod de patre ſit: Ita nõ hinc efficitur vt minor ſit ſpiri-
Ioan.16. tus ſanctus, quia dictum eſt de illo, Nnn enim loquetur
à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet, loquetur; Secundum
hoc enim dictum eſt, quòd de patre procedit. Cum ve-
Infra li.15. ro & filius de patre ſit, & ſpiritus ſanctus à patre proce-
cap.25. dat, cur nõ ambo filij dicantur, nec ambo geniti, ſed il-
le vnus filius vnigenitus, hic autem ſpiritus ſanctus, nec
filius, nec genitus, quia ſi genitus vtiq; filius, alio loco ſi
deus donauerit, & quantum donauerit diſſeremus.
Perſonæ vn- Veruntamen hic euigilent, ſi pnſſunt, qui hoc etiã
icè quo mo ſibi ſuffragari putauerunt, quaſi ad demonſtrandum pa
do ſe glorifi trem filio eſſe mainrem, quia dixit filius, Pater clarifica
cent. C me, & ecce ſpiritus ſanctus clarificat eum. Nunquid nã
Cap.IIII. & ipſe mainr eſt filio? Porrò autem ſi propterea ſpiritus
Ioan.17. ſanctus clarificat filium, quia de filij accipiet, & ideo de
Ioan.16. eius accipiet, quia omnia quę habet pater ipſius ſunt, ma
nifeſtum eſt, quia cum ſpiritus ſanctus glnrificat filium,
pater glnrificat filium. Vnde cognoſcitur quòd omnia
quæ habet pater, non tantum filij, ſed etiã ſpiritus ſancti
ſunt, quia potens eſt ſpiritus ſanctus glorificare filium,
quem glorificat pater. Quòd ſi ille qui glorificat, eo quẽ
glorificat maior eſt, ſinant vt æquales ſint qui ſeinuicẽ
Ioan.17. glorificãt, Scriptum eſt autẽ quòd & filius glorificet pa-
trem. Ego te, inquit, glorificaui ſuper terrã. Sanè caueãt
ne putetur ſpiritus ſanctus mainr ambobus, quia glorifi
cat filium quẽ glorificat pater, ipſum autem nec à patre
Mitti filius nec à filio ſcriptum eſt glorificari. Sed in his con-
et ſpiritũ ſan uicti, ad illud ſe cõuertunt vt dicant, maior eſt qui mit-
ctũ quo mo tit, quàm qui mittitur. Proinde maior eſt pater filio: quia
do dicitur. filius à patre ſe miſſum aſſidue commemorat. Maior eſt
Cap.V. & ſpiritu ſancto, quia de illo dixit Ieſus, Quẽ mittet pa-
Ioan.14. ter in nomine meo. Et ſpiritus ſanctus vtroque minor
eſt, quia & pater eum mittit ſicut cõmemorauimus, Et

filius cum dixit, Si autem abiero mittam eum ad vos. D
Qua in quæſtione primum quæro, vnde & quo modo 1.ſen.di.15.
miſſus ſit filius. Ego, inquit, à patre exiui, & veni in hunc c. ne autem
mundum : ergo à patre exire & venire in hunc mun- miremur.
dum, hoc eſt mitti. Quid igitur eſt quod de illo idem Ioan.16.
ipſe Euangeliſta dixit, In hoc mundo erat, & mundus Ioan.1.
per eum factus eſt, & mundus eum non cognouit? De-
inde coniungit, In ſua propria venit. Illuc vtiq; miſſus
eſt, quò venit. Ac ſi in hunc mundum miſſus eſt, quia
exiit à patre & venit in hunc mundum, & in hoc mun-
do erat, Illuc ergo miſſus eſt vbi erat, Nã & illud quod Hiere.23.
ſcriptum eſt in Propheta deum dicere, Cœlum & ter-
ram ego impleo: ſi de filio dictum eſt, ipſum enim non-
nulli volunt intelligi, vel prophetis vel in prophetis lo-
cutum: quò miſſus eſt niſi illuc vbi erat? Vbique enim e-
rat qui ait, Cœlum & terram ego impleo. Si autem de
patre dictum eſt, vbi eſſe potuit ſine verbo ſuo, & ſine
ſapientia ſua, quæ protẽdit à fine vſque ad finem forti-
ter, & diſponit omnia ſuauiter. Sed neque ſine ſpiritu Sapien.8.
ſancto vſquam eſſe pntuit. Itaque ſi vbique eſt deus, vbi-
que etiam eſt ſpiritus eius. Illuc ergo & ſpiritus ſanctus E
miſſus eſt vbi erat. Nam & ille qui non inuenit locum 1.ſen.di.15.
quò iret à facie dei & dicit, Si aſcendero in cœlum tu c. ne autem
ibi es, ſi deſcendero in infernum ades, vbique volens miremur.
intelligi præſentem deum, prius nominauit ſpiritum e- Pſal.138.
ius. Nam ſic ait, Quo abibo à ſpiritu tuo, & quò à facie 1.ſen.di.15.
tua fugiam? Quocirca ſi & filius & ſpiritus ſanctus il- c. quocirca.
luc mittitur vbi erat, quærendum eſt quo modo intel-
ligatur iſta miſsio, ſiue filij, ſiue ſpiritus ſancti, Pater e-
nim ſolus, nuſquam legitur miſſus, Et de filio quidem
ita ſcribit Apoſtolus, Cum autem venit plenitudo tem Gala.4.
poris miſit deus filium ſuum, factum ex muliere, factum
ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret. Miſit, in- De gratia
quit, filium ſuum factum ex muliere. Quo nomine quis noui teſt. ad
catholicus neſciat, non eum priuationem virginitatis, Honora.c.2.
ſed differentiam ſexus Hebræo loquendi more ſignifi- 1.ſen.di.15.
care voluiſſe? Cum itaque ait, Miſit deus filium ſuum fa c. quocirca.
ctum ex muliere, ſatis oſtendit eo ipſo miſſum filium
quo factus eſt ex muliere. Quòd ergo de deo natus eſt,
in hoc mundo erat. Quòd autem de Maria natus eſt,
in hunc mundum miſſus aduenit. Proinde mitti à pa-
tre ſine ſpiritu ſancto non potuit: non ſolum quia intel
ligitur pater eum eum miſit, id eſt, fecit ex fœmina,
non vtique ſine ſpiritu ſuo feciſſe: verumetiam quòd
manifeſtiſſime atque apertiſſime in Euangelio dicitur F
virgini Mariæ quærẽti ab angelo, quo modo fiet iſtud? Luca.1.
ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi ob-
umbrabit tibi, Et matthæus dicit, Inuenta eſt in vtero Matth.1.
habens de ſpiritu ſancto, Quanquam & apud Eſaiam Eſaia.48.
Prophetam ipſe Chriſtus intelligitur de aduentu ſuo fu 1.ſen.di.15.
turo dicere, Et nunc dominus miſit me & ſpiritus eius. ca. & quòd
Fortaſſe aliquis cogat, vt dicamus etiam à ſeipſo miſ- à ſpũ ſancto.
ſum eſſe filium, quia ille Mariæ conceptus & partus o- 1.ſen.di.15.
peratio trinitatis eſt, qua creante omnia creantur. Et c. quod aũt.
quo modo iam, inquit, pater eum miſit ſi ipſe ſe miſit?
Cui primum reſpondeo quærens, vt dicat ſi poteſt, quo
modo pater eum ſanctificauit ſi ſe ipſe ſanctificauit?
Vtrunque enim idem dominus ait, Quem pater, inquit, Ioan.10.
ſanctificauit & miſit in hunc mundum, vos dicitis, quia
blaſphemat, quoniam dixi filius dei ſum. Alio autem
loco ait, Et pro eis ſanctifico meipſum. Item quæro quo Ioan.17.
modo eum pater tradidit, ſi ipſe ſe tradidit? Vtrunque
enim dicit Apoſtolus Paulus, Qui filio, inquit, proprio Roma.8.
non pepercit, ſed prò nobis omnibus tradidit illum. 3.ſen.di.20
Alibi autem de ipſo ſaluatore ait, Qui me dilexit, & c. Chriſtus.

 Gala.2.

G tradidit ſeipſum pro me. Credo reſpõdebit, ſi hæc pro-
be ſapit, quia vna voluntas eſt patris & filij, & inſepa-
rabilis operatio. Sic ergo intelligat illam incarnatio-
nem, & ex virgioe natiuitatem, in qua filius intelligi-
tur miſſus vna eademque operatione patris & filij inſe-
parabiliter eſſe factam, non vtique inde ſeparato ſpiri-
Matth.1. tu ſancto, de quo aperte dicitur, Inuenta eſt in vtero ha
bens de ſpiritu ſancto. Nam etiam ſi ita quæramus, eno-
datius fortaſſis quod dicimus apparebit, quo modo mi-
Gala.4. ſit deus filium ſuum: Iuſſit vt veniret, atque ille iuben-
ti obtemperans venit, an rogauit, an tantummodo ad-
monuit? Sed quodlibet horum ſit, verbo vtique factum
1.ſenten.di. eſt. Dei autem verbum, ipſe eſt dei filius. Quapropter
15.ca. quod cum eum pater verbo miſit, à patre & verbo eius factum
autem. eſt vt mitteretur. Ergo à patre & filio miſſus eſt idem
filius, quia verbũ patris eſt ipſe filius. Quis enim ſe tam
ſacrilega induat opinio oe, vt putet temporale verbum
à patre factũ eſſe, vt æternus filius mitteretur, & in car-
Ioan.1. ne appareret ex tempore? Sed vtique in ipſo dei verbo
quod erat in principio apud deum, & deus erat, in ipſa
ſcilicet ſapientia dei ſine tempore erat, quo tempore il-
H lum in carne apparere oporteret. Itaque cum ſine vllo
initio temporis in priocipio eſſet verbum, & verbum eſ
ſet apud deum, & deus eſſet verbum: quæ ſine vllo tem-
pore in ipſo verbo erat, quo tempore verbum caro fie-
ret & habitaret io oobis. Quæ plenitudo temporis cum
Gala.4. veniſſet, miſit deus filium ſuum, factum ex muliere: id
eſt, factum in tempore, vt incarnatum verbum homi-
nibus appareret, quod in ipſo verbo ſine tempore erat,
in quo tempore fieret. Ordo quippe temporum in æter
1.ſen.di.15. na dei ſapientia ſioe tempore eſt. Cum itaque hoc à pa-
c. hic quæ- tre & filio factum eſſet, vt in carne filius appareret, con-
ritur cur. gruenter dictus eſt miſſus ille qui in ea carne apparuit,
miſiſſe autem ille qui in ea oon apparuit. Quoniam illa
quæ coram corporeis oculis foris geruntur, ab interio-
re appartu naturæ ſpiritalis exiſtuot: propterea conue-
nienter miſſa dicuntur. Forma porrò illa ſuſcepti ho-
1.ſen.di.15. minis, filij perſona eſt, non etiam patris. Quapropter
c.quod aũt. pater inuiſibilis vnà cum filio ſecum inuiſibili, eundem
filium viſibilem faciendo, miſiſſe eum dictus eſt: qui
ſi eo modo viſibilis fieret, vt cum patre inuiſibilis eſſe
deſiſteret, id eſt, ſi ſubſtantia inuiſibilis verbi in crea-
I turam viſibilem mutata & tranſiens verteretur, ita miſ-
ſus à patre intelligeretur filius, vt tantum miſſus non
etiam cum patre mittens inueniretur, Cum vero ſic ac-
cepta eſt forma ſerui, vt maneret iocommutabilis for-
ma dei, maoifeſtum eſt, quòd à patre & filio nón appa-
rentibus factum ſit quod appareret in filio, id eſt, vt ab
inuiſibili patre cúm inuiſibili filio, idem ipſe filius vi-
Ioan.8. ſibilis mitteretur. Cur ergo ait: Et à meipſo non veni?
1.ſen.di.15. Iam hoc ſecundum formam ſerui dictum eſt, ſecun-
c.ſed ad hoc dum quam dictum eſt, Ego non iudico quenquam. Si
Ioan.8. ergo miſſus dicitur inquantum apparuit foris in crea-
1.ſen.di.16. tura corporali, qui intus in natura ſpiritali oculis mor-
c.& primo. talium ſemper occultus eſt, iam in prooiptu eſt intel-
ligere etiam de ſpiritu ſancto cur miſſus & ipſe dica-
tur. Facta eſt enim quædam creaturæ ſpecies ex tempo-
Matth.3. re in qua viſibiliter oſtenderetur ſpiritus ſanctus: ſiue
Actu.2. cum in ipſum dominum corporali ſpecie velut colum-
ba deſcendit: ſiue cum decem diebus peractis poſt eius
aſcenſionem, die pentecoſtes factus eſt ſubito de cœlo
ſonus quaſi ferretur flatus vehemens, & viſæ ſunt illis
lioguæ diuiſæ tanquã ignis, qui & inſedit ſuper vnum-
queoq; eorum. Hæc operatio viſibiliter expreſſa, & ocu-
lis oblata mortalibus, miſſio ſpiritus ſancti dicta eſt: nõ

ita vt appareret eius ipſa ſubſtantia, qua & ipſe inuiſibi- K
lis & incommutabilis eſt, ſicut pater & filius: ſed vt ex-
terioribus viſis hominũ corda commota, à tẽporali ma
nifeſtatione veoieotis, ad occultam æternitatẽ ſemper
præſentis cõuerterentur. Ideo autem nuſquã ſcrip- *Deus variè*
tum eſt quòd deus pater maior ſit ſpiritu ſancto, vel ſpi *aſſumit cre-*
ritus ſanctus minor deo patre, quia nõ ſic eſt aſſumpta *aturã.C.VI*
creatura, in qua appareret ſpiritus ſanctus, ſicut aſſump- *1.ſen.di.16.*
tus eſt filius hominis, in qua forma ipſius verbi dei per- *c.ſed prius.*
ſona præſentaretur: non vt haberet verbum dei, ſicut a-
lij ſapientes ſancti, ſed præ participibus ſuis. Non vtiq;
quòd amplius habebat verbum dei, vt eſſet quàm cæteri
excellentiore ſapientia, ſed quòd ipſum verbum erat.
Aliud eſt eoim verbum in carne, aliud verbum caro, id
eſt, aliud eſt verbum in homine, aliud verbũ homo. Ca-
ro enim pro homine poſita eſt in eo quòd ait, Verbum *Ioan.1.*
caro factum eſt: ſicut & illud, Et videbit omnis caro pa- *Luca.3.*
riter ſalutare dei. Non enim ſine anima vel ſine mente,
ſed ita omnis caro, ac ſi diceretur, omnis homo. Noo er *1.ſen.di.16.*
go ſic eſt aſſumpta creatura, in qua apparuit ſpiritus ſan *c.ſed prius.*
ctus, ſicut aſſumpta eſt caro illa & humana illa forma
ex virgine Maria. Neque enim columbam beatificauit L
ſpiritus, vel illum flatum, vel illum ignem, ſibiq; & per-
ſonæ ſuæ in vnitatem habitumq; coniunxit in æternũ.
Haud vero mutabilis & conuertibilis eſt natura ſpiri-
tus ſancti, vt non hæc ex creatura fierent, ſed ipſe in il-
lud atque illud mutabiliter verteretur, ſicut aqua in gla-
ciem. Sed apparuerũt iſta ſicut opportuoe apparere de-
buerunt, creatura ſeruiente creatori, & ad nutum eius
incommutabiliter in ſeipſo permanentis, ad eum ſigni-
ficandum & demonſtrandum, ſicut & ſigoificari & de-
monſtrari mortalibus oportebat, mutata atque conuer
ſa. Proinde quanquam illa columba ſpiritus dicta ſit, *Matth.3.*
& de illo igne cum diceretur, Viſæ ſunt illis, inquit, lin- *Actu.2.*
guę diuiſæ velut igois, qui & inſedit ſuper vnumquenq;
eorum, & cœperũt loqui linguis, quemadmodum ſpiri-
tus dabat eis pronunciare, vt oſtenderet per illum ignẽ
ſpiritum demonſtratum, ſicut per columbam, non ta-
men ita poſſumus dicere ſpiritum ſanctum, & deum &
columbam, aut & deum & ignem, ſicut dicimus filium
& deum & hominem: nec ſicut dicimus filium agnum
dei, nõ ſolum Ioanne baptiſta dicente, Ecce agnus dei: *Ioan.1.*
ſed etiam Ioanne Euangeliſta vidente agnum occiſum M
in Apocalypſi. Illa quippe viſio Prophetica oon eſt ex- *Apoca.5.*
hibita oculis corporeis per formas corporeas, ſed in ſpi
ritu per ſpiritales imagines corporum, Columbam ve-
ro illam & ignem oculis viderunt, quicunque viderũt:
quanquam de igne diſceptari poteſt, vtrum oculis, an
ſpiritu viſus ſit, propter verba ſic poſita: Non enim ait, *Actu.2.*
Viderunt lioguas diuiſas velut ignem, ſed viſæ ſuot eis.
Non autem ſub eadem ſignificatione ſolemus dicere,
viſum eſt mihi, qua dicimus, vidi. Et in illis quidem ſpi
ritalibus viſis imaginum corporalium ſolet dici, & vi-
ſum eſt mihi, & vidi. In iſtis vero quæ per expreſſam
corporalem ſpeciem oculis demonſtrantur, non ſolet
dici, viſum eſt mihi, ſed vidi. De illo ergo igne poteſt
eſſe quæſtio, quo modo viſus ſit, vtrum intus in ſpiritu
tanquam foris, an vere foris coram oculis carnis. De
illa vero columba quę dicta eſt corporali ſpecie deſcen
diſſe, nullus vnquã dubitauit, quòd oculis viſa ſit. Nec
ſicut dicimus filium petram, ſcriptum eſt enim, Petra
erat Chriſtus, ita poſſumus dicere, ſpiritum columbam *1.Cor.10.*
vel ignem. Illa enim petra iam erat in creatura, & per
actionis modum nuncupata eſt nomine Chriſti quem
ſignificabat: ſicut lapis ille, quem Iacob poſuit ad caput, *Gene.28.*

etiam

A etiam vnctionem ad ſignificãdum dominum aſſump-
Gene.28. ſit, Sicut Iſaac Chriſtus erat, cum ad ſe immolandum
ligna portabat. Acceſsit iſtis actio quædam ſignificati-
ua iam exiſtentibus: non autem ſicut illa columba &
ignis ad hæc tantummodo ſignificanda repente exti-
Exo.3. terunt. Magis iſta ſimilia mihi videntur flammæ illi
quæ in rubo apparuit Moyſi, & illi columnæ quam po-
Exo.13. pulus in eremo ſequebatur, & fulguribus & tonitruis
Exo.19. quæ fiebant cum lex daretur in monte. Ad hoc enim
corporalis rerum illarum extitit ſpecies, vt aliquid ſi-
Dubitatio gnificaret atque præteriret. Propter has ergo cor-
de appari- porales formas, quæ ad eum ſignificandum, & ſicut hu-
tionibus di manis ſenſibus oportebat demonſtrandum tempora-
uinis. liter extiterunt, miſſus dicitur etiam ſpiritus ſanctus:
Cap.VII. non tamen minor patre dictus eſt, ſicut filius propter
formam ſerui: quia illa forma ſerui inhæſit ad vnita-
tem perſonæ: illæ vero corporales ſpecies ad demon-
ſtrandum quòd opus fuit ad tempus apparuerũt, & eſ-
ſe poſtea deſtiterũt, Cur ergo non & pater dicitur miſ-
Exo.3. ſus per illas ſpecies corporales, ignem rubi, & colum-
Exo.19. nam nubis vel ignis, & fulgura in monte, & ſi qua ta-
B lia tunc apparuerunt, cum eum coram patribus locu-
tum, teſte ſcriptura didicimus, ſi per illos creaturæ mo-
dos & formas corporaliter expreſſas, & humanis aſpe-
ctibus præſentatas ipſe demonſtrabatur? Si autem fi-
lius per ea demonſtrabatur, cur tanto poſt dicitur miſ-
ſus, cum ex fœmina factus eſt? ſicut Apoſtolus dicit,
Galat.4. Cum autem venit plenitudo temporis, miſit deus filiũ
ſuum factum ex muliere: quandoquidem & antea mit-
tebatur, cum per illas creaturæ mutabiles formas pa-
tribus apparebat. Aut ſi non rectè poſſet dici miſſus, ni-
Ioan.1. ſi cum verbum caro factum eſt, cur miſſus dicitur ſpi-
ritus ſanctus, cuius nulla talis incorporatio facta eſt? Si
vero per illa viſibilia quæ in lege & Prophetis com-
mendantur, nec pater, nec filius, nec ſpiritus ſanctus
oſtendebatur, cur etiam ipſe nunc dicitur miſſus, cum
illis modis & antea mitteretur? In huius perplexitate
Infra ca.18 quæſtionis, adiuuante domino, primum quærendum
eſt, vtrum pater, an filius, an ſpiritus ſanctus: an aliquã-
do pater, aliquando filius, aliquãdo ſpiritus ſanctus, an
C ſine vlla diſtinctione perſonarum, ſicut dicitur deus
vnus & ſolus, id eſt, ipſa trinitas per illas creaturæ for-
1.ſen.di.8. mas patribus apparuerit. Deinde quodlibet horum in-
ca.ſed vbi. uentum viſumve fuerit, vtrum ad hoc opus tãtummo-
do creatura formata ſit, in qua deus ſicut tũc oportuiſ-
Infra lib.3. ſe ipſe iudicauit, humanis oſtenderetur aſpectibus: an
cap.1. angeli qui iam antea erant ita mittebantur, vt ex per-
ſona dei loquerentur, aſſumentes corporalem ſpeciem
de creatura corporea, in vſum miniſterij ſui, ſicut cuiq;
opus eſſet: aut ipſum corpus ſuum cui non ſubduntur,
ſed ſubditum regunt, in ſpecies quas vellẽt accommo-
datas atque aptas actionibus ſuis mutantes atque vertẽ-
tes ſecundum attributam ſibi à creatore potentiam. Po
3.de trinit. ſtremo videbimus id quod quęrere inſtitueramus, vtrũ
cap.1. filius, & ſpiritus ſanctus, & antea mittebantur. Et ſi mit-
tebantur, quid inter illam miſsionem, & eam quam
in Euangelio legimus diſtet: an non ſit miſſus aliquis
Math.3. eorum, niſi cum vel filius factus eſſet ex Maria virgi-
Acto.2. ne, vel cum ſpiritus ſanctus viſibili ſpecie, ſiue in colũ-
Tota trini- ba, ſiue in igneis linguis apparuit. Omittamus igi-
tas inuiſibi tur eos qui nimis carnaliter naturam verbi dei atque
lis.Ca.VIII ſapientiam quæ in ſeipſa manẽs innouat omnia, quam
Sap.7. vnicum dei filium dicimus, non ſolum mutabilem, ve-
rumetiam viſibilem eſſe putauerunt. Hi enim multum
craſſum cor diuinis rebus inquirendis audacius, quàm
religioſius attulerunt. Anima quippe cum ſit ſubſtantia D
ſpiritalis, cùmque etiam ipſa facta ſit, nec per alium po-
tuerit fieri, niſi per quem facta ſunt omnia, & ſine quo Ioan.1.
factum eſt nihil, quamuis ſit mutabilis, non eſt tamẽ vi-
ſibilis: quod illi de verbo ipſo atque ipſa ſapientia dei,
per quam facta eſt anima, crediderunt, cum ſit illa non
inuiſibilis tantum quod & anima eſt, ſed etiam incom-
mutabilis quod anima non eſt. Eadem quippe incom-
mutabilitas eius commemorata eſt, vt diceretur, in ſe-
ipſa manens innouat omnia. Et iſti quidem ruinam er- Sap.7.
roris ſui diuinarum ſcripturarum teſtimoniis quaſi ful-
cire conantes, adhibent Pauli Apoſtoli ſententiam, &
quod dictum eſt de vno ſolo deo, in quo ipſa trinitas
intelligitur, tantum de patre, non & de filio, & de ſpiri-
tu ſancto dictum accipiũt: Regi autem ſeculorum im- 1.Timo.1.
mortali, inuiſibili, ſoli deo honor & gloria in ſecula ſe-
culorum. Et illud alterum: Beatus & ſolus potẽs rex re- 1.Timo.6.
gum, & dominus dominãtium, qui ſolus habet immor
talitatem & lucem habitat inacceſsibilem, quam nemo
hominum vidit, nec videre poteſt. Hæc quemadmo-
dum intelligẽda ſint, iam ſatis nos diſſeruiſſe arbitror. E
Verum illi qui iſta non de filio nec de ſpiritu ſan- Contra eos
cto, ſed tantum de patre accipi volunt, dicunt viſibilem qui crede-
filium, non per carnem de virgine aſſumptam, ſed etiã bãt ſolũ pa
antea per ſeipſum. Nam ipſe, inquiunt, apparuit oculis trẽ immor-
patrum. Quibus ſi dixeris: Quo modo ergo viſibilis talẽ & in-
per ſeipſum filius, ita & mortalis per ſeipſum filius, vt uiſibilem.
conſtet vobis quod tantummodo de patre vultis intel Cap.IX.
ligi, quod dictum eſt: Qui ſolus habet immortalitatem. 1.Timo.6.
Nam ſi propter carnem ſuſceptam mortalis eſt filius,
propter hanc ſinite vt ſit & viſibilis. Reſpondent, nec
propter hanc mortalem ſe filium dicere: ſed ſicut & an-
te viſibilem, ita & ante mortalem. Nam ſi propter car-
nem filium dicunt eſſe mortalem, iam non pater ſine
filio ſolus habet immortalitatem, quia & verbum eius,
per quod facta ſunt omnia, habet immortalitatem.
Neque enim quia carnem aſſumpſit mortalem, ideo
amiſit immortalitatem ſuam. Quandoquidem nec a-
nimæ humanæ hoc accidere potuit vt cum corpore
moreretur, dicente ipſo domino: Nolite timere eos Math.10.
qui corpus occidunt, animam autem nõ poſſunt occi-
dere. Aut vero etiam ſpiritus ſanctus carnem aſſumpſit: F
de quo vtiq; ſine dubio turbabũtur, ſi propter carnem
mortalis eſt filius, quo modo accipiant patrem tãtum-
modo ſine filio & ſine ſpiritu ſancto habere immorta-
litatem, quandoquidem ſpiritus ſanctus non aſſumpſit
carnem. Qui ſi non habet immortalitatem, non ergo
propter carnem mortalis eſt filius. Si autem habet ſpi-
ritus ſanctus immortalitatem, non de patre tantum-
modo dictum eſt, Qui ſolus habet immortalitatem. 1.Timo.6.
Quocirca ita ſe arbitrantur & ante incarnationem per
ſeipſum mortalem filium poſſe conuincere, quia ipſa
mutabilitas non inconuenienter mortalitas dicitur, ſe-
cundum quam & anima dicitur mori: nõ quia in cor-
pus, vel in aliquam alterã ſubſtantiam mutatur & ver-
titur, ſed in ipſa ſua ſubſtantia quicquid alio modo nũc
eſt aut fuit, ſecundum id quod deſtitit eſſe quod erat,
mortale deprehenditur. Quia itaque, inquiunt, ante-
quam natus eſſet filius dei de virgine Maria, ipſe appa-
ruit patribus noſtris, nõ in vna eademq; ſpecie, ſed mul
tiformiter, aliter atque aliter: & viſibilis eſt per ſeip-
ſum, quia nondum carne aſſumpta, ſubſtantia eius cõ-
ſpicua mortalibus oculis fuit, & mortalis inquantum
mutabilis. Ita & ſpiritus ſanctus, qui aliàs columba,
aliàs ignis apparuit. Vnde non Trinitati, aiunt, ſed
ſingula-

G ſingulariter & proprie patri tantūmodo cōuenit quod
1.Timo.6. dictum eſt: Immortali inuiſibili ſoli deo, & qui ſolus
habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccesſi-
bilem, quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt.
Omiſsis ergo iſtis, qui nec animæ ſubſtantiam inuiſibi-
lem noſſe potuerunt, vnde longe remotum ab eis erat
vt noſſent vnius & ſolius dei, id eſt, patris & filij & ſpi-
ritus ſancti, non ſolum inuiſibilem, verum & incom-
mutabilem permanere ſubſtantiam, ac per hoc in ve-
ra & ſyncera immortalitate conſiſtere: nos qui nun-
quam apparuiſſe corporeis oculis deum nec patrem,
nec filium, nec ſpiritum ſanctum dicimus, niſi per ſub-
iectam ſuæ poteſtati corpoream creaturam, in pace ca-
tholica pacifico ſtudio requiramus, parati corrigi, ſi
fraterne ac rectè reprehendimur: parati etiam ſi ab
inimico, vera tamen dicente, mordemur: vtrum indi-
ſcrete deus apparuerit patribus noſtris antequam Chri
ſtus veniret in carne, an aliqua ex trinitate perſona, an
Viſio Abra ſingillatim quaſi per vices. Ac primum in eo quod
hæ ſub Mā ſcriptum eſt in Geneſi, locutum deum cum homine
bra. Ca.X. quem de limo finxerat, ſi excepta figurata ſignificatio-
H ne, vt rei geſtæ fides etiam ad literam teneatur, iſta
tractamus, in ſpecie hominis videtur deus cum homi-
ne tunc locutus. Non quidem expreſſe hoc in libro po-
†lectionis. ſitum eſt, ſed circunſtantia locutionis † id reſonat, ma-
Gene.3. xime in illo quod ſcriptum eſt, vocem dei audiuiſſe
Adam deambulantis in paradiſo ad veſperam, & abſ-
condiſſe ſe in medio ligni quod erat in paradiſo, deó-
que dicenti: Adam vbi es, reſpondiſſe: Audiui vocem
tuam, & abſcondi me à facie tua, quoniam nudus ſum.
Quo modo enim poſsit ad literam intelligi talis dei
ambulatio & collocutio, niſi in ſpecie humana, non vi-
deo. Neque enim diei poteſt vocem ſolam factam vbi
deambulaſſe dictus eſt deus, aut eum qui deambulabat
in loco non fuiſſe viſibilem, cum & Adam dicat quòd
abſconderit ſe à facie dei. Quis ergo erat ille, vtrum
pater, an filius, an ſpiritus ſanctus? An omnino deus in-
diſcrete ipſa Trinitas, in forma hominis homini lo-
quebatur? Contextio quidem ipſa ſcripturæ nuſquam
tranſire ſentitur à perſona ad perſonam, ſed ille vide-
Gene.1. tur loqui ad primum hominem qui dixit: Fiat lux, &
fiat firmamentum, & cætera per illos ſingulos dies,
I quem deum patrem ſolemus accipere, dicentem vt fi-
at quicquid facere voluit. Omnia enim per verbum
ſuum fecit, quod verbum eius vnicum filium eius ſecū-
dum rectam fidei regulam nouimus. Si ergo deus pa-
ter locutus eſt ad primum hominem, & ipſe deambu-
labat in paradiſo ad veſperā, & ab eius facie ſe in me-
dio ligni paradiſi peccator abſconderat: cur non iam
ipſe intelligatur apparuiſſe Abrahæ & Moyſi, & qui-
bus voluit, & quemadmodum voluit per ſubiectam ſi-
bi commutabilem atque viſibilem creaturam, cum ip-
ſe in ſeipſo atque in ſubſtantia ſua qua eſt, incommu-
tabilis atque inuiſibilis maneat? Sed fieri potuit vt à
perſona ad perſonam occulte ſcriptura tranſiret, &
cum patrem dixiſſe narraſſet: Fiat lux, & cætera quæ
per verbum feciſſe commemoratur, iam per filium
indicaret loqui ad primum hominem, non aperte ex-
plicans hoc, ſed eis qui poſſent intelligendum inti-
mans. Qui ergo habet vires, quibus hoc ſecretum poſ-
ſit mentis acie penetrare, vt ei liquido appareat, vel poſ
ſe etiam patrem, vel non poſſe niſi filium, vel etiam
ſpiritum ſanctum, per creaturam viſibilem humanis
oculis apparere, pergat in hæc ſcrutanda, ſi poteſt,
etiam verbis enuncianda atque tractanda, Res tamen
quantum ad ſcripturæ teſtimonium attinet, vbi deus K
cum homine locutus eſt, quantum exiſtimo occulta
eſt, Quia etiam vtrum ſoleret Adam corporeis oculis
deum videre, non euidenter apparet, cum præſertim
magna ſit quæſtio, cuiuſmodi oculi eis aperti fuerint,
quando vetitum cibum guſtauerunt: Hi enim ante-
quam guſtaſſent, clauſi erant. Illud tamen non temere
dixerim, ſi paradiſum corporalem quendam locum il-
la ſcriptura inſinuat, deambulare ibi deum niſi in ali-
qua corporea forma, nullo modo potuiſſe. Nam & ſo-
las voces factas quas audiret homo, nec aliquam for-
mam videret, dici poteſt: nec quia ſcriptum eſt, Abſ-
condit ſe Adam à facie dei: continuo ſequitur vt ſole- Gene.3.
ret faciem eius videre. Quid ſi eum non quidem vi-
dere ipſe poterat, ſed videri ipſe metuebat ab eo cuius
vocem audierat, & deambulantis præſentiam ſenſe-
rat? Nam & Cain dixit deo, A facie tua abſcondam Gene.4.
me: ne ideo fateri cogimur, eum ſolere cernere fa-
ciem dei corporeis oculis, in qualibet forma viſibili,
quamuis de facinore ſuo vocem interrogantis ſecúm-
que loquentis audiſſet. Cuiuſmodi autem loquela tunc Gene.3.
deus exterioribus hominum auribus inſonaret, maxi- L
me ad primum hominem loquens, & inuenire diffi-
cile eſt, & non hoc iſto ſermone ſuſcepimus. Verun-
tamen ſi ſolæ voces & ſonitus fiebant, quibus quædam
ſenſibilis præſentia dei, primus illis hominibus præ-
beretur, cur ibi perſonam dei patris non intelligam,
neſcio: quandoquidem eius perſona oſtenditur, & in
ea voce, cum Ieſus in monte coram tribus diſcipulis Matt.17.
præfulgens apparuit: & in illa, vbi ſuper baptizatum
columba deſcendit, & in illa vbi ad patrem de ſua cla- Matt.3.
rificatione, clamauit, eique reſponſum eſt, Et clarifi- Ioan.12.
caui, & iterum clarificabo. Non quia fieri potuit vox
ſine opere filij & ſpiritus ſancti (Trinitas quippe inſe-
parabiliter operatur) ſed quia ea vox facta eſt, quæ ſo-
lius perſonam patris oſtenderet: ſicut humanam il-
lam formam ex virgine Maria Trinitas operata eſt,
ſed ſolius filij perſona eſt. Viſibilem nanque ſolius fi-
lij perſonam, inuiſibilis trinitas operata eſt. Nec nos
aliquid prohibet, illas voces factas ad Adam, non ſo- Gene.3.
lum à Trinitate factas intelligere, ſed etiam perſonam
demonſtrantes eiuſdem Trinitatis accipere. Ibi enim M
cogimur, non niſi patris accipere, vbi dictum eſt, Hic Matt.3.
eſt filius meus dilectus. Neque enim Ieſus etiam ſpiri-
tus ſancti filius, aut etiam ſuus filius credi aut intelligi
poteſt: & vbi ſonuit, Et clarificaui & iterum clarifica- Ioan.12.
bo: non niſi patris perſonam fatemur. Reſponſio quip- Ioan.17.
pe eſt ad illam domini vocem qua dixerat, Pater clari-
fica filium tuum, quod non potuit dicere niſi deo patri
tantum, non & ſpiritui ſancto, cuius non eſt filius. Hic
autem vbi ſcriptum eſt, Et dixit dominus deus ad Adā: Gene.3.
cur nō ipſa trinitas intelligatur, nihil diei poteſt. Simi-
liter etiā quod ſcriptum eſt, Et dixit dominus ad Abra-
ham, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de do- Gene.12.
mo patris tui: non eſt apertum, vtrum ſola vox facta ſit
ad aures Abrahæ, an & aliquid oculis eius apparuerit.
Paulo poſt autem aliquāto apertius dictum eſt, Et viſus
eſt dominus Abrahæ & dixit illi, Semini tuo dabo ter-
ram hanc. Sed nec ibi expreſſum eſt, in qua ſpecie viſus
ſit ei dominus, aut vtrum pater, an filius, an ſpiritus ſan-
ctus ei viſus ſit. Niſi forte putant ideo filium viſum eſſe
Abrahæ, quia non ſcriptum eſt, viſus eſt ei deus, ſed vi-
ſus eſt ei dominus. Tanquā enim proprie videtur filius
dominus vocari, dicente Apoſtolo, Nā & ſi ſunt qui di 1.Cor.8.
cantur dij, ſiue in cœlo ſiue in terra, ſicuti ſunt dij mul-
ti &

A ti & domini multi nobis, tamẽ vnus deus pater, ex quo
omnia, & nos in ipſo, & vnus dominus Ieſus Chriſtus,
per quem omnia, & nos per ipſum. Sed & cum deus pa
ter multis locis inueniatur dictus dominus, ſicuti eſt il-
Pſal.2. lud, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie
Pſal.109. genui te: & illud, Dixit dominus donuno meo, ſede à
dextris meis: Cum etiam ſpiritus ſanctus dominus di-
2.Cor.3. ctus inueniatur, vbi Apoſtolus ait, Dominus autem ſpi-
ritus eſt. Et ne quiſquam arbitraretur filium ſignificatũ,
& ideo dictum ſpiritum propter incorpoream ſubſtã-
tiam, ſecutus attexuit, Vbi autem ſpiritus domini, ibi
libertas. Spiritum autem domini nemo eſſe dubitaue-
rit ſpiritum ſanctum. Neque hic ergo euidenter appa-
ret, vtrum aliqua ex trinitate perſona, an deus ipſa tri-
Deut.6. nitas, de quo vno deo dictum eſt, Dominum deũ tuum
Gene.18. adorabis, & illi ſoli ſeruies: viſus fuerit Abrahæ. Sub
ilice autem Mambre, tres viros vidit, quibus & inuita-
tis hoſpitióque ſuſceptis & epulantibus miniſtrauit. Sic
tamen ſcriptura illam rem geſtam narrare cœpit, vt
non dicat, viſi ſunt ei tres viri, ſed viſus eſt ei dominus.
B Atque inde conſequenter exponẽs, quo modo ei ſit vi-
ſus dominus, cõtexit narrationem de tribus viris, quos
Abraham per pluralem numerum inuitat, vt hoſpitio
ſuſcipiat, & poſtea ſingulariter ſicut vnum alloquitur.
Et ſicut vnus ei de Sara filium pollicetur, quem domi-
num dicit ſcriptura, ſicut in eiuſdem narrationis ex-
ordio, Viſus eſt, inquit, dominus Abrahæ, Inuitat ergo
& pedes lauat, & deducit abeuntes tanquam homines:
loquitur autem tanquam cum domino deo, ſiue cum
ei promittitur filius, ſiue cum ei Sodomæ imminens
De eadẽ vi interitus indicatur. Non paruam neque tranſito-
ſiõe. Ca.XI. riam conſyderationem poſtulat iſte ſcripturæ locus. Si
enim vir vnus illi viſus fuiſſet, iam illi qui dicunt &
priuſquam de virgine naſceretur per ſuam ſubſtan-
tiam viſibilem filium, quid aliud quàm ipſum eſſe cla-
1.Timot.1. marent, quoniam de patre, inquiunt, dictum eſt, Inuiſi-
bili ſoli deo? Et tamen poſſem adhuc quærere, quo mo-
Philip.2. do ante ſuſceptam carnem, habitu eſt inuentus vt ho-
mo, quandoquidem ei pedes loti ſunt, & humanis epu-
lis epulatus eſt? Quo modo iſtud fieri poterat, cum ad-
huc in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſſe æ-
qualis deo? Nunquid enim iam ſemetipſum exinanie-
C rat, formam ſerui accipiens, in ſimilitudine hominum
factus, & habitu inuentus vt homo? cum hoc quando
fecerit per partum virginis nouerimus? Quo modo
Gene.18. igitur antequam hoc feciſſet, vt vir vnus apparuit A-
brahæ? an illa forma vera non erat? Poſſem iſta quære-
re, ſi vir vnus apparuiſſet Abrahæ, idémque dei filius
crederetur. Cum vero tres viri viſi ſunt, nec quiſquam
in eis vel forma vel ætate vel poteſtate maior cæteris
dictus eſt, cur non hic accipiamus viſibiliter inſinua-
tam per creaturam viſibilem trinitatis æqualitatem, at-
que in tribus perſonis vnam eandémque ſubſtantiam?
Nam ne quiſquam putaret ſic intimatum vnum in tri-
bus fuiſſe maiorem, & eum dominum dei filium intel-
ligendum, duos autem alios angelos eius, quia cum tres
viſi ſint, vni domino illic loquitur Abraham, ſancta
ſcriptura futuris talibus cogitationibus atque opinio-
nibus contradicendo non prætermiſit occurrere, quã-
Gene.19. do paulo poſt duos angelos dicit veniſſe ad Loth, in
quibus & ille vir iuſtus qui de Sodomorum incendio
Gene.18. meruit liberari, ad vnum dominum loquitur. Sic enim
Viſio Loth ſcriptura ſequitur dicens, Abiit autem dominus poſt-
excutitur. quam ceſſauit loqui ad Abraham, & Abraham reuer-
Cap.XII. ſus eſt ad locum ſuum. Venerunt autem duo an-
geli in Sodomis veſpere. Hic attentius conſyderãdum D
eſt, quod oſtendere inſtitui. Cum tribus certè loqueba- *Gene.19.*
tur Abraham, & eum dominum ſingulariter appella- *Gene.18.*
uit. Forte, inquiet aliquis, vnum ex tribus agnoſcebat
dominum, alios autem duos angelos eius. Quid ſibi er
go vult, quod cõſequenter dicit ſcriptura. Abiit autem
dominus poſtquam ceſſauit loquens ad Abraham, & *Ibidem.*
Abraham reuerſus eſt ad locum ſuum. Venerũt autem *Gene.19.*
duo angeli in Sodomis veſpere. An forte ille vnus abſ-
ceſſerat, qui dominus agnoſcebatur in tribus & duos
angelos qui cum illo venerant ad conſumendam So-
domam miſerat? Ergo ſequentia videamus. Venerunt,
inquit, duo angeli in Sodomis veſpere. Loth autem ſe-
debat ad portam Sodomorum. Et cum vidiſſet eos
Loth, ſurrexit in obuiam illis, & adorauit in faciem ſu-
per terram & dixit, Ecce domini, diuertite in domum
pueri veſtri. Hic manifeſtum eſt, & duos angelos fuiſ-
ſe, & in hoſpitium pluraliter inuitatos, & honorifice
appellatos dominos, cum fortaſſe homines putaren-
tur. Sed rurſum mouet, quia niſi angeli dei cognoſce-
rentur, non adoraret Loth in faciem ſuper terram. Cur E
ergo tanquam tali humanitate indigentibus, & hoſpi-
tium præbetur & victus? Sed quodlibet hic lateat, il-
lud nunc quod ſuſcepimus exequamur. Duo apparent;
angeli ambo dicuntur, pluraliter inuitantur. Tanquam
cum duobus pluraliter loquitur, donec exeatur à Sodo
mis. Deinde ſequitur ſcriptura & dicit, Et factum eſt
poſtquam eduxit eos foras, dixerunt, Saluans ſalua ani-
mam tuam, ne reſpexeris retro, neque ſtes in hac vni-
uerſa regione. In montem vade, & ibi ſaluaberis, ne
forte comprehendaris. Dixit autem Loth ad eos, Ro-
go domine, quoniam inuenit puer tuus ante te miſe-
ricordiam &c. Quid eſt hoc quod dixit ad eos, Rogo
domine, ſi iam ille diſceſſerat qui dominus erat, & an-
gelos miſerat, Cur dicitur, Rogo domine, & non rogo
domini? Aut ſi vnum ex eis voluit appellare, cur ait
ſcriptura, Dixit autẽ Loth ad eos, Rogo domine, quo-
niam inuenit puer tuus ante te miſericordiam? An &
hic intelligimus in pluralit† numero duas perſonas? Cũ *† ſingulari.*
autem iidem duo tanquam vnus compellantur, vnius
ſubſtantiæ vnum dominum deum. Sed quas duas per-
ſonas hic intelligimus? an patris & filij; an patris & ſpi-
ritus ſancti, an filij & ſpiritus ſancti? Hoc forte con- F
gruentius quod vltimum dixi, Miſſos enim ſe dixerũt,
quod de filio & de ſpiritu ſancto dicimus. Nam patrẽ
miſſum nuſquam ſcripturarum nobis noticia occur-
rit. Moyſes autem quando ad populum Iſraël ex *Viſio in ru-*
Aegypto educendum miſſus eſt, ſic ei dominum ap- *bo. Ca.XIII*
paruiſſe ſcriptum eſt, Paſcebat, inquit, oues Ietro ſoceri *Exod.3.*
ſui ſacerdotis Madian, & egit oues in deſertum, & ve-
nit in montem dei Oreb, Apparuit autem illi angelus
domini in flamma ignis de rubo. Et vidit quia in ru-
bo ignis arderet, rubus vero non comburebatur, & ait
Moyſes, Ibo & videbo viſum iſtud, quod tam magnum
vidi, quoniam non comburitur rubus. Cum ergo vidit
dominus quia venit videre, clamauit ad eum dominus
de rubo dicẽs, Ego ſum deus patris tui, deus Abraham,
& deus Iſaac, & deus Iacob. Et hic primo angelus do-
mini dictus eſt, deinde deus. Nunquid ergo angelus eſt
deus Abraham & deus Iſaac & deus Iacob? Poteſt ergo
rectè intelligi ipſe Saluator, de quo dicit Apoſtolus,
Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecũdum carnẽ, *Roma.9.*
qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Qui er-
go ſuper omnia eſt deus benedictus in ſecula, non ab-
ſurde etiam hic ipſe intelligitur deus Abraham, & deus

Iſaac,

G Iſaac,& deus Iacob. Sed cur prius angelus domini dictus eſt, cum de rubo in flamma ignis apparuit: vtrum quia vnus ex multis angelis erat, ſed per diſpenſationem perſonam domini ſui gerebat: an aſſumptum erat aliquid creaturæ, quod ad præſens negocium viſibiliter appareret, & inde voces ſenſibiliter ederentur, quibus præſenoa domini per ſubiectam creaturam corporeis etiam ſenſib⁹ hominis ſicut oportebat exhiberetur? Si eoim vn⁹ ex angelis erat, quis facile affirmare poſsit, vtrum ei filij perſona nũcianda impoſita fuerit, ao ſpiritus ſancti, ao dei patris, an ipſius omnioo trioitatis, *Exo.3.* quæ eſt vnus & ſolus deus, vt diceret, Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob? Neque enim poſſumus dicere deum Abraham, & deum Iſaac, & deum Iacob, filium dei eſſe, & patrem non eſſe: aut ſpiritum ſanctum, aut ipſam trinitatem quam eredimus & intelligimus vnum deum, audebit aliquis negare deum Abraham, & deum Iſaac, & deum Iacob. Ille enim nõ eſt illorum patrum deus qui noo eſt deus. Porrò ſi non ſolũ pater deus eſt, ſicut etiam omnes hæretici concedunt, H ſed etiam filius, quod velint noliot coguntur fateri, dicente Apoſtolo, *Roma.9.* Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula: *1.Cor.6.* & ſpiritus ſaoctus dicente Apoſtolo, Clarificate ergo deum io corpore veſtro, cũ ſupra diceretur, Neſcitis quoniam corpora veſtra tẽplum in vobis eſt ſpiritus ſaocti, quem habetis à deo: & hi tres vnus deus, ſicut catholica ſanitas credit: non ſatis elucet quam io trinitate perſooam, & vtrum aliquam, an ipſius trinitatis gerebat ille angelus, ſi vnus ex cæteris angelis erat. Si autem in vſum rei præſentis aſſumpta creatura eſt, quæ & humanis oculis appareret, & auribus inſonaret, & appellaretur angelus domini, & dominus & deus, non poteſt hic deus pater intelligi, ſed aut filius, aut ſpiritus ſanctus: quaoquam ſpiritum ſanctum alicubi aogelum dictum ooo recolam, ſed ex opere poſsit iotelligi. *Ioan.16.* Dictum enim de illo eſt, Quæ ventura ſuot annunciabit vobis. Et vtique angelus Græce, Latine ouncius interpretatur. De domino autem Ieſu Chriſto euidentiſsime legimus apud Prophetam, *Eſa.9.* quòd magni cooſilij angelus dictus ſit, cum & ſpiritus ſanctus & dei filius ſit deus & dominus angelorum. *Viſio in columna ignis.* Item in exitu filiorum Iſraël de Aegypto ſcriptum eſt, *Cap.XIIII.* Deus autem præibat illos, die quidem in columna nubis, & oſteodebat *Exo.13.* illis viam, nocte autem in columna ignis & noo deficiebat columna oubis die & columna ignis nocte ante I populum. Quis & hic dubitet per ſubiectam creaturam eandemq; corpoream, noo per ſuam ſubſtãoam deum oculis apparuiſſe mortaliũ: ſed vtrum patrem, an filiũ, an ſpiriom ſanctum, an ipſam trinitatem voum deum ſimiliter oon apparet. Nec ibi hoc diſtinguitur quãtum exiſtimo, vbi ſcriptum eſt, Et maieſtas domini apparuit *Exo.16.* in nube, & locutus eſt dominus ad Moyſem dicẽs, Exaudiui murmur, filiorum Iſraël &c. *Viſio in Sina. Cap.XV.* Iam vero de nubibus & vocibus & fulguribus & tuba & fumo in monte Sina cum diceretur, Sina autem mõs fumabat totus, *Exo.19.* propterea quòd deſceodiſſet deus io igne in eũ, & aſcẽdebat fumus tanquam fumus fornacis, & mente confuſus eſt omnis populus vehementer, fiebãt autem voces *Exo.20.* tubæ prodeuntes fortiter valde: Moyſes loquebatur, & deus reſpõdebat ei voce, Et paulo poſt data lege in decem præceptis, cooſequenter dicitur. Et omnis populus videbat voces & lampades & voces tubæ & montem fumantem. Et paulo poſt, Et ſtabat, inquit, omnis populus à longe, Moyſes autem intrauit in nebulam vbi erat deus, & dixit dominus ad Moyſem &c. Quid hinc dicam, niſi quòd nemo tam vecors eſt, qui credat fumũ, K ignem, nubes & nebulã, & ſi qua ſunt huioſmodi, verbi vel ſapientiæ dei quod eſt Chriſtus, vel ſpiritus ſancti eſſe ſubſtantiam? Nam de patre deo: oec Arriani hoc vnquam auſi ſunt dicere. Ergo creatura ſeruiente creatori facta ſuot illa omnia, & humanis ſenſibus pro diſpenſaoone congrua præſentata: niſi forte, quia dictum eſt, Moyſes autem intrauit in nebulam vbi erat deus; *Exo.19.* hoc arbitrabitur carnalis cogitatio, à populo quidẽ nebulam viſam, intra nebulam vero Moyſem oculis carneis vidiſſe filium dei, quem delirantes hæretici in ſua ſubſtanria viſum volũt. Sanè viderit eum Moyſes oculis carneis, ſi oculis carneis poteſt videri, oon modo ſapientia dei quod eſt Chriſtus, ſed vel ipſa cuiuſlibet hominis & qualiſcunque ſapientis. Aut quia ſcriptum eſt de ſenioribus Iſraël, quia viderunt locum vbi ſteterat *Exo.24.* deus Iſraël, & quia ſub pedibus eius tanquã opus lapidis ſaphiri, & tãquam aſpectus firmamenti cœli, propterea eredeodum eſt verbum & ſapientiam dei per ſuã ſubſtantiam in ſpacio loci terreni ſtetiſſe, quæ pertendit à *Sap.8.* fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuatiter: L & ita eſſe mutabile verbũ dei, per quod facta ſunt omnia, *Ioan.1.* vt modo ſe cõtrahat, modo diſteodat. Mũdet dominus à talibus cogitationibus corda fidelium ſuorũ: ſed per ſubiectam, vt ſępe diximus, creaturam exhibentur hæc omnia viſibilia & ſenſibilia, ad ſignificandum inuiſibilem atq; intelligibilem deum, non ſolum patrẽ, ſed & filium, & ſpiritum ſanctũ, ex quo omnia, per quẽ *Roma.11.* omnia, in quo omnia: quanuis iouiſibilia dei à creatura *Roma.1.* mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciantur, ſempiterna quoque virtus eius ac diuioitas. Sed quod attinet ad id quod nunc ſuſcepimus, nec in mõte Sina *Exo.19.* video quemadmodũ appareat per illa omnia quæ mortalium ſenſibus terribiliter oſtendebantur, vtrum deus trinitas, an pater, an filius, an ſpiritus ſanctus proprie loquebatur. Veruntamen ſi quid hinc ſine affirmandi temeritate modeſte atque cunctanter coniectare conceditur, ſi vna ex trinitate perſona poteſt intelligi, cur nõ ſpiritum ſanctum potius intelligimus, quaodo & tabu- *Exo.31.* lis lapideis lex ipſa quę ibi data eſt, digito dei ſcripta eſ- *Luca.11.* ſe dicitur, quo nomine ſpiritum ſanctum in Euangelio ſigoificari nouimus. Et quinquaginta dies numerantur ab occiſione agni & celebratione Paſchæ vſque ad diẽ quo hæc fieri cœpta ſunt in moote Sina: Sicut poſt do- M mini paſsionẽ, ab eius reſurrectione quinquaginta dies numerantur, & venit promiſſus à filio dei ſpiritus ſanctus. Et io ipſo eius adueotu quem io Apoſtolorũ actibus legimus, per diuiſionem linguarum igois apparuit, *Acto.2.* qui & inſedit ſuper voumqueoque eorum. Quod Exodo congruit, vbi ſcriptum eſt, Sina autem mons fuma- *Exo.19.* bat totus, propterea quòd deſcẽdit io eum deus in igne. Et aliquanto poſt, Aſpectus, inquit, maieſtatis domini, tãquam ignis ardens ſuper verticem montis coram filiis Iſraël. Aut ſi hæc ideo facta ſunt, quia nec pater, nec filius illic eo modo præſeotari poterant ſine ſpiritu ſancto, quo ipſam legem ſcribi oportebat, deum quidem non per ſubſtantiam ſuam quę inuiſibilis & incõmutabilis manet, ſed per illam ſpeciẽ creaturæ illic apparuiſſe cognoſcimus, Sed aliquam ex trinitate perſonam ſigno quodam proprio, quãtum ad mei capacitatem ſenſus pertinet, noo videmus. *Moyſes quomodo viderit deum.* Eſt etiam quo moueri plerique ſolent, quia ita ſcriptum eſt, Et locutus eſt dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut quis loquitur ad amicum ſuum, *Cap.XVI.* cum paulo poſt dicat idem Moyſes, Si ergo inueni gratiam ante te, oſtende mihi temetipſum manifeſte,

A manifeſte,vt videam te, vt ſim inueniens gratiam ante
te,& vt ſciam quia populus tuus eſt,gens hæc. Et paulo
Exo.33. poſt iterum. Dixitq; Moyſes ad dominum,Oſtēde mihi
maieſtatem tuā.Quid eſt hoc quòd in omnibus quæ ſu
pra fiebant, deus videri per ſuam ſubſtantiā putabatur?
Vnde à miſeris creditus eſt,non per creaturam, ſed per
ſemetipſum viſibilis filius dei:& quòd intrauerat in ne-
bulam Moyſes,ad hoc intraſſe videbatur vt oculis qui-
Exo.19. dem populi oſtenderetur caligo nebuloſa, ille autē in-
tus verba dei tāquam eius faciem cōtemplatus audiret.
Et quo modo dictū eſt, Locutus eſt dominus ad Moy-
Exo.33. ſem facie ad faciem,ſicut quis loquitur ad amicū ſuum?
† al. in con- Ecce idem dicit, Si inueni gratiam ante te †, oſtende
ſpectu tuo. mihi temetipſum manifeſte. Negat vtiq; quod cor-
poraliter videbat,& veram viſionem dei ſpiritaliter re-
quirebat. Locutio quippe illa quæ fiebat in vocibus, ſic
modificabatur, tāquam eſſet amici loquentis ad amicū.
Sed deum patrem quis corporeis oculis videt? Et quod
Ioan.1. in principio erat verbū, & verbum erat apud deum, &
deus erat verbum,per quod facta ſunt omnia,quis cor-
poreis oculis videt? Et ſpiritum ſapiētiæ quis corporeis
Exo.33. oculis videt? Quid eſt autem, Oſtēde mihi temetipſum
B manifeſte vt videam te: niſi oſtende mihi ſubſtantiam
tuam? Hoc autem ſi non dixiſſet Moyſes, vtcunque ferē
di eſſent ſtulti, qui putant per ea quæ ſupra dicta vel ge
ſta ſunt, ſubſtantiam dei oculis eius fuiſſe conſpicuam.
Cū vero hic apertiſsime demonſtretur, nec deſideran-
ti hoc fuiſſe conceſſum, quis audeat dicere per ſimiles
formas quę huic quoq; viſibiliter apparuerant, nō crea-
turam deo ſeruientem, ſed hoc ipſum quod deus eſt cu
iuſquā oculis apparuiſſe mortalium? Et hoc quidē quod
poſtea dominus dicit ad Moyſem, Non poteris videre
faciem meam & viuere. Non enim videbit homo faciē
meam & viuet. Et ait domin⁹, Ecce locus penes me eſt,
& ſtabis ſuper petram, ſtatim vt tranſibit mea maieſtas,
† al. ſpelūca & ponam te in ſpecula† petræ,& tegam manum meam
ſuper te,donec tranſeam,& auferam manum meam, &
Poſteriora tunc videbis poſteriora mea,nam facies mea non appa
dei quo mo rebit tibi. Non incongruenter ex perſona domini
do videan- noſtri Ieſu Chriſti præfiguratum ſolet intelligi: vt po-
tur, allego- ſteriora eius accipiatur caro eius, in qua de virgine na-
ria. tus eſt,& mortuus & reſurrexit: ſiue propter poſteriori-
Cap. XVII. tatem mortalitatis poſteriora dicta ſint, ſiue quòd eam
Exo.33. prope finem ſeculi,hoc eſt poſterius ſuſcipere dignatus
Luca.2. eſt. Facies autem eius illa dei forma,in qua non arbitra-
C tur rapinam eſſe æqualis deo patri, quam nemo vtique
Philip.2. poteſt videre & viuere: ſiue quia poſt hāc vitam in qua
2.Cor.5. peregrinamur à domino, & vbi corpus quod corrum-
Sap.9. pitur aggrauat animam, videbimus facie ad faciem, ſi-
1.Cor.13. cut dicit Apoſtolus. De hac enim vita in Pſalmis dici-
Pſal.38. tur, Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo vi-
Pſal.142. uens. Et iterum, Quoniam non iuſtificabitur coram
† al. in con- te† omnis viuens. In qua vita etiam, ſecundum Ioannē,
ſpectu tuo. nondum apparuit quod erimus. Scimus autem,inquit,
1.Ioan.3. quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam vide-
bimus eum ſicuti eſt. Quod vtique poſt hanc vitam in-
telligi voluit,cum mortis debitum ſoluerimus,& reſur-
rectionis promiſſum receperimus. Siue quod etiam
Pſal.103. nunc inquantum dei ſapientiam, per quam facta ſunt
omnia, ſpiritaliter intelligimus, in tantum carnalibus
affectibus morimur: vt mortuum nobis hunc mūdum
deputantes,nos quoque ipſi huic mundo moriamur,&
Galat.6. dicamus quod ait Apoſtolus, Mundus mihi crucifixus
Coloſſ.2. eſt & ego mundo. De hac enim morte iterum dixit,Si
autem mortui eſtis cum Chriſto, quid adhuc velut vi-
uentes de hoc mundo decernitis? Non ergo immerito D
nemo poteſt faciem, id eſt ipſam manifeſtationem ſa- Exo.33.
piētiæ dei videre & viuere. Ipſa enim eſt ſpecies,cui cō-
templandæ ſuſpirat omnis qui affectat deū diligere ex
toto corde,& ex tota anima,& ex tota mēte, Ad quam
contemplandam etiam proximum quantū poteſt ædi-
ficat, qui diligit & proximum ſicut ſeipſum. In quibus
duobus præceptis,tota lex pendet & Prophetæ. Quod
ſignificatur etiā in ipſo Moyſe, Nā cum dixiſſet prop-
ter dilectionē dei qua præcipue flagrabat, Si inueni gra
tiam in conſpectu tuo, oſtēde mihi temetipſum mani-
feſte, vt ſim inueniens gratiam ante te: cōtinuo propter
dilectionem etiā proximi ſubiecit atque ait, Et vt ſciam
quia populus tuus eſt gens hæc. Illa eſt ergo ſpecies quæ
rapit omnem animam rationalem deſiderio ſui, tāto ar
dentiorem, quanto mundiorem,& tanto mundiorem,
quanto ad ſpiritalia reſurgentem. Tanto autem ad ſpi-
ritalia reſurgentē,quanto à carnalibus morientem. Sed
dum peregrinamur à domino, & per fidē ambulamus 2.Cor.5.
non per ſpeciem,poſteriora Chriſti,hoc eſt carnem per
ipſam fidem videre debemus: id eſt in ſolido fidei fun-
damento ſtantes,quod ſignificat petra, & eā de tali tu-
tiſsima ſpecula intuentes, in catholica ſcilicet Eccleſia, E
de qua dictum eſt, Et ſuper hanc petrā ædificabo Eccle Matth.16.
ſiam meam. Tanto enim certius diligimus,quā videre
deſideramus faciem Chriſti,quanto in poſterioribus e-
ius agnoſcimus quantum nos prior dilexerit Chriſtus.
Sed in ipſa carne,fides reſurrectionis eius nos ſaluos fa
cit atque iuſtificat. Si enim credideris,inquit,in corde Roma.10.
tuo,quia illum deus ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Et
iterum, Qui traditus eſt,inquit,propter delicta noſtra, Roma.4.
& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Ideoque
reſurrectio corporis domini eſt meritum fidei noſtræ.
Nam mortuam eſſe illam carnem in cruce paſsionis,
etiā inimici eius credunt,ſed reſurrexiſſe non credunt.
Quod firmiſsime nos credētes, tanquam de petræ ſoli- Roma.8.
ditate cōtuemur: vnde certa ſpe adoptionem expecta-
mus,redemptionem corporis noſtri: quia hoc in mem
bris Chriſti ſperamus, quæ nosipſi ſumus, quod perfe-
ctum eſſe in ipſo tāquam in capite noſtro, fidei ſanita-
te cognoſcimus. Inde nō vult niſi cum tranſierit videri Exo.33.
poſteriora ſua,vt in eius reſurrectionē credatur. Paſcha
enim Hebræum verbū dicitur,quod tranſitus interpre- F
tatur. Vnde & Ioannes Euangeliſta dicit, Ante diem fe Ioan.13.
ſtum Paſchæ,ſciens Ieſus quia venit hora eius,vt tranſ-
eat ex hoc mundo ad patrem. Hoc autem qui credunt,
nec tamē in catholica fide, ſed in ſchiſmate aliquo, aut
in hæreſi credunt,non de loco qui eſt penes eum vidēt
poſteriora domini. Quid enim ſibi vult quod ait domi Exo.33.
nus, Ecce locus eſt penes me, & ſtabis ſuper petram?
Quis locus terrenus eſt penes dominum,niſi hoc eſt pe
nes eum quod eum ſpiritaliter attingit? Nam quis lo-
cus non eſt penes dominum, qui attingit à fine vſq; ad Sap.8.
finem fortiter,& diſponit omnia ſuauiter? Et cuius di-
ctum eſt, Cœlum mihi ſedes eſt,& terra ſcabellum pe- Eſa.66.
dum meorum. Et qui dixit, Quam domum ædificabi-
tis mihi,aut quis locus quietis meæ, nónne manus mea
fecit hæc omnia? Sed videlicet intelligitur locus penes
eum in quo ſtatur ſuper petram,ipſa Eccleſia catholica:
vbi ſalubriter videt Paſcha domini, id eſt trāſitum do-
mini, & poſteriora eius,id eſt corpus eius, qui credit in
reſurrectionem eius. Et ſtabis,inquit,ſuper petrā,ſtatim Exo.33.
vt tranſiet mea maieſtas. Reuera enim ſtatim vt tranſiit
maieſtas domini in clarificatione domini,qua reſurgēs
aſcēdit ad patrem,ſolidati ſumus ſuper petram. Et ipſe

Petrus

G Petrus tunc ſolidatus eſt, vt cum fiducia prędicaret, quē
Matt.26. priuſquam eſſet ſolidatus ter timore negauerat, iā qui-
† al. ſpelūca dē prædeſtinatione poſitus in ſpecula† petrę, ſed adhuc
manu domini ſibi ſuperpoſita ne videret. Poſteriora
enim eius viſurus erat, & nondum ille tranſierat vtique
à morte ad vitam, nondum reſurrectione clarificatus
Exo.33. erat. Nam & quod ſequitur in Exodo, & dicit, Tergam
manum meam ſuper te, donec trāſeam, & auferam ma
num meam, & tūc videbis poſteriora mea: Multi Iſraë-
litæ quorum tunc figura erat Moyſes, poſt reſurrectio-
nem domini, crediderunt in eum, tanquam iam viden
tes poſteriora eius, remota manu eiꝰ ab oculis ſuis. Vn-
Eſa.6. de & Eſaiæ talem prophetiam Euangeliſta commemo-
Matt.13. rat, Incraſſa cor populi huius & aures eorum oppila, &
oculos eorum graua. Denique in Pſalmo non abſurde
Pſal.31. intelligitur ex eorum perſona dici, Quoniā die ac no-
cte grauata eſt ſuper me manus tua. Die fortaſſe cū ma-
nifeſta miracula faceret, nec ab eis agnoſceretur. Nocte
autem cum in paſsione moreretur, quando certius pu-
tauerunt ſicut quemlibet hominem peremptum & ex-
H tinctum. Sed quoniam cum tranſiſſet vt eius poſteriora
viderentur, prædicanti ſibi Apoſtolo Petro, quia opor-
Acto.2. tebat Chriſtum pati & reſurgere, compūcti ſunt dolo-
Luca.24. re pœnitentiæ, vt fieret in baptizatis quod in capite eius
Pſal.31. Pſalmi dicitur, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,
& quorum tecta ſunt peccata. Propterea cum dictum
eſſet, Grauata eſt ſuper me manus tua, tanquam domi-
no tranſeunte, vt iam remoueret manum & viderētur
poſteriora eius, ſequitur vox dolentis & confitentis, &
ex fide reſurrectionis domini peccatorum remiſsionē
accipientis, Cōuerſus ſum, inquit, in ærumna mea dum
Ibidem. infigeretur ſpina: Peccatum meum cognoui, & iniu-
ſticiam meam non operui: Dixi pronunciabo aduer-
ſum me iniuſticiam meam domino, & tu remiſiſti im-
† cordis. pietatem peccati † mei. Neque enim tanto carnis nubi-
lo debemus inuolui, vt putemus faciem quidem domi-
ni eſſe inuiſibilem, dorſum vero viſibile, quandoquidē
Philip.2. in forma ſerui vtrunque viſibiliter apparuit, In forma
autem dei abſit vt tale aliquid cogitetur. Abſit vt ver-
bum dei & ſapientia dei ex vna parte habeat faciem, &
I ex alia dorſum ſicut corpus humanum, aut omnino vl-
la ſpecie vel motione, ſiue loco, ſiue tempore commu-
tetur. Quapropter ſi in illis vocibus quę fiebant in Exo-
do, & illis omnibus corporalibus demonſtrationibus
dominus Ieſus Chriſtus oſtēdebatur: aut aliàs Chriſtus
ſicut loci huius cōſideratio perſuadet, aliàs ſpiritus ſan-
ctus, ſicut ea quæ ſupra diximus admonent: nō hoc ef-
ficitur vt deus pater nunquam tali aliqua ſpecie patri-
bus viſus ſit, Multa enim talia viſa facta ſunt illis tem-
poribus, non euidenter nominato & deſignato in eis,
vel patre, vel filio, vel ſpiritu ſancto, ſed tamē per quaſ-
dam valde probabiles ſignificationes nonnullis indi-
ciis exiſtentibus, vt nimis temerarium ſit dicere, deum
patrem nūquam patribus aut Prophetis per aliquas vi-
ſibiles formas apparuiſſe. Hanc enim opinionem illi pe
pererunt, qui non potuerunt in vnitate trinitatis intel-
1.Timo.1. ligere quod dictum eſt, Regi autem ſeculorum immor
tali, inuiſibili ſoli deo: &, quem nemo hominum vidit,
1.Timo.6. nec videre poteſt: Quod de ipſa ſubſtātia ſumma ſum-
mēque diuina & incommutabili, vbi & pater & filius
& ſpiritus ſanctus vnus eſt ſolus deꝰ, per ſanam fidem
intelligitur. Viſiones autem illæ per creaturam cōmu-
Viſio Da- tabilem deo incommutabili ſubditam factæ ſunt, non
nielis. Cap. proprie ſicuti eſt, ſed ſignificatiue ſicut pro rerum cau-
XVIII. ſis & temporibus oportuit oſtendentes deum. Quā-

quam neſcio quemadmodum iſti intelligant quod Da K
nieli apparuit antiquus dierum, à quo filius hominis
quod propter nos eſſe dignatus eſt accepiſſe intelligi-
tur regnum, ab illo ſcilicet qui ei dicit in Pſalmo, Filius *Pſal.2.*
meus es tu, ego hodie genui te: poſtula à me & dabo ti-
bi gentes hæreditatem tuam. Et qui omnia ſubiecit ſub *Pſal.8.*
pedibus eius. Si ergo Danieli, & pater dans regnum, &
filius accipiens apparuerūt in ſpecie corporali, quo mo
do iſti dicunt, patrem nunquam viſum eſſe Prophetis,
& ideo ſolum debere intelligi inuiſibilem quem nemo
hominum vidit nec videre poteſt? Ita enim narrauit *1.Timo.6.*
Daniel, Aſpiciebam, inquit, donec throni poſiti ſunt, & *Danie.7.*
vetuſtus dierum ſedebat, & indumētum eius quaſi nix
album, & capillus capitis eius quaſi lana mūda: Thro-
nus eius flāma ignis, rotæ eius ignis flagrans, & flumen
ignis tranſibat in conſpectu eius. Et mille milia deſer-
uiebant ei, & dena milia denum milium aſsiſtebant ei.
Et iudicium collocauit, & libri aperti ſunt &c. Et pau-
lo poſt, Aſpiciebam, inquit, in viſu noctis, & ecce cum
cœli nubibus quaſi filius hominis [veniens] erat, & vſq;
ad veterem dierū peruenit, & oblatus eſt ei, Et ipſi da-
tus eſt principatus & honor & regnum, & omnes po-
puli tribus & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, pote- L
ſtas æterna, quæ non præteribit, & regnum eius quod
non corrumpetur. Ecce pater dans, & filius accipiens
regnum ſempiternum, & ſunt ambo in conſpectu pro-
phetantis viſibili ſpecie. Non ergo inconuenienter cre
ditur etiam pater deus eo modo ſolere apparere mor-
talibus: Niſi forte aliquis dicat, ideo non eſſe viſibilem
patrem, quia in conſpectu ſomniantis apparuit, Ideo
autem viſibilem filium & ſpiritum ſanctum, quia Moy-
ſes illa omnia vigilans vidit. Quaſi vero verbum & ſa-
pientiam dei viderit Moyſes carnalibus oculis, aut vi-
deri ſpiritus vel humanus poteſt qui carnem iſtam vi-
uificat, vel ipſe corporeus qui ventus dicitur, quāto mi-
nus ille ſpiritus dei, qui omnium hominum & ange-
lorum mentes ineffabili excellentia diuinæ ſubſtantiæ
ſupergreditur? Aut quiſquam tali præcipitetur errore,
vt audeat dicere filium & ſpiritum ſanctum etiam vi-
gilantibus hominibus eſſe viſibiles, patrem autem non
niſi ſomniantibus. Quo modo ergo de patre ſolo ac-
cipiunt. Quem nemo hominum vidit, nec videre po- *1.Timo.6.*
teſt? An cum dormiunt homines, tunc non ſunt homi- M
nes? Aut qui formare ſimilitudinem corporis poteſt
ad ſe ſignificandum per viſa ſomniantium, non po-
teſt formare ipſam corpoream creaturam ad ſe ſigni-
ficandum oculis vigilantium: cum eius ipſa ſubſtan-
tia, qua eſt ipſe quod eſt, nulla corporis ſimilitudine
dormienti, nulla corporea ſpecie vigilanti poſsit oſtē-
di, ſed non ſolum patris, verumetiam filij & ſpiritus
ſancti. Et certè qui vigilantium mouentur viſis, vt non
patrem, ſed tantum filium vel ſpiritum ſanctum cre-
dant, corporalibus hominum apparuiſſe conſpectibus,
vt omittam tantam latitudinem ſanctarum pagina-
rum, & tam multiplicem earum intelligentiam, vnde
nemo ſani capitis affirmare debet, nuſquam perſonam
patris per aliquam ſpeciem corporalem vigilantiū ocu
lis demonſtratam. Sed vt hoc, vt dixi, omittam, quid
dicunt de patre noſtro Abraham, cui certè vigilanti &
miniſtranti, cum ſcriptura præmiſiſſet dicens: Viſus
eſt dominus Abrahæ, non vnus aut duo, ſed tres appa- *Gene.18.*
ruerunt viri, quorum nullus excelſius alus eminuiſſe
dictus eſt, nullus honoratius effulſiſſe, nullus imperio-
ſius egiſſe? Quapropter quoniam in illa tripartita no- *Supra ca.7*
ſtra diſtributione, primum quærere inſtituimus, vtrum
pater

A pater,an filius, an ſpiritus ſanctus,an, aliquando pater,
aliquando filius,aliquando ſpiritus ſanctus, an ſine vl-
la diſtinctione perſonarum, ſicut dicitur,deus vnus &
ſolus, id eſt , trinitas ipſa ,per illas creaturæ formas pa-
tribus apparuerit, interrogatis quæ potuimus quantum
ſufficere viſum eſt , ſanctarum ſcripturarum locis nihil
aliud quantum exiſtimo diuinorum ſacramentorum
modeſta & cauta conſideratio perſuadet, niſi vt teme-
re non dicamus quæ nam ex trinitate perſona cuilibet
patrum & Prophetarum in aliquo corpore vel ſimili-
tudine corporis apparuerit , niſi cum contineotia le-
In 2.ſent. ctionis aliqua probabilia circũponit indicia.Ipſa enim
di.8.ca.re natura vel ſubſtantia vel eſſentia vel quolibet alio no-
rerũ venit. mine appellãdum eſt idipſum quod deus eſt , quicquid
illud eſt corporaliter videri non poteſt. Per ſubiectam
vero creaturam,non ſolum filium vel ſpiritum ſanctũ,
ſed etiam patrẽ corporali ſpecie ſiue ſimilitudine mor-
talibus ſenſibus ſignificationem ſui dare potuiſſe cre-
dendum eſt . Quæ cum ita ſint, ne immoderatius pro-
grediatur ſecundi huius voluminis longitudo , ea quæ
B reſtant,in conſequentibus videamus.

DIVI AVRELII AVGV-
ſtini de Trioitate Liber
Tertius.

PROOEMIVM.

Tranſitione demonſtrat quod dictũ ſit, & quid reſtet dicẽdum.

CREDANT qui volunt, malle me
legendo quàm legenda dictando
laborare . Qui autem hoc nolunt
credere , experiri autem & poſſunt
& volunt , deniq; legẽdo vel meis
inquiſitionibus reſpondeant , vel
interrogationibus aliorum , quas
pro mea perſona quam in ſeruitio Chriſti gero , & pro
ſtudio quo fidem noſtram aduerſum errorem carna-
lium & animalium hominum munire inardeſco , ne-
ceſſe eſt me pati , & videant quàm facile ab iſto labore
me temperem , & quanto etiam gaudio ſtylum poſſim
habere feriatum . Quod ſi ea quæ legimus de his rebus
ſufficienter edita in Latino ſermone , aut non ſunt,aut
C non inueniuntur , aut certè difficile à nobis inueniri
2.Confeſſ. queunt , Græcæ autem linguæ non ſit nobis tantus ha-
ca.13. & 2. bitus , vt talium rerum libris legendis & intelligendis
cõtra Peti- vllo modo reperiamur idonei , quo genere literarũ ex
lianũ.c.38. iis quę nobis pauca interpretata ſunt,non dubito cũcta
quæ vtiliter quærere poſſumus contineri. Fratribus au-
tem nó valeam reſiſtere iure, quo eis ſeruus factus ſum,
flagitantibus vt eorum in Chriſto laudabilibus ſtudiis,
lingua ac ſtylo meo , quas bigas in me charitas agitat,
maxime ſeruiam,egoq; ipſe multa quæ neſciebam,ſcri-
bendo me didiciſſe confitear,nó debet hic labor meus
cuiquam pigro,aut multum docto videri ſuperfluus,cũ
multis impigris multiſq; indoctis inter quos etiã mihi
non parua ex parte ſit neceſſarius . Ex his igitur quæ ab
aliis de hac re ſcripta iam legimus, plurimum admini-
culati & adiuti,ea quæ de Trinitate, vno ſummo ſum-
meq; bono deo pie quæri & diſſeri poſſe arbitror , ipſo
exhortante quærenda atq; adiuuante diſſerenda ſuſce-
pi:vt ſi alia nó ſunt huiuſmodi ſcripta, ſit quod habeãt,
& legant qui voluerint & valuerint: ſi autem iam ſunt,
tanto facilius aliqua inueniantur,quanto talia plura eſſe
potuerint. Sanè cum in omnibus literis meis,nó ſolum
pium lectorem , ſed etiam liberum correctorem deſy-
derem, multo maxime in his vbi ipſa magnitudo quæ-
ſtionis , vtinam tam multos inuentores habere poſſet, D
quàm multos contradictores habet. Veruntamen ſicut
lectorem meum nolo mihi eſſe deditum, ita correcto-
rem nolo ſibi:Ille me non amet amplius quàm catholi-
cam fidem, iſte ſe non amet amplius quàm catholicam
veritatem.Sicut illi dico, Noli meis literis quaſi ſcriptu *Diſt.9.c.no*
ris canonicis inſeruire,ſed in illis & quod nó credebas *li meis.*
cum inueneris incunctanter crede, in iſtis autem quod
certum non habebas,niſi certũ intellexeris , noli firmi-
ter retinere : Ita illi dico , Noli meas literas ex tua opi-
nione vel cõtentione , ſed ex diuina lectione vel incõ-
cuſſa ratione corrigere.Si quid in eis veri comprehen-
deris,exiſtendo non eſt meũ, at intelligendo & aman-
do & tuum ſit & meum: Si quid autem falſi conuiceris,
errando fuerit meum, ſed iam cauẽdo nec tuum ſit nec
meum.Hinc itaq; tertius hic liber ſumat exordiũ , quo-
uſque ſecundus peruenerat. Cum enim ad id ventũ eſ-
ſet,vt vellemus oſtendere,non ideo minorem patre fi-
lium , quia ille miſit,hic miſſus eſt , nec ideo minorem
vtroq; ſpiritum ſanctũ , quia & ab illo & ab illo miſſus
in Euãgelio legitur,ſuſcepimus hoc quærere, cum illuc E
miſſus ſit filius vbi erat , quia in hunc mũdum venit,& *Ioan.1.*
in hoc mundo erat cum illuc etiam ſpiritus ſanctus vbi
& ipſe erat,quoniam ſpiritus domini repleuit orbẽ ter- *Sap.1.*
rarum,& hoc quod continet omnia ſciẽtiam habet vo
cis,Vtrum propterea miſſus ſit dominus,quia ex occul-
to in carne natus eſt, & de ſinu patris ad oculos homi-
num in forma ſerui tãquam egreſſus apparuit:adeo etiã *Matt.3.*
ſpiritus ſanctus,quia & ipſe corporali ſpecie quaſi colũ- *Acto.2.*
ba viſus eſt:& linguis diuiſis velut ignis: vt hoc eis fue-
rit mitti,ad aſpectum mortalium, in aliqua forma cor-
porea de ſpiritali ſecreto procedere , quod pater quo-
niam non fecit , tantummodo miſiſſe,nõ etiam miſſus
eſſe dictus ſit.Deinde quæſitum eſt, cur & pater nõ ali-
quando dictus ſit miſſus , ſi per illas ſpecies corporales:
quæ oculis antiquorum apparuerunt ipſe demõſtraba-
tur?Si autem filius tunc demonſtrabatur,cur tanto poſt
miſſus diceretur, cum plenitudo temporis venit , vt ex *Galat.4.*
fœmina nãſceretur, quandoquidẽ & antea mittebatur,
cum in illis formis corporaliter apparebat ? Aut ſi non
rectè miſſus diceretur , niſi cum verbũ caro factum eſt, *Ioan.1.*
cur ſpiritus ſanctus miſſus legatur,cuius incarnatio ta- F
lis non facta eſt?Si vero per illas antiquas demõſtratio-
nes, nec pater nec filius ſed ſpiritus ſanctus oſtendeba-
tur,cur etiam ipſe nunc diceretur miſſus, cum illis mo-
dis & antea mitteretur?Deinde ſubdiuiſimus vt hæc di-
ligentiſsime tractarentur, & tripartitã fecimus quęſtio-
nem,cuius vna pars in ſecundo libro explicata eſt, duæ
ſunt reliquæ, de quibus deinceps diſſerere aggrediar.Iã
enim quæſitum atq; tractatũ eſt,in illis antiquis corpo-
ralibus formis & viſis,non tantũmodo patrem,nec tã-
tummodo filiũ,nec tãtummodo ſpiritũ ſanctum appa-
ruiſſe,ſed aut indifferenter dominum deũ qui trinitas
ipſa intelligitur,aut quãlibet ex trinitate perſonã,quam
lectionis textus iudicus circunſtantibus ſignificaret.

Nũc ergo primum quæramus,quod ſequitur. Nam *An filiꝰ &*
ſecundo loco in illa diſtributione poſitum eſt, vtrũ ad *ſpiritus ſan*
hoc opus tantũmodo creatura formata ſit , in qua deus *ctus antea*
ſicut tũc oportuiſſe iudicauit, humanis oſtẽderet aſpe- *miſſi ſint.*
ctibus:an angeli qui iã erant ita mittebãtur vt ex perſo- *Cap.1.*
na dei loquerentur , aſſumẽtes corporalem ſpeciem de *Supra li.2.*
creatura corporea in vſum miniſterij ſui:aut ipſum cor *cap.7.*
pus ſuum,cui nõ ſubduntur,ſed ſubditũ gerunt, mutã- *2.ſen.di.8.*
tes atq; vertentes in ſpecies quas vellent , accõmodatas *ca.Sed vbi*
atque aptas actionibus ſuis , ſecundum attributam ſibi
à creatore

G à creatore potentiam. Qua quæſtionis parte quantum
dominus dederit pertractata, poſtremo videndum erit
Supra li. 2. cap. 7. id quod inſtitueramus inquirere, vtrum filius & ſpiritus ſanctus & antea mittebantur: & ſi ita eſt, quid inter
illam miſſionem & eam quam in Euangelio legimus
Galat. 4. diſtet: ao miſſus non ſit aliquis eorum, oiſi cum vel fi-
Matth. 3. lius factus eſt ex Maria virgioe, vel cũ ſpiritus ſanctus
Actu. 2. viſibili ſpecie, ſiue in columba ſiue in igneis linguis ap-
2. ſen. di. 8. ca. Sed vbi dicum. paruit. Sed fateor excedere vires intentionis meæ, vtrum angeli manente ſpiritali ſui corporis qualitate,
per hanc occultius operantes, aſſumant ex inferioribus
elementis corpulentioribus, quod ſibi coaptatum, quaſi aliquam veſtem mutent & vertant in quaſlibet ſpe-
Ioan. 2. cies corporales, etiam ipſas veras: ſicut aqua vera in verum vinum conuerſa eſt à domino: an ipſa propria
corpora ſua transforment in quod voluerint, accommodata ad id quod agunt. Sed quodlibet horum ſit, ad
præſentem quæſtionem non pertinet. Et quanuis hæc
quoniam homo ſum, nullo experimeoto poſsim comprehendere, ſicut angeli qui hæc agunt, & magis ea norunt quàm ego noui quatenus mutetur corpus meum
H in affectu voluntatis meæ, ſiue quod in me, ſiue quod
ex aliis expertus ſum: quid horum tameo ex diuinarum
ſcripturarum authoritatibus credam, nunc non opus
eſt dicere, ne cogar probare, & fiat ſermo longior de re
qua non indiget præſens quæſtio. Nunc illud videndũ
eſt, vtrum angeli tunc agebant, & illas corporum ſpecies apparentes oculis hominum, & illas voces inſonantes auribus, cum ipſa ſenſibilis creatura ad outum
ſeruiens conditoris, in id quod opus erat pro tempore
vertebatur, ſicut in libro ſapientiæ ſcriptum eſt: Crea-
Sap. 16. tura enim tibi factori deſeruiens extenditur in tormentum aduerſum iniuſtos, & lenior fit ad benefaciendum
iis qui in te confidunt. Propter hoc & tunc in omnia ſe
transfigurans, omnium nutrici gratiæ tuæ deſeruiebat
ad voluotatem horum qui te deſiderabant. Peruenit e-
† potentia. nim ſapientia† voluntatis dei per creaturam ſpiritalem
vſque ad effectus viſibiles atque ſenſibiles creaturę corporalis. Vbi eoim non operatur quod vult dei omni-
Sap. 8. poteotis ſapientia, quæ pertendit à fine vſque ad finem
Miracula vnde videantur. fortiter, & diſponit omnia ſuauiter? Sed aliud eſt ordo naturalis in cõuerſione & mutabilitate corporum,
qui quanuis etiam ipſe ad nutum dei ſeruiat, perſeue-
Ca. II. I rantia tamen conſuetudinis amiſit admirationem: ſi-
1. ſen. di. 45 cap. voluntas ergo. cuti ſunt quæ vel breuiſsimis vel certè non longis interuallis temporum cœlo, terra, marique mutantur, ſiue naſcentibus, ſiue occidentibus rebus, ſiue aliàs aliter
atque aliter apparentibus. Alia vero quanuis ex ipſo ordine venientia, tamen propter lõgiora interualla temporum minus vſitata. Quæ licet multi ſtupeant, ab inquiſitoribus huius ſeculi comprehenſa ſunt, & progreſſu generatioonm quo ſæpius repetita ſunt & à pluribus cognita, eo minus mira ſunt, Sicuti ſunt defectus
luminarium, & raro exiſtentes quædam ſpecies ſyderum & terræmotus, & monſtruoſi partus animantium:
& quæcunque ſimilia, quorum nihil fit niſi voluntate
dei, ſed pleriſque non apparet. Itaque licuit vanitati
Philoſophorum, etiam cauſis aliis ea tribuere vel veris, ſed proximis: cum omnino videre non poſſent ſuperiorem cæteris omnibus cauſam, id eſt voluntatem
dei: vel falſis, & ne ab ipſa quidem perueſtigatione corporalium rerum atque motionum, ſed à ſua ſuſpicione
& errore prolatis. Dicam ſi potero quiddam, exempli
gratia, quo hæc apertiora ſint. Eſt certè in corpore humano quædam moles carnis, & formæ ſpecies, & ordo diſtinctióque membrorum, & temperatio valetu- K
dinis: hoc corpus inſpirata anima regit, eademque rationalis: & ideo quanuis mutabilis, tamen quæ poſsit illius incommutabilis ſapientiæ particeps eſſe: vt ſit participatio eius, in idipſum, ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt,
de omnibus ſanctis, ex quibus tanquã lapidibus [viuis]
ædificatur illa Hieruſalem mater noſtra æterna in cœ-
lis. Ita enim cantitur, Hieruſalem quæ ædificatur vt ci- *Pſal. 121.*
uitas, cuius participatio eius in idipſum. Idipſum quippe hoc loco illud ſummum & incommutabile bonum,
intelligitur, quod deus eſt, atque ſapiennia voluntáſque
ipſius. Cui cantatur alio loco, Mutabis ea & mutabun- *Pſal. 101.*
tur, tu vero idem ipſe es. Conſtituamus ergo ani- *A deo primaria cauſa proficiſcũtur omnia.*
mo talem ſapiẽtem, cuius anima rationalis iam ſit particeps incõmutabilis æternæq; veritatis, quam de omnibus ſuis actionibus conſulat, nec aliquid omoino faciat, quod non in ea cognouerit eſſe faciendum, vt ei *Cap. III.*
ſubditus eiq; obtemperans rectè faciat. Iſte ſi conſulta
ſumma ratione diuioæ iuſticiæ quam in ſecreto audiret aure cordis ſui, eáque ſibi iubente, in aliquo officio
miſericordiæ corpus labore fatigaret, ægritudinémque
cootraheret, conſultisq; medicis, ab alio diceretur cau- L
ſam morbi eſſe corporis ſiccitatem, ab alio autem humoris immoderationem: vnus eorum veram cauſam
diceret, alter erraret, vterque tamen de proximis cauſis,
id eſt, corporalibus pronunciaret. At ſi illius ſiccitatis
cauſa quæreretur, & inueniretur voluntarius labor, iam
vẽtum eſſet ad ſuperiorem cauſam, quæ ab anima proficiſceretur ad afficiendum corpus quod regit, ſed nec
ipſa prima eſſet. Illa enim proculdubio ſuperior erat, in
ipſa incommutabili ſapientia, cui hominis ſapientis anima in charitate ſeruiens, & ioeffabiliter iubenti obediens, voluntarium laborem ſuſceperat: ita non niſi
dei voluntas cauſa prima illius ægritudinis veracißime reperiretur. Iam vero ſi in labore officiuſo & pio
adhibuiſſet ille ſapiens miniſtros collaborantes ſecum
in opere bono, nec tamen eadem voluntate deo ſer-
uientes, ſed ad carnalium cupiditatum † ſuarum mer- *† voluptatũ*
cedem peruenire cupientes, vel incommoda carnalia
deuitantes: adhibuiſſet etiam iumenta ſi hoc exigeret
illius operis implendi procuratio, quæ vtique iumenta irrationalia eſſent animantia, nec ideo mouerent.
membra ſub ſarcinis, quòd aliquid de illo bono opere M
cogitarent, ſed naturali appetitu ſuæ voluptatis & deuitatione moleſtiæ, poſtremo adhibuiſſet etiam ipſa
corporea omni ſenſu carentia, quæ illi operi eſſent neceſſaria, frumẽtum ſcilicet & vinum, & oleum, veſtem,
nummum, codicem, & ſi qua huiuſmodi, In his certè
omnibus io illo opere verſantibus corporibus, ſiue animatis ſiue inanimatis, quæcunque mouerentur, attererentur, repararentur, exterminarentur, reformarentur,
alio atque alio modo locis & temporibus affecta mutarentur, non alia eſſet iſtorum omnium viſibilium &
mutabilium factorum cauſa, niſi illa inuiſibilis & incõmutabilis voluntas dei per animam iuſtam, ſicut ſedem
ſapientiæ, cunctis vtens, & malis rationalibus, & irrationalibus animis, & poſtremo corporibus, ſiue quæ illis inſpirarentur & animarentur, ſiue omni ſenſu carentibus: cum primitus vteretur ipſa bona anima &
ſancta, quam ſibi ad piũ & religioſum obſequium ſubdidiſſet? Quod ergo de vno ſapiente, quanuis adhuc
mortale corpus geſtante, quanuis ex parte vidente, poſuimus exempli gratia, hoc de aliqua domo vbi aliquorum talium ſocietas eſt, hoc de ciuitate vel etiam de orbe terrarum licet cogitare, ſi penes ſapientes ſanctéque

A ac perfecte deo ſubditos ſit principatus & regimen rerum humanarũ. Sed hoc quia oondum eſt. Oportet enim nos in hac peregrinatione prius mortaliter exerceri, & per vires manſuetudinis & patientiæ in flagellis erudiri, vt illam ipſam ſupernam atque cœleſtem, vnde peregrinamur, patriam cogitemus. Illic enim dei voluntas, qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem flagrantem in ſpiritibus ſumma pace atque amicicia copulatis, & in vnam voluntatem quodã ſpiritali charitatis igne conflatis, tanquam in excelſa [& ſancta] & ſecreta ſede præſidens, velut in domo ſua, & in templo ſuo. Inde ſe quibuſdam ordioatiſsimis creaturæ motibus, primo ſpiritalibus, deinde corporalibus per cuncta diffuodit, & vtitur omnibus ad incommutabile arbitrium ſententiæ ſuæ, ſiue incorporeis, ſiue corporeis rebus, ſiue rationalibus, ſiue irrationalibus ſpiritibus, ſiue per eius gratiam, ſiue malis per propriam voluntatem. Sed quemadmodum corpora craſſiora & inferiora per ſubtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora per ſpiritum vitæ, & ſpiritus vitæ irrationalis per ſpiritum vitæ rationalem, & ſpiritus vitæ rationalis deſertor atque peccator per ſpiritum vitæ rationalem pium & iuſtum, & ille per ipſum deum, ac ſi vniuerſa creatura per creatorem ſuum, ex quo, & per quem, & in quo etiam cõdita atq; ioſtituta eſt, ac per hoc voluntas dei eſt, prima & ſumma cauſa omniũ corporalium ſpecierũ atque motiooũ. Nihil enim fit viſibiliter & ſenſibiliter, quod non de interiore inuiſibili atq; intelligibili aula ſummi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, ſecundum ineffabilem iuſticiã præmiorum atque pœnarum, gratiarũ & retributionũ in iſta tot' creaturę ampliſsima quadã immenſaq; republica. Si ergo Apoſtolus Paulus quãuis adhuc portaret ſarcinam corporis, quod corrumpitur & aggrauat animam, quaouis adhuc ex parte atque in ænigmate videret, optans diſſolui & eſſe cum Chriſto, & in ſemetipſo ingemiſcens adoptionem expectãs redemptionem corporis ſui, potuit tamen ſignificando prædicare dominũ Ieſum Chriſtum, aliter per lioguam ſuam, aliter per epiſtolam, aliter per ſacramentũ corporis & ſanguinis eius: Nec linguã quippe eius, nec membraoas, nec atramentũ, nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna literarum cõſcripta pelliculis, corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, ſed illud tantum quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica cõſecratum rite ſumimus ad ſalutem ſpiritalem in memoriam C pro nobis dominicæ paſsionis: Quod cum per manus hominum ad illam viſibilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur vt ſit tam magnum ſacrameotum, oiſi operante inuiſibiliter ſpiritu dei: cum hæc omnia quæ per corporales motus in illo opere fiunt, deus operetur, mouens primitus inuiſibilia miniſtrorum, ſiue animas hominum, ſiue occultorũ ſpirituũ ſibi ſubditas ſeruitutes: quid mirum ſi etiam in creatura cœli & terræ, maris & aëris, facit deus quæ vult ſenſibilia atque viſibilia, ad ſeipſum in eis ſicut oportere ipſe nouit ſignificandum & demonſtrandũ, non ipſa ſua qua eſt apparente ſubſtantia, quæ omnino incõmutabilis eſt, omoibusq; ſpiritib' quos creauit interius ſecretiusq; ſublimior? Vi enim diuina totam ſpiritalem corporalemq; adminiſtrante creaturã, omnium annorum certis diebus aduocantur aquæ maris, & effunduntur ſuper faciem terrę. Sed cum hoc orante ſancto Helia factũ eſt, quia præceſſerat tam cootinua, & tam longa ſerenitas, vt deficerẽt fame homines, nec ea hora qua ille dei ſeruus orauit, aër ipſe

Deus oĩbus creaturis vtitũ vt vult. Cap.IIII. Pſal.103. Coloſſ.1. 2.ſen.diſt. 45.ca.voluntas ergo. B Sapien.9. 1.Corin.13. Philip.1. Roma. 8. De cõſe.di. 2.ca.corpus & ſanguis Luca 22. 4.ſen.di.11 cap.ſi vero quæris. Miracula ſunt etiã cõſueta. C.V. 3.Reg.18.

aliqua humida facie mox futuræ pluuiæ ſigna prætulerat, conſecutis tantis & tam velociter hymbribus, apparuit vis diuina, quibus illud dabatur diſpẽſabaturq; miraculum. Itaque deus operator. ſolennia fulgura atque tonitrua. Sed quia in mõte Sina inuſitato modo fiebãt, vocesq; illæ non ſtrepitu confuſo edebantur, ſed ex eis quædã ſigna dari certiſsiois indiciis apparebat, miracula erant. Quis attrahit humorẽ per radicem vitis ad botrum & vioũ facit niſi deus, qui & homine plantãte & rigante incrementũ dat? Sed cum ad outum domini aqua in vinum inuſitata celeritate cõuerſa eſt, etiam ſtultis fatentibus vis diuina declarata eſt. Quis arbuſta fronde ac flore veſtit ſolenniter, oiſi deus? Verũm cum floruit virga ſacerdotis Aaron, collocuta eſt quodam modo cum dubitaote humanitate diuinitas. Et lignis certe omnibus & omniũ animalium caruibus gignendis atque formandis cõmunis eſt terrena materies. Et quis ea facit, oiſi qui dixit vt hæc terra produceret, & in eodem verbo ſuo quæ creauit regit atq; agit? Sed cũ eandem materiam ex virga Moyſi in carnem ſerpentis proxime ac velociter vertit, miraculum fuit, rei quidẽ mutabilis, ſed tamen inuſitata mutatio. Quis autẽ animat quæque viua naſcentia, niſi qui & illum ſerpentem ad horã ſicut opus fuerat animauit? Et quis reddidit E cadaueribus animas ſuas, cum reſurgerent mortui, niſi qui animat carnes in vteris matrũ, vt oriãtur morituri? 6 Similiter & de cõmuoi materia, quæ in cauſis mũdialibus cõſiſtit, ſubito ad tempus prodire arietẽ & columbam conſtituit, quibus vnus vigor carneus & in tẽpore & ex tempore acceſsionis & receſsionis, nõ diſpar ſed inuſitatus apparuit. Sed cum fiunt illa cõtinuato quaſi quodã fluuio labentiũ manantiumq; rerũ, & ex occulto in promptũ, atq; ex prompto in occultũ, vſitato itinere traoſeuntiũ, naturalia dicuntur. Cum verò admonẽdis homioibus inuſitata mutabilitate ingerũtur, magnalia nominantur. Hic video quid ioſirmæ cogitationi poſsit occurrere, cur ſcilicet iſta miracula etiã magicis artibus fiant? Nam & magi Pharaoois ſimiliter ſerpentes fecerunt, & alia ſimilia. Sed illud amplius eſt admirandum, quo modo magorũ illa potentia quæ ſerpẽtes facere potuit, vbi ad muſcas minutiſsimas ventum eſt, omnino defecit: cyniphes enim muſculæ ſunt breuiſsimæ, qua tertia plaga ſuperbus populus Aegyptiorũ cædebatur. Ibi certe deficiẽtes magis dixerũt, Digitus dei eſt hic. Vnde intelligi datur, ne ipſos quidem trãſgreſſores angelos & aëreas poteſtates, in imam iſtam caliginem, tanquam in ſui generis carcerem, ab illius ſublimis ætheræ puritatis habitatione detruſas, per quas magicæ artes poſſunt quicquid poſſunt, valere aliquid niſi data deſuper poteſtate. Datur autem vel ad fallendos fallaces, ſicut in Aegyptios, & in ipſos etiam magos data eſt, vt io eorum ſpirituoi ſeductione viderentur admirandi, à quibus fiebant à dei veritate damnandi, vel ad admonendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno deſyderent, propter quod etiam nobis ſcripturæ authoritate ſunt prodita: vel ad exercendam, probandã manifeſtandamque iuſtorum patientiam. Neque enim parua viſibilium miraculorum potentia. Iob cuncta quæ babebat amiſit, & filios & ipſam corporis ſanitatem. Nec ideo putandum eſt iſtis tranſgreſſoribus angelis ad nutum ſeruire hanc viſibilium reruoi materiam, ſed deo potius à quo hæc poteſtas datur, quantum in ſublimi & ſpiritali ſede incommutabilis iudicat. Nã & dãnatis iniquis etiã in metallo ſeruiuot aqua & ignis & terra, vt faciant inde quod

D Exod.19. 1.Corin.3. Ioan.2. Gene.1. Nume. 17. Gene.1. Exod.4. E Sola varietas facit miraculum. Cap.VI. Ezech.37. Miracula magica. Cap.VII. 2.ſen.di.7. ca.quorum ſcientia. Exod.7. Exod.8. F 2.ſen.di.7. ca.quorum ſcientia. Exod.7. Iuda.1. Exod.8. Iob.2. Solus deus creat etiã illa quę magicis artib' trãſformãtur. C.VIII 2.ſen.di.7. cap.nec putandum. Exod.7. & 8.

G volunt,ſed quantum ſinitur:nec ſanè creatores illi ma-
Exod.7. & 8. li angeli dicendi ſunt,quia per illos magi reſiſtẽtes fa-
mulo dei,ranas & ſerpẽtes fecerunt. Non enim ipſi eas
2.ſen.di.7. ca.nec ſane creauerunt,Omnium quippe rerũ quæ corporaliter vi-
ſibiliterq; naſcũtur, occulta quædã ſemina in iſtis cor-
poreis mundi huius elementis latẽt.Alia ſunt enim hęc
tã conſpicua oculis noſtris ex fructibus & animãtibus,
Gene.1. alia vero illa occulta iſtorũ ſeminũ ſemina.Vnde iubẽ-
te creatore produxit aqua prima natatilia & volatilia,
Terra autem prima ſui generis germina, & prima ſui
generis animalia. Neq; enim tunc huiuſcemodi fœtus
ita producti ſunt,vt in eis quę producta ſunt,vis illa cõ
ſumpta ſit: ſed plerunq; deſunt congrue temperamen-
torum occaſiones,quibus erumpãt, & ſpecies ſuas per-
agant. Ecce enim breuiſsimus ſurculus ſemen eſt, nam
conuenienter mandatus terræ arborem facit. Huius au
tem ſurculi ſubtilius ſemen aliquod eiuſdẽ generis gra-
num eſt,& hucuſq; nobis viſibile.Iam vero huius etiam
grani ſemen,quanuis oculis videre nequeamus,ratione
tamen coniicere poſſumus: quia niſi talis aliqua vis eſ-
ſet in iſtis elementis, non plerũque naſcerentur ex ter-
H ra quæ ibi ſeminata non eſſent: nec animalia tam mul-
ta nulla marium fœminarumq; cõmixtione præceden-
te,ſiue in terra,ſiue in aqua: quæ tamen creſcunt & co-
ëundo alia pariunt, cũ illa nullis coëuntibus parẽtibus
orta ſint.Et certe apes ſemina filiorũ non coëundo cõ-
2.ſen.di.7. ca.nec ſane cipiunt,ſed tanquam ſparſa per terras ore colligũt. In-
uiſibilium enim ſeminũ creator,ipſe creator eſt omniũ
rerum: quoniam quæcunq; naſcẽdo ad oculos noſtros
exeunt, ex occultis ſeminibus accipiunt progrediendi
primordia,& incrementa debitæ magnitudinis diſtin-
2 ſen.di.7. c.ſicut ergo ctionesq; formarum,ab originalibus tanquã regulis ſu-
munt.Sicut ergo nec parẽtes dicimus creatores homi-
num,nec agricolas creatores frugum, quanuis eorũ ex-
trinſecus adhibitis motibus iſta creanda dei virtus in-
terius operetur:Ita nõ ſolum malos, ſed nec bonos an-
gelos fas eſt putare creatores, ſi pro ſubtilitate ſui ſen-
ſus & corporis,ſemina rerum iſtarum nobis occultiora
nouerunt,& ea per congruas temperationes elemento-
rum latenter ſpargunt,atque ita gignendarũ rerum, &
accelerandorum incrementorum præbent occaſiones.
Sed nec boni hæc niſi quãtum deus iubet,nec mali hęc
I iniuſte faciunt,niſi quantum iuſte ipſe permittit. Nam
iniqui malicia voluntatem habẽt iniuſtam, poteſtatem
autem non niſi iuſte accipiunt,ſiue ad pœnam ſuã, ſiue
ad aliorum,vel pœnam malorum, vel laudem bonorũ.
Itaq; Apoſtolus Paulus diſcernẽs interius deum crean-
tem atq; formantem,ab operibus creaturæ quæ admo-
uentur extrinſecus, & de agricultura ſimilitudinẽ aſſu-
1.Corin.3. mens ait:Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incre-
2.ſen.di.7. c.ſicut ergo mentum dedit. Sicut ergo in ipſa vita noſtram mẽtem
iuſtificãdo formare nõ poteſt niſi deus, prædicare autẽ
Euangelium extrinſecus & homines poſſunt, non ſolũ
boni per veritatem,ſed etiã mali per occaſionẽ:ita crea
tionem rerum viſibilium deus interius operatur, exte-
riores autem operationes ſiue bonorum ſiue malorum,
vel angelorum vel hominũ, ſiue etiã quorumcunq; ani
malium,ſecundum imperiũ ſuum, & à ſe impertitas di
ſtributiones poteſtatum & appetitiones cõmoditatum,
ita rerum naturę adhibet in qua creat omnia, quemad-
Exod.7. & 8. modum terræ agriculturã: Quapropter,ita nõ poſſum
dicere angelos malos magicis artibus euocatos, creato
res fuiſſe ranarũ atq; ſerpentiũ,ſicut non poſſum dicere
homines malos creatores eſſe ſegetis, quam per eorum
Gene.30. operã video exortam. Sicut nec Iacob creator colorũ

in pecoribus fuit, quia bibentibus in cõceptu matribus K
variatas virgas quas intuerentur appoſuit. Sed nec ipſę *De hoc vide ſupra. li. 11.ca.2. & li.12.de ciuitate dei. c.25. & li. 18.ca.5.*
pecudes creatrices fuerũt varietatis prolis ſuæ, quia in-
hæſerat animæ illarum diſcolor phantaſia ex contuitu
variarum virgarum per oculos impreſſa: quæ non po-
tuit niſi corpus quod ſic affecto ſpiritu animabatur ex
compaſsione commixtionis afficere, vnde teneris fœ-
tuum primordiis colore ten⁹ aſpergeretur. Vt enim ſic
ex ſemetipſis afficiantur,vel anima ex corpore vel cor-
pus ex anima,congruentiæ rationis id faciunt, quæ in-
commutabiliter viuunt in ipſa ſumma dei ſapiẽtia:quã
nulla ſpacia locorum capiunt: & cum ipſa ſit incom-
mutabilis,nihil eorum quæ cõmutabiliter ſunt deſerit,
quia nihil eorũ niſi per ipſam creatum eſt. Vt enim de
pecoribus non virgæ ſed pecora naſcerentur,fecit hoc
incommutabilis & inuiſibilis ratio ſapientiæ dei, per
quem creata ſunt omnia. Vt autem de varietate virga-
rum,pecorum conceptorũ color aliquid duceret, fecit
hoc anima grauidæ pecudis per oculos affecta forinſe-
cus, & interius ſecum pro ſuo modulo formandi regu
lam trahens,quã de intima potentia ſui creatoris acce-
pit. Sed quanta ſit vis animæ ad afficiendam atq; mu- L
tandam materiã corporalem,cum tamen creatrix cor-
poris dici non poſsit:quia omnis cauſa mutabilis ſenſi-
bilisq; ſubſtantiæ, omniſq; modus & numerus & pon-
dus eius vnde efficitur vt ſit, & natura ita vel ita ſit, ab
intelligibili & incõmutabili vita, quæ ſuper omnia eſt,
exiſtit,& peruenit vſq; ad extrema atq; terrena: multus
ſermo eſt,neq; nunc neceſſarius. Verum propterea fa-
ctum Iacob de pecoribus commemorandũ arbitratus
ſum,vt ĩtelligeretur ſi homo qui virgas illas ſic poſuit,
dici non poteſt creator colorum in agnis & hædis: nec
ipſę matrũ animæ,quę conceptam per oculos corporis
phantaſiam varietatis,ſeminibus carne cõceptis, quan-
tum natura paſſa eſt,aſperſerũt:multo minus dici poſſe
ranarum ſerpentiúmque creatores angelos malos, per
quos magi Pharaonis tunc illa fecerunt. Aliud eſt *Cauſa originalis omniũ à deo.*
enim ex intimo ac ſummo cauſarum cardine condere
atque adminiſtrare creaturã,quod qui facit,ſolus crea-
tor eſt deus.Aliud autem pro diſtributis ab illo viribus *Cap.IX.*
& facultatibus aliquam operationem forinſecus ad- *2.ſen.di.7. c.ſicut ergo meme.*
mouere,vt tunc vel tunc,ſic vel ſic exeat quod creatur.
Iſta quippe originaliter ac primordialiter in quadam
textura elementorũ cuncta iam creata ſunt, ſed accep- M
tis opportunitatibus prodeunt. Nam ſicut matres gra-
uidæ ſunt fœtibus, ſic ipſe mundus grauidus eſt cauſis
naſcentiũ:quæ in illo non creantur, niſi ab illa ſumma
eſſentia,vbi nec oritur,nec moritur aliquid,nec incipit
eſſe,nec deſinit. Adhibere autem forinſecus accidentes
cauſas,quæ tametſi nõ ſunt naturales,tamen ſecundum
naturam adhibentur, vt ea quæ ſecreto naturæ ſinu ab-
dita continentur, erumpant & foris creentur quodam
modo explicãdo menſuras & numeros, & põdera ſua
quæ in occulto acceperũt ab illo, qui omnia in mẽſura
& numero & põdere diſpoſuit, nõ ſolum mali angeli, *Sapien.11.*
ſed etiã mali homines poſſunt, ſicut exemplo agricul-
turæ,ſupra docui. Sed ne de animalibus quaſi diuerſa
ratio moueat,ꝙ habent ſpiritum vitæ cum ſenſu appe-
tendi quæ ſecundum naturã ſunt, vitandiq; contraria:
etiã hoc eſt videre,q̃ multi homines nouerunt, ex qui-
bus herbis,aut carnibus,aut quarũcunq; rerum quibuſli
bet ſuccis aut humoribus, vel ita poſitis, vel ita obrutis,
vel ita cõtritis,vel ita cõmixtis, quæ animalia naſci ſo-
leant,quorũ ſe quis tã demens audeat dicere creatorẽ?
Quid ergo mirũ ſi quemadmodum poteſt noſſe quili-
bet

A bet nequiſsimus homo, vnde illi vel illi vermes muſcę-
que naſcantur: ita mali angeli pro ſubtilitate ſui ſenſus
in occultioribus elemētorum ſeminibus norunt, vnde
Exod.8. ranæ ſerpenteſq; naſcātur, & hæc per certas & notas tē
perationum opportunitates occultis motibus adhibē
da faciūnt creari, non creant: ſed illa homines quæ ſo-
lent ab hominibus fieri, non mirātur. Quod ſi quiſquā
celeritates incrementorū forte miratur, quòd illa ani-
mantia tam cito facta ſunt: attēdat, quemadmodum &
iſta pro modulo facultatis humanę ab hominibus pro-
curentur. Vnde enim fit vt eadem corpora citius ver-
2.ſen.di.7. meſcāt ęſtate quàm hyeme, citius in calidioribus quàm
c.ſicut ergo in frigidioribus locis? Sed hæc ab hominibus tāto dif-
ficilius adhibentur, quāto deſunt ſenſuum ſubtilitates,
& corporū mobilitates in membris terrenis & pigris.
Vnde qualibuſcunq; angelis vicinas cauſas ab elemen-
tis contrahere, quanto facilius eſt, tāto mirabiliores in
huiuſmodi operibus eorum exiſtunt celeritates: ſed nō
Sapien. 11. eſt creator, niſi qui principaliter iſta format. Nec quiſ-
2.ſen.di.7. quā hoc poteſt niſi ille penes quē primitus ſunt omniū
cap.illud. quæ ſunt menſuræ, numeri, & pondera: & ipſe eſt vnus
creator deus, ex cuius ineffabili potentatu fit etiam vt
B quod poſſent hi angeli ſi permitterentur, ideo non poſ
ſint, quia non permittuntur. Neq; enim occurrit alia ra
Exod.8. tio, cur non potuerint facere minutiſsimas muſcas qui
Exod.7. ranas ſerpenteſq; fecerunt, niſi quia maior aderat do-
minatio prohibēdi per ſpiritū ſanctum, quod etiam ip-
Exod.8. ſi magi confeſsi ſunt dicētes, Digitus dei eſt hic. Quid
autem poſsint per naturam, nec poſsint per prohibitio-
nem, & quid per ipſius naturæ ſuæ conditionem facere
non ſinantur, homini explorare difficile eſt, imò vero
impoſsibile, niſi per illud donum dei, quod Apoſtolus
1.Corin.12. commemorat dicēs, Alij diiudicatio ſpirituum. Noui-
mus enim hominem poſſe ambulare, & nequaquā hoc
poſſe ſi non permittatur: volare autem non poſſe etiam
ſi permittatur. Sic & illi angeli quædam poſſunt facere
ſi permittantur ab angelis potētioribus ex imperio dei:
quædam vero non poſſunt, etiam ſi ab eis permittātur:
quia ille nō permittit, à quo illis eſt talis naturæ modus,
qui etiam per angelos ſuos & illa plerunq; non permit-
tit, quæ cōceſsit vt poſsint. Exceptis igitur illis, quæ vſi-
tatiſsimo tranſcurſu temporum in rerum naturæ ordi-
ne corporaliter fiūt, ſicuti ſunt ortus occaſuſq; ſyderū,
generationes & mortes animalium, ſeminū & germi-
C num innumerabiles diuerſitates, nebulæ & nubes, niues
& pluuiæ, fulgura & tonitrua, fulmina & grandines, vē
ti & ignes, frigus & æſtus, & omnia talia, Exceptis etiā
illis quæ in eodem ordine rara ſunt, ſicut defectus lumi
num, & ſpecies inuſitatæ ſyderum, & monſtra, & terrę-
motus, & ſimilia. Exceptis ergo iſtis omnibus, quorum
quidē prima & ſumma cauſa non eſt niſi voluntas dei,
Pſal.148. Vnde & in Pſalmo, cum quædam huius generis eſſent
cōmemorata: Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempe-
ſtatis, ne quis ea vel fortuitu, vel cauſis tantūmodo cor-
poralibus, vel etiā ſpiritalibus, tamen pręter volūtatem
dei exiſtentibus agi crederet, continuo ſubiecit, quæ fa-
ciunt verbum eius. Sed his, vt dicere cœperam, ex-
Quot mo- ceptis, alia ſunt illa, quę quanuis ex eadem materia cor-
dis creatu- porali, ad aliquid tamen diuinitus annunciandum no-
ra aſſumi- ſtris ſenſibus admouentur, quæ propriè miracula & ſi-
tur ad ſigni- gna dicūtur, nec in omnibus quæ nobis à domino deo
ficandum. annunciātur, ipſius dei perſona ſuſcipitur. Cum autem
Cap.X. ſuſcipitur, aliquando in angelo demonſtratur, aliquan
do in ea ſpecie, quę nō eſt quod angelus, quāuis per an-
gelum diſpoſita miniſtretur. Rurſus cū in ea ſpecie ſu-

ſcipitur, quæ non eſt quod angelus, aliquando iam erat D
ipſum corpus, & ad hoc demonſtrādum in aliquā mu-
tationē aſſumitur: aliquando ad hoc exoritur, & re per-
acta rurſus abſumitur: ſicut etiam cum homines annun
ciant, aliquādo ex ſua perſona verba dei loquūtur, ſicu- *Hiere.31.*
ti cum præmittitur, Dixit dominus: aut, hęc dicit domi
nus, aut tale aliquid: aliquando autem nihil tale pręmit
tentes, ipſam dei perſonam in ſe ſuſcipiūt, ſicuti eſt, In- *Pſal.31.*
tellectum tibi dabo, & conſtituam te in via hac qua in-
gredieris, Sic non ſolū in dictis, verūetiam in factis, dei
perſona ſignificāda imponitur Prophetæ, vt eam gerat
in miniſterio † prophetiæ: ſicut eius perſonā gerebat qui *† myſterio.*
veſtimentū ſuū diuiſit in duodecim partes, & ex eis de-
cē ſeruo regis Salomonis dedit, regi futuro Iſraël: Ali- *3.Reg.11.*
quando etiam res quæ non erat quod Propheta, & erat
iā in terrenis rebus in huiuſmodi ſignificationē aſſump
ta eſt: ſicut ſomnio viſo Iacob euigilans fecit de lapide, *Gene.28.*
quē dormiens habebat ad caput: Aliquando ad hoc fit
eadē ſpecies, vel aliquantulum māſura, ſicut potuit ſer- *Nume. 21.*
pens ille æneus exaltatus in eremo, ſicut poſſunt & lite-
ræ: vel peracto miniſterio tranſitura, ſicut panis ad hoc
factus in accipiendo ſacramento conſumitur. Sed quia *Euchari-*
hæc hominibus nota ſunt, quia per homines fiunt, ho- *ſtia.*
norem tanquā religioſa poſſunt habere, ſtuporē tāquā E
mira nō poſſunt. Itaque illa quæ per angelos fiunt, quo
difficiliora & ignotiora, eo mirabiliora ſunt nobis: illis
autem tanquā ſuæ actiones notæ atq; faciles. Loquitur
ex perſona dei angelus domini, dicens, Ego ſum deus *Exod.3.*
Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob: cū ſcriptura præ-
dixiſſet, Viſus eſt ei angelus domini, Loquitur & homo
ex perſona domini, dicēs, Audi populus me[9], & loquar *Pſal.80.*
Iſraël, & teſtificabor tibi: deus de[9] tuus ego ſum, Aſſump *Exod.7.*
ta eſt virga ad ſignificationē, & in ſerpentem angelica
facultate mutata eſt, Quæ facultas cū deſit homini, aſ-
ſumptus eſt tamen & ab homine lapis ad talē aliquam *Gene.28.*
ſignificationē. Inter factum angeli & factum hominis
plurimum diſtat: illud & mirandū & intelligēdum eſt,
hoc autē tantūmodo intelligendum, Quod ex vtroque
intelligitur, fortaſsis vnū eſt: at illa ex quibus intelligi-
tur, diuerſa ſunt, tāq̄ ſi nomē domini & auro & atramē
to ſcribatur. Illud eſt precioſius, illud vilius: quod tamē
in vtroque ſignificatur idipſum eſt. Et quāuis idem ſi-
gnificauerit, ex virga Moyſi ſerpens, quod lapis Iacob, *Exod.4.*
melius tamen aliquid lapis Iacob quàm ſerpentes ma- *Gene.28.*
gorū. Nā ſicut vnctio lapidis Chriſtum in carne, in qua *Exod.7.*
vnctus eſt oleo exultationis prę participib[9] ſuis: ita vir- F
ga Moyſi conuerſa in ſerpētem, ipſum Chriſtum factū *Pſal.44.*
obedientem vſque ad mortē crucis. Vnde ait, Sicut ex- *Philip.2.*
altauit Moyſes ſerpētem in deſerto, ſic oportet exaltari *Ioan.3.*
filium hominis, vt omnis qui credit in ipſo, nō pereat,
ſed habeat vitam æternam. Sicut intuentes illum ſer- *Nume. 21.*
pentem exaltatum in eremo, ſerpentum morſibus non
peribant. Vetus enim homo noſter confixus eſt cruci *Roma.6.*
cum illo, vt euacuaretur corpus peccati. Per ſerpentem
enim intelligitur mors, quæ facta eſt à ſerpente in pa- *Gene.3.*
radiſo, modo locutionis per efficientem id quod effi-
citur demonſtrante. Ergo virga in ſerpentem, Chriſtus *Synecdoche*
in mortem: & ſerpens rurſus in virgam, Chriſtus in re- *Infra.c.11.*
ſurrectionem totus cū corpore ſuo quod eſt Eccleſia,
quod in fine temporis erit, quem ſerpētis cauda ſignifi-
cat quam Moyſes tenuit vt rediret in virgam. Serpen- *Exod.4.*
tes autem magorum tanquam mortui ſeculi, niſi credē
tes in Chriſtum tanquā deuorati in corpus eius intra-
uerint, reſurgere in illo nō potuerūt. Lapis ergo Iacob, *Gene.28.*
vt dixi, melius aliquid ſignificauit quàm ſerpentes ma-

 gorum:

G gorum:at enim factum magorū multo mirabilius. Ve-
rum hæc non ita præiudicant rebus intelligendis, tan-
quam ſi hominis nomen ſcribatur auro,& dei atramē-
to. Illas etiam nubes & ignes quo modo fecerint vel aſ-
ſumpſerint angeli ad ſignificandū quod annunciabāt,
etiam ſi dominus vel ſpiritus ſanctus illis corporalibus
formis oſtendebatur,quis nouit hominum?ſicut infan-
Eucharistia. tes nō nouerunt quod in altari ponitur, & peracta pie-
tatis celebratiooe conſumitur,vnde vel quo modo cō-
ficiatur,vnde io vſum religionis aſſumatur. Et ſi nūquā
diſcant experimento vel ſuo vel aliorum, & nunquam
illam ſpeciem rerum videant, niſi inter celebrationes
ſacramētorum cum offertur & datur, dicaturq́; illis au-
Matth. 26. thoritate grauiſsima, cuius corpus & ſanguis ſit, nihil
aliud credent,niſi omnioo in illa ſpecie dominū oculis
Ioan. 19. apparuiſſe mortalium, & de latere tali percuſſo, liquo-
rem illum omnino fluxiſſe. Mihi autem omnino vtile
eſt, vt meminerim virium mearum fratresq́; meos ad-
moneam, vt & ipſi meminerint ſuarum, ne vltra quàm
tutum eſt humana progrediatur infirmitas. Quēadmo-
dum enim hæc faciāt angeli, vel potius deus quemad-
modum hæc faciat per angelos ſuos,& quantū fieri ve-
lit etiam per angelos malos, ſiue ſinendo, ſiue cogēdo,
H ex occulta ſede altiſsimi imperij ſui,nec oculorum acie
† prouectu. penetrare,nec fiducia rationis eoucleare, nec prouētu †
mentis comprehendere valeo, vt tā certus hinc loquar
ad omnia quæ requiri de his rebus poſſunt, quàm ſi eſ-
Sapien. 9. ſem angelus,aut Propheta,aut Apoſtolus. Cogitationes
enim mortaliū timidæ & incertæ prouidentiæ noſtræ,
Corpus enim quod corrumpitur,aggrauat animam,&
deprimit terrena iohabitatio ſenſum multa cogitan-
tem. Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in
proſpectu ſunt,inueninus cū labore: quæ in cœlis ſunt
autē,quis iouestigabit? Sed quia ſequitur & dicit: Sēſum
autem tuū quis ſciet,niſi tu dederis ſapientiam,& miſe-
ris ſpiritum ſanctū tuum de altiſsimis:quę in cœlis ſunt
quidem,nō inueſtigamus, quo rerum genere & corpo-
ra angelica ſecundū propriam dignitatē, & eorū quæ-
dam corporalis actio continetur: ſecundum ſpiritū ta-
men dei miſſum nobis de altiſsimis, & impartitā eius
gratiam mētibus noſtris audeo fiducialiter dicere, nec
2. ſen. di. 8. ca. cæterum deum patrem,nec verbum eius,nec ſpiritum eius,quod
deus vnus eſt,per id quod eſt,atq́; idipſum eſt, vllo mo
do eſſe mutabilem, ac per hoc multo minus eſſe viſibi-
I lem: quoniam ſunt quędam quamuis mutabilia,non ta-
men viſibilia,ſicut noſtræ cogitationes,& memoriæ,&
voluntates,& omnis incorporea creatura. Viſibile autē
quicquam non eſt,quod oon ſit mutabile. Quaprop
Eſſētia dei nūquā p ſe apparuit. ter ſubſtantia, vel ſi melius dicitur eſſentia dei, vbi pro
modulo noſtro ex quantulacunq́; particula intelligim⁹
Cap. XI. patrem & filiū & ſpiritū ſanctum,quandoquidem nul-
2. ſen. di. 8. lo modo mutabilis eſt, nullo modo poteſt ipſa per ſe-
ca. Cæterū. metipſam eſſe viſibilis. Proinde illa omnia quæ patrib⁹
viſa ſunt,cum deus illis ſecundū ſuam diſpenſationem
tēporibus cōgruam præſentaretur,per creaturam facta
eſſe manifeſtum eſt. Et ſi nos latet quo modo ea mini-
ſtris angelis fecerit, per angelos tamen eſſe facta, nō ex
noſtro ſenſu dicimus, ne cuiquā videamur plus ſapere,
Roma. 12. quàm oportet ſapere, ſed ſapiamus ad temperātiam,ſi-
2. Corin. 4. cut deus nobis partitus eſt menſurā fidei,ſed credimus,
propter quod & loquimur. Extat enim authoritas diui-
narum ſcripturarū,vnde mens noſtra deuiare oon de-
bet,nec relicto ſolidamēto diuini eloquij,per ſuſpicio-
num ſuarū abrupta præcipitari,vbi nec ſenſus corporis
regit, nec perſpicua ratio veritatis elucet. Apertiſsime

quippe ſcriptum eſt in epiſtola ad Hebræos,cū diſpēſa- K
tio noui teſtamenti à diſpenſatiooe veteris teſtamenti *Heb. 1.*
ſecundum cōgruentiā ſeculorū ac temporū diſtingue-
retur,non taotū illa viſibilia,ſed ipſum etiam ſermonē
per angelos factū. Sic enim dicit: Ad quem autem ange
lorum dixit aliquando, Sede ad dexterā meā, quouſq́; *Pſal. 109.*
ponā inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Nonne
omnes ſunt miniſtri ſpiritus ad miniſtrationem miſsi,
propter eos qui futuri ſunt hæreditatem poſsidere ſalu-
tis? Hinc oſtendit illa omnia non ſolū per angelos fa-
cta,ſed etiam propter nos facta:id eſt propter populum
dei,cui promittitur hæreditas vitę æternæ. Sicut ad Co
rinthios etiam ſcriptū eſt, Omnia hęc in figura contin- *1. Corin. 10.*
gebāt illis, ſcripta ſunt autē ad correptionem noſtram,
in quos finis ſeculorum obuenit. Deinde quia tunc per
angelos,nunc autē per filiū ſermo factus eſt,conſequen
ter aperteq́; demōſtrans. Propterea, inquit, abundātius *Heb. 2.*
oportet attēdere oos ea quæ audiuimus, ne forte deflua
mus: ſi enim qui per angelos dictus eſt, ſermo factus eſt
firmus,& omnis præuāricatio & inobedientia iuſtā ac-
cepit mercedis retributionē,quo modo nos effugiemus
tantā negligentes ſalutem? Et quaſi quæreres quā ſalu-
tē,vt oſtenderet ſe de nouo teſtamento iā dicere, id eſt
ſermone qui non per angelos,ſed per dominum factus L
eſt. Quæ cū initiū accepiſſet, inquit, vt enarraretur per
dominum, ab iis qui audierunt in nos confirmata eſt,
conteſtante deo ſignis & portētis, & variis virtutibus,
& ſpiritus ſancti diuiſionibus ſecundū ſuam voluntatē.
Sed ait aliquis, cur ergo ſcriptū eſt, Dixit dominus ad
Moyſem: & nō potius, Dixit angelus ad Moyſem? Quia
cū verba iudicis præco pronunciat, nō ſcribitur in ge-
ſtis, Ille præco dixit,ſed ille iudex: ſic enā loquēte Pro-
pheta ſancto, etſi dicamus, Propheta dixit, nihil aliud
quàm dominū dixiſſe intelligi volumus. Et ſi dicamus,
dominus dixit, Prophetā nō ſubtrahimus. ſed quis per
eum dixerit admonemus. Et illa quidem ſcriptura ſępe
aperit angelum eſſe dominū, quo loquente identidē di
citur,dominus dixit,ſicut iā demōſtrauimus. Sed prop
ter eos,qui cum ſcriptura illic angelū nominat, ipſum
per ſeipſum filiū dei volunt intelligi, quia propter an-
nunciationē paternæ ac ſuæ voluntatis à Propheta di- *Mala. 3.*
ctus eſt angelus: propterea volui ex hac epiſtola mani-
feſtius teſtimoniū dare,vbi non dictum eſt,per angelū,
ſed per angelos. Nā & Stephanus in actib⁹ Apoſtolorū
eo more narrat hæc,quo etiā in libris veteribus cōſcrip M
ta ſunt. Viri fratres & patres audite,inquit, deus gloriæ *Acto. 7.*
apparuit Abrahæ patri noſtro, cum eſſet in Meſopota- *Gene. 12.*
mia. Ne quis autē arbitraretur tunc deum glorię per id
quod in ſeipſo eſt,cuiuſquam oculis apparuiſſe morta-
liū,in conſequentibus dicit,quòd Moyſi angelus appa-
ruerit. Fugit,inquit, Moyſes io verbo iſto, & fact⁹ eſt in- *Acto. 7.*
quilinus in terra Madiā,vbi genuit filios duos. Et com
pletis illic annis xl. apparuit illi in deſerto montis Sina *Exod. 2.*
angelus domini io flāma ignis in rubo, Moyſes autem
vidēs mirabatur viſum. Qui cum accederet conſidera- *Exod. 3.*
re,facta eſt vox domini dicēs: Ego ſum deus patrū tuo-
rum,deus Abrahā,& deus Iſaac,& deus Iacob. Treme-
factus autē Moyſes,noo audebat cōſiderare. Dixitq́; il-
li dominus, Solue calciamentū pedum tuorum &c. Hic
certe & angelum & dominum dicit, eundémque deū
Abraham,& deum Iſaac, & deū Iacob, ſicut io Geneſi
ſcriptum eſt. An forte quiſquā dicturus eſt,quòd Moyſi
per angelum apparuit dominus, Abrahæ vero per ſe- *Acto. 7.*
ipſum? At hoc à Stephano non quæramus, ipſum librū
vnde Stephanus iſta narrauit, interrogemus. Nuo-
quid

A quid enim quia ſcriptum eſt, Et dixit dominus deus ad
Gene.12. Abrahã. Et paulo poſt, Et viſus eſt dominus deus Abra-
Gene.17. hæ, propterea iſta non per angelos facta ſunt, cum alio
Gene.18. loco ſimiliter dicat, Viſus eſt autem ei deus ad ilicem
Mambræ, ſedenti ad oſtium tabernaculi ſui meridie. Et
tamen conſequẽter adiungit, Reſpiciens autem oculis
ſuis vidit, & ecce tres viri ſtabant propter eum, de qui-
bus iam diximus. Quo modo enim poterũt iſti, qui vel
à verbis ad intellectum nolũt aſſurgere, vel facile ſe ab
intellectu in verba præcipitant, quo modo poterũt ex-
plicare viſum eſſe deũ in viris trib⁹, niſi eos, ſicut etiam
conſequentia docent, angelos fuiſſe fateantur? An quia
nõ dictum eſt, Angelus ei locutus eſt vel apparuit, prop
terea dicere audebunt, Moyſi quidem illam viſionem
ac vocem per angelum factã, quia ita ſcriptũ eſt, Abra-
hæ autem quia cõmemoratio angeli non eſt facta, per
ſubſtantiam ſuam deum apparuiſſe atq; ſonuiſſe. Quid
quod nec apud Abraham de angelo tacitum eſt? Nam
ita legitur, cum immolãdus filius eius præciperetur, Et
Gene.22. factum eſt poſt hæc verba, tẽtauit deus Abraham, & di-
xit ad eum, Abraham Abraham. Et ille dixit, Ecce ego.
Et dixit ei, Accipe filium tuum dilectum, quem diligis
B Iſaac, & vade in terram excelſam, & offer eum ibi ho-
locauſtum ſuper vnũ montium quem tibi dixero. Certe
hic deus, non angelus cõmemoratus eſt. Paulo poſt ve-
ro ita ſe habet ſcriptura, Extendens autem Abrahã ma-
num ſuam, ſumpſit gladium, volẽs occidere filiũ ſuum.
Et vocauit eum angelus domini de cœlo, & dixit ei, A-
braham Abrahã. Et dixit, Ecce ego. Et dixit, Ne iniicias
manum tuam ſuper puerũ, neq; facias ei quicquã. Quid
ad hoc reſpõdetur? an dicturi ſunt deum iuſsiſſe vt oc-
cideretur Iſaac, & angelũ prohibuiſſe? Porrò ipſum pa-
trem aduerſum dei præceptũ, qui iuſſerat vt occideret,
obtemperaſſe angelo vt parceret? Ridendus & abiiciẽ-
dus hic ſenſus eſt. Sed neq; huic tã craſſo & abiecto vl-
lum locũ ſcriptura eſſe permittit, continuo ſubiungẽs,
Nunc enim cognoui quia times deum tu, & non peper
ciſti filio tuo dilecto propter me. Quid eſt propter me,
niſi propter eũ qui occidi iuſſerat? Idẽ igitur deus Abra
hæ qui angelus, an potius per angelum deus? Accipe ſe-
quentia. Certe iã hic angelus manifeſtiſsime expreſſus
eſt, attende tamen quid contexatur: Reſpiciens Abrahã
oculis ſuis vidit, & ecce aries vnus tenebatur in arbore
ſabech cornibus, & abiit Abraham, & accepit arietẽ, &
C obtulit eum holocauſtum pro Iſaac filio ſuo. Et cogno
minauit Abraham nomẽ loci illius: Dominus vidit, vt
dicãt hodie, quòd in mõte dominus viſus eſt: ſicut pau
lo ante quod dixit deus per angelũ, Nunc enim cogno
ui quia times deum: non quia tunc deus cognouiſſe in-
Simile habetur ſup. ca.10. telligendus eſt, ſed egiſſe, vt per deum ipſe Abrahã co-
gnoſceret quantas haberet vires cordis ad obediẽdum
deo vſq; ad immolationem vnici filij: illo modo locu-
tionis quo ſignificatur per efficiẽtem id quod efficitur,
ſicut dicitur frigus pigrũ, quod pigros facit: vt ideo co-
gnouiſſe diceretur, quia ipſum Abrahã cognoſcere fe-
cerat, quẽ poterat latere fidei ſuæ firmitas, niſi tali ex-
perimento probaretur. Ita & hic cognominauit Abra-
ham nomen loci illius, Dominus vidit: id eſt quod vi-
deri ſe fecit. Nam cõtinuo ſecutus ait: Vt dicant hodie
quòd in monte dominus viſus eſt. Ecce idem angelus,
dominus dicitur: quare niſi quia per angelum domin⁹?
Iã vero in eo quod ſequitur, prophetice omnino loqui
tur angelus, & prorſus aperit quod per angelũ deus lo-
Gene.22. quatur. Et vocauit, inquit, angel⁹ domini Abrahã iterũ
de cœlo, dicens: Per me iuraui dicit dominus, pro eo ꝙ

fecisti hoc verbum, & non pepercisti filio tuo dilecto D
propter me &c. Hæc certe verba vt dicat ille per quem
loquitur dominus, Hæc dicit dominus, etiã Prophetæ
ſolẽt habere. An filius dei de patre ait, Dicit dominus,
& ipſe eſt ille angelus patris? Quid ergo de illis tribus Gene.18.
viris, nõne reſpiciunt quo modo vrgeãtur, qui viſi ſunt
Abrahæ, cum prædictum eſſet, viſus eſt ei dominus? An
quia viri dicti ſunt, non erant angeli? Danièlem legant
dicentem: Ecce vir Gabriel. Sed quid vltra differimus Danie.8. & 9.
ora eorum euidentiſsimo atque grauiſsimo alio docu-
mento oppilare, vbi non angelus ſingulariter, nec viri
pluraliter, ſed omnino angeli dicuntur: per quos ſer-
mo non quilibet factus, ſed lex ipſa data manifeſtiſsima
oſtenditur, quam certe nullus fidelium dubitat deũ de-
diſſe Moyſi ad ſubiugandum populum Iſraël, ſed tamẽ
per angelos datam. Ita Stephanus loquitur: Dura cerui- Acto.7.
ce, inquit, & non circũciſi corde & auribus, vos ſemper
ſpiritui ſancto reſtitiſtis, ſicut & patres veſtri. Quẽ Pro-
phetarum nõ perſecuti ſunt patres veſtri? Et occiderũt
eos, qui prænunciabant de aduẽtu iuſti, cuius nunc vos
proditores & interfectores fuiſtis, qui accepiſtis legem
in edictis angelorum, nec cuſtodiſtis. Quid hoc euidẽ-
tius, quid tanta authoritate robuſtius: In edictis quidem E
angelorũ lex illi populo data eſt, ſed domini Ieſu Chri-
ſti per eam diſponebatur & prænũciabatur aduẽtus. Et
ipſe tanquam verbum dei miro & ineffabili modo erat
in angelis, in quorum edictis lex ipſa dabatur. Vnde di
cit in Euangelio: Si crederetis Moyſi, crederetis & mi- Ioan.5.
hi, de me enim ille ſcripſit. Per angelos ergo tũc domi-
nus loquebatur, per angelos filius dei, mediator dei & 1.Timo.2.
hominũ futurus ex ſemine Abrahæ ſuũ diſponebat ad-
uentũ, vt inueniret à quibus reciperetur confitẽtes reos,
quos lex non impleta fecerat tranſgreſſores. Vnde &
Apoſtolus ad Galatas dicit: Quid ergo lex? Trangreſ- Gala.3.
ſionis gratia poſita eſt, donec veniret ſemen cui pro-
miſſum eſt, diſpoſita per angelos in manu mediatoris:
hoc eſt diſpoſita per angelos in manu ſua. Nõ enim na
tus eſt per conditionẽ, ſed per poteſtatem. Quod autẽ
non aliquem ex angelis dicit mediatorẽ, ſed ipſum do-
minũ Ieſum Chriſtum, inquantum homo fieri dignat⁹
eſt, habes alio loco. Vnus, inquit deus, & vn⁹ mediator 1.Timo.2.
dei & hominũ, homo Chriſt⁹ Ieſus. Hinc illud Paſcha Exod.12.
in interfectione agni: hinc illa omnia quæ de Chriſto
vẽturo in carne atq; paſſuro, ſed & reſurrecturo in lege Acto.7.
figurantur, quæ data eſt in edictis angelorũ, donec ve-
niret ſemẽ, diſpoſita per angelos in manu mediatoris, F
In quibus angelis erat vtiq; & pater & filius & ſpiritus Gala.3.
ſanctus: & aliquando pater, aliquando filius, aliquando
ſpiritus ſanct⁹, aliquãdo ſine vlla diſtinctione perſonæ
deus per illos figurabatur, etſi viſibilibus & ſenſibilibus
formis apparẽs, per creaturam tamen ſuã, non per ſub-
ſtantiam ſuam, cui videndæ corda mundantur per hæc
omnia quæ oculis videntur, & auribus audiũtur. Sed iã
ſatis, quantũ exiſtimo, pro captu noſtro diſputatum &
demonſtratũ eſt, quod in hoc libro ſuſceperamus oſten
dere: conſtititque & probabilitate rationis quantũ ho-
mo vel potius quantum ego potui, & firmitate authori
tatis quantum de ſcripturis ſanctis diuina eloquia pa-
tuerũt, quòd antiquis patribus noſtris ante incarnatio-
nem Saluatoris, cum deus apparere dicebatur, voces il-
læ ac ſpecies corporales per angelos factæ ſunt: ſiue ip-
ſis loquentibus vel agentibus aliquid ex perſona dei, ſi-
cut etiam Prophetas ſolere oſtendimus: ſiue aſſumen-
tibus ex creatura quod ipſi non eſſent, vbi deus figura-
te demonſtraretur hominibus. Quod genus ſignifica-

G tionum nec Prophetas omiſiſſe multis exemplis docet
ſcriptura. Supereſt igitur iam vt videamus cũ & nato
Math.3. per virginem domino, & corporali ſpecie ſicut colũba
Acto.2. deſcendente ſpiritu ſancto, viſiſq; igneis linguis, ſonitu
facto de cœlo die Pentecoſtes poſt aſcenſionem domi-
ni, non ipſum dei verbum per ſubſtantiam ſuã, qua pa-
tri æquale atque coæternum eſt, nec ſpiritus patris & fi-
lij per ſuam ſubſtantiã, qua & ipſe vtriſque æqualis atq;
coætern⁹ eſt, ſed vtique per creaturam, quæ illis modis
formari & exiſtere potuit corporeis atque mortalibus
ſenſibus apparuerit, quid inter illas demonſtrationes &
has proprietates filij dei & ſpiritus ſancti, quanuis per
creaturam viſibilem factas interſit, quod alio volumi-
ne commodius ordiemur.

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Trinitate Liber Quartus.

Scire deum fœlicitas eſt SCIENTIAM terreſtrium cœle-
ſtiumq; rerum magni æſtimare ſo-
let genus humanum, in quo profe-
cto meliores ſunt qui huic ſcientiæ
præponunt noſſe ſemetipſos: lau-
H dabiliorq; eſt animus, cui nota eſt
vel infirmitas ſua, quàm qui ea non
reſpecta, vias ſyderum ſcrutatur etiam cogniturus, aut
qui iam cognitas tenet, ignorans ipſe qua via ingredia-
tur ad ſalutem ac firmitatem ſuam. Qui vero iam eui-
gilauit in deum, ſpiritus ſancti calore excitatus, atq; in
eius amore coram ſe viluit, ad eumq; intrare volẽs nec
valens, eoq; ſibi lucente attendit in ſe, inuenitq; ſe, ſu-
amq; ægritudinem illius mundiciæ contemperari non
poſſe cognouit, flere dulce habet, eúmque deprecari, vt
etiam atque etiam miſereatur, donec exuat totam mi-
ſeriam, & precari cum fiducia, iam accepto gratuito pi-
1.Corin.8. gnore ſalutis, per eius vnicum Saluatorem hominis &
illuminatorem: hunc ita agentem & dolentem, ſciẽtia
non inflat, quia charitas ædificat: præpoſuit enim ſcien
tiam ſcientiæ, præpoſuit ſcire infirmitatem ſuam ma-
gis quàm ſcire mundi mœnia, fundamenta terrarum,
& faſtigia cœlorum: & hanc apponendo ſcientiam, ap-
Ecclẽs.1. poſuit dolórem. Dolorem peregrinationis ſuæ ex deſi-
derio patriæ ſuæ, & conditoris eius beati dei ſui. In hoc
genere hominum, in familia Chriſti tui domine deus
I meus, ſi inter pauperes tuos gemo, da mihi de pane tuo
Math.5. reſpondere hominibus, qui non eſuriunt & ſitiũt iuſti-
ciam, ſed ſatiati ſunt & abundant. Satiauit autem illos
phantaſma eorum, non veritas tua, quam repellendo
reſiliunt, & in ſuam vanitatem cadũt. Ego certe ſentio
quàm multa figmẽta pariat cor humanum. Et quid eſt
cor meum, niſi cor humanum? Sed hoc oro deum cor-
dis mei, vt nihil ex eis figmẽtis pro ſolido vero eructẽ
in has literas, ſed ide veniat in eas quicquid per me ve-
nire potuerit, vnde mihi, quanuis proiecto à facie ocu-
Pſal.30. lorum ſuorum, & de longinquo redire conanti, per viã
Luca 15. quã ſtrauit humanitati diuinitas vnigeniti ſui, aura ve-
ritatis eius aſpergitur. Quam intantum licet mutabilis
haurio, inquantum in ea nihil mutabile video, nec lo-
cis & temporibus ſicut corpora, nec ſolis temporib⁹ &
quaſi locis, ſicut ſpirituum noſtrorum cogitationes: nec
ſolis tẽporibus, & nulla vel imagine locorũ, ſicut quæ-
dam noſtrarum mentium ratiocinationes. Omnino e-
nim dei eſſentia, qua eſt, nihil mutabile habet, nec in æ-
ternitate, nec in veritate, nec in voluntate: quia æterna
ibi eſt veritas, & æterna charitas: & vera ibi eſt chari-
tas, vera æternitas: & chara ibi eſt æternitas, & chara ve- K
ritas. Sed quoniam exulauimus ab incommutabili *Per agnitio*
gaudio, nec tamen inde præciſi atque abrupti ſumus, vt *nẽ ipſi mita-*
non etiam in iſtis mutabilibus & temporalibus æterni- *tis noſtræ*
tatem, veritatẽ, beatitudinem quæreremus: nec mori e- *pſicimur.*
nim, nec falli, nec perturbari volumus: miſſa ſunt no- *Cap.1.*
bis diuinitus viſa congrua peregrinationi noſtræ, qui-
bus admoneremur, non hic eſſe quod quærimus, ſed il-
luc ad ipſa †eſſe redeundum, vnde niſi penderemus, hic *†al. ab iſta*
ea non quæreremus. Ac primum nobis perſuadendum
fuit, quantum nos diligeret deus, ne deſperatione non
auderemus erigi in eum. Quales autem dilexerit, oſten-
di oportebat, ne tanquam de meritis noſtris ſuperbien
tes, magis ab eo reſilirem⁹, & in noſtra fortitudine ma-
gis deficeremus: ac per hoc egit nobiſcum, vt per eius
fortitudinem potius proficeremus, atque ita in infir-
mitate humilitatis, perficeretur virtus charitatis. Hoc
ſignificat in Pſalmo, vbi ait: Pluuiam voluntariam ſe- *Pſal.67.*
gregãs deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt, tu vero per-
feciſti eam. Pluuiam quippe voluntariam non niſi gra-
tiam vult intelligi, non meritis redditam, ſed gratis da-
tam, vnde & gratia nominatur. Dedit enim eam, non
quia digni eramus, ſed quia voluit. Hoc cognoſcentes, L
non fidentes in nobis erimus, & hoc eſt infirmari. Ipſe *1.Corin.16.*
vero perficit nos, qui etiam Paulo Apoſtolo dixit: Suffi
cit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. *2.Corin.12.*
Perſuadendum ergo erat homini quantum nos dilexe-
rit deus, & quales dilexerit. Quãtum, ne deſperaremus:
quales, ne ſuperbiremus. Hũc locum Apoſtolus perne-
ceſſarium ſic explicat, Commẽdat autem, inquit, ſuam *Roma.5.*
charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc pecca-
tores eſſemus, Chriſt⁹ pro nobis mortuus eſt. multo ma
gis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab
ira per ipſum. Si enim cum inimici eſſemus, reconcilia-
ti ſumus deo per mortem filij eius: multo magis recon-
ciliati ſalui erimus in vita ipſius. Itẽ alio loco, Quid er- *Roma. 8.*
go, inquit, dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis con
tra nos, qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis
omnibus tradidit illum? Quo modo non & cũ illo no-
bis omnia donauit? Quod autem factum nobis annun-
ciatur, hoc futurum oſtendebatur & antiquis iuſtis, vt
per eandem fidem etiam ipſi humilitati infirmarentur,
& infirmati perficerentur. Quia igitur vnum verbum
dei eſt, per quod facta ſunt omnia, quod eſt incommu- *Ioan.1.*
tabilis veritas, vbi principaliter atque incommutabili- M
ter ſunt omnia ſimul, non ſolum quæ nunc ſunt in hac
vniuerſa creatura, verumetiam quæ fuerunt, & quæ fu
tura ſunt. Vbi autem nec fuerũt, nec futura ſunt, ſed tã-
tummodo ſunt, & omnia vita ſunt, & omnia vnũ ſunt,
& magis vnum eſt, & vna vita eſt. Sic enim omnia per
ipſum facta ſunt, vt quicquid factũ eſt in his, in illo vi-
ta ſit, & facta non ſit: quia in principio non factum eſt
verbum, ſed erat verbum apud deum, & deus erat ver-
bũ, & omnia per ipſum facta ſũt: nec per ipſum omnia
facta eſſent, niſi ipſum eſſet ante omnia, factumq; nõ eſ-
ſet. In iis autem quæ per ipſum facta ſunt, etiam corpus
quod vita non eſt, per ipſum nõ fieret, niſi in illo ante-
quam fieret vita eſſet. Quod enim factũ eſt, iam in illo
vita erat, & non qualiſcunq; vita: nam & anima vita eſt
corporis, ſed & hæc facta eſt, quia mutabilis eſt: & per
quid facta eſt, niſi per dei verbũ incõmutabile? Omnia
enĩ per ipſũ facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil: quod
ergo factũ eſt, iã in illo vita erat, & nõ qualiſcunq; vita,
ſed vita erat lux hominũ, lux vtiq; rationalium mentiũ,
per quas homines à pecorib⁹ differũt, & ideo ſũt homi-
nes.

A nes. Nō ergo lux corporea, quæ lux eſt carnium, ſiue de
cœlo fulgeat, ſiue terrenis ignibus accendatur: nec hu-
manarum tantum carnium, ſed etiā beluarum, & vſque
ad minutiſsimos quoſq; vermiculos, Omnia enim hæc
vident iſtam lucē: at illa vitā lux hominum erat, nec lō-
ge poſita ab vnoquoque noſtrum. In illa enim viuimus
Acto.17. & mouemur & ſumus. Sed lux in tenebris lucet, & te-
Ioan.1. nebræ eám non comprehenderunt. Tenebræ autem
Quo modo reddimur habiles percipiēda veritati. C.II. ſunt ſtultæ mētes hominum, praua cupiditate atque in-
fidelitate cæcatæ. Has vt curaret atque ſanaret verbum,
per quod facta ſunt omnia, caro factū eſt, & habitauit
in nobis. Illuminatio quippe noſtra participatio verbi
dei eſt, illius ſcilicet vitæ quæ lux eſt hominum. Huic au-
Ioan.1. tē participationi prorſus inhabiles & min⁹ idonei era-
mus, propter immundiciā peccatorum. Mundandi er-
go eramus. Porrò iniquorum & ſuperborum vna mun
datio eſt ſanguis iuſti, & humilitas dei: vt ad contēplan
dum deum quod natura nō ſumus, per eum mundare-
mur, factū quod natura ſumus, & quod peccato nō ſu-
mus. Deus enim natura nō ſumus, homines natura ſu-
mus, iuſti peccato nō ſumus. Deus itaque factus homo
iuſtus, interceſsit deo pro homine peccatore. Nō enim
B cōgruit peccator iuſto, ſed cōgruit homini homo. Ad-
iungens ergo nobis ſimilitudinē humanitatis ſuæ, abſtu
lit ſimilitudinem iniquitatis noſtræ. Et factus particeps
mortalitatis noſtræ, fecit nos participes diuinitatis ſuæ.
Merito quippe mors peccatoris veniens ex dānationis
neceſsitate, ſoluta eſt per mortem iuſti venientē ex mi-
ſericordiæ voluntate, dum ſimplum eius cōgruit duplo
noſtro. Hæc enim congruētia, ſiue conueniētia, vel cō-
cinentia, vel conſonātia, vel ſi quid cōmodius dicitur,
quod eſt vnū ad duo, in omni compaginatione, vel ſi
melius dicitur coaptatione creaturæ, valet plurimum.
Hāc enim coaptationē, ſicut mihi nunc occurrit dice-
re volui, quā Græci ἁρμονίαν vocāt. Neque nunc locus
eſt vt oſtendam quantum valeat conſonātia ſimpli ad
duplū, quæ maxima in nobis reperitur, vt ſit nobis inſi-
ta naturaliter à quo vtiq; niſi ab eo qui nos creauit, vt
nec imperiti poſsint eā non ſentire, ſiue ipſi cantantes,
ſiue alios audiētes: per hāc quippe voces acutiores gra-
uioresq; cōcordāt, ita vt quiſquis ab ea diſſonuerit, nō
ſcientiā, cuius expertes ſunt plurimi, ſed ipſum ſenſum
auditus noſtri vehementer offendat. Sed hoc vt demō-
ſtretur, longo ſermone opus eſt: ipſis autem auribus ex-
C hibere poteſt ab eo qui nouit in regulari monochor-
Dupli ad ſimplū dictus allegoricè. Cap.III. do. Verum quod inſtat impræſentia quantū donat
deus, ediſſerendū eſt, quemadmodum ſimplum domi-
ni & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, duplo noſtro cōgru-
at & quodā modo cōcinat ad ſalutem. Nos certe, quod
nemo Chriſtianus ambigit, & anima & corpore mor-
tui ſumus, anima propter peccatū, corpore propter pœ
nam peccati, ac per hoc & corpore propter peccatum.
Vtriq; autē rei noſtræ, id eſt, & animæ & corpori, me-
dicina & reſurrectione opus erat, vt in melius renoua-
retur, quod erat in deterius commutatū. Mors autē ani
mæ impietas eſt, & mors corporis corruptibilitas, per
quam fit & animæ à corpore abſceſſus. Sicut enim ani-
ma deo deſerēte, ſic corpus anima deſerente, moritur:
vnde illa fit inſipiens, hoc exanime. Reſuſcitatur enim
anima per pœnitentiā, & in corpore adhuc mortali re-
Roma.4. nouatio vitæ inchoatur à fide, qua creditur in eum qui
iuſtificat impium, boniſq; moribus augetur & robora-
tur de die in diē, cū magis magiſq; renouatur interior
2.Corin.4. homo. Corpus vero tanquam homo exterior, quāto eſt
hæc vitā diuturnior, tāto magis magiſq; corrumpitur,

vel ætate, vel morbo, vel variis afflictionibus, donec ve D
niat ad vltimam afflictionem quæ ab hominibus mors
vocatur. Eius autem reſurrectio differtur in finem: cum
& ipſa iuſtificatio noſtra perficietur ineffabiliter. Tunc
enim ſimiles ei erimus, quoniā videbimus eū ſicuti eſt. *1.Ioan.3.*
Nūc vero quādiu corpus quod corrumpitur aggrauat *Sapien.9.*
animam, & vita humana ſuper terram tota tētatio eſt, *Iob.7.*
non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuēs, in cō- *Pſal.142.*
paratione iuſticiæ qua æquabimur angelis, & gloriæ quæ
reuelabitur in nobis. De morte autē animæ à morte cor
poris diſtinguēda, quid plura documenta commemo-
rem, cū dominus in vna ſententia Euangelica vtrāque
mortem cuiuis facile diſcernēdam poſuerit, vbi ait: Si- *Math.8.*
ne mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sepeliendum quip-
pe corpus mortuum erat, ſepultores autem eius per infi
delitatis impietatē in anima mortuos intelligi voluit,
quales excitantur cum dicitur: Surge qui dormis, & ex- *Ephe.5.*
urge à mortuis, & illuminabit te Chriſt⁹. Deteſtatur au-
tem quandā mortem Apoſtolus, dicens de viduā: Quæ *1.Timo.5.*
autem in deliciis agit, viuens mortua eſt. Anima igitur
iam pia quæ fuit impia, propter iuſticiā fidei dicitur ex
morte reuixiſſe atque viuere. Corpus autem non tantū
moriturū propter animæ abſceſſum qui futurus eſt, ſed E
propter infirmitatē tantum carnis & ſanguinis, quodā
loco in ſcripturis etiā mortuum dicitur, loquente Apo
ſtolo, Corpus quidem, inquit, mortuū eſt propter pec- *Roma.8.*
catū, ſpiritus autem vita eſt propter iuſticiam: hæc vita
ex fide facta eſt, quoniā iuſtus ex fide viuit. Sed quid ſe- *Abac.2.*
quitur? Si autē ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mor- *Roma.8.*
tuis, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Chriſtū Ieſū à mor-
tuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra per inhabi-
tantem ſpiritum eius in vobis. Huic ergo duplæ morti
noſtræ ſaluator impendit ſimplam ſuam: & ad facien-
dam vtrāque reſuſcitationem noſtram, in ſacramento
& exemplo præpoſuit & propoſuit vnam ſuam, Neque
enim fuit peccator aut impius, vt ei tanquā ſpiritu mor
tuo in interiore homine renouari opus eſſet, & tanquā
reſipiſcēdo ad vitam iuſticiæ reuocari: ſed indutus car-
ne mortali, ea ſola moriens, ſola reſurgens, ea ſola no-
bis ad vtrunque concinuit, cū in ea fieret interioris ho-
minis ſacramentū, exterioris exemplū. Interioris enim
hominis noſtri ſacramento data eſt illa vox, pertinens
ad mortē animæ noſtræ ſignificandā, nō ſolū in Pſal- *Pſal.21.*
mo, verūetiam in cruce, Deus meus deus meus, vt quid *Math.27.*
me dereliquiſti? Cui voci cōgruit Apoſtolus dicēs: Sciē *Roma.6.*
tes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cum il- F
lo, vt euacuetur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus
peccato. Crucifixio quippe interioris hominis pœnitē-
tiæ dolores intelliguntur, & continētiæ quidā ſalubris
cruciatus, per quā mortem mors impietatis perimitur,
in qua nos nō dereliquit deus. Et ideo per talem crucē *Roma.6.*
euacuatur corpus peccati, vt iā nō exhibeamus mēbra
noſtra arma iniquitatis peccato: quia & interior homo
ſi vtique renouatur de die in diē, profecto vetus eſt an-
tequā renouetur. Intus nanque agitur, quod idem Apo-
ſtolus dicit: Exuite vos veterem hominē, & induite no- *Ephe.4.*
uum. Quod ita conſequenter exponit. Quapropter de-
ponentes mēdacium, loquimini veritatem. Vbi autem
deponitur mendacium, niſi intus, vt inhabitet in mon-
te ſancto dei, qui loquitur veritatem in corde ſuo? Re-
ſurrectio vero corporis domini ad ſacramētū interio-
ris reſurrectionis noſtræ pertinere oſtēditur, vbi poſt-
quam reſurrexit, ait mulieri, Noli me tāgere, nondum *Ioan.20.*
enim aſcēdi ad patrē meū. Cui myſterio cōgruit Apo-
ſtolus, dicēs, Si autem conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ

G ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexterã dei ſe-
Coloſſ.3. dens, quæ ſurſum ſunt ſapite. Hoc eſt enim Chriſtũ nõ
tangere, niſi cum aſcenderit ad patrem, nõ de Chriſto
ſapere carnaliter. Iam vero ad exemplum mortis exte-
rioris hominis noſtri dominicę carnis mors pertinet,
quia per talem paſsionem maxime hortatus eſt ſeruos
Matth.10. ſuos, vt non timeant eos qui corpus occidunt, animam
autem non poſſunt occidere. Propter quod dicit Apo-
Coloſſ.1. ſtolus, Vt ſuppleam quæ deſunt preſſurarum Chriſti in
carne mea. Et ad exemplum reſurrectionis exterioris
hominis noſtri pertinere inuenitur reſurrectio corpo-
Luca.24. ris domini, qui ad diſcipulos ait, Palpate & videte, quia
ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis ha-
bere. Et vnus ex diſcipulis etiam cicatrices eius contre-
Ioan.20. ctans, exclamauit dicens, Dominus meus & deus me⁹.
Et cum illius carnis tota integritas appareret, demon-
Matth.10. ſtratum eſt in ea quod ſuos exhortans dixerat, Capillus
capitis veſtri non peribit. Vnde enim primo, Noli me
Ioan.20. tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meũ: & vn-
de antequam aſcendat ad patrem, à diſcipulis tangitur,
niſi quia illic inſinuabatur interioris hominis ſacramẽ-
tum, hic præbebatur exterioris exemplũ? An forte quiſ-
H quam ita eſt abſurdus atq; auerſus à vero, vt audeat di-
cere à viris eum tactum antequam aſcenderet, à mulie-
ribus autem cum aſcendiſſet? Propter hoc exemplũ fu-
turę noſtrę reſurrectionis in corpore, quod pręceſsit in
1.Corin.15. domino, dicit Apoſtolus: Initium Chriſtus, deinde qui
ſunt Chriſti. De corporis enim reſurrectione illo loco
Philip.3. agebatur, propter quam etiam dicit: Trãsfigurauit cor-
pus humilitatis noſtræ, conforme corpori gloriæ ſuæ.
Vna ergo mors noſtri ſaluatoris, duabus mortibus no-
ſtris ſaluti fuit. Et vna eius reſurrectio, duas nobis reſur
rectiones præſtitit, cum corpus eius in vtraq; re, id eſt,
& in morte & in reſurrectione, & ſacramento interio-
ris hominis noſtri, & exemplo exterioris medicinali
Ratio du- quadam conuenientia miniſtratum eſt. Hæc autẽ
pli ad ſim- ratio ſimpli ad duplũ oritur quidẽ à ternario numero.
plũ per ali- Vnum quippe ad duo, tria ſunt. Sed hoc totũ quod di-
os numeros xi, ad ſenarium peruenit. Vnum enim & duo & tria, ſex
Cap.IIII. fiũt. Qui numerus propterea perfect⁹ dicitur, quia par-
Gene.1. tibus ſuis completur. Habet enim illa tres ſextã, tertiã,
dimidiam. Nec vlla pars alia quæ dici poſsit quota ſit,
inuenitur in eo, Sexta ergo eius vnum eſt, tertia duo, di
midia tria. Vnum autem & duo & tria cõſummant eũ-
I dem ſenarium. Cuius perfectionem nobis ſancta ſcrip-
tura commendat, in eo maxime quòd deus ſex diebus
perfecit opera ſua, & ſexto die factus eſt homo ad ima-
ginem dei. Et ſexta ætate generis humani, filius dei ve-
nit & factus eſt fili⁹ hominis, vt nos reformaret ad ima
ginem dei. Ea quippe nunc ætas agitur, ſiue milleni an-
ni ſingulis diſtribuantur ætatibus, ſiue in diuinis literis
memorabiles atq; inſignes quaſi articulos temporũ ve-
ſtigem⁹, vt prima ętas inueniatur ab Adã vſq; ad Noẽ,
inde ſecunda vſque ad Abrahã. Et deinceps ſicut Mat-
Matth.1. thæus Euangeliſta diſtinxit ab Abraham vſque ad Da-
uid, à Dauid vſque ad tranſmigrationẽ in Babyloniã,
atque inde vſque ad virginis partum. Quæ tres ætates
coniunctæ illis duabus, quinque faciũt. Proinde ſextam
inchoauit natiuitas domini, quæ nũc agitur vſq; ad oc-
cultum temporis finem. Hunc ſenariũ numerum quã-
dam temporis gerere figuram, etiam in illa ratione tri-
pertitæ diſtributionis agnoſcimus, qua vnũ tempus cõ-
putamus ante legem, alterum ſub lege, tertiũ ſub gratia.
In quo tempore ſacramentũ renouationis accepimus:
vt in fine tẽporis etiam reſurrectione carnis, omni ex
parte renouati, ab vniuerſa, non ſolum animę, verũetiã K
corporis infirmitate ſanemur. Vnde itelligitur illa mu- *Lucæ 13.*
lier in typo Eccleſiæ à domino ſanata & erecta, quam
curuauerat infirmitas alligãte Satana. De talibus enim
occultis hoſtibus plangit illa vox Pſalmi: Curuauerunt *Pſal.56.*
animam meam. Hæc autem mulier decem & octo an-
nos habebat in infirmitate, quod eſt ter ſeni. Mẽſes au-
tem annorum decẽ & octo inueniuntur in numero ſo-
lidi quadrati ſenarij, quod eſt ſexies ſeni, & hoc ſexies.
Iuxtà quippe eſt in eodem Euãgelij loco, arbor quoque *Lucæ 13.*
illa ficulnea, cuius miſeram ſterilitatem etiã tertius an-
nus arguebat. Sed ita pro illa interceſſum eſt, vt dimit-
teretur illo anno, vt ſi fructũ ferret, bene: ſin aliter, ex-
cideretur. Nam & tres anni ad eandẽ tripartitã diſtri-
butionem pertinent, & mẽſes trium annorum quadra-
tum ſenarium faciũt, quod eſt ſexies ſeni. Annus etiam
vnus ſi duodecim menſes integri conſiderentur, quos
triceni dies cõplent, talem quippe menſem veteres ob-
ſeruauerunt, quẽ circuitus lunaris oſtendit, ſenario nu-
mero pollet. Quod enim valẽt ſex in primo ordine nu
merorum, qui conſtat ex vnis, vt perueniatur ad decẽ:
hoc valent ſexaginta in ſecundo ordine, qui conſtat ex
denis vt perueniatur ad centum. Sexagenarius ergo nu L
merus dierum, ſexta pars anni eſt, Proinde per ſenariũ
primi verſus multiplicantur, tanquam ſenarius ſecũdi
verſus, & fiunt ſexies ſexageni trecẽti & ſexaginta dies,
qui ſunt integri duodecim mẽſes. Sed quoniã ſicut mẽ
ſem circuitus lunę oſtẽdit hominibus, ſic annus circui-
tu ſolis animaduerſus eſt, reſtãt autem quinque dies &
quadrans diei, vt ſol impleat curſum ſuũ annumq; con
cludat: quatuor enim quadrantes faciunt vnum diem,
quẽ neceſſe eſt intercalari excurſo quadriẽnio quod bi
ſextum vocant, ne temporũ ordo turbetur: etiam ipſos
dies quinque & quadrantẽ ſi cõſideremus, ſenarius nu-
merus in eis plurimũ valet. Primum, quia ſicut fieri ſo-
let vt à parte totũ computetur, non ſunt iam dies quin-
que, ſed potius ſex, vt quadrans ille accipiatur pro die.
Deinde quia in ipſis quinque diebus ſexta pars menſis
eſt: ipſe autẽ quadrãs ſex horas habet. Totus enim dies,
id eſt, cum ſua nocte viginti quatuor horę ſunt, quarum
pars quarta, quæ eſt quadrans diei, ſex horę inueniũtur:
ita in anni curſu ſenarius numerus plurimum valet. M
Nec immerito in ædificatione corporis dominici, *Anni 46.*
in cuius figura templũ à Iudæis deſtructũ, triduo ſe re- *tẽpli extru-*
ſuſcitaturum eſſe dicebat, numerus ipſe ſenari⁹ pro an- *cti allegori*
no poſitus intelligitur. Dixerunt enim, quadraginta & *ce.Cap.V.*
ſex annis ædificatum eſt templum, & quadragies ſexies *Ioan.2.*
ſeni, fiunt ducenti ſeptuaginta ſex. Qui numerus dierũ
complet nouẽ menſes & ſex dies, qui tanquã decẽ men
ſes parientibus fœminis imputantur: non quia omnes
ad ſextũ diem poſt nonum menſem perueniũt, ſed quia
ipſa perfectio corporis domini tot dieb⁹ ad partũ per-
ducta comperitur, ſicut à maioribus traditum ſuſcipiẽs
Eccleſiæ cuſtodit authoritas. Octauo enim kal. Aprilis
cõceptus creditur, quo & paſſus: ita monumẽto nouo, *Lucæ 23.*
quo ſepultus eſt, vbi nullus erat mortuorũ poſitus, nec
ante nec poſtea, congruit vterus virginis quo cõceptus
eſt, vbi nullus ſeminatus eſt mortaliũ. Natus autem tra-
ditur octauo kal. Ianuarias. Ab illo ergo die vſq; ad iſtũ
cõputati, ducẽti, ſeptuaginta & ſex reperiũtur dies, qui
ſenariũ numerũ quadragies ſexies habent. Quo nume-
ro annorum templum ædificatum eſt, quia eo numero
ſenariorum corpus domini perfectum eſt, quod mor-
tis paſsione deſtructũ, triduo reſuſcitauit. Dicebat eni *Ioan.2.*
hoc de templo corporis ſui, ſicut euidentiſsimo & ro-
buſtiſsimo

A bustiſsimo Euangelij teſtimonio declaratur, quo ait: Si- *Matth. 12.* cut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terrę trib⁹ diebus & tribus noctibus. *Triduũ reſurrectio-nis. Ca. VI.* Ipſum autem triduum non totum & plenũ fuiſſe ſcriptura teſtis eſt, ſed primus dies à parte extrema totus annumerat⁹ eſt: dies vero tertius à par- *Matth. 12.* te prima, & ipſe totus: medius autem inter eos, id eſt ſecũdus dies abſolute tot⁹ vigintiquatuor horis ſuis, duodecim nocturnis, & duodecim diurnis. Crucifixus eſt enim primo Iudæorũ vocibus hora tertia, cũ eſſet dies *Matth. 27.* ſexta ſabbati. Deinde in ipſa cruce ſuſpẽſus eſt hora ſex- *Marci. 15.* ta, & ſpiritũ tradidit hora nona. Sepultus eſt autẽ cum iam ſero factum eſſet, ſic ſeſe habent verba Euangelij, quod intelligitur in fine diei: Vndelibet ergo incipias, etiã ſi alia ratio reddi poteſt, quo modo non ſit contra *Ioan. 19.* Euangelium Ioannis, vt hora tertia ligno ſuſpenſus intelligatur, totũ diem primum non cõprehendis. Ergo à parte extrema totus cõputabitur, ſicut tertius à parte pri- *2. Cor. 4.* ma. Nox enim vſque ad diluculũ, quo domini reſurrectio declarata eſt, ad tertiũ diem pertinet: quia deus qui dixit de tenebris lucẽ clareſcere, vt per gratiã noui te-

B ſtamenti & participationẽ reſurrectionis Chriſti audi- *Ephe. 5.* remus: Fuiſtis enim aliquãdo tenebræ, nunc autẽ lux in domino: inſinuat nobis quodam modo quòd à nocte *Gene. 1.* dies ſumat initium. Sicut enim primi dies propter futurũ hominis lapſum, à luce in noctem, ita iſti propter hõminis reparationẽ à tenebris ad lucem cõputantur. Ab hora ergo mortis vſque ad diluculũ reſurrectionis horæ ſunt quadraginta, vt etiam ipſa hora nona cõnumeretur. Cui numero congruit etiã vita eius ſuper terram, poſt reſurrectionẽ in quadraginta diebus. Et eſt iſte numerus frequentiſsimus in ſcripturis ad inſinuandũ myſterium perfectionis in quadripertito modo. Habent enim quãdam perfectionẽ decem, & ea quater multiplicata faciũt quadraginta. A veſpere autem ſepulturæ vſque ad diluculum reſurrectionis triginta ſex horę ſunt, qui eſt quadratus ſenarius. Refertur autem ad illam rationem ſimpli ad duplum, vbi eſt coaptationis maxima cõſonantia. Duodecim enim ad vigintiquatuor ſimplo ad duplum cõueniũt, & fiunt triginta ſex: nox tota cum die toto & nocte tota, neque hoc ſine illo ſacramento quod ſupra memoraui. Non abſurde quippe ſpiritũ dei comparamus, corpus autẽ nocti. Dominicũ enim cor-

C pus in morte ac reſurrectione & ſpiritus noſtri figurã, & corporis gerebat exemplum. Etiã ſic ergo apparet illa ratio ſimpli ad duplum in horis triginta ſex, cũ duodecim conferuntur ad vigintiquatuor. Et horum quidem numerorum cauſas cur in ſcripturis ſanctis poſitæ ſint, poteſt alius aliâs indagare: vel quibus iſtæ quas ego reddidi, præponendæ ſint, vel æque probabiles, vel iſtis etiam probabiliores: fruſtra tamen eos eſſe in ſcripturis poſitos, & nullas cauſas eſſe myſticas, cur illic iſti numeri cõmemorentur, nemo tam ſtultus ineptúſque cõtẽderit. Ego autem quas reddidi, vel ex eccleſiæ authoritate à maioribus traditas, vel ex diuinarũ teſtimonio ſcripturarũ, vel ex ratione numerorũ ſimilitudinumq́; collegi. Contra rationem nemo ſobrius, cõntra ſcripturas nemo Chriſtianus, cõtra eccleſiam nemo pacificus ſenſerit. *Quo modo ex multis colligamur in vnum. Cap. VII.* Hoc ſacramentum, hoc ſacrificium, hic ſacerdos, hic deus, antequam miſſus veniret, factus ex fœmina, omnia quæ ſacrate atque myſtice patribus noſtris per angelica miracula apparuerũt, ſiue quæ per ipſos facta ſunt, ſimilitudines huius fuerũt, vt omnis creatura factis quodam modo loqueretur vnũ futurum in quo eſſet ſalus vniuerſorũ à morte reparãdorum. Quia enim ab vno vero deo & ſummo per impietatis iniqui- *D* tatem reſilientes & diſſonãtes deflexeramus, & euanueramus in multa, diſciſsi per multa & inhærẽtes in multis: oportebat nutu & imperio dei miſerantis, vt ipſa multa venturum conclamarent vnum, & à multis conclamatus veniret vnus, & multa conteſtarentur veniſſe vnum, & à multis exonerati veniremus ad vnũ: & multis peccatis in anima mortui, & propter peccatũ in carne morituri, amaremus ſine peccato mortuum in carne pro nobis vnum: & in reſuſcitatum credẽtes, & cum illo per fidem ſpiritu reſurgentes, iuſtificaremur in vno iuſto facti vnũ: nec in ipſa carne nos reſurrecturos deſperaremus, cùm multa membra intueremur præceſsiſſe nos caput vnum: in quo nunc per fidem mundati, & tunc per ſpeciem redintegrati, per mediatorem deo reconciliati hæreamus vni, fruamur vno, permaneamus vnum. *In Chriſto omnes vnũ ſumus. Ca. VIII.* Sic ipſe filius dei, verbum dei, & idẽ ipſe mediator dei & hominum filius hominis, æqualis patri per diuinitatis vnitatem, & particeps noſtri per humanitatis ſuſceptionem, patrem interpellans pro nobis, per id quod homo erat, nec tamen tacens quod deus cum pa- *E* tre vnum erat, inter cætera ita loquitur. *1. Tim. 2.* Nõ pro his autem rogo, inquit, tãtum, ſed & pro eis qui credituri ſunt *Roma. 8.* per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu *Ioan 17.* pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt mundus credat, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. *Vnũ per naturã & charitatem. Cap. IX.* Non dixit, ego & ipſi vnum, quanuis per id quod eccleſiæ caput eſt & corpus eius eccleſia, poſſet dicere, ego & ipſi nõ vnum ſed vnus, quia caput & corpus vnus eſt Chriſtus: ſed diuinitatem ſuam conſubſtantialem patri oſtendens, hoc ait: propter quod & *Ioan. 10.* alio loco dicit, Ego & pater vnũ ſumus: in ſuo genere, hoc eſt, in eiuſdẽ naturæ conſubſtantiali parilitate, vult eſſe ſuos vnum, ſed in ipſo: quia in ſeipſis non poſſent diſſociari abinuicem per diuerſas voluptates & cupiditates, & immundicias peccatorum: vnde mũdantur per mediatorem, vt ſint in illo vnum: non tantum per eandem naturam qua homines ex hominibus mortalibus ęquales angelis fiunt: ſed etiam per eandem charitatem in eandem beatitudinem conſpirantes concordiſsima voluntate in vnum ſpiritum quodam modo igne charitatis conflatam. *Ioan. 17.* Ad hoc enim valet quod ait, Vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus: vt quemadmodum pa- *F* ter & filius, non tantum æqualitate ſubſtãtiæ, ſed etiam volũtate vnum ſunt: ita & ij inter quos & deum mediator eſt filius, *1. Tim. 2.* non tantum per id quod eiuſdem naturæ ſunt, ſed etiã per eandem dilectionis ſocietatem vnum ſint. Deinde idipſum quòd mediator eſt, per quẽ reconciliamur deo, ſic indicat, *Ioan. 17.* Ego, inquit, in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum. *Per Chriſtũ vera purgatio. Cap. X.* Hæc eſt vera pax, & cũ creatore noſtro nobis firma cõnexio, purgatis & reconciliatis per mediatorem vitæ, ſicut maculati & alienati ab eo receſſeramus per mediatorem mortis. *Gene. 3.* Sicut enim diabolus ſuperbus hominem ſuperbientem perduxit ad mortem, ita Chriſtus humilis hominem obedientem reduxit ad vitam. Quia ſicut ille elatus cecidit & deiecit conſentientem, ſic iſte humiliatus ſurrexit, & erexit credentem. Quia enim non peruenerat diabolus quò ipſe perduxerat (mortẽ quippe ſpiritus in impietate geſtabat, ſed mortem carnis non ſubierat, quia nec indumẽtum ſuſceperat) magnus homini videbatur princeps in legionibus dæmonum, per quas fallaciarũ regnum exercet: ſic hominem per elationis typhum, potentiæ quàm iuſticiæ cupidiorẽ, aut per falſam Philoſophiam

magis

G magis inſtans: aut per ſacra ſacrilega irretiẽs, in quibus
etiã magicæ fallaciæ curioſiores ſuperbioreſq; animas
deceptas illuſaſq; pręcipitat, ſubditum tenens; pollicẽs
etiam purgationem animæ, per eas quas τελετὰς appel-
lant, transfigurando ſe in angelum lucis per multifor-
2.Cor.2. mem machinationem, in ſignis & prodigiis mendacij.
Miracula Facile eſt enim ſpiritib9 nequiſsimis per aërea corpo-
dæmonum. ra facere multa, quæ mirentur animæ terrenis corpori-
Cap.XI. bus aggrauatę, etiam melioris affectus. Si enim corpora
ipſa terrena nonnullis artibus & exercitationibus mo-
dificata, in ſpectaculis theatricis tãta miracula homini-
bus exhibent, vt ij qui nunquam viderunt talia narrata
vix credant: quid magnum eſt diabolo & angelis eius,
de corporeis elemẽtis, per aërea corpora facere quæ ca-
ro miretur: aut etiã occultis inſpirationibus ad illuden-
dos humanos ſenſus, phãtaſmata imaginũ machinari,
quibus vigilantes dormientéſve decipiat, vel furentes
exagitet? Sed ſicut fieri poteſt, vt homo vita ac moribus
melior, ſpectet nequiſsimos homines, vel in fune am-
bulantes, vel multimodis motibus corporum multa in-
credibilia facientes, nec vllo modo facere talia concu-
H piſcat, nec eos propterea ſibi præponẽdos exiſtimet: ſic
anima fidelis & pia, non ſolum ſi videat, verumetiam ſi
propter fragilitatem carnis exhorreat miracula dæmo-
num, non ideo tamen aut non ſe poſſe talia dolebit, aut
ob hoc illos meliores eſſe iudicabit: cum ſint præſertim
in ſocietate ſanctorum, qui per virtutem dei cui cuncta
ſubiecta ſunt, & minime fallacia, & multo maiora fece-
Diabolus runt, ſiue homines, ſiue angeli boni. Nequaquã igitur
mortis, Chri per ſacrilegas ſimilitudines, & impias curioſitates, &
ſtus vitæ magicas cõſecrationes animę purgantur & recõcilian-
mediator. tur deo: quia falſus mediator non traiicit ad ſuperiora,
Cap.XII. ſed potius obſidens intercludit viam per affectus, quos
tanto maligniores, quãto ſuperbiores ſuæ ſocietatis in-
ſpirat: qui non poſſunt ad euolandũ pennas nutrire vir-
tutum, ſed potius ad demergendum pondera exaggera-
re viciorum, tanto grauius anima ruitura, quãto ſibi vi-
Matth.2. detur euecta ſublimius. Proinde ſicut magi fecerunt di-
* al. huma- uinitus moniti, quos ad humilitatem* domini adoran-
nitatem. dam ſtella perduxit: ita & nos, nõ quà venimus, ſed per
aliam viã in patriam redire debemus, quam rex humilis
docuit, & quã rex ſuperbus humili regi aduerſarius ob-
I ſidere non poſſit. Et nobis enim vt adoremus humilem
Pſal.18. Chriſtum, cœli enarrauerunt gloriam dei, cum in om-
nem terrã exiit ſonus eorum, & in fines orbis terræ ver-
ba eorum. Via nobis fuit ad mortem per peccatum in
Roma.5. Adam. Per vnum quippe hominẽ peccatum intrauit in
mũdum, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines
pertranſiit, in quo omnes peccauerũt. Huius viæ media-
tor diabolus fuit, perſuaſor peccati & præcipitator in
mortem. Nam & ipſe ad operandam duplam mortem
noſtram, ſimplam attulit ſuam. Per impietatem nanque
mortuus eſt in ſpiritu, carne vtique mortuus nõ eſt: no-
bis autem & impietatẽ perſuaſit, & per hanc vt in mor-
tem carnis venire mereremur, effecit. Vnum ergo appe-
tiuimus iniqua ſuaſione, alterũ nos ſecutũ eſt iuſta dam
Sapien.1. natione: propterea quippe ſcriptum eſt, Deus mortẽ nõ
fecit, quia cauſa mortis ipſe non fuit: ſed tamen per eius
retributionẽ iuſtiſsima mors irrogata eſt peccatori. Si-
cut ſuppliciũ iudex irrogat reo, cauſa tamẽ ſupplicij nõ
eſt iuſticia iudicis, ſed meritum criminis. Quò ergo nos
mediator mortis tranſmiſit, & ipſe non venit, id eſt ad
mortẽ carnis: ibi nobis dominus deus noſter medicinã
emendationis inſeruit, quam ille nõ meruit, occulta, &
nimis arcana ordinatione diuinæ altæq; iuſticiæ. Vt er-
go, ſicut per vnũ hominẽ mors, ita & per vnũ hominẽ K
fieret reſurrectio mortuorũ, quia magis vitabant homi- Roma.5.
nes quod euitare nõ poterant mortẽ carnis, quàm mor-
tem ſpiritus, id eſt, magis pœnã quàm meritum pœnæ:
nam nõ peccare aut nõ curatur, aut parum curatur: non
mori autẽ quanuis nõ obtineatur, vehemẽter ſatagitur:
vitæ mediator oſtendens, quàm non ſit mors timenda,
quæ per humanam conditionem iam euadi non poteſt,
ſed potius impietas, quæ per fidem caueri poteſt, occur-
rit nobis ad finem quò venimus, ſed non quà venimus.
Nos enim ad mortẽ per peccatum venimus, ille per iu-
ſticiam: & ideo cũ ſit mors noſtra pœna peccati, mors
illius facta eſt hoſtia pro peccato. Quapropter cũ ſpi Mors Chri-
ritus corpori præponatur, morſq; ſit ſpiritus à deo dele- ſti ſpõtanea
ri, mors autem corporis à ſpiritu deſeri: eaq; ſit pœna in Cap.XIII.
morte corporis, vt ſpiritus quia volens deſeruit deum,
deſerat corpus inuitus: vt cum ſpiritus deũ deſeruerit,
quia voluit, deſerat corpus etiam ſi noluerit: nec deſerat
cum voluerit, niſi aliquam ſibi vim, qua ipſum corpus
perimatur, intulerit: demonſtrauit ſpiritus mediatoris,
quàm nulla pœna peccati vſque ad mortẽ carnis acceſ-
ſerit, quia nõ eam deſeruit inuitus, ſed quia voluit, quã- L
do voluit, quo modo voluit. Quippe dei verbo ad vni- Cõmixtus.
tatem cõmixtus eſt homo: Hinc ait, Poteſtatem habeo Ioan.10.
ponendi animam meã, & poteſtatem habeo iterum ſu-
mendi eam, Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à
me & iterum ſumo eam. Et hoc maxime mirati ſunt, ſi-
cut Euangelium loquitur, qui pręſentes erant, cum poſt
illam vocem, in qua figuram peccati noſtri edidit, con-
tinuo tradidit ſpiritum. Longa enim morte cruciaban- Ioan.19.
tur ligno ſuſpenſi. Vnde latronibus vt iam morerentur,
& de ligno ante ſabbatum deponerentur, crura confra-
cta ſunt. Ille autem quia mortuus inuentus eſt, miraculo
fuit. Hoc etiã Pilatum legimus fuiſſe miratum, cum ab Marci.15.
ipſo ſepeliendũ corpus domini peteretur. Ille itaque de-
ceptor qui fuit homini mediator ad mortem, falſoq; ſe
opponit ad vitã nomine purgationis per ſacra & ſacri-
ficia ſacrilega quibus ſuperbi ſeducũtur, quia nec parti-
cipationẽ mortis noſtræ habere potuit, nec reſurrectio-
nem ſuæ, ſimplam quidẽ ſuam mortem ad duplam no-
ſtram potuit afferre: ſimplã vero reſurrectionem in qua
& ſacramentũ eſſet renouationis noſtræ, & eius quæ in
fine futura eſt euigilationis exemplũ, non vtique potuit, M
Ille proinde qui ſpiritu viuus carnem ſuam mortuã re-
ſuſcitauit, verus vitæ mediator illũ ſpiritu mortuum &
mortis mediatorem à ſpiritibus in ſe credentium foras
miſit, vt non regnaret intrinſecus, ſed forinſecus oppu-
gnaret, nec tamen expugnaret. Cui ſe ipſe quoq; tentan- Matth.4.
dum præbuit, vt ad ſuperãdas etiã tentationes eius me-
diator eſſet, nõ ſolũ per adiutoriũ, verumetiã per exem-
plũ. At ille primitus vbi per omnes aditus ad interiora Ibidem.
moliẽs irrepere, expulſus eſt, poſt baptiſma in eremo cõ-
pleta omni tẽtatione illecebroſa, quia viuũ ſpiritu, ſpiri-
tu mortuus nõ inuaſit, quoquo modo auidus mortis hu
manæ cõuertit ſe ad faciendã mortem, quam potuit: &
permiſſus eſt in illud quod ex nobis mortale viuus me-
diator acceperat. Et vbi potuit aliquid facere, vbi ex om
ni parte deuictus eſt, & vnde accepit exterius poteſtatẽ
dominicæ carnis occidẽdæ, inde interior eius poteſtas
qua nos tenebat occiſa eſt. Factũ eſt enim vt vincula pec
catorũ multorũ, in multis mortibus per vnius vnã mor
tem quam peccatũ nullum præceſſerat, ſoluerẽtur. Quã
propterea dominus pro nobis indebitã reddidit, vt no-
bis debita nõ noceret. Neque enim iure cuiuſquã pote-
ſtatis exutus eſt carne, ſed ipſe ſe exuit. Nã qui poſſet nõ Ioan.10.
mori

A mori ſi nollet, proculdubio quia voluit mortuus eſt: &
Coloſſ.2. ideo principat⁹ & poteſtates exẽplauit, fiducialiter triũ-
phãs eas in ſemetipſo. Morte ſua quippe vno veriſsimo
ſacrificio pro nobis oblato, quicquid culparũ erat vnde
nos principatus & poteſtates ad luenda ſupplicia iure
detinebãt, purgauit, aboleuit, extinxit, & ſua reſurrectio-
ne in nouã vitam nos prædeſtinatos vocauit, vocatos
Roma.8. iuſtificauit, iuſtificatos glorificauit. Ita diabolus homi-
nem quem per cõſenſionẽ ſeductum, tanquam iure in-
tegro poſsidebat, & ipſe nulla corruptiõe carnis & ſan-
guinis ſeptus, per iſtã corporis mortalis fragilitatem, ni-
mis egeno & infirmo, tanto ſuperbior, quãto velut di-
tior & fortior, quaſi pannoſo & ęrumnoſo dominaba-
tur, in ipſa morte carnis amiſit. Quò enim cadentẽ non
ſecutus impulit peccatorẽ, illuc deſcẽdentẽ perſecutus
compulit redemptorem. Sic in mortis conſortio filius
dei nobis fieri dignatus eſt amicus, quò nõ perueniẽdo
Ioan.15. meliorem ſe nobis atque maiorẽ putabat inimicus. Di-
cit enim redemptor noſter: Maiorẽ dilectionem nemo
habet, quàm vt animã ſuã ponat pro amicis ſuis. Quo-
circa etiam ipſo domino ſe credebat diabolus ſuperio-
B rem, inquantum illi dominus in paſsionibus ceſsit, quia
Pſal.8. & de ipſo intellectum eſt quod in Pſalmo legitur: Mi-
nuiſti eum paulominus ab angelis: vt ab iniquo velut
æquo iure aduerſum nos agente, ipſe occiſus innocens
eum iure æquiſsimo ſuperaret, atq; ita captiuitatẽ prop-
Ephe.4. ter peccatum factam captiuaret: nóſque liberaret à cap-
tiuitate propter peccatũ iuſta, ſuo proprio ſanguine in-
iuſte fuſo mortis chirographum delens, & iuſtificãdos
Coloſſ.2. redimens peccatores. Hinc etiam diabolus adhuc ſuos
illudit, quibus ſe per ſua ſacra velut purgãdis, & potius
implicandis atque mergẽdis, falſus mediator opponit,
quòd ſuperbis facillime perſuadet irridere atque con-
temnere mortem Chriſti, à qua ipſe quãto eſt alienior,
tanto ab eis creditur ſanctior atq; diuinior. Qui tamen
apud eum paucißimi remanſerunt, agnoſcentibus gen-
tibus, & pia humilitate bibentibus precium ſuum, eiuſq;
fiducia deſerentibus hoſtem ſuum, & cõcurrentibus ad
redemptorem ſuum. Neſcit enim diabolus quo modo
illo & inſidiante & furente vtatur ad ſalutem fidelium
ſuorum excellentiſsima ſapientia dei, à fine ſuperiore
quod eſt initium ſpiritalis creaturæ, vſque ad finem in-
C feriorem, quod eſt mors corporis, pertẽdens fortiter &
Sapien.7. diſponens omnia ſuauiter. Attingit enim vbiq; propter
Sapien.3. ſuam mundiciam, & nihil inquinatum in eam incurrit.
A morte autẽ carnis alieno diabolo vnde nimiũ ſuper-
bus incedit, mors alterius generis præparatur in æterno
igne tartari, quo non ſolum cum terrenis, ſed etiã cum
aëreis corporibus excruciari ſpiritus poſsint. Superbi au
tem homines quibus Chriſtus, quia mortuus eſt, viluit,
vbi nos tam magno precio emit, & iſtam mortẽ reddũt
cum hominibus conditioni ærumnoſæ naturę, quę tra-
hitur à primo peccato, & in illã cum illo pręcipitabun-
tur. Quem propterea Chriſto præpoſuerunt, quia eos in
iſtam deiecit, quò per diſtantem naturam ipſe nõ ceci-
dit, & quò propter eos per ingentem miſericordiam il-
le deſcendit: & tamen ſe dæmonibus eſſe meliores non
dubitant credere, eoſque maledictis omnibus inſectari
deteſtariq; nõ ceſſant, quos certe alienos ab huius mor-
tis paſsione nouerunt, propter quam Chriſtum cõtem-
nunt. Nec ſe volunt conſiderare, quàm fieri potuerit, vt
in ſe manens, nec per ſeipſum ex vlla parte mutabile dei
verbum, per inferioris tamen naturæ ſuſceptionem ali-
quid inferius pati poſſet, quod immundus dęmon, quia
terrenum corpus nõ habet, pati nõ poſsit. Sed cum ſint

ipſi dæmonibus meliores, tamen quia carnem portant, D
mori ſic poſſunt, quẽadmodum mori dæmones, qui eã
non portant: nõ vtique poſſunt. Et cum de ritibus ſacri-
ficiorum ſuorum multum præſumant, quæ ſe fallacibus
ſuperbiſque ſpiritibus immolare nõ ſentiunt, aut ſi iam
ſentiũt aliquid ſibi prodeſſe arbitrantur perfidorum &
inuidorum amiciciã, quorum intentionis nullum ne-
gocium eſt, niſi impeditio reditus noſtri: nõ intelligunt
ne ipſos quidẽ ſuperbiſsimos ſpiritus honoribus ſacrifi-
ciorũ gaudere potuiſſe, niſi vni vero deo pro quo coli
volunt, verum ſacrificium deberetur. Neque id poſſe *Chriſt⁹ per-*
rite offerri, niſi per ſacerdotẽ ſanctum & iuſtũ, nec niſi *fectiſsima*
ab eis accipiatur quod offertur, pro quibus offertur, atq; *victima.*
id ſine vicio ſit, vt pro vicioſis mundãdis poſsit offerri. *Cap.XIIII.*
Hoc certe omnes cupiunt, qui pro ſe offerri ſacrificium
deo volunt. Quis ergo tam iuſtus & ſanctus ſacerdos,
quàm vnicus filius dei, qui nõ opus haberet per ſacrifi-
cium ſua purgare peccata, nec originalia, nec ex huma-
na vita quæ addũtur? Et quid tam cõgruenter ab homi-
nibus ſumeretur quod pro eis offerretur, quàm humana
caro? Et quid tam aptum huic immolationi, quàm caro
mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis viciis E
mortalium, quàm ſine vlla contagione carnalis concu-
piſcentiæ, caro nata in vtero & ex vtero virginali? Et
quid tã grate offerri & ſuſcipi poſſet, quàm caro ſacrifi-
cij noſtri, corpus effectum ſacerdotis noſtri? Vt quoniã
quatuor conſiderantur in omni ſacrificio, cui offeratur,
à quo offeratur, quid offeratur, ꝓ quibus offeratur, idẽip-
ſe vnus veruſq; mediator, per ſacrificium pacis recõci-
liãs nos deo, vnũ cum illo maneret cui offerebat, vnum
in ſe faceret pro quibus offerebat, vnus ipſe eſſet qui of-
ferebat, & quod offerebat. Sunt autem quidam qui ſe *Purificatio-*
putant ad contemplandum deum, & inhærendum deo *nes huma-*
virtute propria poſſe purgari, quos ipſa ſuperbia maxi- *na pernicio*
me maculat. Nullum enim vicium eſt cui magis diuina *ſa. Ca.XV.*
lege reſiſtitur, & in quod magis accipiat dominandi ius
ille ſuperbiſsimus ſpiritus: ad ima mediator, ad ſumma
intercluſor: niſi occulte inſidians alia via deuitetur, aut
per populum deficientẽ, quod interpretatur, Amalech,
aperte ſæuiens, & ad terrã repromiſsionis repugnando
tranſitum negãs, per crucem domini quæ Moyſi mani- *Exod.17.*
bus extenſis eſt pręfigurata ſuperetur. Hanc enim purga-
tionẽ ſibi iſti virtute propria pollicentur, quia nõnulli F
eorum potuerunt aciem mentis vltra omnem creaturã
tranſmittere, & lucem incõmutabilis veritatis quantu-
lacunque ex parte cõtingere, quod Chriſtianos multos
ex fide interim ſola viuentes, nõdum potuiſſe derident.
Sed quid prodeſt ſuperbienti, & ob hoc erubeſcenti li-
gnum conſcendere, de longinquo proſpicere patriam
trãſmarinam? Aut quid obeſt humili de tãto interuallo
nõ eam videre, in illo ligno ad eam venienti, quo dedi-
gnatur ille portari? Hi etiã reſurrectionẽ carnis nos *Vaticinia*
credere reprehendunt, ſibique potius etiam de his rebus *mundi.*
credi volunt. Quaſi vero quia præcelſam incõmutabi- *Cap.XVI.*
lemq; ſubſtãtiam, per illa quæ facta ſunt intelligere po- *Roma.1.*
tuerunt, propterea de conuerſione rerum mutabilium,
aut de cõtexto ſeculorum ordine conſulendi ſint. Nun-
quid enim quia veriſsime diſputant, & documẽtis cer-
tiſsimis perſuadent, æternis rationibus omnia tẽporalia
fieri, propterea potuerunt in ipſis rationibus perſpicere,
vel ex ipſis colligere quæ ſint animaliũ genera, quæ ſe-
mina ſingulorũ in exordiis, qui modus in incrementis,
qui numeri per conceptus, per ortus, per ætates, per oc-
caſus, qui motus in appetendis quæ ſecundum naturam
ſunt, fugiendiſq; contrariis? Nõnne iſta omnia, non per
illam

G illam incommutabilem ſapiẽtiam, ſed per locorum ac temporum hiſtoriam quæſierunt,& ab alus experta atq; conſcripta crediderunt? Quo minus mirãdum eſt, nullo modo eos potuiſſe prolixiorum ſeculorum ſeriẽ veſtigare,& quandam metam eius excurſus, quo tanquam fluuio genus decurrit humanũ, atq; inde conuerſionem ad ſuum cuique debitum terminum. Iſta enim nec Hiſtorici ſcribere potuerũt longe futura & à nullo experta atque narrata. Nec iſti Philoſophi cęteris meliores in illis ſummis æterniſq; rationibus intellectu talia contẽplati ſunt. Alioquin non eiuſdem generis præterita quę potuerunt hiſtorice inquirerẽt, ſed potius & futura prænoſcerent. Quod qui potuerunt, ab eis vates, à noſtris Prophetæ appellati ſunt. Quanquã & Prophetarum nomen nõ omnino alienum eſt à literis eorum, ſed plurimum intereſt vtrum experimento pręteritorum futura coniiciantur. Sicut medici multa præuidendo, etiam literis mandauerunt, quæ ipſi experta notauerunt: Sicut denique agricolæ vel etiam nautæ multa prænunciant.

Futura quot modis præſciãtur. Cap. XVII.

H Talia enim ſi ex lõgis interuallis temporum fiant, diuinationes putantur. An vero iam ventura præſenſerint, & longe viſa veniẽtia nuncient, pro acuto ſenſu videntium, quod cũ faciunt aërEę poteſtates diuinare creduntur: tanquam ſi quiſquã de mõtis vertice aliquem longe videat venientem,& proxime in campo habitãtibus ante nunciet: an ab angelis ſanctis quibus ea deus per verbum ſapientiamq; ſuam indicat, vbi & futura & pręterita ſtant, vel quibuſdã prænunciẽtur hominibus, vel ab eis audita, rurſus ad alios homines trãſmittantur: an ipſorum hominum quorundam mentes intantum euehantur ſpiritu ſancto, vt nõ per angelos, ſed per ſeipſas futurorum inſtantes cauſas, in ipſa ſumma rerũ arce cõſpiciant. Audiunt enim iſta & aëreæ poteſtates, ſiue angelis ea nunciantibus, ſiue hominibus,& tãtum audiunt quantum opus eſſe ille iudicat, cui ſubiecta ſunt omnia. Multa etiam prædicuntur inſtinctu quodã, impulſo ſpiritu neſcientium, ſicut Caiphas neſciuit quid dixit, ſed cum eſſet Pontifex prophetauit. Ergo de ſucceſsionibus ſeculorum,& de reſurrectione mortuorũ, Philoſophos nec illos conſulere debemus qui creatoris ęternitatem, in quo viuimus, mouemur & ſumus, quãtum potuerunt intellexerunt. Quia per ea quæ facta ſunt cognoſcentes deum, nõ ſicut deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt,

Hanc orationẽ videtur nõ abſoluiſſe. Deeſt enim incertum eſt aut ſimile quidpiam, niſi mutes verbi modũ præſenſerunt &c.

Ioan. 11.

Acto. 17.

Rom. 1.

I ſed dicentes ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt. Et cum idonei non eſſent, in æternitatem ſpiritalis incommutabiliſque naturæ aciem mentis tam conſtanter infigere, vt in ipſa ſapientia conditoris atque rectoris vniuerſitatis viderẽt volumina ſeculorum, quę ibi iam eſſent & ſemper eſſent, hic autem futura eſſent, vt nõ eſſent: atque vt ibi viderent cõuerſiones in melius, non ſolum animorum, ſed etiam corporum humanorum vſq; ad ſui modi perfectionem: cum ergo ad hæc vidẽda nullo modo eſſent idonei, ne ad illud quidẽ digni habiti ſunt, vt eis iſta per ſanctos angelos nunciarẽtur: ſiue forinſecus per ſenſus corporis, ſiue interioribus reuelationibus in ſpiritu expreſsis: ſicut patribus noſtris vera pietate pręditis hæc demonſtrata ſunt: qui ea prædicẽtes vel de pręſentibus ſignis vel de proximis rebus, ita vt prædixerant, factis fidem faciẽtes, authoritatẽ cui de longe futuris vſq; in ſeculi finem crederetur, habere meruerũt. Poteſtates autem aëreæ ſuperbę atque fallaces, etiam ſi quædam de ſocietate & ciuitate ſanctorum, & de vero mediatore à ſanctis Prophetis vel angelis audita per ſuos vates dixiſſe reperiuntur, id egerunt vt per hęc aliena vera, etiã fideles dei ſi poſſent ad ſua falſa traducerent. Deus autem per neſcientes id egit, vt veritas vndique reſonaret K fidelibus in adiutorium, impiis in teſtimonium. Quia igitur ad æterna capeſſenda idonei nõ eramus, ſordeſq; peccatorum noſtrorum nos prægrauabant tẽporalium rerum amore contractæ, & de propagine mortalitatis tanquam naturaliter inolitæ, purgandi eramus. Purgari autem vt cõtemperaremur æternis, non niſi per temporalia poſſemus, qualibet iam cõtẽperati tenebamur. Sanitas enim à morbo plurimum diſtat, ſed medici curatio niſi morbo congruat, nõ perducit ad ſanitatem. Inutilia temporalia decipiunt ægrotos, vtilia temporalia ſuſcipiunt ſanãdos,& traiiciunt ad ęterna ſanatos. Mẽs autem rationalis ſicut purgata cõtemplationem debet rebus æternis, ſic purganda temporalibus fidem. Dixit quidam & illorum qui quondam apud Græcos ſapientes habiti ſunt, Quantum ad id quod ortum eſt æternitas valet, tantum ad fidem veritas. Et profecto eſt vera ſententia. Quod enim nos temporale dicimus, hoc ille quod ortum eſt appellauit. Ex quo genere etiam nos ſumus, non tantum ſecundũ corpus, ſed etiam ſecundum L animi mutabilitatem. Non enim proprie vocatur æternum, quod aliqua ex parte mutatur. Inquantum igitur mutabiles ſumus, intantum ab ęternitate diſtamus. Promittitur autem nobis vita æterna per veritatem, à cuius perſpicuitate rurſus tantum diſtat fides noſtra, quãtum ab æternitate mortalitas. Nunc ergo adhibemus fidem rebus tẽporaliter geſtis propter nos, & per ipſam mundamur, vt cum ad ſpeciem venerimus, quemadmodum ſuccedit fidei veritas, ita mortalitati ſuccedat æternitas. Quapropter quoniam fides noſtra fiet veritas, cum ad id quod nobis credentibus promittitur, peruenerimus: promittitur autẽ nobis vita æterna: & dixit veritas, non quæ fiet ſicut futura eſt fides noſtra, ſed quæ ſemper eſt veritas, quia ibi eſt æternitas: dixit ergo veritas, Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te vnum verũ deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtum: cum fides noſtra videndo fiet veritas, tunc mortalitatem noſtram commutatam tenebit æternitas. Quod donec fiat & vt fiat, quia rebus ortis accõmodamus quidem fidem credulitatis, ſicut in æternis ſperamus veritatem cõtemplationis, ne fides mortalis vitæ diſſonaret à veritate æternę vitæ, ipſa veritas patri coæterna de terra orta eſt, cum filius dei ſic venit vt fieret filius hominis,& ipſe quidem in ſe exciperet fidẽ noſtram, qua nos perduceret ad veritatem M ſuam, qui ſic ſuſcepit mortalitatem noſtram vt non amitteret æternitatem ſuam. Quantum enim ad id quod ortum eſt æternitas valet, tantum ad fidẽ veritas. Ita ergo nos purgari oportebat, vt ille nobis fieret ortus qui maneret ęternus, nec alter nobis eſſet in fide alter in veritate. Nec ab eo quòd orti ſumus, ad æterna trãſire poſſemus, niſi ęterno per ortum noſtrum nobis ſociato, ad æternitatẽ ipſius traiiceremur. Nunc itaque illuc quodam modo ſecuta eſt fides noſtra, quò aſcẽdit in quem credimus, ortus, mortuus, reſuſcitatus, aſſumptus. Horũ quatuor, duo priora noueramus in nobis. Scimus enim homines & oriri & mori: Duo autem reliqua, id eſt reſuſcitari & aſſumi, iuſte in nobis futura ſperamus, quia in illo facta credidimus. Itaque in illo quia & id quod ortum erat tranſiit ad æternitatem, tranſiturũ eſt & noſtrum, cum fides peruenerit ad veritatẽ. Iam enim credentibus vt in verbo fidei manerent, & inde ad veritatem, ac per hoc ad æternitatẽ perducti à morte liberarentur, ita loquitur: Si manſeritis in verbo meo, vere diſcipuli mei eritis. Et quaſi quærerent, quo fructu: ſecutus ait: Et cognoſcetis veritatẽ. Rurſus quaſi dicerent: Quid prodeſt

Per fidẽ eruehimur ad incõmutabilem veritatem. Ca. XVIII.

Ioan. 17.

Pſal. 84.

Ioan. 8.

A prodeſt mortalibus veritas? Et veritas, inquit, liberabit vos. Vnde niſi à morte, à corruptione, à mutabilitate? Veritas quippe immortalis, incorrupta, incommutabilis permanet. Vera autem immortalitas, vera incorruptibilitas, vera incõmutabilitas, ipſa eſt æternitas. *Filius quo modo fact' minor. Cap. XIX.* Ecce ad quod miſſus eſt filius dei, imò vero ecce quid eſt miſſum eſſe filium dei? Quæcunque propter faciendam fidem qua mundaremur ad contemplandam veritatẽ in *Acto. 15.* rebus ortis ab æternitate prolatis, & ad æternitatem relatis temporaliter geſta ſunt, aut teſtimonia miſsionis huius fuerunt, aut ipſa miſsio filij dei. Sed teſtimonia quædam venturum prænunciauerunt, quædam veniſſe teſtata ſunt. Factum quippe creaturã per quem facta eſt omnis creatura, omnem creaturã teſtem habere oportebat. Niſi enim multis miſsis prædicaretur vnus, non multis dimiſsis teneretur vnus. Et niſi talia eſſent teſtimonia quæ paruis magna eſſe viderentur, non crederetur ille ita magnus, vt magnos faceret magnus qui ad paruos miſſus eſt paruus. Incõparabiliter enim maiora filij dei facta ſunt cœlum & terra, & omnia quæ in eis ſunt, quia omnia per ipſum facta ſunt, quàm ſigna & *Ioan. 1.* portẽta quæ in eius teſtimonium proruperunt. Sed ta- B mẽ homines vt hæc magna per eum facta parui crede- *Galat. 4.* rent, illa parua tanquam magna tremuerunt. Cum ergo venit plenitudo tẽporis, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factũ ſub lege, vſqueadeo paruũ, vt factum, eo itaque miſſum quo factum. Si ergo maior mittit minorem, fatemur & nos factum minorem, & in tantum minorẽ inquantum factum, & intãtum factum inquan- *1. ſen. diſt. 16. cap. ſed prius quæ.* tum miſſum. Miſit enim filium ſuum factum ex muliere, per quẽ tamẽ quia facta ſunt omnia, nõ ſolum priuſquam factus mitteretur, ſed priuſquã eſſent omnia, eundem mittenti confitemur æqualem, quem dicimus miſſum minorem. Quo modo ergo ante iſtã plenitudinem temporis, qua eum mitti oportebat, priuſquã miſſus eſſet videri à patribus potuit, cum eis angelica quædã viſa demonſtrarentur, quãdo nec iam miſſus, ſicut æqualis eſt patri videbatur? Vnde enim dicit Philippo, à quo vtique ſicut à cęteris, & ab ipſis à quibus crucifixus eſt in carne videbatur, Tãto tempore vobiſcum ſum & non *Ioan. 14.* cognouiſtis me? Philippe qui me videt, videt & patrem: niſi quia videbatur & non videbatur? Videbatur ſicut miſſus factus fuerat, nõ videbatur ſicut per eum omnia *Ioan. 1.* facta erant. Aut vnde etiam illud dicit: Qui habet man- C data mea & ſeruat ea, ipſe eſt qui diligit me: & qui dili- *Ioan. 14.* git me, diligetur à patre meo, & ego diligã eum & manifeſtabo ei meipſum: cum eſſet manifeſtus ante oculos *Ioan. 1.* hominum, niſi quia carnem, quod verbum in plenitudine tẽporis factum erat, ſuſcipiendã noſtræ fidei porrigebat: Ipſum autẽ verbum per quod omnia facta erãt, purgatæ per fidem menti contemplandum in ęternitate ſeruabat? *Mittens & miſſus æquales. Cap. XX.* Si autem ſecundum hoc miſſus à patre filius dicitur, quia ille pater eſt, ille filius, nullo modo impedit vt credamus, ęqualem patri eſſe filium & conſubſtantialẽ & coęternum, & tamen à patre miſſum filium. Non quia ille maior eſt ille minor, ſed quia ille pater, ille filius: ille genitor, ille genitus: Ille à quo eſt qui mittitur, ille qui eſt ab eo qui mittit. Filius enim à patre eſt, nõ *Ioan. 1.* pater à filio. Secundum hoc iam poteſt intelligi, nõ tantum ideo dici miſſus filius, quia verbũ caro factum eſt, ſed ideo miſſus vt verbũ caro fieret, & per præſentiam corporalẽ illa quę ſcripta ſunt operaretur: id eſt vt non tãtum homo miſſus intelligatur quod verbum caro factum eſt, ſed & verbum miſſum vt homo fieret: quia nõ ſecundum imparem poteſtatem vel ſubſtãtiam vel aliquid quod deo patri nõ ſit æquale miſſus eſt, ſed ſecun- D dum id quod filius à patre eſt, nõ pater à filio: Verbum enim patris eſt filius, quod & ſapiẽtia eius dicitur. Quid *Sapien. 7.* ergo mirum ſi mittitur, non quia inæqualis eſt patri, ſed quia eſt manatio quædam claritatis omnipotentis dei ſyncera: Ibi autem quod manat, & de quo manat vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ eſt. Neq; enim ſicut aqua de foramine terrę aut lapidis manat, ſed ſicut lux de luce. Nam *Ibidem.* quod dictum eſt: Candor eſt enim lucis æternæ, quid aliud dictũ eſt, quàm lux eſt lucis æternæ? Candor quippe lucis, quid niſi lux eſt? Et ideo coæterna luci, de qua lux eſt. Maluit autem dicere, candor lucis, quàm lux lucis, ne obſcurior putaretur iſta quæ manat, quàm illa de qua manat. Cum enim auditur candor eius eſſe iſta, facilius eſt vt per hanc lucere illa, quàm hęc minus lucere credatur. Sed quia cauendum nõ erat ne minor lux illa putaretur quæ iſtam genuit, hoc enim nullus vnquã hęreticus auſus eſt dicere, nec credendum eſt aliquẽ auſurum, illi cogitationi occurrit ſcriptura quã poſſet videri obſcurior lux iſta quæ manat, quàm illa de qua manat. Quam ſuſpicionẽ tulit, cum ait: Candor eſt illius, id eſt, lucis æternæ, atque ita oſtẽdit æqualem. Si enim hæc minor eſt, obſcuritas illius eſt, non candor illius Si autẽ E maior eſt, non ex ea manat: Non enim vinceret de qua genita eſt. Quia ergo ex illa manat, non eſt maior quàm illa. Quia vero nõ obſcuritas illius ſed candor illius eſt, non eſt minor, æqualis eſt ergo. Neque hoc mouere debet, quia dicta eſt manatio quædam claritatis omnipotentis dei ſyncera: tãquam ipſa non ſit omnipotens, ſed omnipotentis manatio. Mox enim de illa dicitur: Et cũ *Sapien. 7.* ſit vna, omnia poteſt. Quis eſt autem omnipotens, niſi qui omnia poteſt? Ab illo itaq; mittitur, à quo emanat. Sic enim expetitur ab illo, qui amabat eam & deſiderabat eam. Emitte, inquit, illã de ſanctis cœlis tuis, & mit- *1. ſen. diſt. 15. cap. ad quod.* te illam à ſede magnitudinis tuæ vt mecum ſit, & mecũ laboret, id eſt doceat me laborare ne laborem. Labores enim eius, virtutes ſunt (de quibus iam dictum eſt.) Sed *1. ſen. diſt. 15. cap. ecce diſtincti.* aliter mittitur vt ſit cum homine, aliter miſſa eſt vt ipſa ſit homo. In animas enim ſanctás ſe trãsfert, atque amicos dei & Prophetas conſtituit, ſicut etiam implet ſanctos angelos, & omnia talibus miniſteriis congrua per *Galat. 4.* eos operatur. Cum autem venit plenitudo tẽporis, miſſa eſt, non vt impleret angelos, nec vt eſſet angelus, niſi inquantum cõſilium patris annunciabat, quod & ipſius F erat, Nec vt eſſet cũ hominibus, aut in hominibus: Hoc *Ioan. 1.* enim & antea in patribus & Prophetis: ſed vt ipſum verbum caro fieret, id eſt homo fieret: in quo futuro reuelato ſacramẽto, etiam eorum ſapientium atq; ſanctorum ſalus eſſet, qui priuſquã ipſe de virgine naſceretur, de mulieribus nati ſunt, & in quo facto atque prædicato ſalus ſit omnium credentium, ſperantiũ, diligentium. Hoc enim magnum pietatis eſt ſacramẽtum, quod ma- *1. Tim. 3.* nifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Ab illo ergo mittitur dei verbũ, cuius eſt verbum. Ab illo mittitur de quo na- *1. ſen. diſt. 15. ca. diligenter.* tum eſt. Mittit qui genuit, mittitur quod genitum eſt. Et tunc vnicuique mittitur, cum à quoquam cognoſcitur atque percipitur quantũ cognoſci & percipi poteſt pro *1. ſen. diſt. 15. cap. ad quod.* captu, vel proficientis in deum, vel perfectæ in deo animæ rationalis. Non ergo eoipſo quo de patre natus eſt, miſſus dicitur filius: Sed vel eo quòd apparuit huic mũ- *1. ſen. di. 15. ca. ad quod dicimus.* do verbũ caro factum: Vnde dicit, Exiui à patre & veni in hunc mundũ: Vel eo quòd ex tẽpore cuiuſque mente percipitur, ſicut dictum eſt, Mitte illam vt mecum ſit,

& mecum

G & mecum laboret. Quod ergo oatum eſt ab æterno, æ-
Sapien.9. ternum eſt: Candor eſt enim lucis æternæ. Quod autem
1.Timo.3. mittitur ex tempore, à quoquã cognoſcitur. Sed cum in
Galat.4. carne manifeſtatus eſt filius dei, in hunc mundum miſ-
1.Corin.1. ſus eſt in plenitudine temporis, factus ex fœmina. Quia
Ioan.1. enim in ſapientia dei non poterat mundus cognoſcere
per ſapientiã deum, quoniã lux lucet in tenebris, & te-
nebræ eam non cõprehenderunt, placuit deo per ſtulti-
1.Cor.1. tiam prædicationis ſaluos facere credentes, vt verbum
Ioan.1. caro fieret & habitaret in nobis. Cum autem ex tempo-
1. ſen. diſt. re cuiuſque profectus mente percipitur, mitti quidẽ di-
15. ca. præ- citur, ſed non in hunc mundum. Neque enim ſenſibili-
terea. ter apparet, id eſt corporeis ſenſibus præſto eſt. Quia &
nos ſecundum quod mente aliquid æternum quantum
poſſumus capimus, nõ in hoc mundo ſumus. Et omniũ
iuſtorum ſpiritus, etiã adhuc in hac carne viuẽtium, in-
quãtum diuina ſapiunt, nõ ſunt in hoc mundo. Sed pa-
ter cum ex tempore à quoquã cognoſcitur, non dicitur
miſſus: Nõ enim habet de quo miſſus ſit, aut ex quo pro-
Eccli.24. cedat, Sapiẽtia quippe dicit: Ego ex ore altiſsimi prodi-
Ioan.15. ui. Et de ſpiritu ſancto dicitur, à patre procedit, pater
H vero à nullo. Sicut ergo pater genuit, filius genitus eſt,
3. ſen. diſt. ita pater miſit, filius miſſus eſt. Sed quẽadmodũ qui ge-
1. cap. dili- nuit & qui genitus eſt, ita & qui miſit & qui miſſus eſt
genter. vnũ ſunt, quia pater & filius vnum ſunt: Ita etiã ſpiritus
Ioan.10. ſanctus vnum cum eis eſt, quia hæc tria vnũ ſunt. Sicut
1. ſen. diſt. enim natum eſſe eſt filio à patre eſſe, ita mitti eſt filio, co
18. cap. do- gnoſci quòd ab illo ſit. Et ſicut ſpiritui ſancto donũ dei
num vero. eſſe eſt à patre procedere, ita mitti eſt cognoſci quòd ab
illo procedat. Nec poſſumus dicere quòd ſpiritus ſan-
ctus & à filio non procedat: Neq; enim fruſtra idẽ ſpiri-
tus & patris & filij ſpirit⁹ dicitur. Nec video quid aliud
ſignificare voluerit, cum ſufflans in faciẽ diſcipulorum,
Ioan.20. ait, Accipite ſpiritum ſanctũ. Neq; enim flatus ille cor-
poreus, cum ſenſu corporaliter tangendi procedens ex
corpore, ſubſtantia ſpiritus ſancti fuit, ſed demõſtratio
per congruam ſignificationẽ, non tãtum à patre, ſed &
Acto.2. à filio procedere ſpiritum ſanctũ. Quis enim dementiſ-
ſimus dixerit, alium fuiſſe ſpiritum quẽ ſufflans dedit, &
1. Corin.12. alium quem poſt aſcenſionẽ ſuam miſit? Vnus enim ſpi-
ritus, eſt ſpiritus dei, ſpiritus patris & filij, ſpiritus ſan-
ctus qui operatur omnia in omnibus. Sed quod bis da-
tus eſt, diſpenſatio certè ſignificationis fuit, de qua ſuo
I loco quãtum dominus dederit diſſeremus. Quod ergo
Ioan.15. ait dominus, Quem ego mittam vobis à patre: oſtendit
ſpiritum & patris & filij: quia etiã cum dixiſſet, quẽ mit-
tet pater: addidit, in nomine meo: non tamen dixit, quẽ
mittet pater à me: quẽadmodum dixit, quem ego mit-
tam vobis à patre: videlicet oſtendẽs quod totius diui-
1. ſen. diſt. nitatis, vel ſi melius dicitur, deitatis, principiũ pater eſt.
15. cap. Hic Qui ergo à patre procedit & filio, ad eũ refertur à quo
quæritur. natus eſt filius. Et quod dicit Euangeliſta, Spiritus non-
& diſ. 29. dum erat datus, quia Ieſus nõdum erat clarificatus: quo
c.1. modo intelligitur, niſi quia certa illa ſpiritus ſancti da-
Ioan.7. tio vel miſsio poſt clarificationem Chriſti futura erat
qualis nunquã antea fuerat. Neq; enim antea nulla erat,
ſed talis nõ fuerat. Si enim antea ſpiritus ſanctus nõ da-
batur quo impleti Prophetę locuti ſunt, cũ aperte ſcrip-
tura dicat, & multis locis oſtendat ſpiritu ſancto eos lo
Luca.1. cutos fuiſſe: cum & de Ioanne Baptiſta dictum ſit, Spiri-
tu ſancto replebitur iam inde ab vtero matris ſuę: & ſpi
Ibidem. ritu ſancto replet⁹ Zacharias inuenitur pater eius, vt de
illo talia diceret: & ſpiritu ſancto Maria, vt talia de do-
mino quẽ geſtabat vtero prædicaret: ſpiritu ſancto Si-
Luca.2. meõ & Anna, vt magnitudinem Chriſti paruuli agno-

ſcerent: quo modo ergo ſpiritus nondũ erat datus, quia K
Ieſus nondũ erat clarificatus, niſi quia illa datio, vel do- *Ioan.7.*
natio, vel miſsio ſpiritus ſancti, habitura erat quandam
proprietatẽ ſuam in ipſo aduentu, qualis antea nonquã
fuit? Nuſquã enim legimus, linguis quas nõ nouerãt ho- *Acto.2.*
mines locutos, veniẽte in ſe ſpiritu ſancto, ſicut tunc fa-
ctum eſt, cum oporteret eius aduentũ ſignis ſenſibilibus
demõſtrari, vt oſtẽderetur totum orbem terrarum atq;
omnes gentes in linguis variis cõſtitutas, credituras in
Chriſtũ per donum ſpiritus ſancti, vt impleretur quod
in Pſalmo canitur, Non ſunt loquelæ neque ſermones, *Pſal.18.*
quorum non audiãtur voces eorum: In omnem terram
exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.
Verbo itaque dei ad vnitatẽ perſonæ copulatus, & quo- *Cõmixtus.*
dam modo cõmixtus eſt homo, cum veniente plenitu- *Galat.4.*
dine temporis miſſus eſt in hũc mundum, factus ex fœ-
mina filius dei, vt eſſet & filius hominis propter filios
hominum. Hanc perſonã angelica natura figurare an-
tea potuit, vt prænunciaret, nõ expropriare vt ipſa eſſet.
De ſenſibili autem demonſtratione ſpiritus ſancti, ſi- L
ue per columbæ ſpeciem, ſiue per linguas igneas, cum e- *De ſenſibili*
ius ſubſtantiam patri & filio coęternam, pariterq; incõ- *demonſtra-*
mutabilẽ ſubdita & ſeruiens creatura tẽporalibus moti- *tione ſancti*
bus & formis oſtenderet, cũ ad eius perſonæ vnitatem, *ſpiritus, &*
ſicut caro quod verbũ factum eſt non copularetur, non *de coæterni*
audeo dicere nihil tale factum eſſe antea. Sed planè fi- *tate Trini-*
dẽter dixerim, patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum vnius *tatis. Cap.*
eiuſdemq; ſubſtantiæ, deum creatorem, trinitatem om- *XXI.*
nipotentem inſeparabiliter operari, ſed ita nõ poſſe per *Matth. 10.*
longe imparem maximeq; corpoream creaturam inſe- *Acto.2.*
parabiliter demõſtrari, ſicut per voces noſtras quę vtiq; *Ioan.1.*
corporaliter ſonant, non poſſunt pater & filius & ſpiri-
tus ſanctus, niſi ſuis & propriis interuallis temporũ cer-
ta ſeparatione diſtinctis, quę ſuæ cuiuſque vocabuli ſyl-
labæ occupant, nominari. In ſua quippe ſubſtantia qua
ſunt tria, vnũ ſunt pater & filius & ſpirit⁹ ſanctus, nullo
temporali motu ſuper omnem creaturam idipſum ſine
vllis interuallis temporum vel locorum, & ſimul vnum
atque idem ab æternitate in æternitatem, tanquam ipſa
æternitas quæ ſine veritate & charitate non eſt. In meis
autẽ vocibus ſeparati ſunt pater & filius & ſpiritus ſan-
ctus, nec ſimul dici potuerũt, & in literis viſibilibus ſua
ſeparatim locorũ ſpacia tenuerunt. Et quẽadmodũ cum
memoriã meam & intellectum & volũtatem nomino, M
ſingula quidem nomina ad res ſingulas referuntur, ſed
tamen ab hominibus tribus ſingula facta ſunt: nullum
enim horũ trium nominum eſt, quod non & memoria
& intellectus & voluntas mea ſimul operata ſint: Ita tri-
nitas ſimul operata eſt, & vocem patris, & carnem filij,
& columbam ſpiritus ſancti, cum ad ſingulas perſonas
hæc ſingula referantur. Qua ſimilitudine vtcunque co- *Matth.3.*
gnoſcitur inſeparabilem in ſeipſa Trinitatẽ per viſibilis *Acto.2.*
creaturæ ſpeciem ſeparabiliter demõſtrari, & inſepara-
bilem Trinitatis operationem, etiam in ſingulis eſſe re-
bus, quæ vel ad patrẽ, vel ad filium, vel ad ſpiritum ſan-
ctum demonſtrandum propriè pertinere dicuntur. Si
ergo à me quæritur, quo modo factæ ſint vel voces vel
ſenſibiles formæ atque ſpecies ante incarnationem ver-
bi dei quæ hoc futurum præfigurarent, per angelos ea
deum operatum eſſe reſpõdeo, quod etiã ſcripturarum
ſanctarum teſtimoniis quantum exiſtimo ſatis oſtendi.
Si autem quæritur ipſa incarnatio quo modo facta ſit, *3. ſen. diſt.*
ipſum verbũ dei, dico carnem factum, id eſt hominem *6. cap. Ne*
factum, non tamen in hoc quod factum eſt conuerſum *autem.*
atque mutatũ: ita ſanè factum, vt ibi ſit nõ tantum ver-
bum

A bum dei,& hominis caro,ſed etiam rationalis hominis
anima, atque hoc totum & deus dicatur propter deum
Act.13. & homo propter hominem. Quod ſi difficile intelligi-
tur,mens fide purgetur, magis magiſq; abſtinẽdo à pec-
catis,& bene operãdo & orãdo cum gemitu deſiderio-
rum ſanctorum , vt per diuinũ adiutorium proficiẽdo,
& intelligat,& amet. Si autẽ quæritur poſt incarnatio-
nem verbi,quo modo facta ſit vel vox patris,vel ſpecies
corporalis qua ſpirit⁹ ſanctus demõſtratus eſt, per crea-
turam quidem facta iſta nõ dubito: ſed vtrum tantum-
modo corporalẽ atq; ſenſibilẽ : an adhibito ſpiritu etiã
rationali vel intellectuali,hoc enim quibuſdam placuit
appellare,quod Græci dicunt νοερὸν :non quidẽ ad vni-
tatem perſonæ,quis enim hoc dixerit,vt quicquid illud
eſt creaturæ per quod ſonuit vox patris , ita ſit deus pa-
ter,aut quicquid illud eſt creaturæ in quo per columbæ
ſpeciẽ vel per igneas linguas ſpiritus ſanctus demõſtra-
tus eſt,ita ſit ſpiritus ſanctus,ſicut eſt dei filius homo ille
qui de virgine factus eſt:ſed tãtummodo ad miniſteriũ
peragendæ ſignificationis, ſicut oportuiſſe deus iudica-
uit:an aliquid aliud intelligendum ſit,inuenire difficile
B eſt,& temere affirmare non expedit. Quo modo tamen
iſta ſine rationali vel intellectuali creatura potuerint
fieri, nõ video. Neque adhuc locus eſt explicare,cur ita
ſentiã,quãtum vires dominus dederit . Prius enim ſunt
diſcutienda & refellenda hæreticorum argumẽta , quæ
nõ ex diuinis libris,ſed ex rationibus ſuis proferũt, qui-
bus ſe vehementer cogere arbitrantur teſtimonia ſcrip-
turarũ quæ de patre & filio & ſpiritu ſancto ſunt,ita eſſe
intelligẽda vt ipſi volunt. Nunc autẽ non ideo minorẽ
filium quia miſſus eſt à patre,nec ideo minorẽ ſpiritum
ſanctũ quia & pater eum miſit & filius, ſufficienter quã-
1. ſen. diſt. tum arbitror demõſtratum eſt . Siue enim propter viſi-
25.ca.ideo- bilem creaturam , ſiue potius propter principij cõmen-
que puta- dationem,nõ propter inæqualitatem vel imparilitatem
uerunt. vel diſsimilitudinem ſubſtantiæ in ſcripturis hæc poſi-
ta intelliguntur:quia etiã ſi voluiſſet deus pater per ſub-
iectam creaturam viſibiliter apparere, abſurdiſsime ta-
men aut à filio quem genuit, aut à ſpiritu ſancto qui de
1. ſen. diſt. illo procedit,miſſus diceretur.Iſte igitur ſit huius volu-
1.ca. diligẽ minis modus , deinceps in cæteris adiuuante domino,
ter vero. illa hæreticorum verſutiſsima argumenta qualia ſint &
C quemadmodum redarguantur videbimus.

Libri quarti Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi de Trinitate Liber quintus.

De deo quo modo cogitandum. Cap.I.

HINC iam exordiens ea dicere quæ
dici vt cogitãtur vel ab homine a-
liquo vel certe à nobis non omni-
modo poſſunt : quanuis & ipſa no-
ſtra cogitatio, cum de dei Trinita-
te cogitamus,lõgè ſe illi de quo co-
gitat,imparem ſentiat, neque vt eſt
eum capiat,ſed vt ſcriptũ eſt,etiam à tantis quãtus Pau-
lus Apoſtol⁹ hic erat,per ſpeculũ & in ænigmate videa-
tur:primum ab ipſo domino deo noſtro de quo ſemper
cogitare debemus,& de quo digne cogitare non poſſu-
mus, cui laudãdo reddenda eſt omni tempore benedi-
ctio,& cui enunciãdo nulla competit dictio,& adiuto-
rium ad intelligenda atque explicanda quæ intendo,&
veniã precor ſicubi offendo.Memor ſum enim,non ſo-
lum voluntatis, verumetiam infirmitatis meæ.Ab his e- D
tiam qui iſta lecturi ſunt vt ignoſcant peto,vbi me ma-
gis voluiſſe quàm potuiſſe dicere aduerterint, quod vel
ipſi melius intelligunt, vel propter mei eloquij difficul-
tatem non intelligunt,ſicut ego eis ignoſco vbi propter
ſuam tarditatẽ me intelligere nõ poſſunt. Facilius enim
nobis inuicem ignoſcimus, ſi nouerimus, aut certe cre-
dendo firmum tenuerimus , ea quæ de natura incõmu-
tabili & inuiſibili, ſummeq; viuente ac ſibi ſufficiẽte di-
cuntur,non ex cõſuetudine viſibilium atq; mutabilium
& mortalium vel egenarũ rerum eſſe metiẽda: ſed cum
in his etiam quæ noſtris corporalibus adiacẽt ſenſibus,
vel quod nosipſi in interiore homine ſumus, ſciẽtia cõ-
prehendẽdis laboremus nec ſufficiamus, nõ tamen im-
pudẽter in illa quæ ſupra ſunt diuina & ineffabilia, pie-
tas fidelis ardeſcit,nõ quam ſuarum virium inflat arro-
gantia,ſed quam gratia ipſius creatoris & ſaluatoris in-
flammat. Nam quo intellectu deum capit homo,qui ip-
ſum intellectum ſuum quo eum vult capere nõdum ca-
pit? Si autem hunc iam capit,attẽdat diligenter nihil eo
eſſe in ſua natura melius, & videat vtrum ibi videat vl-
la lineamẽta formarum, nitores colorũ,ſpacioſam grã- E
ditatem,partium diſtantiam, molis diſtenſionẽ,aliquas
per locorum interualla motiones , vel quid eiuſmodi.
Nihil certe iſtorum inuenimus in eo,quo in natura no-
ſtra nihil melius inuenimus , id eſt in noſtro intellectu,
quo ſapientiam capimus quantũ capaces ſumus. Quod *1. ſen. diſt.*
ergo nõ inuenimus in meliore noſtro,non debemus in *8.ca.Quod*
illo quærere, quod longe melius eſt meliore noſtro. Vt *autem.*
ſic intelligamus deum ſi poſſumus quãtũ poſſumus ſine
qualitate bonũ, ſine quantitate magnũ, ſine intelligẽtia
creatorem,ſine ſitu præſentem, ſine habitu omnia cõti-
nentẽ,ſine loco vbiq; totum , ſine tẽpore ſempiternum,
ſine vlla ſui mutatione mutabilia facientem, nihilq; pa-
tientem. Quiſquis deum ita cogitat,etſi nondum poteſt *1. ſen. diſt.*
omnium inuenire quid ſit,pie tamen cauet, quantũ po- *8.cap.1.*
teſt aliquid de eo ſentire quod non ſit. Eſt tamen ſine *Solus deus*
dubitatione ſubſtantia , vel ſi melius hoc appellatur eſ- *perfectiſsi-*
ſentia,quã Græci οὐσίαν vocant. Sicut enim ab eo quod *me eſt.*
eſt ſapere,dicta eſt ſapiẽtia,& ab eo quod eſt ſcire, dicta *Cap.II.*
eſt ſcientia , ita ab eo quod eſt eſſe,dicta eſt eſſentia . Et
quis magis eſt , quàm ille qui dixit famulo ſuo Moyſi,
Ego ſum qui ſum: & dices filiis Iſraël , Qui eſt miſit me F
ad vos? Sed aliæ quæ dicuntur eſſentiæ ſiue ſubſtãtiæ ca- *Exod.3.*
piunt accidentia,quibus in eis fiat vel magna vel quan- *1. ſen. diſt.*
tacunque mutatio. Deo autẽ aliquid eiuſmodi accidere *8.cap. dei*
non poteſt,& ideo ſola eſt incõmutabilis ſubſtantia vel *etiam.*
eſſentia , quæ deus eſt , cui profecto ipſum eſſe vnde eſ-
ſentia nominata eſt , maxime ac veriſsime competit.
Quod enim mutatur,nõ ſeruat ipſum eſſe, & quod mu-
tari poteſt,etiam ſi nõ mutetur, poteſt quod fuerat non
eſſe:ac per hoc illud ſolum quod non tantum non mu-
tatur, verumetiam mutari omnino nõ poteſt,ſine ſcru-
pulo occurrit quod veriſsime dicatur eſſe. Quam- *De geniti*
obrem vt iam etiam de iis quæ nec dicũtur vt cogitan- *& ingeniti*
tur, nec cogitantur vt ſunt, reſpõdere incipiamus fidei *vocabulo.*
noſtræ aduerſariis : inter multa quæ Arriani aduerſus *Cap.III.*
catholicã fidem ſolent diſputare, hoc ſibi maxime cal-
lidiſsimum machinamentum proponere videtur cum
dicunt: Quicquid de deo dicitur vel intelligitur, nõ ſe-
cundum accidens ſed ſecundũ ſubſtantiã dicitur. Qua-
propter ingenitum eſſe patri ſecundum ſubſtãtiam eſt,
& genitum eſſe filio ſecundũ ſubſtantiam eſt. Diuerſum
eſt autem ingenitum eſſe,& genitum eſſe,diuerſa eſt er-
go ſubſtãtia patris & filij. Quibus reſpõdemus: Si quic-
quid

G quid de deo dicitur ſecundum ſubſtaotiam dicitur, ergo quod dictum eſt, Ego & pater vnũ ſumus: ſecũdum ſubſtantiam dictum eſt. Vna eſt igitur ſubſtaotia patris & filij. Aut ſi hoc non ſecundum ſubſtantiã dictum eſt, dicitur ergo aliquid de deo non ſecundũ ſubſtantiam, & ideo iam non cogimur ſecundum ſubſtãtiam intelligere ingenitum & genitum. Item dictum eſt de filio, Non rapitiam arbitratus eſt eſſe æqualis deo: quærimus ſecundum quid æqualis? Si enim ooo ſecundũ ſubſtantiam dicitur æqualis, admittunt vt dicatur aliquid de deo, non ſecundum ſubſtantiam. Admittant ergo non ſecundum ſubſtãtiam dici ingenitũ & genitum. Quod ſi propterea non admittunt, quia omnia de deo ſecundum ſubſtantiã dici volunt, ſecuodum ſubſtantiã filius æqualis eſt patri.

Ioan. 10. *Philip. 2.*

Accidẽs nõ competit in deum. *Cap. IIII.*

Accidens autem non ſolet dici, niſi quod aliqua mutatione eius rei cui accidit amitti poteſt. Nam etſi quædã dicuntur accidentia inſeparabilia quæ Græce appellantur ἀχώϱιστα, ſicut eſt plumæ corui color niger, amittit eum tamen, non quidẽ quãdiu pluma eſt, ſed quia non ſemper eſt pluma. Quapropter ipſa materies mutabilis eſt & ex eo quòd deſinit eſſe illud animal, vel illa pluma, totumq; illud corpus in terrã mutatur & vertitur, amittit vtique etiam illum colorem.

H Quanuis & accidens quod ſeparabile dicitur, non ſeparatiooe, ſed mutatione amittatur, ſicuti eſt capillis hominum nigritudo, quoniã dum capilli ſunt poſſuot albeſcere, ſeparabile accidẽs dicitur. Sed diligẽter intuẽtibus ſatis apparet, non ſeparatione quaſi emigrare aliquid à capite dum caneſcit, vt nigritudo inde candore ſuccedẽte diſcedat & aliquò eat, ſed illam qualitatẽ coloris ibi verti atq; mutari. Nihil itaque accidens in deo, quia nihil mutabile aut amiſsibile. Quod ſi & illud dici accidens placet, quod licet non amittatur, minuitur tamen vel augetur, ſicuti eſt animæ vita: nam & quandiu anima eſt tandiu viuit, & quia ſemper anima eſt ſemper viuit, ſed quia magis viuit cum ſapit, minuſq; cum deſipit, fit etiam hic aliqoa mutatio, non vt deſit vita, ſicut nec deeſt inſipienti ſapiẽtia, ſed vt minus ſit: nec tale aliquid in deo ſit quia omnioo incommutabilis manet.

1. ſen. di. 26 ca. quocirca.

Quamobrem nihil in eo ſecundũ accidẽs dicitur, quia nihil ei accidit, nec tamen omne quod dicitur ſecundũ ſubſtantiam dicitur. In rebus autem creatis atque mutabilibus quod oon ſecundum ſubſtantiam dicitur, reſtat

I vt ſecundum accidens dicatur. Omnia enim accidunt eis, quæ vel amitti poſſunt vel minui, & magnitudines & qualitates, & quod dicitur ad aliquid, ſicut amicitiæ, propinquitates, ſeruitutes, ſimilitudines, ęqualitates, & ſi qua huiuſmodi, & ſitus & habitus, & loca, & tẽpora, & opera atque paſsiones.

Relatiuum nõ accidẽs. *Cap. V.* *1. ſen. diſt. 26. cap. quocirca.*

In deo autem nihil quidẽ ſecundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile eſt, nec tamen omne quod dicitur, ſecundum ſubſtantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, ſicut pater ad filiũ, & filius ad patrem, quod nõ eſt accidens, quia & ille ſemper pater, & ille ſemper filius, & oon ita ſemper quaſi ex quo natus eſt filius, vt ex eo quòd nunquam deſinat eſſe filius, pater nõ deſinat eſſe pater, ſed ex eo quòd ſemper natus eſt filius nec cœpit vnquam eſſe filius. Quod ſi aliquando eſſe cœpiſſet, aut aliquãdo eſſe deſineret filius, ſecundum accidens diceretur. Si vero quod dicitur pater ad ſeipſum diceretur, oon ad filium, & quod dicitur filius ad ſeipſum diceretur nõ ad patrem, ſecundũ ſubſtantiam diceretur & ille pater & ille filius. Sed quia & pater non dicitur pater niſi ex eo quòd eſt ei filius, & filius non dicitur niſi ex eo quòd habet patrẽ, non ſecundum ſubſtantiã hæc dicuntur: quia noo quiſque eorum ad ſeipſum, ſed ad inuicem atque ad alterutrum iſta dicuntur: neque ſecundum accidẽs, quia & quod dicitur pater & quod dicitur filius, æternum atque incõmutabile eſt eis. K

1. ſen. diſt. 26. cap. quocirca.

Quamobrem quanuis diuerſum ſit patrẽ eſſe, & filium eſſe, non eſt tamen diuerſa ſubſtãtia, quia hæc non ſecundum ſubſtantiam dicuntur, ſed ſecũdum relatiuum, quod tamen relatiuum non eſt accidens, quia non eſt mutabile.

1. ſen. diſt. 28 ca. præterea.

Si autem huic ſic putant reſiſtendũ eſſe ſermoni, quod pater quidem ad filium dicitur, & filius ad patrem, ingenitus tamẽ & genitus ad ſeipſos dicuntur, non ad alterutrum: non enim hoc eſt dicere ingenitum quod eſt patrem dicere: quia etſi filium noo genuiſſet, nihil prohiberet eum dicere ingenitum: & ſi gignat quiſque filium, non ex eo ipſe iogenitus eſt, quia geniti homines ex alijs hominibus gignũt & ipſi alios. Inquiunt ergo, pater ad filiũ dicitur, & filius ad patrem, ingenitus autem ad ſeipſum, & geoitus ad ſeipſum dicitur: Et ideo ſi quicquid ad ſeipſum dicitur ſecundum ſubſtantiam dicitur, diuerſum eſt autem ingenitum eſſe & genitum eſſe, diuerſa igitur ſubſtantia eſt. Hoc ſi dicunt non intelligunt de ingenito quidem aliquid ſe dicere quod diligentius pertractaodum ſit, quia nec ideo quiſq; pater quia iogenitus, nec ingenitus ideo quia pater, & propterea nõ ad aliquid, ſed ad ſe dici putatur ingenitus: genitum vero mira cæcitate oon aduertunt dici nõ poſſe, niſi ad aliquid. L

An ingeni & quod pater dicitur, poßit inter illa accipi quæ ad ſeipſum & ſubſtantialiter dicũtur. Ca. VI. *1. ſen. diſt. 32. cap. 1.*

3. ſen. diſt. 28. ca. præterea.

Ideo quippe filius quia genitus, & quia filius vtique genitus Sicut autem filius ad patrem, ſic genitus ad genitorem refertur, & ſicut pater ad filium, ita genitor ad genitum. Ideoq; alia notio eſt qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Nam quãuis de patre deo vtrunque dicatur, illud tamen ad genitum, id eſt, ad filiũ dicitur, quod nec illi negant: hoc autẽ quòd ingenitus dicitur, ad ſeipſum dici perhibent. Dicunt ergo: Si aliquid ad ſeipſum dicitur pater, quod ad ſeipſum dici nõ poteſt filius, & quicquid ad ſeipſum dicitur, ſecundum ſubſtantiã dicitur, & ad ſeipſum dicitur ingenitus, quod dici oõ poteſt filius, ergo ſecũdum ſubſtantiam dicitur ingeoitus, quod filius quia dici nõ poteſt, non eiuſdẽ eſt ſubſtantiæ. Cui verſuoæ reſpondetur ita, vt ipſi cogantur dicere ſecundum quid ſit æqualis patri filius, vtrum ſecundum id quod ad ſe dicitur, ao ſecundum id quod ad patrem dicitur. Noo enim ſecundum id quod ad patrem dicitur, quoniam ad patrẽ filius dicitur, ille autem nõ filius, ſed pater eſt: Quia non ſic ad ſe dicuntur pater & filius, quo modo amici aut vicini. M Relatiue quippe amicus dicitur ad amicum. Et ſi æqualiter ſe diligunt, eadem in vtroque amicicia eſt. Et relatiue vicinus dicitur ad vicinũ, & quia æqualiter ſibi vicini ſunt, quantum enim iſte illi, tantũ & ille huic vicinatur, eadem in vtroque vicinitas.

1. ſen. diſt. 27. cap. hic non eſt.

Quia vero filius non ad filium relaoue dicitur, ſed ad patrem, nõ ſecundum hoc quòd ad patrẽ dicitur, æqualis eſt filius patri, reſtat vt ſecũdũ id ęqualis ſit quod ad ſe dicitur. Quicquid autem ad ſe dicitur, ſecundũ ſubſtantiã dicitur. Reſtat ergo vt ſecundum ſubſtãtiam ſit ęqualis. Eadem eſt igitur vtriuſq; ſubſtãtia. Cũ vero ingenitus dicitur pater, non quid ſit, ſed quid nõ ſit dicitur. Cum autẽ relatiuum negatur, noo ſecundum ſubſtantiã negatur, quia ipſum relatiuum nõ ſecundũ ſubſtantiam dicitur.

1. ſen. diſt. 31. cap. 1. *1. ſen. diſt. 28. cap. 2. in fin.*

Negatio ad dua nõ mutat prædicamentum.

Hoc exemplis planũ faciendum eſt. Ac primum vidẽdum eſt hoc ſignificari cũ dicitur genitus, quod ſignificatur cũ dicitur filius. Ideo enim filius, quia geoitus, & quia filius, vtique genitus. Quod ergo dicitur ingenitus, hoc oſtenditur quod nõ ſit filius: ſed genitus & ingenitus commode dicuntur, filius autẽ Latine dicitur, ſed infilius vt dicatur

Cap. VII. *1. ſen. diſt. 27. ca. Hic non eſt.* *1. ſen. diſt. 27. ca. 1. in prin.*

A catur non admittit loquendi conſuetudo. Nihil tamen intellectui demitur ſi dicatur nõ filius quemadmodum etiam ſi dicatur non genitus, pro eo quod dicitur ingenitus, nihil aliud dicitur: Sic enim & vicinus & amicus relatiue dicuntur, nec tamen poteſt inuicinus dici quomodo dicitur inimicus. Quamobrem non eſt in rebus conſiderandũ quid vel ſinat vel non ſinat dici vſus ſermonis noſtri, ſed quis rerum ipſarũ intellectus eluceat. Non ergo iam dicamus ingenitum quanuis dici Latine poſsit, ſed pro eo dicamus non genitum, quod tantũ valet. Non ergo aliud dicimus quàm nõ filium. Negatiua porrò iſta particula non id efficit, vt quod ſine illa relatiue dicitur, eadem præpoſita ſubſtantialiter dicatur: ſed id tantum negatur, quod ſine illa aiebatur, ſicut in cæteris prædicamentis, velut cum dicimus, homo eſt, ſubſtãtiam deſignamus. Qui ergo dicit, non homo eſt, non aliud genus prædicamenti enunciat, ſed tãtum illud negat. Sicut ergo ſecundum ſubſtantiam aio, homo eſt, ſic ſecundum ſubſtantiam nego cum dico, non homo eſt. Et cum quæritur, quantus ſit, & aio quadrupedalis eſt, id eſt quatuor pedum, ſecundum quãtitatem aio: qui dicit non quadrupedalis eſt, ſecundum quantitatem negat.

1. ſen. d. 28. ca. 1. in medio.

B Candidus eſt, ſecundum qualitatem aio: non candidus eſt, ſecundum qualitatem nego. Propinquus eſt, ſecundũ relatiuum aio: non propinquus eſt, ſecundum relatiuum nego. Secundum ſitum aio, cum dico iacet: ſecundum ſitum nego, cum dico non iacet. Secundum habitum aio, cum dico armatus eſt: ſecundum habitum nego, cum dico non armatus eſt. tantumdem autem valet ſi dicam inermis eſt. Secundum tempus aio, cum dico heſternus eſt: ſecundum tempus nego, cum dico non heſternus eſt. Et cum dico Romæ eſt, ſecũdum locum aio: & ſecundum locum nego, cum dico non Romę eſt. Secundum id quod eſt facere aio, cum dico cędit: ſi autem dicam non cædit: ſecundum id quod eſt facere nego, vt oſtendam nõ hoc facere. Et cum dico vapulat, ſecundũ prædicamentũ aio quod pati vocatur: & ſecundum id nego, cum dico non vapulat. Et omnino nullum prędicamenti genus eſt ſecundum quod aliquid aiere volumus, niſi vt ſecundum idipſum prædicamentum negare conuincamur, ſi præponere negatiuã particulam voluerimus. Quæ cum ita ſint, ſi ſubſtantialiter aierem, dicendo filius: ſubſtãtialiter negarem, dicendo non filius,

C Quia vero relatiue aio, cum dico filius eſt, ad patrem enim refero: relatiue nego ſi dicam, non filius eſt: Ad parentem enim eandem negationem refero, volens oſtendere quod ei parens non ſit. At ſi quantũ valet, quod dicitur filius, tantundem valet quod dicitur genitus, ſicut pręlocuti ſumus, tantundẽ ergo valet quod dicitur non genitus, quantum valet quo dicitur non filius. Relatiue autem negamus dicendo non filius, relatiue igitur negamus dicendo, non genitus. Ingenitus porrò quid eſt niſi non genitus? Non ergo receditur à relatiuo prædicamento, cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus nõ ad ſeipſum dicitur, ſed quod ex genitore ſit: ita cum dicitur ingenitus, non ad ſeipſum dicitur, ſed quod ex genitore non ſit oſtenditur. In eodem tamen prędicamento quod relatiuum vocatur, vtraq; ſignificatio vertitur. Quod autem relatiue pronunciatur, non indicat ſubſtantiam. Ita quanuis diuerſum ſit genitus & ingenitus, non indicat diuerſam ſubſtãtiam: quia ſicut filius ad patrem, & non filius ad nõ patrem refertur: ita genitus ad genitorem, & non genitus ad non genitorem referatur neceſſe eſt. Quapropter illud præcipue teneamus, quicquid ad ſe dicitur pręſtantiſsima illa & diuina ſublimitas ſubſtantialiter dici, quod autem ad aliquid, non ſubſtantialiter ſed relatiue: tantámque vim eſſe eiuſdem ſubſtantiæ in patre & filio & ſpiritu ſancto, vt quicquid de ſingulis ad ſeipſos dicitur, nõ pluraliter [in ſumma] ſed ſingulariter accipiatur.

1. ſen. d. 28. cap. 1. poſt mediũ. & cap. Ideo licet.

1. ſen. di. 5. ca. 1. i fine. Quicquid abſolute de deo dicit, de ſingulis perſonis ſingulariter dicitur.

Cap. VIII.

D *1. ſen. d. 22. cap. Sciendum eſt.*

Quemadmodum enim pater deus eſt & filius deus eſt, & ſpiritus ſanctus deus eſt, quod ſecundum ſubſtantiam dici nemo dubitat, non tamen tres deos, ſed vnum deum dicimus eandem ipſam præſtantiſsimam Trinitatem: Ita magnus pater, magnus filius, magnus ſpiritus ſanctus, non tamen tres magni, ſed vnus magnus. Non enim de patre ſolo, ſicut illi peruerſe ſentiunt, ſed de patre & filio & ſpiritu ſancto ſcriptum eſt, Tu es deus ſolus magnus: & bonus pater, bonus filius, bonus ſpiritus ſanctus, nec tres boni, ſed vnus eſt bonus, de quo dictum eſt: Nemo bonus niſi ſolus deus. Etenim dominus Ieſus, ne ab illo qui dixerat, magiſter bone, tanquam hominem compellans, ſecundum hominem tantummodo intelligeretur, ideo non ait: Nemo bonus niſi ſolus pater, ſed nemo bonus niſi ſolus deus, in patris enim nomine, ipſe per ſe pater pronunciatur, in dei viro & ipſe & filius & ſpiritus ſanctus, quia Trinitas vnus deus.

1. ſen. di. 4. cap. Quidã tamen & diſ. 22. cap. Sciendũ eſt poſt mediũ.

Pſal. 85.

Luca. 18. Matth. 19.

1. ſen. d. 27. ca. eſt ſciendũ, in fine.

E Situs vero & habitus & loca & tempora, non proprie ſed tranſlate, ac per ſimilitudines dicuntur in deo. Nam & ſedere ſuper cherubin dicitur: quod ad ſitum dicitur. Et abyſſum tanquam veſtimentum amictus: quod ad habitum. Et anni tui non deficient: quod ad tempus. Et ſi aſcendero in cœlum tu ibi es: quod ad locum. Quod autem ad faciendum attinet, fortaſsis de ſolo deo veriſsime dicatur. Solus enim deus facit & ipſe non fit, neque patitur quantum ad eius ſubſtantiam pertinet qua deus eſt. Itaque omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens ſpiritus ſanctus, nec tamen tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens: Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipſi gloria. Quicquid ergo ad ſeipſum dicitur deus, & de ſingulis perſonis ſingulariter dicitur, id eſt, de patre & filio & ſpiritu ſancto, & ſimul de ipſa Trinitate, nõ pluraliter, ſed ſingulariter dicitur. Quoniam quippe nõ aliud eſt deo eſſe, & aliud magnum eſſe, ſed hoc idem illi eſt eſſe quod magnum eſſe, propterea ſicut non dicimus tres eſſentias, ſic non dicimus tres magnitudines, ſed vnam eſſentiam & vnam magnitudinem, Eſſentiam dico, quæ ὀυσία Græce dicitur, quam vſitatius ſubſtantiam vocamus.

Pſal. 79. Pſal. 103. Pſal. 101. Pſal. 138.

1. ſen. d. 22. cap. ſciendum eſt.

Roma. 11.

1. ſen. d. 22. ca. de° eſt, in principio.

F Dicunt quidem & illi hypoſtaſim, ſed neſcio quid volunt intereſſe in vſiam & hypoſtaſim: Ita vt plerique noſtri qui hæc Græco tractant eloquio dicere conſueuerint μίαν ὀυσίαν, τρεῖς ὑποστάσεις, quod eſt Latine, vnam eſſentiam, tres ſubſtantias.

Sed quia noſtra loquendi conſuetudo iam obtinuit, vt hoc intelligatur, cum dicimus eſſentiam, quod intelligitur cum dicimus ſubſtantiam, non audemus dicere vnam eſſentiam tres ſubſtantias, ſed vnam eſſentiam vel ſubſtantiam, tres autem perſonas, quemadmodum multi Latini iſta tractantes & digni authoritate dixerunt, cum alium modum aptiorem non inuenirent quo enunciarent verbis quod ſine verbis intelligebant. Reuera enim cum pater non ſit filius, & filius nõ ſit pater, & ſpiritus ſanctus ille qui etiam donum dei vocatur, nec pater ſit nec filius, tres vtique ſunt. Ideoque pluraliter dictum eſt: Ego & pater vnum ſumus. Nõ enim dixit, vnum eſt, quod Sabelliani dicunt, ſed vnum ſumus. Tamen cum quæritur quid tres, magna prorſus inopia humanum laborat eloquium. Dictum eſt tamen tres perſonæ, non vt illud diceretur, ſed ne taceretur. Sicut ergo non dicimus tres eſſentias, ita non di-

Nec perſonę tres proprie dicuntur.

Cap. IX.

1. ſen. d. 5. c. oſtenditur quoque.

Ioan. 10.

1. ſen. d. 23. c. ideo oritur.

Aliter magis deus dicitur, aliter mens. C. X.

G cimus tres magnitudines, neque tres magnos. In rebus enim quæ participatione magnitudinis magnæ ſunt, quibus eſt aliud eſſe, aliud magnas eſſe, ſicut magna domus, & magnus mons, & magnus animus, in his ergo rebus aliud eſt magnitudo, aliud quod ab ea magnitudine magnum eſt, & prorſus non hoc eſt magnitudo quod eſt magna dom⁹. Sed illa eſt vera magnitudo qua non ſolum magna eſt domus quę magna eſt, & qua magnus eſt mons quiſquis magnus eſt, ſed etiam qua magnum eſt quicquid aliud magnũ dicitur: vt aliud ſit ipſa magnitudo, aliud ea quæ ab illa magna dicũtur. Quæ magnitudo vtique primitus magna eſt, multóque excellentius quàm ea quę participatione eius magna ſunt.

1. ſen. d. 22. c. deus cũ.

Deus autem quia non ea magnitudine magnus eſt quæ non eſt quod ipſe, vt quaſi particeps eius ſit deus cũ magnus eſt: alioquin illa erit maior magnitudo quàm de⁹, deo autem non eſt aliquid maius, Ea igitur magnitudine magnus eſt qua ipſe eſt eadem magnitudo.

2. ſen. d. 22. c. ſciẽdũ eſt.

Et ideo ſicut non dicimus tres eſſentias, ſic nec tres magnitudines: hoc eſt enim deo eſſe quod magnũ eſſe. Eadem cauſa nec magnos tres dicimus, ſed vnum magnum, quia non participatione magnitudinis deus magnus eſt, ſed H ſeipſo magno magnus eſt: quia ipſe ſua eſt magnitudo. Hoc & de bonitate, & de æternitate, & de omnipotentia dei dictum ſit, omnibúſque omnino prædicamentis quæ de deo poſſunt pronunciari, quod ad ſeipſum dicitur, non tranſlate ac per ſimilitudinem ſed proprie, ſi tamen de illo proprie aliquid dici ore hominis poteſt.

De perſonis quę proprie quæ communiter prædicantur. Cap. XI. 1. ſen. d. 21. cap. deus etiam, in fi. 1. ſen. d. 26. cap. homo vero. Deute. 6. 1. ſen. d. 26. ca. hic quęri poteſt. Ioan. 4.

Quod autem proprie ſingula in eadem Trinitate dicuntur, nullo modo ad ſeipſa, ſed adinuicem, aut ad creaturam dicuntur, & ideo relatiue non ſubſtantialiter ea dici manifeſtum eſt. Sicut enim Trinitas vnus deus dicitur, magnus, bonus, æternus, omnipotens, idemque ipſe ſic ſua dici poteſt deitas, ipſe ſua magnitudo, ipſe ſua bonitas, ipſe ſua æternitas, ipſe ſua omnipotẽtia: non ſic poteſt dici Trinitas pater, niſi forte tranſlate ad creaturam propter adoptionem filiorum. Quod enim ſcriptum eſt, Audi Iſraël, dominus deus tuus, deus vnus eſt, non vtiq; excepto filio, aut excepto ſpiritu ſancto oportet intelligi, quem vnum dominum deum noſtrum recte dicimus, etiam patrem noſtrũ per gratiam ſuam nos regenerantem. Trinitas autem filius nullo modo dici poteſt. Spiritus vero ſanctus ſecundum quod ſcriptum eſt, Quoniam deus ſpiritus eſt: poteſt quidem vniuerſaliter dici, quia & pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater I ſanctus, & filius ſanctus.

1. ſen. d. 26. c. ita etiam de ſpũ ſancto. et d. 18. ca. donum. 1. ſen. d. 18. ca. donum vero. 1. ſen. d. 26. ca. quidem in fine. 1 ſen. d. 26. ca. ita etiã. Ioan. 15. Roma. 8. 1. ſen. d. 31. cap. quod autem.

Itaque pater & filius & ſpiritus ſanctus, quoniam vnus deus, & vtique deus ſanctus eſt, & deus ſpiritus eſt, poteſt appellari Trinitas & ſpiritus ſanctus. Sed tamen ille ſpiritus ſanctus qui non Trinitas, ſed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur ſpiritus ſanctus relatiue dicitur, cum & ad patrem & ad filium refertur, quia ſpiritus ſanctus & patris & filij ſpiritus eſt: ſed ipſa relatio non apparet in hoc nominẽ, apparet autem cum dicitur, donũ dei. Donum enim eſt patris & filij, quia & à patre procedit, ſicut dominus dicit, & quod Apoſtolus ait, Qui ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius: de ipſo vtique ſancto ſpiritu ait, Donũ ergo donatoris, & donator doni, cum dicimus, relatiue vtrunque adinuicem dicimus. Ergo ſpiritus ſanctus ineffabilis eſt quædam patris filíique communio, & ideo fortaſſe ſic appellatur, quia patri & filio poteſt eadem appellatio conuenire. Nam hoc ipſe proprie dicitur, quod illi communiter, quia & pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſanctus, & filius ſanctus. Vt ergo ex nomine quod vtrique conuenit, vtriuſque communio ſignificetur, vocatur donum amborum ſpiritus ſanctus. K Et hæc Trinitas vnus deus, deus ſolus, bonus, magnus, æternus, omnipotens: Ipſe ſibi vnitas, deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia.

In relatiuis mutuis interdũ deſũt vocabula. Cap. XII. 1. ſen. d. 26. cap. Quidã tamen.

Nec mouere debet, quoniam diximus relatiue dici ſpiritum ſanctum, non ipſam Trinitatem, ſed eum qui eſt in Trinitate, quia non ei videtur viciſsim reſpondere vocabulum eius ad quem refertur. Non enim ſicut dicimus, ſeruum domini & dominum ſerui, filium patris & patrem filij, quoniam iſta relatiue dicuntur, ita etiam hic poſſumus dicere, Dicimus enim ſpiritum ſanctum patris, ſed non viciſsim dicimus patrem ſpiritus ſancti, ne filius eius intelligatur ſpiritus ſanctus. Item dicimus ſpiritum ſanctum filij, ſed non dicimus filium ſpiritus ſancti, ne pater eius intelligatur ſpiritus ſanctus. In multis enim relatiuis hoc contingit, vt nõ inueniatur vocabulum quo ſibi viciſsim reſpondeant quę ad ſe referuntur. Quid enim tam manifeſte relatiue dicitur quàm pignus? Ad id quippe refertur pignus cuius eſt pignus, & ſemper pignus alicuius rei pignus eſt. Non ergo cum dicimus pignus patris & filij, poſſumus viciſsim dicere, patrem pignoris aut filium pignoris. At vero cũ dicimus, L donum patris & filij, non quidem dicere poſſumus patrem doni, aut filium doni, ſed vt hæc ſibi viciſsim reſpondeant, dicimus donũ donatoris, & donatorem doni, quia hic potuit inueniri vſitatum vocabulum, illic non potuit.

1. ſen. d. 26. cap. Quidã tamen.

Prĩcipij vocabulũ quomodo de deo prædicatur. Cap. XIII. 1. ſen. d. 28. c. ſciendum quoque. & di. 27. cap. Hic non eſt, in fine. Ioan. 8. 1. ſen. d. 29. cap. & pater ab.

Dicitur ergo relatiue pater, idemque relatiue dicitur principium, & ſi quid forte aliud, ſed pater ad filium dicitur, principium vero ad omnia quæ ab ipſo ſunt. Item dicitur relatiue filius, relatiue dicitur & verbum & imago, & in omnibus his vocabulis ad patrem refertur. Nihil autem horum pater dicitur. Et principium dicitur filius, cum enim diceretur ei, Tu quis es? reſpõdit, Principium qui & loquor vobis. Sed nunquid patris principium? Creatorem ſe quippe oſtendere voluit, cum ſe dixit eſſe principium, ſicut & pater principium eſt creaturæ, eo quòd ab ipſo ſunt omnia. Nam & creator relatiue dicitur ad creaturam, ſicut dominus ad ſeruum. Et ideo cum dicimus, & patrem principium, & filium principium, nõ duo principia creaturæ dicimus, quia & pater & filius ſimul ad creaturam vnum principium eſt, ſicut vnus creator, ſicut vnus deus. Si autem quicquid in ſe manet & gignit aliquid vel operatur, M principium eſt ei rei quam gignit, vel ei quam operatur, non poſſumus negare etiam ſpiritum ſanctum recte dici principium, quia non eum ſeparamus ab appellatione creatoris. Et ſcriptum eſt de illo quod operetur, & in ſe vtique manens operatur. Non enim in aliquid eorũ quę operatur, ipſe mutatur & vertitur. Et quæ operatur, vide Apoſtolum, Vnicuique autem, inquit, datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, Alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri autem fides in eodem ſpiritu, alij donatio curationum in vno ſpiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diiudicatio ſpirituum, alij genera linguarum. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens propria vnicuique prout vult, vtique ſicut deus. Quis enim tanta illa poteſt operari niſi deus? Idem autem deus qui operatur omnia in omnibus. Nam & ſingillatim ſi interrogemur de ſpiritu ſancto, veriſsime reſpondemus, quòd deus ſit, & cum patre & filio ſimul vnus deus eſt. Vnum ergo principium ad creaturam dicitur deus, non duo vel tria principia. Ad ſe autem inuicem in Trinitate, ſi gignẽs ad id quod gignitur principium eſt, pater ad filium principium

1. ſen. d. 30. cap. 1. 1. ſen. d. 29. cap. & pater. poſt me. Ioan. 5. 1. Corin. 12. Ibidem. Ibidem. 1. ſen. d. 29. cap. & pater. in fine. Pater & filius vnicũ principium ſancti ſpũs. Cap. XIIII. 1. ſen. d. 15. cap. cũ autem. in fine.

cipium

A cipium eſt, quia gignit eum. Vtrum autem & ad ſpiritum ſanctum principium ſit pater, quoniam dictum eſt de patre procedit, non parua quæſtio eſt. Quia ſi ita eſt, non iam principium ei tantum rei erit quam gignit aut facit, ſed etiam ei quam dat. Vbi & illud eluceſcit, vt poterit quod ſolet multos mouere, cur nõ ſit filius etiam ſpiritus ſanctus, cum & ipſe à patre exeat, ſicut in Euãgelio legitur. Exiit enim, nõ quo modo natus, ſed quo modo datus, & ideo non dicitur filius quia neque natus eſt ſicut vnigenitus, neque factus vt per dei gratiam in adoptionem naſceretur, ſicuti nos. Quod enim de patre natum eſt, ad patrem ſolum refertur cum dicitur filius, & ideo filius patris eſt, & non noſter. Quod autem datum eſt, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaque ſpiritus ſanctus, non tantum patris & filij qui dederunt, ſed etiam noſter dicitur qui accepimus. Sicut dicitur, Domini ſalus quia dat ſalutem, eadem etiam noſtra ſolus eſt qui accepimus. Spiritus ergo & dei eſt qui dedit, & noſter qui accepimus: Non ille ſpiritus noſter quo ſumus, quia ipſe ſpiritus eſt hominis qui in ipſo eſt: ſed alio modo iſte noſter eſt, quo dicimus & panem noſtrum da nobis, quanquam & illum ſpiritum qui homi-
B nis dicitur vtique accepimus. Quid enim habes, inquit Apoſtolus, quod non accepiſti? Sed aliud eſt quod accepimus vt eſſemus, aliud quod accepimus vt ſancti eſſemus. Vnde ſcriptum eſt & de Ioanne, quòd in ſpiritu & virtute Heliæ veniret: dictus eſt Heliæ ſpiritus, ſcilicet ſpiritus ſanctus quem accepit Helias. Hoc & de Moyſe intelligendum eſt, cum ait ei dominus, Tollam de ſpiritu tuo: & dabo eis: hoc eſt, dabo illis de ſpiritu ſancto quem iam tibi dedi. Si ergo & quod datur, principium habet, eum à quo datur, quia non aliunde accepit illud quod ab ipſo procedit, fatendum eſt patrem & filiũ principium eſſe ſpiritus ſancti, non duo principia. Sed ſicut pater & filius vnus deus, & ad creaturam relatiue vnus creator & vnus dominus, ſic relatiue ad ſpiritum ſanctũ vnum principium. Ad creaturam vero pater & filius & ſpiritus ſanctus vnum principium, ſicut vnus creator & vnus dominus. Interius autem quæritur, vtrũ quemadmodum filius non hoc tantum habet naſcendo vt filius ſit, ſed omnino vt ſit: ſic & ſpiritus ſanct⁹ eo quo datur habeat, non tãtum vt donum ſit, ſed omnino vt ſit, Vtrum ergo erat antequam daretur, ſed nondũ erat donum, an eoipſo quo daturus erat eum deus, iam donum
C erat & antequam daretur? Sed ſi non procedit niſi cum datur, nec procederet vtique priuſquã eſſet cui daretur, quo modo iam erat ipſa ſubſtantia ſi nõ eſt niſi quia datur: ſicut filius non tantum vt ſit filius, quod relatiue dicitur, ſed omnino vt ſit ipſam ſubſtantiam naſcendo habet? An ſemper procedit ſpiritus ſanctus & non ex tempore, ſed ab æternitate procedit? Sed quia ſic procedebat vt eſſet donabile, iam donum erat, & antequam eſſet cui daretur. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, Aliter cum dicitur donatum. Nam donum poteſt eſſe & antequam detur, donatum autem niſi datum fuerit, nullo modo dici poteſt. Nec moueat quòd ſpiritus ſanctus cum ſit coæternus patri & filio, dicitur tamen aliquid ex tempore, veluti hoc ipſum quod donatum diximus. Nam ſempiterne ſpiritus donum, temporaliter autem donatũ. Nam & ſi dominus nõ dicitur, niſi cum iam habere incipit ſeruum, etiam ipſa appellatio relatiua ex tempore eſt deo. Non enim ſempiterna creatura eſt, cuius eſt ille dominus. Quo modo ergo obtinebim⁹ nec ipſa relatiua eſſe accidentia, quoniam nihil accidit deo temporaliter, quia non eſt mutabilis, ſicut in exordio huius diſputationis tractauimus. Ecce dominum eſſe nõ ſempiternum habet, ne cogamur etiam ſempiternam creaturam dicere, quia ille ſempiterne non dominaretur, niſi etiam iſta ſempiterne famularetur. Sicut autem non poteſt eſſe ſeruus qui non habet dominum, ſic nec dominus, qui non habet ſeruum. Et quiſquis extiterit qui æternum quidem deum ſolum dicat, tempora autem non eſſe æterna propter varietatem & mutabilitatem, ſed tempora tamen nõ in tempore eſſe cœpiſſe, Nõ enim erat tempus antequam inciperẽt tempora, & ideo non in tempore accidit deo vt dominus eſſet, quia ipſorum temporum dominus erat, quę vtique nõ in tempore eſſe cœperunt: quid reſpondebit de homine qui in tempore factus eſt, cuius vtique dominus non erat antequam eſſet cui eſſet? Certe vel vt dominus hominis eſſet ex tempore accidit deo. Et vt omnis auferri videatur cõtrouerſia, certe vt tuus dominus eſſet aut meus, qui modo eſſe cœpimus, ex tempore accidit deo. Aut ſi & hoc propter obſcuram quæſtionem animæ videtur incertũ, quid vt eſſet dominus populi Iſraël? Quia etſi iam erat animæ natura quam ille populus habebat, quod modo non quærimus, tamen ille populus nõdum erat, & quan-
E do eſſe cœpit apparet. Poſtremo vt dominus eſſet huius arboris & huius ſegetis, ex tempore accidit, quæ modo eſſe cœperunt. Quia etſi materies ipſa iam erat, aliud eſt tamen dominum eſſe materiæ, aliud eſſe dominum iam factæ naturæ. Alio enim tempore eſt etiam homo dominus ligni, & alio tempore dominus eſt arcæ, quamuis ex ipſo ligno fabricatæ, quod vtique non erat, cum ligni dominus iam eſſet. Quo modo igitur obtinebimus nihil ſecundum accidens dicit deum, niſi quia ipſius naturę nihil accidit quo mutetur, vt ea ſint accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur, accidunt, Sicut amicus relatiue dicitur, neque enim eſſe incipit, niſi cum amare cœperit. Fit ergo aliqua mutatio volũtatis vt amicus dicatur. Nummus autem cum dicitur precium, relatiue dicitur, nec tamen mutatus eſt cum eſſe cœpit precium, neque cum dicitur pignus, & ſi qua ſunt ſimilia. Si ergo nummus poteſt nulla ſui mutatione toties dici relatiue, vt neque cum incipit dici, neque cũ deſinit, aliquid in eius natura vel forma qua nũmus eſt mutationis fiat, quãto facilius de illa incommutabili dei ſubſtantia debemus accipere, vt ita dicatur relatiue aliquid ad creaturam, vt quãuis temporaliter incipiat dici, non tamen ipſi ſubſtantiæ dei accidiſſe aliquid intelligatur, ſed illi creaturæ ad quam dicitur. Domine, inquit, refugium factus es nobis. Refugium ergo
F noſtrum deus relatiue dicitur, ad nos enim refertur, & tunc refugium noſtrũ fit, cum ad eum refugimus, Nunquid tunc fit aliquid in eius natura, quod antequam ad eum refugeremus non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, Deteriores enim fuimus antequam ad eum refugeremus, & efficimur ad eum refugiendo meliores, in illo autem nulla. Sic & pater noſter eſſe incipit, cum per eius gratiam regeneramur, quoniam dedit nobis poteſtatem filios dei fieri. Subſtantia itaque noſtra mutatur in melius, cum filij eius efficimur, ſimul & ille pater noſter eſſe incipit, ſed nulla commutatione ſuæ ſubſtantiæ. Quòd ergo temporaliter dici incipit deus quod antea non dicebatur, manifeſtum eſt relatiue dici: non tamen ſecundum accidens dei quòd ei aliquid acciderit, ſed planè ſecundũ accidens eius, ad quod dici aliquid deus incipit relatiue. Et quod amicus dei iuſt⁹ eſſe incipit, ipſe mutatur, Deus autem abſit vt temporaliter aliquãdo diligat, quaſi noua dilectione quæ in illo

Tomus tertius. k ij ante

Marginal notes (left column): 1.ſen.di.18. r. hic quæritur. in fi. &c. & ſecundũ hoc. 1.ſen.d.18. ca.& ſecundũ hoc. Pſal.3. 1.Cor.12. Matth.6. 1.Corint.4. 1.ſen. d.18. c. Et ſecundũ Luca.1. Nume.11. 1.ſen.d.29. ca. deinde. Quo modo in ſpũ ſctõ etiã ãtequã daretur poſſit doni nomẽ intelligi, vt ei ſemper nõ aliud fuerit donũ eſſe quàm ipſum eſſe. Cap.XV. 1.ſen. d.18. c. Et notandum, circa principiũ. 1.ſẽ.d.18.c. Sed quęritũ. 1.ſen.d.18. c.donũ vero.circa fi. Quędã ex tempore de deo prędicantur, nulla ipſi demutatione. Cap. XVI. 1.ſen. d.18. cap.donum vero. Sup.4.et 5.

Marginal notes (right column): 1.ſen.d.30. cap.1. 1.ſen.d.30. cap.ſed hic aliquis. 1.ſen. di.2. cap.antea enim. 1.ſen.d.30. cap ſed hic aliquis. 1.ſen.d.30. cap.ſi ergo nummus. Pſal.89.

G ante non erat, apud quem nec præterita tranſierunt, & futura iam facta ſunt. Itaque omnes ſanctos ſuos ante mundi conſtitutionem dilexit, ſicut prædeſtinauit. *Ephe.1.* Sed cum conuertuntur & inueniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur, vt eo modo dicatur quo poteſt humano affectu capi quòd dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur, & placidus bonis, illi mutantur, non ipſe. Sicut lux infirmis oculis aſpera, firmis lenis eſt, ipſorum ſcilicet mutatione non ſua.

Libri quinti Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE Trinitate Liber ſextus.

An fili° ſapiẽtia de ſapientia. Cap.I. 1.Corin.1. Sup. lib.6. cap.1.

AEQVALITATEM patris & filij & ſpiritus ſancti putant nonnulli ex hoc impediri quo minus intelligatur, quia ſcriptum eſt, Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam, vt ideo non videatur æqualitas, quia non eſt pater ipſe virtus & ſapientia, ſed genitor virtutis & ſapientiæ. H Et reuera non mediocri intentione quæri ſolet, quo modo dicatur deus virtutis & ſapientiæ pater, Ait enim Apoſtolus Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam. *1.Corint.1.* Et hinc nonnulli noſtri aduerſum Arrianos hoc modo ratiocinati ſunt, eos duntaxat qui prius ſe aduerſum catholicam fidem extulerunt. Nam ipſe Arrius dixiſſe fertur, Si filius eſt, natus eſt: ſi natus eſt, erat tempus quando non erat filius: non intelligens etiam natum eſſe deo ſempiternum eſſe, vt ſit coæternus patri filius, ſicut ſplendor qui gignitur ab igne atque diffunditur coæuus eſt illi, & eſſet coæternus, ſi eſſet ignis æternus. *1.ſen. di.9. c.ſed cõtra. & cap. qui hoc.* Vnde quidam poſteriores Arriani abiecerunt iſtam ſententiam: faſſique ſunt, non ex tempore cœpiſſe filium dei. Sed inter diſputationes quas habebant noſtri aduerſum eos qui dicebant, erat tempus quando non erat filius, hanc etiam nonnulli ratiocinationem inſerebant. Si dei filius virtus & ſapientia dei eſt, nec vnquam deus ſine virtute & ſapientia fuit, coæternus eſt deo patri filius. *1.ſen. di.9. c.item ſi dei filius. 1.Corint. 1. 1.ſen.d.30. c.præterea.* Dicit autem Apoſtolus, Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam, & deum aliquando non habuiſſe virtutem aut ſapientiam, dementis eſt dicere. I Non igitur erat tempus quando non erat filius. Quæ ratiocinatio ad id cogit, vt dicamus deum patrem non eſſe ſapientem, niſi habẽdo ſapientiam quam genuit, non exiſtendo per ſe pater ipſa ſapientia. Deinde ſi ita eſt, filius quoque ipſe ſicut dicitur deus de deo, lumen de lumine, videndum eſt vtrum poſsit ſapientia de ſapientia dici, ſi non eſt deus pater ipſa ſapientia, ſed tantum genitor ſapientiæ. Quod ſi tenemus, cur non & magnitudinis ſuæ, & bonitatis, & æternitatis, & omnipotẽtiæ ſuæ generator ſit, vt non ipſe ſit ſua magnitudo, & ſua bonitas, & ſua æternitas, & ſua omnipotentia, ſed ea magnitudine magnus ſit quam genuit, & ea bonitate bonus, & ea æternitate æternus, & ea omnipotentia omnipotens quæ de illo nata eſt, ſicut non ipſe ſua ſapientia eſt, ſed ea ſapientia ſapiens eſt quæ de illo nata eſt. Nam illud non eſt formidandum, ne cogamur multos filios dei dicere, præter adoptionem creaturæ coæternos patri, ſi magnitudinis ſuæ genitor eſt, & bonitatis, & æternitatis, & omnipotentiæ. Huic enim calumniæ facile reſpondetur, ſic non effici, quia multa nominata ſunt, vt ille multorum filiorum coæternorum ſit pater quemadmodum nõ efficitur, vt duorum ſit, cum dicitur Chriſtus dei virtus, & dei ſapientia. K *1.Cor.1.* Eadem quippe virtus quæ ſapientia, & eadem ſapientia quæ virtus eſt. Itàne igitur etiam de cæteris, vt eadem ſit magnitudo quæ virtus, & ſi qua alia, quæ vel ſupra commemorata ſunt, vel commemorari adhuc poſſunt. Sed ſi non dicitur in ſeipſo, niſi quod ad filium dicitur, id eſt, pater vel genitor vel principiũ eius, ſi etiam gignens ei quod de ſe gignit, conſequenter principium eſt, quicquid aliud dicitur, cum filio dicitur, vel potius in filio, ſiue magnus ea magnitudine quã genuit, ſiue iuſtus ea iuſticia quam genuit, ſiue bonus ea bonitate quam genuit, ſiue potens ea potentia vel virtute quam genuit, ſiue ſapiens ea ſapientia quam genuit. *Quæ de patre & filio ſimul dicũtur, quæ nõ. Cap.II.* Magnitudo autem ipſa nũ dicitur pater, ſed magnitudinis generator. Filius vero ſicut in ſeipſo dicitur filius, quod non cum patre dicitur, ſed ad patrem, non ſic & in ſeipſo magnus, ſed cum patre cuius ipſe magnitudo eſt. Sic & ſapiens cum patre dicitur cuius ipſe ſapientia eſt, ſicut ille ſapiens cum filio, quia ea ſapientia ſapiens eſt quam genuit. Quicquid ergo ad ſe dicuntur, non dicitur alter ſine altero, id eſt, quicquid dicuntur quod ſubſtantiam eorum oſtendat, ambo ſimul dicuntur. *1.ſen.d.27. c.& eſt hic.* L Si hæc ita ſunt, iam ergo nec deus eſt pater ſine filio, nec filius deus ſine patre, ſed ambo ſimul deus. Et quod dictum eſt, In principio erat verbum: in patre erat verbũ intelligitur. *Ioan.1.* Aut ſi in principio ſic dictum eſt, ac ſi diceretur, ante omnia, quod ſequitur, & verbum erat apud deum, verbum quidem ſolus filius accipitur, non ſimul pater & filius, tanquam ambo vnum verbum. Sic enim verbum quo modo imago, nõ autem pater & filius ſimul ambo imago, ſed filius ſolus imago patris, quemadmodum & filius, non enim ambo ſimul filius. *1.ſen.d.27. ca.hic non. Coloſ.1.* Quod vero adiungitur, & verbum erat apud deum: multum eſt vt ſic intelligatur, verbum quod ſolus eſt filius, erat apud deum quod non ſolus eſt pater, ſed pater & filius ſimul deus. Sed quid mirum, ſi in duabus quibuſdam rebus lõge inter ſe diuerſis poteſt hoc dici? Quid enim tam diuerſum, quàm animus & corpus? Poteſt tamen dici, animus erat apud hominem, id eſt, in homine, cũ animus nõ ſit corpus, homo autem animus ſimul & corpus ſit. Vt etiam quod conſequẽter ſcriptum eſt, Et deus erat verbum: ſic intelligatur, verbum quod non eſt pater, deus erat ſimul cum patre. *Ioan.1.* M Itàne ergo dicimus, vt pater ſit generator magnitudinis, hoc eſt generator virtutis, vel generator ſapientiæ ſuæ: filius autem magnitudo, virtus & ſapientia: deus vero magnus, omnipotens, ſapiens ambo ſimul? Quo modo ergo deus de deo, lumen de lumine? Non enim ſimul ambo deus de deo, ſed ſolus filius de deo, ſcilicet patre. *1.ſen.d.27. c. hic quæritur.* Nec ambo ſimul lumen de lumine, ſed ſolus filius de lumine patre. Niſi forte ad inſinuandum & breuiſsime inculcãdum quòd coæternus eſt patri filius, ita dictum eſt deus de deo, & lumẽ de lumine, & ſiquid hoc modo dicitur, ac ſi diceretur, hoc quod nõ eſt filius ſine patre, de hoc quod nõ eſt pater ſine filio, id eſt, hoc lumen quod lumen nõ eſt ſine patre, de hoc lumine patre quod lumen nõ eſt ſine filio: vt cũ dicitur deus quod nõ eſt filius ſine patre, eſt de deo quod nõ eſt pater ſine filio, perfecte intelligatur ꝙ non præceſsit genitor illud quod genuit. Quod ſi ita eſt, hoc ſolũ de eis dici nõ poteſt, illud de illo, quod ſimul ambo non ſunt. Sicut verbum de verbo dici non poteſt, quia nõ ſimul ambo verbum, ſed ſolus filius. *1.ſen.d.27. c. & eſt ſecundum.* Nec imago de imagine, quia non ſimul ambo imago. Nec filius de filio, quia non ſimul ambo filius, ſecũdum quod dicitur, Ego & pater vnum ſumus.

A ſumus. Vnum ſumus enim dictum eſt, quod ille, hoc & ego ſecundum eſſentiam, non ſecundum relatiuum.

Et neſcio vtrum inueniatur in ſcripturis dictum, vnum ſunt, quorũ eſt diuerſa natura. Si autem aliqua plura eiuſdem naturæ ſint, & diuerſa ſentiãt, non ſunt vnũ in quãtum diuerſa ſentiunt. Nam ſi iam vnum eſſent ex eo quòd homines erant, non diceret, Vt ſint vnum ſicut nos vnum: cum ſuos diſcipulos patri commendaret. At vero Paulus & Apollo quia & ambo homines & idem ſentiebant, Qui plantat, inquit, & qui rigat vnũ ſunt. Cũ ergo ſic dicitur vnum, vt nõ addatur quid vnum, & plura vnum dicantur, eadem natura atque eſſentia nõ diſſidens nec diſſentiẽs ſignificatur. Cũ vero additur quid vnum poteſt aliquid ſignificari ex pluribus vnum factũ, quamuis diuerſis natura, ſicut anima & corpus non ſunt vtique vnũ. Quid enim tam diuerſum niſi addatur aut ſubintelligatur quid vnum, id eſt, vnus homo, aut vnũ animal? Inde Apoſtolus, Qui adhæret meretrici, inquit, vnum corpus eſt: non dixit, vnum ſunt, aut vnum eſt, ſed addidit corpus, tanquam ex duobus diuerſis maſculino & fœminino vnum corpus adiunctione compoſitum. Et qui adhæret domino, inquit, vnus ſpiritus eſt: nõ dixit, qui adhæret domino vnus eſt, aut vnum ſunt, ſed B addidit ſpiritus. Diuerſum enim eſt natura, ſpiritus hominis, & ſpiritus dei, ſed inhærendo fit vnus ſpiritus ex diuerſis duobus, ita vt ſine humano ſpiritu beatus ſit dei ſpiritus atque perfectus, beatus autẽ ſpiritus hominis nõ niſi cum deo. Nec fruſtra, vt exiſtimo, cũ tanta in Euangelio, ſecundũ Ioannem & toties diceret dominus de ipſa vnitate, vel ſua cum patre, vel noſtra inuicem nobiſcum, nuſquam dixit, vt nos & ipſi vnum, ſed vt vnum ſint, ſicut & nos vnum ſumus. Pater ergo & filius vnum ſunt, vtique ſecundum vnitatem ſubſtãtiæ, & vnus deus eſt, & vnus magnus, & vnus ſapiens, ſicut tractatum eſt. Vnde ergo maior pater? Si enim maior, magnitudine maior. Cum autem magnitudo filius eius ſit, nec ille vtique maior eſt eo qui ſe genuit, nec ille maior eſt ea magnitudine qua magnus eſt, ergo æqualis. Nam vnde æqualis ſi non eo quo eſt, cui non eſt aliud eſſe, & aliud magnum eſſe? Aut ſi æternitate pater maior eſt, non eſt æqualis filius quacunque re. Vnde enim æqualis? Si magnitudine dixeris, non eſt par magnitudo, quæ minus æterna eſt, atq; ita cętera. An forte in virtute æqualis eſt, in ſapiẽtia vero nõ eſt æqualis? Sed quo modo eſt æqualis virtus quæ minus ſapit? An in ſapientia æqualis eſt, in C virtute autem nõ eſt æqualis? Sed quo modo æqualis ſapientia, quæ minus potẽs eſt? Reſtat ergo vt ſi in vlla re æqualis non eſt, in omnibus non ſit æqualis. Et ſcriptura clamat, Non rapinam arbitratus eſt eſſe ęqualis deo. Cogitur ergo quiuis aduerſarius veritatis qui aliquo modo tenetur Apoſtolica authoritate, in qualibet vel vna re æqualem deo filium cõfiteri. Eligat quam voluerit: hinc ei oſtendetur in omnibus eſſe æqualem, quæ de ſubſtantia eius dicuntur. Sic enim virtutes quæ ſunt in animo humano, quamuis alio atque alio modo ſingulæ intelligantur, nullo modo tamen ſeparantur ab inuicem, vt quicunque fuerint æquales, verbi gratia, in fortitudine, æquales ſint & prudentia, & temperantia, & iuſticia. Si enim dixeris ęquales eſſe iſtos fortitudine, ſed illum pręſtare prudẽtia, ſequitur vt huius fortitudo minus prudens ſit, ac per hoc nec fortitudine æquales ſunt, quando illius fortitudo prudentior. Atque ita de cæteris virtutibus inuenies, ſi omnes eadem cõſideratione percurras. Non enim de viribus corporis agitur, ſed de animi fortitudine. Quanto ergo magis in illa incommutabili

Aliter vnũ pater & filius, aliter nos. Ca. III. 1. ſen. d. 27. ra. Hic dici oportet. — *Ioan. 17.* — *1. Cor. 3.* — *1. Cor. 6.* — *1. ſen. d. 31. ca. hic dici oportet, in medio.* — *Ioan. 17.* — *Ioan. 14.* — *1. ſen. d. 22. c. ſciendum eſt. & cap. deus enim.* — *Philip. 2.* — *Illi⁹ in nullo nõ æqualis patri.* — *Cap. IIII.*

æternaq; ſubſtantia incomparabiliter ſimpliciore quàm D eſt animus humanus, hęc ita ſe habent? Humano quippe animo non hoc eſt eſſe quod eſt fortem eſſe, aut prudentem, aut iuſtum, aut temperatum. Poteſt enim eſſe animus, & nullam iſtarum habere virtutum. Deo autẽ hoc eſt eſſe quod eſt fortem eſſe, aut iuſtum eſſe, aut ſapientẽ eſſe, & ſi quid de illa ſimplici multiplicitate, vel multiplici ſimplicitate dixeris, quo ſubſtãtia eius ſignificetur, Quamobrem ſiue ita dicatur deus de deo vt & ſingulis hoc nomen conueniat, non tamen vt ambo ſimul duo dij, ſed vnus deus ſit, Ita enim ſibi cohærent quemadmodum & in diſtantibus diuerſiſque ſubſtantiis fieri Apoſtolus teſtis eſt. Nam & ſolus dominus ſpiritus eſt, & ſolus hominis ſpiritus vtique ſpiritus eſt, tamen ſi hæreat domino vnus ſpiritus eſt: quanto magis ibi vbi eſt omnino inſeparabilis atque æterna cõnexio, ne abſurde dici videatur quaſi filius amborum, cum dicitur filius dei, ſi id quod dicitur deus, non niſi de ambobus dicitur ſimul: ſiue quicquid de deo dicitur quod ſubſtãtiam eius indicet, nõ niſi de ambobus ſimul dicitur, immo ſimul de ipſa Trinitate dicitur. Siue ergo hoc, ſiue illud ſit, qđ diligentius diſcutiendum eſt, nunc vnde agitur ſatis eſt videre, nullo modo filium æqualem eſſe patri, ſi in aliquo ſcilicet quod pertineat ad ſignificandã eius ſubſtan E tiam inæqualis inuenitur, ſicut iam oſtendimus. Apoſtolus autem dixit æqualẽ, in omnibus ergo æqualis eſt patri filius, & eſt vnius eiuſdemque ſubſtantiæ. Quapropter etiam ſpiritus ſanctus, in eadem vnitate ſubſtantiæ & æqualitate cõſiſtit. Siue enim ſit vnitas amborum, ſiue ſanctitas, ſiue charitas, ſiue ideo vnitas quia charitas, & ideo charitas quia ſanctitas, manifeſtum eſt quòd nõ aliquis duorum eſt quo vterque cõiungitur, quo genitus à gignente diligatur, generatoremq; ſuum diligat, ſintq; non participatione, ſed eſſentia ſua, neq; dono ſuperioris alicuius, ſed ſuo proprio ſeruantes vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Quod imitari per gratiam, & ad deum & ad nosipſos iubemur. In quibus duobus pręceptis tota lex pẽdet & Prophetæ, Ita ſunt illa tria, deus vnus, ſolus, magnus, ſapiens, ſanctus, beatus. Nos autẽ ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo beati, quia ipſius munere inter nos vnũ, cum illo autem vnus ſpiritus, quia adglutinatur anima noſtra poſt eum. Et nobis hęrere deo bonũ eſt, quia perdet omnem qui fornicatur ab eo. Spiritus ergo ſanctus commune aliquid eſt patris & filij, quicquid illud eſt: At ipſa communio, conſubſtantialis & coæterna. Quæ ſi amicicia conuenienter dici poteſt, dicatur, ſed aptius di F citur charitas. Et hæc quoque ſubſtantia, quia deus ſubſtantia, & deus charitas, ſicut ſcriptum eſt. Sicut autem ſubſtantia ſimul cum patre & filio, ita ſimul magna, & ſimul bona, & ſimul ſancta, & quicquid aliud ad ſe dicitur, quoniam non aliud eſt deo eſſe, & aliud eſſe magnũ vel bonum eſſe, & cætera, ſicut ſupra oſtẽdimus. Si enim minus magna eſt ibi charitas quàm ſapientia, minus quàm eſt diligitur ſapientia. Aequalis eſt igitur, vt quanta eſt ſapientia tantum diligatur. Eſt autem ſapientia æqualis patri, ſicut ſupra diſputauimus. Aequalis eſt igitur etiam ſpiritus ſanctus, & ſi æqualis, in omnibus æqualis propter ſummam ſimplicitatem quę in illa ſubſtãtia eſt. Et ideo non amplius quàm tria ſunt, vnus diligens eum qui de illo eſt, & vnus diligens eum de quo eſt, & ipſa dilectio. Quæ ſi nihil eſt, quo modo deus dilectio eſt? Si non eſt ſubſtantia, quo modo deus ſubſtantia eſt?

Si autem quæritur quo modo ſimplex & multiplex ſit illa ſubſtãtia, animaduertẽda eſt primo creatura quare ſit multiplex, nullo autẽ modo vere ſimplex. Et prius

1. ſen. di. 8. c. hic diligenter. — *2. Corin. 3.* — *1. Corint. 6.* — *1. ſen. d. 31. c. 2. in fine.* — *Philip. 2.* — *1. ſen. d. 10. c. nunc vero, in fine.* — *Spirit⁹ vnio quid ſit.* — *Cap. V.* — *1. ſen. d. 10. c. nũc vero. in fine Etc. Siue enim.* — *1. ſẽ. d. 32. c. huic quæſt.* — *Ephe. 4.* — *Matth. 22.* — *Pſal. 72.* — *1. ſen. d. 10. c. ſiue enim.* — *1. Ioan. 4.* — *1. ſen. d. 22. c. ſciendũ, in fine.* — *1 ſen. d. 10. c. ſiue enim.* — *1. Ioan. 4.* — *Solus deus perfectę ſimplicitatis.* — *Cap. VI.* — *1. ſen. di. 8. c. eademq; ſola.*

G corpus vniuerſum vtiq; partibus cõſtat : ita vt ſit ibi alia
pars maior, alia minor, & mai⁹ ſit vniuerſum quàm pars
quælibet aut quantalibet. Nam & cœlum & terra par-
tes ſunt vniuerſę mũdanę molis: ſed & ſola terra, & ſo-
lum cœlum innumerabilibus partibus conſtat, & in ter-
tia ſui parte minor eſt quàm in cętera, & in dimidia mi-
nor quàm tota: & totũ mundi corpus quod duabus ple-
Gene.1. runque partibus appellari ſolet, id eſt, cœlum & terra, v-
tique maius eſt quàm ſolum cœlum aut ſola terra. Et in
vnoquoque corpore aliud eſt magnitudo, aliud color,
1. ſen. di. 8. aliud figura. Poteſt enim & diminuta magnitudine ma
c. eademq́; ſola. nere idem color & eadem figura, & colore mutato ma-
nere eadem figura & eadem magnitudo, & figura eadẽ
non manente tam magnum eſſe & eodem modo colo-
ratum. Et quæcunq; alia ſimul dicuntur de corpore, poſ
1. ſen. di. 8. ſunt & ſimul & plura ſine cæteris cõmutari. Ac per hoc
c. eademq́; ſola. multiplex eſſe conuincitur natura corporis, ſimplex au-
tem nullo modo. Creatura quoq; ſpiritalis ſicut eſt ani-
1. ſen. di. 8. ma, eſt quidem in corporis comparatione ſimplicior,
c. creaturà quoque. ſine comparatione autem corporis multiplex eſt etiam
ipſa non ſimplex. Nam ideo ſimplicior eſt corpore, quia
nõ mole diffunditur per ſpacium loci, ſed in vno quo-
H que corpore & in toto tota eſt, & in qualibet eius parte
tota eſt. Et ideo cum ſit aliquid in quauis exigua particu
la corporis quod ſentiat anima, quanuis non fiat in to-
to corpore: illa tamen tota ſentit, quia totam non latet.
Sed tamen etiam in anima cum aliud ſit artificioſum eſ
ſe, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud
cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, aliud triſticia, poſ-
ſintq; & alia ſine aliis, & alia magis, alia minus innume-
rabilia & innumerabiliter in animę natura inueniri, ma
nifeſtum eſt non ſimplicem, ſed multiplicem eſſe natu-
ram. Nihil enim ſimplex mutabile eſt, omnis autẽ crea-
Trinitas nõ excludit ſimplicitatẽ vnitatis. tura mutabilis. Deus vero multipliciter quidem dici-
tur magnus, bonus, ſapiens, beatus, verus, & quicquid
aliud non indigne dici videtur, Sed eadem magnitudo
eius eſt, quæ ſapientia: Non enim mole magnus eſt, ſed
Cap. VII. virtute. Et eadem bonitas quæ ſapientia & magnitudo,
1. ſen. di. 8. & eadem veritas quæ illa omnia: Et non eſt ibi aliud bea
c. Creatura quoque & cap. hoc diligenter. tum eſſe, & alium magnum, aut ſapientem, aut verum,
aut bonum eſſe, aut omnino ipſum eſſe. Nec quoniam
Trinitas eſt, ideo triplex putandus eſt: Alioquin minor
erit pater ſolus, aut filius ſolus, quàm ſimul pater & fi-
1. ſen. d. 19. lius. Quanquam non inueniatur quo modo dici poſsit,
c. præterea. aut pater ſolus aut filius ſolus, cum ſemper atque inſe-
I parabiliter & ille cum filio ſit, & ille cum patre: non vt
ambo ſint pater, aut ambo filius, ſed quia ſemper in in-
1. ſen. d. 21. uicem, neuter ſolus. Quia vero dicimus & deum ſolum
c. ſed iterũ. ipſam trinitatem, quanuis ſemper ſit cum ſpiritibus &
animabus ſanctis, ſed ſolum dicimus quòd deus eſt, quia
non & illi cum illo deus ſunt: ita ſolum patrem dicimus
Dei naturæ nulla fit acceſsio. patrem, non quia ſeparatur à filio, ſed quia non ſimul
ambo pater ſunt. Cum itaque tantus eſt ſolus pater,
vel ſolus filius, vel ſolus ſpiritus ſanctus, quantus eſt ſi-
Cap. VIII. mul pater & filius & ſpirit⁹ ſanctus, nullo modo triplex
1. ſen. d. 19. dicendus eſt. Corpora quippe adiunctione ſua creſcunt.
c. præterea. Quamuis enim qui adhæret vxori ſuæ, vnum corpus fit:
maius tamen corpus fit, quàm ſi ſolius viri eſſet, aut ſo-
lius vxoris. In rebus autem ſpiritalibus cum minor ma-
ioribus adhæreſcit, ſicut creatura creatori, illa fit ma-
ior quàm erat, non ille. In iis enim quæ non mole ma-
gna ſunt, hoc eſt maius eſſe quod eſt melius eſſe. Melior
autem fit ſpiritus alicuius creaturæ, cum adhęret creato-
1. ſen. d. 19. ri, quàm ſi non adhæreat, & ideo etiam maior quia me-
c. præterea. lior. Qui ergo adhęret domino, vnus ſpiritus eſt: ſed ta-
men dominus non ideo fit maior, quanuis fiat ille qui K
adhęret domino. In ipſo igitur deo cum adhæret æqua-
li patri filius æqualis, aut ſpiritus ſanctus patri & filio æ-
qualis, non fit maior deus quàm ſinguli eorum, quia nõ
eſt quò creſcat illa perfectio. Perfectus autem ſiue pater,
ſiue filius, ſiue ſpiritus ſanctus, & perfectus deus, pater &
filius & ſpiritus ſanctus, & ideo Trinitas potius quàm
triplex. Et quoniam oſtendimus quo modo poſsit di *Solus deus*
ci ſolus pater, quia non niſi ipſe ibi pater, conſideranda *cõtinet oẽs*
eſt illa ſententia qua dicitur, deum verum ſolum non *perſonas.*
eſſe patrem ſolum, ſed patrem & filium & ſpiritum ſan- *Cap. IX.*
ctum. Si quis enim interroget, pater ſolus verũ ſit deus? *1. ſen. d. 21.*
quo modo reſpondebitur nõ eſſe, niſi forte ita dicamus, *c. poſt hæc.*
eſſe quidem patrem deum; ſed nõ eſſe ſolum deum, eſſe
autem ſolum deum, patrem & filium & ſpiritum ſan-
ctum? Sed quid agimus de illo teſtimonio domini: Pa-
tri enim dicebat, & patrem nominauerat ad quem lo-
quebatur, cum ait, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant *Ioan. 17.*
te vnum verum deum. Quod quidem Arriani ſic ſo-
lent accipere quaſi non ſit filius verus deus. Quibus ex-
cluſis, videndum eſt an intelligere cogamur, cum dictũ
eſt patri, Vt cognoſcant te vnum verum deum: tãquam *Ibidem.*
hoc inſinuare voluerit, quia ſolus pater deus verus eſt, ne *Græce eſt,*
non intelligeremus deum, niſi ipſa tria ſimul, patrem *μόνον.*
& filium & ſpiritum ſanctum. Num ergo ex domini te- L
ſtimonio, & patrem vnum verum deum dicimus, & fi-
lium vnum verum deum, & ſpiritum ſanctũ vnum ve-
rum deum, & ſimul patrem & filiũ & ſpiritum ſanctũ,
id eſt, ſimul ipſam trinitatem, non tres veros deos, ſed
vnum verum deum? An quoniam addidit, Et quem mi-
ſiſti Ieſum Chriſtum: ſubaudiendum eſt vnum verum
deum? Et ordo verborum eſt, vt te & quẽ miſiſti Ieſum
Chriſtum, cognoſcãt vnum verum deum. Cur ergo ta- *1. ſen. d. 21.*
cuit de ſpiritu ſancto? An quoniã conſequẽs eſt, vt vbi- *c. verumta-*
cunque nominatur vnum, tanta pace vni adhærens, vt *mẽ. in fine.*
per hanc vtrunque vnum ſit, iam ex hoc intelligatur
etiam ipſa pax, quanuis non commemoretur? Nam &
illo loco Apoſtolus videtur quaſi prætermittere ſpiri-
tum ſanctum, & tamen etiã ibi intelligitur, vbi ait, Om *1. Corint. 3.*
nia ſunt veſtra, vos autem Chriſti: Chriſtus autem dei. *1. Corin. 11.*
Et iterum, Caput mulieris vir, caput viri Chriſtus, caput
autem Chriſti deus. Sed rurſus ſi deus non niſi omnia
ſimul tria, quo modo caput Chriſti deus, id eſt, caput
Chriſti trinitas, cum in trinitate ſit Chriſtus vt ſit trini-
tas? An quod eſt pater cum filio, caput eſt ei quod eſt ſo- M
lus, filius, cum filio enim pater deus, ſolus autem filius
Chriſtus eſt, maxime quia iam verbum caro factum lo- *Ioan. 1.*
quimur. Secundum quam humanitatem eius etiam ma-
ior eſt pater, ſicut dicit, Quoniam pater maior me eſt: *Ioan. 14.*
vt hoc ipſum deum eſſe quod illi cum patre vnũ eſt, ca- *1. Timot. 2.*
put ſit hominis mediatoris, quod ipſe ſolus eſt. Si enim
mentem recte dicimus principale hominis, id eſt, tan-
quam caput humanæ ſubſtantiæ, cum ipſe homo cum
mente ſit homo, cur non multo congruentius, multoq;
magis verbum cum patre quod ſimul deus eſt, caput eſt
Chriſti, quanuis Chriſtus homo niſi cũ verbo quod ca- *Ioan. 1.*
ro factum eſt, intelligi non poſsit. Sed hoc vt iam dixi-
mus, aliquando diligentius poſtea conſiderabimus. Nũc
autem æqualitas Trinitatis, & vna eademque ſubſtãtia
quantum breuiter potuimus demõſtrata eſt, vt quoquo
modo ſe habet iſta quæſtio, quam diſcutiẽdam acriore *Attributa*
intentione diſtulimus, nihil impediat quo minus fatea- *per Hilariũ*
mur ſummã æqualitatem patris & filij & ſpiritus ſancti. *ſingulis*
Quidam cum vellet breuiſsime ſingularum in Tri- *perſonis.*
nitate perſonarum inſinuare propria, æternitas, inquit, *Cap. X.*
in patre,

A in patre,ſpecies in imagine,vſus in munere. Et quia nō
1.ſen.di.31. mediocris authoritatis in tractatione ſcripturarū,& aſ-
c.a. Non eſt ſertione fidei vir extitit, Hilarius enim hoc in libris ſuis
hic. Et in- poſuit horum verborū,id eſt, patris & imaginis, & mu-
fra libr.15. neris,ęternitatis,& ſpeciei,& vſus,abditā ſcrutatus intel
cap.3. ligentiam quātum valeo, non eum ſecutum arbitror in
1.ſen. d.31. æternitatis vocabulo,niſi quod pater non habet patrem
cap propria de quo ſit, filius autem de patre eſt vt ſit, atque vt illi co-
ergo. ęternus ſit.Imago enim ſi perfecte implet illud cuius ima
1.ſen.di.31. go eſt,ipſa coęquatur ei,nō illud imagini ſuę.In qua ima-
c.non cum. gine ſpeciem nominauit, credo propter pulchritudinē,
vbi iam eſt tanta congruentia & prima æqualitas & pri
ma ſimilitudo,nulla in re diſsidens,& nullo modo inæ-
qualis & nulla ex parte diſsimilis, ſed ad identidem re-
ſpondens ei cuius imago eſt. Vbi eſt prima & ſumma vi
ta,cui non eſt aliud viuere & aliud eſſe,ſed idem eſt eſſe
& viuere. Et primus ac ſummus intellectus, cui non eſt
aliud viuere & aliud intelligere, ſed id quod eſt intelli-
gere,hoc viuere,hoc eſſe eſt,vnum omnia: tāquam ver-
bum perfectum,cui non deſit aliquid,& ars quædā om-
nipotentis atque ſapientis dei, plena omniū rationum
viuentium incommutabilium,& omnes vnum in ea,ſi-
1.ſen. d.31. cut ipſa vnum de vno,cum quo vnum. Ibi nouit omnia
ca.1.in fine. deus quæ fecit per ipſam,& ideo cum decedant & ſucce
B dant tempora,non decedit aliquid vel ſuccedit ſcientię
dei.Non enim hæc quę creata ſunt ideo ſciuntur à deo,
quia facta ſunt:ac non potius ideo facta ſunt vel muta-
1.ſen.di.31. bilia,quia immutabiliter à deo ſciuntur.Ille igitur inef-
c. Eſt autē. fabilis quidam complexus patris & imaginis nō eſt ſine
perfruitiōe,ſine charitate,ſine gaudio,Illa ergo dilectio,
χρησίμ. delectatio,fœlicitas vel beatitudo,ſi tamen aliqua huma
na voce digne dicitur, vſus ab illo appellatus eſt breui-
ter,& eſt in Trinitate ſpiritus ſanctus,nō genitus,ſed ge
nitoris,genitique ſuauitas, ingenti largitate atque vber-
tate perfundens omnes creaturas pro captu earū, vt or-
1.ſen.d.3.c. dinem ſuum teneant & locis ſuis acquieſcāt.Hæc igitur
nūc reſtat. omnia quæ arte diuina facta ſunt,& vnitatem quādam
in ſe oſtendunt,& ſpeciem & ordinem,Quicquid enim
horum eſt,& vnum aliquid eſt,ſicut ſunt naturæ corpo-
†ſpecies for rum,& ingenia animarū: & aliqua ſpecie formatur, † ſi-
marum. cut ſunt figuræ & qualitates corporum, ac doctrinæ vel
artes animarum: & ordinem aliquem petit aut tenet, ſi-
cut ſunt pōdera vel collocationes corporū, atque amo-
res aut delectationes animarum. Cæterum in illa ſum-
C ma Trinitate tantum eſt vna quantū tres ſimul,nec plus
1.ſen.d.3.c. aliquid ſunt duæ q̃ vna. Oportet igitur vt creatorē per
nūc reſtat. ea quæ facta ſunt intellectū conſpicientes, Trinitatē in-
telligamus, cuius in creatura quo modo dignū eſt appa-
1.ſen. d.31. ret veſtigiū.In illa enim Trinitate ſumma origo eſt rerū
c. Eſt autē. omniū & perfectiſsima pulchritudo,& beatiſsima dele-
1.ſen.d.19. ctatio.Itaque illa tria,& ad ſeinuicē determinari viden-
c. in rebus. tur,& in ſe infinita ſunt. Sed hic in rebus corporeis, nō
Hoc ī qui- tantum eſt res vna, quantum tres ſimul, & plus aliquid
buſdam nō ſunt duæ quàm vna res. Cæterum in ſumma Trinitate
habebat. tantum eſt vna quātum tres ſimul ſunt, nec plus aliquid
ſunt duæ quàm vna,& in ſe infinita ſunt. Ita & ſingula
ſunt in ſingulis, & omnia in ſingulis, & ſingula in om-
1.ſen. d.31. nibus,& omnia in omnibus,& vnum omnia.Qui videt
c. Eſt autē. hoc vel ex parte, vel per ſpeculum & in ænigmate, gau-
1.Cor.13. deat cognoſcēs deum, & ſicut deum honoret & gratias
Roma.1. agat,Qui autem nō videt,tendat per pietatem ad vidē-
dum, non per cæcitatem ad calumniandum: quoniam
1.ſen.d.36. vnus eſt deus,ſed tamen Trinitas.Nec confuſe accipiē-
c. præterea. dum eſt, Ex quo omnia, per quē omnia, in quo omnia:
Roman.11. nec diis multis,ſed ipſi gloria in ſecula ſeculorum.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE Trinitate Liber ſeptimus. D

IAM nunc quæramus diligentius, Aliter de°
quātum dat deus, quod paulo ante ſapiēs, ali-
diſtulimus, Vtrum & ſingula quæq; ter homo di
in Trinitate perſona poſsit & per citur.
ſeipſam nō cum cæteris duabus di- Cap.I.
ci deus,aut magnus,aut ſapiens,aut Sup.lib.6.
verus,aut omnipotens,aut iuſtus,& cap.1.
ſi quid aliud dici de deo poteſt,non relatiue, ſed ad ſeip
ſum,an vero non dicantur iſta, niſi cum Trinitas intel-
ligitur. Hoc enim quæſtionem facit, quia ſcriptum eſt,
Chriſtum dei virtutem,& dei ſapientiam:vtrū ita ſit pa- 1.Cor.1.
ter ſapientiæ atq; virtutis ſuæ, vt hac ſapientia ſapiens ſit
quam genuit,& hac virtute potens quam genuit:& quia
ſemper potens & ſapiens,ſemper genuit virtutem & ſa-
pientiam. Dixeramus enim ſi ita eſt, cur nō & magnitu-
dinis ſuæ pater ſit qua magn° eſt,& bonitatis qua bon°,
& iuſticię qua iuſtus,& alia ſi qua ſunt.Aut ſi hęc omnia
pluribus vocabulis in eadem ſapientia & virtute intelli-
guntur,vt ea ſit magnitudo quę virtus,ea bonitas quę ſa E
pientia,& ea rurſus ſapiētia quæ virtus, ſicut iam tracta-
uimus,meminerimus,cum aliquid horū nomino ſic ac-
cipiendum eſſe,ac ſi omnia cōmemorem. Quæritur er-
go an pater etiam ſingulus ſit ſapiens, atque ipſa ſibi ipſe
ſapientia,an ita ſit ſapiens quo modo dicēs. Verbo enim
quod genuit dicens eſt,nō verbo quod profertur,& ſo-
nat,& tranſit, ſed verbo quod erat apud deum, & deus
erat verbum,& omnia per ipſum facta ſunt:verbo ęqua- Ioan.1.
li ſibi quo ſemper atq; incommutabiliter dicit ſeipſum.
Non eſt enim ipſe verbū,ſicut nec filius nec imago. Di- 1.ſen.d.27.
cens autē exceptis illis temporalibus vocibus verbi dei, c.hic nō eſt.
quæ in creatura fiunt,nā ſonant,& tranſeunt,Dicens er
go illo coæterno verbo,nō ſingulus intelligitur, ſed cū
ipſo verbo ſine quo non eſt vtiq; dicens. Itáne & ſapiēs
ſicut dicens, vt ita ſit ſapientia, ſicut verbum, & hoc ſit
verbum eſſe quod eſt eſſe ſapientiam,hoc etiam eſſe vir- 1.Corint.1.
tutem: vt virtus & ſapientia & verbum idem ſit,& rela-
tiue dicatur,ſicut filius & imago:atque ille non ſingulus
potens,vel ſapiens,ſed cum ipſa virtute & ſapientia quā
genuit:ſicut non ſingulus dicēs, ſed eo verbo & cum eo
verbo quod genuit, atque ita magnus ea & cum ea ma- F
gnitudine quam genuit.Et non alio magnus,alio deus, 1.ſen. d.19.
ſed eo magnus,quo deus, quia non aliud illi eſt magnū c.cumq; com
eſſe,aliud deum eſſe: conſequens eſt, vt nec deus ſingu- merentur.
lus, ſed ea & cum deitate quā genuit, vt ſic ſit filius dei-
tas patris,ſicut ſapientia & virtus patris, & ſicuti eſt ver-
bum & imago patris. Et quia non aliud illi eſt eſſe, a-
liud deum eſſe, ita ſit etiam eſſentia patris filius, ſicu-
ti eſt verbū & imago eius. Ac per hoc etiam excepto eo Coloſ.1.
quod pater eſt, non ſit aliquid pater, niſi quia eſt ei fi-
lius, vt non tantum id quod dicitur pater, quod ma-
nifeſtum eſt eum non ad ſeipſum, ſed ad filium relati-
ue dici, & ideo patrem quia eſt ei filius, ſed omnino vt
ſit quod ad ſeipſum eſt, ideo ſit quia genuit eſſentiam
ſuam. Sicut enim magnus eſt, non niſi ea quam genuit
magnitudine: ita & eſt non niſi ea quam genuit eſſen-
tia, quia non eſt aliud illi eſſe, aliud magnum eſſe. Itá-
ne igitur pater eſt eſſentiæ ſuæ, ſicut pater eſt magnitu-
dinis ſuæ, ſicut pater eſt virtutis ac ſapientiæ ſuæ,eadem 1.ſen. d.19.
quippe eius magnitudo quæ virtus, & eadem eſſentia c.cumq; com
quæ magnitudo. Hæc diſputatio nata eſt ex eo qd ſcrip- merentur.
tum eſt, Chriſtum eſſe dei virtutem, & dei ſapientiam. 1.Corint.1.

G Quapropter in eas anguſtias ſermo coarctatur, cum ineffabilia fari cupimus, vt aut dicamus Chriſtum non eſſe dei virtutem & dei ſapientiam, atque ita impudenter & impie reſiſtamus Apoſtolo: aut Chriſtum quidem dei virtutem & dei ſapiẽtiam eſſe fateamur, ſed eius patrem non eſſe patrem virtutis & ſapientiæ ſuę, quod non minus impiũ eſt. Sic enim nec Chriſti erit pater quia Chriſtus dei virtus & dei ſapientia eſt, Aut non eſſe patrem virtute ſua potentem, neque ſapientia ſua ſapientẽ, quod quis audeat dicere: aut aliud in patre intelligi eſſe, aliud ſapientẽ eſſe, vt non hocipſo ſit quo ſapiens eſt, quod de anima intelligi ſolet, quæ aliâs inſipiens, aliâs ſapiens eſt, velut natura mutabilis, & non ſumme perfectéque ſimplex: aut patrem non eſſe aliquid ad ſeipſum, & non ſolum quod pater eſt, ſed omnino quod eſt, ad filiũ relatiue dici. Quo modo ergo eiuſdem eſſentię filius cuius pater, quandoquidem ad ſeipſum nec eſſentia eſt, nec omnino eſt ad ſeipſum, ſed etiam eſſe ad filium illi eſt? At enim multomagis vnius eiuſdemque eſſentiæ, quia vna eademq; eſſentia pater & filius, quandoquidem patri non ad ſeipſum eſt ipſum eſſe, ſed ad filium quam eſſentiã genuit, & qua eſſentia eſt quicquid eſt. Neuter ergo ad ſe eſt, & vterque adinuicem relatiue dicitur: an pa-

1.Cor.1.

H ter ſolus, non ſolũ quod pater dicitur, ſed omnino quicquid dicitur, relatiue ad filium dicitur: ille autem dicitur ad patrem, & ad ſe, & ſi ita eſt, quid dicitur in filio ad ſe, an ipſa eſſentia? Sed patris eſſentia eſt filius ſicut patris virtus & ſapientia, ſicut verbum patris, & imago patris: aut ſi eſſentia dicitur ad ſe filius, pater autem nõ eſt eſſentia, ſed genitor eſſentiæ, non eſt autem ad ſeipſum, ſed hac ipſa eſſentia quam genuit, ſicut hac ipſa magnitudine magnus quam genuit, ergo & magnitudo dicitur ad ſe filius, ergo & virtus & ſapientia & verbum & imago. Quid autem abſurdius quàm imaginem ad ſe dici, aut ſi non idipſum eſt imago & verbum, quod eſt virtus & ſapientia: ſed illa relatiue dicuntur, hæc autem ad ſe non ad aliud, incipit non ea ſapientia quam genuit, ſapiens eſſe pater, quia non poteſt ipſe ad eam relatiue dici, & illa ad eum relatiue nõ dici, Omnia enim quæ relatiuè dicuntur, ad inuicem dicuntur. Reſtat itaque vt etiam eſſentia filius relatiue dicatur ad patrem. Ex quo conficitur inopinatiſsimus ſenſus, vt ipſa eſſentia non ſit eſſentia, vel certe cum dicitur eſſentia, non eſſentia, ſed relatiuũ indicetur: quo modo cum dicitur

2.Cor.1.
Coloſſ.1.

I dominus, non eſſentia indicatur, ſed relatiuum quo refertur ad ſeruum. Cum autem homo dicitur vel aliquid tale, quod ad ſe non ad aliud dicitur, tunc indicatur eſſentia: homo ergo cũ dominus dicitur, ipſe homo eſſentia eſt, dominus verò relatiue dicitur, homo enim ad ſe dicitur, dominus ad ſeruum: hoc autem vnde agimus, ſi eſſentia ipſa relatiue dicitur, eſſentia ipſa non eſt eſſentia. Huc accedit, quia omnis eſſentia quæ relatiue dicitur, eſt etiam aliquid excepto relatiuo, ſicut homo dominus, homo ſeruus, & equus iumentum, & nummus arra: homo & equus & nummus ad ſe dicuntur, & ſubſtãtiæ ſunt vel eſſentiæ: dominus vero & ſeruus & iumentum & arra, ad aliquid relatiue dicuntur. Sed ſi non eſſet homo, id eſt, aliqua ſubſtantia, non eſſet qui relatiue dominus diceretur. Et ſi non eſſet equus quædam eſſentia, non eſſet quod iumentum relatiue diceretur: Ita ſi nummus non eſſet aliqua ſubſtantia, nec arra poſſet relatiue dici. Quapropter ſi & pater non eſt aliquid ad ſeipſum, nõ eſt omnino qui relatiue dicatur ad aliquid. Non enim ſicut ad aliquid coloratum refertur color eius, nec omnino ad ſe dicitur color, ſed ſemper alicuius colorati eſt, illud autem cuius color eſt etiam ſi eo quòd K coloratum dicitur ad colorem refertur, tamen id quod corpus dicitur ad ſe dicitur. Vllo modo ita putandum eſt patrem non dici aliquid ad ſeipſum, ſed quicquid dicitur ad filium dici, eundem vero filium & ad ſeipſum dici & ad patrem. Cum ergo dicitur magnitudo magna & virtus potens, vtique ad ſeipſum, & magnitudo atque virtus magni & potentis patris, quia pater magnus & potens eſt. Non ergo ita, ſed vtrunque ſubſtantia, & vtrunque vna ſubſtantia. Sicut autem abſurdum eſt dicere candidum non eſſe candorem, ſic abſurdum eſt dicere ſapientem non eſſe ſapientiam. Et ſicut candor ad ſeipſum candidus dicitur, ita & ſapientia ad ſeipſam dicitur ſapiens. Sed cãdor corporis non eſt eſſentia, quoniam ipſum corpus eſſentia eſt, & illa eius qualitas, vnde & ab ea dicitur candidum corpus, cui non hoc eſt eſſe quod candidum eſſe. Aliud enim ibi forma & aliud color, & vtrunque non in ſeipſo ſed in aliqua mole, quę moles nec forma nec color eſt ſed formata & colorata: Sapientia vero & ſapiens eſt, & ſeipſa ſapiẽs eſt. Et quoniam quæcunque anima participatione ſapientiæ fit ſapiens, ſi rurſus deſipiat, manet tamen in ſe ſapientia, nec cum anima fuerit in ſtulticiam commutata, illa muta- L

L tur: non ita eſt in eo qui ex ea fit ſapiens, quemadmodum candor in corpore quod ex illo candidum eſt. Cum enim corpus in alium colorem fuerit mutatum, non manebit cãdor ille, ſed omnino eſſe deſinet. Quòd ſi & pater qui genuit ſapientiam ex ea fit ſapiens, neque hoc eſt illi eſſe quod ſapere, qualitas eius eſt filius non proles eius, & non ibi erit iam ſumma ſimplicitas. Sed abſit vt ita ſit, quia vere ibi eſt ſumme ſimplex eſſentia, hoc ergo eſt ibi eſſe quod ſapere. Quòd ſi hoc eſt ibi eſſe quod ſapere, non per illam ſapientiam quam genuit ſapiens eſt pater, alioquin non ipſe illam, ſed illa eum genuit. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus hoc illi eſt eſſe quod ſapere, niſi eo eſt quo ſapiens eſt? Quapropter quæ cauſa illi eſt vt ſapiens ſit, ipſa illi cauſa eſt vt ſit: proinde ſi ſapientia quam genuit cauſa illi eſt vt ſapiens ſit, etiam vt ſit ipſa illi cauſa eſt. Quod fieri non poteſt, niſi gignendo eum aut faciendo. Sed neque genitricem neque conditricem patris vllo modo quiſquam dixerit ſapientiam. Quid enim inſanius? Ergo & pater ipſa ſapientia eſt. Et ita dicitur filius ſapientia patris, quo modo dicitur lumen patris, id eſt, vt quemadmodum lumen de lumine, & vtrunque vnum lumen: ſic intelligatur ſapientia de ſapientia, & vtrunque vna ſapientia, ergo & vna eſſentia: quia hoc eſt ibi eſſe M quod ſapere. Quod enim eſt ſapientiæ ſapere, & potentiæ poſſe, & æternitati æternam eſſe, iuſticiæ iuſtam eſſe, magnitudini magnam eſſe, hoc eſt, eſſentiæ ipſum eſſe. Et quia in illa ſimplicitate nõ eſt aliud ſapere quàm eſſe, eadem ibi ſapientia eſt quæ eſſentia. Pater igitur & filius ſimul vna eſſentia, & vna magnitudo, & vna veritas, & vna ſapientia. Sed non pater & filius ſimul ambo vnum verbum, quia non ſimul ambo vnus filius. Sicut enim filius ad patrem refertur, non ad ſeipſum dicitur, ita & verbum ad eum cuius verbum eſt refertur cum dicitur verbum. Eo quippe filius quo verbum, & eo verbum quo filius, Quoniam igitur pater & filius ſimul non vtique vnus filius, conſequens eſt, vt pater & filius ſimul non ambo vnum verbum. Et propterea non eo verbum quo ſapientia: quia verbum non ad ſe dicitur, ſed tantum relatiue ad eum cuius verbum eſt, ſicut filius ad patrem: ſapientia vero eo quo eſſentia, Et ideo quia vna eſſentia, vna ſapientia.

1.ſen. di.5. cap. item ſi.

1.ſen. d.32. ca. ſi enim.

1.ſen. di.5. cap. prædictis autem.

1.ſen. di.5. cap. item ſi. circa ſinẽ.

Quæ relatiue dicũtur, nõ cõgruũt omnibus perſonis. Cap. II.

1.ſen. d.27. ca. hic non eſt.

Quoniam

A Quoniam vero & verbum ſapientia eſt,ſed non eo ver
1.ſen.d.28. bum quo ſapientia,Verbum enim relatiue,ſapientia ve-
ca.ſciendũ ro eſſentialiter intelligitur : id dici accipiamus cum di-
quoque. citur verbum, ac ſi dicatur, nata ſapientia, vt ſit & filius
1.ſen. d.18. & imago,Et hæc duo cum dicuntur, id eſt, nata ſapien-
ca.hic oriẽ. tia , in vno eorum eo quòd nata eſt & verbum & ima-
go & filius intelligatur , & in his omnibus nominibus
non oſtendatur eſſentia,quia relatiue dicuntur.At in al
tero quod eſt ſapientia, quoniam & ad ſe dicitur, ſeipſa
enim ſapiens eſt, etiã eſſentia demonſtretur,& hoc eius
1.ſen. di.5. eſſe quod ſapere . Vnde pater & filius ſimul vna ſapien-
c.prædictu tia, quia vna eſſentia, & ſingillatim ſapientia de ſapien-
autem. in tia,ſicut eſſentia de eſſentia.Quapropter,non quia pater
princip. non eſt filius,& filius non eſt pater,aut ille ingenitus, il-
le autem genitus,ideo non vna eſſentia, quia his nomi-
nibus relatiua eorum oſtẽduntur. Vterque autem ſimul
vna ſapientia,& vna eſſentia vbi hoc eſt eſſe quod ſape-
re:non autem ſimul vterque verbum aut filius,quia non
hoc eſt eſſe quod verbum eſſe,aut filium eſſe,ſicut iam ſa
Luminis & tis oſtendimus iſta relatiue dici. Cur ergo in ſcriptu-
ſapiẽtiæ vo ris nunquam ferè de ſapientia quicquam dicitur,niſi vt
cabulũ om oſtendatur à deo genita vel creata : genita ſcilicet per
nibus perſo quam facta ſunt omnia,creata vero vel facta,ſicut in ho
nis cõgruit. minibus:cum ad eam quæ nõ creata nec facta ſed geni-
Cap.III. ta eſt,conuertuntur & illuſtrantur ? In ipſis enim fit ali-
B quid quod vocetur eorum ſapientia, vel illud ſcripturis
Ioan.1. prænunciantibus aut narrantibus,quod verbum caro fa
1.Cor.1. ctum eſt & habitauit in nobis: hoc modo enim Chriſtus
facta ſapientia eſt , quia factus eſt homo . An propterea
non loquitur in illis libris ſapientia , vel de illa dicitur
aliquid,niſi quod eam de deo natam oſtendat,aut factã,
quanuis ſit & pater ipſe ſapientia,quia illa nobis ſapien-
tia commendanda erat & imitanda , cuius imitatione
formamur . Pater enim eam dicit vt verbum eius ſit,nõ
quo modo profertur ex ore verbũ ſonans, aut ante pro-
nunciationem cogitatur , ſpaciis enim temporum hoc
completur,illud autem æternum eſt,& illuminando di
cit nobis & de ſe & de patre,quod dicendum eſt homi-
Matth.11. nibus.Ideoque ait, Nemo nouit filium niſi pater, & ne-
mo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuela-
re:quia per filium reuelat pater,id eſt,per verbum ſuum.
Si enim hoc verbum quod nos proferimus temporale
C & tranſitorium,& ſeipſum oſtendit, & illud de quo lo-
Ioan.1. quimur:quanto magis verbum dei, per quod facta ſunt
omnia?quod ita oſtendit patrem ſicuti eſt pater: quia &
ipſum ita eſt,& hoc eſt quod pater, ſecundum quod ſa-
pientia eſt & eſſentia.Nam ſecundum quod verbum,nõ
hoc eſt quod pater,quia verbum non eſt pater, & verbũ
relatiue dicitur ſicut filius,quod vtiq; non pater.Et ideo
1.Corin.1. Chriſtus virtus & ſapientia dei , quia de patre virtute &
1.ſen. di.5. ſapientia , etiam ipſe virtus & ſapientia eſt , ſicut lumen
c.prædictu de patre lumine,& fons vitę apud deum patrem,vtique
autem. fontem vitæ.Quoniã apud te, inquit Propheta, eſt fons
Pſal.35. vitæ , & in lumine tuo videbimus lumen : quia ſicut pa-
Ioan.5. ter habet vitam in ſemetipſo , ſic dedit filio habere vitã
in ſemeipſo : & erat lumen verum quod illuminat om-
Ioan.1. nem hominem veniẽtem in hunc mundum , & lumen
hoc verbum erat apud deum , ſed & deus erat verbum.
1.Ioan.1. Deus autem lumen eſt , & tenebræ in eo non ſunt vllæ,
lumen vero non corporale ſed ſpiritale . Neque ita ſpi-
ritale vt illuminatione factum ſit , quemadmodum di-
Matth.5. ctum eſt Apoſtolis, Vos eſtis lumen mundi : ſed lumen
Ioan.1. quod illuminat omnem hominem, ea ipſa & ſumma ſa
1.ſen. di.5. pientia deus,vnde nunc agimus.Sapientia ergo filius de
c.prædictu. ſapientia patre,ſicut lumen de lumine , & deus de deo,
vt & ſingulus pater lumen , & ſingulus filius lumen : & D
ſingulus pater deus,& ſingulus filius deus,ergo & ſingu-
lus pater ſapientia,& ſingulus filius ſapientia. Et ſicut v-
trunque ſimul vnum lumen, & vnus deus, ſic vtrunque
vna ſapientia.Sed filius factus eſt nobis ſapientia à deo, *1.Corin.1.*
& iuſticia & ſanctificatio, quia temporaliter nos ad illũ
conuertimur,id eſt, ex aliquo tempore, vt cum illo ma-
neamus in æternum.Et ipſe ex quodam tempore verbũ *Ioan.1.*
caro factum eſt , & habitauit in nobis . Propterea igitur
cum pronunciatur in ſcripturis,aut narratur aliquid de
ſapientia,ſiue dicente ipſa, ſiue cum de illa dicitur, filius
nobis potiſsimũ inſinuatur, Cuius imaginis exemplo &
nos nõ diſcedamus à deo,quia & nos imago dei ſumus.
Non quidẽ æqualis,facta quippe à patre per filium, non *Gene.1.*
nata de patre ſicut illa . Et nos quia illuminamur lumi-
ne,illa vero quia lumen illuminans, & ideo illa ſine ex-
emplo nobis exemplum eſt. Neque enim imitatur præ-
cedentem aliquem ad patrem à quo nũquam eſt omni-
no ſeparabilis , quia idipſum eſt qđ ille de quo eſt. Nos
autem nitentes imitamur manentem, & ſequimur ſtan-
tem,& in ipſo ambulantes tendimus ad ipſum : quia fa-
ctus eſt nobis via temporalis per humilitatem,quæ man
ſio nobis æterna eſt per diuinitatem . Quoniam quippe
ſpiritibus mundis intellectualibus qui ſuperbia nõ lap- E
ſi ſunt, in forma dei , & deo æqualis & deus præbet ex-
emplum , vt ſe idem exemplum redeundi etiam lapſo
præberet homini,qui propter immundiciam peccatorũ *Philip.2.*
pœnamq; mortalitatis deum videre nõ poterat , ſemet-
ipſum exinaniuit, non mutando diuinitatem ſuam,ſed
noſtram mutabilitatem aſſumẽdo : & formam ſerui ac-
cipiens,venit ad nos in hunc mundum,qui in hoc mun *1.Timot.1.*
do erat, quia mundus per eum factus eſt : vt exemplum *Ioan.1.*
ſurſum videntibus deum , exemplum deorſum miran-
tibus hominem,exemplum ſanis ad permanendum, ex-
emplum infirmis ad conualeſcendum , exemplum mo-
rituris ad non timendum,exemplum mortuis ad reſur-
gendum eſſet,in omnibus ipſe primatum tenens , Quia *Coloſſ.1.*
enim homo ad beatitudinẽ ſequi nõ debebat niſi deũ,
& ſentire non poterat deum, ſequẽdo deum hominem
factum ſequeretur ſimul, & quem ſentire poterat & quẽ
ſequi debebat . Amemus ergo eum & inhæreamus illi, *Roma.5.*
charitate diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ
qui datus eſt nobis . Non igitur mirum ſi propter exem- F
plum quod nobis vt reformemur ad imaginem dei prę- *1.ſen.di.31.*
bet imago æqualis patri , cum de ſapientia ſcriptura lo- *cap.quod*
quitur,de filio loquitur quem ſequimur viuendo ſapien *autem.*
ter:quanuis & pater ſit ſapientia ſicut lumen & deus:ſpi-
ritus quoque ſanctus ſiue ſumma charitas vtrunque con
iungens nóſque ſubiungens,quod ideo non indigne di
citur quia ſcriptum eſt,Deus charitas eſt, quo modo nõ *1.Ioan.4.*
eſt etiam ipſa ſapientia,cum ſit lumẽ,quoniam deus lu- *1.Ioan.1.*
mẽ eſt.Siue ergo hoc modo,ſiue alio modo eſſentia ſpi-
ritus ſancti ſingillatim ac proprie nominanda eſt, quo-
niam deus eſt,vtique lumen eſt. Et quoniam lumen eſt,
vtique ſapientia eſt:Deum autem eſſe ſpiritum ſanctum,
vtique ſcriptura clamat apud Apoſtolum qui dicit, Ne-
ſcitis quia templum dei eſtis? Statimque ſubiicit , Et ſpi- *1.Corint.3.*
ritus dei habitat in vobis. Deus enim habitat in templo
ſuo : Non enim tanquam miniſter habitat ſpiritus dei
in templo dei , cum alio loco euidentius dicat , Neſci-
tis quia corpora veſtra templum in vobis eſt ſpiritus ſan *1.Corint.6.*
cti,quem habetis à deo, & non eſtis veſtri? Empti enim
eſtis precio magno , glorificate & portate deum in cor-
pore veſtro . Quid eſt autem ſapientia , niſi lumen ſpi-
ritale & incommutabile ? Eſt enim & ſol iſte lumen ſed
corporale

G corporale eſt,& ſpiritalis creatura lumen, ſed nõ incommutabile. Lumen ergo pater, lumen filius, lumen ſpiritus ſanctus, Simul autem nõ tria lumina, ſed vnum lumen. Et ideo ſapientia pater, ſapientia filius, ſapientia ſpiritus ſanctus,& ſimul non tres ſapientiæ, ſed vna ſapientia,& quia hoc eſt ibi eſſe quod ſapere, vna eſſentia pater & filius & ſpiritus ſanctus. Nec aliud eſt ibi eſſe quàm deũ eſſe. Vnus ergo deus, pater & filius & ſpiritus ſanctus.

Qua neceſſitate Greci tres hypoſtaſes dixerĩt, Latini perſonas.

Cap. IIII.

1. ſen. d. 23. ca. qua neceßitate. in princip.

Itaque loquendi cauſa de ineffabilibus, vt fari aliquo modo poſſemus quod effari nullo modo poſſumus, dictum eſt à noſtris Græcis vna eſſentia, tres ſubſtantiæ: à Latinis autem vna eſſentia vel ſubſtantia, tres perſonæ: quia ſicut iam diximus, non aliter in ſermone noſtro, id eſt, Latino, eſſentia quàm ſubſtantia ſolet intelligi. Et dum intelligatur ſaltem in ænigmate quod dicitur, placuit ita dici vt diceretur aliquid cum quæreretur quid tria ſint, quæ tria eſſe fides vera pronunciata, cum & patrem non dicit eſſe filium,& ſpiritum ſanctũ quod eſt donum dei, nec patrem dicit eſſe nec filium. Cum ergo quæritur quid tria, vel quid tres, conferimus nos ad inueniẽdum aliquod ſpeciale vel generale nomen quo

1. ſen. d. 23. ca. qua neceßitate. in fine.

H complectamur hæc tria, neque occurrit animo quia excedit ſupereminentia diuinitatis vſitati eloquij facultatem. Verius enim cogitatur deus quàm dicitur,& verius eſt quàm cogitatur. Cum enim dicimus non eandem eſſe Iacob qui eſt Abraham, Iſaac autem nec Abraham eſſe nec Iacob, tres eſſe vtique fatemur, Abraham, Iſaac & Iacob. Sed cum quæritur quid tres, reſpondemus tres homines, nomine ſpeciali eos pluraliter appellantes, generali autem ſi dicamus tria animalia. Homo enim ſicut veteres definierunt, animal eſt rationale, mortale. Aut ſicut ſcripturæ noſtræ loqui ſolent, tres animas cũ à parte meliore totum appellari placet, id eſt ab anima, cum corpus & anima ſit totus homo. Ita quippe dictũ eſt in Aegyptum deſcendiſſe cum Iacob animas ſeptuaginta quinque pro tot hominibus. Item cum dicimus equum tuum, non eum eſſe qui meus eſt, & tertium alicuius alterius, nec meum eſſe nec tuum, fatemur tres eſſe. Et interroganti quid tres, reſponderemus tres equos nomine ſpeciali, generali autem tria animalia. Item cum dicimus bouem nõ eſſe equum, canem vero nec bouem eſſe nec equum, tria quædam dicimus, & percontantibus quid tria, non iam ſpeciali nomine dicimus tres equos, aut

Deute. 10. Gene. 46.

I tres boues, aut tres canes, quia non eadem ſpecie continentur, ſed generali tria animalia, ſiue ſuperiore genere tres ſubſtantias, vel tres creaturas, vel tres naturas. Quæcunque autem plurali numero enunciantur ſpecialiter vno nomine, etiam generaliter enunciari poſſunt. Non autem omnia quæ generaliter vno nomine appellantur, etiam ſpecialiter appellare vno nomine poſſumus. Nam tres equos quod eſt nomen ſpeciale, etiã animalia tria dicimus. Equum vero & bouem & canem, animalia tria tantum dicimus vel ſubſtantias, quæ ſunt generalia nomina,& ſi quid aliud de his generaliter dici poteſt. Tres vero equos aut boues aut canes, quæ ſpecialia vocabula ſunt, non ea poſſumus dicere. Ea quippe vno nomine quanuis pluraliter enunciamus, quæ communiter habent illud quod eo nomine ſignificatur. Abraham quippe & Iſaac & Iacob, commune habent id quod eſt homo, itaq; dicũtur tres homines. Equus quoq; & bos & canis, cõmune habent id quod eſt animal. Dicuntur ergo tria animalia. Ita tres aliquas lauros, etiam tres arbores dicimus, laurum vero & myrtum & oleam, tantum tres arbores vel tres ſubſtãtias aut tres naturas, atq; ita tres lapides, etiam tria corpora, lapidem vero & lignum & ferrum, tantum tria corpora, vel ſi quo etiam K

K ſuperiore generali nomine dici poſſunt. Pater ergo & filius & ſpiritus ſanctus quoniã tres ſunt, quæramus quid tres ſunt,& quid commune habeant. Non enim cõmune illis eſt id quod pater eſt, vt inuicem ſibi ſint patres, ſicut amici, cum relatiue ad alterutrum dicãtur, poſſunt dici tres amici quòd inuicem ſibi ſunt. Non autem hoc ibi, quia tantum pater ibi pater, nec duorum pater, ſed vnici filij. Nec tres filij, cum pater ibi non ſit filius nec ſpiritus ſanctus. Nec tres ſpiritus ſancti, quia & ſpiritus ſanctus propria ſignificatione qua etiam donum dei dicitur nec pater nec filius. Quid igitur tres? Si enim tres perſonę, commune eſt eis id quod perſona eſt, ergo ſpeciale hoc, aut generale nomen eſt eis, ſi conſuetudinem loquendi reſpicimus. Sed vbi eſt naturæ nulla diuerſitas, ita ibi generaliter enunciãtur aliqua plura, vt etiam ſpecialiter enunciari poſsint. Naturæ enim differẽtia facit, vt laurus & myrtus & olea, aut equus & bos & canis, non dicãtur ſpeciali nomine, iſtæ tres lauri, aut illi tres boues, ſed generali, vt iſtæ tres arbores, & illa tria animalia. Hic vero vbi nulla eſt eſſentiæ diuerſitas, oportet vt ſpeciale nomen habeant hæc tria, quod tamen nõ

1. ſen. d. 23. ca. qua neceßitate.

L inuenitur. Nam perſona generale nomen eſt, intantum vt etiam homo poſsit hoc dici, cum tantum interſit inter hominem & deum. Deinde in ipſo generali vocabulo, ſi propterea dicimus tres perſonas, quia cõmune eſt eis id quod perſona eſt, Alioquin nullo modo poſſunt ita dici, quemadmodũ non dicuntur tres filij, quia non commune eſt eis id quod eſt filius: cur non etiam tres deos dicimus? certe enim quia pater perſona,& fili⁹ perſona,& ſpiritus ſanctus perſona, ideo tres perſonę. Quia ergo pater deus,& filius deus,& ſpirit⁹ ſanctus deus, cur non tres dij? Aut quoniam propter ineffabilem coniunctionem hæc tria ſimul vnus deus, cur non etiam vna perſona, vt ita non poſsimus dicere tres perſonas, quanuis ſingulam quamq; appellemus perſonam, quẽadmodum nõ poſſumus dicere tres deos, quanuis quemq; ſingulum appellemus deum, ſiue patrem, ſiue filiũ, ſiue ſpiritum ſanctũ. An quia ſcriptura non dicit tres deos? Sed nec tres perſonas alicubi ſcripturam commemorare inuenimus. An quia nec tres, nec vnã perſonam ſcriptura dicit hæc tria: legimus enim perſonã domini, non perſonam dominũ: propterea licuit loquendi & diſputandi neceſsitates tres perſonas dicere, nõ quia ſcriptura di

1. ſẽ. d. 23. c. pater ergo.

1. ſen. d. 23. c. ſed quæritur. in prin.

1. ſen. d. 23. c. Sed quæritur. circa finem.

M cit, ſed quia ſcriptura non contradicit. Si autem diceremus tres deos, contradiceret ſcriptura dicens: Audi Iſraël, dominus deus tuus deus vnus eſt. Cur ergo & tres eſſentias non licet dicere, quod ſimiliter ſcriptura, ſicut non dicit, ita nec contradicit. Nam eſſentia ſi ſpeciale nomen eſt commune tribus, cur non dicantur tres eſſentiæ, ſicut Abraham, Iſaac & Iacob, tres homines, quia homo ſpeciale nomen eſt commune omnibus hominibus. Si autem ſpeciale nomen non eſt eſſentia, ſed generale, quia homo & pecus & arbor & ſydus & angelus dicuntur eſſentia, cur non dicuntur iſtæ tres eſſentię, ſicut tres equi dicuntur tria animalia, & tres lauri dicuntur tres arbores, & tres lapides tria corpora? Aut ſi propter vnitatem trinitatis non dicuntur tres eſſentiæ ſed vna eſſentia, cur non propter eandem vnitatem non dicuntur tres ſubſtantiæ vel tres perſonæ, ſed vna ſubſtãtia & vna perſona? Quàm enim eſt illis commune nomen eſſentiæ, ita vt ſingulus quiſque dicatur eſſentia, tam illis commune eſt vel ſubſtantiæ vel perſonæ vocabulum. Quod enim de perſonis ſecundũ noſtram, hoc de ſubſtantiis ſecundum Græcorum cõſuetudinem ea quæ di-

Deuter. 6.

1. ſen. d. 23. c. verum & hic. in prin.

1. ſen. d. 23. cap. verum & hic.

1. ſen. d. 23. cap. quod enim de.

ximus

A ximus oportet intelligi. Sic enim dicunt illi tres ſubſtantias vnam eſſentiam, quemadmodum nos dicimus tres perſonas, vnam eſſentiam vel ſubſtantiam. Quid igitur reſtat, niſi vt fateamur loquẽdi neceſsitate partita † hæc vocabula, cũ opus eſſet copioſa diſputatione aduerſum inſidias vel errores hæreticorum? Cum enim conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum ſenſus quod in ſecretario mentis pro captu tenet, de domino deo creatore ſuo, ſiue per piam fidem, ſiue per qualẽcunque intelligentiam, timuit dicere tres eſſentias, ne intelligeretur in illa ſumma æqualitate vlla diuerſitas. Rurſus non eſſe tria quædam, non poterat dicere, quod Sabelli⁹ quia dixit, in hęreſim lapſus eſt. Certiſsime quippe & de ſcripturis cognoſcitur quod pie credẽdum eſt, & aſpectus mẽtis indubitata perceptione perſtringitur, & patrem eſſe & filium & ſpiritum ſanctum, nec eundẽ filium eſſe qui pater eſt, nec ſpiritum ſanctum eundem eſſe vel patrem vel filium. Quæſiuit quid tria diceret, Et dixit ſubſtantias ſiue perſonas, quibus nominibus nõ diuerſitatem intelligi voluit, ſed ſingularitatem: vt non ſolum ibi vnitas intelligatur, ex eo quod dicitur vna eſſentia, ſed & trinitas, ex eo quod dicũtur tres ſubſtantiæ vel

1. ſen. d. 23. ca. verũ & hic, in medio. — *† partita.* — *1. ſen. d. 23. ca. verũ & hic, in fi. & ca. iam ſufficienter.*

B perſonę. Nam ſi hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſtere, ita non erant dicendæ tres ſubſtantiæ, vt non dicuntur tres eſſentię: quemadmodum quia hoc eſt deo eſſe quod ſapere, ſicut non tres eſſentias, ita nec tres ſapiẽtias dicimus. Sic enim quia hoc illi eſt deũ eſſe quod eſt eſſe, tam tres eſſentias quàm tres deos dici fas non eſt. Si autem aliud eſt deo eſſe, aliud ſubſiſtere, ſicut aliud deo eſſe, aliud patrem eſſe vel dominũ eſſe: quod enim eſt ad ſe dicitur, pater autem ad filium, & dominus ad ſeruientem creaturã dicitur: relatiue ergo ſubſiſtit, ſicut relatiue gignit, & relatiue dominatur. Ita iam ſubſtantia non erit ſubſtantia, quia relatiuum erit. Sicut enim ab eo quod eſt eſſe appellatur eſſentia, ita ab eo quod eſt ſubſiſtere ſubſtãtiam dicimus. Abſurdum eſt autem, vt ſubſtantia relatiue dicatur, Omnis enim res ad ſeipſum ſubſiſtit, quanto magis deus, ſi tamen dignum eſt, vt deus dicatur ſubſiſtere. De his enim rebus recte intelligitur, in quibus ſubiectis ſunt ea quæ in aliquo ſubiecto eſſe dicuntur, ſicut color aut forma in corpore. Corpus enim ſubſiſtit, & ideo ſubſtantia eſt. Illa vero in ſubſiſtente atque ſubiecto corpore, quæ non ſubſtãtię ſunt, ſed in ſubſtantia: & ideo ſi eſſe deſinat, vel ille color, vel illa forma,

1. ſen. di. 8. c. vnde nec. in princip. — *Subſtantia quo modo dicitũ deus.* — *Cap. V.* — *1. ſen. di. 8. c. vnde nec.*

C non adimunt corpori eſſe corpus, quia nõ hoc ei eſt eſſe, quod illam vel illam formam colorèmve retinere. Res vero mutabiles neq; ſimplices, proprie dicũtur ſubſtantiæ. Deus autem ſi ſubſiſtit vt ſubſtantia proprie dici poſsit, ineſt in eo aliquid tãquam in ſubiecto, & non eſt ſimplex, cui hoc ſit eſſe quod illi eſt, & quicquid aliud de illo ad illum dicitur, ſicut magnus, omnipotens, bonus, & ſi quid huiuſmodi de deo non incõgrue dicitur. Nefas eſt autem dicere vt ſubſiſtat, & ſubſit deus bonitati ſuæ, atque illa bonitas non ſubſtantia ſit vel potius eſſentia, neque ipſe deus ſit bonitas ſua, ſed in illo ſit tanquam in ſubiecto. Vnde manifeſtum eſt deum abuſiue ſubſtantiam vocari, vt nomine vſitatiore intelligatur eſſentia, quod vere ac proprie dicitur, ita vt fortaſſe ſolũ deum dici oporteat eſſentiam. Eſt enim vere, ſolus, quia incommutabilis eſt, idq; nomen ſuũ famulo ſuo Moyſi enunciauit, cum ait: Ego ſum qui ſum: Et dices ad eos, qui eſt miſit me ad vos. Sed tamen ſiue eſſentia dicatur quod proprie dicitur, ſiue ſubſtantia quod abuſiue, vtrũque ad ſe dicitur, non relatiue ad aliquid. Vnde hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſtere, & ideo ſi vna eſſentia trinitas, vna etiam ſubſtantia. Fortaſsis igitur commodius dicũtur tres perſonæ, quàm tres ſubſtantiæ.

3. ſen. di. 8. c. vnde nec. — *1. ſen. di. 8. c. vnde nec. in medio.* — *Exod. 3.*

D Sed ne nobis videar ſuffragari, hoc quoque requiramus. Quanquam & illi, ſi vellent, ſicut dicunt tres ſubſtantias, tres hypoſtaſes, poſſent dicere tres perſonas, tria proſopa. Illud autem maluerunt quod forte ſecundum linguæ ſuæ cõſuetudinem aptius diceretur. Nanque & in perſonis eadem ratio eſt. Non enim aliud eſt deo eſſe, aliud perſonã eſſe, ſed omnino idem. Nam ſi eſſe ad ſe dicitur, perſona vero relatiue, ſic dicamus tres perſonas, patrem & filiũ & ſpiritum ſanctũ, quemadmodum dicuntur aliqui tres amici, aut tres propinqui, aut tres vicini, quòd ſint adinuicem, nõ quòd vnuſquiſq; eorum ſit ad ſeipſum. Quapropter quilibet ex eis amicus eſt duorum cæterorum, aut propinquus aut vicinus, quia hæc nomina relatiuam ſignificationem habent. Quid ergo? non placet vt dicamus patrem perſonam eſſe filij & ſpiritus ſancti, aut filium perſonam eſſe patris & ſpiritus ſancti, aut ſpiritum ſanctum perſonã eſſe patris & filij? Sed neq; perſona ita dici alicubi ſolet, neq; in hac trinitate cum dicimus perſonam patris, aliud dicimus quàm ſubſtantiam patris. Quocirca vt ſubſtantia patris ipſe pater eſt, non quo pater eſt, ſed quo eſt, ita & perſona patris non aliud quàm ipſe pater eſt: ad ſe quippe dicitur perſona, nõ ad filium vel ſpiritum ſanctum, ſicut ad ſe dicitur deus, & magnus

Triũ perſonarũ eadẽ eſſentia. — *Cap. VI.* — *1. ſen. d. 23. c. quod enĩ.* — *1. ſen. d. 23. c. qđ autẽ in princip.* — *1. ſen. d. 23. c. qđ autem notandum.*

E & bonus & iuſtus & ſi quid aliud huiuſmodi. Et quẽadmodum hoc illi eſt eſſe, quod deum eſſe, quod magnũ, quod bonum eſſe, ita hoc illi eſt eſſe, quod perſonam eſſe. Cur ergo non hæc tria ſimul vnam perſonã dicimus, ſicut vnam eſſentiam & vnum deum, ſed tres dicimus perſonas, cum tres deos aut tres eſſentias non dicamus, niſi quia volumus, vel vnum aliquod vocabulum ſeruire huic ſignificationi qua intelligitur trinitas, ne omnino taceremus interrogati, quid tres, cũ tres eſſe fateremur? Nam ſi genus eſt eſſentia, ſpecies autem ſubſtantia ſiue perſona, vt nõnulli ſentiunt, omitto illud quod iam dixi, oportere appellare tres eſſentias, vt appellantur tres ſubſtantiæ vel perſonæ, ſicut appellãtur tres equi eademq; animalia tria, cum ſit ſpecies equus, animal genus. Neque enim ſpecies ibi pluraliter dicta eſt, & genus ſingulariter, tanquam diceretur tres equi vnum animal, ſed ſicut tres equi ſpeciali nomine, ita tria animalia generali nomine. Quod ſi dicunt ſubſtantiæ vel perſonæ nomine non ſpeciem ſignificari, ſed aliquid ſingulare atque indiuiduum: vt ſubſtantia vel perſona, non ita dicatur ſicut dicitur homo, quod commune eſt omnibus

1. ſen. d. 23. c. ideo oriĩ. — *1. ſen. d. 19. c. hic abijciendum.* — *1. ſen. d. 19. cap. ſi vero dicunt.*

F hominib⁹, ſed quo modo dicitur hic homo, velut Abraham, velut Iſaac, velut Iacob, vel ſi quis alius qui etiã digito præſens demonſtrari poſsit: ſic quoque illos eadem ratio conſequetur. Sicut enim dicuntur Abraham, Iſaac & Iacob tria indiuidua, ita tres homines, & tres animæ. Cur ergo & pater & filius & ſpiritus ſanctus, ſi ſecũdum genus & ſpeciem & indiuiduum etiam iſta diſſerimus, non ita dicuntur tres eſſentiæ vel tres ſubſtãtiæ ſeu perſonæ: ſed hæc, vt dixi, omitto, Illud dico, ſi eſſentia genus eſt, vna eſſentia iam non habet ſpecies, ſicut quia genus eſt animal, vnum animal iam non habet ſpecies. Non ſunt ergo tres ſpecies vnius eſſentiæ, pater & filius & ſpiritus ſanctus. Si autem ſpecies eſt eſſentia, ſicut ſpecies eſt homo, tres vero illæ quas appellamus ſubſtantias ſiue perſonas, ſic eandem ſpeciem communiter habent, quemadmodum Abraham Iſaac & Iacob, ſpeciem quæ homo dicitur communiter habent, non autem ſicut homo ſubdiuiditur in Abraham, Iſaac & Iacob, ita vn⁹ homo & in aliquos ſingulos homines ſubdiuidi poteſt,

G teſt,omnino enim nō poteſt , quia vnus homo iam ſin-
gulus homo eſt . Cur ergo vna eſſentia in tres ſubſtan-
tias , vel perſonas ſubdiuiditur . Nam ſi eſſentia ſpecies
1.ſen.d.19. eſt ſicut homo, ſic eſt vna eſſentia ſicut vnus homo : an
c.his quoq;. ſicut dicimus aliquos tres homines eiuſdem ſexus , eiuſ-
dem temperationis corporis, eiuſdēmque animi,vnam
eſſe naturam , tres enim ſunt homines , ſed vna natura:
ſic etiam ibi dicimus tres ſubſtantias vnam eſſentiam,
aut tres perſonas vnam ſubſtantiam vel eſſentiam?Hoc
vero vtcunque ſimile eſt, quia & veteres qui Latine lo-
cuti ſunt,antequam haberent iſta nomina,quæ non diu
eſt quod in vſum venerunt, id eſt eſſentiam vel ſubſtan
tiam,pro his naturam dicebant. Non itaque ſecundum
1.ſen. d.19. genus & ſpecies iſta dicimus, ſed quaſi ſecundum com-
c.notādum munem eandēmque materiam . Sicut ex eodem auro ſi
etiam. fierent tres ſtatuæ, diceremus tres ſtatuas vnum aurum,
nec tamen diceremus genus aurum.ſpecies autē ſtatuas,
nec aurum ſpeciem,ſtatuas vero indiuidua. Nulla quip-
pe ſpecies indiuidua ſua tranſgreditur , vt aliquid extra
cōprehendat.Cum enim definiero quid ſit homo,quod
eſt nomen ſpeciale,ſinguli quique homines qui ſunt in-
diuidua eadem definitione continentur,nec aliquid ad
H eam pertinet quod homo non ſit.Cum vero aurum de-
finiero,non ſolæ ſtatuæ ſi aureæ fuerint,ſed & annuli,&
ſi quid aliud de auro fuerit ad aurum pertinebit,& ſi ni-
hil inde fiat,aurum dicitur,quia etiam ſi non ſint aureæ,
non ideo non erunt ſtatuæ . Item nulla ſpecies excedit
definitionem generis ſui . Cum enim definiero animal,
quoniam generis huius ſpecies eſt equus , omnis equus
animal eſt,nō autem ſtatua omnis aurum eſt. Ideo quā-
uiſ in tribus ſtatuis aureis , recte dicamus tres ſtatuas v-
num aurum,non tamen ita dicimus vt genus aurū, ſpe-
1.ſen. d.19. cies vero ſtatuas intelligamus. Nec ſic ergo trinitatem
c.notādum dicimus tres perſonas vel ſubſtantias , vnam eſſentiam
etiam. & vnum deum , tanquam ex vna materia tria quædam
ſubſiſtant, etiam ſi quicquid illud eſt, in his tribus expli-
catum ſit. Non enim aliquid aliud eius eſſentiæ eſt præ-
1.ſen.d.25. ter iſtam trinitatem, tamen tres perſonas eiuſdem eſſen
ca. quibuſ- tiæ, vel tres perſonas vnam eſſentiam dicimus : tres au-
dā.& d.5. tem perſonas ex eadem eſſentia nō dicimus, quaſi aliud
c.oſtēditur. ibi ſit quod eſſentia eſt,aliud quod perſona,ſicut tres ſta
circa finē. tuas ex eodem auro poſſumus dicere . Aliud enim illic
eſt eſſe aurum,aliud eſſe ſtatuas.Et cum dicuntur tres ho
mines vna natura,vel tres homines eiuſdē naturæ, poſ-
I ſunt etiam dici tres homines ex eadem natura , quia ex
1.ſen. d.19. eadem natura & alij tres homines poſſunt exiſtere . In
c.notandū. illa vero eſſentia trinitatis , nullo modo alia quælibet
& cap. his perſona ex eadem eſſentia poteſt exiſtere. Deinde in his
quoque. rebus non tantum eſt vnus homo, quantum tres homi-
nes ſimul.Et plus ſunt aliquid homines duo,quàm vnus
homo.Et in ſtatuis ęqualib⁹ plus auri eſt tres ſimul quàm
ſingulæ ſtatuæ , & minus auri eſt vna quàm duæ . At in
1.Cor.2. deo non ita eſt. Non enim maior eſſentia eſt pater & fi-
lius & ſpiritus ſanctus ſimul quàm ſolus pater aut ſolus
filius:ſed tres ſimul illæ ſubſtantiæ ſiue perſonæ,ſi ita di-
cendæ ſunt,æquales ſunt ſingulis, quod animalis homo
non percipit . Non enim poteſt cogitare niſi moles &
ſpacia , vel minuta vel grandia , volitantibus in animo
eius phantaſmatibus , tanquam imaginibus corporum.
Ex qua immundicia donec purgetur , credat in patrem
& filium & ſpiritum ſanctum, vnum deum, ſolum,ma-
gnum,omnipotentem,bonum, iuſtum, miſericordem,
omnium viſibilium & inuiſibilium conditorē , & quic-
quid de illo pro humana facultate digne vereq; dici po
teſt. Neq; cum audierit patrem ſolum deum, ſeparet in-
de filium,aut ſpiritū ſanctū . Cum eo quippe ſolus deus, K
cum quo & vnus deus eſt, quia & filium cum audimus
ſolum deum, ſine vlla ſeparatione patris aut ſpiritus ſan
cti oportet accipere:atque ita dicat* vnam eſſentiam,vt *al.intel-
non exiſtimet aliud alio vel maius vel melius , vel ali- ligat.
qua ex parte diuerſum.Non tamen vt pater ipſe ſit & fi-
lius,& ſpiritus ſanctus,& quicquid aliud ad alterutrū ſin
gula dicuntur,ſicut verbum quod nō dicitur niſi filius,
aut donū quod non dicitur niſi ſpiritus ſanctus,propter
quod etiam pluralem numerū admittunt:ſicut in Euan-
gelio ſcriptum eſt, Ego & pater vnum ſumus : Et vnum Ioan.10.
dixit,& ſumus. Vnum,ſecundum eſſentiam,quòd idem
deus:ſumus,ſecundum relatiuum,quòd ille pater,hic fi-
lius. Aliquando & tacetur vnitas eſſentiæ,& ſola plura-
liter relatiua commemorantur . Veniemus ad eum ego
& pater , & habitabimus apud eum . Veniemus & habi- Ioan.14.
tabimus , pluralis numerus eſt, quia prædictum eſt, Ego
& pater:id eſt filius & pater,quæ relatiue ad inuicem di-
cuntur. Aliquando latenter omnino,ſicut in Geneſi:Fa- Gene.1.
ciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem no- 2.ſen.d.16.
ſtram.Et faciamus,& noſtram, pluraliter dictum eſt, & c.quocirca.
niſi ex relatiuis accipi non poteſt.Non enim vt facerent
dij, aut ad imaginem & ſimilitudinem deorum , ſed vt L
facerent pater & filius & ſpiritus ſanctus , ad imaginem
patris & filij & ſpiritus ſancti , vt ſubſiſteret homo ima-
go dei. Deus autē trinitas.Sed quia non omnino æqua-
lis fiebat illa imago dei tanquam non ab illo nata , ſed
ab eo creata , huius rei ſignificandæ cauſa ita imago eſt
vt ad imaginē ſit,id eſt, non æquatur parilitate ſed qua-
dam ſimilitudine accedit . Nō enim locorum interual-
lis,ſed ſimilitudine acceditur ad deum,& diſsimilitudi-
ne receditur ab eo. Sunt enim qui ita diſtinguūt,vt ima
ginem velint eſſe filium, hominem vero non imaginē,
ſed ad imaginem. Refellit autem eos Apoſtolus dicens:
Vir quidem non debet velare caput , cum ſit imago & 1.Cor.11.
gloria dei:Non dixit ad imaginem,ſed imago.Quæ ta-
men imago cum alibi dicitur:Ad imaginem, non qua- 2.ſen.d.16.
ſi ad filium dicitur,quæ imago ęqualis eſt patri,alioquin c.ſi'r⁹ vero.
non diceret ad imaginem noſtram . Quo modo enim Gene.1.
noſtram, cum filius ſolius patris imago ſit ? Sed propter
imparem vt diximus ſimilitudinem dictus eſt homo ad
imaginem,& ideo noſtram, vt imago trinitatis eſſet ho
mo:non trinitati æqualis ſicut filius patri, ſed accidens,
vt dictum eſt quadam ſimilitudine , ſicut in diſtantibus
ſignificatur quædam vicinitas , non loci , ſed cuiuſdam M
imitationis. Ad hoc enim eis & dicitur : Reformamini
in nouitate mentis veſtræ . Quibus itē dicit : Eſtote ita- Roma.12.
que imitatores dei ſicut filij chariſsimi, Nouo enim ho- Ephe.5.
mini dicitur: Qui renouatur in agnitionem dei, ſecun- Coloſſ.3.
dum imaginem eius qui creauit eum . Aut ſi iam placet
propter diſputandi neceſsitatem , etiam exceptis nomi-
nibus relatiuis , pluralem numerum admittere , vt vno
nomine reſpondeatur,cum quæritur, quid tria, & dice-
re tres ſubſtantias ſiue tres perſonas,nullæ moles aut in-
terualla cogitentur , nulla diſtantia quantulæcunq; diſ-
ſimilitudinis,vt ibi intelligatur aliud alio vel paulo mi-
nus quocūque modo minus eſſe aliud alio poteſt,vt ne-
que perſonarum ſit confuſio , nec talis diſtinctio qua ſit
impar aliquid . Quod ſi intellectu capi non poteſt, fide
teneatur,donec illuceſcat in cordib⁹ ille qui ait per Pro-
phetam:Niſi credideritis non intelligetis. Eſaia.7.

LIBRI SEPTIMI DE
Trinitate Finis.

A

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE TRINITATE

Liber octauus.

Epilog⁹ ſuperius dictorum.

DIXIMVS alibi ea dici prorie in illa trinitate diſtiĉte ad ſingulas perſonas pertinẽtia, quæ relatiue dicuntur ad inuicẽ, ſicut pater & filius & vtriuſq; donum ſpiritus ſanctus. Nõ enim pater trinitas, aut fili⁹ trinitas, aut trinitas donum. Quod vero ad ſe dicuntur ſinguli, non dici pluraliter tres, ſed vnam ipſam trinitatem, ſicut deus pater, deus filius, deus ſpiritus ſanctus. Et dominus† pater, dominus filius, dominus ſpiritus ſanctus. Et omnipotẽs pater, omnipotens filius, omnipotens ſpiritus ſanctus. Nec tamen tres dij, aut tres domini, aut tres omnipotentes. Sed vnus deus, dominus, omnipotens, ipſa trinitas, & quicquid aliud, nõ ad inuicem relatiue, ſed ad ſe ſinguli dicuntur. Hoc enim ſecũdum eſſentiam dicuntur, quia hoc eſt ibi eſſe, quod magnum eſſe, quod bonũ eſſe, quod ſapientem eſſe, & quicquid aliquid ad ſe vnaquęq; ibi perſona, vel ipſa trinitas

†Vetera loco dominus bic, habent bonus.

B dicitur. Ideoq; dici tres perſonas vel tres ſubſtantias, nõ vt aliqua intelligatur diuerſitas eſſentiæ, ſed vt vel vno aliquo vocabulo reſponderi poſsit, cũ dicitur quid tres, vel quid tria: tantamq; eſſe æqualitatem in ea trinitate, vt nõ ſolum pater nõ ſit maior quàm filius, quod attinet ad diuinitatẽ, ſed nec pater & filius ſimul maius aliquid ſint quàm ſpiritus ſanctus, aut ſingula quæque perſona quælibet trium, minus aliquid ſit quàm ipſa trinitas. Dicta ſunt hæc, & ſi ſæpius verſando repetatur, familiarius quidem innoteſcunt. Sed & modus aliquis adhibendus eſt, deoq; ſupplicandũ deuotiſsima pietate, vt intellectũ aperiat, & ſtudiũ contentionis abſumat, quo poſsit mente cerni eſſentia veritatis, ſine vlla mole, ſine vlla mobilitate.† Nunc itaque in quãtum ipſe adiuuat creator mire miſericors, attendamus hæc quæ modo tam interiora quàm ſuperiora tractabimus, cum ſit eadẽ ſeruata illa regula, vt quod intellectui noſtro nõdum eluxerit, à firmitate fidei non dimittatur. Dicimus enim non eſſe in hac trinitate maius aliquid duas aut tres perſonas q̃ vnam earum, quod non capit conſuetudo carnalis, non ob aliud niſi quia vera quæ creata ſunt ſentit vt poteſt. Veritatem autem ipſam qua creata ſunt non poteſt intueri. Nam ſi poſſet, nullo modo eſſet lux iſta corporea

1. ſen. d. 19. ca. ſciendũ eſt ergo.

†mutabilitate.

In trinitate nõ eſt mai⁹ aut minus.

Cap. I.

1. ſen. d. 19. ca. ſciendũ eſt ergo.

C manifeſtior quàm hoc quod diximus. In ſubſtãtia quippe veritatis, quoniam ſola vere eſt, non eſt maior aliqua, niſi quæ verius eſt. Quicquid autem intelligibile atq; incõmutabile eſt, non aliud alio verius eſt, quia æque incõmutabiliter æternum eſt. Nec quod ibi magnũ dicitur, aliunde magnum eſt, quàm eo quo vere eſt. Quapropter vbi magnitudo ipſa veritas eſt, quicquid plus habet magnitudinis, neceſſe eſt vt pl⁹ habeat veritatis. Quicquid ergo plus veritatis non habet, non habet plus etiam magnitudinis, Porrò quicquid plus habet veritatis, profecto verius eſt, ſicut maius eſt quod plus habet magnitudinis, hoc ergo ibi eſt maius quod verius. Nõ autem verius eſt pater & filius ſimul, quàm ſingulus pater, aut ſingulus filius. Nõ igitur maius aliquid vtrunq; ſimul, quàm ſingulum eorum. Et quoniam æque vere eſt etiam ſpiritus ſanctus, nec pater & filius ſimul, maius aliquid eſt q̃ ipſe, quia nec verius eſt. Pater quoq; & ſpiritus ſanctus ſimul quoniam veritate non ſuperant filium, non enim verius ſunt, nec magnitudine ſuperant. Atq; ita filius & ſpiritus ſanctus ſimul tam magnum aliquid ſunt, quàm

1. ſen. d. 19. c. quod ibi.

pater ſolus, quia tam vere ſunt. Sic & ipſa trinitas tã magnum eſt, quàm vnaquæq; ibi perſona. Nõ enim ibi maior eſt, quæ verior non eſt, vbi eſt ipſa veritas magnitudo. Quia in eſſentia veritatis, hoc eſt verũ eſſe quod eſt eſſe, & hoc eſt eſſe quod eſt magnum eſſe, hoc eſt ergo magnum eſſe quod verum eſſe. Quod igitur ibi æque verum eſt, etiam æque magnum ſit neceſſe eſt. In corporibus autem fieri poteſt, vt æque verum ſit hoc aurum atque illud, ſed maius hoc ſit quàm illud, quia nõ eadem ibi eſt magnitudo quæ veritas, Aliudq; illi eſt aurum eſſe, aliud magnum eſſe. Sic & in animi natura, ſecundum quod dicitur magnus animus, non ſecundum hoc dicitur verus animus. Animum enim verum habet etiã qui non eſt magnanimus, quandoquidem corporis & animi eſſentia, non eſt ipſius veritatis eſſentia, ſicut eſt trinitas deus vnus, ſolus, magnus, verus, verax, veritas. Quem ſi cogitare conamur, quantum ſinit & donat, nullus cogitetur per locorũ ſpacia contactus aut complexus, quaſi trium corporum, nulla cõpago iuncturæ, ſicut tricorporem Geryonem fabulæ ferũt: ſed quicquid animo tale occurrerit, vt magis ſit in tribus quàm in ſingulis, minuſq; in vno quàm in duobus, ſine vlla dubitatione reſpuatur. Ita enim reſpuitur omne corporeum. In ſpiritalibus

D

Prima cognitio dei ſcire quid non ſit.

Cap. II.

E autem, omne mutabile quod occurrerit non putetur deus. Non enim paruæ noticiæ pars eſt, cum de profundo iſto in illam ſummitatem reſpiramus, ſi antequã ſcire poſſumus quid ſit deus, poſſumus iam ſcire quid nõ ſit. Non eſt enim certe nec terra, nec cœlum, nec quaſi terra & cœlum, nec tale aliquid quale videmus in cœlo, nec tale aliquid quicquid non videmus, & eſt fortaſsis in cœlo. Nec ſi augeas imaginatione cogitationis lucem ſolis quantum potes, ſiue quo ſit maior, ſiue quo ſit clarior, millies tantum, aut innumerabiliter, neque hoc eſt deus, Nec ſicut cogitantur angeli mundi ſpiritus cœleſtia corpora inſpirantes, atque ad arbitrium quo ſeruiũt deo mutantes atq; verſantes, nec ſi omnes, cum ſint milia milium, in vnum collati vnus fiant, nec tale aliquid deus eſt. Nec ſi eoſdem ſpiritus ſine corporibus cogites, quod quidem carnali cogitationi difficillimũ eſt. Ecce vide ſi potes, ô anima prægrauata corpore quod corrũpitur, & onuſta terrenis cogitationibus multis & variis, ecce vide ſi potes, deus veritas eſt. Hoc enim ſcriptum eſt: Quoniam deus lux eſt: non quo modo iſti oculi vident, ſed quo modo videt cor, cum audit veritas eſt. Noli quærere quid ſit veritas, ſtatim enim ſe opponunt ca-

Apoca. 5.

Sapien. 9.

1. Ioan. 1.

F ligines imaginum corporalium & nubila fantaſmatum, & perturbant ſerenitatem, quæ primo ictu diluxit tibi, cum diceretur veritas. Ecce in ipſo primo ictu, quo velut coruſcatione perſtringeris, cum dicitur veritas; mane ſi potes, ſed non potes. Relaberis in iſta ſolita atque terrena. Quo tandem pondere quæſo relaberis, niſi ſordium contractarum cupiditatis viſco & peregrinationis erroribus. Ecce iterum vide ſi potes. Non amas certe niſi bonum, quia bona eſt terra altitudine montiũ & temperamento collium & planicie camporum, & bonum prædium, amœnum ac fertile, & bona domus paribus membris diſpoſita, & ampla & lucida, & bona animalia, animata corpora, & bonus aër modeſtus & ſalubris, & bonus cibus ſuauis atque aptus valetudini, & bona valetudo ſine doloribus & laſsitudine, & bona facies hominis dimẽſa pariliter & affecta hilariter & luculenter colorata, & bonus animus amici conſenſionis dulcedine & amoris fide, & bonus vir iuſtus, & bonæ diuitiæ, quia facilè expediunt, & bonum cœlũ cum ſole & luna & ſtellis ſuis, & boni angeli ſancta obedientia, & bona lo-

Deus vnice bonus.

Cap. III.

G na locutio ſuauiter docens,& congruenter monens auditorem. Et bonũ carmen,canorum numeris,& ſententiis graue. Quid plura & plura? Bonum hoc & bonum illud. Tolle hoc & illud & vide ipſum bonum ſi potes,ita deum videbis,nõ alio bono bonum,ſed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis vel quæ cõmemoraui,vel quæ alia cernuntur ſiue cogitantur, diceremus aliud alio melius cum vere iudicamus, niſi eſſet nobis impreſſa notio ipſius boni , ſecundũ quod & probaremus aliquid,& aliud alij præponeremus. Sic amandus eſt deus,nõ hoc & illud bonum,ſed ipſum bonũ. Quærendum enim bonum animæ , nõ cui ſuperuolitet iudicando,ſed cui hæreat amãdo. Et quid hoc niſi deus? Nõ bonus animus,aut bonus angelus, aut bonũ cœlum,ſed bonum bonũ. Sic enim forte facilius aduertatur quid velim dicere. Cum enim audio,verbi gratia,quod dicitur animus bonus,ſicut duo verba ſunt,ita ex eis verbis duo quædam intelligo. Aliud quo animus eſt, aliud quo bonus. Et quidem vt animus eſſet, nõ egit ipſe aliquid. Nõ enim iam erat qui ageret vt eſſet . Vt autẽ ſit bonus animus,video agendũ eſſe voluntate: nõ quia idipſum quo animus eſt,non eſt aliquid boni, Nam vnde iam dicitur

H & veriſsime dicitur corpore melior? ſed ideo nondũ dicitur bonus animus,quoniã reſtat ei actio volũtatis, qua ſit præſtantior,quã ſi neglexerit,iure culpatur, recteq; dicitur nõ bonus animus. Diſtat enim ab eo qui hoc agit. Et quia ille laudabilis,profecto iſte qui hoc non agit vituperabilis eſt. Cũ vero agit hoc ſtudio, & fit bonus animus,niſi ſe ad aliquid cõuertat quod ipſe non eſt,nõ poteſt hoc aſſequi. Quò ſe autẽ conuertit vt fiat bonus animus,niſi ad bonũ, cum hoc amat & appetit, & adipiſcitur? Vnde ſi rurſus ſe auertat,fiatq; non bonus, hoc ipſo quòd ſe auertit à bono,niſi maneat in ſe illud bonũ vnde ſe auertit , nõ eſt quò ſe iterum ſi voluerit emendare conuertat. Quapropter nulla eſſent mutabilia bona,niſi eſſet incõmutabile bonum . Cum itaq; audis bonũ hoc & bonum illud,quæ poſſunt aliâs dici etiã non bona,ſi potueris ſine illis quæ participatione boni bona ſunt, perſpicere ipſum bonũ , cuius participatione bona ſunt, ſimul enim & ipſum intelligis cum audis hoc aut illud bonũ. Si ergo potueris, illis detractis per ſeipſum perſpicere bonum,perſpexeris deum. Et ſi amore inhæſeris,cõtinuo beatificaberis. Pudeat autẽ cum alia non amẽtur,

I niſi quia bona ſunt, eis inhærendo non amare bonũ ipſum,vnde bona ſunt. Illud etiam,quòd animus,tantum quia eſt animus,etiam nondum eo modo bonus quo ſe conuertit ad incõmutabile bonum , ſed vt dixi tantum animus , cum ita nobis placet vt eum omni etiam luci corporeæ cum bene intelligimus præferamus,nũ in ſeipſo nobis placet,ſed in illa arte qua factus eſt. Inde enim approbatur factus, vbi videtur fuiſſe faciendus : hæc eſt veritas, & ſimplex bonum . Non enim eſt aliud aliquid quã ipſum bonum,ac per hoc etiam ſummum bonum. Non enim minui vel augeri bonum poteſt,niſi quod ex alio bono bonum eſt. Ad hoc ſe igitur animus cõuertit vt bonus ſit,à quo habet vt animus ſit. Tunc ergo volũtas naturę cõgruit vt perficiatur in bono animus,cum illud bonum diligitur † conuerſione voluntatis,vnde eſt & illud quod non amittitur, nec auerſione voluntatis. Auertẽdo enim ſe à ſummo bono,amittit animus vt ſit bonus animus,non autem amittit vt ſit animus, cum & hoc iam bonum ſit corpore melius: hoc ergo amittit voluntas, quod volũtas adipiſcitur. Iam enim erat animus qui conuerti ad id vellet à quo erat . Qui autẽ vellet eſſe antequam eſſet,nondum erat: & hoc eſt bonum noſtrũ,

† al. cũ ad illud bonũ dirigitur.

vbi videmus vtrũ eſſe debuerit aut debeat quicquid eſſe debuiſſe,aut debere cõprehendimus: & vbi videmus eſſe non potuiſſe niſi eſſe debuiſſet, quicquid etiam quo modo eſſe debuerit cõprehendimus . Hoc ergo bonum nõ longe poſitũ eſt ab vnoquoq; noſtrum. In illo enim viuimus,mouemur,& ſumus. Sed dilectione ſtandũ eſt ad illud, & inhęrendũ illi,vt pręſente perfruamur à quo ſumus , quo abſente nec eſſe poſſumus . Cũ enim per fidem adhuc ambulamus, non per ſpeciem, nõdum vtiq; videmus deum,ſicut idem ait,facie ad faciẽ: quem tamẽ niſi nunc iam diligamus, nunquã videbimus , Sed quis diligit quod ignorat? Sciri enim aliquid & nõ diligi poteſt. Diligi autem quod neſcitur,quæro vtrũ poſsit, quia ſi non poteſt,nemo diligit deum antequã ſciat . Et quid eſt deum ſcire,niſi eum mente cõſpicere,firmeq; percipere? Nõ enim corpus eſt vt carneis oculis inquiratur. Sed & priuſquam valeamus cõſpicere atq; percipere deum, ſicut conſpici & percipi poteſt,quod mundicordibus licet: Beati enim mundicordes, quia ipſi deum videbunt, niſi per fidem diligatur,non poterit cor mũdari,quo ad eum videndum ſit aptum & idoneum. Vbi ſunt enim illa tria,propter quæ in animo ædificãda, omniũ diuinorum librorum machinamẽta cõſurgunt,fides,ſpes, charitas , niſi in animo credẽte quod nondũ videt , & ſperante atque amante quod credit? Amatur ergo & quod ignoratur,ſed tamẽ creditur. Nimirum autem cauendũ eſt, ne credẽs animus id quod non videt fingat ſibi aliquid quod non eſt , & ſperat diligatq; quod falſum eſt. Quod ſi fit,nõ erit charitas de corde puro & cõſcientia bona, & fide non ficta, quæ finis præcepti eſt,ſicut idem Apoſtolus dicit. Neceſſe eſt autẽ cum aliqua corporalia lecta vel audita quæ non vidimus, credimus, fingat ſibi aliquid animus in lineamentis formiſq; corporum,ſicut occurrerit cogitanti, quod aut verũ non ſit, aut etiam ſi verum eſt,quod rariſsime poteſt accidere, nõ hoc tamẽ fide vt teneamus quicquã prodeſt,ſed aliud aliquid vtile,quod per hoc inſinuatur. Quis enim legentiũ vel audientium quæ ſcripſit Apoſtolus Paulus, vel quæ de illo ſcripta ſunt , nõ fingit animo & ipſius Apoſtoli faciem, & omnium quorũ ibi nomina cõmemorantur? Et cum in tanta hominum multitudine quibus illæ literæ notæ ſunt, alius aliter lineamenta figuramq; illorum corporũ cogitet, quis propinquius & ſublimius cogitet, vtiq; in-

K

Acto. 17.

Fides inutilis niſi accedat charitas.

Cap. IIII.

2. Corin. 5.

1. Corin. 13.

3. ſen. d. 24 ca. poſt hoc. in fine.

Matth. 5.

L

1. Cor. 13.

1. Timot. 1.

M certũ eſt. Neq; ibi occupatur fides noſtra, qua facie corporis fuerint illi homines, ſed tãtum quia per dei gratiã ita vixerunt, & ea geſſerunt , quæ ſcriptura illa teſtatur, hoc & vtile eſt credere,& non deſperandum & appetẽdum. Nam & ipſius dominicæ facies carnis, innumerabilium cogitationũ diuerſitate variatur & fingitur, quæ tamen vna erat , quæcunque erat . Neque enim in fide noſtra quam de domino Ieſu Chriſto habemus, illud ſalubre eſt quod ſibi animus fingit , longe fortaſſe aliter quàm res ſe habet , ſed illud quod ſecundum ſpeciem de homine cogitamus : habemus enim quaſi regulariter infixam humanæ naturæ noticiam,ſecundum quam quicquid tale aſpicimus , ſtatim hominem eſſe cognoſcimus vel hominis formam. Secundum hanc noticiam cogitatio noſtra informatur , cum credimus pro nobis deum hominem factum , ad humilitatis exemplum,& ad demonſtrandam erga nos dilectionem dei. Hoc enim nobis prodeſt credere , & firmum atque incõcuſſum corde retinere,ſcilicet humilitatem qua natus eſt deus ex fœmina, & à mortalibus per tantas contumelias perductus ad mortem , ſummum eſſe medicamentum,quo ſuperbię noſtrę ſanaretur tumor,& altũ ſacra-

Quo modo trinitas diligatur incognita.

Cap. V.

mentum

A mentum quo peccati vinculum ſolueretur. Sic & virtutem miraculorum ipſius & reſurrectionis eius, quoniam nouimus quis ſit omnipotentia, de omnipotẽte deo credimus, & ſecundum ſpecies & genera rerum vel natura inſita vel experientia collecta, de factis huiuſcemodi cogitamus, vt oon ficta ſit fides noſtra. Neque enim nouimus faciẽ virginis Mariæ, ex qua ille à viro intacta, neq; in ipſo partu corrupta mirabilitèr natus eſt. Nec quibus
Ioan.11. membrorum lineamentis fuerit Lazarus, nec Bethaniã, nec ſepulchrum lapidemq; illum quem remoueri iuſsit cum eum reſuſcitaret vidimus, nec mooumẽtum nouũ
Matth 27. excisum in petra vnde ipſe reſurrexit, nec montem Oli-
Actorũ.1. ueti vnde aſcendit in cœlum. Neq; omnino ſcimus quicunque iſta nõ vidimus, an ita ſint vt ea cogitamus, immo vero probabilius exiſtimamus non eſſe ita. Nanque cum alicuius facies vel loci vel hominis, vel cuiuſlibet corporis eadẽ occurrerit oculis oostris quæ occurrebat animo, cum eam priuſquã videremus cogitabamus, nõ paruo miraculo mouemur. Ita raro & penè nunquã accidit: & tamen ea firmiſsime credimus, quia ſecundum ſpecialem generalemq; noticiam quæ certa nobis eſt co
B gitamus. Credimus enim dominum Ieſum Chriſtũ na-
Luca.1. tum de virgine quæ Maria vocabatur. Quid ſit autẽ virgo, & quid ſit naſci, & quid ſit nomen proprium nõ credimus, ſed prorſus nouimus. Vtrum autẽ illa facies Mariæ fuerit quę occurrit animo cum iſta loquimur aut recordamur, nec nouimus omnino, nec credimus. Itaque hic ſalua fide licet dicere, forte talem habebat faciẽ, forte non talem: forte autem de virgine natus eſt Chriſtus, nemo ſalua fide Chriſtiana dixerit. Quamobrem quoniam trinitatis æternitatem, & ęqualitatem & vnitatem quaotum datur intelligere cupimus, prius autem quàm intelligamus credere debemus, vigilandumq; nobis eſt ne ficta ſit fides noſtra: eadẽ quippe trinitate fruendum eſt, vt beate viuamus, ſi autem falſum de illa crediderimus, inanis erit ſpes, & nõ caſta charitas: quo modo igitur eam trinitatẽ quam non nouimus, credendo diligimus? An ſecundum ſpecialẽ generalẽmve ooticiam, ſecundum quam diligimus Apoſtolum Paulum? Qui etiã ſi non ea facie fuit quę nobis occurrit de illo cogitantibus, & hoc penitus ignoramus, nouimus tamen quid ſit homo. Vt enim longe non eamus, hoc ſumus, id eſt homo, & illum hoc fuiſſe & animam eius corpori copula-
C tam mortaliter vixiſſe manifeſtum eſt. Hoc ergo de illo credimus, quod inuenimus in nobis, iuxta ſpeciẽ vel genus, quo humana omnis natura pariter cõtinetur. Quid igitur de illa excellentia trinitatis ſiue ſpecialiter ſiue generaliter nouimus, quaſi multæ ſint tales trinitates, quarum aliquas experti ſumus, vt per regulam ſimilitudinis impreſſam vel ſpecialem vel generalem noticiam, illam quoque talem eſſe credamus, atq; ita rem quã credimus & nondum nouimus, ex parilitate rei quam nouimus diligamus? Quod vtique non ita eſt. An quemadmodũ diligimus in domino Ieſu Chriſto, quòd reſurrexit à mortuis, quãuis inde neminem vnquam reſurrexiſſe viderimus, ita trinitatem quam nõ videmus, & qualem nullã vnquam vidimus poſſumus credẽdo diligere? Sed quid ſit mori, & quid ſit viuere, vtique ſcimus: quia & viuimus & mortuos ac morientes aliquando vidimus & experti ſumus. Quid eſt autem aliud reſurgere, niſi reuiuiſcere, id eſt, ex morte ad vitam redire? Cum ergo dicimus & credimus eſſe trinitatem, nouimus quid ſit trinitas, quia nouimus quid ſint tria, ſed non hoc diligimus. Nam id
Micare digitis. vbi volumus facile habemus, vt alia omittam, vel micãdo digitis tribus: an vero diligimus, nõ quòd omnis trinitas, ſed quod trinitas deus? Hoc ergo diligimus in tri- D
nitate, quod deus eſt, ſed deum nullum alium vidimus, aut nouimus, quia vous eſt deus, ille ſolus quem nondũ vidimus, & credẽdo diligimus. Sed ex qua rerum notarum ſimilitudine vel cõparatione credamus, quo etiam nondum notum deum diligamus, hoc quæritur. Re- *In ſanctis quid diligamus.*
di ergo mecum, & conſideremus cur diligamus Apoſtolum. Nunquid nam propter humanam ſpeciẽ quam ootiſsimam habemus, eo quòd credimus eum hominẽ fuiſ- *Cap. VI.*
ſe? Non vtique. Alioquin nunc non eſt quẽ diligamus, quandoquidem homo ille iam nõ eſt. Anima enim eius à corpore ſeparata eſt. Sed id quod in illo amamus, etiã nunc viuere credimus: Amamus enim animum iuſtum. Ex qua ergo generali aut ſpeciali regula, niſi quia ſcim⁹, & quid ſit animus, & quid ſit iuſtus? Et animus quidem quid ſit, non incongrue nos dicimus ideo noſſe, quia & nos habemus animum. Neque enim voquã oculis vidimus, & ex ſimilitudine viſorũ plurium, notiooem generalẽ ſpecialẽmve percepimus, ſed potius vt dixi, quia & nos habemus. Quid enim tam intime ſcitur, ſeq; ipſuo eſſe ſentit, quàm id quo etiã cætera ſentiuotur, id eſt, ipſe animus? Nam & motus corporum quibus præter nos E
alios viuere ſentimus, ex noſtra ſimilitudine agnoſcim⁹: quia & nos ita mouemus corpus viuendo, ſicut illa corpora moueri aduertimus. Neque enim cum corpus viuũ mouetur, aperitur vlla via oculis noſtris ad videndum animum, rem ſcilicet quę oculis videri oõ poteſt: ſed illi moli aliquid ineſſe ſentimus, quale nobis ineſt ad mouendum ſimiliter molem noſtram, quod eſt vita & anima. Neq; enim quaſi humanæ prudentię rationiſq; proprium eſt. Et beſtiæ quippe ſentiunt viuere, non tantum ſeipſas, ſed etiam ſeinuicẽ atque alterutrum, & noſipſos. Nec animas noſtras vidẽt, ſed ex motibus corporis, idq; ſtatim & facillime quadam conſpiratione naturali. Aoimum igitur cuiuſlibet ex noſtro nouimus, & ex noſtro credimus quẽ nouimus. Non enim tantũ ſentimus animum, ſed etiam ſcire poſſumus quid ſit animus conſideratione noſtri, habem⁹ enim animũ. Sed quid ſit iuſtus, vnde nouimus? Dixeramus enim nos Apoſtolũ nõ alia cauſa diligere, niſi quòd ſit iuſtus animus. Nouimus ergo & quid ſit iuſtus, ſicut & quid ſit animus. Sed quid ſit animus vt dictũ eſt nouimus ex nobis. Ineſt enim anim⁹ nobis. Quid autẽ ſit iuſtus vnde nouimus, ſi iuſti nõ ſumus? Quod ſi nemo nouit quid ſit iuſt⁹ niſi qui iuſtus eſt, F
nemo diligit iuſtũ vnquã niſi iuſtus. Nemo enim poteſt diligere quẽ iuſtum eſſe credit ob hoc ipſum, quia iuſtũ eſſe credit, ſi quid ſit iuſtus ignorat. Secundum quòd ſuperius demonſtrauimus oeminem diligere quod credit & non videt, niſi ex aliqua regula noticiæ generalis ſiue ſpecialis. Ac per hoc ſi oon diligit iuſtum niſi iuſtus, quo modo volet quiſq; iuſtus eſſe qui nõdum eſt? Noo enim vult quiſquã eſſe quod nõdum diligit. Vt autẽ ſit iuſtus qui oondum eſt, volet vtiq; iuſtus eſſe: vt autẽ velit, diligit iuſtum. Diligit ergo iuſtum, & qui nõdum iuſtus eſt. Diligere autẽ iuſtum oõ poteſt, qui quid ſit iuſtus, ignorat. Proinde nouit quid ſit iuſtus, etiã qui nondũ eſt: vbi ergo nouit, oum oculis vidit? An vllum corpus iuſtũ velut album, aut nigrum, aut quadrum, aut rotundũ? quis hoc dixerit? At oculis non vidit niſi corpora. Iuſtus autem in homine nõ eſt, niſi animus. Et cum homo iuſtus dicitur, ex animo dicitur, nõ ex corpore. Eſt enim quædam pulchritudo animi iuſticia qua pulchri ſunt homines, plerique etiam qui corpore diſtorti atque diſformes ſunt. Sicut autem animus nõ videtur oculis, ita nec pulchritudo eius. Vbi ergo nouit quid ſit iuſtus, qui nõdum eſt,

G eſt,atq; vt ſit diligit iuſtum?An ſigna quædã per motum
corporis emicãt, quibus ille aut ille homo eſſe iuſtus ap-
paret?Sed vnde nouit illa ſigna eſſe animi iuſti,neſciens
quid omnino ſit iuſt⁹?Nouit ergo.Sed vbi nouim⁹ quid
ſit iuſtus,etiã cum iuſti nondũ ſumus?Si extra nos noui-
mus,in corpore aliquo nouimus.Sed nõ eſt iſta res cor-
poris. In nobis igitur nouimus quid ſit iuſtus . Nõ enim
alibi hoc inuenio cum quæro vt hoc eloquar, niſi apud
meipſum.Et ſi interrogẽ alium quid ſit iuſtus,apud ſeip-
ipſum quærit quid reſpondeat . Et quiſquis hinc verum
reſpondere potuit , apud ſeipſum quid reſpõderet inue-
nit.Et Carthaginem quidẽ cum eloqui volo , apud me-
ipſum quæro vt eloquar,& apud meipſum inuenio fan-
taſiam Carthaginis . Sed eã per corpus accepi, id eſt per
corporis ſenſum,quoniã præſens in ea corpore fui,& eã
vidi atq; ſenſi, memoriaq; retinui, vt apud me inueni rẽ
de illa verbũ , cum eam vellem dicere. Ipſa enim fanta-
ſia eius in memoria mea verbum eius , nõ ſonus iſte tri-
ſyllabus cum Carthago nominatur,vel etiam cum taci-
te nomen ipſum per ſpacia temporũ cogitatur,ſed illud
quod in animo meo cerno, cũ hoc triſyllabũ voce pro-
fero,vel antequã proferam. Sic & Alexandriã cum elo-
H qui volo quam nunquã vidi, præſto eſt apud me fantaſ-
ma eius.Cũ enim à multis audiſſem & credidiſſem ma-
gnam eſſe illam vrbẽ,ſicut mihi narrari potuit,finxi ani-
mo meo imaginem eius quam potui:& hoc eſt apud me
verbum eius,cum eam volo dicere antequã voce quinq;
ſyllabas proferam, quod nomẽ eius ferẽ omnibus notũ
eſt . Quam tamen imaginem ſi ex animo meo proferre
poſſem ad oculos hominum qui Alexandriã nouerunt,
profecto aut omnes dicerent,non eſt ipſa:aut ſi dicerẽt,
ipſa eſt , multum mirarer , atque intuens in animo meo
ipſam,id eſt imaginẽ quaſi picturam eius , ipſam tamen
eſſe neſcirẽ,ſed eis crederẽ qui viſam tenerent. Non au-
tem ita quæro quid ſit iuſtus,nec ita inuenio, nec ita in-
tueor cum id eloquor, nec ita probor cũ audior, nec ita
probo cum audio, quaſi tale aliquid oculis viderim, aut
vllo corporis ſenſu didicerim, aut ab eis qui ita didiciſ-
ſent audierim . Cum enim dico & ſciens dico,iuſtus eſt
animus qui ſcientia atq; ratione in vita ac moribus ſua
cuiq; diſtribuit, nõ aliquam rem abſentem cogito, ſicut
Carthaginem , aut fingo vt poſſum ſicut Alexandriam,
ſiue ita ſit ſiue non ita,ſed præſens quiddã cerno,& cer-
no apud me,etſi non ſum ipſe quod cerno, & multi qui
I audiunt approbabunt.Et quiſquis me audit atque ſcien-
ter approbat,apud ſe & ipſe hoc idem cernit,etiam ſi nõ
ſit & ipſe quod cernit.Iuſtus vero cum id dicit,id quod
ipſe eſt cernit & dicit. Et vbi etiam ipſe cernit, niſi apud
ſeipſum?Sed hoc mirum non eſt. Vbi enim ſe cerneret,
niſi apud ſeipſum? Illud mirabile eſt, vt apud ſe animus
videat quod alibi nuſquã vidit,& verũ videat, & ipſum
verum ſcilicet iuſtũ animum videat , & ſit ipſe animus,
& non ſit iuſtus animus, quẽ apud ſeipſum videt. Num
eſt alius animus iuſtus in animo nõdum iuſto? Aut ſi nõ
eſt quẽ ibi videt , cum videt & dicit quid ſit animus iu-
ſtus,nec alibi quàm in ſeipſo videt,cum ipſe non ſit ani-
mus iuſtus?An illud quod videt,veritas eſt interior prę-
ſens animo qui eam valet intueri,neq; omnes valent?Et
qui intueri valent,hoc etiã quod intuentur non omnes
ſunt,hoc eſt nõ ſunt etiam ipſi iuſti animi, ſicut poſſunt
videre ac dicere,quid ſit iuſtus animus?Quod vnde eſſe
potuerunt,niſi inhęrendo eidem ipſi formæ quã intuen
tur vt inde formẽtur & ſint iuſti animi,non tantum cer
nentes aut dicẽtes iuſtum eſſe animum qui ſcientia atq;
ratione in vita ac moribus ſua cuique diſtribuit,ſed etiã
vt ipſi iuſte viuant, iuſteq; morati ſint, ſua cuique diſtri- K
buendo , vt nemini quicquã debeant niſi vt inuicẽ dili- *Roma.13.*
gant.Et vnde inhæretur illi formæ,niſi amando?Cur er
go alium diligimus quem credimus iuſtum, & non dili
gimus ipſam formam , vbi videmus quid ſit iuſtus ani-
mus , vt & nos iuſti eſſe poſſimus ? An vero niſi & iſtam
diligeremus , nullo modo eum diligeremus quẽ diligi-
mus ex iſta,ſed dum iuſti non ſumus,minus eam diligi-
mus quàm vt iuſti eſſe valeamus?Homo ergo qui credi-
tur iuſtus,ex ea forma & veritate diligitur , quam cernit
& intelligit apud ſe ille qui diligit , ipſa vero forma &
veritas non eſt quo modo aliunde diligatur.Neq; enim
inuenimus aliquid tale præter ipſam,vt eam cum inco-
gnita eſt credendo diligamus , ex eo quod iam tale ali-
quid nouimus . Quicquid enim tale aliquid perſpexeris *3.ſen.d.27.*
ipſa eſt:& non eſt quicquã tale,quoniã ſola ipſa talis eſt, *cap.conſe-*
qualis ipſa eſt . Qui ergo amat homines , aut quia iuſti *quenter.*
ſunt,aut vt iuſti ſint amare debet : ſic eni & ſemetipſum
amare debet,aut quia iuſtus eſt,aut vt iuſtus ſit. Sic enim *Matth.22.*
diligit proximum tãquã ſeipſum ſine vllo periculo.Qui
enim aliter ſe diligit,iniuſte ſe diligit, quoniã ſe ad hoc
diligit vt ſit iniuſtus.Ad hoc ergo vt ſit mal⁹, ac per hoc L
iam non ſe diligit.Qui enim diligit iniquitatẽ,odit ani- *Pſal. 10.*
mam ſuam. Quapropter non eſt præcipue vidẽdum *De vera di*
in hac quæſtione quæ de trinitate nobis eſt,& de cogno *lectione.*
ſcendo deo,niſi quid ſit vera dilectio,imo vero quid ſit *Cap.VII.*
dilectio.Ea quippe dilectio dicẽda eſt quę vera eſt,alio-
quin cupiditas eſt : atque ita cupidi abuſiue dicuntur di-
ligere , quemadmodũ cupere abuſiue dicuntur, qui dili-
gunt . Hæc eſt autẽ vera dilectio vt inhærentes veritati
iuſte viuamus:& ideo contẽnamus omnia mortalia prę
amore hominũ,quo eos volumus iuſte viuere. Ita enim
& mori pro fratribus vtiliter parati eſſe poterim⁹, quod
nos dominus Ieſus Chriſtus exẽplo ſuo docuit.Cũ enim *Matth. 22.*
duo præcepta ſint in quibus tota lex pendet & Prophe-
tæ,dilectio dei & dilectio proximi , non immerito ple-
runq; ſcriptura pro vtroq; vnum ponit. Siue tãtum dei,
ſicuti eſt illud, Scimus quoniã diligẽtibus deum omnia *Roman.8.*
cooperãtur in bonũ.Et iterum , Quiſquis autem diligit *1.Corint.8.*
deum,hic cognitus eſt ab illo.Et illud,Quoniam charì- *Roma.5.*
tas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſan-
ctum qui datus eſt nobis . Et alia multa: quia & qui dili-
git deum , conſequens eſt vt faciat quod præcipit deus,
& intantum diligit inquantum facit : conſequens ergo
eſt vt & proximum diligat , quia hoc præcepit deus.
Siue tantum proximi dilectionem ſcriptura commemo M
rat,ſicut eſt illud, Inuicẽ onera veſtra portate , & ſic ad-
implebitis legẽ Chriſti.Et illud,Omnis enim lex in vno *Galat.6.*
ſermone impletur,in eo quòd ſcriptum eſt,Diliges pro- *Galat.5.*
ximum tuum tanquam teipſum. Et in Euangelio, Om- *Matth.7.*
nia quæcunque vultis vt faciant vobis homines bona,
ita & vos facite illis:hęc eſt enim lex & Prophetę.Et ple-
raq; alia reperimus in literis ſanctis, in quibus ſola dile-
ctio proximi ad perfectionem præcipi videtur, & taceri
de dilectione dei,cum in vtroq; lex pendeat & Prophe-
tæ.Sed & hoc ideo, quia & qui proximum diligit,conſe *1.ſen.d.17.*
quens eſt vt ipſam pręcipue dilectionẽ diligat.Deus au- *cap.ne autẽ in re.*
tem dilectio eſt , & qui manet in dilectione in deo ma-
net.Conſequens ergo eſt vt præcipue deũ diligat. Qua- *1.Ioan.4.*
propter qui quærũt deum per iſtas poteſtates,quæ mun-
do præſunt vel partibus mundi, auferũtur ab eo longẽ-
que iactantur: non interuallis locorum , ſed diuerſitate
affectuum . Exterius enim conantur ire,& interiora ſua
deſerunt quibus interior eſt deus : Itaque ſi aliquam e-
tiam ſanctã poteſtatem vel audierunt, vel vtcunque co-
gitauerunt,

A gitauerunt,facta magis eius appetunt quæ humana mi-
ratur infirmitas, non imitantur pietatem qua diuina
requies comparatur. Malunt enim ſuperbe hoc poſſe
quod angelus,quàm deuote hoc eſſe quod angelus. Nō
enim ſanctus quiſquam poteſtate ſua gaudet, ſed eius
à quo habet poſſe quicquid congruenter poteſt. Et no-
uit potentius eſſe coniungi omnipotenti pia voluntate,
quàm propria voluntate poſſe quod contremiſcant qui
talia non poſſunt. Itaque ipſe dominus Ieſus Chriſtus
talia faciens, vt mirantes doceret ampliora, & tempo-
ralibus inſolitis intentos atque ſuſpenſos ad æterna at-
Matth.11. que interiora conuerteret, Venite,inquit,ad me omnes
qui laboratis & onerati eſtis, & reficiam vos, tollite iu-
gum meum ſuper vos. Et non ait, diſcite à me quatri-
duanos mortuos ſuſcitare: ſed ait, Diſcite à me quo-
niam mitis ſum & humilis corde. Potentior eſt enim
& tutior ſolidiſſima humilitas, quàm ventoſiſſima cel-
ſitudo. Et ideo ſequitur, dicens: Et inuenietis requiem
1.Corin.13. animabus veſtris. Dilectio enim non inflatur, & deus
1.ſēt di.17. dilectio eſt: & fideles in dilectione acquieſcent illi,
ca.ne autē. reuocati à ſtrepitu qui foris eſt, ad gaudia ſilentij. Ec-
B ce deus dilectio eſt, vt quid imus & currimus in ſubli-
mia cœlorum, & ima terrarum, quærentes eum qui eſt
Quòd qui apud nos, ſi nos velimus eſſe apud eum? Nemo di-
fratrē dili- cat, non noui quid diligam. Diligat fratrem, & dili-
git deū di- get eandem dilectionem. Magis enim nouit dilectio-
ligat,qui a- nem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam
mat et ipſā poteſt notiorem deum habere quàm fratrem. Planè
dilectionē notiorem, quia præſentiorem: notiorem, quia interio-
qua ex deo rem: notiorem, quia certiorem. Amplectere dilectio-
eſt et de⁹ eſt. nem deum, & dilectione amplectere deum. Ipſa eſt
Cap.VIII. dilectio quæ omnes bonos angelos, & omnes dei ſer-
1.ſē.di.17. uos conſociat vinculo ſanctitatis: nóſque & illos con-
ca. ne autē. iungit inuicem nobis, & ſubiungit ſibi. Quanto igitur
ſaniores ſumus à tumore ſuperbiæ, tanto ſumus dile-
ctione pleniores. Et quo,niſi deo plenus eſt, qui plenus
eſt dilectione? At enim charitatem video, & quantum
poſſum eam mente conſpicio, & credo ſcripturæ di-
1.Ioan.4. centi, Quoniam deus charitas eſt, & qui manet in cha-
ritate, in deo manet. Sed cum illam video, non in ea
video trinitatem. Immo vero vides trinitatem, ſi cha-
ritatem vides. Sed commonebo ſi potero, vt videre te
C videas, aſſit tantum ipſa, vt moueamur charitate ad a-
liquod bonum. Quia cum diligimus charitatem, ali-
quid diligentem diligimus, propter hocipſum quia di-
ligit aliquid. Ergo quid diligit charitas, vt poſſit eti-
am ipſa charitas diligi? Charitas enim non eſt quæ ni-
hil diligit. Si autem ſeipſam diligit, diligat aliquid o-
portet, vt charitatem ſe diligat. Sicut enim verbum in-
dicat aliquid, indicat etiam ſeipſum, ſed non ſe ver-
bum indicat, niſi ſe aliquid indicare indicet: ſic & cha-
ritas diligit quidem ſe, ſed niſi ſe aliquid diligentem
diligat, non charitatem ſe diligit. Quid ergo diligit
charitas, niſi quod charitate diligimus? Id autem vt à
proximo prouehamur, frater eſt. Dilectionem autem
fraternam quantum commendat Ioannes Apoſtolus
1.Ioan.2. attendamus. Qui diligit, inquit, fratrem ſuum, in lu-
1.ſen.di.17. mine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Manifeſtum
ca.ne autē. eſt quòd iuſticiæ perfectionem in fratris dilectione po
ſuerit: nam in quo ſcandalum non eſt, vtique perfe-
1.Ioan.4. ctus eſt. Et tamen videtur dilectionem dei tacuiſſe,
quod nunquam faceret, niſi quia in ipſa fraterna dile-
ctione vult intelligi deum. Apertiſſime enim in ea-
dem epiſtola paulopoſt ita dicit, Dilectiſſimi diliga-
mus inuicem, quia dilectio ex deo eſt, Et omnis qui di-

ligit, ex deo natus eſt, & cognoſcit deum. Qui non dili- D
git, non cognouit deum, quia deus dilectio eſt. Iſta con
textio ſatis aperteq; declarat, eandem ipſam fraternam
dilectionem, nam fraterna dilectio eſt, qua diligimus
inuicem, non ſolum ex deo, ſed etiam deum eſſe, quam
videmus tanta authoritate prædicari. Cum ergo de di-
lectione diligimus fratrem, de deo diligimus fratrem.
Nec fieri poteſt vt eandem dilectionem non præci-
pue diligamus, qua fratrem diligimus. Vnde colligitur,
duo illa præcepta non poſſe eſſe ſine inuicem: quoniam
quippe deus dilectio eſt, deum certe diligit qui diligit
dilectionem. Dilectionem autem neceſſe eſt vt dili- *1.Ioan.4.*
gat, qui diligit fratrem. Et ideo paulopoſt ait. Non po- *Ibidem.*
teſt deum diligere, quem non videt, qui fratrem quem *3.ſentē.diſt.*
videt non diligit: quia hæc illi cauſa eſt non videndi *27.cap.hic*
deum, quòd non diligit fratrem. Quis enim non dili- *quæritur.*
git fratrem, non eſt in dilectione: & qui non eſt in di- *1.ſentē.diſt.*
lectione, non eſt in deo, quia deus dilectio eſt. Porrò *17.c.ne autē.*
qui non eſt in deo, non eſt in lumine, quia deus lumen *1.Ioan.4.*
eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Qui ergo non eſt
in lumine, quid mirum ſi non videt lumen, id eſt non E
videt deum quia in tenebris eſt? Fratrem autem videt
humano viſu, quo videri deus non poteſt. Sed ſi eum *3.ſent. diſt.*
quem videt humano viſu, ſpiritali charitate diligeret, *27. cap.hic*
videret deum, qui eſt ipſa charitas, viſu interiore, quo *quæritur.*
videri poteſt. Itaque qui fratrem quem videt non dili- *1.Ioan.4.*
git, deum quem propterea non videt, quia deus dile-
ctio eſt, qua caret qui fratrem non diligit, quo modo
poteſt diligere? Nec illa iam quæſtio moueat, quantum *3.ſent. diſt.*
fratri charitatis debeamus impendere, quantum deo: *29.ca.quo-*
incomparabiliter plus quàm nobis deo, fratri autem *rum etiam.*
quantum nobiſipſis. Nos autem ipſos tanto magis di-
ligimus, quanto magis diligimus deum. Ex vna igitur *3.ſent.diſt.*
eadèmque charitate deum proximúmque diligimus: *27.cap. hic*
ſed deum propter deum, nos autem & proximum pro- *quæritur.*
pter deum. Quid enim eſt quæſo quòd exardeſci- *Hominesho*
mus, cum audimus & legimus: Ecce nunc tempus ac- *minū ex in*
ceptabile, ecce nunc dies ſalutis: nullam in quoquam *plus magis*
dantes offenſionem, vt non reprehēdatur miniſterium *accēdimur.*
noſtrum, ſed in omnibus commendantes noſmetip- *Cap.IX.*
ſos vt dei miniſtros, in multa patientia, in tribulatio- *2.Cor.6.*
nibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in car-
ceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ie- F
iuniis, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in bo-
nitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo
veritatis, in virtute dei: per arma iuſticiæ, à dextris &
ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam
& bonam famam: vt ſeductores & veraces, vt qui i-
gnoramur & cognoſcimur: quaſi morientes, & ecce
viuimus: vt coërciti & non mortificati: vt triſtes, ſem-
per autem gaudentes: ſicut egeni, multos autem di-
tantes: tanquam nihil habentes, & omnia poſſiden-
tes. Quid eſt enim quòd accendimur in dilectionem
Pauli Apoſtoli, cum iſta legimus, niſi quòd credimus
eum ita vixiſſe? Viuendum tamen ſic eſſe dei mini-
ſtris, non de aliquibus auditum credimus, ſed intus a-
pud nos, vel potius ſupra nos in ipſa veritate conſpici-
mus. Illum ergo quem ſic vixiſſe credimus, ex hoc quod
videmus diligimus. Et niſi hanc formam, quam ſem-
per ſtabilem atque incommutabilem cernimus, præ-
cipue diligeremus, non ideo diligeremus illum, quia
eius vitam, cum in carne viueret, huic formæ coapta-
tam & congruentem fuiſſe, fide retinemus. Sed neſcio
quo modo amplius & in ipſius formæ charitatem ex-
citamur, per fidem qua credimus vixiſſe ſic aliquem

G & ſpem,qua nos quoq; ita poſſe viuere,qui homines ſumus, ex eo quòd aliqui homines ita vixerunt, minime deſperamus, vt hoc & deſideremus ardentius,& fidentius precemur. Ita & ipſorum vitam facit à nobis diligi formæ illius dilectio, ſecundum quam vixiſſe creduotur,& illorum vita credita,in eandem formam flagrantiorem excitat charitatem: vt quanto flagrantius diligimus deum, tanto certius ſereniúſque videamus: quia in deo conſpicimus incommutabilem formam iuſticiæ, ſecundum quam homioem viuere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionem & ad dilectionem dei, non tanquam omnino incogoiti,aut omnino non dilecti, ſed quo cognoſcatur manifeſtius, & quo firmius diligatur.

Gradus ad amorẽ æternũ. Cap. X.

Quid eſt autem dilectio vel charitas,quam tantopere ſcriptura diuina laudat & prædicat, niſi amor boni? Amor autem alicuius amantis eſt, & amore aliquid amatur. Ecce tria ſunt, amans, & quod amatur,& amor. Quid eſt ergo amor, niſi quædam vita duo aliqua copulans,vel copulare appetens, amantem ſcilicet, & quod amatur? Et hoc etiam in extremis carnalibúſque amoribus ita eſt, ſed vt
H aliquid purius & liquidius hauriamus, calcata carne aſceodamus ad animum. Quid amat animus in amico, niſi animum? Et illic igitur tria ſunt,amans,& quod amatur, & amor. Reſtat etiam hinc aſcendere, & ſuperius iſta quærere, quaotum homini datur. Sed hic paululum requieſcat intentio, non vt ſe iam exiſtimet inueniſſe quod quærit, ſed ſicut ſolet inueniri locus, vbi iam quærendum eſt aliquid, nondum illud iouentum eſt, ſed iam inuentum eſt vbi quæratur: ita hoc dixiſſe ſuffecerit, vt tanquam ab articulo alicuius exordij cætera contexamus.

Libri octaui finis.

DIVI AVRELII AVGVſtini de Trinitate Liber Nonus.

De trinitate quo modo inquirẽdũ. Caput I.

I TRINITATEM certe quærimus non quamlibet, ſed illam trinitatem, quæ deus eſt, verusq; ac ſummus, ac ſolus deus. Expecta ergo quiſquis hæc audis. Adhuc enim quærimus, & talia quærentem nemo iuſte reprehendit, ſi tamen in fide firmiſſimus quærat, quod aut noſſe aut eloqui difficillimum eſt. Affirmantem vero cito iuſtéque reprehendit, quiſquis melius vel videt vel docet. Quærite, inquit, deum,& viuet anima veſtra. *Pſal. 68.* Et ne quiſquam ſe tanquã apprehendiſſe temere gaudeat: Quærite,inquit, faciem eius ſemper. *Pſal. 104.* Et Apoſtolus: Si quis ſe,inquit, putat aliquid ſcire, oondum ſcit quemadmodum ſcire oporteat. *1. Cor. 8.* Quiſquis autem diligit deum, hic cognitus eſt ab illo. Nec ſic quidem dixit: Cogoouit illum: quæ periculoſa præſumptio eſt,ſed cognitus eſt ab illo. Sed & alibi cum dixiſſet, Nunc autem cognoſcentes deum: *Galat. 4.* ſtatim corrigens, immo cogniti, inquit, à deo, maximéque illo loco: Fratres, inquit,ego meipſum non arbitror. apprehendiſſe: vnum autem, quæ retro oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus, ſecundum intentionem ſequor ad palmam ſupernæ vocationis dei in Chriſto Ieſu. *Philip. 3.* Quotquot ergo perfecti, hoc ſapiamus. Perfectionem io hac vita dicit,non aliud quàm ea quæ retro ſunt obliuiſci, & in ea quæ ante ſunt extẽdi ſecundum intentionem. Tutiſsima eſt enim quærentis K intentio, donec apprehendatur illud quò tendimus, & quò extendimur. Sed ea recta intentio eſt,quæ proficiſcitur à fide. Certa enim fides vtcunque inchoat cognitionem: cognitio vero certa non perficietur, niſi poſt hanc vitam, cum videbimus facie ad faciem. *3. ſen. di. 4. ca. poſt hoc. in medio. 1. Cor. 13.* Hoc ergo ſapiamus, vt nouerimus tutiorem eſſe affectum vera quærendi, quem iocognita pro cogoitis præſumendi. Sic ergo quæramus tanquam inueoturi: & ſic inueniamus, tanquam quæſituri. Cum enim conſummauerit homo, tunc incipit. *Eccli. 18.* De credendis nulla infidelitate dubitemus, de intelligendis nulla temeritate affirmemus: in illis authoritas tenenda eſt, in his veritas exquirenda. Quod ergo ad iſtam quæſtionem attinet, credamus patrem & filium & ſpiritum ſanctum eſſe vnum deum, vniuerſæ creaturæ conditorem atque rectorem: nec patrem eſſe filium, nec ſpiritum ſanctum vel patrem eſſe vel filium, ſed trinitatem relaturum ad inuicem perſonarum, & vnitatem æqualis eſſentiæ. *1. ſent. di. 3. ca. quapropter.* Hoc autem quæramus intelligere, ab eoipſo quem intelligere volumus auxilium precantes, & quantum tribuit quod intelligimus explicare, tanta cura & ſolicitudine pietatis, vt etiam ſi aliquid aliud pro alio dicimus, nihil tamen indignum dicamus. L Vt ſi quid,verbi gratia, de patre dicimus, quod patri proprie non conueniat, aut filio conueniat, aut ſpiritui ſancto, aut ipſi trinitati: & ſi quid de filio, quod filio proprie noo congruat,ſaltem congruat patri, aut ſpiritui ſancto,aut trinitati: item ſi quid de ſpiritu ſancto, quod proprietatem ſpiritus ſaocti non deceat, non tamen alienum ſit à patre aut à filio, aut ab vno de ipſa trinitate, veluti nunc cupimus videre vtrum illa excellentiſſima charitas proprie ſpiritus ſanctus ſit: quod ſi non eſt, aut pater eſt charitas, aut filius,aut ipſa trinitas, quoniam reſiſtere non poſſumus certiſſimæ fidei, & validiſſimæ authoritati ſcripturæ dicentis, Deus charitas eſt: *1. Ioan. 4.* non tamen debemus deuiare ſacrilego errore, vt aliquid de trinitate dicamus, quod noo creatori, ſed creaturæ potius conueniat, aut inani cogitatione fiogatur. Quæ cum ita ſint, attendamus iſta tria, quæ inueniſſe nobis videmur. Nondum de ſupernis loquimur,nondum de deo patre & filio & ſpiritu ſancto, ſed de hac impari imagine, attamen imagine, id eſt homine: familiarius M enim eam & facilius fortaſſis intuetur mentis noſtræ infirmitas.

De tribus in amore ὑφιςτῶ. Cap. II.

Ecce ego qui hoc quæro, cum aliquid amo tria ſunt, ego, & quod amo,& ipſe amor. Non enim amo amorem, niſi amantem amem: nam noo eſt amor vbi nihil amatur. Tria ergo ſunt,amans,& quod amatur, & amor. Quod ſi non amem niſi meipſum, nónne duo erunt,quod amo,& amor? Amans enim & quod amatur, hoc idem eſt, quando ſe ipſe amat: ſicut amare & amari,eodem modo idipſum eſt,cum ſe quiſque amat. Eadem quippe res bis dicitur, cum dicitur, amat ſe,& amatur à ſe. Tunc enim non eſt aliud atque aliud amare & amari, ſicut oon eſt alius atque alius, amans & amatus. At vero amor, & quod amatur etiam ſic duo ſunt. Noo enim cum quiſque ſe amat amor eſt, niſi cũ amatur ipſe amor. Aliud eſt autẽ amare ſe, aliud eſt amare amorem ſuum. Noo enim amatur amor, niſi iam aliquid amans: quia vbi nihil amatur, nullus eſt amor. Duo ergo ſunt,cum ſe quiſq; amat,amor & quod amatur. Tunc enim amans & quod amatur vnum eſt. Vnde videtur non eſſe conſequẽs, vt vbicunque amor fuerit, iam tria intelligantur. Auferamus enim ab hac conſideratione cætera quæ multa ſunt, quibus homo conſtat:

A conſtat: atq; vt hæc quæ nunc requirimus, quantum in his rebus poſſumus, liquido reperiamus, de ſola mente tractemus. Mens igitur cum amat ſeipſam, duo quædam oſtendit, mentem & amorem. Quid eſt autem amare ſe, niſi ſibi præſto eſſe velle ad fruendum ſe? Et cum tantum ſe vult eſſe, quantum eſt, par menti voluntas eſt, & amanti amor æqualis. Et ſi aliqua ſubſtantia eſt amor, noo eſt vtique corpus, ſed ſpiritus: nec mens corpus, ſed ſpiritus eſt, Neque tamen amor & mens duo ſpiritus, ſed vnus ſpiritus: nec eſſentiæ duæ, ſed vna: & tamē duo quædam voum ſunt, amans & amor: ſiue ſic dicas, quod amatur & amor. Et hæc quidem duo, relatiue ad inuicem dicuntur. Amans quippe ad amorem refertur, & amor ad amantem. Amans enim aliquo amore amat, & amor alicuius amantis eſt. Mens vero & ſpiritus non relatiue dicuntur, ſed eſſentiam demonſtrant. Non enim quia mens & ſpiritus alicuius hominis eſt, ideo mens & ſpiritus manet. Retracto enim eo quod homo eſt, quod adiuncto corpore dicitur, mens & ſpiritus manet. Retracto autem amante, nullus eſt amor: & retracto amore, nul- B lus eſt amans. Ideoque quantum ad inuicem referuntur, duo ſunt. Quod autem ad ſe ipſa dicuntur & ſingula ſpiritus, & ſimul vtrunque vnus ſpiritus: & ſingula mens, & ſimul vtrunque vna mens. Vbi ergo trinitas, attendamus quantum poſſumus, & inuocemus lucem ſempiternam, vt illuminet tenebras noſtras, & videamus in nobis quantum ſinimur imaginem dei.

Simile ſimile nouit. Cap. III. 1. ſent. di. 3. cap. & hæc tria.

Mens enim amare ſeipſam noo poteſt, niſi etiam ſe nouerit: nam quo modo amat quod neſcit? Aut ſi quiſquam dicit ex noticia generali vel ſpeciali mentem credere ſe eſſe talem, quales alias experta eſt, & ideo amare ſeipſam, inſipientiſſime loquitur. Vnde enim mens aliquam mentem nouit, ſi ſe oon nouit? Neque enim vt oculus corporis videt alios oculos, & ſe non videt: ita mens nouit alias mentes, & ignorat ſemetipſam. Per oculos enim corporis corpora videmus, quia radios qui per eos emicant, & quicquid cernimus tangunt, refringere ac retorquere in ipſos non poſſumus, niſi cum ſpecula iotuemur. Quod ſubtiliſsime obſcuriſſiméque diſſeritur, donec apertiſſime demonſtretur vel ita ſe rem habere, vel noo ita, Sed quoquo modo ſe habeat vis, qua per oculos cernimus, ipſam certe vim ſiue ſint C radij, ſiue aliud aliquid, oculis cernere non valemus, ſed mente quærimus, & ſi fieri poteſt, etiam hoc mente comprehēdimus. Mens ergo ipſa ſicut corporearum rerum noticias per ſenſus corporis colligit, ſic incorporearum rerum per ſemetipſam. Ergo & ſemetipſam per ſeipſam nouit, quoniam eſt incorporea: nam ſi non ſe nouit, non ſe amat.

Tria eſſe in aīa quæ ſūt vnū, mentē, & noticiam ſui & amorē. Ca. IIII. 1. ſent. di. 3. cap. poteſt etiam.

Sicut autem duo quædam ſuot, mens & amor eius, cum ſe amat: ita quædam duo ſuot, mens & noticia eius, cum ſe oouit. Igitur ipſa mēs & amor & noticia eius, tria quædam ſunt, & hæc tria voum ſunt: & cum perfecta ſuot, æqualia ſunt. Si enim minus ſe amat quàm eſt, vt verbi gratia, tantum ſe amat hominis mēs, quantum amandum eſt corpus hominis cum plus ſit ipſa quàm corpus, peccat, & non eſt perfectus amor eius. Item ſi amplius ſe amat quàm eſt, velut ſi tantum ſe amet, quantum amaodus eſt deus, cum incomparabiliter minus ſit ipſa quàm deus, etiam ſic nimium peccat, & nō perfectum habet amorem ſui. Maiore autem peruerſitate & iniquitate peccat, cum corpus tantum amat, quantum amandus eſt deus. Item noticia ſi mioor eſt, quàm eſt illud quod noſcitur, & plene noſci poteſt, perfecta non eſt. Si autem maior eſt, iam ſuperior eſt natura quæ nouit, quàm illa quæ nota D eſt: ſicut maior eſt noticia corporis, quàm ipſum corpus quod ea noticia notum eſt. Illa enim vita quædam eſt in ratione cognoſcentis: corpus autem non eſt vita. Et vita quælibet quolibet corpore maior eſt, nō mole, ſed vi. Mens vero cum ſeipſam cognoſcit, oon ſe ſuperat noticia ſua, quia ipſa cognoſcit, & ipſa cognoſcitur. Cum ergo ſe totam cognoſcit, neque ſecum quicquam aliud, par illi eſt cognitio ſua: quia neque ex alia natura eſt eius cognitio, cum ſeipſam cogooſcit. Et cum ſe totā nihil amplius percipit, nec mioor nec maior eſt, Recte igitur diximus, hęc tria cum perfecta ſunt, eſſe conſequenter æqualia. Simul etiam admonemur, *1. ſent. di. 3. c. ſed iam.* ſi vtcunque videre poſſumus hæc in anima exiſtere, & tanquā inuoluta euolui, vt ſentiantur, & dinumerentur ſubſtantialiter, vel, vt ita dicam, eſſentialiter, non tanquam in ſubiecto, vt color, aut figura in corpore, aut vlla alia qualitas aut quantitas. Quicquid enim tale eſt, non excedit ſubiectum in quo eſt. Noo enim color iſte aut figura huius corporis poteſt eſſe & alterius corporis. Mens autem amore quo ſe amat poteſt amare & aliud præter ſe. Item non ſe ſolum cognoſcit meos, ſed E & alia multa. Quamobrem non amor & cognitio tan- *1. ſent. di 3. c. ſed iam.* quam in ſubiecto inſunt menti, ſed ſubſtantialiter etiam iſta ſunt ſicut ipſa mens, quia etſi relatiue dicuntur ad inuicem, in ſua tamen ſunt ſingula quæque ſubſtantia. Non ſicut color & coloratum relatiue, ita dicuntur ad inuicem, vt color in ſubiecto colorato ſit, nō habens in ſeipſo propriam ſubſtantiam: quoniam coloratum corpus ſubſtantia eſt, ille autem in ſubſtantia: ſed ſicut duo amici etiam duo ſunt homines, quæ ſunt ſubſtantiæ, cum homines non relatiue dicantur, amici autem relatiue. Sed item quanuis ſubſtantia ſit amans vel ſciens, ſubſtantia ſit ſcientia, ſubſtaotia ſit amor, ſed amans & amor, aut ſciens & ſcientia relatiue ad ſe dicantur ſicut amici. Mens vero aut ſpiritus non ſunt relatiua, ſicut nec homines relatiua ſunt, non tamen ſicut amici homines poſſunt ſeorſum eſſe ab inuicem, ſic amans & amor, aut ſciens & ſcientia. Quanquam & amici corpore videntur ſeparari poſſe, non animo, inquantum amici ſuot: veruntamen fieri poteſt, vt amicus amicum etiam odiſſe incipiat, & eoipſo amicus eſſe deſinat, neſciente illo, & adhuc amante. Amor autem quo ſe mens amat, ſi eſſe deſinat, ſimul & illa deſinit eſſe amans. F Item ooticia qua ſe mens nouit, ſi eſſe deſinat, ſimul & illa noſſe ſe deſinet. Sicut caput capitati alicuius vtique caput eſt, & relatiue ad ſe dicuntur, quanuis etiam ſubſtantiæ ſint. Nam & caput corpus eſt, & capitatum: & ſi non ſit corpus, nec capitatum erit. Sed hæc præciſione ab inuicem ſeparari poſſuot, illa non poſſunt. Quòd ſi ſunt aliqua corpora, quæ ſecari omnioo & diuidi nequeunt, tamen niſi partibus ſuis conſtarent, corpora non eſſent: pars ergo ad totum relatiue dicitur, quia omnis pars alicuius totius pars eſt, & totum omnibus partibus totum eſt. Sed quooiam & pars corpus eſt & totum, non tantum iſta relatiue dicuotur, ſed etiam ſubſtaotialiter ſunt. Fortaſſis ergo mens totum eſt, & eius quaſi partes amor quo ſe amat, & ſcientia qua ſe ſcimit & nouit, quibus duabus partibus illud totum conſtat. An tres ſunt æquales partes, quibus totum vnum completur? Sed nulla pars totum, cuius pars eſt, complectitur. Mens vero cum ſe totam nouit, hoc eſt perfecte nouit, per totum eius eſt noticia eius. Et cum ſe perfecte amat, totamſe amat, & per totum eſt amor eius. Num ergo ſicut ex vino &

G aqua & melle vna fit potio, & ſingula per totum ſunt,
& tamen tria ſunt: nulla enim pars eſt potionis, quæ
non habeat hæc tria: non enim iuncta velut ſi aqua &
oleum eſſent, ſed omnino commixta ſunt, & ſubſtan-
tiæ ſunt omnes, & totus ille liquor vna quædam eſt ex
tribus confecta ſubſtantia: tale aliquid arbitrandum
eſt eſſe ſimul hæc tria, mentem, amorem noticiam? Sed
non vnius ſubſtantiæ ſunt aqua, vinum, & mel, quan-
uis ex eorum commixtione fiat vna ſubſtantia potio-
nis. Quo modo autem illa tria non ſint eiuſdem ſub-
ſtantiæ, non video, cum mens ipſa ſe amet, atque ipſa
ſe nouerit: atque ita ſint hæc tria, vt non alteri alicui
rerum mens vel amata vel nota ſit. Vnius ergo eiuſ-
démque eſſentiæ neceſſe eſt hæc tria ſint: & ideo ſi tan-
quam commixtione confuſa eſſent, nullo modo eſſent
tria, nec referri adinuicem poſſent. Quemadmodum
ſi ex vno endémque auro tres annulos ſimiles facias,
quanuis connexos, ſibi referuntur ad inuicem quòd ſi-
miles ſunt: omnis enim ſimilis alicui ſimilis eſt: & tri-
nitas annulorum eſt, & vnum aurum. At ſi miſceantur
ſibi, & per totam ſinguli maſſam ſuam conſpergantur,
H intercidet illa trinitas, & omnino non erit: ac non ſo-
lum vnum aurum dicetur, ſicut in illis tribus annulis
Trium vni- dicebatur, ſed iam nulla aurea tria. At in illis tri-
tas. Ca. V. bus, cum ſe nouit mens & amat ſe, manet trinitas, mens,
amor, noticia, & nulla cõmixtione confunditur: quan-
uis & ſingula ſint in ſemetipſis, & inuicem tota in to-
tis, ſiue ſingula in binis, ſiue bina in ſingulis. Itaque om-
nia in omnibus. Nam & mens eſt vtique in ſeipſa, quo-
niam ad ſeipſam mens dicitur: quanuis noſcens, vel
nota, vel noſcibilis ad ſuam noticiam relatiue dicatur.
Amans quoque & amata vel amabilis ad amorem refe-
ratur, quo ſe amat. Et noticia quanuis referatur ad men
tem cognoſcentem vel cognitam, tamen & ad ſeipſam
nota & noſcens dicitur. Non enim ſibi eſt incognita
noticia, qua ſe mens ipſa cognoſcit. Et amor quanuis
referatur ad mentem amantem, cuius amor eſt, tamen
& ad ſeipſum eſt amor, vt ſit etiam in ſeipſo: quia &
amor amatur, nec alio niſi amore amari poteſt, id eſt
1. ſent. di. 3. ſeipſo. Ita ſunt hæc ſingula in ſeipſis. In alternis autem
cap. ſum. ita ſunt, quia & mens amans in amore eſt, & amor in
I amantis noticia, & noticia in mente noſcente. Singu-
la in binis ita ſunt, quia mens quæ ſe nouit & amat, in
amore & noticia ſua eſt: & amor amantis mentis, ſe-
ſeq; ſcientis in mente noticiaq; eius eſt. Et noticia men
tis ſe ſcientis & amantis in mente atque in amore eius
eſt, quia quia ſcientem ſe amat, & amantem ſe nouit. Ac
per hoc & bina in ſingulis, quia mens, quæ ſe nouit & a-
mat, cum ſua noticia eſt in amore, & cum ſuo amore
in noticia: amor quippe ipſe & noticia ſimul ſunt in
mente quæ ſe amat & nouit. Tota vero in totis, quem-
admodum ſint, iam ſupra oſtendimus, cũ ſe tota mens
amat, & totam nouit, & totum amorem ſuum nouit, to
támque amat noticiam ſuam, quando tria iſta ad ſe ip-
1. ſent. di. 3. ſa perfecta ſunt. Miro itaque modo tria iſta inſepara-
cap. & hæc bilia ſunt à ſemetipſis, & tamẽ eorum ſingulum quodq;
tria. ſubſtantia eſt, & ſimul omnia vna ſubſtantia vel eſſen-
Aliter per tia, cum relatiue dicantur adinuicem. Sed cum ſe-
ſenſus, ali- ipſam nouit humana mens, & amat ſeipſam, nõ aliquid
ter incorpo- incommutabile nouit & amat: aliterque vnuſquiſque
rea cogno- homo loquẽdo enunciat mentem ſuam, quid in ſeipſo
ſci. Ca. VI. agatur attendens, aliter autem humanã mentem ſpecia
li aut generali cognitione definit. Itaque cum mihi de
ſua propria loquitur, vtrum intelligat hoc aut illud, aut
non intelligat, & vtrum velit aut nolit hoc aut illud,
credo. Cum vero de humana ſpecialiter aut generali- K
ter verum dicit, agnoſco & approbo. Vnde manife-
ſtum eſt aliud vnumquenque videre in ſe, quod ſibi a-
lius dicenti credat, non tamen videat: aliud autem in
ipſa veritate, quod alius quoque poſſit intueri, quorum
alterum mutari per tempora, alterum incommutabi-
li æternitate conſiſtere. Neque enim oculis corporeis
multas mentes videndo, per ſimilitudinem colligimus
generalem vel ſpecialem mentis humanæ noticiam,
ſed intuemur inuiolabilem veritatem, ex qua perfecte,
quantum poſſumus, definiamus: non qualis ſit vniuſ-
cuiuſque hominis mens, ſed qualis eſſe ſempiternis ra-
tionibus debeat. Vnde etiam phantaſias rerum corpo-
ralium per corporis ſenſum hauſtas, & quodam modo
infuſas memoriæ, ex quibus etiam ea quæ nõ viſa ſunt,
ficto phantaſmate cogitantur, ſiue aliter quàm ſunt, ſi-
ue fortuitu ſicuti ſunt, aliis omnino regulis ſupra men-
tem noſtram incommutabiliter manentibus, vel ap-
probare apud noſmetipſos, vel improbare conuin-
cimur, cum recte aliquid approbamus aut improba-
mus. Nam & cum recolo Carthaginis mœnia, quæ vi-
di, & cum fingo Alexandriæ mœnia, quæ non vidi, eaſ- L
démque imaginarias formas quaſdam quibuſdam præ-
ferens, rationabiliter præfero, viget & claret deſuper iu-
dicium veritatis, ac ſui iuris incorruptiſſimis regulis fir-
mum eſt. Et ſi corporalium imaginum quaſi quodam
nubilo ſubtexitur, non tamen inuoluitur atque confun
ditur. Sed intereſt vtrum ego ſub illa, vel in illa caligi-
ne, tanquã à cœlo perſpicuo ſecludar: an ſicut in altiſſi-
mis montibus accidere ſolet, inter vtrunque aëre libe-
ro fruens, & ſereniſſimam lucem ſupra, & denſiſſimas
nebulas ſubtus aſpiciã. Nam vnde in me fraterni amo-
ris inflammatur ardor, cum audio virum aliquem pro
fidei pulchritudine & firmitate acria tormenta tooleraſ-
ſe? Et ſi mihi digito oſtendatur ipſe homo, ſtudeo mihi
coniungere, notum facere, amicicia colligare. Itaque ſi
facultas datur, accedo, alloquor, ſermonem confero,
affectum meum in illum quibus verbis poſſum, expri-
mo, viciſsimque in in eo fieri quem in me habeat atque
exprimi volo, ſpiritalémque complexum credẽdo mo-
lior, quia peruestigare tam cito & cernere penitus eius
interiora non poſſum. Amo itaque fidelem & fortem M
virum amore caſto atque germano. Quod ſi mihi in-
ter noſtras loquelas fateatur, aut incautius aliquo mo-
do ſeſe indicet, quòd vel de deo credat incõgrua, atq;
in illo quoque carnale aliquid deſideret, & pro tali er-
rore illa pertulerit, vel ſperatæ pecuniæ cupiditate, vel
inani auiditate laudis humanæ, ſtatim amor ille, quo in
eum ferebar offenſus, & quaſi repercuſſus, atque ab in-
digno homine ablatus, non in ea forma permanet, ex
qua eum talem credens amaueram. Niſi forte ad hoc a-
mo iam, vt talis ſit, cum talem non eſſe comperero. At
in illo homine nihil mutatum eſt, mutari tamen po-
teſt, vt fiat quod eum iam eſſe credideram. In mente
autem mea mutata eſt vtique ipſa exiſtimatio, quæ de il-
lo aliter ſe habebat & aliter habet: idemq; amor ab in-
tentione perfruendi ad intentionem conſulendi, in-
commutabili deſuper iuſticia iubente deflexus eſt. Ipſa
vero forma inconcuſſæ ac ſtabilis veritatis, & in qua
fruerer homine, bonũ eum credens, & in qua eum con-
ſulo vt bonus ſit, eadem luce incorruptibilis ſynceriſſi-
mæq; rationis, & meæ mẽtis aſpectum, & illam phanta-
ſiæ nubem, quam deſuper cerno, cum eundem hominẽ
quem videra cogito, imperturbabili ęquitate perfundit.
Item cum arcum pulchre ac æqualiter intortum quem
vidi,

A vidi, verbi gratia, Carthagine, animo reuoluo, res quædam menti nunciata per oculos, memoriæq; transfuſa, imaginarium conſpectum facit. Sed aliud mente conſpicio, ſecundum quod mihi opus illud placet: vnde etiam ſi diſpliceret, corrigerem. Itaque de iſtis ſecundum illam iudicamus, & illam cernimus rationalis mentis intuitu. Iſta vero aut præſentia ſenſu corporis tangimus, aut imagines abſentium fixas in memoria recordamur, aut ex earum ſimilitudine talia fingimus, qualia noſipſi, ſi vellemus atque poſſemus, etiam opere moliremur. Aliter enim figurantes animo imagines corporum, aut per corpus corpora videntes: aliter autem rationes artémque ineffabiliter pulchram talium figurarum ſuper aciem mentis ſimplici intelligentia capientes.

Verbũ æternũ à verbo hoĩs quo modo differat. Cap. VII.

In illa igitur æterna veritate, ex qua temporalia facta ſunt omnia, formam ſecundum quam ſumus, & ſecundum quã vel in nobis, vel in corporibus vera & recta ratione aliquid operamur, viſu mentis aſpicimus: atque inde conceptam rerum veracem noticiam, tanquam verbum apud nos habemus, & dicendo intus gignimus, nec à nobis naſcendo diſce-

B dit. Cum autem ad alios loquimur, verbo intus manenti miniſterium vocis adhibemus, aut alicuius ſigni corporalis, vt per quandam commemorationem ſenſibilem tale aliquid fiat etiam in animo audientis, quale de loquentis animo non recedit. Nihil itaque agimus per membra corporis in factis in dictiſque noſtris, quibus vel approbantur vel improbantur mores hominum, quod non verbo apud nos intus edito præuenimus. Nemo enim volens aliquid facit, quod non in corde ſuo prius dixerit. Quod verbum amore concipitur, ſiue creaturæ, ſiue creatoris, id eſt, aut naturæ mutabilis aut incommutabilis veritatis.

Amor & cupiditas. Cap. VIII.

Ergo aut cupiditate, aut charitate: non quo non ſit amanda creatura, ſed ſi ad creatorem refertur ille amor, non iam cupiditas ſed charitas erit. Tunc enim eſt cupiditas cum propter ſe amatur creatura, tunc non vtentem adiuuat, ſed corrumpit fruentem. *1. ſen. diſt. 1. c. cum autẽ.* Cum ergo aut par nobis, aut inferior creatura ſit, inferiore vtendum eſt ad deum, pari autem fruendum, ſed in deo. Sicut enim teipſo, non in teipſo frui debes, ſed in eo qui fecit te, ſic etiam illo quem diligis tanquam teipſum: & nobis er- *Ad Phile. d.*

C go & fratribus in domino fruamur, & inde nos nec ad noſmetipſos remittere, & quaſi relaxare deorſum verſus audeamus. Naſcitur autem verbum cum excogitatum placet, aut ad peccandum aut ad recte faciendum. Verbum ergo noſtrum & mẽtem de qua gignitur quaſi medius amor coniungit, ſeq; cum eis tertium complexu incorporeo ſine vlla confuſione conſtringit.

Quedã amaſſe, poſſediſſe eſt. Cap. IX.

Conceptum autem verbum & natum idipſum eſt, cum voluntas in ipſa noticia conquieſcit, quod fit in amore ſpiritalium. Qui enim, verbi gratia, perfecte nouit, perfectéque amat iuſticiam, iam iuſtus eſt, etiam ſi nulla exiſtat ſecundum eam forinſecus per membra corporis operandi neceſſitas. In amore autem carnalium temporaliúmque rerum, ſicut in ipſis animalium fœtibus, alius eſt conceptus verbi, alius partus. Illic enim quod cupiendo concipitur, adipiſcendo naſcitur. Quoniam non ſufficit auariciæ noſſe & amare aurum, niſi & habeat, neque noſſe & amare veſci, aut concumbere, niſi etiam id agat, neque noſſe & amare honores & imperia, niſi proueniant, Quæ tamen omnia, nec adepta ſufficiunt. Qui enim biberit ex hac, inquit, aqua, ſitiet iterum. *Ioan. 4.* Ideoque & in Pſalmo, Concepit, inquit, dolorem & peperit iniquitatem. *Pſal. 7.* Dolorem vel laborem dicit concipi, cum ea concipiuntur quæ noſſe D ac velle non ſufficit, & inardeſcit atque ægrotat animus indigentia, donec ad ea perueniat, & quaſi pariat ea. Vnde eleganter in Latina lingua parta dicuntur & reperta atque comperta, quæ verba quaſi à partu ducta reſonant. Quia concupiſcentia cum conceperit parit peccatum. *Iacobi. 1.* Vnde dominus clamat, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. *Matth. 11.* Et alio loco, Væ prægnantibus & mammantibus in illis diebus. *Matth. 24* Cum itaque ad partum verbi referret omnia vel recte facta vel peccata, Ex ore, inquit, tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis: *Matth. 12.* os volens intelligi, non hoc viſibile, ſed interius inuiſibile cogitationis & cordis.

Et vicia quedã bene nouim᷑. Cap. X.

Recte ergo quæritur, vtrũ omnis noticia verbum, an tantum amata noticia. Nouimus enim & ea quæ odimus, Sed nec concepta, nec parta dicenda ſunt animo, quæ nobis diſplicent. Non enim omnia quæ quoquo modo tangunt concipiuntur: vt tantum nota ſint, non tamen verba dicantur, ſicut iſta de quibus nunc agimus. Aliter enim dicuntur verba quæ ſpacia temporum ſyllabis tenent, ſiue pronuncientur, ſiue cogitentur, aliter omne quod notum eſt verbum dicitur, a- E nimo impreſſum quandiu de memoria proferri & definiri poteſt, quamuis res ipſa diſpliceat: aliter cum placet quod mente concipitur. Secundum quod genus verbi accipiendum eſt quod ait Apoſtolus, Nemo dicit dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto: *1. Corin. 12.* cum ſecundum aliam verbi notionem dicánt hoc & illi de quibus ipſe dominus ait: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum. *Matth. 7.* Verumtamen cum & illa quæ odimus recte diſplicent, recteq; improbantur, approbatur eorum improbatio, & placet & verbum eſt. Neque viciorum noticia nobis diſplicet, ſed ipſa vicia. Nam placet mihi quod noui & definio quid ſit intemperantia, & hoc eſt verbum eius: ſicuti ſunt in arte nota vicia, & recte approbatur eorum noticia, cum diſcernit cognitor ſpeciem priuationémque virtutis, ſicut aiere & negare, eſſe & non eſſe: attamen virtute priuari atque in vicium deficere damnabile eſt. Et definire intemperantiam, verbúmque eius dicere pertinet ad artem morum. Eſſe autem intemperantem ad id pertinet quod illa arte culpatur, Sicut noſſe ac definire quid ſit ſolœciſmus, pertinet ad artem loquẽdi, facere autem F vicium eſt, quod eadem arte reprehenditur. Verbum eſt igitur quod nũc diſcernere ac inſinuare volumus, cum amore noticia. Cum itaque ſe mens nouit & amat, iungitur ei amore verbum eius. Et quoniam amat noticiam, & nouit amorem, & verbum in amore eſt, & amor in verbo, & vtrunq; in amante atque dicente. Sed omnis ſecundum ſpeciẽ noticia, ſimilis eſt ei rei quã nouit. Eſt enim alia noticia ſecũdum priuationẽ, quam cũ improbamus, loquimur. Et hæc priuationis improbatio ſpeciem laudat, ideoq; approbatur.

Imago rei cognitæ in aĩo. Ca. XI.

Habet ergo animus nonnullam ſpeciei notæ ſimilitudinem, ſiue cum ea placet, ſiue cum eius priuatio diſplicet. Quocirca inquantum deum nouimus, ſimiles ſumus: ſed non ad æqualitatem ſimiles, quia non tantum eum nouimus, quantum ipſe ſe. Et quemadmodum cum per ſenſum corporis diſcimus corpora, fit eorum aliqua ſimilitudo in animo noſtro, quæ phantaſia memoriæ eſt: non enim omnino ipſa corpora in anima ſunt, cum ea cogitamus ſed eorum ſimilitudines. Itaque cum eas pro illis approbamus, erramus. Error nanq; eſt pro alio alterius approbatio. Melior eſt tamen imaginatio corporis in animo, quàm illa ſpecies corporis, inquantum hæc in

G meliore natura eſt, id eſt io ſubſtantia vitali, ſicuti ani-
mus eſt:ita cum deum nouimus, quanuis meliores effi-
ciamur quàm eramus antequam noſſemus, maximeq́;
cum eadem noticia etiam placita dignèque amata ver-
bum eſt,ſitque aliqua dei ſimilitudo illa noticia: tamen
inferior eſt,quia in inferiore natura eſt. Creatura quip-
pe animus, creator autem deus. Ex quo colligitur,quia
cum ſe mens ipſa oouit atque approbat,ſic eſt eadem
noticia verbum eius,vt ei ſit par omnino & æquale, at-
que identidem: quia neque inferioris eſſentiæ noticia
eſt,ſicut corporis:neque ſuperioris,ſicut dei. Et cum ha-
beat ooticia ſimilitudinē ad eam rem quam nouit, hoc
eſt cuius noticia eſt, hæc habet perfectam & æqualem,
qua mens ipſa quæ nouit eſt nota. Ideoq; & imago &
verbum eſt,quia de illa exprimitur, cum cognoſcendo
eidē coæquatur,& eſt gignenti æquale quod genitū eſt.

Cur ſicut no ticia mentis eſt proles,nō etiam amor partus eius dē ſit. Cap. XII.

Quid ergo? amor non erit imago? non verbum?
non genitus? Cur enim mens noticiam ſuam gignit,
cum ſe nouit: & amorem ſuum non gigoit, cum ſe a-
mat? Nam ſi propterea eſt notionis ſuæ cauſa, quia no-
ſcibilis eſt: amoris etiam ſui cauſa eſt,quia eſt amabilis.
Cur vtrunque itaque non genuerit, difficile eſt dice-
H re. Hæc eoim quæſtio etiam de ipſa ſumma trioitate,
omnipotentiſſimo creatore deo, ad cuius imaginem
Gene. 1. homo factus eſt, ſolet mouete homioes, quos veritas
dei per humanam locutionem inuitat ad fidem. Cur
non ſpiritus quoque ſanctus à patre deo genitus vel cre
ditur vel intelligitur,vt filius etiam ipſe dicatur? Quod
nuoc in mente humana vtcunque inueſtigare cona-
mur, vt ex inferiore imagine, in qua nobis familiari-
us natura ipſa noſtra, quaſi interrogata reſpoodet, ex-
ercitatiorem mentis aciem ab illuminata creatura ad
lumen incommutabile dirigamus: ſi tamen veritas ip-
ſa perſuaſerit, ſicut dei verbum filium eſſe nullus Chri-
ſtianus dubitat, ita charitatem eſſe ſpiritum ſanctum.
Ergo ad imaginem illam, quæ creatura eſt, hoc eſt ad
rationalem mentem diligentius de hac re interrogan-
dam conſiderandamque redeamus, vbi temporaliter
exiſtens noonullarum rerum noticia, quæ aotea non
erat, & aliquarum rerum amor, quæ antea non ama-
bantur, diſtinctius nobis aperit quid dicamus: quia &
ipſi locutioni temporaliter dirigeodæ, facilior eſt ad
I explicandum res, quæ in ordine temporum compre-
henditur. Primo itaque manifeſtum ſit, poſſe fieri, vt
ſit aliquid ſcibile, id eſt quod ſciri poſſit, & tamen ne-
ſciatur: illud autem fieri non poſſe,vt ſciatur quod ſci-
1. ſent. di. 3. cap. & eſt ipſa mens. bile non fuerit. Vnde liquido teoendum eſt,quòd om-
nis res quancunque cognoſcimus, cōgenerat in nobis
noticiam ſui. Ab vtroque enim noticia paritur, à co-
gnoſcente & cognito. Itaq; mens cum ſeipſam cogno-
ſcit,ſola parens eſt noticiæ ſuę:& cognitū enim & co-
gnitor ipſa eſt. Erat autem ſibi ipſa noſcibilis, & ante-
quam ſe noſſet:ſed ooticia ſui non erat in ea,cum ſeip-
ſam nō nouerat. Quòd ergo cognoſcit ſe,parē ſibi no-
ticiam ſui gignit: quia nō minus ſe nouit quàm eſt,nec
alterius eſſentiæ eſt noticia eius,nō ſolum quia ipſa oo-
uit,ſed etiam quia ſeipſam,ſicut ſupra diximus. Quid er
go de amore dicendum eſt, cur nō etiam cum ſe amat,
ipſum quoq; amorem ſui genuiſſe videatur? Erat enim
amabilis ſibi, & antequam ſe amaret, quia poterat ſe a-
mare: ſicut erat ſibi noſcibilis,& antequā ſe ooſſet, quia
poterat ſe noſſe. Nam ſi non ſibi eſſet noſcibilis, nun-
quam ſe noſſe potuiſſet. Ita ſi nū ſibi eſſet amabilis,nun-
quam ſe amare potuiſſet. Cur itaque amando ſe non ge
nuiſſe dicatur amorem ſuum,ſicut cognoſcendo ſe ge-
nuit noticiam ſuam? In eo quidem manifeſte oſtendi- K
tur hoc amoris eſſe principium, vode procedit: ab ipſa
quidem mēte procedit, quæ ſibi eſt amabilis antequam
ſe amet: atq; ita principium eſt amoris ſui, quo ſe amat.
Sed ideo noo recte dicitur genitus ab ea, ſicut noticia
ſui qua ſe nouit,quia ooticia iam inuentū eſt quod par-
tum vel repertū dicitur,quod ſæpe præcedit inquiſitio
eo fine quietura. Nā inquiſitio eſt appetitus inueniendi,
quod idem valet ſi dicas,reperiendi. Quæ autem repe-
riuntur,quaſi pariuntur,vnde proli ſimilia ſunt,vbi niſi
in ipſa noticia? Ibi enim qoaſi expreſſa formantur,Nam
etſi iam erant res quas quærendo inuenimus,noticia ta
men ipſa non erat, quam ſicut prolem naſcentem de-
putamus. Porrò appetitus ille qui eſt in quærendo,pro-
cedit à quærente, & pendet quodam modo, neque re-
quieſcit fine quo intenditur, niſi id quod quæritur in-
uentum,quęrenti copuletur. Qui appetitus,id eſt,inqui-
ſitio,quaouis amor eſſe non videatur,quo id quod no-
tum eſt, amatur: hoc enim adhuc vt cognoſcatur agi-
tur:tameo ex eodem genere quiddam eſt. Nam volun-
tas iam dici poteſt,quia omnis qui quęrit inuenire vult,
& ſi id quæritur quod ad noticiam pertineat,omnis qui
quærit noſſe vult. Quod ſi ardenter atque inſtāter vult, L
ſtudere dicitur,quod maxime in aſſequendis atque adi-
piſcendis quibuſque doctrinis dici ſolet. Partum ergo
mentis antecedit appetitus quidam, quo id quod noſſe
volumus quæreodo & ioueniendo,naſcitur proles ipſa
noticia: ac per hoc appetitus ille concipitur paritúrque
noticia,partus & proles recte dici non poteſt. Idemq;
appetitus quo inhiatur rei cognoſcēdæ,ſit amor cogni-
tæ:dum tenet atq; amplectitur placitam prolem, id eſt
noticiam,gignentiq; cooiungit. Et eſt quædam imago *1. ſent. di. 3.*
trinitatis:ipſa mens & noticia eius,quod eſt proles eius, *c. et eſt ipſa.*
ac de ſeipſa verbū eius, & amor tertius, & hæc tria vnū *1. ſent. di. 3.*
atque vna ſubſtantia. Nec minor proles,dum tantam ſe *cap. nec mi-*
nouit mens quanta eſt: nec minor amor dum tantum *nor.*
ſe diligit quantum nouit & quanta eſt.

DIVI AVRELII AVGV-
ſtini Epiſcopi de Trinitate
Liber Decimus.

NVNC ad ea ipſa conſequenter M
enodatius explicanda limatior *Nihil ama*
accedat intentio. Ac primum *ri niſi ali-*
quia rem prorſus ignotā amare *quo modo*
omnino nullus poteſt, diligen- *cognitum.*
ter intuendum eſt cuiuſmodi ſit *Caput I.*
amor ſtudentium, id eſt,nō iam
ſcientium, ſed adhuc ſcire cupi-
entium quanq; doctrinā. Et io his quippe rebus in qui-
bus non vſitate dicitur ſtudium, ſolent exiſtere amores
ex auditu,dum cuiuſque pulchritudiois fama ad viden
dum ac fruendum animus accenditur,quia geoeraliter
nouit corporū pulchritudines,ex eo quòd plurimas vi-
dit,& ineſt intrinſecus vnde approbetur,cui forinſecus
inhiatur. Quod cū ſit, non rei penitus iocognitæ amor
excitatur,cuius genus ita notum eſt. Cum autem virum
bonum amamus, cuius faciem non vidimus,ex noticia
virtutū amamus, quas nouimus in ipſa veritate. Ad do-
ctrinas autem cognoſcendas,plerunq; nos laudantium
atque prædicantium accendit authoritas: & tamen ni-
ſi breuiter impreſſam cuiuſque doctrinæ haberemus in
animo notionem,nullo ad eam diſcendam ſtudio fla-
graremus. Quis enim ſciendæ,verbi gratia,Rhetoricæ
vllam

A vllam curam & operam impenderet, niſi ante ſciret
eam dicendi eſſe ſcientiam? Aliquando etiam ipſarum
doctrinarum fines auditos expertóſve miramur, & ex
hoc ioardeſcimus facultatem comparare diſcendo, qua
ad eos peruenire poſſimus. Tanquam ſi literas neſcien-
ti dicatur quandam eſſe doctrinam, qua quiſque valeat
quãuis looge abſenti verba mittere manu facta in ſilen
tio, quæ rurſus ille cui mittuotur, non auribus ſed ocu-
lis colligat, idq; fieri videat, nónne dum coocupiſcit
noſſe quo id poſſit, omni ſtudio circa illum finem mo-
uetur, quem iam notum tenet? Sic accenduntur ſtudia
diſcentium, nam quod quiſque prorſus ignorat, amare
nullo pacto poteſt. Ita etiam ſignum ſi quis audiat inco
gnitum, veluti verbi alicuius ſooum, quo quid ſignifi-
cetur ignorat, cupit ſcire quid nam ſit, id eſt ſonus ille,
cui rei commemorandæ inſtitutus ſit: veluti ſi audiat
cum dicitur temetum, & ignorans quid ſit, requirat.
Iam itaque oportet vt nouerit ſignum eſſe, id eſt non
eſſe inanem illam vocem, ſed aliquid ea ſignificari: a-
lioquin iam notum eſt hoc triſyllabum, & articulatam
B ſpeciem ſuã impreſſit animo per ſenſum aurium. Quid
amplius in eo requiratur, quo magis innoteſcat, cuius
omnes literæ, omniáque ſoni ſpacia oota ſunt: niſi quia
ſimul innotuit ſignum eſſe, mouitque ſciendi cupidita-
tem, cuius rei ſignum ſit. Quo igitur amplius notum eſt,
ſed non plene notum eſt, eo cupit animus de illo noſſe
quod reliquum eſt. Si enim tantummodo eſſe iſtam vo
cem noſſet, eámq; alicuius rei ſignum eſſe non ooſſet,
nihil iam quæreret de ſenſibili re, quaotum poterat ſen
tiendo percepta. Quia vero ooo ſolum eſſe vocem, ſed
& ſignum eſſe iam nouit, perfecte id ooſſe vult. Neque
vllum perfecte ſignum noſcitur, niſi cuius rei ſignum
ſit, cognoſcatur. Hoc ergo qui ardenti cura quærit vt
nouerit, ſtudióque accenſus inſiſtit, non poteſt dici eſſe
ſine amore. Quid igitur amat? Certe enim amari ali-
quid niſi notum non poteſt. Neque enim ille iſtas tres
ſyllabas amat, quas iam notas habet. Quod ſi hoc in eis
amat, quia ſcit eas ſignificare aliquid, noo inde nunc a-
gitur, non enim hoc noſſe quærit. Sed in eo quod ſcire
ſtudet, quid amet inquirimus, quod profecto oondum
nouit: & propterea miramur cur amet, quoniam firmiſ-
C ſime nouimus amari niſi oota non poſſe. Quid ergo a-
mat, niſi quia nouit atque intuetur in rationibus rerum
quæ ſit pulchritudo doctrinæ, qua contineotur noticiæ
ſignorum omnium: & quæ ſit vtilitas in ea peritia, qua
inter ſe humana ſocietas ſenſa communicat, oe ſibi ho-
minum cœtus deteriores ſint quauis ſolitudine, ſi cogi-
tationes ſuas colloquendo non miſceant? Haoc ergo
ſpeciem decoram, & vtilem cernit anima, & nouit &
amat: eámque in ſe perfici ſtudet quantum poteſt, quiſ-
quis vocum ſignificantium quæcunque igoorat, inqui-
rit. Aliud eſt enim quod eam in veritatis luce conſpi-
cit, aliud quod in ſua facultate concupiſcit. Conſpicit
nanque io luce veritatis quàm magnum, & quàm bo-
num ſit omnes omnium geotium linguas intelligere
ac loqui, nullámque vt alienigenam audire, & à nullo
ita audiri. Cuius noticiæ decus cogitatione iam cerni-
tur, amatúrque res nota: quæ ita conſpicitur, atque in-
flammat ſtudia diſcentium, vt circa eam moueantur,
eique inhient in omni opera, quam impendunt conſe-
quendæ tali facultati, vt etiam vſu amplectantur quod
ratiooe præooſcunt: atque ita quiſque, cui facultati ſpe
propinquat, ei feruentius amore inardeſcit. Eis doctri-
nis quippe ſtudetur vehemẽtius, quæ capi poſſe non de-
ſperantur. Nam cuius rei adipiſcendæ ſpem quiſq; non
gerit, aut tepide amat, aut omnino non amat, quanuis D
quàm pulchra ſit videat. Quocirca quia omnium lin-
guarum ſcientia ferè ab omnibus deſperatur, ſuæ gen-
tis quiſque maxime ſtudet, vt nouerit. Quod ſi & illi
ad perfectum percipiendæ ſe non ſufficere ſentit, ne-
mo tamen tam deſidioſus eſt huius noticiæ, qui non cũ
audierit incognitum verbum, velit noſſe quid illud ſit,
& ſi poteſt, quærat ac diſcat. Quod dum quærit, vtique
in ſtudio diſcendi eſt, & videtur amare rem incogni-
tam, quod nõ ita eſt. Species nanq; illa taogit aoimum,
quam nouit & cogitat, in qua elucet decus conſocian-
dorum animorum in vocibus notis audiẽdis, atq; red-
deodis, eaq; accendit ſtudio quærentem quidem quod
ignorat, ſed notam formam, quò id pertineat, intuen-
tem & amantem. Itaque ſi quærenti, verbi gratia, quid
ſit temetũ, hoc enim exempli cauſa poſueram, dicatur, *Supra eodẽ*
quid ad te pertinet, reſpondebit, ne forte audiã loquen
tem, & noo intelligam: aut vſpiam forte id legam, &
quid ſcriptor ſenſerit oeſciam: quis taodem huic dicat,
noli intelligere quod audis, noli noſſe quod legis? Om-
nibus enim ferè animis rationalibus in promptu eſt ad E
videndum huius peritiæ pulchritudo, qua hominum
ioter ſe cogitata, ſignificantium vocum enunciatione
ooſcuntur: propter hoc notum decus, & ob hoc ama-
tum quia notum, ſtudioſe quæritur verbum illud igno
tum. Itaque cum audierit atque cognouerit temetum à
veteribus vinum appellatum, ſed iam ex vſu loquendi
quem nũc habemus hoc vocabulum emortuum, prop-
ter nonnullos fortaſſe veterum libros ſibi neceſſarium
deputabit, Si autem & illos ſuperuacaneos habet, forte
iam nec dignum quod memoriæ cõmendet exiſtimat,
quia videt ad illam ſpeciem doctrinæ quam notã meo
te intuetur atque amat, minime pertinere. Quamob-
rem omois amor ſtudentis animi, hoc eſt volentis ſci-
re quod neſcit, non eſt amor eius rei quam oeſcit, ſed
eius quam ſcit, propter quam vult ſcire quod neſcit, aut
ſi tam curioſus eſt, vt nõ propter cauſam aliam notam,
ſed ſolo amore rapiatur incognita ſcieodi, diſcernen-
dus quidẽ eſt à ſtudioſi nomine iſte curioſus, ſed oec ip
ſe amat incognita, imò congruentius dicitur, odit inco
gnita, quæ nulla eſſe vult, dum vult omnia eſſe cognita.
Sed ne quiſquam nobis difficiliorem referat quæſtio- F
nem, aſſerens tam nõ poſſe quenquam odiſſe quod oe-
ſcit, quàm noo poteſt amare quod neſcit, nõ reſiſtimus
verbis ſed intelligendum eſt, non hoc idem dici cum
dicitur, amat ſcire incognita, ac ſi diceretur, amat inco-
goita. Illud enim fieri poteſt vt amet quiſq; ſcire inco-
gnita: vt autem amet incognita oon poteſt. Non enim
fruſtra ibi eſt poſitũ ſcire: Quooiam qui ſcire amat in-
cognita, nõ ipſa incognita, ſed ipſum ſcire amat. Quod
niſi haberet cognitum, neque ſcire ſe quicquam poſſet
fideoter dicere neque neſcire. Non ſolum enim qui di-
cit ſcio, & verum dicit, neceſſe eſt vt quid ſit ſcire ſci-
at: ſed etiam qui dicit neſcio, idque fidenter & verum
dicit, & ſcit verum ſe dicere, ſcit vtique quid ſit ſcire:
quia & diſceroit ab ſciente neſcientem, cum veraci-
ter ſe intuens dicit neſcio: & cum ipſe ſcit ſe verum
dicere, vnde ſciret, ſi quid ſit ſcire, neſciret? Qui- *Nemo prorſus amat incognita. Cap. II.*
libet igitur ſtudioſus, quilibet curioſus non amat in-
cognita, etiam, cum ardentiſſimo appetitu inſtat ſci-
re quod neſcit. Aut enim iam genere notũ habet quod
amat, idq; noſſe expetit, etiam in aliqua re ſingula, vel
in ſingulis rebus quæ illi nondum notæ forte laudan-
tur, fingitq; animo imaginariam formam qua excitetur
in amorem. Vnde autem fingit, niſi ex iis quæ iam oo-

G uerat? Cui tamen formæ animo figuratæ atq; in cogitatione notiſſimæ, ſi eam quæ laudabatur diſſimilem inuenerit, fortaſſe non amabit. Quod ſi amauerit, ex illo amare incipiet ex quo didicit. Pauloante quippe alia erat quæ amabatur, quam ſibi animus formans exhibere cõſueuerat. Si autem illi formæ ſimilem inuenerit quã fama prædicauerat, cui vere poſſit dicere, iam te amabam, nec tunc vtique amabat incognitam, quam in illa ſimilitudine nouerat. Aut in ſpecie ſempiternæ rationis videmus aliquid & ibi amamus, quod cum expreſſum in aliqua rei temporalis effigie, illis qui experti ſunt laudantibus, & amamus & credimus, nõ aliquid amamus incognitũ, vnde iam ſupra ſatis diſſeruimus: aut aliquid notum amamus, propter quod ignotum aliquid quærimus: cuius ignoti amor nequaquam nos tenet, ſed illius cogniti, quò pertinere nouimus, vt illud etiam quod adhuc ignotum quærimus, nouerimus: ſicut de incognito verbo pauloante locutus ſum. Aut ipſum ſcire quiſque amat, quod nulli ſcire aliquid cupienti eſſe incognitum poteſt. His cauſis videntur amare incognita, qui ſcire aliquid volunt quod neſciunt, &

H propter ardentiorem quærendi appetitum ſine amore eſſe dici non poſſunt. Sed quàuis ſe res aliter habeat, nec omnino quicquam ametur incognitum, arbitror me perſuaſiſſe verum diligenter intuentibus. Sed quia exempla quæ dedimus eorum ſunt qui aliquid quod ipſi non ſunt noſſe cupiunt, videndum eſt, ne forte aliquod nouum genus appareat cum ſe ipſa mens noſſe deſiderat.

Quo modo mens amat ſeipſam incognitã ſibi Cap. III.

Quid ergo amat mens, cum ardenter ſeipſam quærit vt nouerit, dum incognita ſibi eſt? Ecce enim mens ſemetipſam quærit, vt nouerit, & inflammatur hoc ſtudio. Amat igitur, Sed quid amat? Seipſam? Quo modo, cum ſe nondum nouerit, nec quiſquam poſſit amare quod neſcit? An ei fama prædicauit ſpeciem ſuam, ſicut de abſentibus ſolemus audire? Forte ergo ſe nõ amat, ſed quod de ſe fingit hoc amat, longe fortaſſe aliud quàm ipſa eſt, aut ſi ſe mens ſui ſimilem fingit, & ideo cum hoc figmentum amat, ſe amat antequam nouerit, quia id quod ſui ſimile eſt intuetur: nouit igitur alias mentes ex quibus ſe fingat, & genere ipſo ſibi nota eſt. Cur ergo cum alias mentes nouit, ſe non nouit, cum ſeipſa nihil poſſit eſſe præſentius. Quod ſi oculis corporis magis alij oculi noti ſunt, quàm ipſi

I ſibi, non ſe ergo quærat nunquam inuẽtura. Nunquam enim ſe oculi præter ſpecula videbunt. Nec vllo modo putandum eſt etiam rebus incorporeis contemplandis tale aliquid adhiberi, vt mens tanquã in ſpeculo ſe nouerit. An in ratione veritatis æternæ videt quàm ſpecioſum ſit noſſe ſemetipſam, & hoc amat quod videt, ſtudetq; in ſe fieri: quia quamuis ſibi nota non ſit, notum tamen ei eſt quàm bonum ſit vt ſibi nota ſit. Et hoc quidem permirabile eſt, nõdum ſe noſſe, & quàm pulchrũ ſit ſe noſſe, iam noſſe. An aliquẽ finem optimum, id eſt, ſecuritatem & beatitudinem ſuam videt, per quandam occultam memoriam, quæ in longinqua eam progreſſam non deſeruit, & credit ad eundem finem, niſi ſeipſam cognouerit, ſe peruenire non poſſe? Ita dum illud amat, hoc quærit: & notũ amat illud, propter quod quærit ignotum. Sed cur memoria beatitudinis ſuæ potuit, & memoria ſui cum ea perdurare non potuit, vt tam ſe noſſet quæ vult peruenire, quàm nouit illud quò vult peruenire? An cum ſe noſſe amat, non ſe quam nondum nouit, ſed ipſum noſſe amat: acerbiúſque tolerat ſeipſam deeſſe ſcientiæ ſuæ, qua vult cuncta comprehendere? Nouit autem quid ſit noſſe, & dum hoc amat quod nouit etiam ſe cupit noſſe. Vbi ergo noſſe K ſuum nouit, ſi ſe non nouit? nam nouit quod alia nouerit, ſe autem non nouerit: hinc enim nouit & quid ſit noſſe. Quo pacto igitur ſe aliquid ſcientem ſcit, quæ ſeipſam neſcit? neq; enim alteram mentem ſcientem ſcit, ſed ſeipſam, Scit igitur ſeipſam. Deinde cum ſe quærit vt nouerit, quærentem ſe iam nouit. Iam ſe ergo nouit. Quapropter non poteſt omnino neſcire ſe, quæ dum ſe neſcientem ſcit, ſe vtique ſcit: ſi autem ſe neſcientem neſciat, non ſe quærit vt ſciat. Quapropter eo ipſo quo ſe quærit, magis ſe ſibi notam quàm ignotam eſſe conuincitur. Nouit enim ſe quærentem atque neſcientem, dum ſe quærit vt nouerit. Quid ergo dicemus? An quòd ex parte ſe nouit, ex parte non nouit? Sed abſurdum eſt dicere, non eam totam ſcire quod ſcit. Non dico totum ſcit, ſed quod ſcit, tota ſcit. Cum itaque aliquid de ſe ſcit, quod niſi tota non poteſt, totam ſe ſcit. Scit autem ſe aliquid ſcientem, nec poteſt quicquã ſcire niſi tota. Scit ſe igitur totam. Deinde quid eius ei tam notum eſt quàm ſe viuere?

Argutatur quo modo mẽs ex parte ſibi ſit nota. Ca. IIII.

Non poteſt autem & mens eſſe, & non viuere, quando habet etiã amplius vt intelligat: nam & animæ beſtiarum viuunt, ſed non intelligunt. Sicut ergo mens tota eſt, ſic tota viuit. Nouit autem viuere ſe. Totam ſe igitur nouit. Poſtremo cum ſe noſſe mens quærit, mentem ſe eſſe iam no- L uit: alioquin vtrum ſe quærat ignorat, & aliud pro alio forſitan quærat. Fieri enim poteſt vt ipſa non ſit mens, atque ita dum mentem noſſe quærit, non ſeipſam quærat. Quapropter quoniam cum quærit mens quid ſit mens, nouit quod ſe quærat, profecto nouit quod ipſa ſit mens. Porro ſi hoc in ſe nouit quod mens eſt, & tota mens eſt, totam ſe nouit. Sed ecce non ſe nouerit eſſe mentem, cum autem ſe quærit, hoc tantummodo nouerit quod ſe quærat. Poteſt enim etiam ſic aliud pro alio quærere, ſi hoc neſcit: vt autem non quærat aliud pro alio, proculdubio nouit quid quærat. At ſi nouit quid quærat, & ſeipſam quærit, ſeipſam vtique nouit. Quid ergo adhuc quærit? quòd ſi ex parte ſe nouit, ex parte autem adhuc quærit, non ſeipſam, ſed partem ſuam quærit. Cum enim ea ipſa dicitur, tota dicitur. Deinde quia nouit nondum ſe à ſe inuentam totam, nouit quanta ſit tota. Atque ita quærit quod deeſt, quemadmodum ſolemus quærere, vt veniat in mentem quod excidit, nec tamen penitus excidit, quia M poteſt recognoſci, cum venerit, hoc eſſe quod quærebatur. Sed quo modo mens veniat in mentem, quaſi poſſit mens in mente non eſſe: huc accedit, quia ſi parte inuenta, non ſe totam quærit, tamen tota ſe quærit. Tota ergo ſibi præſto eſt, & quid adhuc quæratur non eſt: hoc enim deeſt quod quæritur, non illa quæ quærit. Cum itaque tota ſe quærit, nihil eius deeſt: aut ſi non tota ſe quærit ſed pars quæ inuenta eſt quærit partem quæ nondum inuenta eſt, non ſe ergo mens quærit, cuius ſe nulla pars quærit: pars enim quæ inuenta eſt, non ſe quærit: pars autem quæ nondum inuenta eſt, nec ipſa ſe quærit, quoniam ab ea quæ iam inuenta eſt parte quæritur. Quocirca quia nec tota ſe mens quærit, nec pars eius vlla ſe quærit, ſe mens omnino non quærit.

Anim° ad incorporeorũ amorem excitãdus. Cap. V.

Vt quid ergo ei præceptum eſt, vt ſeipſam cognoſcat? Credo vt ſeipſam cogitet, & ſecundum naturam ſuam viuat, id eſt vt ſecundum naturam ſuam ordinari appetat, ſub eo ſcilicet cui ſubdenda eſt, ſupra ea quibus præponenda eſt: ſub illo à quo regi debet, ſupra ea quæ regere debet. Multa enim per cupiditatem prauam tanquam ſui ſit oblita, ſic agit. Videt enim quædam in-

A dam intrinſecus pulchra, in præſtantiore natura quæ deus eſt. Et cum inſtare debeat vt eis fruatur, volens ea ſibi tribuere, & non ex illo ſimilis illius, ſed ex ſeipſa eſſe quod ille eſt, auertitur ab eo, mouetúrque & labitur in minus & minus, quod putatur amplius & amplius, quia nec ipſa ſibi, nec ei quicquam ſufficit recedenti ab illo qui ſolus ſufficit: Ideoque per egeſtatem ac difficultatem fit nimis intenta in actiones ſuas, & inquietas delectationes quas per eas colligit: atque ita cupiditate acquirendi noticias ex iis quæ foris ſunt, quorum cognitum genus amat, & ſentit amitti poſſe, niſi impenſa cura teneatur, perditque ſecuritatem, tantòque ſeipſam minus cogitat, quanto magis ſecura eſt, quòd ſe non poſsit amittere. Ita cum aliud ſit non ſe noſſe, aliud non ſe cogitare: Neque enim multarum doctrinarum peritum, ignorare Grammaticam dicimus cum eam non cogitat, quia de medicinæ arte tunc cogitat, Cum ergo aliud ſit non ſe noſſe, aliud non ſe cogitare, tanta vis eſt amoris, vt ea quæ cum amore diu cogitauerit, eiſque curæ glutino inhæſerit, attrahat ſecum etiam cum ad ſe cogitandam quodam modo redit. Et B quia illa corpora ſunt quæ foris per ſenſus carnis adamauit, eorúmque diuturna quadam familiaritate implicata eſt, nec ſecum poteſt introrſum tanquam in regionem incorporeæ naturæ ipſa corpora inferre, imagines eorum conuoluit & rapit, factas in ſemetipſa, de ſemetipſa. Dat enim eis formandis quiddam ſubſtantiæ ſuæ, ſeruat autem aliquid quo libere de ſpecie taliũ imaginum iudicet, & hoc eſt magis mens, id eſt rationalis intelligentia, quæ ſeruatur vt iudicet. Nam illas animæ partes quę corporum ſimilitudinibus informãtur, etiam cum beſtiis nos communes habere ſentimus.

Imaginatio fallax. Cap. VI.

Errat autem mens, cum ſe iſtis imaginibus tanto amore coniungit, vt etiam ſe eſſe aliquid huiuſmodi exiſtimet. Ita enim conformatur eis quodam modo, non id exiſtendo ſed putando, non quo ſe imaginem putet, ſed omnino illud ipſum cuius imaginem ſecum habet. Viget quippe in ea iudicium diſcernendi corpus quod foris relinquit, ab imagine quam de illo ſecum gerit, niſi cum ita exprimuntur eædem imagines tanquam foris ſentiantur, non intus cogitentur, ſicut C dormientibus, aut furentibus, aut in aliqua ecſtaſi accidere ſolet.

Error opinionum de anima. Cap. VII.

Cum itaque ſe tale aliquid putat, corpus eſſe ſe putat. Et quia ſibi bene cõſcia eſt principatus ſui quo corpus regit, hinc factum eſt vt quidam quærerent quid corporis amplius valet in corpore, & hoc eſſe mentem, vel omnino totam animam exiſtimarent, vt Empedocles & Ericates opinati ſunt. Itaque alij ſanguinem, alij cerebrum, alij cor, non ſicut ſcriptura dicit, Confitebor tibi domine in toto corde meo: Et, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, Hoc enim abutendo vel transferendo vocabulum ducitur à corpore ad animam, ſed ipſam omnino particulam corporis quam in viſceribus dilaniatis videmus, eam eſſe putauerunt. Alij ex minutiſsimis indiuiduiſque corpuſculis quas atomos dicunt, concurrentibus in ſe atque cohærentibus, eam confici crediderunt. Alij aërem, alij ignem ſubſtantiam eius eſſe dixerunt. Alij eam nullam eſſe ſubſtantiam, quia niſi corpus nullam ſubſtantiam poterant cogitare, & eam corpus eſſe non inueniebant, ſed ipſam temperationem corporis noſtri vel compagem primordiorum, quibus iſta caro tanquam connectitur, eſſe opinati ſunt. Et hi omnes eam mortalem eſſe ſenſerunt, quia ſiue corpus eſſet, ſiue aliqua compoſitio corporis, non poſſet vtique immortaliter permanere. Qui vero eius ſubſtantiam vitam quã- D dam nequaquam corpoream, quandoquidem vitam omne viuum corpus animantem ac viuificantem eſſe repererunt, conſequenter & immortalem, quia vita carere vita non poteſt, vt quiſque potuit probare conati ſunt: Nam de quinto illo neſcio quo corpore, quod notiſsimis quatuor huius mundi elementis quidam coniungentes, hinc animam eſſe dixerunt, hoc loco diu diſſerendum non puto. Aut enim hoc vocant corpus quod nos, cuius in loci ſpacio pars toto minor eſt, & in illis annumerandi ſunt qui mentem corpoream eſſe crediderunt: aut ſi vel omnem ſubſtãtiam vel omnem mutabilem ſubſtantiam corpus appellant, cum ſciant non omnem locorum ſpaciis aliqua longitudine & latitudine & altitudine contineri, non cum eis de vocabuli quæſtione pugnandum eſt. In his omnibus ſententiis quiſquis videt mentis naturam & eſſe ſubſtantiam & non eſſe corpoream, id eſt non minore ſui parte minus occupare loci ſpacium, maiuſq; maiore, ſimul oportet videat eos qui opinantur eſſe corpoream, non ob hoc errare quod mens deſit eorum noticiæ, ſed quod adiungunt ea, ſine quibus nullam poſſunt cogitare na- E turam. Sine phantaſiis enim corporum quicquid viſi fuerint cogitare, nihil omnino eſſe arbitrantur. Ideoq; non ſe tanquam ſibi deſit mens, requirat. Quid enim tam cognitioni adeſt, quàm id quod menti adeſt: aut quid tam mẽti adeſt, quàm ipſa mens? Vnde & ipſa quæ appellatur inuẽtio, ſi verbi originem retractemus, quid aliud reſonat, niſi quia inuenire eſt in id venire quod quæritur. Propterea quæ quaſi vltro in mentem veniũt, non vſitate dicuntur inuenta, quãuis cognita dici poſſint, quia non in ea quærendo tendebamus vt in ea veniremus, hoc eſt ea inueniremus.

Inuenire quid.

Quapropter ſicut ea quæ oculis aut vllo alio corporis ſenſu requiruntur, ipſa mens quærit, ipſa enim etiam ſenſum carnis intendit, tunc autem inuenit, cum in ea quæ requiruntur idẽ ſenſus venit: Sic alia quæ non corporeo ſenſu internũcio, ſed per ſeipſam noſſe debet, cum in ea venit, inuenit: aut in ſuperiore ſubſtantia, id eſt in deo, aut in cæteris animæ partibus, ſicut de ipſis imaginibus corporum cum iudicat, intus enim in anima eas inuenit per F corpus impreſſas.

Animus à ſenſibilib. abducens. Cap. VIII.

Ergo ſeipſam quemadmodum quærat & inueniat, mirabilis quæſtio eſt, quò tendat, vt quærat, aut quò veniat, vt inueniat: Quid enim tam in mente quàm mẽs eſt? Sed quia in iis eſt quæ cum amore cogitat, ſenſibilibus autem, id eſt corporalibus cum amore aſſuefacta eſt, non valet ſine imaginibus eorum eſſe in ſemetipſa: Hinc ei oboritur erroris dedecus, dũ rerum ſenſarum imagines ſecernere à ſe non poteſt, vt ſe ſolam videat. Cohæſerunt enim mirabiliter glutino amoris, & hæc eſt eius immundicia, quoniam dum ſe ſolam nititur cogitare, hoc ſe putat eſſe ſine quo ſe non poteſt cogitare. Cum igitur ei præcipitur, vt ſeipſam cognoſcat, non ſe tanquam ſibi detracta ſit quærat, ſed id quod ſibi addidit detrahat, Interior eſt enim ipſa, nõ ſolum quàm iſta ſenſibilia quæ manifeſte foris ſunt, ſed etiam quàm imagines eorum quæ in parte quadam ſunt animæ, quam habent & beſtiæ, quanuis intelligentia careant, quæ mentis eſt propria. Cum ergo ſit mens interior, quodam modo exit à ſemetipſa, cum in hæc quaſi veſtigia multarum intentionum exerit amoris affectum. Quæ veſtigia tanquam imprimuntur memoriæ, quando hæc quæ foris ſunt corporalia ſentiuntur, vt etiam cum abſunt iſta, præſto ſint tamen imagines eorum cogitantibus, Cognoſcat ergo ſemetipſam,

nec

Pſal. 9. 110. & 113. Deut. 6. Matt. 22. Infra. c. 10.

G nec quaſi abſentem ſe quærat, ſed intentionem volun-
tatis qua per alia vagabatur ſtatuat in ſemetipſam, & ſe
cogitet. Ita videbit quòd nunquam ſe non amauerit,
nunquam neſcierit: ſed aliud ſecum amando cum eo
ſe confudit & cõcreuit quodam modo, atque ita dum
ſicut vnum diuerſa complectitur, vnum putauit eſſe
Mẽs vt eſt, ita ſe nouit. Cap. IX. quæ diuerſa ſunt. Non itaque velut abſentem ſe
quærat cernere, ſed præſentem ſe curet diſcernere. Nec
ſe quaſi nõ norit cognoſcat, ſed ab eo quo alterum no-
uit dignoſcat. Ipſum enim quod audit, cognoſce teip-
ſam, quo modo agere curabit, ſi neſcit, aut quid ſit cog-
noſce, aut quid ſit teipſam? Si autem vtrũque nouit, no-
uit & ſeipſam, quia non ita dicitur menti, cognoſce te-
ipſam, ſicut dicitur, cognoſce cherubin aut ſeraphin.
De abſentibus enim illis credimus, ſecũdum quod cœ-
leſtes quædam poteſtates eſſe prædicantur. Neque ſicut
dicitur, cognoſce voluntatem illius hominis, quæ no-
bis nec ad ſentiendum vllo modo, nec ad intelligen-
dum prȩſto eſt, niſi corporalibus ſignis editis, & hoc ita
vt magis credamus quàm intelligamus. Neque ita vt di
citur homini, vide faciem tuã, quod niſi in ſpeculo fieri
H non poteſt. Nam & ipſa noſtra facies abſens ab aſpectu
noſtro eſt, quia non ibi eſt quò ille dirigi poteſt. Sed cũ
dicitur menti, cognoſce teipſam, eo ictu quo intelligit
quod dictum eſt, teipſam, cognoſcit ſeipſam, nec ob a-
liud quàm eo quo ſibi præſens eſt. Si autem quod dictũ
eſt non intelligit, non vtique facit: hoc igitur ei præci-
pitur vt faciat, quod cum ipſum præceptum intelligit,
facit. Non ergo adiungat aliud ad id quod ſeipſam
cognoſcit, cũ audit vt ſeipſam cognoſcat. Certè enim
nouit ſibi dici, ſibi ſcilicet quæ eſt, & viuit, & intelligit.
Sed eſt & cadauer, viuit & pecus: intelligit autem nec
cadauer nec pecus. Sic ergo ſe eſſe & viuere ſcit, quo
Mens quo modo intelligit quid non ſit. Cap. X. modo eſt, & viuit intelligentia. Cum ergo, verbi
gratia, mens aërem ſe putat, aërem intelligere putat, ſe
tamen intelligere ſcit: aërem autem ſe eſſe non ſcit, ſed
putat. Secernat quod ſe putat, cernat quod ſcit, hoc ei
remaneat. Vnde ne illi quidem dubitauerunt, qui aliud
atque aliud corpus eſſe mentem putauerunt: Neque e-
nim omnis mens aërem ſe eſſe exiſtimat, ſed aliæ ignẽ,
aliæ cerebrum, aliæq; aliud corpus, & aliud aliæ, ſicut
ſupra commemoraui: omnes tamen ſe intelligere no-
I uerunt & eſſe & viuere: ſed intelligere ad id quod in-
telligunt referunt, eſſe autem & viuere ad ſeipſas. Et nul
li eſt dubium, nec quenquam intelligere qui non viuat,
nec quenquam viuere qui non ſit. Ergo conſequenter
& eſſe & viuere id quod intelligit, non ſicuti eſt cada-
uer quod non viuit, nec ſicuti viuit anima quæ non in-
telligit, ſed proprio quodam eodemq; prȩſtantiore mo
do. Item velle ſe ſciunt, neque hoc poſſe quenquam qui
non ſit, & qui nõ viuat pariter ſciunt. Itemq; ipſam vo-
luntatem referunt ad aliquid quod ea voluntate volũt.
Meminiſſe etiam ſe ſciunt, ſimulq; ſciunt quod nemo
meminiſſet niſi eſſet ac viueret: Sed & ipſam memoriã
referimus ad aliquid quod ea meminimus. Duobus igi-
tur horum trium, memoria & intelligentia multarum
1. ſent. di. 1. c. hic cõſiderãdũ. & c. id ergo. & c. hac ergo. rerum noticia atque ſcientia continentur: Voluntas au
tem adeſt, per quam fruamur eis vel vtamur. Fruimur
enim cognitis, in quibus volũtas ipſis propter ſeipſa de-
lectata conquieſcit: vtimur vero eis quæ ad illud referi-
mus quo fruendum eſt. Nec eſt alia vita hominum vi-
cioſa atque culpabilis, quàm male vtens & male fruens.
De qua re non eſt nunc diſſerẽdi locus. Sed quoniam
de natura mentis agitur, remoueamus à cõſideratione
noſtra omnes noticias quæ capiuntur extrinſecus per
ſenſus corporis, & ea quæ poſuimus omnes mentes de K
ſeipſis noſſe certasq; eſſe diligentius attẽdamus. Vtrum
enim aëris ſit vis viuendi, reminiſcendi, intelligendi,
volendi, cogitandi, ſciendi, iudicandi, an ignis, an cere
bri, an ſanguinis, an atomorum, an præter vſitata qua-
tuor elementa, quinti neſcio cuius corporis, an ipſius
carnis noſtræ compago; vel temperamentum hæc effi-
cere valeat, dubitauerunt homines: & alius hoc, alius a-
liud affirmare conatus eſt. Viuere ſe tamen & memi-
niſſe, & intelligere, & velle, & cogitare, & ſcire, & iudi-
care quis dubitet? Quandoquidem etiam ſi dubitat vi-
uit, ſi dubitat vnde dubitet meminit, ſi dubitat dubitare
ſe intelligit, ſi dubitat certus eſſe vult, ſi dubitat cogitat,
ſi dubitat ſcit ſe neſcire, ſi dubitat iudicat non ſe teme-
re conſentire oportere. Quiſquis igitur aliunde dubi-
tat, de his omnibus dubitare non debet, quæ ſi non eſ-
ſent, de vlla re dubitare non poſſet. Hæc omnia, qui vel
corpus vel compoſitionem ſeu temperationem corpo-
ris eſſe mentem putant, in ſubiecto eſſe volunt videri,
vt ſubſtantia ſit aër, vel ignis, ſiue aliquod aliud cor-
pus, quod mentem putant: intelligentia vero ita inſit
huic corpori, ſicut qualitas eius: vt illud ſubiectum ſit, L
hæc in ſubiecto: ſubiectum ſcilicet mens quam corpus
eſſe arbitrantur, in ſubiecto autẽ intelligentia, ſiue quid
aliud eorum quæ certa nobis eſſe commemorauimus.
Iuxta opinantur etiam illi qui mentem ipſam negant
eſſe corpus, ſed compaginem aut temperationem cor-
poris. Hoc enim intereſt, quòd illi mentem ipſam di-
cunt eſſe ſubſtantiam, in quo ſubiecto ſit intelligentia:
iſti autem ipſam mentem in ſubiecto eſſe dicunt, cor-
pore ſcilicet cuius compoſitio vel temperatio eſt. Vn-
de conſequenter etiam intelligẽtiam quid aliud quàm
in eodem ſubiecto corpore exiſtimant? Qui omnes nõ
aduertunt, mentem noſſe ſe etiam cum quærit ſe, ſicut
iam oſtendimus. Nullo modo autem rectè dicitur ſci-
ri aliqua res, dum eius ignoratur ſubſtantia. Quaprop-
ter cum ſe mens nouit, ſubſtantiam ſuam nouit, & cum
de ſe certa eſt, de ſubſtantia ſua certa eſt. Certa eſt au-
tem de ſe, ſicut conuincunt ea quæ ſupra dicta ſunt.
Nec omnino certa eſt, vtrum aër, an ignis ſit, an ali-
quod corpus, vel aliquid corporis. Non eſt igitur ali-
quid eorum. Totámque illud quod ſe iubetur vt noue-
rit, ad hoc pertinet vt certa ſit, non ſe eſſe aliquid eo- M
rum de quibus incerta eſt, idque ſolum eſſe ſe certa ſit,
quod ſolum eſſe ſe certa eſt. Sic enim cogitat ignẽ aut
aërem, & quicquid aliud corporis cogitat. Neque vllo
modo fieri poſſet vt ita cogitaret id quod ipſa eſt, quẽ-
admodum cogitat id quod ipſa non eſt. Per phanta-
ſiam quippe imaginariam cogitat hȩc omnia, ſiue ignẽ,
ſiue aërem, ſiue illud, vel illud corpus, partémve vllam,
ſiue compaginem temperationémque corporis, nec
vtique iſta omnia, ſed aliquid horum eſſe dicitur. Si
quid autem horum eſſet, aliter id quàm cætera cogita-
ret, non ſcilicet per imaginale figmentum, ſicut cogi-
tantur abſentia, quæ ſenſu corporis tacta ſunt, ſiue om-
nino ipſa, ſiue eiuſdem generis aliqua, ſed quadam in-
teriore, non ſimulata, ſed vera præſentia. Non enim
quicquam illi eſt ſeipſa præſentius, ſicut cogitat viuere
ſe & meminiſſe & intelligere & velle ſe. Nouit enĩ hæc
in ſe, nec imaginatur quaſi extra ſe illa ſenſu tetigerit,
ſicut corporalia quæque tanguntur. Ex quorum cogi-
tationibus ſi nihil ſibi affingat, vt tale aliquid eſſe ſe pu- *Veſtigia ſummæ trinitatis in aĩa. Ca. XI.*
tet, quicquid ei de ſe remanet, hoc ſolum ipſa eſt.
Remotis igitur pauliſper cæteris, quorum mens
de ſeipſa certa eſt: tria hæc potiſſimum conſiderata tra-
ctemus,

A ctemus,memoriam,intelligentiam,voluntatem: In his
enim tribus inſpici ſolent etiam ingenia paruulorũ cu-
iuſmodi præferant indolem. Quanto quippe tenacius
& facilius puer meminit, quantoq; acutius intelligit &
ſtudet ardentius; tanto eſt laudabilioris ingenij. Cum
vero de cuiuſque doctrina quæritur: non quanta firmi-
tate ac facilitate meminerit, vel quanto acumine in-
telligat, ſed quid meminerit, & quid intelligat quæri-
tur. Et quia non tantũ quàm doctus ſit conſideratur lau
dabilis animus, ſed etiam quàm bonus, non tantũ quid
meminerit & quid intelligat, verũetiàm quid velit at-
tenditur: non quanta flagrãtia velit, ſed quid velit pri-
us, deinde quantũ velit. Tunc enim laudandus eſt ani-
mus vehementer amans, cum id quod amat vehemen-
ter amandũ eſt. Cum ergo dicuntur hęc tria ingenium,
doctrina, vſus: primum horum conſideratur in illis tri-
bus, quid poſsit quiſque memoria, & intelligentia, &
voluntate. Secundum eorum conſideratur, quid ha-
beat quiſque in memoria, & intelligentia, quò ſtudioſa
voluntate peruenerit. Iam vero vſus tertius in volunta-
B te eſt pertractante illa quæ in memoria & intelligen-
tia continentur, ſiue ad aliquid ea referat, ſiue eorum fi-
1. ſent. di. 1. ne delectata cõquieſcat. Vti enim eſt aſſumere aliquid
ca. notandũ in facultatem voluntatis: frui eſt autem, vti cum gau-
vero. dio, nõ adhuc ſpei, ſed iam rei. Proinde omnis qui frui-
tur, vtitur: aſſumit enim aliquid in facultatem volun-
tatis, cum fine delectationis. Nõ autem omnis qui vti-
tur, fruitur: ſed id quod in facultatem voluntatis aſſu-
mit, non propter illud ipſum, ſed propter aliud appetit.
1. ſent. di. 3. Hæc igitur tria, memoria, intelligentia, voluntas, quo-
c. nũc vero. niam non ſunt tres vitæ, ſed vna vita, nec tres mentes,
ſed vna mens, conſequenter vtique nec tres ſubſtantiæ
ſunt, ſed vna ſubſtantia. Memoria quippe quòd vita &
mens & ſubſtantia dicitur, ad ſeipſam dicitur. Quòd
vero memoria dicitur, ad aliquid relatiue dicitur. Hoc
de intelligentia quoque, & de voluntas dixerim. Et
intelligentia quippe & voluntas, ad aliquid dicuntur.
Vita eſt autem vnaquæque ad ſeipſam, & mens, & eſ-
ſentia. Quocirca tria hæc eo ſunt vnum, quo vna vita,
vna mens, vna eſſentia. Et quicquid aliud ad ſeipſa ſin-
gula dicuntur, etiam ſimul non pluraliter, ſed ſingula-
1. ſent. di. 3. riter dicuntur. Eo vero tria quo ad ſe inuicem referun-
ca. æqualia tur, quę ſi æqualia non eſſent, non ſolum ſingula ſingu-
etiam. lis, ſed etiam omnibus ſingula, non vtique ſe inuicem
C caperent. Neque enim tãtum à ſingulis ſingula, verum-
etiam à ſingulis omnia capiuntur. Memini enim me ha
bere memoriam, & intelligentiam, & voluntatem: &
intelligo me intelligere & velle atque meminiſſe: & vo
1. ſent. di. 3. lo me velle, & meminiſſe, & intelligere totámque me-
ca. Totamq; am memoriam & intelligentiam & voluntatem ſimul
meam. memini. Quod enim memoriæ meę non memini, non
eſt in memoria mea. Nihil autem tam in memoria,
quàm ipſa memoria eſt. Totam igitur memini. Item
quicquid intelligo, intelligere me ſcio, & ſcio me velle
quicquid volo: Quicquid autem ſcio memini. Totam
igitur intelligentiam, totamq; voluntatem meam me-
1. ſent. di. 3. mini. Similiter cum hæc tria intelligo, tota ſimul in-
c. Similiter telligo. Neque enim quicquam intelligibilium non in-
cum hæc. telligo, niſi quod ignoro. Quod autẽ ignoro, nec me-
mini nec volo. Quicquid itaque intelligibilium non
1. ſent. di. 3. intelligo, conſequenter etiam non memini nec volo.
c. Voluntas Quicquid autem intelligibilium memini & volo, con-
mea. Et ca. ſequenter intelligo. Voluntas etiam mea totam intel-
hic attendẽ ligentiam totámque memoriam meam capit, dum to-
dum. to vtor quod intelligo & memini. Quapropter quan-
do inuicem à ſingulis, & tota omnia capiuntur, æqua- D
lia ſunt tota ſingula totis ſingulis, & tota ſingula ſimul
omnibus totis, & hæc tria vnum, vna vita, vna mens,
vna eſſentia. Iámne igitur aſcendendum eſt qua- *Anima ali*
libuſcunque intentionis viribus ad illam ſummam & *quid acce-*
altiſsimam eſſentiam, cuius impar imago eſt humana *dit tẽpore,*
mens, ſed tamen imago: an adhuc eadem tria diſtin- *non deo.*
ctius declaranda ſunt in anima, per illa quæ extrinſe- *Cap. XII.*
cus ſenſu corporis capimus, vbi temporaliter imprimi-
tur rerum corporearum noticia? Mẽtem quippe ipſam
in memoria & intelligentia & voluntate ſuimetipſius
talem reperiebamus, vt quoniam ſemper ſe noſſe ſem-
pérque ſeipſam velle comprehendebatur, ſimul etiam
ſemper ſui meminiſſe, ſempérque ſeipſam intelligere &
amare comprehenderetur, quamuis non ſemper ſe co-
gitare diſcretam ab eis quæ non ſunt quod ipſa eſt: ac
per hoc difficile in ea dignoſcitur memoria ſui; & in-
telligentia ſui. Quaſi non ſint hęc duo, ſed vnum duo-
bus vocabulis appelletur, ſic apparet in ea re vbi valde
iſta coniuncta ſunt, & aliud alio nullo præceditur tem
pore: amórque ipſe non ita ſentitur eſſe, cum eum non
prodit indigentia, quoniam non ſemper præſto eſt E
quod amatur. Quapropter etiam tardioribus diluce-
ſcere hæc poſſunt, dum ea tractantur quæ ad animam
tempore accedunt, & quæ illi temporaliter accidunt;
cum meminit quod antea non meminerat, & cum vi-
det quod antea non videbat, & cum amat quod antea
non amabat. Sed aliud hæc tractatio iam poſcit exor-
dium, propter huius libelli modum.

Libri Decimi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTI-
ni Epiſcopi de Trinitate Liber
Vndecimus.

NEMIMI dubium eſt, ſicut interio- *Veſtigium*
rem hominem intelligentia ſic ex- *trinitatis*
teriorem ſenſu corporis pręditum. *etiã in cor-*
Nitamur igitur ſi poſſumus in hoc *pore. Cap. I.*
quoque exteriore indagare quale-
cũque veſtigium trinitatis, nõ quia F
& ipſe eodem modo ſit imago dei.
Manifeſta eſt quippe Apoſtolica ſentẽtia, quæ interio- *Coloſſ. 3.*
rem hominem renouari dei agnitione declarat ſecun-
dum imaginem eius qui creauit eum, cum & alio loco
dicat: Et ſi exterior homo noſter corrumpitur, tamẽ in- *2. Cor. 4.*
terior renouatur de die in diem, In hoc ergo qui cor-
rumpitur, quæramus quemadmodum poſſumus quan-
dam trinitatis effigiem, & ſi non expreſsiorẽ, tamen for
taſsis ad dignoſcendum faciliorem. Neq; enim fruſtra
& iſte homo dicitur, niſi quia ineſt ei nõnulla interio-
ris ſimilitudo, & illo ipſo ordine conditionis noſtræ
quo mortales atq; carnales effecti ſumus, facilius & quaſi
familiarius viſibilia quàm intelligibilia pertractamus.
Cum iſta ſint exterius, illa interius, & iſta ſenſu corpo-
ris ſentiamus, illa mente intelligamus, noſq; ipſi animi
non ſenſibiles ſimus, id eſt, corpora, ſed intelligibiles,
quoniã vita ſumus: tamen vt dixi, tanta facta eſt in cor-
poribus conſuetudo, & ita in hæc miro modo relabẽs
foras ſe noſtra proiecit intẽtio, vt cũ ab incerto corpo-
rum ablata fuerit, vt in ſpiritum multo certiore ac ſtabi
liore cognitione figatur, refugiat ad iſta, & ibi appetat
requiem vnde traxit infirmitatẽ. Cuius ægritudini cõ-
gruendum eſt, vt ſi quando interiora ſpiritalia accom-
modatius

G modatius diſtinguere atque facilius inſinuare conamur, de corporalibus exterioribus ſimilitudinum documenta capiamus. Senſu igitur corporis exterior homo præditus, ſentit corpora, & iſte ſenſus quod facile aduertitur quinquepertitus eſt, videndo, audiendo, olfaciendo, guſtando, tangendo. Sed & multum eſt & nō neceſſarium, vt omnes hos quinque ſenſus id quod quærimus, interrogemus. Quod enim nobis vnus eorum renunciat, etiam in cæteris valet. Itaque potiſsimum teſtimonio vtamur oculorum. Is enim ſenſus corporis maxime excellit, & eſt viſioni mentis pro ſui generis diuerſitate vicinior.

Veſtigium Triadis in omni ſenſu corporis. Cap.II.

Cū igitur aliquod corpus videmus, hæc tria quod facillimum eſt conſideranda ſunt & dignoſcenda. Primo ipſa res quam videmus, ſiue lapidem, ſiue aliquam flammam, ſiue quid aliud quod videri oculis poteſt, quod vtique iam eſſe poterat, & antequam videretur. Deinde viſio quæ non erat priuſquam rem illam obiectam ſenſui ſentiremus. Tertio quod in ea re quæ videtur, quandiu videtur ſenſum detinet oculorum, id eſt, animi intentio. In his igitur tribus, non ſolum eſt manifeſta diſtinctio, ſed
H etiam diſcreta natura. Primum quippe illud corpus viſibile longe alterius naturæ eſt quàm ſenſus oculorum, quo ſibimet incidente fit viſio. Ipſaq; viſio quid aliud, quàm ſenſus ex ea re quæ ſentitur informatus apparet? Quanuis re viſibili detracta nulla ſit nec vlla omnino eſſe poſsit talis viſio, ſi corpus non ſit quod videri queat. Nullo modo tamen eiuſdem ſubſtantiæ eſt corpus quo formatur ſenſus oculorum, cum idem corpus videtur, & ipſa forma quæ ab eodem imprimitur ſenſui, quæ viſio vocatur. Corpus enim viſum in ſua natura ſeparabile eſt: ſenſus autem qui iam erat in animante, eius priuſquam videret quod videre poſſet, cum in aliquid viſibile incurreret, vel viſio quæ fit in ſenſu ex viſibili corpore cum iam coniunctum eſt & videtur, Senſus ergo vel viſio, id eſt, ſenſus formatus extrinſecus, ad animantis naturam pertinet, omnino aliā quàm eſt illud corpus quod videndo ſentimus, quo ſenſus non ita formatur vt ſenſus ſit, ſed vt viſio ſit. Nam ſenſus & ante obiectum rei viſibilis niſi eſſet in nobis, non diſtaremus à cęcis, dum nihil videmus, ſiue in tenebris, ſiue clauſis luminibus. Hoc autem diſtamus, quod no-
I bis ineſt & non videntibus quo videre poſsimus qui ſenſus vocatur, illis vero non ineſt: Nec aliunde niſi quòd eo carent, cæci appellantur. Itémque illa animi intentio quæ in ea re quam videmus ſenſum tenet atque vtrunque coniungit, non tantum ab ea re viſibili natura differt, quandoquidem iſte animus illud corpus eſt, ſed ab ipſo quoque ſenſu atque viſione, quoniam ſolius animi eſt hæc intentio: Senſus autem oculorum non ob aliud ſenſus corporis dicitur, niſi quia & ipſi oculi membra ſunt corporis. Et quanuis non ſentiat corpus exanime, anima tamen commixta corpori per inſtrumentum ſentit corporeum, & idem inſtrumentum ſenſus vocatur. Qui etiam paſsione corporis cum quiſque excæcatur interceptus extinguitur, cum idem maneat animus, & eius intentio, luminibus amiſsis, non habeat quidem ſenſum corporis quem vidēdo extrinſecus corpori adiungat, atque in eo viſo figat aſpectum, niſu tamen ipſo indicet ſe adempto corporis ſenſu, nec perire potuiſſe, nec minui. Manet enim quidam videndi appetitus integer, ſiue id poſsit fieri, ſiue non poſsit. Hæc igitur tria, corpus quod videtur, & ipſa viſio, & quæ vtrunque coniungit intentio, manifeſta ſunt ad dignoſcendum, non ſolum propter propria ſingulorum, verumetiam propter differentiam naturarum. K
Atque in his cum ſenſus non procedat ex corpore illo quod videtur, ſed ex corpore ſentientis animantis, cui anima ſuo quodam miro modo contemperatur, tamen ex corpore quod videtur gignitur viſio, id eſt, ſenſus ipſe formatur: vt iam non tantum ſenſus qui etiam in tenebris eſſe integer poteſt, dum eſt incolumitas oculorum, ſed etiam ſenſus informatus ſit, quæ viſio vocatur. Gignitur ergo ex re viſibili viſio, ſed non ex ſola, niſi adſit & videns. Quocirca ex viſibili & vidente gignitur viſio, ita ſanè vt ex vidente ſit ſenſus oculorum, & aſpicientis atque intuentis intentio, Illa tamen informatio ſenſus, quæ viſio dicitur à ſolo imprimatur corpore quod videtur, id eſt; à re aliqua viſibili: qua detracta, nulla remanet forma quæ inerat ſenſui, dum adeſſet illud quod videbatur: ſenſus tamen ipſe remanet qui erat, & priuſquam aliquid ſentiretur: velut in aqua veſtigium tamdiu eſt, donec ipſum corpus quod imprimitur ineſt: quo ablato nullum erit, cum remaneat aqua quæ erat, & antequam illam formam corporis caperet. Ideòque non poſſumus quidem dicere quòd ſenſum gignat res viſibilis, gignit tamen L
formam vel in ſimilitudinem ſuam, quæ fit in ſenſu, cū aliquid vidēdo ſentimus. Sed corporis formam quam videmus, & formam quæ ab illa in ſenſu videntis fit per eundem ſenſum, non diſcernimus, quoniam tanta coniunctio eſt, vt non pateat diſcernendi locus. Sed ratione colligimus nequaquā nos potuiſſe ſentire, niſi fieret in ſenſu noſtro aliqua ſimilitudo conſpecti corporis. Neque enim cum annulus ceræ imprimitur, ideo nulla imago facta eſt, quia non diſcernitur, niſi cū fuerit ſeparata. Sed quoniam poſt ceram ſeparatam manet quod factū eſt vt videri poſsit, propterea facile perſuadetur, quòd inerat iam ceræ forma impreſſa ex annulo, & antequam ab illa ſepararetur. Si autem liquido humori adiungeretur annulus, eo detracto nihil imaginis appareret. Nec ideo tamen diſcernere ratio non deberet, fuiſſe in illo humore antequam detraheretur, annuli formam factam ex annulo, quæ diſtinguenda eſt ab ea forma quæ in annulo eſt, vnde iſta facta eſt [quæ detracto annulo non erit, quanuis illa in annulo maneat vnde iſta facta eſt.] Sic ſenſus oculorum, non ideo non habet imaginem corporis quod vi M
detur quandiu videtur, quia eo detracto non remanet. Ac per hoc tardioribus ingeniis difficillime perſuaderi poteſt, formari in ſenſu noſtro imaginem rei viſibilis, cum eam videmus, & eandem formam eſſe viſionē. Sed qui forte aduerterint quod commemorabo, nō ita in hac inquiſitione laborabunt. Plerunq; cum diuſcule attenderimus quęque luminaria, & inde oculos clauſerimus, quaſi verſantur in conſpectu quidam lucidi colores varie ſeſe commutantes, & minus minusq; fulgētes donec omnino deſiſtant: Quas intelligēdum eſt reliquias eſſe formæ illius quæ facta erat in ſenſu, cū corpus lucidum videretur, paulatimq; & quodam modo gradatim deficiendo variari. Nam & inſertarum feneſtrarum cācelli, ſi eos forte intuebamur, ſæpe in illis apparuere coloribus, vt manifeſtum ſit hanc affectionem noſtro ſenſui ex ea re quæ videbatur impreſſam. Erat ergo etiam cum videremus, & illa erat clarior & expreſſior, ſed multum coniuncta cum ſpecie rei eius quæ cernebatur, vt diſcerni omnino non poſſet, & ipſa erat viſio. Quinetiam cum lucernę flammula modo quodam diuaricatis radiis oculorum quaſi geminatur, duæ viſiones fiunt, cum ſit res vna quæ videtur. Singillatim

Infra eodē cap.11.

quippe

A quippe afficiuntur üdem radij de ſuo quiſque oculo emicantes, dum non ſinuntur in illud corpus intuendum pariter coniunctèque coocurrere, vt vnus fiat ex vtroque contuitus. Et ideo ſi vnum oculum clauſerimus, non geminum ignem, ſed ſicuti eſt vnum videbimus. Cur autem ſiniſtro clauſo illa ſpecies deſinit videri quæ ad dextrum erat, vicisſimque dextro clauſo illa intermoritur quæ ad ſiniſtrum erat, & longum eſt & rei præſenti non neceſſarium modo quærere atque diſſerere. Quod enim ad ſuſceptam quæſtionem ſatis eſt, niſi fieret in ſenſu noſtro quædam imago ſimillima rei eius quam cernimus, non ſecundum oculorum numerum flammæ ſpecies geminaretur, cum quidam cernendi modus adhibitus fuerit, qui poſsit cócurſum ſeparare radiorum. Ex vno quippe oculo quolibet modo deducto aut impreſſo aut intorto, ſi alter clauſus eſt, dupliciter videri aliquid quod ſit vnum nullo pacto poteſt. Quæ cum ita ſint, tria hæc quauis diuerſa natura quemadmodum in quandam vnitatem contemperentur meminerimus, id eſt, ſpecies corporis quæ videtur, & impreſſa eius imago ſenſui quod eſt viB ſio, ſenſuſve formatus, & voluntas animi quæ rei ſenſibili ſenſum admouet, in eóque ipſam viſionem tenet. Horum primum, id eſt, res ipſa viſibilis non pertinet ad animantis naturam, niſi cum corpus noſtrum cernimus. Alterum autem ita pertinet, vt & in corpore fiat, & per corpus in anima: fit enim in ſenſu, qui neque ſine corpore eſt, neque ſine anima. Tertium vero ſolius animæ eſt, quia voluntas eſt. Cum igitur horum trium tam diuerſæ ſubſtantię ſint, tamen in tantam coëunt vnitatem, vt duo propria vix intercedente iudice ratione diſcerni valeant, ſpecies videlicet corporis quod videtur, & imago eius quæ fit in ſenſu, id eſt, viſio. Voluntas autem tantam vim habet copulandi hæc duo, vt & ſenſum formandum admoueat ei rei quæ cernitur, & in ea formatum teneat. Et ſi tam violenta eſt vt poſsit vocari amor, aut cupiditas, aut libido, etiam cæterum corpus animantis vehementer afficit. Et vbi non reſiſtit pigrior durióřque materies, in ſimilem ſpeciem coloremque commutat: licet videre corpuſculum chamæleontis, ad colores quos videt facillima conuerſione variari. Aliorum autem anima-

Chamaleō.

C lium quia non eſt ad conuerſionem facilis corpulentia, fœtus plerunque produnt libidines matrum, quid cum magna delectatione conſpexerint. Quàm enim teneriora atque, vt ita dixerim, formabiliora ſunt primordia ſeminum, tam efficaciter & capaciter ſequuntur intentionem maternæ animæ, & quæ in ea facta eſt phantaſiam, per corpus quod cupide aſpexit. Sunt exempla quæ copioſe commemorari poſsint, ſed vnum ſufficit de fideliſsimis libris, quod fecit Iacob vt oues & capræ varios coloribus parerent, ſupponendo eis variata virgulta in canalibus aquarum, quæ potantes intuerentur eo tempore quo conceperant. Sed anima rationalis deformiter viuit, cum ſecundum trinitatem exterioris hominis viuit, id eſt, cum ea quæ forinſecus ſenſum corporis formant, non laudabilem voluntatem qua hæc ad vtile aliquid referat, ſed turpem cupiditatem qua his inhæreſcat, accommodat.

Gene. 30. 2. Retr. ca. 25. & 26.

Quia etiam detracta ſpecie corporis quæ corporaliter ſentiebatur, remanet in memoria ſimilitudo eius, quò rurſus voluntas conuertat aciem, vt inde formetur intrinſecus, ſicut ex corpore obiecto ſenſibili ſenſus extrinſecus formabatur. Atque ita fit illa Trinitas ex memoria & interna viſione, & quæ vtrunque copulat voluntate, quæ tria in vnum coguntur, ab ipſo co- D actu cogitatio dicitur. Nec in his tribus diuerſa ſubſtantia eſt. Neque enim aut corpus illud ſenſibile ibi eſt, quod omnino diſcretum eſt ab animantis natura, aut ſenſus corporis ibi formatur vt fiat viſio, aut ipſa voluntas id agit, vt formandum ſenſum ſenſibili corpori admoueat, in eóque formatum detineat: ſed pro illa ſpecie corporis quæ videbatur extrinſecus, ſuccedit memoria retinens illam ſpeciem quam per corporis ſenſum combibit anima: próque illa viſione quæ foris erat cum ſenſus ex corpore viſibili formaretur, ſuccedit intus ſimilis viſio, cum ex eo quod memoria tenet formatur acies animi, & abſentia corpora cogitantur: voluntáſque ipſa quo modo foris corpori obiecto formandum ſenſum admouebat, formatúmque iungebat, ſic aciem recordantis animi conuertit ad memoriam, vt ex eo quod illa retinuit, iſta formetur, & ſit in cogitatione ſimilis viſio. Sicut autem ratione diſcernebatur ſpecies viſibilis, qua ſenſus corporis formabatur, & eius ſimilitudo quæ fiebat in ſenſu formato vt eſſet viſio, alioquin ita erant coniunctæ, vt omnino vna eadémque putaretur: ſic illa phantaſia cum E animus cogitat ſpeciem viſi corporis, cum conſtet ex corporis ſimilitudine, quam memoria tenet, & ex ea quæ inde formatur in acie recordantis animi, tamen ſic vna & ſingularis apparet, vt duo quædam eſſe non inueniantur niſi iudicante ratione: qua intelligimus aliud eſſe illud quod in memoria manet, etiam cum aliunde cogitamus, & aliud fieri cum recordamur, id eſt ad memoriam redimus, & illic inuenimus eandem ſpeciem. Quæ ſi iam ibi non eſſet, ita oblitos nos eſſe diceremus, vt omnino recolere nō poſſemus. Si autem acies recordantis non formaretur ex ea re quæ erat in memoria, nullo modo fieret viſio cogitantis: ſed vtriuſque coniunctio, id eſt, eius quam memoria tenet, & eius quæ inde exprimitur, vt formetur acies recordantis, quia ſimillimæ ſunt, veluti vnam facit apparere. Cum autem cogitantis acies auerſa inde fuerit, atque id quod in memoria cernebatur deſtiterit intueri, nihil formæ quæ impreſſa erat in eadem acie remanebit: Atque inde formabitur quò rurſus conuerſa fuerit, vt alia cogitatio fiat. Manet tamen illud quod reliquit in memoria, quo rurſus cum id recordamur conuertatur, & conuerſa formetur, atque vnum cum eo fiat F vnde formatur. Voluntas vero illa quæ hac atque illac fert & refert aciem formandam coniungitque formatam, ſi ad interiorem phantaſiam tota confluxerit, atque à præſentia corporum quæ circumiacet ſenſibus atque ab ipſis ſenſibus corporis, animi aciem omnino auerterit, atque ad eam quæ intus cernitur imaginem penitus conuerterit, tanta offenditur ſimilitudo ſpeciei corporalis expreſſa ex memoria, vt nec ipſa ratio diſcernere ſinatur, vtrum foris corpus ipſum videatur, an intus tale aliquid cogitetur. Nam interdum homines nimia cogitatione rerum viſibilium vel illecti vel territi, etiam eiuſmodi repente voces ediderunt, quaſi re vera in mediis talibus actionibus ſiue paſsionibus verſarentur. Et memini me audiſſe à quodam quòd tam expreſſam & quaſi ſolidam ſpeciem fœminei corporis in cogitando cernere ſoleret, vt ei ſe quaſi miſceri ſentiens, etiam genitalibus flueret. Tantum habet virium anima in corpus ſuum, & tantum valet ad indumenti qualitatem vertendam atque mutādam, quo modo homo afficiatur indutus qui cohæret indumento ſuo. Ex eodem genere affectionis etiam

Trium vnitas in ſenſu. Cap. III.

Quo modo fit hæc vnitas. Ca. IIII

ἐυπαφόρ.

G etiam illud eſt quod in ſomnis per imagines illudimur. Sed plurimum differt, vtrum ſopitis ſenſibus corporis, ſicuti ſunt dormientium, aut ab interiore compage turbatis, ſicuti ſunt furentium, aut alio quodam modo alienatis, ſicuti ſunt diuinantium vel prophetantium animi intentio quadam neceſsitate incurrat in eas quæ occurrunt imagines, ſiue ex memoria, ſiue alia aliqua occulta vi, per quaſdam ſpiritales mixturas ſimiliter ſpiritalis ſubſtantiæ: an ſicut ſanis atque vigilantibus interdum contingit, vt cogitatione occupata voluntas ſe auertat à ſenſibus, atque ita formet animi aciem variis imaginibus ſenſibilium rerum, tanquam ipſa ſenſibilia ſentiantur. Non tantum autem cum appetendo in talia voluntas intenditur, fiunt iſtæ impreſsiones imaginum, ſed etiam cum deuitandi & cauendi cauſa rapitur animus in ea contuenda quæ fugiat. Vnde non ſolum cupiendo, ſed etiam metuendo, infertur vel ſenſus ipſis ſenſibilibus, vel acies animi formanda imaginibus ſenſibilium. Itaque aut metus, aut cupiditas, quanto vehementior fuerit, tanto expreſſius formatur acies, ſiue ſentientis ex corpore quod in H loco adiacet, ſiue cogitantis ex imagine corporis, quæ memoria continetur. Quod ergo eſt ad corporis ſenſum aliquod corpus in loco, hoc eſt ad animi aciem ſimilitudo corporis in memoria: & quod eſt aſpicientis viſio, ad eam ſpeciem corporis ex qua ſenſus formatur, hoc eſt viſio cogitantis ad imaginem corporis in memoria conſtitutam, ex qua formatur acies animi: & quod eſt intentio voluntatis ad corpus viſum, viſionemque copulandam, vt fiat ibi quædam vnitas trium, quamuis eorum ſit diuerſa natura, hoc eſt eadem voluntatis intentio ad copulandam imaginem corporis quæ eſt in memoria, & viſionem cogitantis, id eſt, formam quam cepit acies animi rediens ad memoriam: vt fiat & hic quædam vnitas ex tribus, non iam naturæ diuerſitate diſcretis, ſed vnius eiuſdemque ſubſtantiæ, quia hoc totum intus eſt, & totum vnus animus. Sicut autem cum forma & ſpecies corporis interierit, non poteſt ad eam voluntas ſenſum reuocare cernentis: ita cum imago quam memoria gerit obliuione deleta eſt, non erit quò aciem animi formandam voluntas recordando retorqueat. Sed quia præualet animus, non ſolum oblita, verumetiam non ſenſa nec experta configere, ea quæ non exciderunt augendo, minuendo, commutando, & pro arbitrio componen-

In bonis tantum imago trinitatis. Cap. V.

I do, ſæpe imaginatur quaſi ita aliquid ſit, quod aut ſcit non ita eſſe, aut neſcit ita eſſe. In quo genere cauendum eſt, ne aut mentiatur vt decipiat, aut opinetur vt decipiatur. Quibus duobus malis euitatis nihil ei obſunt imaginata phantaſmata: ſicut nihil obſunt experta ſenſibilia, & retenta memoriter, ſi neque cupide appetantur ſi iuuant, neque turpiter fugiantur ſi offendunt. Cum autem in his voluntas relictis melioribus auida volutatur, immunda fit, atque ita & cum aſſunt pernicioſe, & cum abſunt pernicioſius cogitantur. Male itaque viuitur, & deformiter ſecundum trinitatem hominis exterioris: quia & illam trinitatem, quæ licet interius imaginetur, exteriora tamen imaginatur, ſenſibilium corporaliúmque vtendorum cauſa peperit: Nullus enim eis vti poſſet etiam bene, niſi ſenſarum rerum imagines memoria tenerentur, & niſi pars maxima voluntatis in ſuperioribus atque inferioribus habitet: eáque ipſa quæ commodantur, ſiue foris corporibus, ſiue intus imaginibus eorum, niſi quicquid in eis capit ad meliorem venioremq́; vitam referat, atque in eo fine cuius intuitu hæc agenda iudicat acquieſcat, K quid aliud facim⁹, niſi quod nos Apoſtolus facere prohibet, dicens: Nolite conformari huic ſeculo: quapropter non eſt iſta Trinitas imago dei. *Roma. 12.* Ex vltima quippe, id eſt, corporea creatura, qua ſuperior eſt anima, in ipſa anima fit per ſenſum corporis, nec tamen eſt omnino diſsimilis. Quid enim non pro ſuo genere ac pro ſuo modulo habet ſimilitudinem dei, quandoquidem deus fecit omnia bona valde, nõ ob aliud niſi quia ipſe ſumme bonus eſt. *Eccl. 39.* Inquantum ergo bonum eſt quicquid eſt, intantum ſcilicet quamuis longe diſtantem, habet tamen nonnullam ſimilitudinem ſummi boni: & ſi naturalem vtique rectam & ordinatam, ſi autem vicioſam, vtique turpem atque peruerſam. Nam & animæ in ipſis peccatis ſuis non niſi quandam ſimilitudinem dei, ſuperba & præpoſtera, &, vt ita dicam, ſeruili libertate ſectantur. Ita nec primis parentibus noſtris perſuaderi peccatũ poſſet, niſi diceretur: Eritis ſicut dij. *Gene. 3.* Non ſanè omne quod in creaturis aliquo modo ſimile eſt deo, etiam eius imago dicenda eſt, ſed illa ſola, qua ſuperior ipſe ſolus eſt. Ea quippe de illo prorſus exprimitur inter quam & ipſum nulla interiecta natura eſt. Viſionis igitur illius, id eſt, formæ quæ fit in ſenſu L cernentis, quaſi parens eſt forma corporis ex qua fit. Sed parens illa non vera, vnde nec iſta vera proles eſt. Neque enim omnino inde gignitur, quoniam aliud adhibetur corpori, vt ex illo formetur, id eſt ſenſus videntis. Quocirca id amare, alienari eſt. Itaque voluntas quæ vtrunque coniungit quaſi parentem & quaſi prolem, magis ſpiritalis eſt, quàm vtrumlibet illorum. *2. Retr. c. 15* Nam corpus illud quod cernitur, omnino ſpiritale non eſt. Viſio vero quæ fit in ſenſu habet admixtum aliquid ſpiritale, quia ſine anima fieri non poteſt. Sed non totum ita eſt, quoniam ille qui formatur corporis ſenſus eſt. Voluntas ergo quæ vtrunque coniungit, magis, vt dixi, ſpiritalis agnoſcitur, & ideo tãquam perſonam ſpiritus inſinuare incipit in illa trinitate. Sed magis pertinet ad ſenſum formatum, quàm ad illud corpus vnde formatur. Senſus enim animantis & voluntas animæ eſt, nõ lapidis aut alicuius corporis quod videtur. Non ergo ab illo quaſi parente procedit. Sed nec ab iſta quaſi prole, hoc eſt viſione ac forma quæ in ſenſu eſt. Prius enim quàm viſio fieret, iam erat volun- M tas, quæ formandum ſenſum cernendo corpori admouit, ſed nondum erat placitum. Quo modo enim placeret quod nondum erat viſum? Placitum autem quia &*† volũtas eſt. **† quieta.* Ideoque nec quaſi prolem viſionis poſſumus dicere voluntatem, quia erat ante viſionem, nec quaſi parentem, quia non ex voluntate, ſed ex viſo corpore formata & expreſſa eſt: finem fortaſſe voluntatis & requiem poſſumus rectè dicere viſionẽ, ad hoc duntaxat vnum, ſcilicet vidẽdum corpus. Neq; enim propterea nihil aliud volet, quia videt aliquid quod volebat.

Fines medij & ſupremo æſtimãt. Cap. VI.

Non itaq; omnino ipſa voluntas hominis cuius finis non eſt niſi beatitudo, ſed ad hoc vnũ interim ſcilicet ſubiectum voluntas videndi finem non habet niſi viſionem, ſiue id referat ad aliud, ſiue non referat. Si enim non refert ad aliud viſionem, ſed tãtum voluit vt videret: non eſt diſputandum quo modo oſtẽdatur finem voluntatis eſſe viſionem, manifeſtũ eſt enim. Si autem refert ad aliud, vult vtiq; aliud, nec iam videndi voluntas erit. Aut ſi videndi, non hoc videndi, ſed aliud: tanquã ſi velit quiſq; videre cicatricem, vt inde doceat vulnus fuiſſe: aut ſi velit videre feneſtrã, vt per feneſtrã videat tranſeuntes: omnes iſtæ atque aliæ tales voluntates,

A tates, ſuos proprios fines habent, qui referũtur ad finem
a. ſen. di. 38 illius voluntatis qua volumus beate viuere, & ad eam
ca. ſed qua peruenire vitam quæ non referatur ad aliud, ſed aman-
ritur. ti per ſeipſam ſufficiat. Voluntas ergo videndi, finem
habet viſionem: & voluntas hanc rem vidẽdi finem ha
bet huius rei viſionem. Voluntas itaque vidẽdi cicatri-
cem, finem ſuum expetit, hoc eſt viſionem cicatricis, &
ad eam vltra non pertinet. Voluntas enim probãdi vul
nus fuiſſe, alia voluntas eſt, quanuis ex illa religetur, cu-
a. ſen. di. 38 ius item finis eſt probatio vulneris. Et voluntas viden-
c. ſed quæ- di feneſtram, finem habet feneſtræ viſionem. Altera eſt
ritur vtrũ enim quæ ex iſta nectitur voluntas, per feneſtram vi-
tertio. dendi tranſeuntes, cuius item finis eſt viſio tranſeun-
a. ſen. di. 38 tium. Rectæ autem ſunt voluntates omnes ſibimet re-
c. ſed quæ- ligatæ, ſi bona eſt illa quò cunctæ referuntur: ſi autem
ritur vtrũ praua eſt, prauæ ſunt omnes. Et ideo rectarum volun-
omnes. tatum connexio iter eſt quoddam aſcendentium ad
beatitudinem, quod certis velut paſsibus agitur. Praua-
rum autem atque diſtortarum voluntatum implicatio,
Matt. 8. vinculum eſt quo alligabitur qui hoc agit, vt proiicia-
tur in tenebras exteriores. Beati ergo qui factis & mo-
Eſa. 5. ribus cantant canticum graduum. Et væ iis qui trahunt
B peccata, ſicut reſtem longam. Sic eſt autem requies vo-
lũtatis quem dicimus finem, ſi adhuc refertur ad aliud,
quemadmodum poſſumus dicere requiem pedis eſſe
in ambulando, cum ponitur vnde alius innitatur, quo
paſsibus pergitur. Si autem aliquid ita placet, vt in eo
cum aliqua delectatione voluntas acquieſcat, nondum
eſt tamen illud quò tenditur, ſed & hoc refertur ad a-
liud, vt deputetur non tanquã patria ciuis, ſed tanquam
Trinitatis refectio, vel etiam manſio viatoris. Iam vero in
veſtigiũ in alia trinitate interiore quidem quàm eſt iſta in ſenſibi-
memoria. libus & ſenſibus, ſed tamen quę inde concepta eſt, cum
Cap. VII. iam non ex corpore ſenſus corporis, ſed ex memoria
formatur acies animi, cum in ipſa memoria ſpecies in-
hæſerit corporis quod forinſecus ſenſimus, illam ſpe-
ciem quæ in memoria eſt, quaſi parentem dicimus eius
quæ fit in phantaſia cogitantis. Erat enim in memoria,
& priuſquam cogitaretur à nobis: ſicut erat corpus in
loco, & priuſquam ſentiretur vt viſio fieret. Sed cum
corpus cogitatur, ex illa quam memoria tenet, expri-
mitur in acie cogitantis, & reminiſcendo formatur ea
C ſpecies, quæ quaſi proles eſt eius quam memoria tenet.
Sed neque illa vera parens, neque iſta vera proles eſt.
Acies quippe animi quæ formatur ex memoria cum
recordando aliquid cogitamus, non ex ea ſpecie pro-
cedit quam meminimus viſam, quandoquidem eorum
meminiſſe non poſſemus niſi vidiſſemus: Acies autem
animi quæ reminiſcendo formatur, erat etiam priuſ-
quam corpus quod meminimus videremus, quanto
magis priuſquam id memoriæ mandaremus? Quan-
quam itaque forma quæ fit in acie recordantis, ex ea
fiat quæ ineſt memoriæ, ipſa tamen acies non inde exi-
ſtit, ſed erat ante iſtam. Conſequens eſt autem vt ſi non
eſt illa vera parens, nec iſta vera ſit proles. Sed & illa
quaſi parens, & iſta quaſi proles aliquid inſinuant, vn-
de interiora atque veriora exercitatius certiúſque vide-
antur. Difficilius iam planè diſcernitur, vtrum volũtas
quæ memoriæ copulat viſionem, nõ ſit alicuius eorum
ſiue parens ſiue proles: & hanc diſcretionis difficulta-
tem facit eiuſdem naturæ atque ſubſtantiæ parilitas &
æqualitas. Neque enim ſicut foris facile diſcernebatur
formatus ſenſus à ſenſibili corpore, & voluntas ab v-
troque propter naturæ diuerſitatem quæ ineſt ab inui-
cem omnibus tribus, de qua ſatis ſupra diſſeruimus, ita

& hic poteſt. Quanuis enim hæc Trinitas de qua nunc D
quæritur forinſecus inuecta eſt animo, intus tamen a-
gitur, & non eſt quicquam eius præter ipſius animi na-
turam. Quo igitur pacto demonſtrari poteſt volunta-
tem, nec quaſi parẽtem, nec quaſi prolem eſſe, ſiue cor-
poreæ ſimilitudinis quæ memoria continetur, ſiue eius
quæ inde cum recordamur exprimitur, quando vtrun-
que in cogitando ita copulat, vt tanquam vnum ſingu-
lariter appareat, & diſcerni niſi ratione non poſsit? At-
que illud primum videndum eſt, non eſſe poſſe volun-
tatem reminiſcendi, niſi vel totum, vel aliquid rei eius
quam reminiſci volumus, in penetralibus memoriæ te-
neamus. Quod enim omnimodo & omni ex parte
obliti fuerimus, nec reminiſcendi voluntas exoritur,
quoniam quicquid recordari volumus, recordati iam
ſumus in memoria noſtra eſſe vel fuiſſe. Verbi gratia,
Si recordari volo quid heri cœnauerim, aut recordat*
iam ſum cœnaſſe me: aut ſi & hoc nondum, certè cir-
ca ipſum tempus aliquid recordatus ſum, ſi nihil aliud,
ipſum ſaltem heſternum diem & eius eam partem qua
cœnari ſolet, & quid ſit cœnare. Nam ſi nihil tale recor
datus eſſem, quid heri cœnauerim, recordari velle non E
poſſem. Vnde intelligi poteſt voluntatem reminiſcen-
di ab iis quidem rebus quæ memoria continenter pro-
cedere, adiunctis ſimul eis quæ inde per recordatio-
nem cernendo exprimuntur, id eſt, ex copulatione rei
cuiuſdam quam recordati ſumus, & viſionis quæ inde
facta eſt in acie cogitantis cum recordati ſumus: Sed
ipſa quæ vtrunque copulat voluntas, requirit & aliud
quod quaſi vicinum eſt atque contiguum recordanti.
Tot igitur huius generis trinitates, quot recordationes,
quia nulla eſt earum vbi non hæc tria ſunt, illud quod
in memoria reconditum eſt etiam antequam cogite-
tur, & illud quod fit in cogitatione cum cernitur, & vo
luntas vtrunque coniungens, & ex vtroque ac tertia
ſeipſa vnum aliquid complens. An potius ita cogno-
ſcitur vna quædam in hoc genere trinitas, vt vnum ali-
quid generaliter dicamus quicquid corporaliũ ſpecie-
rum in memoria latet, & rurſus vnum aliquid genera-
lem viſionem animi talia recordantis atque cogitan-
tis, quorum duorum copulationi tertia coniungitur
copulatrix voluntas, vt ſit hoc totum vnum quiddam
ex quibuſdam tribus. Sed quoniam non poteſt acies F
animi ſimul omnia quæ memoria tenet vno aſpectu *Varia cogi*
contueri, alternat viciſsim cedendo ac ſuccedendo tri- *tãdi ratio.*
nitates cogitationum, atque ita fit iſta innumerabili- *Cap. VIII.*
ter numeroſiſsima Trinitas, nec tamen infinita ſi nu-
merus in memoria reconditarum rerum non exceda-
tur. Ex quo enim cœpit vnuſquiſque ſentire corpora
quolibet corporis ſenſu, etiam ſi poſſet adiungere quæ
oblitus eſt, certus ac determinatus profecto numerus
foret, quanuis innumerabilis. Dicimus enim innume-
rabilia, non ſolum infinita, ſed etiam quæ ita finita
ſunt vt facultatem numerantis excedant. Sed hinc ad-
uerti aliquanto manifeſtius poteſt, aliud eſſe quod re-
conditum memoria tenet, & aliud quod inde in cogi-
tatione recordantis exprimitur, quanuis cum fit vtri-
uſque copulatio, vnum idémque videatur Quia memi-
niſſe non poſſumus corporum ſpecies, niſi tot quot ſen
ſimus, & quantas ſenſimus, & ſicut ſenſimus: ex corpo-
ris enim ſenſu eas in memoriam combibit * animus. **al. condi-*
Viſiones autem illæ cogitationum ex iis quidem re- *dit.*
bus quæ ſunt in memoria, ſed tamen innumerabiliter
atque omnino infinite multiplicantur atque varian-
tur: Vnum quippe ſolem memini, quia ſicuti eſt vnum
vidi.

G vidi. Si voluero autem duos cogito vel tres, vel quot-
quot volo,ſed ex eadem memoria qua vnum memini,
formatur acies multos cogitantis. Et tantum memini
quantum vidi. Si enim maiorem vel minorem memi-
ni quàm vidi,iam non memini quod vidi, & ideo nec
memini. Quia vero memini,tantum memini quãtum
vidi,vel maiorem tamen pro voluntate cogito,vel mi-
norem. Et ita memini vt vidi. Cogito autem ſicut vo-
lo currentem,& vbi volo ſtãtem, vnde volo & quò vo
lo venientem. Quadrum etiam mihi cogitare, in
promptu eſt,cum meminerim rotundum, & cuiuſlibet
coloris,cum ſolem viridem nũquam viderim, & ideo
nec meminerim:Atque vt ſolem,ita cætera. Hæ autem
rerum formæ, quoniã corporales atque ſenſibiles ſunt,
errat quidem animus cum eas opinatur eo modo foris
eſſe quo modo intus cogitat, vel cum iam interierunt
foris & adhuc in memoria retinentur, vel cum aliter
etiam quod meminimus, non recordandi fide,ſed co-
gitandi varietate formatur. Quanquam ſæpiſsime cre-
damus etiam vera narrantibus, quæ ipſi ſenſibus perce-
perunt. Quæ cum in ipſo auditu quando narrantur co
H gitamus, non videtur ad memoriam retorqueri acies
viſionis cogitantium: neque enim ea nobis recordan-
tibus, ſed alio narrante cogitamus: atque illa trinitas
non hic videtur expleri, quæ fit cum ſpecies in memo-
ria latens & viſio recordantis tertia voluntate copulã-
tur. Non enim quod latebat in memoria mea,ſed quod
audio cogito cum aliquid mihi narratur. Non ipſas
voces loquentis dico, ne quiſquam putet in illam me
exiſſe trinitatem, quæ foris in ſenſibilibus & in ſenſi-
bus agitur, ſed eas cogito corporum ſpecies, quas nar-
rans verbis ſoniſque ſignificat, quas vtique nõ remini-
ſcens, ſed audiens cogito. Sed ſi diligentius conſyde-
remus,nec tunc exceditur memoriæ modus. Neque e-
nim vel intelligere poſſem narrantem, ſi ea quæ dicit,
& ſi contexta tunc primum audirem, non tamen ge-
neraliter ſingula meminiſſem. Qui enim mihi narrat,
verbi gratia, aliquem mõtem ſylua exutum & oleis in-
dutum, ei narrat qui meminerim ſpecies & montium
& ſyluarum & olearum, quas ſi oblitus eſſem, quid di-
ceret omnino neſcirem, & ideo narrationem illam co
gitare non poſſem. Ita fit vt omnis qui corporalia co-
I gitat, ſiue ipſe aliquid confingat, ſiue audiat, aut legat,
vel præterita narrantem,vel futura prænunciantem,ad
memoriam ſuam recurrat, & ibi reperiat modum atq;
mẽſuram omnium formarum quas cogitans intuetur:
Nam neque colorem quem nũquam vidit,neque figu-
ram corporis,nec ſonum quem nunquam audiuit, nec
ſaporem quem nunquam guſtauit, nec odorem quem
nunquam olfecit, nec vllam contrectationem corpo-
ris quam nunquam ſenſit poteſt quiſquam omnino co
gitare. At ſi propterea nemo aliquid corporale cogitat
niſi quod ſenſit,quia nemo meminit corporale aliquid
niſi quod ſenſit, ſicut in corporalibus ſentiendi, ſic in
memoria eſt cogitandi modus. Senſus enim accipit
ſpeciem ab eo corpore quod ſentimus, & à ſenſu me-
moria,à memoria vero acies cogitantis. Voluntas por
rò ſicut adiũgit ſenſum corpori, ſic memoriam ſenſui,
ſic cogitantis aciem memoriæ. Quæ autem conciliat
iſta atque coniungit, ipſa etiam diiungit,ac ſeparat,id
eſt voluntas. Sed à ſentiendis corporibus motu corpo-
ris ſeparat corporis ſenſus, ne aliquid ſentiamus, aut
vt ſentire deſinamus: veluti cum oculos ab eo quod vi-
dere nolumus auertimus vel claudimus: ſic aures à ſo-
nis,ſic nares ab odoribus. Ita etiam vel os claudẽdo,vel
aliquid ex ore reſpuendo à ſaporibus auerſamur. In ta- K
ctu quoque vel ſubtrahimus corpus ne tangamus quod
nolumus, vel ſi iam tangamus, abiicimus aut repelli-
mus. Ita motu corporis agit voluntas, ne ſenſus corpo-
ris rebus ſenſibilibus copuletur. Et agit hoc quantum
poteſt: nam cum in hac actione propter conditionem
ſeruilis mortalitatis difficultatem patitur, cruciatus eſt
conſequens, vt voluntati nihil reliqui fiat niſi toleran-
tia. Memoriam vero à ſenſu voluntas auertit, cum in
aliud intenta non ei ſinit inhærere præſentia. Quod
animaduertere facile eſt, cum ſæpe coràm loquentem
nobis aliquem aliud cogitando non audiſſe nobis vi-
demur. Falſum eſt autem, audiuimus enim, ſed nõ me-
minimus, ſubinde per aurium ſenſum labentibus voci-
bus,alienato nutu voluntatis, per quẽ ſolent infigi me-
moriæ: verius itaque dixerimus cum tale aliquid acci-
dit,non meminimus,quam non audiuimus. Nam & le *πλανῷ.*
gentibus euenit & mihi ſæpiſsime, vt perlecta pagina
vel epiſtola,neſciam quid legerim,& repetam. In aliud
quippe intento nutu voluntatis, nõ ſic eſt adhibita me-
moria ſenſui corporis,quo modo ipſe ſenſus adhibitus
eſt literis. Ita & ambulantes intenta in aliud voluntate, L
neſciunt quà tranſierint: quòd ſi non vidiſſent,nõ am-
bulaſſent, aut maiore intentione palpando ambulaſ-
ſent, præſertim ſi per incognita pergerent, ſed quia fa-
cile ambulauerunt,vtique viderunt. Quia vero non ſi-
cut ſenſus oculorum locis quacunque pergebãt, ita ipſi
ſenſui memoria iungebatur, nullo modo id quod vi-
derunt etiam recentiſsimum meminiſſe potuerũt. Iam
porrò ab eo quod in memoria eſt, animi aciem velle
auertere, nihil eſt aliud quàm non inde cogitare.

In hac igitur diſtributione cum incipimus à ſpecie *Species à*
corporis, & peruenimus vſq; ad ſpeciem quæ fit in cõ- *ſpecie viciſ*
tuitu cogitantis, quatuòr ſpecies reperiuntur quaſi gra- *ſim gignit.*
datim natæ altera ex altera. Secunda de prima, tertia *Cap. IX.*
de ſecunda, quarta de tertia. A ſpecie quippe corporis
quod cernitur, exoritur ea quæ fit in ſenſu cernentis, &
ab hac ea quę fit in memoria,& ab ea hac quę fit in acie
cogitantis. Quapropter voluntas quaſi parentem cum
prole ter copulat. Primo ſpeciem corporis cum ea quã
gignit in corporis ſenſu. Et ipſam rurſus cum ea quæ fit
ex illa in memoria, atque iſtam quoque tertio cum ea
quæ ex illa paritur in cogitantis intuitu. Sed media co- M
pula quæ ſecunda eſt,cũ ſit vicinior,non tam ſimilis eſt
primæ quàm tertia: viſiones enim duæ ſunt, vna ſen-
tientis,altera cogitantis. Vt autem poſsit eſſe viſio cogi-
tantis, ideo fit in memoria de viſione ſentientis ſimile
aliquid, quò ſe ita conuertat in cogitando acies animi,
ſicut ſe in cernendo conuertit ad corpus acies oculo-
rum: propterea duas in hoc genere trinitates volui cõ-
mendare: vnam cum viſio ſentientis formatur ex cor-
pore: aliam cum viſio cogitãtis formatur ex memoria.
Mediam vero nolui, quia ibi non ſolet viſio dici, cum
memoriæ commendatur forma,quæ fit in ſenſu cernẽ-
tis. Vbique tamen volũtas non apparet niſi copulatrix
quaſi parentis & prolis. Et ideo vndecunque procedat,
nec parens nec proles dici poteſt. At enim ſi non *Etiã nõ vi-*
meminimus niſi quod ſenſimus, neque cogitamus niſi *ſis addit*
quod meminimus,cur plerunque falſa cogitamus,cum *imaginatio*
ea quæ ſenſimus non vtique falſo meminerimus: niſi *quæ in alio*
quia voluntas illa quam cõiunctricem ac ſeparatricem *vidimus.*
huiuſcemodi rerum iam quantũ potui demonſtrare cu *Cap. X.*
raui, formandam cogitantis aciem per abſcondita me-
moriæ ducit vt libitum eſt,& ad cogitanda ea quę non
meminimus, ex eis quæ meminimus, aliud hinc,aliud
inde

A inde, vt ſumat impellit:quæ in vnam viſionem coëuntia faciunt aliquid quod ideo falſum dicatur, *tur indicatur* quia vel non eſt foris in rerum corporearum natura, vel nõ de memoria videtur expreſſum cum tale nihil nos ſenſiſſe meminimus. Quis enim vidit cygnũ nigrũ, & propterea nemo meminit, cogitare tamen quis non poteſt? Facile eſt enim illam figuram quam vidẽdo cognouimus nigro colore prefundere, quem nihilominus in a- *Leuit.11.* liis corporibus vidimus. Et quia vtrunq; ſenſimus, vtrũque meminimus. Nec autem quadrupedẽ memini, quia non vidi. Sed phãtaſiam talem facillime intueor, dum *2.Petra.c.15* alicui formæ volatili qualem vidi adiungo alios duos pedes, quales itidem vidi. Quapropter dum cõiuncta cogitamus, quæ ſingillatim ſenſa meminim⁹, videmur non id quod meminimus cogitare, cũ id agamus moderante memoria vnde ſumimus omnia quæ multipliciter ac varie pro noſtra voluntate componimus. Nam neque ipſas magnitudines corporum quas nũquam vidimus ſine ope memoriæ cogitamus. Quantum enim ſpacij ſolet occupare per magnitudinem mundi noſter obtutus, in tantum extẽdimus quaſlibet corporum moles, cum eas maximas cogitamus. Et ratio quidem per- B git in ampliora, ſed phantaſia non ſequitur. Quippe cũ infinitatem quoque numeri ratio renunciet, quam nulla viſio corporalia cogitantis apprehendit. Eadem ratio docet minutiſsima etiam corpuſcula infinite diuidi, cum tamen ad eas tenuitates vel minutias peruentum fuerit, quas viſas meminimus, exiliores minutiorẽſque phantaſias iam non poſſumus intueri, quamuis ratio non deſinat perſequi ac diuidere. Ita nulla corporalia niſi aut ea quæ meminimus aut ex iis quæ meminimus cogitamus.

Numerus, pondus, mẽſura. Cap.XI. Sed quia numeroſe cogitari poſſunt quæ ſingillatim ſunt impreſſa memoriæ, videtur ad memoriam menſura, ad viſionẽ vero numerus pertinere. Quia licet innumerabilis ſit multiplicitas taliũ viſionum, ſingulis tamen in memoria præſcriptus eſt intranſgreſsibilis modus. Menſura igitur in memoria, in viſionibus numerus apparet: ſicut in ipſis corporibus viſibilibus menſura quędam eſt, cui numeroſiſsime coaptatur ſenſus videntium, & ex vno viſibili multorum cernentium formatur aſpectus: ita vt etiam vnus propter duorum oculorum numerum plerunque vnam rẽ *Supra ca.2* geminata ſpecie videat, ſicut ſupra docuimus. In his er- C go rebus vnde viſiones exprimuntur quædam menſura eſt. In ipſis autem viſionibus numerus. Voluntas vero quæ iſta coniũgit & ordinat, & quadam vnitate copulat, nec ſentiendi aut cogitandi appetitum niſi in his rebus vnde viſiones formantur acquieſcens collocat, *Sapien.11.* ponderi ſimilis eſt. Quapropter hæc tria, menſuram, numerum, põdus, etiam in cæteris omnibus rebus animaduertenda prælibauerim. Nunc interim volũtatem copulatricem rei viſibilis atque viſionis quaſi parentis & prolis, ſiue in ſentiendo, ſiue in cogitando, nec parẽtem nec prolẽ dici poſſe, quomodo valui & quibus valui demonſtraui. Vnde tempus admonet hanc eandem trinitatem in interiore homine requirere, atque ab iſto de quo tandiu locutus ſum animali atque carnali, qui exterior dicitur, introrſus tendere. Vbi ſperamus inuenire nos poſſe ſecundum trinitatem imaginem dei, conatus noſtros illo ipſo adiuuãte, quem omnia, ſicut res *Sapien.11.* ipſæ indicant, ita etiam ſancta ſcriptura in menſura & numero & pondere diſpoſuiſſe teſtatur.

Libri de trinitate vndecimi Finis.

Tomus tertius.

DIVI AVRELII AVGVSTINI D
de Trinitate liber duodecimus.

AGE nunc videamus vbi ſit quaſi quoddam hominis exterioris interioriſq; cõfinium. *Homo interior qualis. Caput.I.* Quicquid enim habemus in animo commune cũ pecore, recte adhuc dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Nõ enim ſolum corpus homo exterior deputabitur, ſed adiuncta quadam vita ſua qua compages corporis & omnes ſenſus vigent, quibus inſtructus eſt ad exteriora ſentienda. Quorum ſenſorum imagines infixæ in memoria, cum recordãdo reuiſuntur, res adhuc agitur ad exteriorem hominem pertinens. Atq; *1.ſen.di.16 c.quocirca.* in his omnibus non diſtamus à pecore, niſi quòd figura corporis non proni, ſed erecti ſumus. Qua in re admonemur ab eo qui nos fecit, ne meliore noſtri parte, id eſt, animo ſimiles pecoribus ſimus, à quibus corporis erectione diſtam⁹: nõ vt in ea quæ ſublimia ſunt in corporibus animum proiiciamus. Nã vel in talibus quietẽ voluntatis appetere, proſternere eſt animum: ſed ſicut E corpus ad ea quæ ſunt excelſa corporum, id eſt, ad cœleſtia naturaliter erectum eſt, ſic animus qui ſubſtantia ſpiritalis eſt, ad ea quæ ſunt in ſpiritalibus excelſa erigẽdus eſt, non elatione ſuperbiæ, ſed pietate iuſticiæ.

Poſſunt autem & pecora & ſentire per corporis ſen- *Aeternas rationes in corporalib⁹ homo ſolus animantiũ percipit. Cap.II.* ſus extrinſecus corporalia, & ea memoriæ fixa reminiſci, atque in eis appetere conducibilia, fugere incômoda: verum ea notare, ac nõ ſolum naturaliter rapta, ſed etiam de induſtria memoriæ commendata retinere, & in obliuionem iamiámque labentia recordando atque cogitando rurſus imprimere, vt quemadmodum ex eo quod gerit memoria cogitatio formatur, ſic & hoc ipſum quod in memoria eſt cogitatione firmetur. Fictas etiam viſiones hinc atque inde recordata quælibet ſumendo, & quaſi aſſuendo componere, inſpicere, quẽadmodũ in hoc rerum genere quæ veriſimilia ſunt diſcernantur à veris, non ſpiritalibus ſed ipſis corporalibus. Hæc atque huiuſmodi quamuis in ſenſibilibus atq; in eis quæ inde animus per ſenſum corporis traxit agãtur atq; verſentur, non ſunt tamẽ rationis expertia, nec hominibus pecoribúſq; communia. Sed ſublimioris rationis eſt iudicare de iſtis corporalibus, ſecundum rationes incorporales & ſempiternas. Quæ niſi ſupra mẽ- F tem humanam eſſent, incõmutabiles profecto non eſſent, atque in his niſi ſubiungeretur aliquid noſtrũ, non ſecundum eas poſſemus iudicare de corporalibus. Iudicamus autem de corporalibus ex ratione dimenſionum atque figurarum quam incommutabiliter manere mens nouit. *Ratio ſuperior & inferior. C.III.* Illud vero noſtrum quod in actione corporalium atque temporalium tractandorum ita verſatur, vt non ſit nobis commune cum pecore, rationale quidem eſt, ſed ex illa rationali noſtræ mẽtis ſubſtantia, qua ſubhæremus intelligibili atque incommutabili veritati, tanquam ductũ & inferioribus tractandis gubernandiſque deputatum eſt. Sicut enim in omnibus pecoribus non inuentũ eſt viro adiutorium ſimile illi, niſi detractum de illo in cõiugiũ formaretur: ita menti noſtræ qua ſupernam & internã conſulimus veritatem, nullum eſt ad vſum rerum corporalium, quãtum naturæ hominis ſatis eſt, ſimile adiutorium ex animę partibus quas communes cum pecoribus habemus. Et ideo quiddam rationale noſtrũ, non ad vnitatis diuortium ſeparatum, ſed in auxilium ſocietatis quaſi de-

m riuatum,

G riuatum,in ſui operis diſpertitur officium . Et ſicut vna
Gene.2. caro eſt duorum in maſculo & fœmina,ſic intellectum
noſtrum,& actionem vel côſilium,& executionem vel
rationem,& appetitum rationalem,vel ſi quo alio mo-
do ſignificantius dici poſſint,vna mentis natura com-
plectitur, vt quemadmodum de illis dictum eſt, Erunt
Ibidem. duo in carne vna,ſic de his dici poſsit,duo ĩ mēte vna.
Trinitatis Cum igitur diſſerimus de natura mentis humanæ,
ſimilitudo de vna quadam re diſſerimus,nec eam in hæc duo quæ
& imago commemoraui,niſi per officia geminam'. Itaq; cum in
differunt. ea quærimus trinitatem,in tota quærimus, non ſeparā-
Cap.IIII. tes actionem rationalem in temporalibus à contēpla-
tione æternorum,vt tertium aliquid iā quæramus quo
trinitas impleatur . Sed in tota natura mentis ita trini-
tatem reperiri opus eſt, vt ſi deſit actio temporaliū cui
operi neceſſarium ſit adiutorium,propter quod ad hęc
inferiora adminiſtranda deriuetur aliquid mentis , in
vna nuſquam diſpertita mēte trinitas inueniatur.Et fa-
cta iam iſta diſtributione,in eo ſolo quod ad contēpla-
tionem pertinet æternorum,non ſolum trinitas,ſed e-
tiam imago dei . In hoc autem quod deriuatum eſt in
H actione temporalium,etiam ſi trinitas poſsit non tamē
Non ſtatim imago dei poſsit inueniri. Proinde non mihi vi-
proles eſt il- dentur probabilem afferre ſententiam , qui ſic arbitrā-
li' quod ab tur trinitatem imaginis dei in tribus perſonis quod at-
alio venit. tinet ad humanam naturam poſſe reperiri , vt in con-
Cap.V. iugio maſculi & fœminæ atque in eorum prole cōplea
tur.Quòd quaſi vir ipſe patris perſonā intimet, filij ve-
ro quod de illo ita proceſsit vt naſceretur, atque ita ter
tiam perſonam velut ſpiritus dicūt eſſe mulierem , quæ
Gene.2. ita de viro proceſsit,vt nō ipſa eſſet filius aut filia, quā-
uis ea concipiēte proles naſceretur . Dixit enim domi-
Ioan.15. nus de ſpiritu ſancto,quòd à patre procedat,& tamē fi-
lius non eſt.In huius igitur opinionis errore hoc ſolum
probabiliter aſſertur, quod in origine factæ fœminę ſe-
cundum ſanctæ ſcripturæ fidem ſatis oſtenditur , non
omne quod de aliqua perſona ita exiſtit, vt perſonā al-
teram faciat,filium poſſe dici , quandoquidem de viri
perſona extitit perſona mulieris, nec tamē eius filia di-
cta eſt.Cætera ſanè ita ſunt abſurda,immo vero ita fal-
ſa,vt facillime redarguantur.Omitto enim quale ſit ſpi
ritum ſanctum matrem filij putare & coniugem patris,
fortaſsis quippe reſpondeatur hæc in carnalibus habe-
I re offenſionem,dum corporei conceptus partuſq; cogi
tantur. Quanquam & hęc ipſa caſtiſsime cogitent,qui-
AdTitū.1. bus mundis omnia munda ſunt, immundis autē & in-
fidelibus, quorum polluta ſunt & mens & conſcientia,
ita nihil eſt mundum,vt quoſdam eorum etiam de vir-
gine ſecūdum carnem natus Chriſtus offendat. Sed ta-
men in ſpiritalibus illis ſummis vbi nō eſt aliquid vio-
labile,aut corruptibile,nec natum ex tēpore , nec ex in-
formi formatum,ſi qua dicuntur talia,ad quorum ſimi
litudinem etiam iſta inferioris creaturæ genera quāuis
longe remotiſsime facta ſunt,nō debent cuiuſquam ſo-
briam perturbare prudentiam , ne cum vanum deuitat
horrorem, in pernicioſum incurrat errorem.Aſſueſcat
in corporibus ita ſpiritalium reperire veſtigia , vt cum
inde ſurſum verſus duce ratione aſcendere cœperit, vt
ad ipſam incommutabilem veritatem per quā ſunt fa-
cta iſta perueniat,nō ſecum ad ſumma pertrahat quod
contemnit in infimis. Nec enim erubuit quidam,vxo-
rem ſibi eligere ſapientiam , quia nomē vxoris in prole
gignēda corruptibilem concubitum ingerit cogitanti:
aut vero ipſa ſapiētia ſexu fœminea eſt , quia fœminini
generis vocabulo & Græca & Latina lingua enūciatur.

Non ergo propterea reſpuimus iſtam ſententiam, K
quia timemus ſanctam & inuiolabilem[atq; incommu *Homo ad*
tabilem]charitatem,tanquam coniugem dei patris, de *totius trini-*
illo exiſtentem,ſed non ſicut prolem,ad gignendū ver *tatis imagi-*
bū per quod facta ſunt omnia cogitare:ſed quia eā fal- *nē cōditus.*
ſam diuina ſcriptura euidēter oſtendit. Dixit enim de', *Cap.VI.*
Faciamus hominē ad imaginem noſtrā:paulo poſt an- *Ioan.1.*
tem dictum eſt, Et fecit deus hominē ad imaginē dei. *Gene.1.*
Noſtram certe,quia pluralis eſt numerus,non recte di- *1.ſim.diſt.*
ceretur ſi homo ad vnius perſonæ imaginem fieret,ſiue *3.ca.propo-*
patris,ſiue filij,ſiue ſpirit' ſancti.Sed quia fiebat ad ima- *namus &*
ginem trinitatis,propterea dictum eſt , id imaginē no- *c.Hilari'.*
ſtram. Rurſus autem ne in trinitate credendos arbitra-
remur tres deos,cum ſit eadē trinitas vnus deus , Et fe-
cit,inquit,deus hominem ad imaginē dei: pro eo ac ſi
diceret,ad imaginem ſuam. Sunt enim tales vſitatæ in
literis illis locutiones,quas nonnulli etiā catholicā fi-
dem aſſerunt,non tamen diligenter aduertunt,vt putēt
ita dictum,Fecit deus hominem ad imaginē dei : quaſi
diceretur,fecit pater ad imaginem filij : ſic volentes aſ-
ſerere in ſcripturis ſanctis deum dictum etiā filiū,quaſi
deſint alia veriſsima & manifeſtiſsima documenta,vbi L
nō ſolum deus,ſed etiam verus deus dictus eſt filius . In
hoc enim teſtimonio dū aliud ſoluere intendunt, ſic ſe
implicant,vt expedire non poſsint . Si enim pater fecit
ad imaginē filij, ita vt non ſit homo imago patris & fi-
lij,diſsimilis eſt patri filius.Si autem pia fides docet , ſi-
cuti docet, filium eſſe ad æqualitatem eſſentiæ ſimilem
patri,quod ad ſimilitudinem filij factum eſt,neceſſe eſt
etiam ad ſimilitudinem patris factum ſit. Deinde ſi ho-
minem pater nō ad ſuam,ſed ad filij fecit imaginē, cur
non ait, Faciamus hominem ad imaginē & ſimilitudi- *Gene.1.*
nem tuā, ſed ait noſtram, niſi quia trinitatis imago fie-
bat in homine , vt hoc modo eſſet homo imago vnius
veri dei,quia ipſa trinitas vnus verus deus eſt?Locutio-
nes autē ſunt innumerabiles tales in ſcripturis , ſed has
protuliſſe ſuffecerit.Eſt in Pſalmis ita dictū,Domini eſt *Pſal.3.*
ſalus,& ſuper populum tuū benedictio tua : quaſi alteri
dictū ſit,non ei de quo dixerat,Domini eſt ſalus. Et ite-
rum,A te,inquit, eruar à tentatione, & in deo meo ſpe- *Pſal.17.*
rans tranſgrediar murū:quaſi alteri dixerit, a te eruar à
tentatione.Et iterum,Populi ſub te cadēt,in corda ini- *Pſal.44.*
micorum regis:ac ſi diceret,In corda inimicorū tuorū. M
Ei quippe regi dixerat,id eſt, domino noſtro Ieſu Chri
ſto,populi ſub te cadēt:quem regē intelligi voluit,cum
diceret inimicorū regis . Rarius iſta in noui teſtamenti
literis inueniuntur.Sed tamē ad Romanos Apoſtolus, *Roma.1.*
De filio ſuo,inquit,qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſe-
cundum carnē,qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtu-
te ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione
mortuorū Ieſu Chriſti domini noſtri,tanquā de alio ſu
pra diceret. Quid eſt enim filius dei prædeſtinatus ex
reſurrectione mortuorū Ieſu Chriſti,niſi idē Ieſus Chri
ſtus qui prędeſtinatus eſt filius dei in virtute?Ergo quo
modo hic cū audiuimus filius dei in virtute Ieſu Chri-
ſti,aut filius dei ſecundū ſpiritum ſanctificationis Ieſu
Chriſti,aut filius dei ex reſurrectione mortuorum Ieſu
Chriſti,cū dici potuiſſet vſitate,in virtute ſua, aut ſecū-
dū ſpiritū ſanctificationis ſuæ,aut ex reſurrectione mor
tuorū eius,vel mortuorū ſuorum,non cogimur intelli-
gere aliam perſonā , ſed vnā eandemq; ſcilicet filij dei
domini noſtri Ieſu Chriſti:ita cū audiuimus,Fecit de' ho *Gene.1.*
minē ad imaginē dei:quis poſſet vſitatius dici ad ima-
ginem ſuā:non tamen cogimur aliā perſonā intellige-
re in trinitate, ſed ipſam vnā eādemq; trinitatē , qui eſt
vnus

A vnus deus,& ad cuius imaginem factus eſt homo. Quę
cum ita ſint,ſi eandem trinitatis imaginem nó in vno
ſed in tribus hominibus acceperimus,patre & matre &
filio, non erat ergo ad imaginem dei factus homo an-
tequam vxor ei fieret,& antequam filium propagarent,
quia nondũ erat trinitas. An dicit aliquis, Iam trinitas
erat,quia etſi non dum forma propria, iã tamen origi-
nali natura & mulier erat in latere viri,& filius in lum-
bis patris?Cur ergo cũ ſcriptura dixiſſet,Fecit deus ho-
Gene.1. minem ad imaginem dei:contexuit dicens, Fecit deus
eum,maſculũ & fœminam fecit eos, & benedixit eos.
Vel ſi ita diſtinguendum eſt,Et fecit deus hominem:vt
deinde inferatur, ad imaginem dei fecit illum:& tertia
ſubiunctio ſit,maſculum & fœminam fecit eos.Quidã
enim timuerunt dicere, fecit eum maſculum & fœmi-
nam, ne quaſi mõſtruoſum aliquid intelligeretur ſicuti
ſunt quos hermaphroditos vocãt, cũ etiam ſic non mẽ
daciter poſsit intelligi vtrũq; in numero ſingulari,pro-
Gene.2. pter id quod dictũ eſt, Duo in carne vna. Cur ergo, vt
dicere cœperam, in natura hominis ad imaginem dei
facta præter maſculum & fœminam nó commemorat
ſcriptura?Ad implendam quippe imaginem trinitatis
B debuit addere & filium, quãuis adhuc in lumbis patris
cõſtitutũ,ſicut mulier erat in latere. An forte iam facta
erat & mulier:& ſcriptura breui cõplexione conſtrin-
xerat,quod poſtea quemadmodũ ſit factum diligentius
explicaret, & propterea filius cõmemorari non potuit,
quia nondum erat natus:quaſi & hoc nõ poterat ea bre
uitate complecti ſpiritus ſanctus,ſuo loco poſtea natũ
filiũ narraturus,ſicut mulierem de viri latere aſſumptã
ſuo poſtmodum loco narrauit,& tamẽ hic eam nomi-
Homo imago dei quo modo. nare non prætermiſit. Non itaq; ita debemus intel-
ligere hominem factum ad imaginem ſummæ trinita-
tis,hoc eſt ad imaginem dei, vt eadem imago in tribus
Cap.VII. intelligatur hominibus:præſertim cum Apoſtolus virũ
dicat eſſe imaginem dei,& propterea velamentũ ei ca-
pitis demat,quod mulieri adhibẽdũ monet, ita loquẽs,
1.Cor.11. Vir quidem nõ debet velare caput,cũ ſit imago & glo-
ria dei.Mulier autẽ gloria viri eſt. Quid ergo dicemus
ad hæc?Si pro ſua perſona mulier adimplet imaginem
trinitatis, cur ea detracta de latere viri adhuc ille ima-
go dicitur?Aut ſi & vna perſona hominis ex tribus po-
teſt dici imago dei,ſicut in ipſa ſumma trinitate & vna
quæque perſona deus eſt, cur & mulier non eſt imago
C dei?Nã & propterea caput velare præcipitur, quod ille
quia imago dei eſt prohibetur. Sed videndum eſt quo
modo nõ ſit contrariũ quod dicit Apoſtolus,nõ mulie
rẽ ſed virum eſſe imaginẽ dei, huic quod ſcriptũ eſt in
Ibidem. Geneſi,Fecit deus hominem,ad imaginem dei fecit eũ,
Gene.1. maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos. Ad
imaginem dei quippe naturam ipſam humanam factã
dicit,quæ ſexu vtroque completur,nec ab intelligenda
imagine dei ſeparat fœminam. Dicto enim quòd fecit
deus hominem ad imaginem dei,fecit eum,inquit,ma-
ſculum & fœminam:vel certe alia diſtinctione,maſcu-
lũ & fœminam fecit eos.Quo modo ergo per Apoſto-
1.Cor.11. lum audiuimus virũ eſſe imaginem dei,vnde caput ve-
lare prohibetur,mulierem autem non, & ideo ipſa hoc
facere iubetur? niſi credo illud eſſe quod iã dixi, cũ de
natura humanæ mẽtis agerem, mulierem cum viro ſuo
eſſe imaginem dei, vt vna imago ſit tota illa ſubſtãtia?
Cum autem ad adiutorium diſtribuitur,quod ad eam-
ipſam ſolam attinet,non eſt imago dei:quod autem ad
virum ſolum attinet,imago dei eſt,tam plena atq; inte-
gra,quàm in vnum coniuncta muliere.Sicut de natura

humanæ mentis diximus, quia & ſi tota contempletur D
veritatẽ,imago dei eſt: & cũ ex ea diſtribuitur aliquid,
& quadam intentione deriuatur ad actionem rerũ tem
poralium,nihilominus ex qua parte conſpectam conſu
lit veritatem, imago dei eſt, ex qua vero intenditur in
agenda inferiora,non eſt imago dei.Et quoniam quan
tumcunq; ſe extenderit in id quod æternũ eſt,tanto ma
gis inde formatur ad imaginem dei, & propterea non
eſt cohibẽda,vt ſe inde contineat ac temperet, & ideo
vir non debet velare caput. Quia vero illi rationali a-
ctioni quæ in rebus corporalib9 temporalibúſq; verſa-
tur,periculoſa eſt nimia in inferiora progreſsio, debet
habere poteſtatem ſuper caput, quod indicat velamen-
tũ quo ſignificatur eſſe cohibenda. Grata eſt enim ſan-
ctis angelis ſacrata & pia ſignificatio.Nam deus nõ ad
tempus videt,nec aliquid noui ſit ex eius viſione atque
ſcientia, cũ aliquid temporaliter ac tranſitorie geritur,
ſicut inde afficiuntur ſenſus vel carnales animalium &
hominũ,vel etiam cœleſtes angelorum. In iſto quippe
manifeſto ſexu maſculi & fœminæ,Apoſtol9 Paulus oc
cultioris cuiuſdam rei figuraſſe myſterium vel hinc in-
telligi poteſt,quòd cum alio loco dicat,veram viduam *1.Timo.5.*
eſſe deſolatã ſine filiis & nepotibus, & tamen eam ſpe- E
rare debere in deum, & perſiſtere in orationibus nocte
& die: hic indicat mulierem ſeductã in præuaricatio-
ne factã,ſaluam fieri per filiorum generationem. Et ad-
didit,Si permanſerint in fide & dilectione & ſanctifi-
catione cũ ſobrietate. Quaſi vero poſsit obeſſe bonę vi-
duæ ſi vel filios non habuerit,vel ij quos habuerit,in bo
nis operibus permanere noluerint. Sed quia ea quæ di-
cuntur opera bona,tanquam filij ſunt vitę noſtræ,ſecũ-
dum quã quæritur cuius vitæ ſit quiſq;, id eſt, quo mo-
do agat hæc temporalia,quam vitam Græci non ζωὴν,
ſed βίον vocant, & hæc opera bona maxime in officiis
miſericordiæ frequentari ſolent:opera vero miſericor-
diæ nihil proſunt,ſiue Paganis,ſiue Iudæis, qui Chriſto
non credunt,ſiue quibuſcunq; hæreticis vel ſchiſmati-
cis,vbi fides & dilectio & ſobria ſanctificatio non inue
nitur:manifeſtũ eſt quid Apoſtol9 ſignificare voluerit, *1.Cor.11.*
ideo figurate ac myſtice quia de velãdo mulieris capi-
te loquebatur,quod niſi ad aliquod ſecretum ſacramẽ-
ti referatur,inane remanebit. Sicut enim non ſolũ ve-
raciſsima ratio,ſed etiã ipſius Apoſtoli declarat autho-
ritas, nõ ſecundũ formam corporis homo factus eſt ad
imaginem dei,ſed ſecundũ rationalem mentem. Cogi- F
tatio quippe turpiter vana eſt,quæ opinatur deũ mem-
brorum corporalium lineamentis circũſcribi,atq; defi-
niri. Porrò autem nõne idẽ beatus Apoſtolus dicit,Re- *Ephe.4.*
nouamini ſpiritu mentis veſtræ,& induite nouũ homi-
nem qui ſecundũ deũ creatus eſt. Et alibi apertius. Exuẽ
tes vos,inquit,veterẽ hominẽ cũ actibus eius,& induite *Coloſſ.3.*
nouum qui renouatur in agnitione dei ſecundũ imagi-
nem eius qui creauit eũ. Si ergo ſpiritu mentis noſtræ
renouamur,& ipſe eſt nouus homo qui renouatur in a-
gnitione dei ſecundũ imaginẽ eius qui creauit eũ, nul-
li dubium eſt,nõ ſecundũ corpus, neque ſecundũ quã-
libet animi partem, ſed ſecũdum rationalem mentem
vbi poteſt eſſe agnitio dei,hominem factum ad imagi-
nem eius qui creauit eum. Secundum hanc igitur reno
uationem efficimur etiam filij dei per baptiſmũ Chri-
ſti,& induẽtes nouum hominem, Chriſtum vtique in-
duimur per fidẽ. Quis eſt ergo qui ab hoc conſortio fœ
minas alienet,cum ſint nobiſcum gratię cohæredes? Et
alio loco idem Apoſtolus dicat, Omnes enim filij dei *Galat.3.*
eſtis per fidẽ in Chriſto Ieſu. Quicũq; enim in Chriſto

G baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis,Non eſt Iudęus neq;
Græcus,non eſt ſeruus neq; liber, non eſt maſculus ne-
que fœmina,omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ie
ſu.Nũquid nam igitur fideles fœminæ ſexum corporis
amiſerunt?Sed quia ibi renouantur ad imaginem dei,
vbi ſexus nullus eſt, ibi fact⁹ eſt homo ad imaginẽ dei,
vbi ſexus null⁹ eſt,hoc eſt in ſpiritu mẽtis ſuæ.Cur ergo
vir propterea non debet caput velare,quia imago eſt &
1.Cor.11. gloria dei:Mulier autẽ debet,quia gloria viri eſt, quaſi
mulier non renouetur ſpiritu mentis ſuę,qui renouatur
Coloſſ.3. in agnitione dei ſecundum imaginem eius qui creauit
illum? Sed quia ſexu corporis diſtat à viro, rite potuit
in eius corporali velamento figurari pars illa rationis,
quæ ad temporalia gubernanda deflectitur,vt non ma-
neat imago dei niſi ex qua parte mens hominis æternis
rationibus conſpiciendis vel conſulendis adhæſerit,
quam non ſolum maſculos, ſed etiam fœminas habere
manifeſtum eſt. Ergo in eorum mentibus communis
Deflex⁹ ab natura cognoſcitur, in eorum vero corporibus ipſius
imagine vnius mentis diſtributio figuratur. Aſcendentibus
dei. itaque introrſus quibuſdam gradibus conſiderationis
Cap.VIII. per animæ partes, vnde incipit aliud occurrere, quod
2 ſen.diſt. nõ ſit nobis commune cum beſtiis, inde incipit ratio,
24.ca.eſt vbi homo interior iam poſsit agnoſci. Qui etiam ipſe
enim.in ſi per illam rationem cui temporalium rerum admini-
medio. ſtratio delegata eſt,immoderato progreſſu nimis in ex-
H teriora prolabitur,conſentiente ſibi capite ſuo, id eſt,
non eam cohibente atque refrænãte illa quæ in ſpecula
Pſal.6. conſilij præſidet quaſi virili portione, inueteratur inter
omnes inimicos ſuos,virtutis inuidos dæmones cũ ſuo
Gene.3. principe diabolo:æternorúmque illa viſio, ab ipſo etiã
capite cum coniuge vetitum manducante ſubtrahitur,
vt lumen oculorum eius non ſit cum illo: Ac ſic ab illa
illuſtratione veritatis ambo nudati, atque apertis ocu-
lis conſcientię ad videndum quàm inhoneſti atque in-
decori remanſerint,tanquam folia dulcium fructuum,
ſed ſine ipſis fructibus, ita ſine fructu boni operis bona
verba contexunt, vt male viuentes quaſi bene loquen-
De eodem. do contegant turpitudinem ſuam. Poteſtatem quip-
Cap.IX. pe ſuam diligens anima,à communi vniuerſo ad priua
Eccle.10. tam partem prolabitur:& apoſtatica illa ſuperbia,quod
initium peccati dicitur, cum in vniuerſitate creaturæ
I deum rectorem ſecuta, legibus eius optime gubernari
potuiſſet,plus aliquid vniuerſo appetens,atque id ſua le
ge gubernare molita,quia nihil eſt amplius vniuerſita-
te,in curam partilem truditur,& ſic aliquid amplius cõ
cupiſcendo minuitur. Vnde & auaricia dicitur radix
1.Timo.6. omnium malorum.Totúmq; illud vbi aliquid propriũ
contra leges quibus vniuerſitas adminiſtratur agere ni-
titur, per corpus proprium gerit, quod partiliter poſſi-
det:atque ita formis & motibus corporalibus delecta-
ta,quia intus eas ſecum non habet, cum eorum imagi-
nibus quas memoriæ fixit inuoluitur,& phantaſtica for
nicatione turpiter inquinatur,omnia officia ſua ad eos
fines referens, quibus curioſe corporalia ac temporalia
per corporis ſenſus quærit, aut tumido faſtu aliis ani-
mis corporeis ſenſib⁹ deditis eſſe affectat excelſior, aut
Gradus ad cœnoſo gurgite carnalis voluptatis immergitur.
turpiſsima. Cum ergo bona voluntate ad interiora & ſuperio-
Cap.X. ra percipienda,quæ non priuatim, ſed communiter ab
omnibus qui talia diligunt ſine vlla anguſtia vel inui-
dia caſto poſsidentur amplexu, vel ſibi vel aliis conſu-
lit,& ſi fallatur in aliquo per ignorantiam temporaliũ,
quia & hoc temporaliter gerit,& modum agendi non
teneat quem debebat,humana tẽtatio eſt. Et magnum
eſt hanc vitam ſic degere, quam velut viam redeuntes K
carpimus, vt tentatio nos non apprehẽdat niſi huma- 1.Cor.10.
na.Hoc enim peccatum extra corpus eſt, nec fornica- 1.Cor.6.
tioni deputatur,& propterea facillime ignoſcitur.Cum
vero propter adipiſcenda ea quæ per corpus ſentiuntur 2.retra.c.15
propter experiendi vel excellendi vel contrectandi cu
piditatem,vt in his finem boni ſui ponat, aliquid agit,
quicquid agit turpiter agit:& fornicatur in corpus pro
prium peccans,& corporearum rerum fallacia ſimula-
chra introrſus rapiens,& vana meditatione cõponens,
vt ei nec diuinum aliquid placeat niſi tale videatur, pri
uatim auara fœtatur erroribus, & priuatim prodiga in-
anitur viribus.Nec ad tam turpem & miſerabilem for-
nicationem ſemel ab exordio proſiliret,ſed ſicut ſcrip-
tum eſt,Qui modica ſpernit,paulatim decidet. Eccle.19.
Quo modo enim coluber non apertis paſsibus,ſed Imago perio
ſquamarum minutiſsimis niſibus repit, ſic lubricus de- dit in ho-
ficiendi motus negligẽtes minutatim occupat, & inci- mine.
piens à peruerſo appetitu ſimilitudinis dei, peruenit ad Cap.XI.
ſimilitudinem pecorũ. Inde eſt quòd nudati ſtola pri- Gene.3.
ma,pelliceas tunicas mortalitate meruerunt. Honor e-
nim hominis verus eſt imago & ſimilitudo dei, quæ
non cuſtoditur niſi ad ipſum* à quo imprimitur. Tãto *al.ab ipſo
magis itaq; inhæretur deo,quanto minus diligitur pro L
prium.Cupiditate vero experiendę poteſtatis ſuę,quo-
dam nutu ſuo ad ſeipſum tãquam ad medium prouit.
Itaq; cum vult eſſe ſicut ille ſub nullo,& ab ipſa ſui me-
dietate pœnaliter ad ima propellitur,id eſt,ad ea quib⁹
pecora lætãtur:atq; ita cũ ſit honor eius ſimilitudo dei,
dedecus autẽ eius ſimilitudo pecoris, homo in honore Pſal.48.
poſitus nõ intellexit,cõparatus eſt iumentis inſipiẽtib⁹,
& ſimilis fact⁹ eſt eis. Quà igitur tã lõge trãſiret à ſum-
mis ad infima,niſi per mediũ ſui?Cũ enim neglecta cha
ritate ſapientiæ quæ ſemper eodẽ modo manet,concu-
piſcitur ſcientia ex mutabiliũ temporalium experimẽ-
to,inflat non ædificat:Ita prægrauatus animus quaſi põ 1.Cor.8.
dere ſuo à beatitudine expellitur, & per illud ſuæ me-
dietatis experimẽtum pœna ſua diſcit, quid interſit in-
ter bonum deſertum,malúmq; commiſſum,nec redire
poteſt effuſis ac perditis viribus, niſi gratia conditoris
ſui ad pœnitentiam vocantis & peccata donãtis. Quis Roma.7.
enim infœlicem animam liberabit à corpore mortis
huius, niſi gratia dei per Ieſum Chriſtum dominũ no- M
ſtrum? De qua gratia, ſuo loco quantum ipſe præſtite-
rit diſſeremus. Nunc de illa parte rationis ad quam Vir quo mo
pertinet ſcientia, id eſt, cognitio rerum temporalium do ſolus i-
atque mutabilium nouandis vitæ huius actionibus ne- mago dei.
ceſſaria,ſuſceptam conſiderationem quãtum dominus Cap.XII.
adiuuat peragamus.Sicut enim in illo manifeſto cõiu- 2.ſen.diſt.
gio duorum hominum qui primi facti ſunt,non man- 24.ca.itaq;
ducauit ſerpens de arbore vetita, ſed tantummodo Gene.3.
manducandum perſuaſit, Mulier autem non mãduca-
uit ſola, ſed viro ſuo dedit, & ſimul manducauerunt,
quanuis cum ſerpente ſola locuta, & ab eo ſola ſedu-
cta ſit: ita & in hoc quod etiam in homine vno geri-
tur & dignoſcitur,occulto quodam ſecretóque coniu-
gio carnalis, vel vt ita dicam, qui corporis ſenſus in- 2.ſen.diſt.
tenditur ſenſualis animi motus, qui nobis pecoribúſq; 24 cap.eſt
communis eſt, ſecluſus eſt à ratione ſapientiæ. Senſu enim.
quippe corporis corporalia ſentiuntur: æterna vero &
incommutabilia ſpiritalia ratione ſapientiæ intelli-
guntur.Rationi autem ſcientiæ appetitus vicinus eſt, Vbi ſupra.
quandoquidem de ipſis corporalibus quæ ſenſu cor-
poris ſentiuntur, ratiocinatur ea quæ ſcientia dicitur
actionis: ſi bene, vt eam noticiam referat ad finem
ſummi

A ſummi boni:ſi autem male, vt eis fruatur tanquam bo-
nis talibus in quibus falſa beatitudine cõquieſcat. Cum
2.ſen.d.24 ergo huic intentioni mentis quæ in rebus temporalib⁹
c.itaque. & corporalibus propter actionis officium ratiocinan-
di viuacitate verſatur, carnalis ille ſenſus vel animalis
ingerit quandam illecebram fruendi ſe, id eſt, tanquam
bono quodam priuato & proprio, non tanquam publi-
co atq; communi, quod eſt incommutabile bonum, tũc
velut ſerpẽs alloquitur fœminam: huic autem illecebræ
conſentire, de ligno prohibito manducare eſt. Sed iſte
conſenſus ſi ſola cogitationis delectatione cõtẽtus eſt,
Roma.6. ſuperioris vero authoritate conſilij ita membra retinẽ-
tur, vt non exhibeantur iniquitatis arma peccato, ſic ha
Gene.3. bendum exiſtimo velut cibum vetitum mulier ſola co-
mederit. Si autẽ in conſenſione male vtendi rebus quæ
per ſenſum corporis ſentiuntur, ita decernitur quodcũ
que peccatum, vt ſi poteſtas ſit etiam corpore cõplea-
tur, intelligenda eſt illa mulier dediſſe viro ſuo ſecũ ſi-
mul edendum illicitum cibũ. Neq; enim poteſt pecca-
tum non ſolum cogitandum ſuauiter, verũetiam effica
citer perpetrandũ mente decerni, niſi & illa mentis in-
tẽtio penes quam ſumma poteſtas eſt membra in opus
B mouendi, vel ab opere cohibẽdi, malæ actioni cedat &
2.ſen.d.24 ſeruiat. Nec ſanè cum ſola cogitatione mẽs oblectatur
c.itaque.cir illicitis, non quidem decernens eſſe facienda, tenẽs ta-
ca mediũ. men & volens libenter quæ ſtatim vt attigerunt ani-
mum reſpui debuerunt, negãdum non eſt eſſe peccatũ,
ſed longe minus quàm & ſi opere ſtatuatur implẽdum.
Et ideo de talibus quoq; cogitationibus venia petenda
Matth.6. eſt, pectúſq; percutiendum, atque dicendũ, Dimitte no-
bis debita noſtra: faciendum quoq; quod ſequitur, atq;
in oratione iungendum, ſicut & nos dimittimus debi-
toribus noſtris. Neq; enim ſicut in illis duobus primis
hominibus perſonã ſuam quiſq; portabat, & ideo ſi ſo-
la mulier cibũ ediſſet illicitum, ſola vtique mortis ſup-
plicio plecteretur, Ita dici poteſt in homine vno, ſi de-
lectationibus illicitis, à quibus ſe cõtinuo deberet auer-
tere cogitatio, libenter ſola paſcatur, nec faciẽda decer-
nantur mala, ſed tantũ ſuauiter in recordatione teneã-
tur quaſi mulierem ſine viro poſſe dãnari: abſit hoc cre
dere. Hæc quippe vna perſona eſt, vn⁹ homo eſt, totúſq;
damnabitur, niſi hæc quæ ſine voluntate operandi, ſed
tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, ſo-
lius cogitationis ſentiũtur eſſe peccata, per mediatoris
C gratiam remittantur. Hæc itaque diſputatio qua in mẽ-
te vniuſcuiuſq; hominis quęſiuimus quoddam rationa-
le coniugium contemplationis & actionis, officiis per
quædam ſingula diſtributis, tamen in vtroque mentis
vnitate ſeruata, ſalua illi⁹ veritatis hiſtoria, quã de duo-
Gene.3. bus primis hominibus viro ſcilicet eiúſque muliere, de
quibus propagatum eſt genus humanũ, diuina tradit au
thoritas, ad hoc tantũmodo audiẽda eſt, vt intelligatur
1.Cor.11. Apoſtolus, imaginem dei viro tantum tribuendo, non
etiam fœminæ, quamuis in diuerſo ſexu duorum homi-
num, aliquid tamẽ ſignificare voluiſſe quod in vno ho
Quid in homine ſimile deo. C.XIII mine quæreretur. Nec me fugit, quoſdam qui fue-
runt ante nos egregij defenſores catholicæ fidei & di-
uini eloquij tractatores, cũ in homine vno cuius vni-
uerſam animam bonam quandam paradiſum eſſe ſen-
ſerunt, duo iſta requirerent, virum mentem, mulierẽ ve
ro dixiſſe corporis ſenſum. Et ſecundum hanc diſtribu-
tionem qua vir ponitur mẽs, ſenſus vero corporis mu-
lier, videntur apte omnia conuenire, ſi conſiderata tra-
ctẽtur: niſi quòd in omnibus beſtiis & volatilibus, ſcrip
Gene.2. tum eſt, non eſſe inuentum viro adiutorium ſimile il-
li, & tũc eſt ei mulier facta de latere. Propter quod ego D
non putaui pro muliere ſenſum corporis eſſe ponendũ
quem videmus nobis & beſtiis eſſe communẽ, ſed ali-
quid volui quod beſtiæ non haberent, ſenſúmq; corpo
ris magis pro ſerpente intelligẽdum exiſtimaui, qui le- Gene.3.
gitur ſapientior omnibus pecoribus terrę. In eis quippe
naturalibus bonis, quæ nobis & irrationabilib⁹ animã-
tibus videmus eſſe cõmunia, viuacitate quadam ſenſus
excellit: non ille de quo ſcriptum eſt in Epiſtola quę eſt
ad Hebręos, vbi legitur, perfectorũ eſſe ſolidum cibum, Hebræ.5.
qui per illum habitum exercitatos habent ſenſus ad ſe-
parandum bonum à malo: illi quippe ſenſus naturæ ra-
tionalis ſunt ad intelligentiam pertinentes: ſed iſte ſen-
ſus qui eſt quinquepertitus in corpore, per quem nõ ſo
lum à nobis, verũetiam à beſtiis corporalis ſpecies mo-
túſq; ſentitur. Sed ſiue iſto, ſiue illo, ſiue aliquo alio mo-
do accipiẽdum ſit, quod Apoſtolus virum dixit imagi- 1.Cor.11.
nem & gloriam dei, mulierem autem gloriam viri: ap-
paret tamen cum ſecundum deum viuimus, mentẽ no-
ſtram in inuiſibilia eius intẽtam, ex eius æternitate, ve-
ritate, charitate, proficiẽter debere formari. Quiddam
vera rationalis intentionis noſtræ, hoc eſt, eiuſdem mẽ
tis in vſum mutabiliũ corporaliũmq; rerum, ſine quo E
hæc vita non agitur dirigendum: non vt cõformemur
huic ſeculo finem conſtituẽdo in bonis talibus, & in ea Roma.12.
detorquẽdo beatitudinis appetitum: ſed vt quicquid in
vſu temporalium rationabiliter facimus, æternorũ adi-
piſcendorum contemplatione faciamus, per iſta tranſ- Inter ſapiẽ-
euntes, illis inhærentes. Habet enim & ſcientia mo- tiã & ſciẽ-
dum ſuum bonum, ſi quod in ea inflat vel inflare aſſo- tiam quid.
let, ęternorum charitate vincatur, quę non inflat, ſed vt Cap.XIIII.
ſcimus ædificat. Sine ſcientia quippe, nec virtutes ipſæ
quib⁹ recte viuitur poſſunt haberi, per quas hęc vita mi
ſera ſic gubernetur, vt ad illam quæ vere beata eſt per-
ueniatur æternam. Diſtat tamen ab æternorum contẽ- 3.ſen.di 35
platione actio qua bene vtimur temporalibus rebus, & c.1.in me.
illa ſapientiæ, hæc ſcientiæ deputatur. Quamuis enim & & 2 ſen.d.
illa quæ ſapientia eſt, poſsit ſcientia nuncupari, ſicut & 24.c.eſt enĩ
Apoſtolus loquitur, vbi dicit, Nũc ſcio ex parte, tũc au- 1.Cor.13.
tem cognoſcam ſicut & cognitus ſum: quam ſciẽtiam
profecto contemplationis dei vult intelligi, quod ſan-
ctorum erit præmium ſummum: tamen vbi dicit, Alij Ibidem.
quidem datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo F
ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum: hæc vtiq; duo ſi-
ne dubitatione diſtinguit, licet nõ ibi explicet quid in-
terſit & vnde poſsit vtrunque dignoſci. Verũ ſcriptura
rum ſanctarũ multiplicem copiã ſcrutatus, inueni ſcri-
ptum eſſe in libro Iob, eodẽ ſancto viro loquente, Ecce Iob 28.
pietas eſt ſapientia: abſtinere autem à malis eſt ſcientia. 3 ſen.di.35
In hac differentia intelligendũ eſt ad contemplationẽ ca.1.poſt
ſapientiam, ad actionem ſcientiam pertinere. Pietatem med.
quippe hoc loco poſuit dei cultũ, quę Gręce dicitur θεο-
σέβεια. Nam hoc verbum habet iſta ſentẽtia in codici-
bus Græcis. Et quid eſt in æternis excellẽtius quàm de⁹,
cuius ſolius immutabilis eſt natura? Et quis cultus eius,
niſi amor eius, quo nunc deſideramus eum videre, cre-
dimúſq; & ſperamus eum nos eſſe viſuros, & quantum
proficimus videmus nunc per ſpeculum in ænigmate,
tunc autem in manifeſtatione. Hoc eſt enim quod ait
Apoſtolus Paulus, Facie ad faciẽ. Hoc etiam quod Ioã- 1.Cor.13.
nes, Dilectiſsimi nũc filij dei ſumus, & nondũ apparuit 1.Ioan.3.
quid erimus: ſcimus quia cum apparuerit, ſimiles ei eri-
mus, quoniam videbimus eũ ſicuti eſt. De his atque hu-
iuſmodi, ſermo ipſe mihi videtur eſſe ſermo ſapientiæ.
Abſtinere autem à malis, quam Iob ſcientiam dixit

Ioh.18. eſſe,rerum proculdubio temporaliũ eſt, Quoniam ſe-G cundum tempus in malis ſumus,à quibus abſtinere debemus,vt ad illa bona æterna veniamus. Quamobrem quicquid prudenter, fortiter, temperanter & iuſte agimus,ad eam pertinet ſciētiam ſiue diſciplinam, qua in euitandis malis boniſq; appetendis actio noſtra verſatur,& quicquid propter exēpla vel cauenda, vel imitāda, & propter quarũque rerũ quæ noſtris accõmodata ſunt vſibus neceſſaria documēta, hiſtorica cognitione colligimus. De his ergo ſermo cum ſit,eum ſcientiæ ſermonem puto diſcernendũ à ſermone ſapientiæ,ad quã pertinent ea quæ nec fuerunt,nec futura ſunt,ſed ſunt, & propter æternitatem in qua ſunt,& fuiſſe & eſſe & futura eſſe dicuntur,ſine vlla mutabilitate temporũ. Non enim ſic fuerũt vt eſſe deſinerēt,aut ſic futura ſunt quaſi nunc non ſint,ſed idipſum eſſe ſemper habuerunt,ſemper habitura ſunt. Manent autem non tanquam in ſpa-H ciis locorum fixa veluti corpora,ſed in natura incorporali ſic intelligibilia pręſto ſunt mentis aſpectibus,ſicut iſta in locis viſibilia vel cõtrectabilia corporis ſenſibus. Nõ autē ſolum rerũ ſenſibiliũ in locis poſitarũ ſine ſpaciis localibus manent intelligibiles incorporaléſq; rationes,verũetiam motionum in temporalibus tranſeũtium,ſine temporali tranſitu ſtant etiam ipſæ vtiq; intelligibiles non ſenſibiles, Ad quas mentis acie peruenire paucorum eſt,& cum peruenitur quantum fieri poteſt, non in eis manet ipſe peruentor, ſed veluti acie ipſa reuerberata repellitur, & fit rei non tranſitoriæ trãſitoria cogitatio. Quæ tamē cogitatio tranſiēs per diſciplinas quibus eruditur animus,memoriæ commendatur,vt ſit quò redire poſſit,quę cogitur inde tranſire,quãuis ſi ad memoriam cogitatio non rediret,atq; quod commendauerat ibi inueniret,velut rudis ad hoc ſicut ducta fuerat duceretur,idq; inueniret,vbi primum inuenerat, in illa ſcilicet incorporea veritate, vnde rurſus quaſi deſcriptum in memoria figeretur. Neq; enim ſicut manet verbi gratia,quadrati corporis incorporalis & incõmutabilis ratio : ſic in ea manet hominis cogitatio, ſi tamē ad eam ſine phãtaſia ſpacij localis potuit peruenire. Aut ſi alicuius artificioſi & muſici ſoni per moras temporis tranſeuntis numeroſitas comprehendatur, ſine tempore ſtans in quodam ſecreto altoq; ſilentio, tãdiu ſaltem cogitari poteſt quandiu poteſt ille cantus audiri: tamen quod inde rapuerit etſi trãſiens mētis aſpectus, & quaſi I glutiens in ventrem ita in memoria repoſuerit, poterit recordando quodam modo ruminare,& in diſciplinã quod ſic didicerit traiicere. Quod ſi fuerit omnimoda obliuione deletum,rurſus doctrina duce ad id venietur quod penitus exciderat,& ſic inuenietur vt erat.

Contra reminiſcētiã Platonis & metempſychoſin Pythagoræ. Cap.XV. 1.Retra.c.4.& 7. Vnde Plato ille Philoſophus nobilis perſuadere conatus eſt vixiſſe hic animas hominum, & antequã iſta corpora gererent. Et hinc eſſe quòd ea quę diſcũtur, reminiſcuntur potius cognita quàm cognoſcũtur noua. Retulit enim puerum quendam, neſcio quæ de geometria interrogatum ſic reſpondiſſe, tanquam eſſet illius peritiſſimus diſciplinæ. Gradatim quippe atque artificioſe interrogatus,videbat quod videndum erat, dicebátq; quod viderat. Sed ſi recordatio hæc eſſet rerũ antea cognitarum, non vtique omnes vel penè omnes cũ illo modo interrogarentur,hoc poſſent. Nõ enim omnes in priore vita geometræ fuerunt, cum tam rari ſint in genere humano,vt vix poſſit aliquis inueniri: ſed potius credendum eſt mentis intellectualis ita conditam eſſe naturam, vt rebus intelligibilibus naturali ordine diſponente conditore ſubiuncta, ſic iſta videat in quadam luce ſui generis incorporea,quemadmodum ocu- K lus carnis videt,quæ in hac corporea luce circũadiacēt, cuius lucis capax eiq; congruens eſt creatus. Non enim & ipſe ideo ſine magiſtro alba & nigra diſcernit, quia iſta iam nouerat antequam in hac carne crearetur. Denique cur de ſolis rebus intelligibilibus id fieri poteſt, vt bene interrogatus quiſq; reſpõdeat quod ad quamq; pertinet diſciplinam,etiam ſi eius ignarus eſt? Cur hoc facere de rebus ſenſibilibus nullus poteſt, niſi quas iſto vidit in corpore conſtitutus,aut eis qui nouerant indicãtibus credidit,ſeu literis cuiuſq; ſeu verbis? Nõ enim acquiſcendum eſt eis qui Samium Pythagoram ferunt Samius Pythagoras. recordatum fuiſſe talia nonnulla quæ nõ fuerat expertus,cum hic alio iam fuiſſet in corpore:& alios nõnullos narrant alij, eiuſmodi aliquid in ſuis mentibus paſſos. Quas falſas fuiſſe memorias,quales plerunque experimur in ſomnis, quãdo nobis videmur reminiſci quaſi egerimus aut viderimus quod nec egimus omnino nec vidimus : & eo modo affectas eſſe illorum mentes etiam vigilãtium, inſtinctu ſpirituum malignorum atque fallacium,quibus curæ eſt de reuolutionib[9] animarum falſam opinionem, ad decipiendos homines firmare vel ſerere, ex hoc cõiici poteſt, quia ſi vere illa re- L cordarentur quæ hic in aliis antea poſiti corporibus viderant,multis ac penè omnibus id contingeret : quandoquidē vt de viuis mortuos,ita de mortuis viuos,tanquam de vigilantibus dormientes, & de dormientibus vigilantes,ſine ceſſatione fieri ſuſpicantur. Si ergo hæc eſt ſapientiæ & ſcientiæ recta diſtinctio,vt ad ſapientiã pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad ſcientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis, quid cuique præponendum ſiue poſtponendum ſit, non eſt difficile iudicare. Si autē alia eſt adhibenda diſcretio qua dignoſcãtur hæc duo, quæ proculdubio diſtare Apoſtolus docet dicens, Alij datur quidē per ſpi- 1.Cor.12. ritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundũ eũdem ſpiritum: tamen etiam iſtorum duorũ quæ nos poſuimus euidentiſſima differentia eſt, quòd alia ſit intellectualis cognitio æternarum rerum, alia rationalis tēporalium,& huic illam præponendam eſſe ambigit nemo. Relinquentibus itaque nobis ea quę ſunt exterioris hominis, & ab eis quæ communia cũ pecoribus habemus introrſum aſcendere cupientibus, antequã ad cognitionem rerũ intelligibiliũ atque ſummarũ quæ ſempiternæ ſunt veniremus, temporalium rerum cognitio M rationalis occurrit. Etiam in hac igitur inueniamus ſi poſſumus aliquam trinitatē,ſicut inueniebamus in ſenſibus corporis, & in iis quæ per eos in animam vel ſpiritum noſtrum imaginabiliter intrauerunt: vt pro corporalibus rebus quas corporeo foris poſitas attingimus ſenſu,intus corporum ſimilitudines haberemus impreſſas memoriæ,ex quibus cogitatio formaretur,tertia voluntate vtrunque iungente: ſicut formabatur foris acies oculorum, quam voluntas vt viſio fieret adhibebat rei viſibili,& vtrunque iungebat,etiam illic ipſa ſe admouens tertiam. Sed non eſt hoc coarctandum in hunc librum,vt in eo qui ſequitur ſi deus adiuuerit conuenienter poſſit inquiri,& quod inuentum fuerit explicari.

LIBRI DE TRINITATE duodecimi,Finis.

A

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Trinitate Liber tertiuſdecimus.

Veſtigium triadis in cognitione ſpiritali. cap.1.

IN LIBRO ſuperiore huius operis duodecimo ſatis egimus diſcernere ratioonalis mentis officium in tēporalibus rebus, vbi nō ſola cognitio, verū & actio noſtra verſatur, ab excellentiore eiuſdē mentis officio, quod contemplādis æternis rebus impenditur, ac ſola cognitione fruitur. Commodius autē fieri puto, vt de ſcripturis ſanctis aliquid interſeram, quo facilius poſsit vtrunq; dignoſci. Euangelium ſuum Ioannes Euangeliſta ſic exorſus eſt, *Ioan.1.* In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo vita erat, & vita erat lux hominū, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in teſtimonium vt teſtimoniū perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat B ille lux ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera quę illuminat omnem hominē venientem in hūc mundū. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mūdus eum non cognouit. Io propria venit & ſui eū non receperunt. Quotquot autem receperūt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, iis qui credūt in nomine eius. Qui oon ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Et verbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Hoc totum quod ex Euāgelio poſui, in pręcedentibus ſuis partibus habet, quod immutabile ac ſempiternū eſt: cuius contemplatio nos beatos facit. In conſequentibus vero, permixta cū temporalibus cōmemoratur æterna, *Supra li.12 cap.14.* Ac per hoc aliqua ibi ad ſcientiam pertinent, aliqua ad ſapientiā, ſicut in libro duodecimo noſtra præceſsit diſtinctio. Nam in principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deū, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil: quod factū eſt in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eā non comprehenderūt: Cootemplatiuam vi- C tam requirit, & intellectuali mente cernēdum eſt. Qua in re quanto magis quiſq; profecerit, tanto fiet ſine dubitatione ſapientior. Sed propter id quod ait, Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderūt: fide vtiq; opus erat qua crederetur quod nō videtur. Tenebras quippe intelligi voluit, auerſa ab huiuſmodi luce eámq; minus idonea conneri corda mortaliū: propter quod adiungit & dicit, Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in teſtimoniū vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Hoc iam temporaliter geſtū eſt, & ad ſciētiā pertinet quæ cognitione hiſtorica connetur. Hominē autem Ioaonem in phantaſia cogitamus, quæ de humanæ naturę noticia impreſſa eſt noſtrę memorię. Et hoc eodem modo cogitant, ſiue qui iſta nō credunt, ſiue qui credunt. Vtriſq; enim notū eſt quid ſit homo, cuius exteriorem partem, id eſt, corpus, per corporis lumina didicerūt, interiorem vero, id eſt, animam in ſeipſis, quia & ipſi homines ſunt, & per humanā conuerſationē cognitam tenēt, vt poſsint cogitare quod dicitur, Fuit homo cui nomen erat Ioannes, quia & nomina ſciunt loquendo & audiendo. Quod autem ibi eſt, miſſus à deo: D fide tenent qui tenent. Et qui fide non tenent, aut dubitatione ambigūt, aut infidelitate derident. Vtriq; tamē ſi oon ſunt ex numero nimis inſipientiū, qui dicunt in corde ſuo, non eſt deus, hæc audientes verba vtrunque cogitant, & quid ſit deus, & quid ſit mitti à deo, & ſi nō ſicut res ſe habent, at certe ſicut valēt. Fidē porrò ipſam *3.ſen.d.23.* quam videt quiſque in corde ſuo eſſe, ſi credit, vel non *ca.notādū.* eſſe, ſi noo credit, aliter nouimus: non ſicut corpora quę videmus oculis corporeis, & per ipſorū imagines quas memoria tenemus, etiam abſentia cogitamus: nec ſicut ea quæ non vidimus & ex iis que vidimus cogitatione vtcunque formamus, & memorię commendamus, quò recurramus cum voluerimus, vt illic ea vel potius qualeſcunque imagines eorū quas ibi fixious ſimiliter recordatione cernamus: nec ſicut hominem viuum, cuius animam etiam ſi nō videmus ex noſtra coniicimus, & ex motibus corporalibus hominem viuum, ſicut videndo didicimus, intuemur etiam cogitando. Non ſic videtur fides in corde in quo eſt, ab eo cuius eſt, ſed eam tenet certiſsima ſcieotia, clamátq; conſcientia. Cū itaque propterea credere iubeamur, quia id quod credere iubemur videre noo poſſumus, ipſam tameo fidē quan E do ineſt in nobis videmus in nobis: quia & rerum abſentium præſens eſt fides, & rerum quæ foris ſunt intus eſt fides, & rerum quę non vidētur videtur fides, & ipſa tamen temporaliter fit in cordibus hominum: Et ſi ex fidelibus, infideles fiunt, perit ab eis. Aliquando autem & rebus falſis accommodatur fides: loquimur enim ſic, vt dicamus, habita eſt ei fides & decepit. Qualis fides, ſi tamen & ipſa dicenda eſt fides, non culpabiliter de cordibus perit, quando eam inuēta veritas pellit: optabiliter autem rerum verarū io eaſdem res fides tranſit. Non enim dicendum eſt perit, quaodo ea quæ credebantur videntur. Numquid enim adhuc fides dicenda eſt, cū definita ſit in epiſtola ad Hebræos fides, dictúmque ſit eam eſſe coniunctionem rerum quæ non videntur? *Hebr.11.* Deinde quod ſequitur, Hic venit in teſtimonium, *Ioan.1.* vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum: actio, vt dixi, temporalis eſt. Temporaliter enim teſtimonium perhibetur etiam de re ſempiterna, quod eſt intelligibile lumen. De quo vt teſtimonium perhiberet venit Ioannes, qui nō erat lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Adiungit enim, F Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem veniē- *Ibidem.* tem in hunc mundum, In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum noo receperūt. Hæc verba omnia qui Latinam linguam ſciunt, ex rebus intelligunt quas nouerunt. Quarum aliquæ nobis innotuerunt per corporis ſenſus, ſicut homo, ſicut ipſe mundus, cuius tā euidentem magnitudinem cernimus, ſicut eorūdem verborum ſoni. Nam & auditus ſenſus eſt corporis. Aliqua autem per animi rationem, ſicut id quod dictum eſt, Et ſui eum non receperunt. Intelligitur enim, non in eum crediderūt. Quod quid ſit, nullo corporis ſenſu, ſed animi ratione cognouimus. Ipſorum etiam verborū, non ſolum ſonos ſed ſignificationes, partim per corporis ſenſum, partim per animi rationem didicimus. Nec ea verba nunc primum audiuimus, ſed quæ iam audieramus. Et non ſolum ipſa, verumetiam quæ ſignificareot cognita memoria tenebamus, & hic agnouimus. Hoc enim nomen diſyllabum cum dicitur mundus, quoniā ſonus eſt, res vtique corporalis per corpus innotuit, id eſt, per aurem, ſed etiam quod ſignificat per

G corpus innotuit,id eſt per oculos carnis.Mundus quip
pe ioquantũ ootus eſt,videntibus notus eſt.Ad hoc ver
bum quatuor ſyllabarũ quod eſt, crediderũt,ſooo ſuo
quooiam corpus eſt per aurẽ carnis illabitur:quod au-
tẽ ſignificat,nullo corporis ſenſu, ſed animi ratione co
gnoſcitur.Niſi enim quid ſit,crediderunt, per animam
noſſemus,non intelligeremus quid nõ fecerint illi de
Ioan.1. quibus dictum eſt,Et ſui eum non receperuot.Sonus er
go verbi forinſecus inſtrepit auribus corporis, & attin-
git ſenſum qui vocatur auditus.Species quoq; hominis
& in oobiſipſis nota eſt,& forinſecus in aliis adeſt cor-
poris ſenſibus, oculis cum videtur , auribus cũ auditur,
tactui cum tenetur & tangitur. Habet etiam in memo-
ria noſtra imaginem ſuam, incorporalem quidem, ſed
corpori ſimilem . Mundi denique ipſius mirabilis pul-
chritudo forinſecus præſto eſt, & aſpectibus noſtris, &
ei ſenſui qui dicitur tactus ſi quid eius attingimus. Ha-
bet etiam ipſe intus in memoria noſtra imaginẽ ſuam,
ad quam recurrimus,cum eum vel ſepti parietibus, vel
etiam io tenebris cogitamus.Sed de his imaginibus re-
rum corporalium , incorporalibus quidem habentibus
tamen ſimilitudines corporum , & ad vitam exterioris
H hominis pertinẽtibus , iam ſatis in vndecimo libro lo-
Supra li.11 cap.1. cuti ſumus.Nũc autem agimus de homine interiore &
eius ſcientia,ea quæ rerum eſt temporalium & mutabi-
lium:in cuius intẽtione cum aſſumitur aliquid , etiã de
rebus ad exteriorem hominẽ pertioeoibus , ad hoc aſ-
ſumendum eſt vt aliquid inde doceatur quod rationa-
lem adiuuet ſcientiam:ac per hoc rerum quas cõmunes
cum animantibus irrationalibus habemus , rationalis
vſus ad interiorem hominẽ pertinet,nec recte dici po-
teſt cum irrationalibus animantibus eum oobis eſſe cõ
Fides quo modo videt & videtur. Cap.II. munem. Fides veřo de qua in hoc libro aliquanto
diutius diſputare certa diſpoſitionis noſtræ ratione cõ-
pellimur, quam qui habent fideles vocantur , & qui nõ
habent infideles , ſicut ij qui veoientem in propria dei
3.ſen.d.23. ca.cumq; diuerſis. filium ooo receperunt , quãuis ex auditu in nobis facta
ſit,non tamen ad eum ſenſum corporis pertinet qui ap
pellatur auditus,quoniam non eſt ſoous,nec ad oculos
3 ſen.d.24. c.poſt hoc. huius carnis,quoniam nõ eſt color aut corporis forma,
nec ad eum qui dicitur tactus,quoniam corpulentię ni
hil habet,nec ad vllum ſenſum corporis,quoniam cor-
dis eſt res iſta non corporis,nec foris eſt à nobis,ſed in
intimis noſtris , nec eam quiſquam hominum videt in
I alio,ſed vouſquiq; in ſemetipſo . Denique poteſt & ſi-
mulatione confingi,& putari eſſe in quo non eſt. Suam
igitur quiſq; fidem apud ſeipſum videt:in altero autem
credit eſſe eam,non videt, & tanto firmius credit, quã-
Galat.5. to fructus eius magis nouit quos operari ſolet fides per
dilectionem.Quamobrem omnibus de quibus Euange
liſta ſubiungit & dicit,Quotquot autem receperunt eũ,
dedit eis poteſtatem filios dei fieri,iis qui credũt in no-
mine eius,qui oon ex ſanguinibus, neque ex voluntate
carnis,neque ex voluntate viri,ſed ex deo nan ſunt, Fi-
3 ſen.d.23. ca.cũquedi uerſis. des iſta communis eſt : nõ ſicut aliqua corporis forma
communis eſt ad videndum omniũ oculis quibus prę-
ſto eſt.Ex ipſa quippe vna omniũ cernentium quodam
modo informatur aſpectus,ſed ſicut dici poteſt omni-
bus hominibus eſſe facies humana communis. Nã hoc
2.ſen.d.27 c.quid autem.& 3. ſen.diſt.23. ca.accipitur autem. ita dicitur,vt tamen ſinguli ſuas habeaot . Ex vna ſanè
doctrina impreſſam fidem credeotium cordibus ſingu
lorũ qui hoc idem credũt veriſsime dicimus, Sed aliud
ſuot ea quę credũtur,aliud fides qua credũtur,Illa quip
pe in rebus ſunt quæ vel eſſe vel fuiſſe vel futurę eſſe di-
cuntur,hæc autem in animo credentis eſt,ei tantũ con-
ſpicua cuius eſt,quanuis ſit & in aliis non ipſa ſed ſimi- K
lis.Non enim numero eſt vna,ſed genere,propter ſimi-
litudioem tamen & nullam diuerſitatem magis vnam
dicimus eſſe quàm multas . Nã & duos homines ſimil- *3.ſen.d.23.*
limos cũ videmus , vnam faciem dicimus & miramur *ca.cumque*
amborum. Facilius itaque dicitur multas animas fuiſſe *diuerſis.*
ſingulas vtique ſingulorum, de quibus legimus in Acti *Act.4.*
bus Apoſtolorum,quòd eis fuerit anima vna:quàm vbi
dixit Apoſtolus,Vna fides,tot eas audet quiſquam dice *Ephe.4.*
re quot fideles.Et tamen qui dicit, O mulier magna eſt *Math.15.*
fides tua:& alteri , Modicæ fidei quare dubitaſti ? ſuam *Math.14.*
cuique eſſe ſignificat . Sed ita dicitur eadem credentiũ
fides vna,quemadmodum eadem volentium voluntas
vna:cum & in ipſis qui hoc idem volunt ſua volũtas ſit
cuique conſpicua,alterius autem lateat, quanuis idẽ ve-
lit. Et ſi aliquibus ſignis ſeſe indicet., creditur potius q̃
videtur.Vnuſquiſque autem ſui animi conſcius nõ cre-
dit vtique hanc eſſe ſuam, ſed planè peruidet volũtatẽ.
Eſt quædam ſanè eiuſdem naturæ viuentis & ra- *Voluntas*
tione vtentis tanta conſpiratio , vt cum lateat alterum *aliena quo*
quid alter velit , nonnullæ tamen ſint volũtates omniũ *modo cernã*
etiam ſingulis notę.Et cum quiſque homo neſciat quid *tur.Ca.III.*
homo alius vnus velit , in quibuſdam rebus poſsit ſcire L
quid omnes veliot . Vnde illa cuiuſdam mimi facetiſsi
ma prædicatur vrbanitas,Qui cũ ſe promiſiſſet in thea- ”
tro quid in animo haberent,& quid vellẽt omnes, aliis ”
ludis eſſe dicturum , atque ad diem cõſtitutum ingenti ”
expectatione maior oiultitudo conflueret,ſuſpẽſis & ſi- ”
lentibus omnibus,dixiſſe perhibetur,Vili vultis emere, ”
& caro vẽdere.In quo dicto leuiſsimi ſcenici,omnes ta
men conſcientias inuenerunt ſuas, eiq; vera ante ocu-
los omnium cooſtituta, & tamen improuiſa dicẽti ad-
mirabili fauore plauſerunt . Cur autem tam magna ex-
pectatio facta eſt illo promittente omnium volũtatem
ſe eſſe dicturum,niſi quia latent homioem aliorum ho-
minum voluntates?Sed nunquid iſta latuit iſtum ? Nũ-
quid quenquam latet?Qua tandem cauſa,oiſi quia ſunt
quædam que non inconuenienter in aliis de ſe quiſque M
coniiciat,compatiente vel conſpirãte vicio ſeu natura.
Sed aliud eſt videre volũtatem ſuam,aliud,quanuis cer
tiſsima coniectura,coniicere alienam. Nam conditam
Romam tam certũ habeo in rebus humanis quàm Cõ-
ſtantinopolim,cum Romã viderim oculis meis, de illa
vero nihil nouerim, niſi quòd aliis teſtibus credidi. Et
minus quidem ille vel ſeipſum intuẽdo, vel alios quoq;
experiendo,vili velle emere,& caro vendere, omnibus
id credidit eſſe commune.Sed quoniam reuera vicium
eſt, poteſt quiſq; adipiſci eiuſmodi iuſticiam,vel alicu-
ius alterius vicij quod huic cõtrariũ eſt incurrere peſti-
lentiam,qua huic reſiſtat & vincat. Nã ſcio ipſe homi-
nem,cum venalis codex ei fuiſſet oblatus , preciũq; eius
ignarum,& ideo quiddam exiguum poſcentem cerne-
ret venditorem , iuſtum precium quod multo amplius
erat,nec opinanti dediſſe.Quid ſi etiam ſit quiſquã oe-
quicia tanta poſſeſſus,vt vili vendat quę dimiſerunt pa
rentes,& caro emat quę conſumant libidines?Non eſt,
vt opinor, incredibilis iſta luxuries. Et ſi quærantur ta-
les,& reperiantur,aut etiam non quæſiti fortaſsis occur
rant,qui oequicia maiore quàm theatrica propoſitione
vel pronunciationi theatricæ inſultent, magno preeio
ſtupra emendo,paruo antem rura vendendo. Largitio-
nis etiam gratia nouimus quoſdam emiſſe frumẽta ca-
rius,& vilius vendidiſſe ſuis ciuibus. Illud etiã quod ve
tus poëta dixit Ennius , Omnes mortales ſeſe laudari *Ennius*
exoptant : profecto & de ſeipſo & de iis quos expertus *poeta.*
fuerat

A fuerat,cóiecit in aliis, & videtur pronunciaſſe hominũ omniũ volũtates. Denique ſi & minus ille dixiſſet, Laudari omnes vultis,nemo veſtrũ vult vituperari: ſimiliter quod eſſet omnium volũtatis dixiſſe videretur. Sunt tamen qui vicia ſua oderint,& in quibus ſibi diſplicent ipſi,nec ab aliis ſe laudari velint,gratiáſque agãt obiurgantium beneuolentiæ,cum ideo vituperantur vt corrigantur. At ſi dixiſſet,omnes beati eſſe vultis, miſeri eſſe non vultis,dixiſſet aliquid quod nullus in ſua nõ agnoſceret voluntate. Quicquid enim aliud quiſquam latẽter velit,ab hac voluntate quæ omnibus hominibus ſatis nota eſt,non recedit.

An omnes norint & velint beate viuere. Cap. IIII. 4. ſen. diſt. 49. cap. Solet etiam

Mirum eſt autem cum capeſſendæ atque retinendæ beatitudinis voluntas vna ſit omniũ,vnde tanta exiſtat de ipſa beatitudine rurſus varietas atque diuerſitas volũtatum, non quòd aliquis eã nolit,ſed quòd non omnes eam norint. Si enim omnes eam noſſent,nõ ab aliis putaretur eſſe in virtute animi, aliis in corporis voluptate,aliis in vtraque, & aliis atq; aliis,alibi atque alibi. Vt enim eos quæque res maxime delectauit, ita in ea conſtituerunt vitam beatam. Quomodo igitur feruentiſsime amant omnes,quod nõ omnes ſciunt? B Quis poteſt amare quod neſcit? ſicut iam de hac re in libris ſuperioribus diſputaui.

Supra li. 10

Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen ſcitur ab omnibus? An forte ſciunt omnes ipſa quæ ſit, ſed non omnes ſciunt vbi ſit,& inde contentio eſt? Quaſi vero de aliquo mũdi huius agatur loco, vbi debeat quiſque velle viuere,qui vult beate viuere, ac non ita quæratur vbi ſit beatitudo,ſicut quęritur quæ ſit. Nã vtiq; ſi in corporis voluptate eſt, ille beatus eſt qui fruitur corporis voluptate. Si in virtute animi,ille qui hac fruitur, Si in vtraque, ille qui fruitur vtraque. Cum itaque alius dicit, beatè viuere eſt voluptate corporis frui, alius autem beatè viuere eſt virtute animi frui,nónne aut ambo neſciunt quæ ſit beata vita,aut nõ ambo ſciũt? Quo modo ergo ambo amãt eã,ſi nemo poteſt amare quod neſcit? An forte falſum eſt quod pro veriſsimo certiſsimoque poſuimus, beate viuere omnes homines velle? Si enim beate viuere eſt,verbi gratia,ſecundum animi virtutem viuere, quo modo beate viuere vult qui hoc non vult? Nónne verius dixerimus, homo iſte non vult beate viuere,quia non vult ſecundum virtutem viuere,quod ſolum eſt beate viuere? Non igitur omnes beate viuere volunt,immo pauci hoc volunt, ſi nõ eſt beate viuere niſi C ſecundum virtutem animi viuere, quod multi nolunt.

4. ſen. diſt. 49. cap. Solet etiam quæri.

Itáne falſum erit, vnde nec ipſis Academicis cum omnia dubia ſint, Academicus ille Cicero dubitauit, qui cũ vellet in Hortẽſio dialogo ab aliqua re certa de qua nullus ambigeret ſumere ſuæ diſputationis exordium, Beati certe,inquit,omnes eſſe volumus? Abſit vt hoc falſum eſſe dicamus. Quid igitur? an dicendum eſt,etiam ſi nihil ſit aliud beate viuere, quàm ſecũdum virtutem animi viuere, tamẽ & qui hoc non vult, beate vult viuere? Nimis quidem hoc videtur abſurdũ. Tale eſt enim ac ſi dicamus,Et qui nõ vult beate viuere, beate vult viuere. Iſtam repugnãtiam quis audiat,quis ferat? & tamẽ ad hanc contrudit neceſsitas,ſi & omnes beate velle viuere verum eſt,& non omnes ſic volũt viuere,quo modo ſolum beate viuitur.

Quis vere beat⁹. C. V. 4. ſen. diſt. 49. cap. Solet etiam quæri. ante medium.

An forte illud eſt quod nos ab his anguſtiis poſsit eruere, vt quoniã diximus ibi quoſq; poſuiſſe beatam vitam quod eos maxime delectauit, vt voluptas Epicurum, virtus Zenonem, ſic alium aliquid aliud, nihil dicamus eſſe beate viuere niſi viuere ſecundum delectationem ſuam, & ideo falſum nõ eſſe quòd omnes beate viuere velint, quia omnes ita volũt vt quęque delectat. Nam & hoc populo ſi pronunciatũ eſſet D in theatro,omnes id in ſuis voluntatibus inueniret. Sed hoc quoque Cicero cũ ſibi ex aduerſo propoſuiſſet, ita redarguit,vt qui hoc ſentiunt erubeſcant, Ait enim: Ecce autem non Philoſophi quidem ſed prompti tamẽ ad diſputandũ homines aiunt eſſe beatos qui viuant vt ipſi velint: hoc eſt quod nos dixim⁹, vt quoſq; delectat. Sed mox ille ſubiecit, Falſum id quidem. Velle enim quod nõ deceat,id ipſum miſerrimum eſt, Nec tam miſerum eſt nõ adipiſci quod velis, quàm adipiſci velle quod nõ oporteat, Præclariſsime omnino atque veriſsime.

4. ſen. diſt. 49. cap. Solet quæri de beati.

Quis nãque ita ſit mente cæcus,& ab omni luce decoris alienus,ac tenebris dedecoris inuolutus,vt eum qui nequiter viuit ac turpiter,& nullo prohibente,nullo vlciſcẽte,& nullo ſaltem reprehendere audente,inſuper & laudãtibus plurimis,quoniã ſicut ait ſcriptura diuina, Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur, implet omnes ſuas facinoroſiſsimas & flagitioſiſsimas volũtates†,ideo beatũ dicat, quia viuit vt vult: cum profecto quãuis & ſic miſer eſſet,minus tamen eſſet ſi nihil eorum quæ perperam voluiſſet, habere potuiſſet: mala enim voluntate vel ſola quiſque miſer efficitur,ſed miſerior poteſtate, qua deſiderium ma- E læ volũtatis impletur.

Pſal. 9. *† voluptates.*

Quapropter quoniam verum eſt quod omnes homines eſſe beati velint, ídque vnum ardentiſsimo amore appetant,& propter hoc cętera quęcunque appetũt,nec quiſquam poteſt amare quod omnino quid vel quale ſit neſcit: nec poteſt neſcire quid ſit quod velle ſe ſcit,ſequitur,vt omnes beatã vitam ſciãt. Omnes autem beati habent quod volunt, quamuis non omnes qui habent quod volunt cõtinuo ſint beati. Cõtinuo autem miſeri qui vel non habent quod volũt,vel id habent quod non recte volunt. Beatus igitur nõ eſt niſi qui & habet omnia quæ vult, & nihil vult male.

Vbi ſupra.

Cũ ergo ex his duobus beata vita cõſtet,atq; omnibus nota,omnib⁹ chara ſit,quid putemus eſſe cauſę,cur horum duorum,quando vtrunque non poſſunt,magis eligant homines, vt omnia quæ volunt habeant,quàm vt omnia bene velint etiam ſi non habeant. An ipſa eſt prauitas generis humani, vt cum eos non lateat,nec illum beatum eſſe qui quod vult non habet, nec illũ qui quod male vult habet,ſed illum qui & habet quæcunq; vult bona,& nulla vult mala,ex his duobus quib⁹ beata vita perficitur,quando vtrunq; nõ datur,id eligatur potius,vnde magis à beata vita receditur. Longius quippe ab illa eſt quicunque adipiſcitur male concupita,quàm qui non adipiſcitur concupita,cum potius eligi debuerit voluntas bona atque præponi, etiam nõ adepta quæ F appetit.

Beatius bona velle quæ nõ habeas quàm habere quicquid vicioſe vis. Cap. VI. 4. ſen. diſt. 49. c. Solet quæri de beatitudine.

Propinquat enim beato,qui bene vult quæcũq; vult,& quæ adeptus cum fuerit beatus erit. Et vtiq; non mala ſed bona beatum faciunt,quando faciunt, quorũ bonorum habet aliquid iam, ídque non parui æſtimãdum,eam ipſam ſcilicet voluntatem bonam,qui de bonis quorum capax eſt humana natura,nõ de vllius mali perpetratione vel adeptione gaudere deſiderat,& bona qualia & in hac miſera vita eſſe poſſunt,prudenti,tẽperanti,forti,& iuſta mente ſectatur, & quantum datur aſſequitur,vt etiã in malis ſit bonus,& finitis malis omnibus atque impletis bonis omnibus ſit beatus.

Vbi ſupra. *Beatus non vult niſi quod licet optare.*

Ac per hoc in iſta mortali vita erroribus ærũniſque pleniſſima, præcipue fides eſt neceſſaria,qua in deũ creditur. Non enim quęcunque bona,maximéq; illa quib⁹ quiſq; fit bonus,& illa quibus fiet beatus,vnde niſi à deo in hominem veniant, & homini accedant, inueniri poteſt, Cũ autem ex hac vita ab eo qui in his miſeriis fidelis &

Cap. VII. 4. ſen. diſt. 49. c. Solet etiam quæri de.

bonus

G bonus eſt, ventum fuerit ad beatam, tūc erit vere quod nūc eſſe nullo modo poteſt, vt ſic homo viuat quo modo vult. Non enim volet male viuere in illa fœlicitate, aut volet aliquid quod deerit, aut deerit quod voluerit. Quicquid amabitur aderit, nec deſiderabitur quod nō aderit: omne quod ibi erit, bonum erit, & ſummus deus ſummū bonum erit, atque ad fruendum amātibus præſto erit, & quod eſt omoino beatiſsimum, ita ſemper fore certum erit. Nunc vero fecerunt quidam ſibi Philoſophi ſicut eorū cuique placuit vitas beatas ſuas, vt quaſi propria virtute poſſent, quod communi mortalium cōditione noo poterant, ſic ſcilicet viuere vt vellent. Sētiebant enim aliter beatum eſſe neminem poſſe niſi habendo quod vellet, & nihil patiēdo quod nollet. Quis autem non qualemcuoq; vitam qua delectatur, & ideo beatam vocat, vellet ſic eſſe in ſua poteſtate vt eam poſſet habere perpetuam, & tamen quis ita eſt? quis vult pati moleſtias quas fortiter toleret, quanuis eas velit poſſitque tolerare ſi patitur? Quis velit in tormētis viuere, etiam qui poteſt in eis per patientiam tenēdo iuſticiam laudabiliter viuere? Tranſitura cogitauerunt hæc mala qui ea pertulerunt, vel cupiendo habere, vel timendo a-
H mittere quod amabant, ſiue nequiter ſiue laudabiliter. Nā multi per tranſitoria mala, ad bona permanſura fortiter tetēderunt, Qui profecto ſpe bean ſunt, etiam cum ſunt in tranſitoriis malis, per quę ad bona non trāſitura perueniunt. Sed qui ſic ſpe beatus eſt, nōdum beatus eſt, Expectat nāque per patientiam beatitudinem quā nondum tenet. Qui vero ſine vlla ſpe tali, ſine vlla tali mercede cruciatur, quantamlibet adhibeat tolerantiam, nō eſt beatus veraciter, ſed miſer fortiter. Neque enim propterea miſer non eſt, quia miſerior eſſet, ſi & impatienter miſeriā ſuſtineret. Porrò ſi iſta non patitur quæ nollet pati in ſuo corpore, nec nic quidem beanis habēdus eſt, quoniā nō viuit vt vult, Vt enim alia omittam quæ corpore illæſo ad animi pertioēt offenſiones, ſine quibus viuere velimus, & ſunt innumerabilia, vellet vtiq; ſi poſſet ita ſaluū & iocolume habere corpus, & nullas ex eo pati moleſtias, vt id haberet in poteſtate, aut in ipſius incorruptione corporis, quod quia nō habet, ac pēdet in incerto, profecto nō viuit vt vult. Quanuis enim per fortitudinē ſit parat⁹ excipere & æquo ferre animo quicquid aduerſitatis acciderit, mauult tamē vt nō ac-
I cidat, & ſi poſsit facit: atque ita paratus eſt in vtrūque, vt quantum in ipſo eſt alterum optet, alterum vitet, & ſi quod vitat incurrerit, ideo volens ferat, quia fieri nō potuit quod volebat. Ne opprimatur ergo ſuſtinet, ſed premi nollet. Quo modo ergo viuit vt vult? an quia volēs fortis eſt ad ferēda quæ nollet illata? Ideo igitur id vult quod poteſt, quoniam quod vult nō poteſt. Hæc eſt tota, vtrum ridenda, an potius miſerāda, ſuperborum beatitudo mortalium, gloriantium ſe viuere vt volūt, quia volentes patieoter ferunt quæ accidere ſibi nolūt. Hoc
In Andr. enim aiunt quod ſapienter dixit Terentius, Quoniam non poteſt id fieri quod vis, id velis quod poſsis. Commode hoc dictum eſſe quis negat? Sed cōſilium eſt datum miſero, ne eſſet miſerior. Beato autem, quales ſe eſſe omnes volunt, non rectę nec vere dicitur, nō poteſt fieri quod vis. Si enim beatus eſt, quicquid vult fieri poteſt, quia noo vult quod fieri nō poteſt. Sed nō eſt mortalitatis huius hæc vita, nec erit niſi quando & immortalitas erit. Quæ ſi nullo modo dari homini poſſet, fru-
Hic fide ac ſpe beati ſumus. C.VIII. ſtra etiā beatitudo quæreretur, quia ſine immortalitate non poteſt eſſe. Cum ergo beati eſſe omnes homines volunt, ſi vere volunt, profecto & eſſe immortales volunt. Aliter enim beati eſſe non poſſunt. Denique & K
de immortalitate interrogati, ſicut & de beatitudine, omnes eā ſeſe velle reſpondent. Sed qualiſcunque beatitudo, quę potius vocetur quàm ſit, in hac vita quęritur immo vero fingitur, dum immortalitas deſperatur, ſine qua vera beatitudo eſſe non poteſt. Ille quippe beatè viuit, quod iam ſuperius diximus, & aſtruendo ſatis fiximus, qui viuit vt vult, nec male aliquid vult. Nemo autē male vult immortalitatem, ſi eius humana capax eſt deo donāte natura, cuius ſi capax oō eſt, nec beatitudinis capax eſt. Vt enim homo beate viuat, oportet vt viuat. Quē porrò morientē vita ipſa deſerit, beata vita cū illo manere quo modo poteſt? Cū autē deſerit, aut nolētem deſerit proculdubio, aut volentē, aut neutrū. Si nolentem, quo modo beata vita eſt, quæ ita eſt in volūtate vt nō ſit in poteſtate? Cúmque beatus nemo ſit aliquid volendo nec habendo, quanto minus eſt beatus qui nō honore, non poſſeſsione, non qualibet alia re, ſed ipſa beata vita nolēs deſeritur, quādo ei nulla vita erit? Vnde & ſi nullus ſenſus relinquitur quo ſit miſera, ppterea enim beata vita diſcedit, quoniā tota vita diſcedit: miſer eſt tamē quādiu ſentit, quia ſcit ſe nolētē cōſumi, propter quod cætera & quod præ cæteris diligit. Non L
igitur poteſt vita & beata eſſe, & nolentē deſerere, quia beatus nolens nemo fit: ac per hoc quāto magis nolētē deſerendo miſerum facit, quæ ſi nolēti præſto eſſet miſerū faceret? Si autem volentē deſerit, etiam ſic quo modo beata erat, quam perire voluit qui habebat? Reſtat vt dicant neutrū eſſe in animo beati, id eſt eū deſeri à beata vita, cum per mortem deſerit tota vita, nec nolle nec velle, ad vtrunque enim parato & æquo animo cōſiſtere. Sed nec iſta beata eſt vita, quia talis eſt, vt quem beatū facit, amore eius indigna ſit. Quo modo enim eſt beata vita quam non amat beatus? Aut quomodo amatur, quod vtrū vigeat, an pereat indiffereoter accipitur? Niſi *i. ſen d.i.e. hic conſiderādum eſt.*
forte virtutes quas propter ſolam beatitudinē ſic amamus, perſuadere nobis audeot, vt ipſam beatitudinē nō amemus? Quod ſi faciunt, etiam ipſas vtique amare deſiſtimus, quando illam propter quam ſolam iſtas amauimus, nō amamus. Deinde quo modo erit vera illa tā perfecta, tam examinata, tam eliquata, tam certa ſententia, beatos eſſe omnes homines velle, ſi ipſi qui iā beati ſunt, beati eſſe nec noluot nec volunt? Aut ſi volunt vt veritas clamat, vt natura compellit, qui ſumme bonus & immutabiliter beatus creator indidit hoc, Si volunt, M
inquam, beati eſſe qui beati ſunt, beati vtique nō eſſe nolunt. Si autem beati oon eſſe nolūt, proculdubio oolūt conſumi & perire quod beati ſunt, nec niſi viuētes beati eſſe poſſunt. Nolunt igitur perire quod viuunt. Immortales ergo eſſe volunt, quicūque vere beati vel ſunt vel eſſe cupiunt. Nō autem viuit beate, cui non adeſt quod vult. Nullo modo igitur eſſe poterit vita veraciter beata, niſi fuerit ſempiterna. Hanc vtrū capiat humana natura, quam tamen deſiderabilem confitetur, non parua quæſtio eſt. Sed ſi fides aſsit quæ ineſt eis quibus dedit *Ioan. 1.*
poteſtatē Ieſus filios dei fieri nulla quæſtio eſt. Humanis quippe argumentationibus hæc inuenire conantes, vix pauci magno præditi ingenio abundantes ocio, doctrinisque ſubtiliſsimis eruditi, ad indagandam ſolius animæ immortalitatem peruenire potuerunt. Cui tamē animæ beatā vitam non inuenerunt ſtabilem, id eſt veram. Ad miſerias eam quippe vitę huius etiam poſt beatitudinem redire dixerunt. Et qui eorum de hac erubuerunt ſententia, & animam purgatam in ſempiternā beatitudinem ſine corpore collocandā putauerūt, talia de mundi

Per Chriſtū participes reddimur immortalitatis. C.IX.

A mundi retrorſus æternitate ſentiunt, vt hanc de anima
ſententiam ſuam ipſi redarguant. Quod hic lõgum eſt
Cap.20. demonſtrare,ſed in libro duodecimo de ciuitate dei,ſa
tis à nobis eſt quãtum arbitror explicatum. Fides autẽ
iſta tonim hominem immortalem futurum,qui vtique
cõſtat ex anima & corpore,& ob hoc vere beatum, nõ
argumentatione humana, ſed diuina authoritate pro-
Ioan.1. mittit. Et ideo cum dictum eſſet in Euangelio,quod Ie-
ſus dederit poteſtatem filios dei fieri iis qui eum rece-
perũt,& quid ſit recepiſſe eum,breuiter fuiſſet expoſitũ,
dicendo, credẽtibus in nomine eius, quóque modo fi-
Ibidem. lij dei fierent,eſſet adiunctum. Qui non ex ſanguinibus,
neque ex volũtate carnis,neque ex volũtate viri,ſed ex
deo nati ſunt,ne iſta hominum quam videmus & geſta
mus infirmitas tantam excellentiã deſperaret,illico an-
nexum eſt,Et verbum caro factũ eſt,Et habitauit in no-
bis:vt à contrario ſuaderetur quod incredibile videba-
tur. Si enim natura dei filius propter filios hominũ mi-
ſericordia factus eſt hominis filius,hoc eſt enim,verbũ
caro factum eſt,& habitauit in nobis hominibus: quã-
to eſt credibilius natura filios hominis,gratia dei filios
dei fieri, & habitare in deo, in quo ſolo,& de quo ſolo
B eſſe poſſunt beati participes immortalitatis eius effecti:
Quur ſic propter quod perſuadendum dei filius particeps noſtræ
deus reſti- mortalitatis effectus eſt. Eos itaque qui dicũt,Itá-
tuerit homi ne defuit deo modus alius quo liberaret homines,à mi-
nem. ſeria mortalitatis huius,vt vnigenitum filium deum ſi-
Cap.X. bi coæternum, hominem fieri vellet, induendo huma-
3.ſen.d.20. nam animam & carnem, mortalémque factum mortẽ
ca.1.in pri- perpeti:parũ eſt ſic refellere, vt iſtum modum quo nos
cipio. per mediatorem dei & hominum, hominẽ Chriſtum
1.Timo.2. Ieſum deus liberare dignatur,aſſeramus bonum & diui
1 ſen.d.44 næ cõgruum dignitati:verumetiam vt oſtendamus nõ
r.poſt hac. alium modum poſsibilem deo defuiſſe, cuius poteſtati
cuncta æqualiter ſubiacent,ſed ſanandæ noſtræ miſeriæ
conuenientiorem modum alium non fuiſſe,nec eſſe o-
portuiſſe. Quid enim tam neceſſarium fuit ad erigendã
ſpem noſtram, mentéſque mortalium cõditione ipſius
mortalitatis abiectas, ab immortalitatis deſperatione
liberandas, quàm vt demonſtraretur nobis quanti nos
3.ſen.d.20. penderet deus,quantúmque diligeret? Quid vero huius
cap.1. rei tanto iſto indicio manifeſtius atq; præclarius,quàm
vt dei filius immutabiliter bonus,in ſe manens quod e-
C rat,& à nobis & pro nobis accipiẽs quod non erat,præ-
ter animæ ſuæ naturæ detrimẽtum,noſtrũ dignatus in-
ire conſortiũ,prius ſine vllo malo ſuo merito mala no-
ſtra perferret:ac ſic iam credentibus quantum nos dili-
gat deus,& quod deſperabamus iam ſperantibus, dona
in nos ſua ſine vllis bonis meritis noſtris, immo præ-
cedentibus & malis meritis noſtris, indebita largitate
Galat.5. conferret, quia & ea quæ dicuntur merita noſtra,dona
Roma.5. ſunt eius? Vt enim fides per dilectionem operetur, cha-
ritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſan
ctum qui datus eſt nobis. Tunc eſt autem datus, quãdo
Ioan.16. eſt Ieſus reſurrectione clarificatus. Tũc enim eũ ſe miſ-
ſurum eſſe promiſit & miſit, quia tũc ſicut de illo ſcrip-
Ephe.4. tum eſt,& ante prædictum, Aſcendit in altum captiua-
Pſal.67. uit captiuitatẽ,dedit dona hominibus. Hæc dona ſunt
merita noſtra quibus ad ſummum bonum immortali-
Roma.5. tatis & beatitudinis peruenimus. Commendat autẽ,in-
quit Apoſtolus,charitatem ſuam deus in nobis,quoniã
cũ adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mor-
tuus eſt. Multo magis iuſtificati nũc in ſanguine ipſius,
Ibidem. ſalui erimus ab ira per ipſum. Adhuc addit & dicit, Si
enim cum inimici eſſemus reconciliati ſumus deo per
mortem filij eius multo magis recõciliati ſalui erimus D
in vita ipſius. Quos peccatores dixit prius,hos poſterius
inimicos dei:& quos prius iuſtificatos in ſanguine Ieſu
Chriſti, eos poſterius recõciliatos per mortem filij dei:
& quos prius ſaluos ab ira per ipſum, eos poſtea ſaluos
in vita ipſius. Nõ ergo ante iſtam gratiam quoquo mo-
do peccatores,ſed in talibus peccatis fuimus, vt inimi-
ci eſſemus dei. Superius autẽ idem Apoſtolus nos pec-
catores,& inimicos dei,duobus identidem nominibus
appellauit,vno velut mitiſsimo,alio planè atrociſsimo
dicens, Si enim Chriſtus cum infirmi eſſemus adhuc, *Roma.5.*
iuxta tẽpus pro impiis mortuus eſt: Quos infirmos,eoſ-
dem impios nuncupauit. Leue aliquid videtur infirmi-
tas,ſed aliquando talis eſt,vt impietas nominetur. Niſi
tamen infirmitas eſſet,medicum neceſſarium nõ habe-
ret. Qui eſt Hebraice Ieſus,Græce σωτὴρ, noſtra autẽ lo-
cutione ſaluator. Quod verbũ Latina lingua antea nõ
habebat,ſed habere poterat, ſicut potuit quãdo voluit.
Hæc autem Apoſtoli ſententia præcedẽs vbi ait, Adhuc *Ibidem.*
cum infirmi eſſemus iuxta tempus pro impiis mortuus
eſt, cohæret his duabus ſequentibus,quarum in vna di-
xit,peccatores,in alia inimicos dei,tanquam illis ſingu-
lis reddiderit ſingula,peccatores ad infirmos,inimicos E
dei referens ad impios. Sed quid eſt, iuſtificati in *Trinitas ſi-*
ſanguine ipſius? Quæ vis eſt ſanguinis huius obſecro, vt *mul opera-*
in eo iuſtificentur credentes? Et quid eſt,recõciliati per *ta eſt redẽ-*
mortẽ filij eius? Itáne vero cũ iraſceretur nobis deus pa- *ptionẽ ho-*
ter, vidit mortem filij ſui pro nobis, & placatus eſt no- *minis.*
bis? Nunquid ergo filius eius vſqueadeo nobis iam pla *Cap.XI.*
catus erat, vt pro nobis etiam dignaretur mori: pater ve
ro vſqueadeo adhuc iraſcebatur, vt niſi filius pro nobis
moreretur non placaretur? Et quid eſt quòd alio loco
idem ipſe doctor gẽtium, Quid, inquit, ergo dicem⁹ ad *Roma.8.*
hæc? Si deus pro nobis,quis contra nos? Qui proprio fi-
lio ſuo non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit il
lum, Quo modo non etiam cum illo omnia nobis do-
nauit? Nunquid niſi iam placatus eſſet pater,proprio fi-
lio nõ parcens pro nobis eum traderet? Nónne videtur
hæc illi velut aduerſa eſſe ſententia? In illa moritur pro
nobis filius, & reconciliatur nobis pater per mortem
eius. In hac autem tanquam prior nos dilexerit pater, ip
ſe propter nos filio non parcit, ipſe pro nobis eum tra-
didit ad mortem. Sed video quòd & antea pater dile-
xit nos, non ſolum antequam pro nobis filius morere-
tur,ſed antequam conderet mũdum, ipſo teſte Apoſto- F
lo qui dicit, Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſti- *Epheſ.1.*
tutionem. Nec filius patre ſibi non parcente pro nobis
velut inuitus eſt traditus,quia & de ipſo dictũ eſt, Qui *Galat.2.*
me dilexit & tradidit ſemetipſum pro me. Omnia ergo
ſimul & pater & filius & amborũ ſpiritus pariter & cõ-
corditer operãtur,tamẽ iuſtificati ſumus in Chriſti ſan
guine, & reconciliati ſumus deo per mortem filij eius. *3.ſen.d 20.*
Et quo modo id factum ſit, vt potero etiam hic quantũ *ca.1.poſt*
ſatis videbitur explicabo. Quadã iuſticia dei in po- *principiũ.*
teſtatem diaboli traditum eſt genus humanũ, peccato *Homo quo*
primi hominis in omnes vtriuſque ſexus cõmunione† *modo perijt*
naſcentes originaliter tranſeunte, & parentum primo- *Cap.XII.*
rum debito vniuerſos poſteros obligãte. Hæc traditio *†commix-*
prius in Geneſi ſignificata eſt, vbi cum ſerpẽti dictũ eſ- *tione.*
ſet, Terram mãducabis: homini dictum eſt, Terra es & *Gene.3.*
in terram ibis. Eo quod dictum eſt, in terram ibis: mors
corporis prænunciata eſt, quia nec ipſam fuerat exper-
turus ſi permanſiſſet vt factus eſt rectus. Quod vero vi-
uenti ait, Terra es: oſtẽdit totum hominem in deterius
cõmutatũ, Tale eſt enim, Terra es: quale iſtud, Nõ per- *Gene.6.*
manebit

G manebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quoniam caro ſunt. Tunc ergo demonſtrauit eum ei traditũ, cui dictum fuerat, terram mãducabis, Apoſtolus autem apertius hoc prædicat, vbi dicit, Et vos cum eſſetis mortui *Ephe.2.* delictis & peccatis veſtris, quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecũdum principem poteſtatis aëris, ſpiritus huius qui nunc operatur in filiis diffidentię, in quibus & nos omnes aliquando cõuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntates carnis & affectionũ, & eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Filij diffidẽtiæ ſunt infideles, & quis hoc non eſt antequam fidelis fiat? Quocirca omnes homi- *3. ſen. diſt. 20. cap. 1.* nes ab origine ſub principe ſunt poteſtatis aëris, qui operatur in filiis diffidẽtiæ. Et quod dixi ab origine: hoc eſt quod dicit Apoſtol⁹, natura & ſe fuiſſe ſicut cęteros: natura ſcilicet vt eſt deprauata peccato, nõ vt recta creata ab initio. Modus autem iſte quo traditus eſt homo in diaboli poteſtatem, non ita debet intelligi, tãquam hoc deus fecerit, aut fieri iuſſerit: ſed quòd tantum permiſerit, iuſte tamen. Illo enim deſerente peccantem, peccati author illico inuaſit. Nec ita ſanè de⁹ deſeruit creaturã ſuam, vt non ſe illi exhiberet deum creantem & viuifi-

H cantem, & inter pœnalia mala etiam bona malis multa præſtantem. Non enim continuit in ira ſua miſeratio- *1. ſen. di. 20 cap. ſi vero.* nes ſuas, nec hominem à lege ſuę poteſtatis amiſit, quãdo in diaboli poteſtate eſſe permiſit: quia nec ipſe dia- *Pſal. 76.* bolus à poteſtate omnipotẽtis alienus eſt, ſicut neque à bonitate. Nam & maligni angeli vnde qualicunq; ſubſiſterent vita, niſi per eum qui viuificat omnia? Si ergo *Ibidem.* commiſsio peccatorum per iram dei iuſtam hominem ſubdidit diabolo, profecto remiſsio peccatorũ per reconciliationem dei benignam, eruit hominem à diabolo. Non autem diabolus potentia dei, ſed iuſticia *Iure nõ vi placuit hominem redimere.* ſuperandus fuit. Nam quid omnipotente potẽtius? Aut cuius creaturæ poteſtas, poteſtati creatoris cõparari poteſt? Sed cum diabolus vicio peruerſitatis ſuæ factus ſit amator potẽtiæ, & deſertor oppugnatórque iuſticiæ: ſic *Cap. XIII. 1. ſen. d. 20. ca. Si vero.* enim & homines eum tanto magis imitantur, quanto magis neglecta, vel etiam peroſa iuſticia potentiæ ſtudent, eiúſque vel adeptione lætantur, vel inflammãtur cupiditate: placuit deo, vt propter eruendũ hominẽ de diaboli poteſtate, nõ potẽtia diabolus, ſed iuſticia vinceretur, atq; ita & homines imitantes Chriſtum, iuſticia quærerent diabolum vincere, non potentia. Non quòd potentia quaſi mali aliquid fugiẽda ſit, ſed ordo ſeruãdus eſt quo prior eſt iuſticia. Nam quanta potentia poteſt eſſe mortalium? Teneant ergo mortales iuſticiam,

I potentia immortalibus debetur, Cui cõparata quantalibet eorum hominũ qui potentes vocantur in terra, ridicula infirmitas inuenitur, & ibi foditur peccatori fouea, vbi videntur mali plurimum poſſe. Cantat autẽ iu- *Pſal. 93.* ſtus & dicit, Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum: Vt mitiges ei à diebus maligois, donec fodiatur peccatori fouea. Quoniam non repellet dominus plebem ſuam, & hæreditatem ſuam non relinquet: Quoadusque iuſticia cõuertatur in iudicium, & qui habent eam omnes recto ſunt corde. Hoc ergo tempore quo differtur potentia populi dei, nõ repellet dominus plebem ſuam, & hæreditatem ſuam nõ derelinquet, quantalibet acerba & indigna ipſa humilis atque infirma patiatur, quoadusque iuſticia quam nunc habet infirmitas piorum, conuertatur in iudicium, hoc eſt, iudicandi accipiat poteſtatẽ. Quod iuſtis in fine ſeruatur, cum præcedẽtem iuſticiam ordine ſuo fuerit potentia ſubſecuta. Potentia quippe adiuncta iuſticiæ, vel iuſticia accedens potentiæ, iudiciariam poteſtatẽ facit: K pertinet autem iuſticia ad volũtatem bonam. Vnde dictũ eſt ab angelis nato Chriſto, Gloria in excelſis deo, *Luca. 2.* & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Potẽtia vero ſequi debet iuſticiam, non pręire. Ideo & in rebus ſecundis ponitur, id eſt proſperis, Secũdæ autem à ſequẽdo ſunt dictæ. Cum enim beatum faciãt, ſicut ſuperius *Supra eodẽ* diſputauimus, duæ res, bene velle, & poſſe quod velis, *cap. 6.* nõ debet eſſe illa peruerſitas, quæ in eadẽ diſputatione notata eſt, vt ex duabus rebus quæ faciũt beatum, poſſe quod velit, homo eligat, & velle quod oportet, negligat, cũ prius debeat habere voluntatẽ bonam, magnam vero poſtea poteſtatẽ. Bona porrò voluntas purganda eſt à viciis, à quibus ſi vincitur homo, ad hoc vincitur vt male velit, & bona iã voluntas eius quo modo erit? Optãdum eſt itaq; vt poteſtas nunc detur, ſed cõtra vicia, propter quæ vincenda potentes nolunt eſſe homines, & volũt propter vincendos homines, vt quid hoc, niſi vt vere victi falſò vincant, ne ſint veritate ſed opinione victores. Velit homo prudẽs eſſe, velit fortis, velit temperãs, velit iuſtus: atque vt hæc veraciter poſsit, potentiã planè optet atq; appetat vt potens ſit in ſeipſo, & miro modo aduerſus ſeipſum pro ſeipſo. Cætera vero L quę bene vult, & tamẽ nõ poteſt, ſicut eſt immortalitas, & vera ac plena fœlicitas, deſiderare nõ ceſſet, & patiẽter expectet. Quæ eſt igitur iuſticia qua vict⁹ eſt dia- *Chriſti mors indebita, liberauit obnoxios morti.* bolus? Quę niſi iuſticia Ieſu Chriſti? Et quo modo vict⁹ eſt? Quia cum in eo nihil morte digũ inueniret, occidit eum tamẽ. Et vtique iuſtum eſt vt debitores quos tenebat liberi dimittantur, in eũ credentes quem ſine vllo debito occidit, hoc eſt, ꝙ iuſtificari dicimur in Chri- *Cap. XIIII. 3. ſen. d. 20 ca. Si vero.* ſti ſanguine. Sic quippe in remiſsionem peccatorũ noſtrorum, innocens ſanguis ille effuſus eſt. Vnde ſe dicit in Pſalmis inter mortuos liberum. Solus enim à debito *Pſal. 87.* mortis liber eſt mortuus. Hinc & in alio Pſalmo dicit, Quæ non rapui tunc exoluebam: rapinam volens intel- *Pſal. 68.* ligi peccatum, quia vſurpatum eſt cõtra licitum. Vnde per os etiam carnis ſuæ, ſicut in Euãgelio legitur, dicit, *Ioan. 14.* Ecce venit princeps mundi huius, & in me nihil inueniet, id eſt, nullum peccatum. Sed vt ſciant omnes, inquit, quia volũtatẽ patris mei facio, ſurgite eamus hinc. Et pergit inde ad paſsionem, vt pro debitoribus nobis quod ipſe nõ debebat exolueret. Nũquid iſto iure æquiſſimo diabolus vinceretur, ſi potentia Chriſtus cum illo *1. ſen. d. 20. ca. ſi vero. in fi.* agere non iuſticia voluiſſet? ſed poſtpoſuit quod potuit vt prius ageret quod oportuit. Ideo autem illũ eſſe opus

M erat, & hominem, & deum. Niſi enim homo eſſet, non poterat occidi. Niſi & deus eſſet, nõ crederetur noluiſſe quod potuit, ſed nõ potuiſſe quod voluit. Nec ab eo iuſticiam potẽtiæ prælatam fuiſſe, ſed ei defuiſſe potentiã putaremus. Nũc vero humana pro nobis paſſus eſt, quia homo erat: ſed ſi voluiſſet etiam hoc nõ pati potuiſſet, quia & deus erat. Ideo gratior facta eſt in humilitate iuſticia, quia poſſet ſi noluiſſet humilitatẽ nõ perpeti tãta in diuinitate potẽtia, ac ſic à moriente tã potẽte, nobis mortalibus impotentibus, & commẽdata eſt iuſticia, & promiſſa potentia. Horum enim duorũ vnum fecit moriẽdo alterum reſurgẽdo. Quid enim iuſtius, quàm vſque ad mortẽ crucis pro iuſticia peruenire? Et quid po- *Marci. 15. & 16.* tentius, quàm reſurgere à mortuis, & in cœlum cũ ipſa carne in qua eſt occiſus aſcẽdere? Et iuſticia ergo prius, & potentia poſtea diabolum vicit. Iuſticia ſcilicet, quia nullum peccatũ habuit, & ab illo iniuſtiſsime eſt occiſus: potẽtia vero, quia reuixit mortuus, nũquam poſtea moriturus. Sed potẽtia diabolũ viciſſet, etiam ſi ab illo *Roma. 6.*

non

A non potuiſſet occidi: quanuis maioris ſit potentiæ etiã
ipſam mortem vincere reſurgendo, quàm vitare viuē-
do. Sed aliud eſt ꝓpter quod iuſtificamur in Chriſti ſan
guine, cum per remiſsionem peccatorum eruimur à dia
boli poteſtate: hoc ad id pertinet quod à Chriſto iuſti-
cia diabolus vincitur, non potētia. Ex infirmitate quip-
pe quam ſuſcepit in carne mortali, nõ ex immortali po
tentia crucifixus eſt Chriſtus, de qua tamen infirmitate
1. Cor. 1. ait Apoſtolus: Quod infirmum eſt dei, fortius eſt homi
De eodem. nibus. Non eſt itaque difficile videre diabolum vi-
Cap. XV. ctum, quando qui ab illo occiſus eſt reſurrexit. Illud eſt
maius & ad intelligendũ profundius, videre diabolum
victũ quando ſibi viciſſe videbatur, id eſt quando Chri
ſtus occiſus eſt. Tũc enim ſanguis ille, quoniam eius e-
rat qui nullum habuit omnino peccatũ, ad remiſsionē
noſtrorum fuſus eſt peccatorũ: vt quia eos diabolus me
rito tenebat, quos peccati reos conditione mortis ob-
ſtrinxit, hos per eũ merito dimitteret, quē nullius pec-
cati reũ immerito pœna mortis affecit. Hac iuſticia vi-
ctus & hoc vinculo vinctus eſt fortis, vt vaſa eius eripe-
rentur, quæ apud eum cum ipſo & angelis eius fuerant
Roma. 9. vaſa irę, & in vaſa miſericordię verterētur. Hęc quippe
B verba ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti de cœlo ad ſe fa
cta, cum primum vocatus eſt, narrat Apoſtolus Paulus.
Nam inter cætera quæ audiuit, etiam hoc ſibi dictũ lo-
Acto. 26. quitur, Ad hoc enim tibi apparui vt conſtituam te mi-
niſtrũ & teſtem eorum quæ à me vides, quibus etiã pa-
reo tibi liberans te de populo & de gētibus in quas ego
mitto te aperire oculos cæcorum, vt auertantur à tene-
bris, & à poteſtate ſatanæ ad deum, vt accipiãt remiſsio
nem peccatorum, & ſortē quæ in ſanctis, & fidem quæ
in me eſt. Vnde & exhortans idem Apoſtolus credētes,
Coloſſ. 1. & ad gratiarum actionem deo patri. Qui eruit nos, in-
quit, de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum fi
lij charitatis ſuæ, in quo habemus redemptionem in re-
miſsionem peccatorum. In hac redemptione tanquam
precium pro nobis datus eſt ſanguis Chriſti, quo acce-
pto diabolus nõ ditat° eſt ſed ligatus: vt nos ab eius ne-
xibus solueremur, nec quēquam ſecum eorũ quos Chri
ſtus ab omni debito liber indebite fuſo ſuo ſanguine re
demiſſet, peccatorum retibus inuolutũ traheret ad ſe-
cũdæ ac ſempiternæ mortis exitium: ſed hactenus mo-
1. Petri. 1. rerentur ad Chriſti gratiam pertinentes, præcogniti &
prædeſtinati & electi ante conſtitutionem mundi qua-
C tenus pro illis ipſe mortuus eſt Chriſtus, carnis tantum
morte non ſpiritus. Quanuis enim & ipſa mors car-
Reliquiæ nis de peccato primi hominis originaliter venerit, ta-
mortis ce- men bonus eius vſus glorioſiſsimos martyres fecit. Et
dunt in bo- ideo nõ ſolum ipſa, ſed omnia ſeculi huius mala, dolo-
num electis res, laboréſq; hominum quanquam de peccatorum, &
Ca. XVI. maxime de peccati originalis meritis veniant, vnde fa-
cta eſt & ipſa vita vinculo mortis obſtricta, tamen &
remiſsis peccatis remanere debuerunt, cum quibus ho-
mo pro veritate certaret: & vnde exerceretur virtus fi-
delium: vt nouus homo per teſtamentum nouum, inter
mala huius ſeculi nouo ſeculo præpararetur, miſeriam
quam meruit vita iſta damnata ſapiēter tolerãs, & quia
finietur prudenter gratulans, beatitudinem vero quam
liberata vita futura ſine fine habitura eſt, fideliter & pa-
Ioan. 12. tienter expectans, Diabolus enim à dominatu & à cor-
dibus fidelium foras miſſus, in quorum dãnatione atq;
infidelitate licet damnatus etiam ipſe regnabat, tantum
pro cõditione mortalitatis huius aduerſari ſinitur, quã-
tum eis expedire nouit. De quo ſacræ literæ perſonant
1. Cor. 10. per os Apoſtolicum, Fidelis deus qui non permittit vos

tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tētatione D
etiã exitum, vt poſsitis ſuſtinere. Proſunt autem iſta ma
la quæ fideles pie perferunt, vel ad emendanda pecca-
ta, vel ad exercēdam probãdámq; iuſticiam, vel ad de-
monſtandam vitę huius miſeriam, vt illa vbi erit beati-
tudo vera atque perpetua, & deſideretur ardētius & in-
ſtantius inquiratur. Sed circa eos iſta ſeruantur, de qui-
bus Apoſtolus dicit, Scimus quoniam diligentibus deũ Roma. 8.
omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundũ propo-
ſitum vocati ſunt ſancti, Quoniam quos ante pręſciuit,
& prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit
ipſe primogenit° in multis fratribus. Quos autem præ-
deſtinauit illos & vocauit, & quos vocauit, illos & iuſti
ficauit, quos autem iuſtificauit, ipſos & glorificauit. Ho-
rum prædeſtinatorum nemo cum diabolo peribit, ne-
mo vſque ad mortem ſub diaboli poteſtate remanebit.
Deinde ſequitur quod iam ſupra commemoraui, Quid
ergo dicemus ad hęc? Si deus pro nobis quis cõtra nos?
Qui filio proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus Ibidem.
tradidit illum, quo modo nõ & cum illo omnia nobis
donauit? Cur ergo non fieret mors Chriſti? Imò cur nõ
prætermiſsis aliis innumerabilibus modis quib° ad nos
liberandos vti poſſet omnipotens, ipſa potiſsimum eli- E
geretur vt fieret: vbi nec de diuinitate eius aliquid im-
minutum eſt aut mutatũ, & de humanitate ſuſcepta tã-
tum beneficij collatũ eſt hominibus, vt à dei filio ſem-
piterno eodémq; hominis filio mors temporalis inde-
bita redderetur, qua eos à ſempiterna morte debita li-
beraret. Peccata noſtra diabolus tenebat, & per illa nos
merito figebat in morte. Dimiſit ea ille qui ſua non ha-
bebat, & ab illo immerito eſt perductus ad mortē. Tã-
tum valuit ſanguis ille, vt neminem Chriſto indutum
in æterna morte debita detinere debuerit, qui Chriſtũ Roma. 5.
morte indebita vel ad tempus occidit. Commēdat er-
go charitatem ſuam deus in nobis: quoniã cum adhuc
peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortu° eſt. Mul
to magis iuſtificati nunc in ſanguine ipſius, ſalui erim°
ab ira per ipſum. Iuſtificati, inquit, in ſanguine ipſius. Iu-
ſtificati planè in eo quòd à peccatis omnibus liberati.
Liberati autē à peccatis omnibus, quoniã pro nobis eſt
dei filius qui nullum habebat occiſus. Salui ergo erim°
ab ira per ipſum. Ab ira vtique dei, quæ nihil eſt aliud q̃
iuſta vindicta. Nõ enim ſicut hominis animi perturba-
tio eſt ira dei, ſed illius ira eſt, cui dicit alio loco ſancta F
ſcriptura, Tu autem domine virtutum cum tranquilli- Sapien. 12.
tate iudicas. Si ergo iuſta diuina vindicta tale nomē ac-
cepit, etiam reconciliatio dei quæ recte intelligitur, niſi
cũ talis ira finitur? Nec inimici eramus deo, niſi quem- 3 ſen. di. 19
admodum iuſticiæ ſunt inimica peccata, quibus remiſ- c. qui ſolus.
ſis tales inimicicię finiuntur, & recõciliãtur iuſto* quos in medio.
ipſe iuſtificat. Quos tamen etiam inimicos vtique dile- Roma. 8.
xit, quandoquidem proprio filio non pepercit, ſed pro *al deo.
nobis omnibus cũ adhuc inimici eſſemus tradidit eum. Roma. 5.
Recte ergo Apoſtolus ſecutus adiũxit, Si enim cum ini-
mici eſſemus reconciliati ſumus deo per mortem filij
eius, per quam facta eſt illa remiſsio peccatorũ, multo
magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. In vita ſal
ui, qui per mortem reconciliati. Quis enim dubitat da-
turũ amicis vitam ſuã pro quibus inimicis dedit mor-
tem ſuam? Non ſolum autem, inquit, ſed & gloriamur
in deo per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, per quē
nunc reconciliationem accepimus. Nõ ſolum, ait, ſalui
erimus, ſed & gloriamur. Nec in nobis, ſed in deo: nec
per nos, ſed per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, per
quem nunc reconciliationem accepimus, ſecũdum ea
quæ

G quæ ſuperius diſputata ſunt. Deinde ſubiúgit Apoſtol⁹,
Roma.5. Propter hoc ſicut per vnum hominem peccatũ in hunc
mundum intrauit,& per peccatum mors, & ita in om-
nes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaue-
runt, & cætera In quibus prolixius de duobus homini-
bus diſputat,vno eodémque primo Adã per cuius pec-
catum in mortem tanquam hæreditariis malis poſteri
eius obligati ſumus:altero autẽ ſecundo Adam, qui nõ
homo tantum,ſed etiam deus eſt,quo pro nobis ſoluẽ-
te quod non debebat,à debitis & paternis & propriis li
berati ſumus. Proinde quoniam propter vnum illũ te-
al.vicia nebat diabolus omnes per eius viciatam carnalem cõ-
tãquã per. cupiſcẽtiam generatos, iuſtum eſt vt propter hunc vnũ
dimittat omnes per ipſius immaculatam gratiam ſpiri-
Vtilitas in- talem regeneratos. Sunt & alia multa quæ in Chri-
carnationis ſti incarnatione,quæ ſuperbis diſplicet,ſalubriter intuẽ
Cap.XVII. da atque cogitanda ſunt. Quorum eſt vnum quod de-
monſtratum eſt homini,quem locum haberet in rebus
3.ſen.di.6. quas condidit deus,quandoquidẽ ſic deo coniungi po-
ca.de hoc tuit humana natura, vt ex duabus ſubſtantiis fieret vna
Aug.3.fine. perſona,ac per hoc iam ex tribus ſcilicet deo, anima &
carne:vt ſuperbi illi maligni ſpiritus,qui ſe ad decipien
H dum quaſi ad adiuuandum medios interponunt, nõ i-
deo ſe audeant homini præponere,quia non habẽt car
nem: & maxime quia & mori in eadem carne dignat⁹
eſt filius dei, ne ideo illi tanquam deos ſe coli perſua-
3.ſen.di.6. deant,quia videntur eſſe immortales. Deinde vt gratia
& ne de dei in nobis ſine vllis præcedentibus meritis in homi-
ſuo.circa ne Chriſto commendaretur,quia nec ipſe tanta vnitate
finem. deo vero cõiunctus vna cum illo perſona,id eſt ipſe ho
mo aſſumptus, mox vt homo etiam deus filius dei vi-
ueret, vllis eſt pręcedẽtibus meritis aſſecutus. Sed ex quo
homo eſſe cœpit,ex illo eſt & deus:vnde dictũ eſt, Ver-
Ioan.1. bum caro factum eſt. Etiam illud eſt,vt ſuperbia homi-
nis quæ maxime impedimento eſt, ne inhæreatur deo,
per tantam dei humilitatem redargui poſſet atque ſana
ri:diſcátque homo quàm longe receſſerit à deo,& quid
illi valeat ad medicinalem dolorem, quando per talẽ
mediatorem reddit, qui hominibus & deus diuinitate
ſubuenit,& homo infirmitate conuenit. Quod autẽ ma
ius obedientiæ nobis præberetur exemplum qui per in-
Philip.2. obedientiam perieramus,quàm deo patri deus filius o-
bediens vſque ad mortem crucis? Quod præmium tã-
tæ obedientiæ vbi oſtenderetur melius, quàm in carne
I tãti mediatoris, quæ ad vitam reſurrexit æternam?Per-
tinebat etiam ad iuſticiã bonitatẽmq; creatoris, vt per
eandem rationalem creaturã ſuperaretur diabolus,quã
ſe ſuperaſſe gaudebat, & de ipſo genere venientẽ quod
genus origine viciata,per vnum tenebat vniuerſum.
Quur ex Poterat enim vtique deus hominem aliunde ſuſci-
virgine na pere, in quo eſſet mediator dei & hominum,non de ge
tus. Cap. nere illius Adã,qui peccato ſuo genus obligauit huma-
XVIII. num,ſicut ipſum quem primum creauit,non de genere
1.Timo.2. creauit alicuius. Poterat ergo vel ſic,vel alio quo vellet
3.ſẽ.d.12.c. modo creare vnum alium hominẽ, de quo vinceretur
ſoles etiam. victor prioris:ſed melius iudicauit vt de ipſo quod vi-
ctum fuerat genere aſſumeret hominẽ deus, per quem
generis humani vinceret inimicum. Et tamen ex virgi-
ne,cuius conceptum ſpiritus non caro, fides nõ libido
præuenit. Nec interfuit carnis concupiſcentia,per quã
ſeminantur & concipiuntur cæteri,qui trahũt origina
le peccatum:ſed ea penitus remotiſſima, credendo, nõ
concumbendo ſancta eſt fœcũdata virginitas, vt illud
quod naſcebatur ex propagine primi hominis, tãtum-
modo generis non etiam criminis originem duceret.

Naſcebatur nanque non tranſgreſſionis cõtagione vi- K
ciata natura,ſed omnium talium viciorum ſola medici
na. Naſcebatur,inquam,homo nullum habens,nullum
habiturus omnino peccatum,per quem renaſcerẽtur li
berandi à peccato, qui naſci non poſſunt ſine peccato.
Quanuis enim carnali concupiſcẽtia quæ ineſt genita
libus membris bene vtatur caſtitas coniugalis,habet ta-
men motus non voluntarios,quibus oſtendit vel nullã
ſe in paradiſo ante peccatum eſſe potuiſſe,vel nõ talem
fuiſſe ſi fuit, vt aliquando reſiſteret voluntati. Nũc au- Roma.7.
tem illam talem eſſe ſentimus, vt repugnans legi men-
tis etiam ſi nulla eſt cauſa generandi, ſtimulos ingerat
coëundi,vbi ſi ei ceditur peccando ſatietur,ſi non cedi
tur diſſentiendo frẹnetur. Quæ duo aliena fuiſſe à para
diſo ante peccatum,dubitare quis poſſit? Nam neq; il-
la honeſtas faciebat aliquid indecorum,nec illa fœlici-
tas patiebatur aliquid impacatum. Oportebat itaque vt
iſta carnalis concupiſcẽtia nulla ibi eſſet omnino,quã-
do concipiebatur virginis partus, in quo nihil dignũ
morte fuerat inuenturus,& eum tamẽ occiſurus author
mortis, authoris vitæ morte vincendus. Victor primi
Adam,& tenẽs genus humanũ,victus à ſecundo Adã,
& amittens genus Chriſtianum, liberatum ex humano L
genere ab humano crimine,per eum qui nõ erat in cri-
mine,quanuis eſſet ex genere,vt deceptor ille ab eo vin
ceretur genere,quod vicerat crimine. Et hoc ita geſtũ
eſt vt homo nõ extollatur:ſed qui gloriatur, in domino
glorietur, Qui enim victus eſt,homo tantũ erat,& ideo
victus eſt,quia ſuperbe deus eſſe cupiebat. Qui autẽ vi-
cit,& homo erat & deus: & ideo ſic vicit natus ex vir- 2.Cor.10.
gine,quia deus humiliter,non quo modo alios ſanctos
regebat illum hominẽ,ſed gerebat. Hæc tanta dei do-
na,& ſi qua alia ſunt,quę de hac re nobis & quęrere nũc
& diſſerere lõgum eſt, niſi verbum caro fieret nulla eſ-
ſent. Hæc autem omnia quæ pro nobis verbum ca- Per Chriſtũ
ro factum temporaliter & localiter fecit & pertulit, ſe- à ſcientia
cundum diſtinctionem quam demõſtrare ſuſcepimus, peruenim⁹
ad ſciẽtiam pertinent,non ad ſapientiam. Quod autem ad ſapiẽtiã
verbum eſt ſine tempore,ſine loco,eſt patri coæternum Cap.XIX.
& vbique totum, de quo ſi quiſquam poteſt quantum
poteſt veracẽ proferre ſermonem,ſermo ille erit ſapien
tiæ:ac per hoc verbũ caro factum,quod eſt Chriſtus Ie-
ſus,& ſapientiæ theſauros habet & ſcientiæ. Nam ſcri- Coloſſ.2.
bẽs Apoſtolus ad Coloſſenſes, Volo enim vos ſcire,in- M
quit,quantum certamẽ habeam pro vobis,& pro iis qui
ſunt Laodiciæ, & quicunque non viderũt faciem meã
in carne,vt conſolentur corda eorum,copulati in cha-
ritate & in omnibus diuitiis plenitudinis intellectus ad
cognoſcendũ myſteriũ dei, quod eſt Chriſtus Ieſus, in
quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ abſcõditi.
Quatenus nouerat Apoſtolus theſauros iſtos,quantum
eorum penetrauerat,& in eis ad quãta peruenerat, quis
poteſt noſſe? Ego tamẽ ſecũdum id quod ſcriptum eſt,
Vnicuique autem noſtrum datur manifeſtatio ſpiritus 1.Cor.12.
ad vtilitatem, alij quidem datur per ſpiritum ſermo ſa-
piẽtiæ,alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum:
ſi ita inter ſe diſtant hæc duo vt ſapientia diuinis,ſcien-
tia humanis attributa ſit rebus,vtrũq; agnoſco in Chri- 3.ſen.di.35
ſto,& mecum omnes eius fideles. Et cum lego: Verbum cap.1.
caro factũ eſt,& habitauit in nobis, in verbo intelligo Ioan.1.
verum dei filium, in carne agnoſco verum hominis fi- 3.ſen.d.6.
lium,& vtrunque ſimul in vna perſona dei & hominis ca.& ne de
ineffabili gratiæ largitate coniunctum, Propter quod ſuo.
ſequitur,& dicit, Et vidimus gloriam eius gloriam qua- Ioan.1.
ſi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Si gratiã
referamus

A referamus ad ſcientiam, veritatem ad ſapientiam, puto
nos ab illa duarum iſtarum rerum diſtinctione quam
commendauimus nô abhorrere. In rebus enim per tem
pus ortis, illa ſumma gratia eſt, quòd homo in vnita-
te perſonæ coniunctus eſt deo, in rebus vero æternis
ſumma veritas recte tribuitur dei verbo. Quòd vero
idem ipſe eſt vnigenitus à patre plenus gratiæ & veri-
tatis, id actum eſt, vt idem ipſe ſit in rebus pro nobis
temporaliter geſtis, cui per eandem fidem mundamur,
vt eum ſtabiliter contemplemur in rebus æternis. Illi au
Roma.1. tem præcipui gentium philoſophi, qui inuiſibilia dei
per ea quæ facta ſunt intellecta conſpicere potuerunt,
tamen quia ſine mediatore, id eſt ſine homine Chriſto
philoſophati ſunt, quem nec venturum Prophetis, nec
veniſſe Apoſtolis crediderunt, veritatem detinuerunt,
ſicut de illis dictum eſt, in iniquitate. Non potuerunt
enim in his rerum infimis conſtituti, niſi quærere ali-
qua media per quæ ad illa quæ intellexerant ſublimia
peruenirent: atque ita in deceptores dæmones incide-
runt, per quos factum eſt vt immutarent gloriam in-
corruptibilis dei, in ſimilitudinem imaginis corrupti-
B bilis hominis, & volucrum & quadrupedum & ſerpen-
tium. In talibus enim formis etiam idola inſtituerunt,
ſiue coluerunt. Scientia ergò noſtra Chriſtus eſt, ſapiê-
tia quoque noſtra idem Chriſtus eſt. Ipſe nobis fidem
de rebus temporalibus inſerit, ipſe de ſempiternis ex-
hibet veritatem, per ipſum pergimus ad ipſum, tendi-
mus per ſcientiam ad ſapientiam: ab vno tamen eo-
démque Chriſto non recedimus, in quo ſunt omnes
Coloſſ.2. theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Sed nunc de
ſcientia loquimur, pòſt de ſapientia, quantum ipſe do-
nauerit locuturi. Nec iſta duo ſic accipiamus quaſi non
liceat dicere, vel iſtam ſapientiam, quæ in rebus huma-
nis eſt, vel illam ſcientiam quæ in diuinis. Loquen-
di enim latiore conſuetudine, vtraque ſapientia, vtra-
que ſcientia dici poteſt. Nullo modo tamen ſcriptum
1.Cor.12. eſſet apud Apoſtolum, Alij datur ſermo ſapientiæ, alij
ſermo ſcientiæ: niſi & proprie ſingulis nominibus hęc
ſingula vocarentur, de quorum diſtinctione nunc agi-
Imperfecta mus. Iam itaque videamus quid ſermo iſte proli-
Trinitatis xus effecerit, quid collegerit, quò peruenerit. Beatos
imago eſt eſſe ſe velle, omnium hominum eſt: nec tamen om-
etiã in qui- nium eſt fides, qua cor mundante ad beatitudinem
buſlibet. C peruenitur. Ita fit vt per iſtam quam non omnes volũt
Cap.XX. ad illam tendendum ſit quam nemo poſsit eſſe qui no-
3.ſent.diſt. lit. Beatos eſſe ſe velle omnes in corde ſuo vident, tan-
49.ca.ſolet táque eſt in hac re naturæ humanæ conſpiratio, vt non
etiam. fallatur homo qui hoc ex animo ſuo de animo coniicit
2.Theſſ.3. alieno. Denique omnes id velle nos nouimus. Multi ve
Acto.15. ro immortales ſe eſſe poſſe deſperant, cũ id quod om-
nes volunt, nullus aliter poſsit: volunt tamen etiam
immortales eſſe ſi poſſent, ſed non credendo quòd poſ-
ſint, non ita viuunt vt poſsint. Neceſſaria eſt ergo fi-
des vt beatitudinem conſequamur, omnibus humanæ
naturæ bonis, id eſt, & animi & corporis. Hanc autem
Roma.6. fidem in Chriſto eſſe definitam, qui in carne reſurre-
xit à mortuis, non moriturus vlterius, nec niſi per il-
lum quenquam liberari à diaboli dominatu per remiſ-
ſionem peccatorum, In cuius diaboli partibus neceſſe
eſt miſeram eſſe vitam, eandémque perpetuam, quæ
mors eſt potius dicenda quàm vita eadem fides habet.
De qua & in hoc libro ſicut potui pro ſpacio temporis
diſputaui, cum iam & in quarto libro huius operis, mul
Supra lib. ta de hac re dixerim, ſed ibi propter aliud, hic propter
4.cap.19. aliud. Ibi ſcilicet vt oſtenderem, cur & quo modo Chri
ſtus in plenitudine temporis à patre ſit miſſus, propter D
eos qui dicunt, eum qui miſit, & eum qui miſſus eſt æ- *Galat.4.*
quales natura eſſe non poſſe. Hic autem ad diſtinguen-
dam actiuam ſcientiam à contemplatiua ſapientia: pla-
cuit quippe velut gradatim aſcêdentibus in vtraque re-
quirere apud interiorem hominem quandam ſui cuiuſ
que generis Trinitatem, ſicut prius apud exteriorê quę-
ſiuimus, vt ad illam Trinitatem quæ deus eſt, pro no-
ſtro modulo, ſi tamen vel hoc poſſumus, ſaltem in æ-
nigmate & per ſpeculum contuendam exercitatiore in *1.Cor.13.*
his inferioribus rebus mente veniamus. Huius igitur
verba fidei quiſquis in ſolis vocibus memoriæ commê
dauerit, neſciens quid ſignificent: ſicut ſolent qui Græ-
cé neſciunt, Græca verba tenere memoriter, vel La-
tina ſimiliter, vel cuiuſque alterius linguæ, qui eius i-
gnari ſunt: nónne habent quandam in ſuo animo Tri-
nitatem? quia & in memoria ſunt illi verborum ſoni,
etiam quando inde non cogitat: & inde formatur acies
recordationis eius, quando de his cogitat: & voluntas
recordantis atque cogitantis vtrunque coniũgit. Nul-
lo modo tamen dixerimus iſtum, cum hoc agit, ſecun-
dum Trinitatem interioris hominis agere, ſed potius E
exterioris: quia id ſolum meminit & quando vult, &
quãtum vult intuetur, quod ad ſenſum corporis perti-
net, qui vocatur auditus: nec aliud quàm corporalium
rerum, id eſt ſonorum, tali cogitatione imagines ver-
ſat. Si autem quod verba illa ſignificant, teneat & reco-
lat, iam quidem aliquid interioris hominis agit: ſed
nondum dicêdus vel putandus eſt viuere ſecũdum in-
terioris hominis Trinitatem, ſi ea non diligat quæ ibi
prædicantur, præcipiuntur, promittuntur. Poteſt enim
etiam ad hoc tenere atque cogitare, vt falſa eſſe exiſti-
mans, conetur etiam redarguere. Voluntas ergo illa,
quæ ibi coniungit ea quę memoria tenebãtur, & ea quę
in acie cogitationis impreſſa ſunt, implet quidem ali-
quam Trinitatem, cum ipſa ſit tertia: ſed non ſecũdum
eam viuitur, quando illa quæ cogitantur velut falſa nô
placent. Cum autem vera eſſe creduntur & quæ ibi di-
ligenda ſunt diliguntur, iam ſecũdum Trinitatem in-
terioris hominis viuitur: ſecũdum hoc enim viuit quiſ-
que quod diligit. Quo modo autem diligũtur quæ ne-
ſciuntur, ſed tamen creduntur: Iam quęſtio iſta tractata
eſt in ſuperioribus libris, & inuêtum neminem diligere
quod penitus ignorat: ex iis autem quæ nota ſunt dili- F
gi, quando diligi dicuntur ignota. Nunc librum iſtum
ita claudim⁹, vt admoneamus quòd iuſtus ex fide viuit: *Acto.2.*
quę fides per dilectionem operatur, ita vt virtutes quo- *Galat.5.*
que ipſæ quibus prudenter, fortiter, temperanter, iuſtè-
que viuitur, omnes ad eandem referantur fidem. Non
enim aliter poterunt veræ eſſe virtutes: quæ tamen in
hac vita non valent tantum, vt aliquando non ſit hic
neceſſaria qualiumcunque remiſsio peccatorũ, quæ nô
fit niſi per eum, qui ſanguine ſuo vicit principem pec-
catorũ. Ex hac fide & tali vita quæcũque notiones ſunt
in animo fidelis hominis, cum memoria continentur,
& recordatione inſpiciuntur, & voluntati placent, red-
dunt quandam ſui generis Trinitatem. Sed imago dei,
de qua in eius adiutorio pòſt loquemur, nôdum in ipſa
eſt: quod tunc melius apparebit, cum demôſtratum fue-
rit, vbi ſit, quod in futuro volumine lector expectet.

Libri tertiidecimi Finis.

G

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi de Trinitate Liber quartuſdecimus.

Vera ſapiētia ex fide. Cap.I. 3.ſen.di.35.ca.illud etiam.

NVNC de ſapientia nobis eſt diſſerendum, non de illa dei, quæ proculdubio deus eſt, nam ſapiētia dei filius eius vnigenit⁹ dicitur, ſed loquemur de hominis ſapientia, vera tamen quæ ſecundum deum eſt, & verus ac præcipuus cultus eius eſt, quæ vno nomine θεοσέβεια Græce appellatur. Quod nomen noſtri, ſicut iam cōmemorauimus, volentes & ipſi vno nomine interpretari, pietatem dixerunt, cum pietas apud Græcos εὐσέβεια vſitatius nūcupetur: θεοσέβεια vero quia vno verbo perfecte non poteſt, melius

Supra li.12 cap.14. duobus interpretatur, vt dicatur potius dei cultus. Hāc eſſe hominis ſapientiam, quod & in duodecimo huius operis volumine iā poſuimus, ſcripturæ ſanctæ autho-

Iob.28. ritate demōſtratur, in libro ſerui dei Iob, vbi legitur dei ſapientiā dixiſſe homini. Ecce pietas eſt ſapientia, abſti-

H nere autem à malis ſcientia. Sine etiam vt nonnulli de Græco ἐπιστήμην interpretati ſunt diſciplinam, quæ vtique à diſcendo nomen accepit, vnde & ſciētia dici poteſt. Ad hoc enim quæque res diſcitur vt ſciatur. Quanuis alia notione, in iis quæ pro peccatis ſuis mala vnuſquiſq; patitur vt corrigatur, dici ſoleat diſciplina. Vnde

Hebræ.12. illud eſt in epiſtola ad Hebræos, Quis enim eſt filius, cui non det diſciplinam pater eius? Et illud euidentius in eadem. Omnis enim ad tempus diſciplina non gaudij videtur eſſe, ſed triſticię: poſtea vero fructum pacificum iis qui per eam certarunt, reddet iuſticiæ. Deus ergo ipſe ſumma ſapientia, cultus autem dei ſapientia eſt

1.Cor.3. hominis, de qua nunc loquimur. Nam ſapientia huius mundi ſtulticia eſt apud deum. Secundum hanc itaque

Sapien.6. ſapientiam, quæ dei cultus eſt, ait ſancta ſcriptura: Multitudo ſapiētium ſanitas eſt orbis terrarum. Sed ſi de ſapientia ſapientium diſputare eſt, quid agemus? Nūquid nam profiteri audebimus ſapientiam, ne ſit noſtra de illa impudēs diſputatio? Nōnne terrebimur exemplo Py-

8.de ciuita te dei ca.2. thagoræ, qui cum auſus non fuiſſet ſapiētiam profiteri, Philoſophum potius, id eſt amatorem ſapientiæ ſe eſſe reſpondit: à quo id nomen exortum ita deinceps poſte-

I ris placuit, vt quantalibet de rebus ad ſapientiam pertinētibus doctrina quiſque vel ſibi vel aliis videretur excellere, non niſi Philoſophus vocaretur? An ideo ſapiētem profiteri talium hominum nullus audebat, quia ſine vllo peccato putabant eſſe ſapientem? Hoc autē no-

Prouer.9. 3.ſen.di.35 c.1.in prin. ſtra ſcriptura non dicit, quæ dicit, Argue ſapientem & amabit te. Profecto enim iudicat habere peccatū, quem cenſet arguendū. Sed ego nec ſic quidem ſapiētem me audeo profiteri: ſatis eſt mihi quòd etiā ipſi negare non poſſunt, eſſe etiam Philoſophi, id eſt amatoris ſapientiæ, de ſapientia diſputare. Nō enim hoc illi facere deſtiterunt, qui ſe amatores ſapientiæ potius quàm ſapiētes eſſe profeſſi ſunt. Diſputantes autem de ſapiētia, definierunt eam dicentes: Sapiētia eſt rerum humanarum

Supra li.12 cap.14. diuinarūque ſcientia. Vnde ego quoq; in libro ſuperiore vtrarūque rerum cognitionem, id eſt diuinarum atq; humanarum, & ſapientiam & ſcientiam dici poſſe nō tacui. Verum ſecundum hanc diſtinctionem qua dixit

1.Cor.12. Apoſtolus, Alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, iſta definitio diuidenda eſt, vt rerum diuinarū ſciētia proprie ſapientia nūcupetur, humanarum autē proprię ſcientię nomen obtineat. De qua volumine tertio K

Caput 19. decimo diſputaui, nō vtique quicquid ſciri ab homine poteſt in rebus humanis, vbi plurimū ſuperuacuæ vanitatis & noxiæ curioſitatis eſt, huic ſcientiæ tribuens, ſed illud tantummodo, quo fides ſaluberrima, quæ ad verā beatitudinē ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua ſcientia non pollent fideles plurimi, quanuis polleant ipſa fide plurimum. Aliud eſt enim ſcire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiſcēdam vitam beatam, quæ non niſi æterna eſt: aliud autē ſcire quemadmodū hoc ipſum & piis opituletur, & cōtra impios defendatur, quā proprio appellare vocabu- *Supra li.13 cap.1.*

lo ſciētiam videtur Apoſtolus. De qua prius cū loquerer, ipſam præcipue fidem commendare curaui, à temporalibus æterna breuiter diſtinguens, atque ibi de tēporalibus diſſerens: æterna vero in hunc librum differēs, etiam de rebus æternis fidem temporalem quidem, & temporaliter in credētium cordibus habitare, neceſſariam tamen propter adipiſcenda ipſa ęterna eſſe mōſtraui. Fidem quoq; de temporalibus rebus, quas pro nobis æternus fecit, & paſſus eſt in homine, quem temporaliter geſſit, atque ad æterna prouexit, ad eandem æternorum adeptionem prodeſſe diſſerui: virtutēſq; ipſas, L quibus in hac temporali mortalitate prudēter, fortiter, temperanter & iuſte viuitur, niſi ad eandem licet temporalem fidem, quę tamen ad ęterna perducit, referan- *2.Cor.5.*

tur, veras non eſſe virtutes. Quapropter quoniam *Etiam ipſa fides trāſitura eſt. Cap.II.* ſicut ſcriptum eſt: Quandiu ſumus in corpore, peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Profecto quandiu iuſtus ex fide viuit, quanuis ſecundum hominem interiorem viuat, licet per eādem *Aba.2.* temporalem fidem ad veritatem nitatur, & tēdat ad æterna, tamen in eiuſdem fidei temporalis retentione, cōtemplatione, dilectione, nondum talis eſt Trinitas, vt dei iam imago dicenda ſit, ne in rebus tēporalibus cōſtituta videatur, quæ conſtituenda eſt in æternis. Mens quippe humana, cum fidē ſuam videt, qua credit quod non videt, non aliquid ſempiternum videt. Non enim *2.Cor.5.* ſemper hoc erit, quod vtique non erit, quando iſta peregrinatione finita, qua peregrinamur à domino, vt per fidem ambulare neceſſe ſit, ſpecies illa ſuccedet, per quā *1.Cor.13.* videbimus facie ad faciem: ſicut modo non vidētes, tamē quia credimus, videre merebimur, atque ad ſpeciē nos per fidem perductos eſſe gaudebimus. Neque enim M iam fides erit, qua credantur quæ non vidētur, ſed ſpecies qua videantur quæ credebantur. Tūc ergo & ſi vitæ huius mortalis tranſactæ meminerimus, & credidiſſe nos aliquando quæ nō videbamus, memoriter recoluerimus, in præteritis atque tranſactis deputabitur fides iſta, non in præſentibus rebus ſempèrque manentibus: ac per hoc etiam Trinitas iſta, quæ nunc in eiuſdē fidei præſentis ac manentis memoria, cōtuitu, dilectione conſiſtit, tunc tranſacta & præterita reperietur eſſe, non permanens. Ex quo colligitur, vt ſi iam imago dei eſt iſta Trinitas, etiam ipſa non in eis quæ ſemper ſunt, ſed in rebus ſit habenda tranſeuntibus. Abſit autem *In qua animi parte ſit vera Trinitatis imago Cap.III.* vt cum animæ natura ſit immortalis, nec ab initio quo creata eſt, vnquā deinceps eſſe deſiſtat, id quo nihil melius habet, non cum eius immortalitate perduret. Quid vero melius in eius natura creatū eſt, quàm quòd ad ſui creatoris imaginem facta eſt? Non igitur in fidei retentione, contemplatione, dilectione, quæ nō erit ſemper, ſed in eo quod ſemper erit, inuenienda eſt, quam dici oporteat imaginem dei. An adhuc vtrum ita ſe res habeat, aliquāto diligentius atque abſtruſius perſcrutabi-

mur?

A mur? Dici enim poteſt non perire iſtam Trinitatem, e-
tiam cum fides ipſa tranſierit: quia ſicut nunc e[...] & me-
moria tenemus, & cogitatione cernimus, & voluntate
diligimus, ita etiam tunc cum eam nos habuiſſe memo
ria tenebimus & recolemus, & hoc vtrunque tertia vo-
luntate iungemus, eadem Trinitas permanebit. Quo-
niam ſi nullum in nobis quaſi veſtigium tranſiens reli-
querit, profecto nec in memoria noſtra eius aliquid ha-
bebimus quò recurramus, eam præteritam recordãtes,
atque id vtrunque intentione tertia copulãtes: & quod
erat ſcilicet in memoria, non inde cogitantibus nobis,
& quod inde cogitatione formatur. Sed qui hoc dicit,
non diſcernit aliam nunc eſſe Trinitatem, quãdo præ-
ſentem fidem tenemus, videmus, amamus in nobis: aliã
tunc futuram, quando non ipſam, ſed eius velut imagi-
narium veſtigium in memoria recõditum, recordatio-
ne contuebimur, & duo hæc, id eſt quod erat in memo
ria retinentis, & quod inde imprimitur in acie recor-
dãtis, tertia voluntate iungemus. Quod vt poſsit intel-
ligi, ſumamus exemplũ de corporalibus rebus, de qui-
bus in libro vndecimo ſatis locuti ſumus. Nẽpe ab in-
B ferioribus ad ſuperiora aſcendẽtes, vel ab exterioribus
ad interiora ingredientes, primam reperimus Trinita-
tem in corpore quod videtur, & acie vidẽtis, quæ cum
videt, inde formatur, & in voluntatis intentione, quæ
vtrunque coniungit. huic Trinitati ſimilem conſtuua-
mus, cum fides quæ nunc ineſt nobis, tanquam corpus
illud in loco, ita in noſtra memoria cõſtituta eſt, de qua
informatur cogitatio recordantis, ſicut ex illo corpore
acies intuentis, Quibus duobus vt Trinitas impleatur,
annumeratur tertia voluntas, quæ fidẽ in memoria cõ-
ſtitutam, & quandam eius effigiem in contuitu recor-
dationis impreſſam connectit & coniũgit: ſicut in illa
corporalis Trinitate viſionis, formam corporis quod
videtur, & conformationem quæ fit in cernentis aſpe-
ctu, coniungit intentio voluntatis. Faciamus ergo cor-
pus illud quod cernebatur interiſſe dilapſum, nec eius
remãſiſſe aliquid in vllo loco, ad quod videndum re-
currat aſpectus. Nũquid quia imago rei corporalis iam
tranſactæ atq; præteritæ remanet in memoria vnde in-
formetur recordantis obtutus, atque id vtrunque tertia
voluntate iungatur, eadẽ Trinitas eſſe dicenda eſt, quæ
fuerat quãdo ſpecies in loco poſiti corporis videbatur?
C Non vtique, ſed prorſus alia: nam præter quod illa erat
extrinſecus, ſed hæc intrinſecus, illã profecto faciebat
ſpecies præſentis corporis, hanc imago præteriti. Sic &
in hac re, de qua nũc agimus, & propter quam putaui-
mus adhibendum illud exemplum, fides quæ nunc in
animo noſtro eſt, velut illud corpus in loco, dum tene-
tur, aſpicitur, amatur, quandam efficit Trinitatem: ſed
non ipſa erit, quãdo fides hęc in animo ſicut corpus il-
lud in loco iam nõ erit. Quæ vero tunc erit, quando eã
recordabimur in nobis fuiſſe nõ eſſe, alia profecto erit.
Hanc enim quæ nũc eſt, facit res ipſa præſens, & in ani
mo credentis affixa: at illam quæ tũc erit, faciet rei præ-
teritæ imaginatio in recordantis memoria derelicta.
Nec illa igitur Trinitas, quæ nunc non eſt, imago dei
erit: nec iſta imago dei eſt, quę tunc non erit: ſed ea eſt
inuenienda in anima hominis, id eſt, rationali, ſiue in-
tellectuali, imago creatoris, quæ immortaliter immor-
talitati eius eſt inſita. Nam ſicut ipſa immortali-
tas animę ſecundum quendam modum dicitur. Habet
quippe & anima mortem ſuam, cum vita beata caret,
quæ vera animæ vita dicenda eſt. Sed immortalis ideo
nuncupatur, quoniam qualicunque vita, etiam ſi miſer-

Etiã in anima ipſorũ eſt aliqua dei imago. Cap. IIII.

rima eſt nunquam deſinit viuere. Ita quanuis ratio vel D
intellectus nunc in ea ſit ſopitus, nunc paruus, nunc ma
gnus appareat, nunquã niſi rationalis & intellectualis
eſt anima humana: ac per hoc ſi ſecundũ hoc facta eſt
ad imaginem dei, quod vti ratione atque intellectu ad
intelligendum & conſpiciendum deũ poteſt, profecto
ab initio quo eſſe cœpit iſta tam magna & mira natura,
ſiue ita obſoleta ſit hæc imago, vt penè nulla ſit, ſiue ob-
ſcura atq; deformis, ſiue clara & pulchra ſit, ſemp eſt. *
Denique deformitatem dignitatis eius miſerãs diuina
ſcriptura, Quanquã, inquit, in imagine dei ambulat ho
mo, tamen vane conturbatur: Theſaurizat, & neſcit cui
congregabit ea. Non itaque imagini dei vanitatem tri-
bueret, niſi deformem cerneret factam, nec tantum va-
lere illam deformitatẽ, vt auferat quod imago dei eſt,
ſatis oſtendit dicẽdo, Quanquam in imagine dei am-
bulat homo. Quapropter ex vtraq; parte veraciter pro-
nunciari poteſt iſta ſententia, vt quemadmodum dictũ
eſt, Quanquam in imagine dei ambulat homo, tamen
vane conturbatur: ita dicatur, Quanquam vane contur
batur homo, tamen in imagine dei ambulat. Quanquã
enim magna natura ſit, tamen viciari potuit, quia ſum- E
ma non eſt: & quanquam viciari potuerit, quia ſumma
non eſt, tamẽ quia ſummæ naturæ capax eſt, & eſſe par-
ticeps poteſt, magna natura eſt. Quæram* igitur in hac
imagine dei quandam ſui generis Trinitatem, adiuuan
te ipſo, qui nos fecit ad imaginem ſuam. Non enim ali-
ter poſſumus hæc ſalubriter inueſtigare, & ſecundũ ſa-
pientiam, quæ ab illo eſt, aliquid inuenire: ſed ea quę in
ſuperioribus libris, & maxime in decimo, de anima hu
mana vel mẽte diximus, ſi lectoris vel memoria tenean
tur atque recolantur, vel diligentia in eiſdem locis, in
quibus conſcripta ſunt, recenſeantur, non hic deſidera-
bit prolixiorem de rei tantæ inquiſitione ſermonem.
Inter cætera ergo in libro decimo diximus, Hominis
mentẽ noſſe ſemetipſam. Nihil enim tam nouit mens,
quàm id quod ſibi præſto eſt: nec menti magis quicquã
præſto eſt, quàm ipſa ſibi. Et alia ſatis, quantum viſum
eſt, adhibuimus documẽta, quibus hoc certiſsime pro-
baremus. Quid itaque dicendum eſt de infan-
tis mente, ita adhuc paruuli, & in tam magna demer-
ſi rerum ignorantia, vt illius mentis tenebras, mens
hominis quæ aliquid nouit exhorreat? An etiam ipſa
ſe noſſe credenda eſt, ſed intenta nimis in eas res, quas F
per corporis ſenſus tanto maiore, quanto nouiore cœ-
pit delectatione ſentire, non ignorare ſe poteſt, ſed co-
gitare ſe non poteſt? Quanta porrò intentione in iſta
quæ foris ſunt ſenſibilia feratur, vel hinc ſolum conii-
ci poteſt: quòd lucis huius hauriendæ ſic auida eſt, vt ſi
quiſquã minus cautus aut neſciẽs quid inde poſsit ac-
cidere, nocturnum lumen poſuerit vbi iacet infans, in
ea parte ad quam iacentis oculi poſsint retorqueri, nec
ceruix poſsit inflecti, ſic eius inde nõ remoueatur aſpe-
ctus, vt nonnullos ex hoc etiam ſtrabones fieri noue-
rimus, eam formam tenentibus oculis, quam teneris &
mollibus cõſuetudo quodam modo infixit. Ita & in a-
lios corporis ſenſus, quantum ſinit illa ætas, intentione
ſe quaſi coarctant animæ paruulorum, vt quicquid per
carnem offendit aut allicit, hoc ſolum abhorreat vehe-
menter aut appetant: ſua vero interiora non cogitent,
nec poſsint admoneri vt hoc faciãt: quia nondum ad-
monentis ſigna nouerũt, vbi præcipuum locum verba
obtinent, quæ ſicut alia prorſus neſciunt. Quod autem
aliud ſit nõ ſe noſſe, aliud non ſe cogitare, iam in eodẽ
volumine oſtendimus. Sed hanc ætatem omittamus,

** Aliter ad dit, Huius exempli fides, quæ nũc in anima noſtra eſt, velut illud ſemper eſt. Infra cap. 8.*

Pſal. 38.

Gene. 1.

Cap. 7.

Infantium mens an ſe nouerit. Cap. V.

Strabones vnde fieri ſolent.

Supra lib. 10. cap. 5.

n quæ

G quæ nec interrogari poteſt quid in ſe agatur, & noſipſi eius valde oblitũ ſumus. Hinc tantũ certos nos eſſe ſufficerit, quòd cũ homo de animi ſui natura cogitare potuerit, atq; inuenire quod verum eſt, alibi non inueniet, quàm penes ſeipſum. Inueniet autem non quod neſciebat, ſed vnde nõ cogitabat. Quid enim ſcimus, ſi quod eſt in noſtra mente neſcimus, cum omnia quæ ſcimus, non niſi mente ſcire poſsimus? Tanta eſt tamen cogitationis vis, vt nec ipſa mens quodã modo ſe in conſpectu ſuo ponat, niſi quãdo ſe cogitat: ac per hoc ita nihil in conſpectu mentis eſt, niſi vnde cogitatur, vt nec ipſa mens, qua cogitatur quicquid cogitatur, aliter poſſit eſſe in conſpectu ſuo, niſi ſeipſam cogitando. Quo modo autẽ quando ſe nõ cogitat in conſpectu ſuo nõ ſit, cum ſine ſeipſa nunquã eſſe poſsit, quaſi aliud ſit ipſa, aliud cõſpectus eius, inuenire nõ poſſum. Hoc quippe de oculo corporis nõ abſurde dicitur, Ipſe quippe oculus loco ſuo fixus eſt in corpore, aſpectus autem eius in ea quæ extra ſunt tenditur, & vſque in ſydera extenditur. Nec eſt oculus in conſpectu ſuo, quandoquidem non conſpicit ſeipſum, niſi in ſpeculo obiecto, vnde iam locuti ſumus. Quod non fit vtique, quãdo ſe mens in ſuo conſpectu ſui cogitatione cõſtituit. Nũquid ergo alia ſui parte aliam partem ſuam videt, cum ſe conſpicit cogitando, ſicut aliis membris noſtris, qui ſunt oculi, alia membra noſtra conſpicimus, quæ in noſtro poſſunt eſſe conſpectu? Quid dici abſurdius vel ſentiri poteſt? Vnde igitur aufertur mẽs, niſi à ſeipſa, & vbi ponitur in cõſpectu ſuo, niſi ante ſeipſam? Non ergo ibi erit vbi erat, quando in conſpectu ſuo non erat: quia hic poſita, inde ſublata eſt. Sed ſi conſpiciẽda migrabit, cõſpectura vbi manebit? An quaſi germinatur † vt & illic ſit & hic, id eſt & vbi conſpicere, & vbi conſpici poſsit: vt in ſe ſit conſpiciens, ante ſe conſpicua? Nihil horum nobis veritas conſulta reſpondet, quoniam quãdo iſto modo cogitamus, non niſi corporum fictas imagines cogitamus, quod mentem non eſſe paucis certiſsimum eſt mentibus, à quibus poteſt de hac re veritas conſuli. Proinde reſtat, vt aliquid pertinens ad eius naturam ſit cõſpectus eius, & in eam quando ſe cogitat, non quaſi per loci ſpacium, ſed incorporea cõuerſione reuocetur. Cum vero non ſe cogitat, non ſit quidem in conſpectu ſuo, nec de illa ſuus formetur obtutus, ſed tamen nouerit ſe tanquam ipſa ſit ſibi memoria ſui. Sicut multarũ diſciplinarum peritus ea quæ nouit, eius memoria continentur, nec eſt inde aliquid in conſpectu mentis eius, niſi vnde cogitat, cætera in arcana quadã noticia ſunt recondita, quæ memoria nũcupatur. Ideo Trinitatẽ ſic cõmendabamus, vt illud vnde formatur cogitãtis obtutus, in memoria poneremus: ipſam vero cõformationem tanquam imaginẽ quæ inde imprimitur, & illud quo vtrunq; coniungitur amorem ſeu voluntatẽ. Mẽs igitur quãdo cogitatione ſe cõſpicit, intelligit ſe & recognoſcit: gignit ergo intellectum hũc, & cognitionẽ ſuã. Res quippe incorporea intellecta cõſpicitur, & intelligẽdo cognoſcitur. Nec ita ſanè gignit iſtam noticiam ſuam mens, quando cogitãdo intellectam ſe conſpicit, tanquã ſibi ante incognita fuerit. Sed ita ſibi nota erat, quemadmodũ notæ ſunt res quæ memoria continentur, etiam ſi nõ cogitentur, quoniam dicimus hominem noſſe literas, etiam cũ de aliis rebus non de literis cogitat. Hæc autem duo gignens & genitum, dilectione tertia copulantur, quæ nihil eſt aliud quàm volũtas fruendum aliquid appetens vel tenens. Ideoque etiã illis tribus nominibus inſinuandam mentis putauimus

Quo modo mens ſeipſã intelligat.

Cap. VI.

Supra li. 4. cap. 3. & 9.

H

† geminat.

I

Trinitatem, memoria, intelligẽtia, voluntate. Sed quoniam mentẽ ſemper ſui meminiſſe, ſemperque ſeipſam intelligere & amare, quamuis nõ ſemper ſe cogitare diſcretam ab eis quæ nõ ſunt quod ipſa eſt, circa eiuſdem libri decimi finem diximus: quærendum eſt quónã modo ad cogitationem pertineat intellectus: noticia vero cuiuſque rei, quæ ineſt menti, etiam quando nõ de ipſa cogitatur, ad ſolã dicatur memoriã pertinere. Si enim hoc ita eſt, nõ habebat hæc tria, vt & ſui meminiſſet, & ſe intelligeret, & amaret: ſed meminerat tantum ſui, & poſtea cũ cogitare ſe cœpit, tunc ſe intellexit atque dilexit. K

Supra lib. 10. cap. 11.

Quapropter diligentius illud conſideremus exemplum quod adhibuimus, vt oſtenderetur aliud eſſe rem quamque non noſſe, aliud non cogitare: fierique poſſe, vt nouerit homo aliquid quod non cogitat, quãdo aliunde nõ inde cogitat. Duarum ergo vel plurium diſciplinarum peritus, quãdo vnam cogitat, aliam vel alias etiam ſi non cogitat, nouit tamen. Sed nunquid recte poſſumus dicere, iſte muſicus nouit quidem Muſicam, ſed nunc eam non intelligit, quia eam non cogitat: intelligit autem nunc Geometriam, hanc enim nunc cogitat? Abſurda eſt quantũ apparet iſta ſentẽtia. Quid etiam illa, ſi dicamus, iſte muſicus amat quidem Muſicam, ſed nunc eam nõ amat quando eam non cogitat: amat autem nunc Geometriam, quoniam nunc ipſam cogitat, nónne ſimiliter abſurda eſt? Rectiſsime vero dicimus. Iſte quem perſpicis de Geometria diſputantem, etiam perfectus eſt muſicus: nam & meminit diſciplinæ eius & intelligit eam & diligit, ſed quamuis eam nouerit & amet, nunc illam nõ cogitat, quoniam Geometriã de qua diſputat cogitat. Hinc admonemur eſſe nobis in abdito mẽtis quarundam rerum quaſdam noticias, & tunc quodam modo procedere in medium, atq; in cõſpectu mẽtis velut apertius cõſtitui, quando cogitãtur. Tunc enim ſeipſa mens, & meminiſſe, & intelligere, & amare inuenit, etiam vnde nõ cogitabat, quando aliud cogitabat. Sed vnde diu nõ cogitauerimus, & vnde cogitare niſi commoniti nõ valemus, id nos neſcio quo eodèmque miro modo, ſi poteſt dici, ſcire neſcimus. Denique recte ab eo qui commemorat, ei cui commemorat dicitur: Scis hoc, ſed ſcire te neſcis. Cõmemorabo & inuenies te ſcientem quod te neſcire putaueras. Id agũt & literæ quæ de his reb⁹ cõſcriptę ſunt, quas res duce ratione veras eſſe inuenit lector: nõ quas veras eſſe credit ei qui ſcripſit, ſicut legitur hiſtoria, ſed quas veras eſſe etiam ipſe inuenit, ſiue apud ſe, ſiue in ipſa mentis luce veritate. Qui vero nec admonitus valet iſta contueri, magna cæcitate cordis, tenebris ignorantiæ demerſus eſt altius, & mirabiliore diuina ope indiget, vt poſsit ad veram ſapientiã peruenire. Propter hoc itaque volui de cogitatione adhibere qualecunque documentum, quo poſſet oſtẽdi quo modo ex iis quæ memoria continentur recordãtis acies informetur, & tale aliquid gignatur vbi homo cogitat, quale in illo erat vbi ante cogitationẽ meminerat: quia facilius dignoſcitur quod tempore accedit, & vbi parens prolem ſpacio tẽporis antecedit. Nã ſi nos referamus ad interiorem mentis memoriam qua ſui meminit, & interiorem intelligẽtiam qua ſe intelligit, & interiorẽ voluntatem qua ſe diligit, vbi hæc tria ſimul ſunt, & ſimul ſemp fuerunt ex quo eſſe cœperũt, ſiue cogitarẽtur, ſiue nõ cogitarẽtur, videbitur quidem imago illius trinitatis & ad ſolam memoriam pertinere. Sed quia ibi verbũ eſſe ſine cogitatione nõ poteſt: Cogitam⁹ enim omne quod dicimus, etiã illo interiore verbo quod ad nullius gen-

Habit⁹ eſt in animo, etiã ſi diſtractus. Cap. VII.

Supra lib. 10. cap. 6.

L

M

A tis pertinet linguam:in tribus potius illis imago iſta co
gnoſcitur,memoria ſcilicet,intelligẽtia,voluntate.Hãc
autem nunc dico intelligentiam qua intelligimus cogi
tantes:id eſt, quando eis repertis quæ memoriæ præſto
fuerant,ſed non cogitabantur, cogitatio noſtra forma-
tur:& eam voluntatem,ſiue amorem, vel dilectionem,
quæ iſtam prolem parentẽmque coniungit,& quodam
modo vtrique communis eſt.Hinc factum eſt vt etiam
per exteriora ſenſibilia quæ per oculos carnis vidẽtur,
legentium ducerem tarditatem , in vndecimo ſcilicet
libro : atque inde cum eis ingrederer ab hominis inte-
rioris eám potentiam qua ratiocinatur de tẽporalibus
rebus,diſſerens illam principaliter dominantẽ qua cõ-
templamur æternas:atque id duobus voluminibus egi,
doodecimo vtrunque diſcernẽs, quorum vnum eſt ſu-
perius,alterum inferius,quod ſuperiori eſſe ſubditũ de-
bet.Tertiodecimo autem de munere inferioris qua hu-
manarum rerum ſcientia ſalubris continetur, vt in hac
temporali vita id agamus quo conſequamur æternam,
quãta potui veritate ac breuitate diſſerui:quandoquidẽ
rem tam multiplicem atque copioſam , multorum atq;
B magnorũ diſputationibus multis magniſque celebra-
tam,vno ſtrictam volumine incluſi, oſtendẽs etiam in
ipſa Trinitatem,ſed nondum quæ dei ſit imago dicen-
Fidei tranſ da. Nunc vero ad eam iam peruenimus diſputatio-
euntis veſti nem, vbi principale mentis humanæ, quo nouit deum
giũ,quo mo vel poteſt noſſe,conſiderandũ ſuſcepimus, vt in eo re-
do ſeruat periamus imaginem dei.Quanuis enim mens humana
Trinitatem non ſit eius naturæ cuius eſt deus,imago tamen naturæ
Cap. VIII. eius qua natura melior nulla eſt, ibi quærenda & inue-
1.ſen. di.3. niẽda eſt in nobis, quo etiam natura noſtra nihil habet
c.nũc vero. melius:ſed prius mens in ſeipſa conſideranda eſt ante-
quã ſit particeps dei,& in ea reperienda eſt imago eius.
Supra lib. Diximus enim eam etſi amiſſa dei participatione obſo-
10.ca.4. letam, atque deformem, dei tamen imaginem perma-
nere.Eo quippe ipſo imago eius eſt, quo eius capax eſt,
eiúſque particeps eſſe poteſt, quod tam magnum bonũ
niſi per hoc quòd imago eius eſt,intelligi nõ poteſt. Ec
ce ergo mens meminit ſui, intelligit ſe,diligit ſe : hoc ſi
cernimus,cernimus Trinitatem,nondum quidem deũ,
ſed iam imaginem dei. Non forinſecus accepit memo-
ria quod teneret,nec foris inuenit quod aſpiceret intel
lectus,ſicut corporis oculus.Nec iſta duo, velut formã
C corporis, & eam quæ inde facta eſt in acie contuentis,
voluntas foris iunxit : nec imaginem rei quæ foris viſa
eſt,quodam modo raptam & in memoria reconditam
cogitatio cum ad eam conuerteretur, inuenit, & inde
formatus eſt recordantis obtutus, iungẽte vtrũque ter-
tia voluntate:ſicut in eis oſtẽdebamus Trinitatibus fie-
ri,quæ in rebus corporalibus reperiebantur,vel ex cor-
poribꝰ per ſenſum corporis introrſus quodã modo tra
hebantur:de quibus omnibus in libro vndecimo diſſe-
Ca.7.& 8. ruimus . Nec ſicut fiebat vel apparebat , quando de illa
ſcientia diſſerebamus, iam in hominis interioris ope-
ribus conſtituta,quę diſtinguẽda fuit à ſapientia.Vnde
quæ ſciũtur,velut aduentitia ſunt in animo,ſiue cogni-
tione hiſtorica illata,vt ſunt facta & dicta,quæ tempo-
re peraguntur & tranſeunt,vel in natura rerum ſuis lo-
cis & regionibꝰ cõſtituta ſunt,ſiue in ipſo homine quæ
non erant oriuntur,aut aliis docentibus,aut cogitatio-
nibus propriis ſicut fides quam plurimum in libro de-
Cap.10. cimotertio commẽdauimus:ſicut virtutes,quibus ſi ve-
re ſunt in hac mortalitate,ideo bene viuitur,vt beate in
illa quę diuinitꝰ promittitur imortalitate viuatur. Hæc
atque huiuſmodi habent in tempore ordinem ſuum,in

quo nobis Trinitas memoriæ viſionis & amoris facilꝰ D
apparebat:nam quædam eorum præueniunt cognitio-
nem diſcentium.Sũt enim cognoſcibilia, & antequam
cognoſcantur,ſuíque cognitionẽ in diſcẽtibus gignũt.
Sunt autem vel in locis ſuis, vel quæ tempore præterie-
runt:quãuis quæ præteriierũt,nõ ipſa ſint,ſed eorũ quæ-
dam ſigna præteritorũ,quibus viſis vel auditis, cogno-
ſcantur fuiſſe atque tranſiiſſe.Quæ ſigna vel in locis ſita
ſunt,ſicut monumẽta mortuorum,& quęcunque ſimi-
lia:vel in literis fide dignis,ſicut eſt omnis grauis & ap-
probãdę authoritatis hiſtoria:vel in animis eorum,qui
ea iam nouerũt:eis quippe iam nota,& aliis vtique ſunt
noſcibilia,quorum ſcientiã præuenerunt, & qui ea noſ
ſe,illis quibus nota ſunt docentibus,poſſunt. Quæ om-
nia quando diſcuntur,quandã faciunt Trinitatem, ſpe
cie ſua quæ noſcibilis fuit,etiam antequam noſceretur,
eiq; adiuncta cognitione diſcentis,quę tunc eſſe incipit
quando diſcitur,ac tertia voluntate quæ vtrunque con
iungit. Et cum cognita fuerint,alia Trinitas, dum reco
luntur,fit iam interius in ipſo animo, ex iis imaginibus
quæ cũ diſcerentur ſunt impreſſa in memoria, & infor
matione cogitationis ad ea cõuerſo recordantis aſpe- E
ctu,& ex volũtate quæ tertia duo iſta coniungit. Ea ve-
ro quæ oriuntur in animo vbi nõ fuerunt, ſicut fides,&
cætera huiuſmodi,& ſi aduentitia vidẽtur,cum doctri-
na inferuntur,non tamen foris poſita vel foris peracta
ſunt, ſicut illa quæ creduntur,ſed intus omnino in ipſo
animo eſſe cœperunt.Fides enim nõ eſt quod creditur,
ſed qua creditur:& illud quod creditur,illa cõſpicitur.
Tamẽ quia eſſe cœpit in animo,qui iã erat animus an-
tequam iſta eſſe †cœpiſſet, aduentitiũ quiddam videtur, *†antequã*
& in pręteritis habebitur,quando ſuccedẽte ſpecie iam *in illo ita*
eſſe deſtiterit : aliamq; nunc Trinitatem facit per ſuam *eſſe &c.*
præſentiam,retenta,cõſpecta,dilecta : aliam tunc faciet
per quoddam ſui veſtigiũ,quod in memoria prætereũs
dereliquerit,ſicut iam ſupradictum eſt. Vtrum autẽ *3.ſen. diſti.*
tunc etiam virtutes,quibus in hac mortalitate bene vi- *33.cap.1.*
uitur,quia & ipſæ incipiũt eſſe in animo , qui cũ ſine il- *An & cæ-*
lis prius eſſet, tamen animus erat, deſinant eſſe cum ad *tera virtu-*
æterna perduxerint,nonnulla quæſtio eſt. Quibuſdam *tes deſinãt*
enim viſum eſt deſituras:& de tribus quidẽ, prudentia, *in futura*
fortitudine,temperantia,cum hoc dicitur,nõnihil dici *vita. C.IX.*
videtur Iuſticia vero immortalis eſt,& magis nunc per-
ficietur in nobis,quàm eſſe ceſſabit . De omnibus tamẽ F
quatuor magnus author eloquẽtiæ Tullius in Horten-
ſio dialogo diſputans: Si nobis,inquit, cum ex hac vita
migrauerimus, in beatorum inſulis immortale æuum,
vt fabulæ ferunt,degere liceret,quid opus eſſet eloquen
tia,cum iudicia nulla fierent,aut ipſis etiam virtutibus:
nec enim fortitudinis egeremus,nullo propoſito aut la
bore aut periculo,nec iuſticia,cum eſſet nihil quod ap-
peteret alicui,†nec temperantia quę regeret eas quę nul
læ eſſent libidines:nec prudẽtia quidem egeremus nul- *†appetere-*
lo delectu propoſito bonorũ & malorũ . Vna igitur eſ- *tur alieni.*
ſemus beati cognitione naturę & ſcientia,qua ſola etiã
deorum eſt vita laudanda.Ex quo intelligi poteſt,cæte-
ra neceſſitatis eſſe,vnũ hoc volũtatis. Ita ille tãtus Ora-
tor,cum Philoſophiã prædicaret,recolẽs ea quæ à Phi-
loſophis acceperat , & præclare ac ſuauiter explicãs, in
hac tantũ vita,quam videmus ærũnis & erroribus ple-
nam,omnes quatuor neceſſarias dixit eſſe virtutes: nul-
lam vero earum,cũ ex hac vita emigrauerimus, ſi liceat *1.ſen.di.53*
ibi viuere vbi viuitur beate: ſed bonos animos ſola bea *cap.1.*
tos eſſe cognitione & ſcientia,hoc eſt contemplatione *3.ſen. diſti.*
naturæ,qua nihil eſt melius & amabilius: ea eſt natura, *33.cap.1.*

G quæ creauit omnes cęteras,inſtituítque naturas.Cui re-
3.ſen.di.33 c.poſt prę dicta. genti eſſe ſubditum,ſi iuſticię eſt, immortalis eſt omni-
no iuſticia:nec in illa eſſe beatitudine deſioet, ſed talis
ac tãta erit,vt perfectior & maior eſſe nõ poſsit.Fortaſ
ſis & aliæ tres virtutes, prudẽtia ſine vllo iam periculo
erroris,fortitudo ſine moleſtia tolerandorũ malorum,
temperantia ſine repugnatione libidinum,erunt in illa
fœlicitate vt prudentiæ ſit nullum bonum deo præpo-
nere vel æquare,fortitudinis ei firmiſsime cohærere,tẽ
perãtię nullo defectu noxio delectari.Nunc autẽ quod
agit iuſticia in ſubueniendo miſeris, quod prudẽtia in
præcauendis inſidiis, quod fortitudo in perferẽdis mo
leſtiis,quod temperãtia in coërcendis delectationibus
prauis,nõ ibi erit, vbi nihil omnino mali erit:ac p hoc
iſta virtutũ opera, quæ huic mortali vitæ ſunt neceſſa-
ria,ſicut fides ad quam referenda ſunt, in præteritis ha-
bebuntur:& aliam nunc faciunt Trinitatẽ,cum ea præ-
ſentia tenemus,aſpicimus,amamus: aliam tunc factura
ſunt,cum ea non eſſe, ſed fuiſſe per quædam eorum ve-
ſtigia,quæ prætereundo in memoria derelinquẽt,repe-
riemus:quia & tũc Trinitas erit, cum illud qualecunq;
H veſtigium & memoriter retinebitur, & agnoſcetur ve-
Quo modo memoria mẽtis venit in ipſam. Cap.X. raciter,& hoc vtrunque tertia voluntate iungetur. In
omnium iſtarum,quas commemorauimus,temporaliũ
rerum ſcientia,quædam cognoſcibilia cognitionẽ in-
terpoſitione tẽporis antecedũt: ſicut ſunt ea ſenſibilia,
quæ iam erãt in rebus,antequam cognoſcerẽtur: vel ea
omnia,quæ per hiſtoriam cognoſcũtur.Quędam vero
ſimul eſſe incipiũt,velut ſi aliquid viſibile, quod omni-
no nõ erat,ante noſtros oculos oriatur, cognitionẽ no
ſtram vtique nõ præcedit:aut ſi aliquid ſonet,vbi adeſt
auditor,ſimul profecto incipiunt eſſe, ſimulq; deſinũt,
& ſonus & eius auditus, Veruntamẽ ſiue tempore præ-
cedentia,ſiue ſimul eſſe incipiẽtia cognoſcibilia cogni
tionem gignunt,nõ cognitione gignũtur.Cognitione
vero facta,cũ ea quæ cognouimus, poſita io memoria
recordatione reuiſuntur, quis non videat priorem eſſe
tẽpore in memoria retentionẽ, quàm in recordatione
viſionem,& huius vtriuſq; tertia voluntate iunctionẽ?
Porrò autem in mente non ſic eſt, neq; enim aduẽtitia
ſibi ipſa eſt,quaſi ad ſeipſam quæ iam erat, venerit aliũ-
de eadem ipſa quæ nõ erat: aut nõ aliunde venerit,ſed
in ſeipſa quæ iam erat,nata ſit ea ipſa quæ nõ erat: ſicut
in ipſo homine quæ nõ erant oriuotur,aut aliis docen-
tibus, aut cogitationibus propriis: ſicut fides, ſicut vir-
tutes,ſicut in mente,quæ iam erat, oritur fides quæ non
I erat.Aut poſt cognitionem ſui recordando ſeipſam ve
lut in memoria ſua conſtitutã videt, quaſi non ibi fue-
rit antequam ſeipſam cognoſceret: cũ profecto ex quo
eſſe cœpit nunquã ſui meminiſſe, nunquam ſe intellige
re,nunquam ſe amare deſtiterit, ſicut iam oſtendimus:
ac per hoc quando ad ſeipſam cognitione cõuertitur,
fit Trinitas,in qua iam & verbum poſsit intelligi. For-
matur quippe ex ipſa cognitio voluntate vtrunque iũ-
gente.Ibi ergo magis agnoſcẽda eſt imago quam quæ-
rimus.† Sed dicet aliquis:Nõ eſt iſta memoria, qua
† quàm quærenda. An & prę ſentium ſit memoria. Cap.XI. 1.ſen.di.3. cap.volun-tas mea. mẽs ſui meminiſſe perhibetur, quæ ſibi ſemper eſt præ-
ſens.Memoria enim præteritorum eſt, non præſentiũ:
nam quidam cũ de virtutibus agerent, in quibus eſt e-
tiam Tullius,in tria iſta prudentiam diuiſerunt, memo
riam,intelligentiã,prouidentiam: Memoriam ſcilicet
præteritis,intelligentiã præſentibus, prouidentiam re-
bus tribuẽtes futuris,quam non habẽt certam, niſi præ-
ſcij futurorum,quæ nõ eſt munus hominum, niſi detur
deſuper,vt Prophetis.Vnde ſcriptura ſapiẽtię de homi
nibus aiens,Cogitationes,inquit,mortalium timidę, & K
Sapien.9. incertæ prouidẽtiæ noſtræ. Memoria vero de præteri-
tis,& intelligẽtia de præſentibus certa eſt, ſed præſen-
† incorporalibus. tibus vnq; corporalibus† rebus:nam corporales corpo-
ralium præſentes ſunt aſpectibus oculorum,Sed qui di
cit memoriam nõ eſſe præſentium, attendat quemad-
modum dictum ſit in ipſis ſecularibus literis, vbi maio
ris fuit curæ verborum integritas quàm veritas rerum:
Virgilius. Nec talia paſſus Vlyſſes,oblitúſve ſui eſt Ithacus,diſcri-
mine tanto.Virgilius enim cum ſui non oblitum dice-
ret Vlyſſem,quid aliud intelligi voluit,niſi quòd memi
nerit ſui?Cũ ergo ſibi pręſens eſſet,nullo modo ſui me-
miniſſet niſi ad res præſẽtes memoria pertineret. Qua-
propter ſicut in reb' pręteritis ea memoria dicitur, qua
fit vt valeãt recoli & recordari: ſic in re præſenti quod
ſibi eſt mens,memoria ſine abſurditate dicẽda eſt, qua
ſibi pręſto eſt vt ſua cogitatiõe poſsit intelligi & vtrũ-
que ſui amore coniungi. Hæc igitur Trinitas men
A deo fœlix cognitio. C.XII. 1.ſent. diſt. 3.cap.Rurſus iſta. tis non propterea dei eſt imago,quia ſui meminit mens
& intelligit ac diligit ſe,ſed qoia poteſt etiam meminiſ
ſe & intelligere & amare à quo facta eſt. Quod cum fa-
cit,ſapiens ipſa fit.Si autẽ non facit, etiam cum ſui me-
minit, ſeſeq; intelligit ac diligit ſtulta eſt. Meminerit
itaq; dei ſui ad cuius imaginem facta eſt, eúmque intel- L
ligat atque diligat.Quod vt breuius dicam,colat deum
non factũ,cuius ab eo capax eſt facta,& cuius particeps
eſſe poteſt propter quod ſcriptũ eſt, Ecce dei cultus eſt *Iob 28.*
ſapientia:& nõ ſua luce ſed ſummæ illius lucis partici-
patione ſapiens erit,atq; vbi æterna ibi beata regnabit.
Sic enim dicitur iſta hominis ſapiẽtia, vt etiam dei ſit.
Tunc enim vera eſt,nam ſi humana eſt,vana eſt. Verũ
non ita dei,qua ſapiẽs eſt deus, Neque enim participa-
tione ſui ſapiens eſt,ſicut mens participatione dei. Sed
quemadmodum dicitur iuſticia dei, nõ ſolum qua ipſe
iuſtus eſt,ſed quam dat homini cum iuſtificat impium,
quem commendans Apoſtolus,ait de quibuſdã: Igno- *Roma.10.*
rantes enim dei iuſticiã, & ſuã iuſticiam volentes con-
ſtituere,iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti:ſic etiam dici po-
teſt de quibuſdam:Ignorãtes dei ſapientiã,& ſuam vo-
leotes conſtituere,ſapiẽtiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Eſt igi-
tur natura non facta, quæ fecit omnes cæteras magnas
paruaſq; naturas eis quas fecit ſine dubitatione præſtan
tior:ac per hoc etiã de qua loquimur rationali & intel-
lectuali,quæ hominis mens eſt ad eius qui eã fecit ima-
ginem facta.Illa autem cæteris natora præſtantior deus
eſt.Et quidem nõ longe poſitus ab vnoquoque noſtrũ, M
ſicut Apoſtolus dicit adiungẽs:In illo enim viuimus & *Acto.17.*
mouemur & ſumus.Quod ſi ſecũdum corpus diceret,
etiã de iſto corporeo mũdo poſſet intelligi. Nam & in
illo ſecũdũ corpus viuimus mouemur & ſumus. Vnde
ſecundum mentẽ quæ facta eſt ad eius imaginem, de-
bet hoc accipi excellentiore quodam,eodemque nõ vi
ſibili,ſed intelligibili modo. Nã quid nõ eſt in ipſo de
quo diuinẽ ſcriptum eſt: Quoniã ex ipſo & per ipſum *Roma.11.*
& in ipſo ſunt omnia?Proinde ſi in ipſo ſunt omnia,in
quo tandẽ poſſunt viuere quę viuũt,& moueri quę mo
uentur,niſi in quo ſunt?Non tamen omnes cũ illo ſunt
eo modo quo ei dictum eſt:Ego ſemper tecũ. Nec ipſe *Pſal.72.*
cũ omnibus eo modo quo dicimus:Dominus vobiſcũ.
Magna itaque hominis miſeria eſt cum illo non eſſe,ſi-
ne quo non poteſt eſſe.In quo enim eſt,proculdubio ſi-
ne illo non eſt:& tamen ſi eius nõ meminit, eumq; non *Quo modo dei reminiſcimur.Ca.XIII.*
intelligit,nec diligit,cũ illo nõ eſt. Quod autem quiſq;
penitus obliuiſcitur,nec commoneri eius vtiq; poteſt.
De viſibilibus rebus ad hanc rem ſumamus exem
plum.

A plum. Dicit tibi quiſpiam quē non recogooſcis: Noſti
me, & vt commoneat, dicit vbi, quādo, quo modo tibi
innotuerit: omnibúſque adhibitis ſignis quibus io me-
moriā reuoceris, ſi non recognoſcis, ita iam oblitus es,
vt omnis illa noticia penitus deleta ſit animo: nihilque
aliud reſtar oiſi vt credas ei qui tibi hoc dicit, quòd ali-
quādo eum noueras: aut ne hoc quidem, ſi fide digous
tibi eſſe qui loquitur non videtur. Si autem remioiſce-
ris, profectò redis in memoriam tuam, & in ea inuenis
quod nō fuerat penitus obliuione deletum. Redeamus
ad illud propter quod adhibuimus humaoæ conuerſa-
tionis exemplū. Inter cætera Pſalmus nonus: Conuertā
tur, inquit, peccatores in infernum, omnes gentes quæ
obliuiſcuntur deū. Porrò autem viceſimuſprimus: Cō-
memorabuntur, inquit, & conuertētur ad dominum v-
niuerſi fines terræ. Non igitur ſic erant oblitæ iſtæ gen-
tes deum, vt eius nec commemoratæ recordarentur.
Obliuiſcendo autem deum tanquam obliuiſcēdo vitā
ſuam, conuerſæ fuerant in mortē: hoc eſt, in infernum.
Commemoratæ vero conuertuntur ad dominum tan-
quam reminiſcentes reminiſcendo vitam ſuam cuius
eas habebat obliuio, id eſt, cuius oblitæ fuerant. Item le-
B gitur in oonageſimotertio: Intelligite oūc qui inſipien-
Pſal. 93. tes eſtis in populo, & ſtulti aliquando ſapite: Qui plan-
tauit aurem, non audiet? & cætera. Eis enim dictum eſt,
qui deum oon intelligendo, de illo vana dixeruot.

Quo modo beatæ animæ norunt ſeipſas. Ca. XIIII. De dilectiooe autem dei plura reperiuntur in diui-
nis eloquiis teſtimonia. Ibi enim & illa duo conſequen
ter intelliguntur, quia nemo diligit cuius nō meminit,
& quod penitus neſcit. Vnde illud eſt notiſſimū præ-
cipuúmque præceptum: Diliges dominum deum tuū.
Deut. 6. Sic itaque condita eſt mēs humana, vt nunquā ſui non
meminerit, nunquam ſe nō intelligat, nunquam ſe nō
diligat. Sed quoniam qui odit aliquem, nocere illi ſtu-
det, nō immerito & mens hominis, quando ſibi nocet,
odiſſe ſe dicitur. Neſciens enim ſibi vult male, dum nō
putat ſibi obeſſe qnod vult: ſed tamē male ſibi vult, quā-
do id vult quod obſit ſibi. Vnde illud ſcriptū eſt: Qui di
Pſal. 10. ligit iniquitatem, odit animam ſuam. Qui ergo ſe dili-
gere nouit, deū diligit: qui vero nō diligit deum, etiam
ſi ſe diligit, quod ei naturaliter inditum eſt, tamen non
inconuenienter odiſſe ſe dicitur, cum id agit quod ſibi
C aduerſatur, & ſeipſum tanquam ſuus inimicus inſequi-
tur. Qui profectò eſt error horrendus, vt cum ſibi om-
nes prodeſſe velint, multi nō faciant, niſi quod eis per-
nicioſiſſimum eſt. Similem morbum mutorum anima-
lium cum Poëta deſcriberet: Dij, inquit, meliora piis, er
" rorémque hoſtibus illū: Diſciſſos nudis laniabant den-
" tibus artus. Cum morbus ille corporis fuerit, cur dixit
" errorem, niſi quia omne animal cum ſibi natura conci
liatum ſit, vt ſe cuſtodiat quantum poteſt, talis ille erat
morbus, vt ea quorum ſalutem appetebāt, ſua membra
laniarent? Cum autē deum diligit mens, & ſicut dictum
eſt, conſequenter eius meminit, eúmque intelligit, rectè
illi de proximo ſuo pręcipitur, vt eū ſicut ſe diligat. Iam
enim ſe non diligit peruerſe, ſed rectè, cum deum dili-
git, cuius participatione imago illa nō ſolum eſt, verū-
etiam ex vetuſtate renouatur, ex deformitate reforma-
tur, ex infœlicitate beatificatur. Quanuis enim ſe ita di-
ligat, vt ſi alterutrum proponatur, malit omnia quæ in-
fra ſe diligit perdere, quàm perire: tamen ſuperiorē de-
ſerendo, ad quem ſolum poſsit cuſtodire fortitudinem
ſuam, eoq; frui luoine ſuo, cui canitur in Pſalmo: For-
Pſal. 58. titudinem meā ad te cuſtodiam: & in alio, Accedite ad
Pſal. 33. eum, & illuminamini: ſic infirma & tenebroſa facta eſt,

vt à ſe quoque ipſa, in ea quæ nō ſunt quod ipſa, & qui- D
bus ſuperior eſt ipſa, infœlicius laberetur per amores,
quos nō valet vincere, & errorēs à quibus nō videt quà
redire. Vnde iam deo miſerāte pœnitēs clamat in Pſal-
mis: Deſeruit me fortitudo mea, & lumē oculorū meo- Pſal. 37.
rum non eſt mecum. Non ſanè in his taotis infirmita-
tis & erroribus malis amittere potuit oaturalem memo
riam, iotellectum & amorem ſui, propter quod merito
dici potuit quod ſupra commemoraui. Quanquam in Supra c. 4.
imagine dei ambular homo, tamen vane conturbatur.
Theſaurizat, & neſcit cui cōgregabit ea. Cur enim the- Pſal. 38.
ſaurizat, niſi quia fortitudo eius deſeruit eū, per quam
deū habens, rei nullius indigeret? Et cur neſcit cui con-
gregabit ea, niſi quia lumen oculorum eius nō eſt cum
eo? Et ideo non videt quod veritas ait: Stulte hac nocte Lucæ 12.
animam tuam repetūt abs te, hæc quæ præparaſti cuius
erunt? Veruntamen quia etiam talis in imagine ambu-
lat hooo, & habet memoriam & intellectum & amorē
ſui, hominis mens: ſi ei manifeſtaretur quòd vtrunque
habere non poſſet, & vnum è duobus permitteretur e-
ligere, alterum perditurus, aut theſauros quos congre-
gauit, aut mentem: quis vſqueadeo non habet mentem,
vt theſauros mallet habere quàm mētē? Theſauri enim E
mentem poſſunt plerunque ſubuertere: at mens quę oō
theſauris ſubuertitur, ſine vllis theſauris facilius & expe
ditius poteſt viuere. Quis vero vllos theſauros, niſi per
mentem poterit poſsidere? Si enim puer infans, quāuis
ditiſsimus natus, cū ſit dominus omnium quę iure ſunt
eius, nihil poſsidet mente ſopita, quónam tandem mo-
do quiſquam quicquā mente poſsidebit amiſſa? Sed de
theſauris quid loquor, quòd eis quilibet hominū, ſi ta-
lis optio pruponatur, mauult carere quàm mēte: cū eos
nemo præponat, nemo comparet luminibus corporis,
quibus non vt aurū rarus quiſque homo, ſed omois ho
mo poſsidet cœlum: per lumina enim corporis quiſque
poſsidet quicquid libenter videt. Quis ergo ſi tenere v-
trunque non poſsit, & alterutrum cogatur amittere, nō
theſauros quàm oculos malit, & tamē ſi ab eo ſimili cō
ditione quæratur, vtrum oculos malit amittere, an mē-
tem, quis oente oon videat eū oculos malle quàm oiē-
tem? Mēs quippe ſine oculis carnis humana eſt, oculi au
tem carnis ſine mente beluini ſunt. Quis porrò non ho
minem ſe malit eſſe etiam carne cæcum quàm beluam F
videntem? Hæc dixi, vt etiam tardiores, quanuis breui-
ter commonerentur à me, in quorum oculos vel aures
hæ literæ peruenerint, quantum mens diligat ſeipſam,
etiam infirma & errans, male diligendo atque ſectan-
do quæ ſunt intra ipſam. Diligere porrò ſeipſam non
poſſet, ſi ſe omoino neſciret, id eſt, ſi ſui noo memi-
niſſet, nec ſe intelligeret, quia in ſe imagine dei tam po
tens eſt, vt ei cuius imago eſt valeat hærere. Sic enim or
dinata eſt naturarum ordine, non locorum, vt ſupra il-
lam nō ſit niſi ille. Denique cum illi penitus adhæſerit,
vnus erit ſpiritus. Cui rei atteſtatur Apoſtolus dicens, 1. Corin. 6.
Qui autē adhæret domino, vnus ſpiritus eſt: accedente
quidē iſta ad participatiooē naturæ veritatis & beati-
tudinis illius, non tamē creſcēte illo in natura, veritate
& beatitudine ſua. In illa itaq; natura cū fœliciter adhę-
ſerit, immutabiliter viuet & immutabile videbit omne
quod viderit. Tūc ſicut ei diuina ſcriptura promittit, ſa
tiabitur in bonis deſideriū ei⁹, bonis immutabilib⁹, ipſa Pſal. 102.
Trinitate deo ſuo cuius imago eſt: & ne vſpiā deinceps
violetur, erit in abſcōdito vultus eius, tāta vbertate eius
impleta, vt eam nunquam peccare delectet. Seipſam ve
ro nunc quando videt, non aliquid immutabile videt.

G Quod ideo certe non dubitat, quoniam miſera
Et iniuſti eſt,& beata eſſe deſiderat. Nec ob aliud fieri ſperat hoc
quadā re- poſſe,niſi quia eſt mutabilis. Nam ſi mutabilis non eſ-
ſte indicāt ſet,ſicut ex beata vita miſera, ſic ex miſera beata eſſe nō
Cap.XV. poſſet. Et quid eam feciſſet miſeram ſub omnipotente
& bono domino,niſi peccatum ſuum,& iuſticia domi
ni ſui?Et quid eam faciet beatam,niſi meritum ſuum &
præmium domini ſui?Sed & meritum eius gratia eſt il-
lius,cuius præmium erit beatitudo eius.Iuſticiam quip-
pe dare ſibi non poteſt,quam perditam non habet.Hāc
enim cum homo conderetur accepit: & peccando vti-
que perdidit. Accepit ergo iuſticiā, propter quam bea-
titudinem accipere mereretur. Vnde veraciter ei dici-
tur ab Apoſtolo, quaſi de ſuo bono ſuperbire incipiēti,
1.Corin. 4. Quid enim habes quod non accepiſti?Si autem accepi
ſti,quid gloriaris quaſi non acceperis? Quando autem
bene recordatur domini ſui,ſpiritu eius accepto, ſentit
omnino, quia hoc diſcit intimo magiſterio, non niſi
eius gratuito affectu poſſe ſe ſurgere, non niſi ſuo vo-
luntario defectu cadere potuiſſe. Nō ſanè reminiſcitur
beatitudinis ſuæ, fuit quippe illa & non eſt, eiúſque iſta
penitus oblita eſt, ideoque nec commemorari poteſt.
H Credit autem de illa fide dignis literis dei ſui per eius
Prophetam conſcriptis narrantibus de fœlicitate para-
diſi,& illud primum & bonum hominis & malum hi-
ſtorica traditione indicantibus: domini autem dei ſui
reminiſcitur.Ille quippe ſemper eſt, nec fuit & non eſt,
nec eſt & non fuit, ſed ſicut nunquam nō erit,ita nun-
Acto,17. quam nō erat, & vbique totus eſt.Propter quod iſta in
illo & viuit & mouetur & eſt,& ideo reminiſci eius po
teſt.Non quia hoc recordatur quod eum nouerat in A-
dam,aut alibi alicubi ante huius corporis vitam, aut cū
primū facta eſt vt insereretur huic corpori, Nihil enim
horum omnino reminiſcitur:quicquid horum eſt,obli
uione deletum eſt.Sed cum memoratur vt conuertatur
ad dominum tanquam ad eam lucem qua iam cum ab
illo auerteretur,quodā modo tāgebatur, Nam hinc eſt
quòd etiam impij cogitant æternitatem, & multa recte
reprehendūt, rectéque laudant in hominum moribus.
Quibus ea tandē regulis iudicant, niſi in quibus vidēt,
quemadmodum quiſque viuere debeat, etiā ſi nec ipſi
eodem modo viuant. Vbi eas vident?Neq; enim in ſua
natura,cum proculdubio mēte iſta videantur, eorumq;
I mentes conſtet eſſe mutabiles, has vero regulas immu-
tabiles videat,quiſquis in eis & hoc videre potuerit:nec
in habitu ſuæ mentis,cum illæ regulæ ſint iuſticiæ,men
tes vero eorū cōſtet eſſe iniuſtas. Vbi nam ſunt iſtæ re-
gulæ ſcriptæ,vbi quid ſit iuſtū,& iniuſtus agnoſcit, vbi
cernit habendū eſſe quod ipſe nō habet?Vbi ergo ſcrip
tæ ſunt,niſi in libro lucis illius quæ veritas dicitur, vn-
de omnis lex iuſta deſcribitur,& in cor hominis qui o-
peratur iuſticiam,non migrando ſed tanquā imprimē
do transfertur,ſicut imago ex annulo & in cerā trāſit,
& annulum nō relinquit. Qui vero nō operatur, & ta-
mē videt quid operādū ſit,i. ſe eſt qui ab illa luce auer-
titur,à qua tamē tangitur. Qui autem nec videt quem-
† al.legis i- admodum ſit viuendū,excuſabilius quidē peccat, quia
cognita. nō eſt tranſgreſſor cognitæ legis. † Sed etiā ipſe ſplen-
Imago dei dore aliquoties vbiq; præſentis veritatis attingitur,quā
quo modo do admonitus confitetur. Qui vero commemora-
reformatur ti conuertūtur ad dominū ab ea deformitate, qua per
in homine. cupiditates ſeculares conformabātur huic ſeculo,refor
Cap.XVI. mantur ex illo,audientes Apoſtolum dicentem,Nolite
Roma.12. conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate
Ephe.4. mentis veſtræ,vt incipiat illa imago ab illo reformari,

à quo formata eſt. Nō enim reformare ſeipſam poteſt, K
ſicut potuit deformare. Dicit etiam alibi, Renouamini
ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, eū
qui ſecundū deū creatus eſt in iuſticia & ſanctitate ve-
ritatis.Quod ait,Secundum deum creatum:hoc alio lo
co dicitur,ad imaginem dei.Sed peccādo iuſticiam & *Gene.1.*
ſanctitatem veritatis amiſit, propter quod hæc imago
deformis & decolor facta eſt, hanc recipit cum refor-
matur & renouatur.Quod autem ait, Spiritu mētis ve-
ſtræ:nō ibi duas res intelligi voluit, quaſi aliud ſit mēs,
aliud ſpiritus mentis:ſed quia omnis mens ſpiritus eſt,
nō autem omnis ſpiritus mens eſt. Eſt enim ſpiritus & *Ioan.4.*
deus, qui renouari non poteſt, quia nec veteraſcere po
teſt. Dicitur etiam ſpiritus in homine, qui mens nō ſit,
ad quem pertinent imaginationes ſimiles corporū. De
quo dicit ad Corinthios,vbi dicit,Si autē orauero lin- *1.Corin.14.*
gua,ſpiritus meus orat, mens autem mea infructuoſa † *† ſine fru-*
eſt.Hoc enim ait, quando id quod dicitur,non intelli- *ctu.*
gitur: quia nec dici poteſt,niſi corporaliū vocum ima-
gines ſonum oris ſpiritus cogitatione præueniant. Di-
citur & hominis anima ſpiritus. Vnde eſt in Euāgelio, *Ioan.19.*
Et inclinato capite tradidit ſpiritū: quo ſignificata eſt
mors corporis,anima exeunte de corpore. Dicitur ſpi- L
ritus etiam pecoris, quod in Eccleſiaſte libro Salomo-
nis apertiſsime ſcriptū eſt, vbi ait, Quis ſcit ſpiritus fi- *Ecclēs.3.*
liorum hominum ſi aſcendet ipſe ſurſum,& ſpiritus pe
coris ſi deſcēdet ipſe deorſum in terram? Scriptum eſt
etiam in Geneſi,vbi dicit diluuio mortuam vniuerſam *Gene.7.*
carnem,quæ habebat in ſe ſpiritum vitæ. Dicitur ſpiri-
tus etiam vētus,res apertiſsime corporalis. Vnde illud
in Pſalmis,Ignis,grando,nix,glacies,ſpiritus tempeſta- *Pſal.148.*
tis.Quia ergo tot modis dicitur ſpiritus,ſpiritum men-
tis dicere voluit eum ſpiritum,quę mens vocatur.Sicut
ait etiam idem Apoſtolus,In expoliatione corporis car *Coloſſ.2.*
nis,Non duas vtique res intelligi voluit, quaſi aliud ſit
caro, aliud corpꝰ carnis, ſed quia corpus multarum re-
rum nomen eſt,quarum nulla caro eſt: nam multa ſunt
excepta carne corpora cœleſtia, & corpora terreſtria: *1.Corin.15.*
corpus carnis dixit,corpus quod caro eſt. Sic itaq; ſpi- *1.ſen.diſt.*
ritum mentis eum ſpiritum quæ mens eſt: alibi quoque *15.cap.1.*
apertius etiam imaginem nominauit, ſcilicet aliis ver- *Coloſſ.3.*
bis idipſum pręcipiēs,Expoliantes vos,inquit,veterem
hominem cum actibus eius,induite nouum hominem,
qui renouatur in agnitione dei ſecūdū imaginem eius M
qui creauit eū.Quod ergo ibi legitur,Induite nouū ho-
minem,qui ſecūdū deum creatus eſt:hoc iſto loco, In-
duite nouum hominem,qui renouatur ſecundū imagi-
nem eius qui creauit eum.Ibi autem ait,ſecundū deum:
hic vero,ſecundum imaginē eius qui creauit eum. Pro
eo vero quod ibi poſuit,In iuſticia & ſanctitate verita- *Ephe.4.*
tis:hoc poſuit hic,In agnitione dei. Fit ergo iſta reno- *Coloſſ.3.*
uatio reformatioq; mentis ſecundū deum, vel ſecundū
imaginem dei.Sed ideo dicitur,ſecundum deum: ne ſe-
cundum aliam creaturā fieri putetur. Ideo autem ſecun
dum imaginem dei:vt in ea re intelligatur fieri hęc re-
nouatio,vbi eſt imago dei,id eſt in mēte. Quemadmo-
dum dicimus,ſecundū corpus mortuum,nō ſecundum
ſpiritū,eū qui de corpore fidelis & iuſtꝰ abſcedit. Quid
enim dicimus ſecundum corpus mortuum:niſi corpo-
re vel in corpore,non anima vel in anima mortuū?Aut
ſi dicamus,ſecundum corpus eſt pulcher, aut ſecundū
corpus fortis,non ſecundū animū:quid eſt aliud quàm
corpore,non animo pulcher aut fortis eſt? Et innume- *Ibidem.*
rabiliter ita loquimur.Non itaq; ſic intelligamus,ſecun
dum imaginem eius qui creauit eū,quaſi alia ſit imago,
ſecundum

A ſecundum quam renouatur, non ipſa quæ renouatur.

Reformationis gradus & cõſummatio. Cap. XVII. Sanè iſta renouatio non momento vno fit ipſius conuerſionis, ſicut momẽto vno fit illa in baptiſmo renouatio remiſsione omnium peccatorum, neque enim vel vnum quantulumcunque remanet quod nõ remittatur: ſed quemadmodum aliud eſt carere febribus, aliud ab infirmitate, quæ febribus facta eſt, reualeſcere: itémque aliud eſt infixum telum de corpore demere, aliud vulnus quod eo factum eſt ſecũda curatione ſanare: ita prima curatio eſt cauſam remouere languoris, quod per omnium fit indulgentiã peccatorum, ſecunda ipſum ſanare languorẽ, quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis: Quæ duo demonſtrãtur in Pſalmo, vbi legitur: *Pſal. 102.* Qui propicius fit omnibus iniquitatibus tuis: quod fit in baptiſmo. Deinde ſequitur, Qui ſanat omnes languores tuos: quod fit quotidianis acceſsibus, cũ hæc imago renouatur. *2. Corin. 4.* De qua re Apoſtolus apertiſsime locutus eſt, dicens: Et ſi exterior homo noſter corrũpitur, ſed interior renouatur de die in diem. Renouatur autem in agnitione dei hoc eſt iuſticia & ſanctitate veritatis: *Coloſſ. 3.* ſicut ſeſe habẽt Apoſtolica teſtimonia quæ pauloante cõmemoraui. *Ephe. 4.* In agnitione B igitur dei, iuſticiaq; & ſanctitate veritatis, qui de die in diem proficiendo renouatur, transfert amorem à temporalibus ad æterna, à viſibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad ſpiritalia, atque ab iſtis cupiditatem frænare atque minuere, illiſque ſe charitate alligare diligẽter inſiſtit. Tantum autem facit, quantũ diuinitus adiuuatur. *Ioan. 15.* Dei quippe ſentẽtia eſt: Sine me nihil poteſtis facere. In quo profectu & acceſſu tenentem mediatoris fidẽ, cum dies vitæ huius vltimus quemque compererit, perducẽdus ad deum quem coluit, & ab eo perficiẽdus excipietur ab angelis ſanctis, incorruptibile corpus in fine ſeculi, non ad pœnam ſed ad gloriam recepturus. In hac quippe imagine tunc perfecta erit dei ſimilitudo, quando dei perfecta erit viſio. De qua dicit Apoſtolus Paulus: *1. Corin. 13.* Videmus nũc per ſpeculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. *2. Corin. 3.* Item dicit: Nos autẽ reuelata facie gloriam domini contemplantes, † in eandem imaginem *† ſpeculãtes* transformamur de gloria in gloriã, tanquã à domini ſpiritu: hoc eſt quod fit de die in diem bene proficiẽtibus. *1. Ioan. 3.* Apoſtolus autem Ioãnes, dilectiſsimi, inquit, nunc filij dei ſumus, & nondũ apparuit quid erimus: Scimus autem quia cum apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam C videbimus eum ſicuti eſt. Hinc apparet tũc in iſta imagine dei fieri eius plenam ſimilitudinem, quando eius plenam perceperit viſionẽ.

Imago filij tãtũ eſt corporũ ĩmortalitas. Ca. XVIII. Quanquam poſsit hoc à Ioanne Apoſtolo etiã de immortalitate corporis dictum videri: Et in hac quippe ſimiles erimus deo, ſed tantummodo filio, quia ſolus in Trinitate corpus accepit, in quo mortuus reſurrexit, atque id ad ſuperna peruexit. Nam dicitur etiam iſta imago filij dei, in qua ſicut ille immortale corpus habebimus, conformes facti in hac parte, non patris imaginis aut ſpiritus ſancti, ſed tantummodo filij, quia de hoc ſolo legitur, & fide ſanctiſsima accipitur: *Ioan. 1.* Verbũ caro factũ eſt. Propter quod Apoſtolus: *Roma. 8.* Quos autem, inquit, præſciuit & prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. *1. Corin. 15.* Primogenitus vtiq; à mortuis ſecundũ eundem Apoſtolum, *Coloſſ. 1.* quia morte ſeminata eſt caro eius in contumelia, reſurrexit in gloria. Secundum hanc imaginem filij, cui per immortalitatem conformamur in corpore, etiam illud agimus quod dicit idem Apoſtolus: *1. Corin. 15.* Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem eius qui de cœlo eſt, vt ſcilicet qui ſecundum Adam mortales fuimus, ſecundũ Chriſtum D immortales nos futuros fide vera & ſpe certa, firmáque teneamus. Sic enim nunc eandem imaginem portare poſſumus, nondũ in viſione, ſed in fide, nondum in re, ſed in ſpe. De corporis quippe reſurrectione tũc loquebatur Apoſtolus, cum hæc diceret.

Gene. 1. *Qua ſui parte homo ad imaginẽ & ſimilitudinem dei factus ſit, ad quã proficiendo renouatur. Cap. XIX.* At vero illa imago de qua dictum eſt: Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram: quia non dictum eſt, ad meã vel ad tuam, ad imaginem Trinitatis factum hominẽ credimus, & quanta potuimus inueſtigatione comprehendimus. Et ideo ſecundum hãc potius & illud intelligendum eſt, quod ait Apoſtolus Ioannes: *1. Ioan. 3.* Similes ei erimus, quoniam videbimus eũ ſicuti eſt: quia de illo dixit de quo dixerat, Filij dei ſumus. Et immortalitas carnis illo perficietur momento reſurrectionis, de quo ait Apoſtol⁹ Paul⁹: *1. Ioan. 15.* in ictu oculi, in nouiſsima tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. In ipſo nãq; ictu oculi ante iudiciũ reſurget in virtute, in incorruptione, in gloria corpus ſpiritale, quod nunc ſeminatur in infirmitate, corruptione, cõtumelia corpus animale. Imago vero quæ renouatur in ſpiritu mẽtis in agnitione dei, nõ exterius, ſed interius de die in diẽ ipſa perficietur viſione, quæ tũc erit poſt iudicium, facie ad E faciem, nunc autem proficit † per ſpeculum in ænigmate. *1. Corin. 13.* *† al. pficit* Propter huius perfectionem dictum intelligendum eſt: *1. Ioan. 3.* Similes ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Hoc enim donum tunc nobis dabitur, cum dictum fuerit: *Matth. 25.* Venite benedicti patris mei, poſsidete paratũ vobis regnum. Tunc quippe tolletur impius vt nõ videat claritatem domini, quãdo ibunt ſiniſtri in ſupplicium æternum, euntibus dextris in vitam æternã. *Eſa. 26.* Hæc eſt autẽ, ſicut ait veritas, vita æterna, *Ioan. 17.* vt cognoſcãt te, inquit, vnum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hãc contemplatiuam ſapientiam, quam proprie puto in literis ſanctis à ſcientia diſtinctam, ſapientiam nuncupari duntaxat hominis, quæ quidẽ illi non eſt, niſi ab illo cuius participatione vere ſapiens fieri mens rationalis & intellectualis poteſt, Cicero commendãs in fine dialogi Hortenſij: Quę nobis, inquit, dies noctéſque conſiderantibus acuentibuſq; intelligentiã quæ eſt mẽtis acies, cauentibúſque nequãdo illa hebeſcat, id eſt in Philoſophia viuentibus magna ſpes eſt: aut ſi hoc quod ſentimus & ſapimus mortale & caducum eſt, iucundũ nobis perfunctis muneribus humanis occaſum, neque moleſtam extinctionem, & quaſi quietem vitę fore: aut F ſi vt antiquis Philoſophis hiſque maximis lõgéque clariſsimis placuit, æternos animos ac diuinos habemus, ſic exiſtimãdum eſt quo magis hi fuerint ſemper in ſuo curſu, id eſt in ratione & inueſtigãdi cupiditate, & quo minus ſe admiſcuerint atque implicuerint hominũ vicijs & erroribus, hoc his faciliorem aſcenſum & reditũ in cœlum fore. Deinde addens hanc ipſam clauſulam, repetendóque ſermonem finiẽs: Quapropter, inquit, vt aliquando terminetur oratio, ſi aut extingui tranquille volumus cum his artibus vixerimus, aut ſi ex hac in aliam haud paulo meliorem domum ſine mora demigrare, in his ſtudiis nobis omnis opera & cura ponenda eſt. Hic miror hominẽ tanti ingenij, perfunctis muneribus humanis, hominibus in philoſophia viuentibus, quę contemplatione veritatis beatos facit, iucundũ promittere occaſum, ſi hoc quod ſentimus & ſapimus mortale & caducum eſt: quaſi hoc moriatur & intercidat quod nõ diligebamus, vel potius quod atrociter oderamus: vt iucũdus nobis ſit eius occaſus. Verum hoc nõ didicerat à Philoſophis quos magnis laudibus præ-

G dicat, ſed ex illa noua Academia, vbi ei dubitare etiam de rebus manifeſtiſsimis placuit, iſta ſententia redolebat. A philoſophis autem ſicut ipſe confitetur maximis longèque clariſsimis, æternos animos eſſe acceperat. Aeterni quippe animi non inconuenienter hac exhortatione excitantur, vt in ſuo curſu reperiantur, cum venerit vitæ huius extremum, id eſt in ratione & inueſtigandi cupiditate, minúſque ſe admiſceant atque implicent hominum vicijs & erroribus, vt eis facilior ſit regreſſus ad deum. Sed iſte curſus qui cõſtituitur in amore atque inueſtigatione veritatis, non ſuffecit miſeris, id eſt hominibus, cum iſta ſola ratione mortalibus ſine fide mediatoris. Quod in libris ſuperioribus huius operis, maxime in quarto & tertiodecimo, quantum potui demonſtrare curaui.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Epiſcopi Liber Quintuſdecimus de Trinitate.

Supra mẽtẽ deus. Ca. I.

H VOLENTES in reb⁹ quę factę ſunt ad cognoſcendũ eum à quo factæ ſunt, exercere lectorem, iam peruenimus ad eius imaginem quod eſt homo, in eo quo cæteris animalibus antecellit, id eſt ratione vel intelligẽtia, & quicquid aliud de anima rationali vel itellectuali dici poteſt, quod pertineat ad eam rem quæ mens vocatur vel animus. Quo nomine nõnulli authores linguæ Latinæ, id quod excellit in homine, & non eſt in pecore, ab anima quæ ineſt & pecori, ſuo quodã loquẽdi more diſtinguunt. Supra hãc ergo naturam ſi quærimus aliquid & verum quęrimus, deus eſt, natura ſcilicet non creata, ſed creatrix. Quæ vtrum ſit Trinitas, non ſolum credentibus diuinæ ſcripturæ authoritati, verumetiam intelligentibus aliqua ſi poſſumus ratione iam demonſtrare debemus. Cur autẽ ſi poſſumus dixerim, res ipſa cum quęri diſputando cœperit, melius indicabit.

Deus quo modo ſemper quærẽ.

Deus quippe ipſe quem quærimus adiuuabit, vt ſpero, ne ſit infructuoſus labor noſter, & intelligamus quemadmodum dictum ſit in Pſalmo ſacro: Lætetur cor quærentium dominum, quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius ſem- *Cap. II.* *Pſal. 104.*

I per. Videtur enim quod ſemper quæritur, nunquam inueniri: & quo modo iam lætabitur, & nõ potius contriſtabitur cor quærentiũ, ſi non potuerint inuenire quod quæritur? Non enim ait: Lætetur cor inuenientium, ſed quærentium dominum, & tamen dominum deum inueniri poſſe dum quęritur, teſtatur Eſaias Propheta, dũ dicit: Quærite dominum, & mox vt inueneritis inuocate eum: Et cum appropinquauerit vobis, derelinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas. *Eſaia. 55.* Si ergo quæſitus inueniri poteſt, cur dictum eſt: Quærite faciem eius ſemper. An & inuentus forte quærendus eſt? Sic enim ſunt incomprehenſibilia requirẽda, ne ſe exiſtimet nihil inueniſſe, qui quàm ſit incomprehenſibile quod quęrebat, potuerit inuenire. Cur ergo ſic quęrit ſi incomprehenſibile comprehẽdit eſſe quod quærit, niſi quia ceſſandum nõ eſt quandiu in ipſa comprehenſibilium rerum inquiſitione proficitur, & melior melioręſ fit quærens tam magnum bonum, quod & inueniendũ quæritur, & quęrendum inuenitur? Nam & quęritur vt inueniatur dulcius, & inuenitur vt quæratur auidius. Secundum hoc accipi poteſt, quod dictum eſt in libro Eccleſiaſtico, dicere ſapientiam: Qui me manducant *Ecclſia 4.* adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſitient. Manducant enim & bibunt quia inueniunt, & quia eſuriunt ac ſitiunt adhuc quærunt. K Fides quęrit, intellectus inuenit, propter quod ait Propheta: Niſi credideritis, nõ intelligetis. *Eſaia 7.* Et rurſus intellectus eum quem inuenit adhuc quærit. Deus enim reſpexit ſuper filios hominum, ſicut in Pſalmo ſacro canitur, vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum. *Pſal. 13.* Ad hoc ergo debet homo eſſe intelligens vt requirat deum. Satis itaque tememorati fuimus in iis quæ deus fecit: vt per ea cognoſceretur ipſe qui fecit: Inuiſibilia enim eius pea ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. *Roma. 1.* Vnde arguuntur in libro Sapiẽtiæ, qui de iis quæ videntur bona non potuerũt ſcire eũ qui eſt: neque operibus attendentes agnouerunt artificem, ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum, aut violentiam aquarum, aut luminaria cœli, rectores orbis terrarum deos putauerunt, quorum quidem ſi ſpecie delectati hęc deos putauerũt, ſciant quanto dominator eorum melior eſt. *Sapien. 13.* Speciei enim generator ea creauit. Aut ſi virtutem & operationem eorum mirati ſunt, intelligant ab his quanto qui hæc conſtituit fortior eſt. A magnitudine enim ſpeciei & creaturę cognoſcibiliter poterat creator videri. Hęc de libro Sapiẽtię propterea poſui, ne me fidelium quiſ- L piam fruſtra & inaniter exiſtimet in creatura prius per quaſdam ſui generis Trinitates quodam modo gradatim, donec ad mentem hominis peruenirem, quæſiſſe indicia ſummæ illius Trinitatis, quam quærimus cum deum quærimus.

Omniũ ſuperiorum librorum epilog⁹. C. III.

Sed quoniam diſſerendi & ratiocinandi neceſsitas per quatuordecim libros multa nos dicere compulit, quæ cuncta ſimul aſpicere non valemus, vt ad id quod apprehendere volumus, ea celeri cogitatione referamus: faciam quantum domino adiuuãte potuero, vt quicquid in ſingulis voluminib⁹ ad cognitionẽ diſputatione perduxi, remota diſputatione breuiter congeram, & tanquam ſub vno mentis aſpectu, nõ quemadmodum res quæque perſuaſit, ſed ipſa quæ perſuaſa ſunt ponam: ne tam longe ſint à præcedentibus conſequentia, vt obliuionem præcedentium faciat inſpectio conſequentium: aut certe ſi fecerit, cito poſsit quod exciderit relegendo recolligi. In primo libro ſecundũ ſcripturas ſacras vnitas & æqualitas ſummæ illius Trinitatis oſtenditur. In ſecundo & tertio & M quarto eadem: ſed de filij miſsione & ſpiritus ſancti diligenter quæſtio pertractata, tres libros fecit. Demonſtratúmque eſt non ideo minorem mittente qui miſſus eſt, quia ille miſit, hic miſſus eſt, cum Trinitas quæ per omnia æqualis eſt, pariter quoque in ſua natura immutabilis & inuiſibilis, & vbiq; præſens inſeparabiliter operetur. In quinto propter eos quibus ideo videtur non eandem patris & filij eſſe ſubſtantiam, quia omne quod de deo dicitur, ſecundũ ſubſtantiã dici putant, & propterea gignere & gigni, vel genitum eſſe & ingenitum, quoniã diuerſa ſunt, contendunt ſubſtantias eſſe diuerſas, demonſtratur non omne quod de deo dicitur ſecũdum ſubſtantiam dici, ſicut ſecundum ſubſtantiam dicitur bon⁹ & magnus, & ſi quid aliud ad ſe dicitur: ſed dici etiam relatiue, id eſt non ad ſe ſed ad aliquid quod ipſe non eſt: ſicut pater ad filium dicitur, vel dominus ad creaturam ſibi ſeruientem: vbi ſi quid relatiue, id eſt ad aliquid quod ipſe non eſt, etiam ex tempore dicitur, ſicuti eſt: Domine refugium factus es nobis, nihil ei accidere quo mutetur, ſed omnino ipſum in natura vel eſſentia ſua immutabilem permanere. *Pſal. 89.* In ſexto quo modo dictus ſit Chriſtus ore Apoſtolico, dei vir- *1. Corin. 1.*

A tus & dei ſapiētia,ſic diſputatur,vt differatur eadē quæſtio diligētius retractanda: vtrū à quo eſt genitus Chriſtus,non ſit ipſe ſapientia, ſed tantum ſapientiæ ſuæ pater,an ſapientia ſapientiam genuerit. Sed quodlibet horum eſſet, etiam in hoc libro apparuit trinitatis æqualitas,& nō deus triplex ſed trinitas:nec quaſi aliquid duplum eſſe patrē & filium ad ſimplū ſpiritum ſanctum, *Supra li.6. cap.10.* vbi nec tria plus aliquid ſunt quàm vnum horū. Diſputatum eſt etiam quo modo poſsit intelligi quod ait Hi- *1. ſen. diſt. 31.ca.nō eſt* larius Epiſcopus: Aeternitas in patre, ſpecies in imagine, vſus in munere. In ſeptimo quæſtio quę dilata fuerat explicatur,ita vt deus qui genuit filium, nō ſolum ſit pater virtutis & ſapientiæ ſuæ, ſed etiam ipſe virtus atque ſapiētia:Sic & ſpiritus ſanctus. Nec tamē ſimul tres ſunt virtutes aut tres ſapientiæ,ſed vna virtus & vna ſapien- *Sup. lib.7. cap.4.* tia, ſicut vnus deus & vna eſſentia. Deinde quæſitū eſt, quo modo dicātur vna eſſentia,tres perſonæ,vel à quibuſdam Græcis vna eſſentia,tres ſubſtantiæ,& inuētum eſt elocutionis neceſsitate dici, vt aliquo vno nomine enunciarentur,cū quæritur,quid tres ſint, quos tres eſſe veraciter confitemur, patrem ſcilicet & filium & ſpiri-
B tum ſanctum. In octauo ratione etiā reddita intelligentibus clarū eſt,in ſubſtantia veritatis non ſolum patrem filio non eſſe maiorē, ſed nec ambos ſimul aliquid maius eſſe quàm ſolum ſpiritum ſanctū,aut quoſlibet duos in eadem trinitate maius eſſe aliquid quàm vnum, aut *Rom.1.* omnes ſimul tres maius aliquid eſſe quàm ſingulos. Deinde per veritatem quæ intellecta cōſpicitur, & per bonum ſummum à quo eſt omne bonum,& per iuſticiam propter quam diligitur animus iuſtus, ab animo etiam nondū iuſto, vt natura nō ſolum incorporalis, verumetiam incommutabilis quod eſt deus,quantum fieri poteſt,intelligeretur admonui:& per charitatē quę in ſcripturis ſanctis deus dicta eſt,per quam cœpit vtcunque etiā trinitas intelligentibus apparere,ſicut amās, & quod amatur, & amor. In nono ad imaginē dei,quod eſt homo ſecundum mentē,peruenit diſputatio:& in ea quædam trinitas inuenitur,id eſt, mēs & noticia qua ſe nouit,& amor quo ſe noticiamq; ſuā diligit:& hæc tria æqualia inter ſe,& vnius oſtenduntur eſſentię. In decimo hoc idem diligentius ſubtiliuſq; tractatum eſt,atq; ad id perductum,vt inueniretur in mente euidentius trinitas eius,in memoria ſcilicet & intelligētia & volūtate. Sed
C quoniam & hoc cōpertum eſt, quòd nunquam eſſe ita potuerit,vt mens non ſui meminiſſet, non ſe intelligeret & diligeret,quamuis non ſemper ſe cogitaret, cū autem ſe cogitaret, nō ſe à corporalibus rebus eadem cogitatione diſcerneret, dilata eſt de trinitate cuius hæc imago eſt diſputatio,vt in ipſis etiam corporalibus viſis inueniretur trinitas, & diſtinctius in ea lectoris exerceretur intentio. In vndecimo ergo electus eſt ſenſus oculorum,in quo id quod inuentum eſt etiā in cęteris quatuor ſenſibus corporis & nō dictum poſſet agnoſci: atque ita exterioris hominis trinitas,primo in iis quę cernuntur extrinſecus,ex corpore ſcilicet quod videtur,& forma quę inde in acie cernentis imprimitur, & vtrunque copulantis intentione voluntatis,apparuit. Sed hęc tria non inter ſe æqualia, nec vnius eſſe ſubſtantiæ claruerunt. Deinde in ipſo animo, ab iis quæ extrinſecus ſenſa ſunt velut introducta inuenta eſt altera trinitas, vbi apparerent eadem tria vnius eſſe ſubſtantiæ, imaginatio corporis quæ in memoria eſt, & inde informatio cum ad eam conuertitur acies cogitantis, & vtrunque coniungēs intentio voluntatis. Sed ideo iſta trinitas ad exteriorem hominem reperta eſt pertinere,quia de corporibus illata eſt quæ ſentiuntur extrinſecus. In duodecimo diſcernenda viſa eſt ſcientia à ſapientia, & in ea D quæ proprie ſcientia nuncupatur,quia inferior eſt,prius quædam ſui generis trinitas inquirenda. Quæ licet ad interiorem hominē iam pertineat, nōdum tamen imago dei vel appellanda ſit vel putanda. Et hoc agitur in tertiodecimo per commendationem fidei Chriſtianæ. In quartodecimo autē de ſapientia hominis vera, id eſt de munere eius in ipſius dei participatione donata,quæ à ſcientia diſtincta eſt, diſputatur:Et eò peruenit diſputatio,vt trinitas appareat in imagine dei, quod eſt homo ſecundum mentē, quæ renouatur in agnitione dei, ſecundum imaginem eius qui creauit hominē ad ima- *Coloſſ.3.* ginem ſuam, & ſic percipit ſapientiam vbi contempla- *Gene.1.* tio eſt æternorum. Iam ergo in ipſis rebus æternis in- *Natura dei incōmutabilis.Ca.IIII.* corporalibus & incommutabilibus,in quarum perfecta contemplatione nobis beata,quæ nō niſi æterna eſt, vita promittitur,trinitatem quæ deus eſt inquiramus. Neque enim diuinorum librorum tantummodo authoritas eſſe deum prædicat,ſed omnis quæ nos circūſtat, ad quam nos etiam pertinemus, vniuerſa ipſa rerum natura proclamat, habere ſe præſtantiſsimum conditorem, E qui nobis mentem rationemq; naturalem dedit,qua viuentia non viuentibus,ſenſu prædita non ſentientibus, intelligentia non intelligentibus, immortalia mortalibus,impotentibus potētia, iniuſtis iuſta,ſpecioſa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus,immutabilia mutabilibus, inuiſibilia viſibilibus, incorporalia corporalibus,beata miſeris præferenda videamus. Ac per hoc quoniā rebus creatis creatorem ſine dubitatione præponimus, oportet vt eſt & ſumme viuere & cuncta ſentire atq; intelligere, & mori, corrumpi, mutariq; non poſſe, nec corpus eſſe, ſed ſpiritum omnium potētiſsimum,iuſtiſsimum, ſpecioſiſsimum, optimum, beatiſsimumq; fateamur. Sed hæc omnia,quę dixi,& *Quicquid de deo prædicatur, iuxta ſubſtantiā prædicatur. Cap.V.* quæcunque alia ſimili more locutionis humanæ digne de deo dici videntur, & vniuerſæ trinitati quæ eſt vnus deus, & perſonis ſingulis in eadē trinitate conueniunt. Quis enim vel vnū deum,quod eſt ipſa trinitas, vel patrem, vel filium, vel ſpiritum ſanctū audeat dicere, aut non viuentem, aut nihil ſentientem vel intelligentem, aut in ea natura qua inter ſe prædicātur æquales,quenquam eſſe eorum mortalē ſiue corruptibilem, ſiue mutabilem, ſiue corporeum:aut quiſquā ibi neget aliquem F potentiſsimum, iuſtiſsimum,ſpecioſiſsimum,optimum, beatiſsimum? Si ergo hęc atq; huiuſmodi omnia,& ipſa trinitas,& in ea ſinguli dici poſſunt, vbi aut quo modo trinitas apparebit? Redigamus itaq; prius hæc plurima ad aliquam paucitatem, Quæ vita enim dicitur in deo, ipſa eſt eſſentia eius atque natura. Nō itaque deus viuit niſi vita,quod ipſe ſibi eſt. Hæc autem vita non talis eſt qualis ineſt arbori, vbi nullus eſt intellectus, nullus eſt ſenſus: nec talis qualis ineſt pecori, habet enim vita pecoris ſenſum quinquepertitum, ſed intellectum habet nullum. At illa vita quę deus eſt ſentit atq; intelligit omnia,& ſentit mēte nō corpore,quia ſpiritus eſt deus. Nō *Ioan.4.* autem ſicut animalia quæ habent corpora, per corpus ſentit deus. Non enim ex anima conſtat & corpore: Ac per hoc ſimplex illa natura ſicut intelligit ſentit, ſicut ſentit intelligit: idèmque ſenſus qui intellectus eſt illi. Nec ita vt aliquando eſſe deſiſtat aut cœperit: Immortalis eſt enim. Nec fruſtra de illo dictum eſt,quod ſolus *1.Tim.6.* habeat immortalitatem: Nam immortalitas eius vere immortalitas eſt,in cuius natura nulla eſt commutatio. Ipſa eſt etiam vera æternitas, qua eſt immutabilis deus;

ſine

G ſine initio,ſine fine,cóſequenter & incorruptibilis. Vna
ergo eademq; res dicitur,ſiue dicatur æternus deus, ſiue
immortalis,ſiue incorruptibilis,ſiue immutabilis, Itèm-
que cum dicitur , viuens & intelligens quod eſt vtique
ſapiens,hoc idem dicitur:Nó enim percipit ſapientiam
qua ſit ſapiens,ſed ipſe ſapientia eſt.Et hæc vita eadèm-
que virtus ſiue potentia eadèmque ſpecies , qua potens
Sapien.8. atque ſpecioſus dicitur.Quid enim potentius & ſpecio-
ſius ſapiétia,quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter,
& diſponit omnia ſuauiter? Bonitas etiam atque iuſti-
cia,nunquid inter ſe in natura dei,ſicut in eius operibus
diſtant,táquam duæ diuerſæ ſint qualitates dei,vna bo-
nitas,alia iuſticia?Non vtique.Sed quæ iuſticia ipſa bo-
nitas,& quę bonitas ipſa beatitudo.Incorporalis autem
vel incorporeus ideo dicitur deus , vt ſpiritus credatur
vel intelligatur eſſe, nó corpus.Proinde ſi dicamus, æ-
ternus,immortalis,incorruptibilis, immutabilis,viuus,
ſapiens,potens,ſpecioſus, iuſtus,bonus,beatus, ſpiritus,
horum omnium nouiſsimum quod poſui quaſi tátum-
modo videtur ſignificare ſubſtantiam,cætera vero hu-
ius ſubſtantiæ qualitates:ſed non ita eſt in illa ineffabili
1. ſen. diſt. 32.ca.1. ſimpliciq; natura.Quicquid enim ſecundum qualitates
illic dici videtur, ſecundum ſubſtantiam vel eſſentiam
H eſt intelligendum. Abſit enim vt ſpiritus ſecúdum ſub-
ſtantiam dicatur deus,& bonus ſecundum qualitatem,
ſed vtrunque ſecundum ſubſtantiam. Sic omnia cętera
quæ cómemorauimus,vnde in ſuperioribus libris mul-
ta iam diximus. De quatuor igitur primis quæ modo à
nobis enumerata atque digeſta ſunt, id eſt æternus, im-
mortalis,incorruptibilis,immutabilis, vnum aliquid e-
ligamus , quia vnum quatuor iſta ſignificant , ſicut iam
diſſerui, ne per multa diſtendatur intentio,& illud po-
tius quod poſitum eſt prius,id eſt ęternus:hoc faciamus
& de quatuor ſecundis,quæ ſunt viuus,ſapiens,potens,
ſpecioſus . Et quoniam vita qualiſcúque ineſt & pecori
cui ſapientia nó ineſt, duo vero iſta, ſapiétia ſcilicet at-
que potentia,ita ſunt inter ſe in homine comparata , vt
ſancta ſcriptura diceret:Melior eſt ſapiens quàm fortis.
Sapien.6. Specioſa porrò etiam corpora dici ſolent: vnum ex his
quatuor quod eligimus, ſapiens eligatur , quamuis hæc
quatuor in deo non inæqualia dicéda ſint . Nomina e-
nim quatuor, res autem vna eſt. De tertiis vero vltimis
quatuor , quamuis in deo idem ſit iuſtum eſſe quod bo-
num, quod beatum,idemq; ſpiritú eſſe, quod iuſtum &
I bonum & beatum eſſe:tamen quia in hominibus poteſt
eſſe ſpiritus non beatus, poteſt & iuſtus & bonus , non-
dum beatus,qui vero beatus eſt,profecto & iuſtus & bo
nus & ſpiritus eſt,hoc potius eligamus quod nec in ho-
minibus eſſe ſine illis tribus poteſt , quod eſt beatus.

Quo modo in ipſa ſim plicitate dei ſit trinitas. Cap.VI. Nunc igitur cú dicimus,æternus,ſapiens,beatus,hęc
tria ſunt trinitas,quæ appellatur deus . Redegimus qui-
dem illa duodecim in iſtam paucitaté triú , ſed eo mo-
do forſitá poſſumus & hæc tria in vnú aliquod horum.
Nam ſi vna eademq; res in dei natura poteſt eſſe ſapien-
tia & potétia,aut vita & ſapientia, cur nó vna eademq;
res eſſe poſsit in dei natura , æternitas & ſapientia , aut
beatitudo & ſapientia? Ac per hoc ſicut nihil intererat
vtrum illa duodecim,an iſta triá diceremus, quádo illa
multa in iſtam redigimus paucitatem : ita nihil intereſt
vtrum tria iſta dicamus , an illud vnú in cuius ſingula-
ritatem duo cætera ſimiliter redigi poſſe móſtrauimus.
Quis itaque diſputádi modus , quænam tandem vis in-
telligédi atq; potentia,quæ viuacitas rationis,quæ acies
cogitationis oſtenderet, vt alia iam taceam, hoc vnum
quod ſapientia dicitur deus,quo modo ſit trinitas?Neq;
enim ſicut nos de illo percipimus ſapiétiam,ita deus de K
aliquo,ſed ſua eſt ipſe ſapiétia: quia nó eſt aliud ſapien- *1. ſen. diſt. 19.ca.2.*
tia eius,aliud eſſentia, cui hoc eſt eſſe quod ſapienté eſ-
ſe.Dicitur quidem in ſcripturis ſanctis:Chriſtus dei vir *1.Corin.1.*
tus,& dei ſapientia. Sed quemadmodum ſit intelligen-
dum,ne patrem filius videatur facere ſapiétem, in libro
ſeptimo diſputatum eſt. Et ad hoc ratio peruenit, vt ſic
ſit filius ſapientia de ſapientia, quéadmodum lumen de
lumine,deus de deo. Nec aliud potuimus inuenire ſpi-
ritum ſanctum,niſi & ipſum eſſe ſapientiã,& ſimul om-
nes vnam ſapientiam,ſicut vnum deum,vnã eſſentiam.
Hanc ergo ſapientiam quod eſt deus, quo modo intel-
ligimus eſſe trinitatem non dixi , ſed quo modo credi-
mus: ná hoc inter fideles nó debet habere quæſtionem,
ſed ſi aliquo modo per intelligentiam poſſumus videre
quod credimus,quis iſte erit modus?Si enim recolamus
vbi noſtro intellectui cœperit in his libris trinitas appa-
rere , octauus occurrit. Ibi quippe vt potuimus , diſpu-
tando erigere tentauimus mentis intétionem ad intel-
ligendam illam pręſtantiſsimam immutabilemq; natu-
ram,quod noſtra mens non eſt.Quam tamen ſic intue-
bamur, vt nec lóge à nobis eſſet, & ſupra nos eſſet , non
loco,ſed ipſa ſui venerabili,mirabiliq; præſtantia,ita vt
apud nos eſſe ſuo præſenti lumine videretur. In qua ta- L
men nobis adhuc nulla trinitas apparebat, quia non ad
eam quærendam in fulgore illo firmam mentis aciem
tenebamus:tantum quia non erat aliqua moles,vbi cre-
di oporteret magnitudinem deorum vel trium plus eſ-
ſe quàm vnius, cernebamus vtcunque. Sed vbi ventum
eſt ad charitatem,quę in ſancta ſcriptura deus dicta eſt,
eluxit paululum trinitas , id eſt amans, & quod amatur
& amor. Sed quia lux illa ineffabilis noſtrum reuerbe- *1.Ioan.4.*
rabat obtutum , & ei nondum poſſe contemperari no-
ſtræ mentis quodam modo conuincebatur infirmitas,
ad ipſius noſtræ mentis ſecundum quam factus eſt ho- *Gene.1.*
mo ad imaginem dei,velut familiariorem cóſideratio-
nem,reficiendæ laborantis intentionis cauſa, iter cœp-
tum diſpoſitumq; reflexinus. Et inde in creatura quod *Roma.1.*
nos ſumus,vt inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt cóſpi-
cere intellecta poſſemus,immorati ſumus à nono vſque
ad quartumdecimum librum . Et ecce iam quátum ne-
ceſſe fuerat,aut forte pluſquam neceſſe fuerat,exercitata
in inferioribus intelligétia,ad ſummam trinitatem quę
deus eſt conſpiciendam nos erigere volumus,nec vale-
mus. Num enim ſicut certiſsimas videmus trinitates,ſi- M
ue quæ forinſecus de rebus corporalibus fiunt:ſiue cum
ea ipſa quæ forinſecus ſenſa ſunt cogitantur:ſiue cum il-
la quę oriuntur in animo,nec pertinét ad corporis ſen-
ſus, ſicut fides, ſicut virtutes quæ ſunt artes agendæ vi-
tæ,manifeſta ratione cernuntur & ſcientia cótinentur:
ſiue cum més ipſa qua nouimus quicquid noſſe nos ve-
raciter dicimus, ſibi cognita eſt vel ſe cogitat, ſiue cum
aliquid quod ipſa non eſt ęternú atque incommutabile
cóſpicit.Num ergo ſicut in his omnibus certiſsimas vi-
demus trinitates , quia in nobis fiunt vel in nobis ſunt,
cum iſta meminimus, aſpicimus, volumus,ita videmus
etiam trinitatem deum:quia & illic intelligendo cóſpi-
cimus tanquam dicentem,& verbum eius,id eſt patrem
& filium , atque inde procedentem charitatem vtrique
communé ſcilicet ſpiritum ſanctum?An trinitates iſtas
ad ſenſus noſtros vel ad animos pertinentes videmus
potius quàm credimus , deú vero eſſe trinitatem credi-
mus potius quàm videmus? Quod ſi ita eſt,profecto aut *Ibidem.*
inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt nulla intellecta có-
ſpicimus:aut ſi illa conſpicimus , non in eis cóſpicimus
trinitatem,

A trinitatem, & eſt illic quod conſpiciamus, & quod etiã non conſpectum credere debeamus. Conſpicere autem nos immutabile bonũ quod nos non ſumus, liber octauus oſtendit, & quartuſdecimus cũ de ſapientia quę homini ex deo eſt loqueremur, admonuit. Cur itaq; ibi nõ agnoſcimus trinitatem? An hæc ſapiẽtia quæ deus dicitur non ſe intelligit, nõ ſe diligit? Quis hoc dixerit, aut, quis eſt qui non videat, vbi nulla ſcientia eſt, nullo modo eſſe ſapientiã? Aut vero putandum eſt ſapientiã quæ deus eſt, ſcire alia & neſcire ſeipſam, vel diligere alia, nec diligere ſeipſam? quæ ſi dici ſiue credi ſtultũ & impium eſt, ecce ergo trinitas, ſapientia ſcilicet & noticia ſui & dilectio ſui. Sic enim & in homine inuenimus trinitatem, id eſt mentem & noticiam qua ſe nouit, & dilectionem qua ſe diligit.

Trinitas quæ in ſimplicitate dei eſt incõprehenſibilis.

Ca. VII.

Sed hæc tria ita ſunt in homine, vt non ipſa ſint homo. Homo eſt enim vt veteres definierũt, animal rationale mortale. Illa ergo excellũt in homine, non ipſa ſunt homo. Et vna perſona, id eſt ſingulus quiſq; homo, habet illa tria in mente. Quòd ſi etiam definiamus hominẽ, vt dicamus, Homo eſt ſubſtantia rationalis conſtans ex anima & corpore, non eſt dubium hominem habere animam quæ nõ eſt corpus, B habere corpus quod non eſt anima. Ac per hoc illa tria non homo ſunt, ſed hominis ſunt vel in homine ſunt.

1. ſen. diſt. 3. c. rurſus.

Detracto etiã corpore, ſi ſola anima cogitetur, aliquid eius eſt mens tanquam caput eius vel oculus vel facies, ſed non hæc vt corpora cogitanda ſunt. Non igitur anima, ſed quod excellit in anima mens vocatur. Nunquid autem poſſumus dicere trinitatẽ ſic eſſe in deo, vt aliquid dei ſit, nec ipſa ſit deus? Quapropter ſingulus quiſque homo, qui non ſecundum omnia quę ad naturam pertinent eius, ſed ſecundũ ſolam mentem imago dei dicitur, vna perſona eſt, & imago eſt trinitatis in mente. Trinitas vero illa cuius imago eſt, nihil aliud eſt tota quàm deus, nihil eſt aliud tota quàm trinitas. Nec aliquid ad naturam dei pertinet quod ad illam nõ pertineat trinitatẽ, & tres perſonæ ſunt vnius eſſentiæ, non ſicut ſingulus quiſque homo vna perſona. Itemq; in hoc magna diſtantia eſt, quòd ſiue mentem dicamus in homine, eiuſq; noticiam & dilectionem, ſiue memoriam, intelligentiam, voluntatẽ, nihil mentis meminimus niſi C per memoriam, nec intelligimus niſi per intelligẽtiam, nec amamus niſi per voluntatem. At vero in illa trinitate quis audeat dicere patrem, nec ſeipſum nec filium nec ſpiritum ſanctum intelligere niſi per filium, vel diligere niſi per ſpiritum ſanctum, per ſe autem meminiſſe tantummodo vel ſui vel filij vel ſpiritus ſancti: eodemq; modo filium nec ſui nec patris meminiſſe niſi per patrem, nec diligere niſi per ſpiritum ſanctum, per ſe autem non niſi intelligere & patrẽ & ſeipſum & ſpiritum ſanctum: ſimiliter & ſpiritum ſanctum per patrem meminiſſe, & patris & filij & ſui, & per filium intelligere & patrem & filium & ſeipſum, per ſe autem non niſi diligere & ſe & patrem & filium: tanquam memoria ſit pater & ſua & filij & ſpiritus ſancti, filius autẽ intelligentia & ſua & patris & ſpiritus ſancti, ſpiritus vero ſanctus charitas & ſua & patris & filij: quis hæc in illa trinitate opinari vel affirmare præſumat?

1. ſen. diſt. 32. ca. huic queſtioni.

Si enim ſolus ſibi filius intelligit, vt intelligẽtia ſit & ſibi & patri & ſpiritui ſancto, ad illam reditur abſurditatem, vt pater nõ ſit ſapiens de ſeipſo ſed de filio, nec ſapientia ſapiẽtiam genuerit, ſed ea ſapientia pater dicatur ſapiẽs eſſe quam genuit. Vbi enim non eſt intelligentia, nec ſapientia poteſt eſſe, ac per hoc ſi pater non intelligit ipſe ſibi, ſed filius intelligit patri, profecto filius patrem ſapiẽtem eſſe facit. Et ſi hoc eſt deo eſſe quod ſapere, & ea illi eſſentia D eſt quæ ſapientia, non filius à patre quod verum eſt, ſed à filio potius habet pater eſſentiã, quod abſurdiſſimum atque falſiſſimum eſt. Hanc abſurditatem nos in libro ſeptimo diſcuſſiſſe, cõuiciſſe, abieciſſe, certiſſimum eſt.

3. ſen. diſt. 32. cap. poſt hac quæ.

Eſt ergo deus pater ſapiẽs, ea qua ipſe ſua eſt ſapiẽtia, & filius ſapientia patris de ſapiẽtia quod eſt pater, de quo genitus eſt filius. Quocirca conſequenter eſt & intelligens pater ea qua ipſe ſua eſt intelligentia, neque enim eſſet ſapiens qui non eſſet intelligens: filius autem intelligentia patris de intelligentia genitus quod eſt pater. Hoc & de memoria non inconuenienter dici poteſt. Quo modo eſt enim ſapiens qui nihil meminit, vel ſui non meminit? Proinde quia ſapiẽtia pater, ſapientia filius, ſicut ſibi meminit pater, ita filius: & ſicut ſui & filij meminit pater, memoria non filij, ſed ſua: ita ſui & patris meminit filius, memoria nõ patris ſed ſua. Dilectio quoque vbi nulla eſt, quis vllam dicat eſſe ſapientiam? Ex quo colligitur ita eſſe patri dilectionem ſuam, vt intelligentiam & memoriam ſuam. Ecce ergo tria illa, id eſt, memoria, intelligentia, dilectio ſiue voluntas, in illa ſumma & immutabili eſſentia quod eſt deus, non pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt, ſed pater ſolus. Et quia E filius quoque ſapientia eſt genita de ſapientia, ſicut nec pater ei, nec ſpiritus ſanctus ei intelligit, ſed ipſe ſibi, ita nec pater ei meminit, nec ſpiritus ſanctus ei diligit, ſed ipſe ſibi: ſua enim eſt & ipſe memoria, ſua intelligentia, ſua dilectio, ſed ita ſe habere, de patre illi eſt de quo natus eſt. Spiritus etiam ſanctus quia ſapientia eſt procedens & ſapientia, non patrẽ habet memoriam, & filium intelligentiam, & ſe dilectionem: neque enim ſapientia eſſet ſi alius ei meminiſſet, eiq; alius intelligeret, ac tantummodo ſibi ipſe diligeret: ſed ipſe habet hæc tria, & ea ſic habet, vt hæc ipſa ipſe ſit. Verũtamen vt ita ſit, inde illi eſt vnde procedit. Quis ergo hominum poteſt iſtam ſapientiã qua nouit deus omnia, ita vt nec ea quæ dicuntur præterita, ibi prætereant, nec ea quæ dicuntur futura, quaſi deſint, expectentur vt veniant, ſed & præterita & futura cum præſentibus ſint cuncta præſentia, nec ſingula cogitentur, & ab aliis ad alia cogitando tranſeatur, ſed in vno conſpectu ſimul præſto ſint vniuerſa: quis, inquam, hominum cõprehẽdit iſtam ſapientiam, eandèmque prudentiam, eandèmque ſcientiam, F quãdoquidem à nobis nec noſtra cõprehenduntur? Ea quippe quæ vel ſenſibus vel intelligentiæ noſtrę aſſunt, poſſumus vtcunque conſpicere. Ea vero quæ abſunt, & tamen affuerunt, per memoriã nouimus quę obliti non ſumus. Nec ex futuris præterita, ſed futura ex præteritis, non tamen firma cognitione coniicimus. Nã quaſdam cogitationes noſtras quas futuras velut manifeſtius atq; certius proximas quaſi proſpicimus, memoria faciẽte id agimus, cum agere valemus quantum valemus, quæ ad ea non videntur quæ futura ſunt, ſed ad pręterita pertinere. Quod licet experiri in eis dictis vel canticis, quorum ſeriem memoriter reddimus. Niſi enim pręuideremus cogitatione quod ſequitur, non vtique diceremus. Et tamen vt præuideamus, non prouidẽtia nos inſtruit, ſed memoria. Nã donec finiatur omne quod dicimus, ſiue canimus, nihil eſt quod nõ prouiſum, proſpectumq; proferatur. Et tamen cum id agimus, non dicimur prouidẽter, ſed memoriter canere vel dicere: & qui hoc in multis ita proferendis valent plurimum, non ſolet eorum prouidentia, ſed memoria prædicari. Fieri iſta in animo vel ab animo noſtro nouimus & certiſſimi ſumus, quo modo autem fiant, quanto attentius voluerimus

mus

G mus aduertere, tãto magis noſter & ſermo ſuccumbit,
& ipſa non perdurat intentio vt ad liquidũ aliquid no-
ſtra intelligentia,& ſi nõ lingua,perueniat. Et putamus
nos vtrum dei prouidentia eadem ſit quæ memoria &
intelligentia,qui nõ ſingula cogitando aſpicit, ſed vna
æterna & immutabili atque ineffabili viſione cõplecti-
tur cuncta quę nouit,tanta mentis infirmitate poſſe cõ-
prehendere? In hac igitur difficultate & anguſtia, libet
Pſal.138. exclamare ad deum viuum: Mirifica eſt ſcientia tua ex
me,inualuit, & non potero ad illam. Ex me quippe in-
telligo quàm ſit mirabilis & incomprehenſibilis ſcien-
tia tua,qua me feciſti, quando nec meipſum compre-
Pſal.38.& 104. hendere valeo quem feciſti: & tamen in meditatione
mea exardeſcit ignis vt quæram faciem tuam ſemper.
De ſpeculo in quo deus videtur. Cap.VIII. Incorporalem ſubſtantiam ſcio eſſe ſapientiam, &
lumen eſſe in quo videntur quæ oculis carnalibus non
videntur:& tamen vir tantus tamq; ſpiritalis: Videmus
nunc,inquit,per ſpeculum in ænigmate,tunc autem fa-
1.Cor.13. cie ad faciem. Quale ſit & quod ſit hoc ſpeculũ ſi quæ-
ramus,profecto illud occurrit quod in ſpeculo niſi ima
go non cernitur. Hoc ergo facere conati ſumus, vt per
imaginem hanc quod nos ſumus, videremus vtcunq; à
H quo facti ſumus,tanquam per ſpeculum. Hoc ſignificat
2.Corin.3. etiam illud quod ait idem Apoſtolus: Nos autem reue-
lata facie gloriam domini ſpeculantes: in eandem ima-
ginem transformamur de gloria in gloriam tãquam à
domini ſpiritu.Speculantes dixit,per ſpeculum vidẽtes,
nõ de ſpecula proſpiciẽtes.Quod in Græca lingua non
eſt ambiguum,vnde in Latinam tranſlatę ſunt Apoſto-
licæ literæ: Ibi quippe ſpeculum vbi apparent imagines
rerum,à ſpecula de cuius altitudine longius aliquid in-
tuemur,etiam ſono verbi diſtat omnino,ſatiſq; apparet
Apoſtolum à ſpeculo,non à ſpecula dixiſſe,gloriam do
Ibidem. mini ſpeculantes.Quod vero ait, In eandem imaginem
transformamur: vtiq; imaginem dei vult intelligi,ean-
dem dicens,iſtam ipſam ſcilicet,id eſt quã ſpeculamur:
1.Corin.11. quia eadem imago eſt & gloria dei,ſicut alibi dicit, Vir
quidem non debet velare caput ſuum,cum ſit imago &
Cap.7. gloria dei. De quibus verbis iã in libro duodecimo diſ-
ſeruimus. Transformamur ergo dicit, de forma in for-
mã mutamur,atque tranſimus de forma obſcura in for-
mam lucidam, quia & ipſa obſcura imago dei eſt, & ſi
imago,profecto etiam gloria,in qua homines creati ſu-
I mus:præſtantes cæteris animalibus. De ipſa quippe na-
1.Cor.11. tura humana dictum eſt, Vir quidem non debet velare
2. ſen. diſt. 39 cap.1.in prin. caput,cum ſit imago & gloria dei. Quæ natura in rebus
creatis excellentiſsima,cum à ſuo creatore ab impietate
iuſtificatur, à deformi forma formoſam transfertur in
formam. Eſt quippe & in ipſa impietate, quanto magis
Ioan.3. damnabile vicium, tanto certius natura laudabilis. Et
2.Cor.3. ꝓpter hoc addidit, De gloria in gloriã: de gloria crea-
tionis,in gloriam iuſtificationis. Quanuis poſsit hoc &
alijs modis intelligi,quod dictum eſt,De gloria in glo-
riam:de gloria fidei in gloriam ſpeciei,de gloria qua fi-
lij dei ſumus,in gloriã qua ſimiles ei erimus, quoniam
videbimus eum ſicuti eſt. Quod vero adiunxit, Tanquã
à domini ſpiritu: oſtendit gratia dei nobis conferri tam
De ænigmate & tropicis locutionibus. Cap.IX. optabilis transformationis bonum. Hæc dicta ſunt
propter quod ait Apoſtolus,nunc per ſpeculum nos vi-
dere. Quia vero addidit,in ænigmate: multis hoc inco-
gnitum eſt qui eas literas neſciunt, in quibus eſt doctri-
na quædam de locutionum modis, quos Græci tropos
3.de doctrina christ.c.29.& 35. vocant, eõque Græco vocabulo etiam nos vtimur pro
Latino. Sicut enim ſchemata vſitatius dicimus quàm fi-
guras,ita vſitatius dicimus tropos quàm modos. Singu-
lorum autem modorum ſiue troporum nomina, vt ſin- K
gula ſingulis referantur, difficillimum eſt & inſolentiſ-
ſimum Latine enunciare. Vnde quidam interpretes no- *Galat.4.*
ſtri,quod ait Apoſtolus,quæ ſunt in allegoria, nolentes
Græcum vocabulum ponere, circũloquendo interpre-
tati ſunt dicentes, quæ ſunt aliud ex alio ſignificantia.
Huius autem tropi, id eſt allegoriæ, plures ſont ſpecies,
in quibus eſt etiam quod dicitur ænigma. Definitio au-
tem ipſius nominis generalis, omnes etiã ſpecies com-
plectatur neceſſe eſt. Ac per hoc ſicut omnis equus ani-
mal eſt,non omne animal equus eſt: ita omne ænigma
allegoria eſt,non omnis allegoria ænigma eſt. Quid er-
go eſt allegoria, niſi tropus, vbi ex alio aliud intelligi-
tur,quale illud eſt ad Theſſalonicenſes: Itaque non dor *1.Theſ.5.*
miamus ſicut & cęteri,ſed vigilemus & ſobrij ſimus: Nã
qui dormiunt nocte dormiunt, & qui inebriantur no-
cte ebrij ſunt: Nos autẽ qui diei ſumus,ſobrij ſimus. Sed
hæc allegoria non eſt ænigma: Nam niſi multum tardis
iſte ſenſus in promptu eſt. Aenigma eſt autem vt breui-
ter explicem,obſcura allegoria,ſicuti eſt: Sanguiſugæ e- *Prouer.30.*
rant tres* filiæ:& quæcũque ſimilia. Sed vbi allegoriam **al.duæ.*
nominauit Apoſtolus, non in verbis eam repperit, ſed *Galat.4.*
in facto,cum è duobus filiis Abrahæ,vno de ancilla, al- L
tero de libera, quod non dictum ſed etiam factum fuit,
duo teſtamenta intelligenda monſtrauit: quod ante-
quam exponeret obſcurum fuit, proinde allegoria talis
quod eſt generale nomen poſſet ſpecialiter ænigma no
minari. Sed quia non ſoli qui eas literas neſciunt qui-
bus diſcuntur tropi,quærũt quid dixerit Apoſtolus,nũc
in ænigmate nos videre,verumetiam qui ſciunt,tamen
quod ſit illud ænigma vbi nunc videmus noſſe deſide-
rant,ex vtroque inuenienda vna eſt ſententia: & ex illo
ſcilicet,quod ait,Videmus nũc per ſpeculum: & ex iſto *1.Cor.13.*
quod addidit, in ænigmate: Vna eſt enim cum tota ſic
dicitur,Videmus nunc per ſpeculum in ęnigmate. Pro-
inde,quantum mihi videtur,ſicut nomine ſpeculi ima-
ginem voluit intelligi, ita nomine ænigmatis quanuis
ſimilitudinem, tamen obſcuram, & ad perſpiciendum
difficilem. Cũ igitur ſpeculi & ænigmatis nomine quę-
cunque ſimilitudines ab Apoſtolo ſignificatæ intelligi
poſsint,quę accommodatę ſunt ad intelligendũ deum,
eo modo quo poteſt, nihil tamen eſt accommodatius,
quàm id quod imago eius nõ fruſtra dicitur. Nemo ita-
que miretur etiam in iſto modo videndi qui conceſſus M
eſt huic vitæ,per ſpeculum ſcilicet in ęnigmatæ labora-
re nos vt quomodocunq; videamus. Nomẽ quippe hic
non ſonaret ænigmatis,ſi eſſet facilitas viſionis. Et hoc
eſt grandius ænigma, vt nõ videamus quod non vide-
re non poſſumus. Quis enim non videt cogitationem
ſuam? Et quis videt cogitationem ſuam,non oculis car-
nalibus dico,ſed ipſo interiore cõſpectu? Quis non eam
videt,& quis eam videt? quandoquidem cogitatio viſio
eſt animi quædam,ſiue aſsint ea quę oculis quoque cor-
poralibus videantur,vel cæteris ſentiantur ſenſibus: ſiue
non aſsint,& eorum ſimilitudines cogitatione cernan-
tur,[ſiue nihil eorum ſed ea cogitantur] quæ nec corpo *Et cogitatio*
ralia ſunt,nec corporalium ſimilitudines: ſicut virtutes *& vnus, &*
& vicia, ſicut ipſa denique cogitatio cogitatur: ſiue illa *litera ver-*
quæ per diſciplinas traduntur liberaleſq; doctrinas,ſiue *ba ſunt &*
iſtorum omniũ cauſæ ſuperiores atque rationes in na- *verbi diui-*
tura immutabili cogitẽtur: ſiue etiam mala & vana ac *ni habent*
falſa cogitemus,vel non conſentiente ſenſu,vel errante *imaginem.*
conſenſu. Sed nũc de iis loquamur quę nota cogita- *Cap.X.*
mus & habemus in noticia etiam ſi non cogitemus,ſiue *ca.1.& ca.*
ad contemplatiuam ſcientiam pertineant, quam pro- *20.*

prie

A prie ſapientiam dicimus,ſiue ad actiuam,quam proprie
ſcientiam nuncupandam eſſe diſſeruimus. Simul enim
vtrunque mētis eſt vnius,& imago dei vna. Cum vero
de inferiore diſtinctius & ſeorſum agitur, tunc non eſt
vocanda imago dei, quanuis & tunc in ea nōnulla re-
periatur ſimilitudo illius trinitatis, quod in tertiodeci-
ca.1. & ca. mo volumine oſtendimus.Nunc ergo ſimul de vniuer-
20. ſa ſcientia hominis loquimur, in qua nobis nota ſunt
quæcunq; ſunt nota,quæ vtiq; vera ſunt, alioquin nota
non eſſent.Nemo enim falſa nouit,niſi cū falſa eſſe no-
uit.Quod ſi nouit,verū nouit. Verum eſt enim quòd il-
la falſa ſint. De his ergo nunc diſſeruimus quæ nota co-
gitamus,& nota ſunt nobis etiam ſi non cogitētur à no
bis.Sed certe ſi ea dicere velimus,niſi cogitata non poſ-
ſumus. Nam & ſi verba non ſonent, in corde ſuo dicit
Sapien.2. vtiq; qui cogitat. Vnde illud eſt in libro ſapiētiæ: Dixe-
runt apud ſe cogitantes non recte. Expoſuit enim quid
ſit,dixerunt apud ſe,cū addidit,cogitantes. Huic ſimile
Matth.9. eſt in Euangelio, quòd quidam Scribæ cum audiſſent à
domino dictum paralytico: Cōfide fili, remittuntur ti-
bi peccata tua:dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Quid
eſt enim,dixerunt intra ſe:niſi cogitādo? Deniq; ſequi-
B tur:Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum, dixit: Vt
Luca.5. quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Sic Matthæus.
Lucas autē hoc idē ita narrat: Cœperunt cogitare Scri-
bæ & Phariſæi,dicentes, Quis eſt hic qui loquitur blaſ-
phemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus?
Vt cognouit autem cogitatioœs eorum Ieſus, reſpon-
Sapien.2. dens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus veſtris?
Quale eſt in libro ſapientiæ, dixerunt cogitantes: tale
hic eſt,cogitauerunt dicētes. Et illic enim & hic oſten-
ditur intra ſe atque in corde ſuo dicere,id eſt cogitādo
Luca.12. dicere.Dixerunt quippe intra ſe,& dictum eſt eis:Quid
Matth.15. cogitatis? Et de illo diuite cuius vberes fructus ager at-
tulit,ait ipſe dominus:Et cogitabat intra ſe dicēs. Quæ-
dā ergo cogitationes locutiones ſunt cordis, vbi & os
eius eſſe dominus oſtendit,cum ait:Non quod intrat in
os coinquinat hominē, ſed quod procedit ex ore, hoc
coinquinat hominem.Vna ſententia,duo quędam ho-
minis ora complexus eſt, vnum corporis,alterum cor-
dis. Nam vtique vnde illi hominem putauerunt inqui-
nari,in os intrat corporis. Vnde autem dominus dixit
inquinari hominem,de cordis ore procedit. Ita quippe
Ibidem. expoſuit ipſe quod dixerat. Nā paulo poſt de hac re di-
C ſcipulis ſuis, Adhuc & vos, inquit, ſine intellectu eſtis?
Nō intelligitis, quia omne quod in os intrat in vētrem
vadit & in ſeceſſum emittitur? Hic certe apertiſsime de-
monſtrauit os corporis. At in eo quod ſequitur os cor-
Ibidem. dis oſtendens: Quæ autem, inquit, procedunt de ore,de
corde exeunt, & ea coinquināt hominem.De corde e-
nim exeunt cogitationes malę.&c.Quid hac expoſitio-
ne lucidius? Nec tamen quia dicimus locutiones cordis
eſſe cogitationes, ideo non ſunt etiā viſiones exortæ de
noticiæ viſionibus,quando veræ ſunt. Foris enim cum
per corpus hæc fiunt,aliud eſt locutio,aliud viſio. Intus
autem cum cogitamus,vtrunq; vnum eſt. Sicut auditio
& viſio duo quædam ſunt inter ſe diſtantia in ſenſibus
corporis, in animo autem non eſt aliud atque aliud vi-
dere & audire: ac per hoc cū locutio foris nō videatur,
ſed potius audiatur,locutiones tamē interiores,hoc eſt,
cogitationes viſas dixit à domino ſanctum Euāgelium
non auditas: Dixerunt,inquit, intra ſe, hic blaſphemat.
Matth.9. Deinde ſubiunxit: Et cū vidiſſet Ieſus cogitationes eo-
rum. Vidit ergo quod dixerūt, Vidit enim cogitatione
ſua cogitationes eorū,quas illi ſolos ſe putabant videre.

Quiſquis igitur poteſt intelligere verbum non ſolū an- D
tequam ſonet, verumetiam antequā ſonorum eius ima-
gines cogitatione voluantur,hoc enim eſt quod ad nul
lam pertinet linguam earum ſcilicet quæ linguę appel-
lantur gētium,quarū noſtra lingua Latina eſt, Quiſquis,
inquā, hoc intelligere poteſt iam poteſt videre per hoc
ſpeculum atq; in hoc ænigmate aliquā verbi illius ſimi-
litudinem,de quo dictū eſt, In principio erat verbum, *Ioan.1.*
& verbum erat apud deū, & deus erat verbum. Neceſſe
eſt enim cum verbum loquimur, id eſt,cum ſcimus lo-
quimur,ex ipſa ſciētia quam memoria tenemus, naſca-
tur verbū quod eiuſmodi ſit omnino cuiuſmodi eſt illa
ſciētia de qua naſcitur. Formata quippe cogitatio ab ea
re quam ſcimus,verbū eſt quod in corde dicimus,quod
nec Græcum eſt nec Latinum, nec linguæ alicuius alte-
rius, ſed cum id opus eſt in eorū quibus loquimur per-
ferre noticiam, aliquod ſignū quo ſignificetur aſſumi-
tur. Et plerunq; ſonus, aliquando etiam nutus,ille auri-
bus,ille oculis exhibetur, vt per ſigna corporalia etiam
corporis ſenſibus verbum quod mente gerimus inno-
teſcat. Nā & innuere quid eſt niſi quodam modo viſi-
biliter dicere? Eſt in ſcripturis ſanctis huius ſententię te-
ſtimonium. Nam in Euangelio ſecundum Ioannem ita E
legitur: Amen amen dico vobis,quia vnus ex vobis tra- *Ioan.13.*
det me. Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipuli, hæſitan-
tes de quo diceret. Erat ergo vnus ex diſcipulis eius (re-
cumbens) in ſinu Ieſu,quem diligebat Ieſus. Innuit ergo
huic Simon Petrus,& dicit ei: Quis eſt de quo dicit: Ec-
ce innuendo dixit,quod ſonando dicere non audebat.
Sed hæc atq; huiuſmodi ſigna corporalia ſiue auribus
ſiue oculis præſentibus quibus loquimur exhibemus. In-
uentæ ſunt etiā literæ per quas poſſemus & cum abſen-
tibus colloqui,ſed iſta ſigna ſunt vocum, cum ipſæ vo-
ces in ſermone noſtro earum quas cogitamus ſigna ſint
rerum. Proinde verbum quod foris ſonat,ſignum eſt *De verbo*
verbi quod intus lucet,cui magis verbi cōpetit nomen. *ſummo.*
Nā illud quod profertur carnis ore, vox verbi eſt: ver- *Cap.XI.*
bumq; & ipſum dicitur propter illud à quo vt foris ap-
pareret aſſumptū eſt. Ita enim verbū noſtrum vox quo-
dam modo corporis fit, aſſumēdo eam in qua manife-
ſtetur ſenſibus hominum: ſicut verbum dei caro factum *Ioan.1.*
eſt,aſſumendo eam in qua & ipſum manifeſtaretur ſen-
ſibus hominum. Et ſicut verbū noſtrum fit vox nec mu-
tatur in vocem: ita verbum dei caro quidem factū eſt,
ſed abſit vt mutaretur in carnem. Aſſumēdo quippe il- F
lam,non in eam ſe conſumendo,& hoc noſtrū vox fit,
& illud caro factum eſt. Quapropter quicūque cupit ad
qualēcunque ſimilitudinem dei verbi,quāuis per multa
diſsimilē,peruenire, nō intueatur verbū noſtrum quod
ſonat in auribus,nec quando voce profertur,nec quan-
do ſilentio cogitatur. Omnium namque ſonātium ver-
ba linguarum etiam in ſilentio cogitantur, & carmina
percurruntur animo,tacente ore corporis. Nec ſolū nu-
meri ſyllabarum, verumetiā modi cātilenarū cum ſint
corporales,& ad eum qui vocatur auditus ſenſum cor-
poris pertinentes, per incorporeas quaſdam imagines
ſuas præſto ſunt cogitantibus,& tacite cūcta iſta voluē-
tibus. Sed tranſeunda ſunt hæc, vt ad illud perueniatur
hominis verbū, per cuius qualemcūque ſimilitudinem
ſicut in ænigmate videatur vtcunque dei verbum. Non
illud quod factum eſt ad illum vel ad illū Prophetam,
& de quo dictum eſt: Verbum autem domini creſcebat *Acto.6.*
& multiplicabatur. Et de quo iterum dictum eſt: Igitur
fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti. Et *Roma.10.*
iterum, Cum accepiſſetis à nobis verbum auditus dei, *1.Theſſ.2.*
accepiſtis

G accepiſtis non vt verbum hominum, ſed ſicuti eſt vere verbum dei. Et innumerabilia ſimiliter in ſcripturis dicuntur de dei verbo, quod in ſonis multarum diuerſarumq; linguarũ per corda & ora diſſeminatur humana. Ideo autẽ verbum dei dicitur, quia doctrina diuina traditur, non humana. Sed illud verbũ dei quærimus qualitercunq; per hanc ſimilitudinem nunc videre, de quo *Ioan.1.* dictum eſt, Deus erat verbum: de quo dictũ eſt, Omnia per ipſum facta ſunt: de quo dictum eſt, Verbũ caro fa- *Eccli.1.* ctum eſt: de quo dictum eſt, Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis. Perueniendum eſt ergo ad illud verbum hominis, ad verbum rationalis animantis, ad verbum non de deo natæ, ſed à deo factæ imaginis dei, quod neque prolatiuum eſt in ſono, neq; cogitatiuũ in ſimilitudine ſoni, quod alicuius linguæ eſſe neceſſe ſit, ſed quod omnia quibus ſignificatur ſigna, præcedit, & gignitur de ſcientia quę manet in animo, quãdo eadẽ ſcientia intus dicitur ſicuti eſt: ſimillima eſt enim viſio cogitationis, viſioni ſcientiæ. Nam quãdo per ſonum dicitur, vel per aliquod corporale ſignum, nõ dicitur ſicuti eſt, ſed ſicut poteſt videri audiríve per corpus. Quando ergo quod H in noticia eſt, hoc eſt in verbo, tunc eſt verum verbũ & veritas: qualis expectatur ab homine, vt quod eſt in iſta, hoc ſit & in illo, quod nõ eſt in iſta, nõ ſit & in illo: hic agnoſcitur, eſt eſt, non non, Sic accedit quantum poteſt iſta ſimilitudo imaginis factæ ad illã ſimilitudinẽ imaginis natæ, qua deus filius patri per omnia ſubſtãtialiter ſimilis prædicatur. Animaduertẽda eſt in hoc ænigmate etiam iſta verbi dei ſimilitudo, quòd ſicut de illo ver- *Ioan.1.* bo dictum eſt: Omnia per ipſum facta ſunt, vbi deus per vnigenitum verbum ſuum prædicatur vniuerſa feciſſe: ita hominis opera nulla ſunt, quæ nõ prius dicuntur in *Eccli.37.* corde. Vnde ſcriptum eſt, Initiũ omnis operis verbum: ſed etiam hic cum verum verbum eſt, tunc eſt initiũ boni operis. Verum autem verbum eſt, cum de ſcientia bene operandi gignitur, vt etiam ibi ſeruetur, eſt eſt, non non: vt ſi eſt in ea ſcientia qua viuendũ eſt, ſit & in verbo per quod operandum eſt, ſi non non: alioquin mendacium erit verbum tale, nõ veritas, & inde peccatum, non opus rectũ. Eſt & hæc in iſta ſimilitudine verbi noſtri ſimilitudo verbi dei, quia poteſt eſſe verbũ noſtrum quod non ſequatur opus, opus autẽ eſſe non poteſt, niſi præcedat verbum: ſic & verbum dei potuit eſſe nulla I exiſtẽte creatura, creatura vero nulla eſſe poteſt niſi per *Ioan.1.* ipſum per quod facta ſunt omnia. Ideoque nõ deus pater, non ſpiritus ſanctus, non ipſa trinitas, ſed ſolus deus filius quod eſt verbum dei caro factum eſt, quanuis trinitate faciente, vt ſequente atq; imitante verbo noſtro eius exemplum, recte viueremus: hoc eſt nullũ habentes in verbi noſtri vel cõtemplatione vel operatione mendacium. Verum hæc huius imaginis eſt quandoque futura perfectio. Ad hanc conſequendã nos erudit magi- *2.Cor.3.* ſter bonus fide Chriſtiana, pietatiſq; doctrina, vt reuelata facie, à legis velamine quod eſt vmbra futurorum, gloriam domini ſpeculãtes, per ſpeculũ ſcilicet intuentes, in eandem imaginem transformemur de gloria in gloriam tanquam à domini ſpiritu, ſecundum ſuperiorem de his verbis diſputationem. Cum ergo hac transformatione ad perfectũ fuerit hæc imago renouata, ſi- *1.Ioan.3.* miles deo erimus, quoniã videbimus eum, non per ſpe- *1.Corin.13.* culum ſed ſicuti eſt: quod dicit Apoſtolus Paulus, Facie *Verbũ ho-* ad faciem. Nũc vero in hoc ſpeculo, in hoc ænigmate, *minis qua-* in hac qualicunq; ſimilitudine, quãta ſit etiam diſsimi- *tenus verũ.* litudo, quis poteſt explicare? Attingam tamen aliqua vt *Cap.XII.* valeo, quibus id poſsit aduerti. Primo ipſa ſcientia de qua veraciter cogitatio noſtra formatur, quãdo quæ K ſcimus loquimur, qualis aut quanta poteſt homini prouenire, quamlibet peritiſsimo atque doctiſsimo? Exceptis enim quæ in animum veniũt à ſenſibus corporis, in quibus tam multa aliter ſunt quàm videntur, vt eorum veriſimilitudine nimium conſtipatus, ſanus ſibi eſſe videatur qui inſanit. Vnde Academica philoſophia ſic *Academica philoſophia.* inualuit, vt de omnibus dubitans multo miſerius inſaniret: his ergo exceptis quę à corporis ſenſibus in animũ veniunt, quantum rerũ remanet quòd ita ſciamus, ſicut nos viuere ſcimus: in quo prorſus nõ metuimus, ne aliqua veriſimilitudine forte fallamur, quoniã certum eſt etiam eum qui fallitur viuere: nec in eis viſis hæc habẽtur, quæ obiiciuntur extrinſecus, vt in eo ſic fallatur oculus, quemadmodum fallitur cum in aqua remus videtur infractus, & nauigantibus turres moueri, & alia ſexcenta quæ aliter ſunt quàm videntur, quia nec per oculum carnis hoc cernitur. Intima ſcientia eſt qua nos viuere ſcimus, vbi ne illud quidẽ Academicus dicere poteſt, fortaſſe dormis & neſcis, & in ſomnis vides. Viſa quippe ſomniantium ſimillima eſſe viſis vigilantiũ quis ignorat? Sed qui certus eſt de vitæ ſuæ ſcientia, nõ in ea L dicit, ſcio me vigilare, ſed ſcio me viuere: ſiue ergo dormiat, ſiue vigilet, viuit. Nec in ea ſciẽtia per ſomnia falli poteſt, quia & dormire & in ſomnis videre, viuẽtis eſt. Nec illud poteſt Academicus aduerſus iſtam ſcientiam dicere, furis fortaſsis & neſcis, quia ſanorum viſis ſimillima ſunt etiam viſa furentium, ſed qui furit viuit. Nec contra Academicos dicit, Scio me non furere, ſed ſcio me viuere. Nunquam ergo falli nec mentiri poteſt, qui ſe viuere dixerit ſcire. Mille itaque fallaciũ viſorum genera obiiciãtur ei qui dicit, ſcio me viuere, nihil horum timebit, quãdo & qui fallitur viuit. Sed ſi talia ſola pertinent ad humanam ſcientiam, perpauca ſunt, niſi quia in vnoquoque genere ita multiplicantur, vt non ſolum pauca non ſint, verumetiam reperiantur per infinitum numerũ tendere. Qui enim dicit, ſcio me viuere, vnum aliquid ſcire ſe dicit, Proinde ſi dicat, ſcio me ſcire viuere, duo ſunt iam, hoc vero quod ſcit hæc duo, tertiũ ſcire eſt: ſic poteſt addere & quartum & quintum, & innumerabilia ſi ſufficiat. Sed quia innumerabilẽ numerum vel comprehẽdere ſingula addendo, vel dicere innumerabiliter non poteſt, hoc ipſum certiſsime cõprehendit ac dicit, & verum hoc eſſe, & tam innumerabi- M le, vt vere eius infinitum numerum non poſsit comprehendere ac dicere. Hoc & in voluntate certa ſimiliter aduerti poteſt. Quis eſt enim cui non impudẽter reſpõdeatur, forte falleris, dicenti volo beatus eſſe? Et ſi dicat, ſcio me hoc velle & hoc me ſcire ſcio, iam his duobus & tertium poteſt addere, quòd hæc duo ſciat, & quartum quòd hæc duo ſcire ſe ſciat, & ſimiliter in infinitũ numerum pergere, Item ſi quiſpiam dicat, errare nolo, nónne ſiue erret ſiue non erret, errare tamen eum nolle verum erit? Quis eſt qui huic non impudentiſsime dicat, forſitan falleris, cũ profecto vbicunque fallatur, falli ſe tamen nolle nõ fallitur? Et ſi hoc ſcire ſe dicat, addit quantũ vult rerum numerũ cognitarũ, & numerum eſſe perſpicit infinitũ. Qui enim dicit, nolo me falli, & hoc me nolle ſcio, & hoc me ſcire ſcio, iam & ſi nõ cõmoda locutione poteſt hic infinitũ numerũ oſtendere: & alia reperiuntur quæ aduerſus Academicos valeant, qui nihil ab homine ſciri poſſe cõtendunt. Sed modus adhibendus eſt, præſertim quia in opere iſto nõ hoc ſuſcepimus. Sunt inde libri tres noſtri, primo noſtræ cõ- *1.retract.1.* uerſionis tempore conſcripti, quos qui potuerit & voluerit

A luerit legerę lectóſque intellexerit, nihil enim profecto quæ ab eis contra perceptionē veritatis argumēta multa inuēta ſunt, permouebunt. Cū enim duo ſint genera rerū quæ ſciuntur, vnum earū quæ per ſenſus corporis percipit animus, alterum earū quæ per ſeipſum, multa illi Philoſophi garrierūt cōtra corporis ſenſus: animi autem quaſdā firmiſsimas per ſeipſum perceptiones rerū verarū, quale illud eſt quod dixi, ſcio me viuere, nequaquā in dubium vocare potuerunt. Sed abſit à nobis vt ea quæ per ſenſus corporis didicimus vera eſſe dubitemus: per eos quippe didicimus cœlum & terrā, & ea quę in eis nota ſunt nobis, quātum ille qui & nos & ipſa cōdidit, innoteſcere nobis voluit. Abſit etiam vt ſcire nos negemus quæ teſtimonio didicimus aliorum, alioquin eſſe neſcimus Oceanum. Neſcimus eſſe terras atq; vrbes quas celeberrima fama cōmendat. Neſcimus fuiſſe homines & opera eorū quæ hiſtorica lectione didicimus. Neſcimus quæ quotidie vndecunq; nunciātur, & indiciis cōſonis cōteſtantibuſq; firmantur. Poſtremo neſcimus in quibus locis vel ex quibus hominibus fuerimus exorti, quia hæc omnia teſtimoniis credidimus aliorū.

B Quod ſi abſurdiſsimū eſt dicere, nō ſolum noſtrorum, verumetiā & alienorum corporum ſenſus plurimū addidiſſe noſtræ ſciētiæ confitēdum eſt. Hęc igitur omnia & quę per ſeipſum, & quę per ſenſus ſui corporis, & quę teſtimoniis aliorum percepta ſcit animus humanus, theſauro memoriæ cōdita tenet: ex quib⁹ gignitur verbum verum, quādo quod ſcimus loquimur, ſed verbum ante omnem ſonum, ante omnē cogitationem ſoni. Tūc enim eſt verbum ſimillimum rei notę de qua gignitur & imago eius, quoniam de viſione ſciētiæ viſio cogitationis exoritur, quod eſt verbum linguæ nullius, verbū verum de re vera, nihil de ſuo habens, ſed totum de illa ſciētia de qua naſcitur. Nec intereſt quādo id didicerit, qui quod ſcit loquitur, aliquando enim ſtatim vt diſcit hoc dicit, dum tamen verbum ſit verum, id eſt, de rebus notis exortum.

Sciētia dei nihil accedit ex reb⁹ cognitis.
Cap. XIII.

Sed nunquid deus pater de quo natum eſt verbum de deo deus, nunquid ergo deus pater in illa ſapiētia quod eſt ipſe ſibi, alia didicit per ſenſum corporis ſui, alia per ſeipſum? Quis hoc dicat, qui nō animal rationale, ſed ſupra animā rationalem deum cogitat, quātum ab eis cogitari poteſt qui eum omnibus animalibus & omnib⁹ animis præferunt, quāuis per ſpeculum & in ænigmate cōiiciendo videant, nōdum facie ad faciē ſicuti eſt? C Nūquid deus pater ea ipſa quæ nō per corpus, quod eſt ei nullum, ſed per ſeipſum ſcit aliūde ab aliquo didicit, aut nunciis vel teſtibus vt ea ſciret indiguit? Nō vtique, Ad omnia quippe ſciēda quæ ſcit, ſufficit ſibi illa perfectio. Habet quidem nuncios, id eſt, angelos, nō tamen qui ei quę neſcit annuncient, non enim ſunt vlla quæ neſciat, ſed bonū eorum eſt de operibus ſuis eius cōſulere veritatē: & hoc eſt quod ei dicūtur nonnulla nunciare, nō vt ipſe ab eis diſcat, ſed vt ab illo ipſi, per verbum eius ſine corporali ſono, nuncient quod voluerit, ab eo miſsi ad quos voluerit, totū ab illo per verbum eius audiētes, id eſt, in eius veritate inueniētes quid ſibi faciēdum, quid, quibus, & quādo nunciandum ſit. Nam & nos oramus eum, nec tamen neceſsitates noſtras docemus eum. Nouit enim, ait verbum eius, pater veſter quid vobis neceſſarium ſit priuſquā petatis ab eo. Nec iſta ex aliquo tēpore cognouit vt noſſet, ſed futura omnia tēporalia atque in eis etiam quid, & quādo ab illo petituri fueramus, & quos & de quibus rebus vel exauditurus vel nō exauditurus eſſet, ſine initio ante pręſciuit.

4. ſen. diſt. 45. cap. ſed forte.
Matth. 6.
1. ſen. diſt. 38. ca. 1. & 4. diſ. 45. ca. ſed.
1. ſen. diſt. 38. ca. 1. & ca. hāc ergo.

Vniuerſas autem creaturas ſuas & ſpiritales & corporales, nō quia ſunt ideo nouit, ſed ideo ſunt, quia nouit. D Nō enim neſciuit quæ fuerat creaturus. Quia ergo ſciuit creauit, nō quia creauit ſciuit. Nec aliter ea ſciuit creata, quàm creanda. Non enim eius ſapientiæ aliquid acceſsit ex eis, ſed illis exiſtentibus ſicut oportebat & quādo oportebat, illa māſit vt erat. Ita & ſcriptū eſt in libro Eccleſiaſtico, Antequā crearētur omnia nota ſunt illi, ſic & poſtquam cōſummata ſunt. Sic, inquit, non aliter: & antequam crearentur, & poſtquam cōſummata ſunt, ſic ei nota ſunt. Lōge eſt ergo huic ſcientiæ, ſcientia noſtra diſsimilis. Quę autē ſcientia dei eſt, ipſa & ſapientia, & quæ ſapiētia, ipſa eſſentia ſiue ſubſtātia. Quia in illius naturæ ſimplicitate mirabili, nō eſt aliud ſapere quàm eſſe, ſed quod eſt ſapere, hoc eſt & eſſe, ſicut & in ſuperioribus libris de ſapientia † diximus. Noſtra vero ſcientia in rebus plurimis propterea & amiſsibilis eſt & receptibilis, quia nō hoc eſt nobis eſſe quod ſcire vel ſapere, quoniā eſſe poſſumus, etiā ſi neſciamus, neque ſapiamus ea quæ aliūde didicimus. Propter hoc, ſicut noſtra ſcientia illi ſcientiæ dei, ſic & noſtrū verbum quod naſcitur de noſtra ſcientia diſsimile eſt illi verbo dei, quod natum eſt de patris eſſentia. E Tale eſt autē ac ſi dicerem, de patris ſcientia, de patris ſapientia, vel quod eſt expreſsius, de patre ſcientia, de patre ſapientia.

Eccle. 23.
1. ſen. diſt. 36. ca. 1.
† al. ſapeiā.
1. ſen. diſt. 5. ca. oſtenditur.
1. ſen. diſ. 5. cap. oſtenditur.

Verbū per omnia æquale patri promenti.
Cap. XIIII.
1. ſen. diſt. 39. ca. 1.

Verbum ergo dei patris vnigenitus dei filius, per omnia patri ſimilis & æqualis, deus de deo, lumen de lumine, ſapientia de ſapiētia, eſſentia de eſſentia, Eſt hoc omnino quod pater, nō tamen pater, quia iſte filius, ille pater. Ac per hoc nouit omnia quæ nouit pater, ſed ei noſſe de patre eſt ſicut eſſe. Noſſe enim & eſſe illi vnum eſt. Et ideo patri ſicut eſſe nō eſt à filio, ita nec noſſe. Proinde tanquā ſeipſum dicens, pater gennit verbum ſibi æquale per omnia. Non enim ſeipſum integre perfecteq; dixiſſet, ſi aliquid minus, aut amplius eſſet in eius verbo, quàm in ipſo. Ibi ſumme illud agnoſcitur, eſt eſt, non non: & ideo verbum hoc vere veritas eſt, quoniā quicquid in ea ſciētia, de qua genitū eſt, & in ipſo eſt. Quod autem in ea non eſt, nec in ipſo eſt. Et falſum habere aliquid hoc verbum nunquā poteſt, quia immutabiliter ſic ſe habet vt ſe habet de quo eſt. Nō enim poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem. Potenter hoc non poteſt, nec eſt infirmitas iſta, ſed firmitas, qua falſa eſſe non poteſt veritas. Nouit itaque omnia deus pater in ſeipſo, nouit in filio. F Sed in ſeipſo tanquam ſeipſum, in filio tāquam verbum ſuum, quod eſt de his omnibus quæ ſunt in ſeipſo. Omnia ſimiliter nouit & filius, in ſe ſcilicet, tāquam in ea quæ nata ſunt de iis quæ pater nouit in ſeipſo. In patre autem tanquam ea de quibus nata ſunt quæ ipſe filius nouit in ſeipſo. Sciunt ergo inuicem pater & filius, ſed ille gignendo, ille naſcendo. Et omnia quæ ſunt in eorum ſciētia, in eorum ſapientia, in eorum eſſentia, vnuſquiſque eorū ſimul videt: non particulatim, aut ſingillatim, velut alternante cōſpectu, hinc illuc, & inde huc, & rurſus inde vel inde, in aliud atque aliud, vt aliqua videre non poſſit niſi nō vidēs alia: ſed vt dixi, ſimul omnia videt, quorum nullū eſt quod nō ſemper videt. Verbū autem noſtrum illud quod nō habet ſonū neque cogitationē ſoni, ſed eius rei quā videndo intus dicimus, & ideo nullius linguæ eſt atque inde vtcunque ſimile eſt in hoc ænigmate illi verbo dei quod etiā deus eſt, quoniā ſic & hoc de noſtra naſcitur, quēadmodū & illud de ſcientia patris natū eſt. Noſtrum ergo tale verbū quod inuenimus eſſe vtcunque illi ſimile, quātum ſit etiam diſsimile, ſicut à nobis dici non potuerit, non pigeat intueri.

2. Cor. 1.
Ioan. 5.
1. ſen. diſt. 39. cap. 1. in med.

Nunquid

G Nunquid verbum noſtrum de ſola ſciētia noſtra naſcitur? Nōnne multa dicim⁹ etiā quę neſcimus? Nec dubitantes ea dicimus, ſed vera eſſe arbitrātes: quæ forte ſi vera ſunt, in ipſis rebus de quib⁹ loquimur nō in verbo noſtro vera ſunt, quia verbū verum nō eſt, niſi quod de re quæ ſcitur, gignitur. Falſum eſt ergo iſto modo verbum noſtrum, nū cum mentimur, ſed cū fallimur. Cum autē dubitamus, nōdum eſt verbum de re de qua dubitamus, ſed de ipſa dubitatione verbum eſt. Quāuis enim nō nouerimus an verum ſit vnde dubitamus, tamē dubitare nos nouimus: ac per hoc cum hoc dicim⁹ verum verbum eſt, quoniā quod nouim⁹ dicimus. Quid quod etiā mentiri poſſumus? Quod cum facimus, vtiq; volentes & ſciētes falſum verbum habemus, vbi verū verbum eſt mētiri nos, hoc enim ſcimus. Et cum mētitos nos eſſe confitemur, verum dicimus, quod ſcimus enim dicimus. Scimus naoq; nos eſſe mētitos. Verbum autē illud quod eſt deus & potētius eſt nobis, hoc nō poteſt. Non enim poteſt facere quicquā, niſi quod viderit patrē facientem: & nō à ſeipſo loquitur, ſed à patre illi eſt omne quod loquitur, cum ipſum pater vnice loquitur: & magna illius verbi potētia eſt, oon poſſe mentiri, quia oon poteſt eſſe illic eſt, & non, ſed eſt eſt, non non. At enim

Verbū ante nū quale. Cap.XV.

Ioan.5.

1.ſē. di. 42 c. ſed quaritur, &c a. ſed ſunt alia.

H nec verbom dicēdum eſt, quod verum nō eſt. Sit ita, libēs aſſentior. Quid cum verum eſt verbum noſtrum, & ideo recte verbū vocatur? nunquid ſicut dici poteſt vel viſio de viſiooe, vel ſcientia de ſciētia, ita dici poteſt eſſentia de eſſentia, ſicut illud dei verbum maxime dicitur maximeq; dicēdum eſt. Quid ita? quia nō boc eſt nobis eſſe, quod eſt noſſe. Multa quippe nouimus quæ per memoriā quodam modo viuūt, ita & obliuione quodam modo moriuntur: atq; ideo cum illa iā non ſint in noticia† noſtra, nos tamen ſumus. Et cum ſciētia oostra animo lapſa perierit à oobis, oos tamē viuimus. Illa etiā quæ ita ſciuntur vt nunquā excidere poſsint, quoniam præſentia ſunt, & ad ipſius animi naturā pertinēt, vt eſt illud quod nos viuere ſcimus, Manet enim hoc quādiu animus manet, & quia ſemper maner animus, & hoc ſemper maoet, Id ergo & ſi quia reperiuntur ſimilia, in quibus imago dei potius intuēda eſt, etiā ſi ſemper ſciūtur, tamen quia nō ſemper etiā cogitātur, quo modo de his dicatur verbū ſempiternum, cum verbum noſtrum noſtra cogitatione dicatur, iouenire difficile eſt. Sēpi-

1.Cor.1.

† memoria.

I ternum eſt enim animo viuere, ſempiternum eſt ſcire quod viuit: nec tamen ſempiternum eſt cogitare vitam ſuam, vel cogitare ſcientiā vitæ ſuæ: quoniā cum aliud atque aliud cœperit, hoc deſinit cogitare, quanuis non deſinat ſcire. Ex quo fit vt ſi poteſt eſſe in animo aliqua ſcientia ſempiterna, & ſempiterna eſſe nō poteſt eiuſdē ſcientiæ cogitatio, & verbum verum noſtrum intimum niſi oostra cogitatione nō dicitur, ſolus deus intelligatur habere verbum ſempiternum ſibiq; coęternum. Niſi forte dicendum eſt, ipſam poſsibilitatem cogitationis, quoniā id quod ſcitur, etiam quando nō cogitatur, poteſt tamē veraciter cogitari, verbum eſſe tā perpetuum, quàm ſcientia ipſa perpetua eſt. Sed quo modo eſt verbum, quod nondum in cogitationis viſione formatum eſt? Quo modo erit ſimile ſciētiæ de qua naſcitur, ſi eius noo habet formā, & ideo iam vocatur verbum quia poteſt habere? Tale eſt enim ac ſi dicatur, ideo iam vocandum eſſe verbum, quia poteſt eſſe verbum. Sed quid eſt quod poteſt eſſe verbum, & ideo iam dignum eſt verbi nomine? Quid eſt, inquā, hoc formabile nōdumq; formatum, niſi quiddā mentis noſtræ, quod hac atque hac volubili quadam motione iactamus, cum à nobis nunc hoc, nūc illud ſicut inuētum fuerit vel occurrerit cogitatur? Et tunc fit verum verbum, quādo illud quod nos diximus volubili motione iactare, ad id quod ſcimus peruenerit, atq; iode formatur eius omnimodā ſimilitudinem capiēs, vt quo modo res quæq; ſcitur, ſic etiā cogitetur, ſine voce ſine vocis cogitatione, quæ profecto alicuius linguæ eſt ſi in corde dicatur. Ac per hoc etiam ſi cōcedamus, ne de cōtrouerſia vocabuli laborare videamur, iam vocādum eſſe verbum quiddā illud mētis noſtræ quod de noſtra ſciētia formari poteſt, etiā priuſquā formatum ſit, quia iam, vt ita dicam, formabile eſt: quis nō videat, quāta hic ſit diſsimilitudo ab illo dei verbo quod in forma dei ſic eſt, vt non antea fuerit formabile priuſquā formatum, nec aliquādo eſſe poſsit informe, ſed ſit forma ſimplex & ſimpliciter ęqualis ei de quo eſt, & cui mirabiliter coæterna eſt. K

Quapropter ita dicitur illud dei verbū vt dei cogitatio nō dicatur, ne aliquid eſſe quaſi volubile credatur in deo, quod nunc accipiat, nunc recipiat formā, vt verbum ſit, eamq; poſsit amittere atque informiter quodā modo volutari. Bene quippe nouerat verba & vim cogitatioois inſpexerat locutor egregius qui dixit io carmine,

„ ſecumq; volutat e-
„ uētus belli varios:

id eſt, cogitat. Non ergo ille dei filius cogitatio dei, ſed verbum dei dicitur. Cogitatio quippe noſtra perueniēs ad id quod ſcimus, atq; inde formata, verbum noſtrū verum eſt. Et ideo verbū dei, ſine cogitatione dei debet intelligi, vt forma ipſa ſimplex intelligatur, nō habens aliquid formabile quod eſſe etiā poſsit informe. Dicuntur quidē etiam io ſcripturis ſanctis cogitationes dei, ſed eo locutionis modo, quo ibi & obliuio dei dicitur, quæ vtiq; ad proprietatem in deo nulla eſt. Quamobrē cum tāta ſit nunc in iſto ænigmate diſſimilitudo dei & verbi dei, in qua tamē nōnulla ſimilitudo cōperta eſt, illud quoq; fatendū eſt, quod etiā cum ſimiles ei erimus quādo videbim⁹ eū ſicuti eſt, quod, vtiq; qui dixit, hāc proculdubio quæ nūc eſt diſsimilitudioē attēdit, oec tūc oatura illi erimus æquales. Semper enim natura minor eſt faciēte quæ facta eſt. Et tūc quidem verbū noſtrum non erit falſum, quia neque mētiemur, neque fallemur Fortaſsis etiā volubiles non erunt noſtræ cogitationes ab aliis in alias euntes atq; redeuntes, ſed omnē ſcientiam noſtrā vno ſimul cōſpectu videbimus. Tamen cum & hoc fuerit, ſi & hoc fuerit, formata erit creatura quæ formabilis fuit, vt nihil iā deſit eius formæ, ad quam peruenire deberet. Sed tamē coæquanda oon erit illi ſimplicitati, vbi non formabile aliquid formatum vel reformatū eſt, ſed forma neque informis, neque formata, ipſa ibi æterna eſt immutabiliſq; ſubſtantia.

Simpliciſſima dei cogitatio.

Cap.XVI.

L

1.Ioan.3.

M

Satis de patre & filio quantū per boc ſpeculum atque in boc ænigmate videre potuimus locuti ſumus. Nunc de ſpiritu ſancto quantū deo donante videre conceditur diſſerēdum eſt, qui ſpiritus ſanctus ſecundum ſcripturas ſanctas nec patris ſolus eſt, nec filij ſolius, ſed amborū, & ideo communem qua inuicem ſe diligunt pater & filius, oobis inſinuat charitatem. Vt autem nos exerceret ſermo diuinus, nō res in promptu ſitas, ſed in abdito ſcrutandas, & ex abdito eruendas, maiore ſtudio fecit inquiri. Nō itaque dixit ſcriptura, ſpiritus ſanctus charitas eſt: quod ſi dixiſſet, nō paruam partem quæſtionis iſtius abſtuliſſet: ſed dixit, deus charitas eſt: vt incertum ſit, & ideo requirēdum, vtrum deus pater ſit charitas, an deus filius, an deus ſpiritus ſanctus, an deus ipſa trinitas. Neque enim dicturi ſumus, nō propterea deum dictum eſſe charitatem, quòd ipſa charitas nulla ſit ſubſtantia, quæ dei digna ſit nomine, ſed quòd

Quo modo ſpiritus ſolus dicatur charitas.

Cap.XVII.

1. ſen. diſt. 10.ca.1.

1. ſen. diſt. 10.ca. loannes.

1.Ioan.4.

1. ſen. diſt. 17.cap. ſed ne forte.

donum

A donum dei ſit, ſicut dictum eſt deo, Quoniam tu es pa-
Pſal.70. tientia mea. Neque enim propterea dictum eſt, quia
dei ſubſtantia eſt noſtra patientia, ſed quòd ab ipſo no
Pſal.61. bis eſt, ſicut alibi legitur, quoniam ab ipſo eſt patien-
tia mea. Hunc quippe ſenſum facile refellit ſcriptura-
Pſal.70. rum ipſa locutio. Tale eſt enim, tu es patientia mea:
Pſal.58. quale eſt, tu es domine ſpes mea: & deus meus miſe-
ricordia mea, & multa ſimilia. Non eſt autem dictum,
domine charitas mea: aut, tu es charitas mea: aut, de-
1.Ioan.4. us charitas mea: ſed ita dictum eſt, deus charitas eſt:
Ioan.4. ſicut dictum eſt, deus ſpiritus eſt. Hoc qui non diſcer-
nit, intellectum à domino, non expoſitionem quærat
à nobis. Non enim apertius quicquam poſſumus dice-
1.ſē.di.10. re, Deus ergo charitas eſt. Vtrum autem pater, an fili-
c.Ioannes. us, an ſpiritus ſanctus, an ipſa trinitas, quia & ipſa non
tres dij, ſed vnus deus, hic quæritur. Sed iam in hoc li-
Supra eodē bro ſuperius diſputaui, non ſic accipiendam eſſe trini-
cap.7. tatem quæ deus eſt, ex illis tribus quæ in trinitate no-
ſtræ mentis oſtendimus, vt tanquam memoria ſit om-
nium trium pater, & intelligentia omnium trium fi-
lius, & charitas omnium trium ſpiritus ſanctus: qua-
B ſi pater nec intelligat ſibi nec diligat, ſed ei filius in-
telligat, & ſpiritus ſanctus ei diligat, ipſe autem ſibi &
illis tantum meminerit. Et filius nec meminerit nec
diligat ſibi, ſed meminerit ei pater, & diligat ei ſpiri-
tus ſanctus, ipſe autem & ſibi & illis tantummodo intel
ligat. Itèmque ſpiritus ſanctus nec meminerit nec in-
telligat ſibi, ſed meminerit ei pater, & intelligat ei fi-
lius, ipſe autem & ſibi & illis non niſi diligat. Sed ſic po-
tius vt omnia tria, & omnes & ſinguli habeant in ſua
quiſque natura. Nec diſtent in eis iſta, ſicut in nobis a-
liud eſt memoria, aliud eſt intelligentia, aliud dilectio
ſiue charitas: ſed vnum aliquid ſit quod omnia vale-
at, ſicut ſapientia, & ſic habeatur in vniuſcuiuſque na-
tura, vt qui habet, hoc ſit quod habet, ſicut immuta-
bilis ſimplèxque ſubſtantia. Si ergo hæc intellecta ſunt,
& quantum nobis in rebus tantis videre & coniectare
conceſſum eſt, vera eſſe claruerunt, neſcio cur non
ſicut ſapientia & pater dicitur & filius & ſpiritus ſan-
1.ſen.di.19. ctus, & ſimul omnes non tres ſed vna ſapientia, ita &
c.Ioannes. charitas & pater dicatur & filius & ſpiritus ſanctus, &
C ſimul omnes vna charitas. Sic enim & pater deus, & fi-
lius deus, & ſpiritus ſanctus deus, & ſimul omnes vnus
1.ſen.di.12. deus. Et tamen non fruſtra in hac trinitate non dici-
ca.nunc tra tur verbum dei niſi filius, nec donum dei niſi ſpiritus
ctandum. ſanctus: nec de quo genitũ eſt verbum, nec de quo pro-
cedit principaliter ſpiritus ſanctus niſi deus pater. Ideo
autem addidi, principaliter, quia & de filio ſpiritus ſan-
ctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi pater de-
dit, non iam exiſtenti & nondum habenti, ſed quic-
quid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic er-
go eum genuit, vt etiam de illo donum commune pro-
cederet, & ſpiritus ſanctus, ſpiritus eſſet amborum. Non
eſt igitur accipienda tranſeunter, ſed diligenter intuen
da inſeparabilis trinitatis iſta diſtinctio. Hinc enim fa-
ctum eſt vt proprie dei verbum etiam dei ſapientia di-
ceretur, cum ſit ſapientia & pater & ſpiritus ſanctus. Si
1.ſentē.diſt. ergo proprie aliquid horum trium charitas nũcupanda
10.c.ſi ergo eſt, quid aptius quàm vt hoc ſit ſpiritus ſanctus? Vt ſci-
proprie. licet in illa trinitatis ſimplici ſummáque natura, non ſit
aliud ſubſtantia, & aliud charitas, ſed ſubſtantia ipſa ſit
charitas, & charitas ipſa ſit ſubſtantia, ſiue in patre, ſi-
ue in filio, ſiue in ſpiritu ſancto, & tamen proprie ſpi-
1.ſ.di.10.c. ritus ſanctus charitas nuncupetur. Sicut legis nomine
pluribꝰ cū. aliquando ſimul omnia veteris inſtrumenti ſanctarum
ſcripturarum ſignificantur eloquia. Nam ex Prophe- D
ta Eſaia teſtimonium ponens Apoſtolus vbi ait, In a- *Eſaia.28.*
liis linguis & in aliis labiis loquar populo huic: præ- *1.Cor.14.*
miſit tamen, in lege ſcriptum eſt. Et ipſe dominus, In
lege, inquit, eorum ſcriptum eſt, quia oderunt me gra- *Ioan.15.*
tis: cum hoc legatur in Pſalmo. Aliquando autem pro- *Pſal.34.*
prie vocatur lex quæ data eſt per Moyſem, ſecundum
quod dictum eſt, Lex & prophetæ vſque ad Ioannem: *Matth.11.*
Et, in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophe-
tæ. Hic vtique proprie lex appellata eſt, de monte Si- *Matth.22.*
na. Prophetarum autem nomine etiam Pſalmi ſigni-
ficati ſunt, & tamen alio loco ipſe ſaluator, Opor- *Luca.24.*
tebat, inquit, impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege
& prophetis & pſalmis de me. Hic rurſus propheta-
rum nomen exceptis pſalmis intelligi voluit. Dicitur
ergo lex vniuerſaliter cum prophetis & pſalmis: dici-
tur & proprie quæ per Moyſem data eſt. Item dicun-
tur communiter prophetæ ſimul cum pſalmis, dicun-
tur & proprie præter pſalmos. Et multis aliis exemplis
doceri poſſunt multarum rerum vocabula, & vni-
uerſaliter poni, & proprie quibuſdam rebus adhiberi, E
niſi in re aperta vitanda ſit longitudo ſermonis. Hæc
ideo dixi, ne quiſquam propterea nos inconuenien- *1.ſē.d.10.c.*
ter exiſtimet charitatem appellare ſpiritum ſanctum, *pluribꝰ cū.*
quia & deus pater & deus filius poteſt charitas nun- *1.ſē.d.10.c.*
cupari. Sicut ergo vnicum dei verbum proprie voca- *Ioãnes aūt.*
mus nomine ſapientiæ, cum ſit vniuerſaliter & ſpiri-
tus ſanctus & pater ipſe ſapientia: ita ſpiritus ſanctus *1.ſentē.diſt.*
proprie nuncupatur vocabulo charitatis, cum ſit vni- *10.cap.plu-*
uerſaliter charitas & pater & filius. Sed dei verbum, *ribus enim.*
id eſt, vnigenitus dei filius aperte dictus eſt dei ſapi- *1.ſē.di.10.*
entia, ore Apoſtolico vbi ait, Chriſtum dei virtutem *cap.ſed dei*
& dei ſapientiam. Spiritus autem ſanctus vbi ſit di- *verbum.*
ctus charitas inuenimus, ſi diligenter Ioannis Apo- *1.Cor.1.*
ſtoli ſcrutemur eloquium. Qui cum dixiſſet, Dilectiſ-
ſimi diligamus inuicem, quia dilectio ex deo eſt: ſe- *1.Ioan.4.*
cutus adiunxit, Et omnis qui diligit, ex deo natus eſt,
Qui non diligit, non cognouit deum: quia deus di-
lectio eſt. Hic manifeſtauit eam ſe dixiſſe dilectio-
nem deum, quam dixit ex deo. Deus ergo ex deo eſt *1.ſen.di.17.*
dilectio. Sed quia & filius ex deo patre natus eſt, & *c.cum autē.*
ſpiritus ſanctus ex deo patre procedit, quem potius eo- F
rum hic debeamus accipere dictum eſſe dilectionem
deum, merito quæritur: pater enim ſolus ita deus eſt,
vt non ſit ex deo, ac per hoc dilectio quæ ita deus eſt,
vt ex deo ſit, aut filius eſt, aut ſpiritus ſanctus. Sed in
conſequentibus cum dei dilectionem commemoraſ-
ſet, non qua nos eum, ſed qua ipſe dilexit nos, & mi-
ſit filium ſuum liberatorem † pro peccatis noſtris, & *ἱλασμόν.*
hinc exhortatus eſſet, vt & nos inuicem diligamus, at- *† litatorem.*
que ita in nobis deus maneat; quia vtiq; dilectionem *1.Ioan.4.*
deum dixerat, ſtatim volens de hac re apertius aliquid *Ibidem.*
eloqui. In hoc, inquit, cognoſcimus quia in ipſo ma- *1.ſent. diſt.*
nemus & ipſe in nobis, quia de ſpiritu ſuo dedit no- *17.cap.cum*
bis. Spiritus itaque ſanctus de quo dedit nobis, facit *autem.*
nos in deo manere & ipſum in nobis; hoc autem fa-
cit dilectio. Ipſe eſt igitur deus dilectio. Denique pau- *1.Ioan.4.*
lopoſt cum hoc ipſum repetiſſet atque dixiſſet, deus
dilectio eſt: continuo ſubiecit, & qui manet in dile-
ctione in deo manet, & deus manet in eo. Vnde ſu-
pra dixerat, In hoc cognoſcimus quia in ipſo mane- *1.ſē.di.10.*
mus & ipſe in nobis, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis. *ca.ſed dei.*
Ipſe ergo ſignificatur vbi legitur, deus dilectio eſt. *& di.17.c.*
Deus igitur ſpiritus ſanctus qui procedit ex deo, cum *cū autē. &*
datus fuerit homini, accendit eum in dilectionem dei *c.tūc enim.*

G & proximi, & ipſe dilectio eſt. Non enim habet ho-
mo vnde deum diligat, niſi ex deo. Propter quod pau-
lo poſt dicit, Nos diligamus, quia ipſe prior dilexit
Roma.5. nos. Apoſtolus quoque Paulus, Dilectio, inquit, dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum
Charitas qui datus eſt nobis. Nullum eſt iſto dei dono ex-
dei ipſe de⁹ cellentius. Solum eſt quod diuidit inter filios regni
Ca. XVIII. æterni & filios perditionis æternæ. Dantur & alia per
1.ſēt.di.17. ſpiritum ſanctum munera, ſed ſine charitate nihil pro-
ca.tunc eñ. ſunt. Niſi ergo tantum impertiatur cuique ſpiritus ſan-
ctus, vt eum dei & proximi faciat amatorem, à ſiniſtra
non transfertur ad dexteram. Nec ſpiritus proprie di-
1.Cor.13. citur donum niſi propter dilectionem, Quam qui oon
habuerit, ſi linguis hominum loquatur & angelorum,
ſonans æramentum eſt, & cymbalum tinniens. Et ſi ha-
buerit prophetiam, & ſcierit omnia ſacramenta, & om-
nem ſcientiam, & ſi habuerit omnem fidem, ita vt mon
tes transferat, nihil eſt. Et ſi diſtribuerit omnem ſub-
ſtantiam ſuam, & ſi tradiderit corpus ſuum vt ardeat,
nihil ei prodeſt. Quantum ergo boou m eſt, ſine quo
ad æteroam vitam neminem bona tanta perducunt?
H Ipſa vero dilectio ſiue charitas, nam vnius rei eſt v-
truoque nomen, ſi habeat eam qui non loquitur lin-
guis, nec habet prophetiam, oec omoia ſcit ſacramen-
ta, omnémque ſcientiam, nec diſtribuit omnia ſua
pauperibus, vel non habendo quod diſtribuat, vel a-
liqua neceſſitate prohibitus, nec tradit corpus ſuum
vt ardeat, ſi talis paſſionis nulla tentatio eſt, perducit
ad regnum, ita vt ipſam fidem nôn faciat vtilem niſi
charitas. Sine charitate quippe fides poteſt quidem eſ-
ſe, ſed non & prodeſſe. Propter quod & Apoſtolus Pau
Gala.5. lus, In Chriſto, inquit, Ieſu neque circunciſio, neque
præputium aliquid valet, ſed fides quę per dilectiooem
Iacobi.2. operatur, Sic eam diſcernens ab ea fide, qua & dæmo-
1.ſēt.di.17. nes credunt & cootremiſcunt. Dilectio igitur quæ
c.ſūt enim. ex deo eſt & deus eſt, proprie ſpiritus ſanctus eſt, per
quem diffunditur in cordibus noſtris dei charitas per
quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectiſsi-
me ſpiritus ſanctus cum ſit deus, vocatur etiam do-
num dei. Quod donum proprie quid oiſi charitas in-
telligenda eſt, quæ perducit ad deum, & ſine qua
I quodlibet aliud donum dei non perducit ad deum.
Spiritus ſan An & hoc probandum eſt, dei donum dictum
ctus quo mo eſſe in ſacris literis ſpiritum ſanctum? Si & hoc expe-
do dicitur ctatur, habemus in Euangelio ſecundum Ioannem,
donum. domioi Ieſu Chriſti verba dicentis, Si quis ſitit, ve-
Ca.XIX. niat ad me & bibat, Qui credit in me, ſicut dicit ſcri-
Ioan.7. ptura, Flumina de ventre eius flueot aquæ viuæ. Por-
rò Euangeliſta ſecutus adiunxit, Hoc autem dixit de
1.Cor.10. ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Vn-
de dicit etiam Paulus Apoſtolus, Et omnes vnum ſpi-
ritum potauimus. Vtrum autem donum dei ſit appel-
lata aqua iſta, quod & ſpiritus ſanctus, hoc quærimr.
Sed ſicut hic iouenimus hanc aquam ſpiritum ſanctum
eſſe, ita inuenimus alibi in ipſo Euangelio, hanc a-
quam donum dei appellatam. Nam dominus idem
quando cum muliere Samaritana ad puteum loque-
Ioan.4. batur, cui dixerat, Da mihi bibere, cum illa reſpon-
diſſet, quòd Iudæi non coütuntur Samaritanis, reſpon-
dit Ieſus & dixit ei, Si ſcires donum dei, & quis eſt qui
dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, &
Ibidem. dediſſet tibi aquam viuam. Dixit ei mulier, Domine
neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt, vnde
ergo habes aquam viuam? & cætera. Reſpondit Ieſus
& dixit ei, Omnis qui biberit ex hac aqua, ſitiet ite-
rum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non K
ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in
eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Quia ergo
hæc aqua viua, ſicut Euangeliſta expoſuit, ſpiritus eſt
ſanctus, proculdubio ſpiritus donum dei eſt. De quo
hic dominus ait, Si ſcires donum dei, & quis eſt qui di-
cit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo & de-
diſſet tibi aquam viuam. Nam quod ibi ait, Flumina *Ioan.7.*
de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc iſto loco, Fiet in *Ioan.4.*
eo, inquit, fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Pau-
lus quoque Apoſtolus, Vnicuique, inquit, noſtrum da- *Ephe.4.*
tur gratia ſecundum mēſuram donationis Chriſti. At-
que vt donationem Chriſti ſpiritum ſanctum oſtende-
ret, ſecutus adiunxit: Propter quod dicit, Aſcendit in *Ibidem.*
altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Notiſſimum eſt autem dominum Ieſum cum poſt re-
ſurrectionem à mortuis aſcendiſſet in cœlum, dediſſe
ſpiritum ſanctum, quo impleti qui crediderant, lin-
guis omnium gētium loquebantur. Nec moueat quod
ait, dona, oon donum: Id enim teſtimonium ex Pſal-
mo poſuit, Hoc autem in Pſalmo ita legitur, Aſcen- *Pſal.67.*
diſti io altum, captiuaſti captiuitatem, accepiſti dona *Ephe.4.*
in hominibus. Sic enim plures codices habent, & ma- L
xime Græci, & ex Hebræo ſic interpretatum habemus.
Dooa itaque dixit Apoſtolus quemadmodum Prophe
ta, noo dooum. Sed cum Propheta dixerit, accepiſti in *Pſal.67.*
hominibus: Apoſtolus maluit dicere, dedit homi-
nibus: vt ex vtroque ſcilicet verbo, vno Prophetico,
Apoſtolico altero, quia in vtroque eſt diuini ſermonis
authoritas, ſenſus pleniſſimus redderetur. Vtrunque
enim verum eſt, & quia dedit hominibus, & quia ac-
cepit in hominibus. Dedit homioibus, tanquam ca-
put membris ſuis. Accepit in hominibus idem ipſe vti-
que in membris ſuis, propter quæ membra ſua clama-
uit de cœlo, Saule Saule quid me perſequeris? Et [de] *Acto.9.*
quibus membris ſuis ait, Quod vni ex mioimis meis *Matth.25.*
feciſtis, mihi feciſtis. Ipſe ergo Chriſtus, & dedit de *1.ſentē.diſt.*
cœlo, & accepit in terra. Porrò autem, dona, ob hoc *18.cap.2.*
ambo dixerunt, & Propheta & Apoſtolus, quia per
donum, quod eſt ſpiritus ſanctus, in commune om-
nibus membris Chriſti multa dooa, qoæ ſunt quibuſ-
que propria, diuiduntur. Non enim ſinguli quique ha- M
beot omnia, ſed hi illa, & alij alia: quanuis ipſum do-
num à quo cuique propria diuiduntur omnes habeant,
id eſt, ſpiritum ſanctum. Nam & alibi cum multa do-
na commemoraſſet, Omnia, inquit, hæc operatur vnus *1.Cor.12.*
atque idem ſpiritus, diuidens propria vnicuique prout
vult. Quod verbum & in epiſtola quæ ad Hebræos eſt *Hebræ.2.*
inuenitur, vbi ſcriptum eſt, Atteſtante deo ſigois & o-
ſtentis & variis virtutibus, & ſpiritus ſaocti diſtributio-
nibus. Et hic cum dixiſſet, Aſcendit in altum captiua- *Ephe.4.*
uit captiuitatem, dedit dona hominibus: Quod autem
aſcendit, ait, quid eſt niſi quia & deſcendit in inferio-
res partes terræ? Qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit
ſuper omnes cœlos vt adimpleret omnia. Et ipſe dedit
quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophe-
tas, quoſdam vero Euangeliſtas, quoſdam autem paſto-
res & doctores. Ecce quare dicta ſunt dona, quia ſicut
alibi dicit, Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes *1.Cor.12.*
Prophetæ? & cætera. Hic autē adiunxit, Ad conſumma- *Ephe.4.*
tiooem ſanctorum in opus miniſterij, in ędificationem
corporis Chriſti. Hæc eſt domus quæ ſicut Pſalmus ca-
nit, ædificatur poſt captiuitatē: quoniam qui ſuot à dia-
bolo eruti, à quo captiui tenebantur, de his ædificatur *Ibidem.*
domus † Chriſti, quæ domus appellatur Eccleſia. Hanc *†corpus.*

A autem captiuitatem ipſe captiuauit, qui diabolum vicit. Et ne illa quæ futura erant ſancti capitis membra in æternum ſupplicium ſecum traheret, eum iuſticiæ prius, deinde potentiæ vinculis alligauit. Ipſe itaque *Pſal.67.* diabolus eſt appellata captiuitas, quem captiuauit qui aſcendit in altum & dedit dona hominibus, vel accepit in hominibus. Petrus autem Apoſtolus ſicut in eo libro Canonico legitur vbi ſcripti ſunt Actus Apo- *Acto.2.* ſtolorum, loquens de Chriſto, commotis corde Iudæis & dicentibus, Quid ergo faciemus fratres, monſtrate nobis: dixit ad eos, Agite pœnitentiam & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine domini Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti. Itémque in eodem libro legitur, Simonem magum Apoſtolis dare voluiſſe pecuniam, vt ab eis acciperet poteſtatem quòd per impoſitio- *Acto.8.* nem manus eius daretur ſpiritus ſanctus. Cui Petrus idem, Pecunia, inquit, tua tecum ſit in perditionem, quia donum dei æſtimaſti te per pecunias poſſidere. Et alio eiuſdem libri loco, cum Petrus Cornelio & B eis qui cum eo fuerant loqueretur, annuncians & præ- *Acto.10.* dicans Chriſtum, ait ſcriptura, Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum, & obſtupuerunt qui ex circunciſione fideles ſimul cum Petro venerant, quia & in nationes donum ſpiritus ſancti effuſum eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. De quo facto ſuo quòd incircunciſos baptizauerat, quia priuſquam baptizarentur, vt nodum quæſtionis huius auferret, in eos venerat ſpiritus ſanctus, cum Petrus poſtea redderet rationem fratribus qui erant Hieroſolymis, & hac re audita mouebantur, ait poſt cæ- *Acto.11.* tera, Cum cœpiſſem autem loqui ad illos, cecidit ſpiritus ſanctus in illos ſicut & in nos in initio. Memoratúsque ſum verbi domini ſicut dicebat, quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Si igitur æquale donum dedit illis, ſicut & nobis qui credidimus in dominum Ieſum Chriſtum: ego quis eram qui poſſem prohibere deum non dare illis ſpiritum ſanctum? Et multa alia ſunt teſtimonia ſcripturarum, quæ concorditer atteſtantur donum dei eſſe ſpiritum ſanctum, in quantum datur eis qui per eum diligunt deum. Sed nimis longum eſt C cuncta colligere. Et quid eis ſatis eſt, quibus hæc quæ diximus ſatis non ſunt? Sanè autem monendi ſunt, quandoquidem donum dei iam vident dictum ſpiritum ſanctum, vt cum audiunt donum ſpiritus ſancti, illud genus locutionis agnoſcant, quo dictum eſt, in *Coloſ.2.* expoliatione corporis carnis. Sicut enim corpus car- *1.ſen.di.15.* nis nihil eſt aliud quàm caro, ſic donum ſpiritus ſan- *cap.1.* cti nihil eſt aliud quàm ſpiritus ſanctus. Intantum ergo donum dei eſt, inquantum datur eis quibus datur. *1.ſen.d.18.* Apud ſe autem deus eſt, etſi nemini detur, quia deus *ca.cũ enim.* erat patri & filio coæternus antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant ipſe datur, ideo minor eſt illis. Ita enim datur ſicut donum dei, vt etiam ſeipſum det ſicut deus. Non enim dici poteſt non eſſe ſuæ pote- *Ioan.3.* ſtatis, de quo dictum eſt, Spiritus vbi vult ſpirat. Et il- *1.Cor.12.* lud Apoſtolicum quod iam ſupra commemoraui, Omnia hæc operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Non eſt illic conditio dati, & dominatio dantium, ſed concordia dati & dantium. Quapropter ſi ſancta ſcriptura proclamat, Deus *1.Ioan.4.* charitas eſt: illa quæ ex deo eſt, & in nobis id agit vt in deo maneamus, & ipſe in nobis, & hoc inde cogno-

ſcimus, quia de ſpiritu ſuo dedit nobis, ipſe ſpiritus e- D ius eſt, deus charitas. Deinde ſi in donis dei nihil ma- *1.ſen.di.10.* ius eſt charitate, & nullum eſt maius donum dei quàm *c.cum autẽ.* ſpiritus ſanctus, quid conſequentius quàm vt ipſe ſit charitas, qui dicitur & deus & ex deo? Et ſi charitas *1.ſen.d.10.* qua pater diligit filium, & patrem diligit filius, inef- *ca.hic notã* fabiliter communionem demonſtrat amborum, quid *dum.* conuenientius quàm vt ille dicatur charitas proprie, qui ſpiritus eſt communis ambobus? Hoc enim ſanius creditur vel intelligitur, vt non ſolus ſpiritus ſanctus charitas ſit in illa trinitate, ſed non fruſtra proprie charitas nnncupetur, propter illa quæ dicta ſunt. Si- *Ibidem.* cut non ſolus eſt in illa trinitate, vel ſpiritus vel ſanctus, quia & pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſan- *Super Ioan.* ctus, & filius ſanctus, quod non ambigit pietas, & ta- *tract.99.* men iſte non fruſtra proprie dicitur ſpiritus ſanctus. *1.ſen.di.10.* Quia enim eſt communis ambobus, id vocatur ipſe *cap.hic no-* proprie quod ambo communiter. Alioquin ſi in illa *tandum.* trinitate ſolus ſpiritus ſanctus eſt charitas, profecto & filius non ſolius patris, verumetiam ſpiritus ſancti filius inuenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur & legitur filius vnigenitus dei patris: vt tamen & illud E verum ſit quod Apoſtolus ait de deo patre, Qui eruit *Coloſſ.1.* nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij charitatis ſuæ. Non dixit, filij ſui: quod ſi diceret, veriſſime diceret, quemadmodum quia ſæpe dixit veriſſime dixit, ſed ait filij charitatis ſuæ. Filius ergo eſt etiam ſpiritus ſancti, ſi non eſt in illa trinitate charitas dei niſi ſpiritus ſanctus. Quod ſi abſurdiſſimum eſt, re- *1.ſen.diſ.9.* ſtat vt non ſolus ibi ſit charitas ſpiritus ſanctus, ſed *cap. dicitur* propter illa de quibus ſatis diſſerui proprie ſic vocetur. *quoque.* Quod autem dictum eſt, Filij charitatis ſuæ: nihil aliud intelligatur quàm filij ſui dilecti, quàm filij poſtremo ſubſtantiæ ſuæ. Charitas quippe patris quæ in natura eius eſt ineffabiliter ſimplici, nihil eſt aliud quàm eius ipſa natura atque ſubſtantia, vt ſæpe iam diximus, & ſæpe iterare non piget. Ac per hoc filius charitatis eius nullus eſt alius, quàm qui de ſubſtantia eius eſt genitus. Quocirca ridenda eſt dialectica Euno- *Contra Eunomium.* mij, à quo Eunomiani hæretici exorti ſunt. Qui cum non potuiſſet intelligere, nec credere voluiſſet, vnige- *Cap.XX.* nitum dei verbum, per quod facta ſunt omnia, filium *1.ſ.d.6.c.8.* dei eſſe natura, hoc eſt, de ſubſtantia patris genitum: *Ioan.1.* non naturæ vel ſubſtantiæ ſuæ ſiue eſſentiæ dixit eſſe fi- F lium, ſed filium voluntatis dei, accidentem ſcilicet deo volens aſſerere voluntatem qua gigneret filium: videlicet ideo quia nos aliquid aliquando volumus quod antea non volebamus, quaſi non propter iſta mutabilis intelligatur noſtra natura, quod abſit vt in deo eſſe credamus. Neque enim ob aliud ſcriptum eſt, Multæ *Hebræ.19.* cogitationes in corde viri, conſilium autem domini manet in æternum: niſi vt intelligamus ſiue credamus, ſicut æternum deum, ita æternum eius eſſe conſilium, ac per hoc immutabile ſicut ipſe eſt. Quod autem de cogitationibus, hoc etiam de voluntatibus veriſſime *Prouer.19.* dici poteſt. Multæ voluntates in corde viri, voluntas autem domini manet in æternum. Quidam ne filium conſilij vel voluntatis dei dicerent vnigenitum verbum, ipſum conſilium ſeu voluntatem patris idem ver- *1.ſent.di.9.* bum eſſe dixerunt. Sed melius quantum exiſtimo di- *cap. prædi-* citur conſilium de conſilio, & voluntas de volunta- *ctũ autem.* te, ſicut ſubſtantia de ſubſtantia, ſapientia de ſapientia, abſurditate illa quam iam refellimus, filius dicatur patrem facere ſapientem vel volentem, ſi non habet pater in ſubſtantia ſua cõſilium vel voluntatem. Acute ſa-

G ne quidam reſpondit hæretico verſutiſsime interro-
1.ſent.di.6. ganti, vtrum deus filium volens an nolens genuerit: vt
ca.1.& ca. ſi diceret nolens, abſurdiſſima dei miſeria ſequeretur:
prędicta in ſi autem volens, continuo quod intendebat velut in-
men. uicta ratione concluderet, non naturæ eſſe filium, ſed
voluntatis. At ille vigilantiſſime viciſſim quæſiuit ab
eo, vtrum deus pater volens an nolens ſit deus: vt ſi
reſponderet nolens, ſequeretur illa miſeria quam de
deo credere magna inſania eſt: Si autem diceret vo-
lens, reſponderet ei, ergo & ipſe deus eſt ſua volunta-
te, non natura. Quid ergo reſtabat niſi vt obmute-
ſceret, & ſua interrogatione obligatum inſolubili vin-
culo ſe videret. Sed voluntas dei ſi & proprie dicen-
da eſt aliqua in trinitate perſona, magis hoc nomen
ſpiritui ſancto competit, ſicut charitas. Nam quid eſt
Epilogus. aliud charitas, quàm voluntas? Vides me de ſpiritu
ſancto in iſto libro ſecundum ſcripturas ſanctas hoc
diſputaſſe, quod fidelibus ſufficit ſcientibus iam deum
eſſe ſpiritum ſanctum, nec alterius ſubſtantiæ, nec mi-
norem quàm eſt pater & filius, quod in ſuperioribus
libris ſecundum eaſdem ſcripturas verum eſſe docui-
mus. De creatura etiam quam fecit deus quantum va-
H luimus admonuimus eos qui rationem de rebus tali-
Roma.1. bus poſcunt, vt inuiſibilia eius per ea quæ facta ſunt, ſi-
cut poſſent intellecta conſpicerent, & maxime per ra-
tionalem vel intellectualem creaturam, quæ facta eſt
ad imaginem dei, per quam velut per ſpeculum quan-
tum poſſent, ſi poſſent, trinitatem cernerent deum, in
1.ſent. di.3. noſtra memoria, intelligentia, voluntate. Quæ tria in
ca.Sed iam ſua mente naturaliter diuinitus inſtituta quiſquis viua-
videndū. citer perſpicit, & quàm magnum ſit in ea, vnde poteſt
etiam ſempiterna immutabiliſq; natura recoli, conſpi-
ci, amplecti, concupiſci, reminiſcitur per memoriam,
intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectio-
nem, profecto reperit illius ſummæ trinitatis imaginē.
Ad quam ſummam trinitatem reminiſcendam, viden-
dam, diligendam, vt eam recordetur, eam contemple-
1.ſent.di.3. tur, ea delectetur, totum debet referre quod viuit. Ve-
ca.verunta rum ne hanc imaginem ab eadem trinitate factam &
mē caueat. ſuo vicio in deterius commutatam, ita eidem (compa-
ret) trinitati vt omnimodo exiſtimet ſimilem, ſed po-
tius in qualicunque iſta ſimilitudine, magnam quoque
I diſſimilitudinem cernat quantum eſſe ſatis videbatur
Epilogus ſu admonui. Sane deum patrem, & deum filium, id
periorum. eſt, deum genitorem qui omnia quæ ſubſtantialiter ha-
Cap.XXI. bet in coæterno ſibi verbo ſuo dixit quodam modo, &
ipſum verbum eius deum qui nec plus nec minus ali-
quid habet etiam ipſe ſubſtantialiter, quàm quod eſt in
illo qui verbum non mendaciter ſed veraciter genuit,
1.Cor.13. quemadmodum potui, non vt illud iam facie ad fa-
ciem, ſed per hanc ſimilitudinem in ænigmate quan-
tulumcūque coniiciendo videretur in memoria & in-
telligentia mentis noſtræ ſignificare curaui, memoriæ
tribuens omne quod ſcimus, etiam ſi non inde cogi-
temus, intelligentiæ vero proprio quodam modo co-
gitationis informationem. Cogitando enim quod ve-
rū inuenimus, hoc maxime intelligere dicimur, & hoc
quidem in memoria rurſus relinquimus. Sed illa eſt ab-
ſtruſior profunditas noſtræ memoriæ, vbi hoc etiam
primum cum cogitaremus inuenimus, & gignitur in-
timum verbum quod nullius linguæ ſit, tanquam ſcien
tia de ſcientia, & viſio de viſione, & intelligentia quæ
apparet in cogitatione, de intelligentia quæ in memo-
ria iam fuerat ſed latebat: quanquam & ipſa cogitatio
quandam ſuam memoriam niſi haberet, non reuerte-
retur ad ea quæ in memoria reliquerat, cum alia cogi- K
taret. De ſpiritu autem ſancto nihil in hoc ænigmate
quod ei ſimile videretur oſtendi, niſi voluntatem no-
ſtram vel amorem, ſeu dilectionem quæ valentior eſt
voluntas: quoniam voluntas noſtra quæ nobis natu-
raliter ineſt, ſicut ei res adiacuerint vel occurrerint qui-
bus allicimur aut offendimur, ita varias affectiones ha-
bet. Quid ergo eſt? Nunquid dicturi ſumus voluntatem
noſtram, quando recta eſt neſcire quid appetat, quid e-
uitet? Porrò ſi ſcit, profecto ineſt ei ſua quædam ſcien-
tia, quæ ſine memoria & intelligentia eſſe non poſſit.
An vero audiendus eſt quiſpiam dicens, Charitatē ne- *1.Cor.13.*
ſcire quid agat, quæ nō agit perperam? Sicut ergo ineſt
intelligentia, ineſt dilectio illi memoriæ principali in
qua inuenimus paratum & reconditum ad quod cogi-
tando poſſumus peruenire: quia & duo iſta inuenimus
ibi, quando nos cogitando inuenimus & intelligere a-
liquid & amare quæ ibi erant, & quando inde non co-
gitabamus: & ſicut ineſt memoria, ineſt dilectio huic
intelligentiæ quæ cogitatione formatur: quod verbum
verum ſine vllius gentis lingua intus dicimus, quando
quod nouimus dicimus: nam niſi reminiſcendo non
redit ad aliquid, & niſi amando redire non curat no- L
ſtræ cogitationis intuitus: ita dilectio quæ viſionem in
memoria conſtitutam, & viſionē cogitationis inde for-
matam quaſi parentem prolemq; coniungit, niſi habe-
ret appetendi ſcientiam, quæ ſine memoria & intelligē-
gentia non poteſt eſſe, quid recte diligeret ignoraret.
Verum hæc quando in vna ſunt perſona, ſicut eſt *Trinitas ali*
homo, poteſt nobis quiſquam dicere, tria iſta memoria, *ter in nobis*
intellectus, & amor, mea ſunt non ſua, nec ſibi ſed mihi *quàm ī deo.*
agunt quod agunt, immo ego per illa. Ego enim me *Cap. XXII.*
memini per memoriam, intelligo per intelligentiam,
amo per amorem: & quando ad memoriam meam a-
ciem cogitationis aduerto, ac ſic in corde meo dico
quod ſcio, verbúmque verum de ſcientia mea gignitur,
vtrunque meum eſt, & ſcientia vtique & verbum. Ego
enim ſcio, ego dico in meo corde quod ſcio: & quan-
do in memoria mea cogitando inuenio, iam me intelli
gere, iam me amare aliquid, qui intellectus & amor ibi
erant & antequam inde cogitarem, intellectum meum
& amorem meum inuenio in memoria mea, quo ego
intelligo, ego amo non ipſa. Item quādo cogitatio mea M
memor eſt, & vult redire ad ea quæ in memoria reli-
querat, eàque intellecta conſpicere atque intus dicere,
mea memoria memor eſt, & mea vult voluntate non
ſua, Ipſe quoque amor meus cum meminit atque intel-
ligit quid appetere debeat, quid vitare, per meam non
per ſuam memoriam meminit, & per intelligentiam
meam non per ſuam, quicquid intelligenter amat in-
telligit. Quod breuiter dici poteſt, Ego per omnia tria
illa memini, ego intelligo, ego diligo, qui nec memo-
ria ſum, nec intelligentia, nec dilectio, ſed hæc habeo.
Iſta ergo dici poſſunt ab vna perſona, quæ habet hæc
tria, non ipſa eſt hæc tria. In illius vero ſummæ ſimpli- *1.ſent. di 3.*
citate naturæ quæ deus eſt, quanuis vnus ſit deus, tres *c.quod bre-*
tamen perſonæ ſunt, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. *uiter.*
Aliud eſt itaque trinitas res ipſa, aliud imago trinita-
tis in re alia, propter quam imaginem ſimul & illud in *Quàm vera*
quo ſunt hæc tria imago dicitur: ſicut imago dici- *in deo trini*
tur ſimul & tabula & quod in ea pictum eſt, ſed prop- *tate vnitas,*
ter picturam quæ in ea eſt, ſimul & tabula nomine *& quàm ve*
imaginis appellatur. Verum in illa ſumma trini- *ram eiuſdē*
tate quæ incomparabiliter rebus omnibus antecel- *vnitate ſit*
lit, tanta eſt inſeparabilitas, vt cum trinitas hominum *trinitas.Ca.*
non *XXIII.*

A non poſſit dici vnus homo, in illa vnus deus & dicatur & ſit, nec in vno deo ſit illa trinitas, ſed vnus deus. Nec rurſus quemadmodum iſta imago quod eſt homo habens illa tria vna perſona eſt, ita illa eſt trinitas: ſed tres perſonæ ſunt, pater filij, & filius patris, & ſpiritus patris & filij. Quanuis enim memoria hominis, & maxime illa quam pecora non habent, id eſt, qua res intelligibiles ita continentur vt non in eam per ſenſus corporis venerint, habeat pro modulo ſuo in hac imagine trinitatis incorporaliter quidem imparem, ſed tamen qualemcunque ſimilitudinem patris. Itemq; intelligentia hominis quæ per intentionẽ cogitationis inde formatur, quando quod ſcitur dicitur, & nullius linguæ cordis verbũ eſt, habeat in ſua magna diſparilitate nõnullam ſimilitudinem filij: & amor hominis de ſcientia procedens, & memoriam intelligentiámque coniungens, tanquam parenti prolíque communis, vnde nec parens intelligitur eſſe, nec proles, habeat in hac imagine aliquam licet valde imparem ſimilitudinem ſpiritus ſancti: non tamen ſicut in iſta imagine trinitatis, non hæc tria vnus homo, ſed vnius hominis ſunt,

1. ſentẽ. diſt. 3. cap. nec rurſus.

B ita in ipſa ſumma trinitate cuius hæc imago eſt, vnius dei ſunt illa tria, ſed vnus deus eſt, & tres ſunt illæ non vna perſona. Quod ſanè mirabiliter ineffabile eſt, vel ineffabiliter mirabile, cum ſit vna perſona hæc imago trinitatis, ipſa vero ſumma trinitas tres perſonæ ſint, inſeparabilior eſt illa trinitas perſonarum trium, quàm hæc vnius. Illa quippe in natura diuinitatis ſiue id melius dicatur deitatis, quod eſt, hoc eſt, atque incommutabiliter inter ſe ac ſemper æqualis eſt. Nec aliquando non fuit aut aliter fuit: nec aliquando non erit, aut aliter erit. Iſta vero tria quæ ſunt in impari imagine, & ſi non locis quoniam non ſunt corpora, tamen inter ſe nunc in iſta vita magnitudinibus ſeparantur. Neque enim quia moles nullæ ibi ſunt, ideo non videmus in alio maiorem eſſe memoriam quàm intelligentiam. In alio autem contra, in alio duo hæc amoris magnitudine ſuperari, ſiue ſint ipſa duo inter ſe æqualia ſiue non ſint: atque ita à ſingulis bina, & à binis ſingula, & à ſingulis ſingula, à maioribus minora vincuntur: & quando inter ſe æqualia fuerint ab omni languore ſanata, nec tunc æquabitur rei natura immuta-

C bili, ea res quæ per gratiam non mutabitur: quia non æquatur creatura creatori, etiam quando ab omni languore ſanabitur. Sed hanc non ſolum incorporalem, veruimetiam ſumme inſeparabilem veréque immutabilem trinitatem, cum venerit viſio quæ facie ad faciem repromittitur nobis, multo clarius certiúſque videbimus, quàm nunc eius imaginem quòd nos ſumus: per quod tamen ſpeculum & in quo ænigmate qui vident ſicut in hac vita videre conceſſum eſt, non illi ſunt qui ea quæ digeſſimus & commendauimus in ſua mente conſpiciunt: ſed illi qui eam tanquam imaginem vident, vt poſſint ad eum cuius imago eſt quo modocunque referre quod vident, & per imaginem quam conſpiciendo vident etiam illud videre coniiciendo, quoniam nondum poſſunt facie ad faciem. Non enim ait Apoſtolus, videmus nunc ſpeculum, ſed videmus nunc per ſpeculum.

1. Cor. 13.

Ibidem.

Humanæ mentis cæcutientia. C. XXIIII.

Qui ergo vident ſuam mentem quo modo videri poteſt, & in ea trinitatem iſtam de qua multis modis vt potui diſputaui, nec tamen eam credunt vel intelligunt eſſe imaginem dei: ſpeculum quidem vident, ſed vſqueadeo non vident per ſpeculum eum qui eſt per ſpeculum nunc videndus, vt nec ipſum ſpeculum quod vident ſciant eſſe ſpeculum, id eſt, imaginem. Quod ſi ſcirent, fortaſſis & D eum cuius eſt hoc ſpeculum, per hoc quærendum & per hoc vtcunque interim videndum eſſe ſentirent, fide non ficta corda mundante, vt facie ad faciem poſſit videri, qui per ſpeculum nunc videtur. Qua fide cordium mundatrice contempta, quid agunt intelligendo quæ de natura mentis humanæ ſubtiliſſime diſputantur, niſi vt ipſa quoque intelligentia ſua teſte damnentur? In qua vtique non laborarent, & vix ad certum aliquid peruenirent, niſi pœnalibus tenebris inuoluti & onerati corpore corruptibili quod aggrauat animam. Quo tandem merito inflicto malo iſto niſi peccati? Vnde tanti mali magnitudine admoniti, ſequi deberent agnum qui tollit peccatum mundi.

1. Timo. 1.

Sapien. 9.

Ioan. 1.

Ad eum nanque pertinentes etiam longe iſtis ingenio tardiores, quando fine huius vitæ reſoluuntur à corpore, ius in eis retinendis non habent inuidæ poteſtates, Quas ille agnus ſine vllo ab eis peccati debito occiſus, non potentia poteſtatis prius quàm iuſticia ſanguinis vicit. Proinde liberi à diaboli poteſtate, ſuſcipiuntur ab angelis ſanctis, à malis omnibus liberati per mediatorem dei & hominum hominem Ieſum Chri- E ſtum: quoniam conſonantibus diuinis ſcripturis, & veteribus & nouis, & per quas prænũciatus, & per quas annunciatus eſt Chriſtus, non eſt aliud nomen ſub cœlo, in quo oportet homines ſaluos fieri. Conſtituuntur autem purgati ab omni cogitatione corruptionis, in placidis ſedibus, donec recipiant corpora ſua, ſed iam incorruptibilia, quæ ornent non onerent. Hoc enim placuit optimo & ſapientiſſimo creatori, vt ſpiritus hominis deo pie ſubditus, habeat fœliciter ſubditum corpus, & ſine fine permaneat iſta fœlicitas. Ibi veritatem ſine vlla difficultate videbimus, eaq; clariſſima & certiſſima perfruemur. Nec aliquid quæremus mente ratiocinante, ſed cõtemplante cernemus, quare non ſit filius ſpiritus ſanctus, cum de patre procedat. In illa luce nulla erit quæſtio: hic vero ipſa experientia tam mihi apparuit eſſe difficilis, quod & illis qui hæc diligenter atque intelligenter legent, proculdubio ſimiliter apparebit, vt cum me in ſecundo huius operis libro alio loco inde dicturum eſſe promiſerim, quotieſcunque in ea creatura quæ nos ſumus aliquid illi rei ſimile oſtendere volui, qualecunque eloquium † meum ſuffi- F ciens elocutio ſecuta non fuerit: quanuis & in ipſo intellectu conatum me ſenſerim magis habuiſſe quàm effectum: & in vna quidem perſona quod eſt homo inueniſſe imaginem ſummæ illius trinitatis, & in re mutabili tria illa vt facilius intelligi poſſent, etiam per temporalia interualla maxime in libro nono mõſtrare voluiſſe. Sed tria vnius perſonæ, non ſicut humana poſcit intentio, tribus illis perſonis conuenire potuerunt, ſicut in hoc libro quintodecimo demonſtrauimus.

Mundo corde cernũtur iſta. Caput XXV.

1. Timo. 2.

Acto. 4.

Supra li. 2. c. 3. in fine.

† qualẽcunque intellectum.

Deinde in illa ſumma trinitate quæ deus eſt interualla temporum nulla ſunt, per quæ poſſit oſtendi aut ſaltem requiri, vtrum prius de patre natus ſit filius, & poſtea de ambobus proceſſerit ſpiritus ſanctus. Quoniã ſcriptura ſancta ſpiritum eum dicit amborum. Ipſe eſt enim de quo dicit Apoſtolus, Quoniam autem eſtis filij, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra. Et ipſe eſt de quo dicit idem filius, Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Et multis aliis diuinorũ eloquiorum teſtimoniis comprobatur patris & filij eſſe ſpiritum, qui proprie dicitur in trinitate ſpiritus ſanctus. De quo item dicit ipſe filius, Quem ego mittam vobis à patre. Et alio loco, Quem

Interualla tẽporũ diuinæ trinitatis nulla ſunt. Ca. XXVI.

1. ſen. di. 12. c. his & huiuſmodi.

1. ſ. d. 11. c. 1.

Galat. 4.

Matth. 10.

Ioan. 15.

G mittet pater in nomine meo. De vtroq; autem proce-
Ioan.14. dere ſic docenir, quia ipſe filius ait, De patre procedit.
1.ſet.di.14. Et cum reſurrexiſſet à mortuis & apparuiſſet diſcipulis
c.de ipſ̃a. ſuis, inſufflauit & ait, Accipite ſpiritum ſanctum, vt eum
Ioan.15. etiam de ſe procedere oſtenderet. Et ipſe eſt virtus quæ
Ioan.20. de illo exibat, ſicut legitur in Euangelio, Et ſaoabat om
Luca.6. nes. Quid vero fuerit cauſæ vt poſt reſurrectionem ſuã,
& in terra prius daret, & de cœlo poſtea mitteret ſpiri-
tum ſanctum, hoc ego exiſtimo, quia per ipſum donum
diffunditur charitas io cordibus noſtris, qua diligimus
deum & proximum, ſecundum duo illa præcepta, in
Matth.22. quibus tota lex pendet & Prophetæ. Hoc ſignificãs do-
minus Ieſus, bis dedit ſpiritum ſanctum, ſemel in terra
propter dilectionem proximi, & iterum de cœlo prop-
1.ſet.di.14. ter dilectionem dei: & ſi forte alia ratio reddatur de
r. ſui aliqui. ſpiritu ſancto bis dato, eundem tamen ſpiritum ſan-
Ioan.20. ctum datum, cum inſufflaſſet Ieſus, de quo mox ait, Ite
Matth.28. baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & ſpi-
ritus ſancti: vbi maxime commendatur hæc trinitas,
ambigere non debemus. Ipſe eſt igitur qui de cœlo e-
tiam datus eſt die pentecoſtes, id eſt, poſt dies decem
H quàm dominus aſcendit in cœlũ. Quo modo ergo de-
us non eſt qui dat ſpiritũ ſanctum? Immo quantus deus
eſt qui dat deum? Neque enim aliquis diſcipulorum e-
1.ſen.d.14. ius dedit ſpiritum ſanctum. Orabant quippe vt veniret
ra. hic quæ- in eos quibus manum imponebant, non ipſi eum da-
ritur. bant. Quem morem in ſuis præpoſitis etiam nunc ſer-
Act.8. uat Eccleſia. Denique & Simon magus offerens Apo-
ſtolis pecuniam, noo ait, date & mihi hanc poteſtatem
vt dem ſpiritum ſanctum: ſed cuicuoque, inquit, impo-
ſuero manus, vt accipiat ſpiritum ſanctum. Quia neque
ſcriptura ſuperius dixerat, videns autem Simon quòd
Apoſtoli darent ſpiritum ſanctum: ſed dixerat, videns
autem Simon quòd per impoſitionem manuum Apo-
ſtolorũ daretur ſpiritus ſanctus. Propter hoc & domi-
nus ipſe Ieſus ſpiritum ſanctum, nõ ſolum dedit vt de-
us, ſed etiam accepit vt homo, propterea dictus eſt ple-
nus gratia. Et manifeſtius de illo ſcriptum eſt in acti-
Act.10. bus Apoſtolorum, Quoniam vnxit eum deus ſpiritu
ſancto. Non vtique oleo viſibili, ſed dono gratiæ, quod
viſibili ſignificatur vnguento quo baptizatos vngit Ec-
Matth.3. cleſia. Nec ſanè tunc vnctus eſt Chriſtus ſpiritu ſaocto,
I quando ſuper eum baptizatum velut columba deſcen-
dit. Tunc eoim corpus ſuum, id eſt Eccleſiam ſuã præ-
figurare dignatus eſt, in qua præcipue baptizati accipi-
unt ſpiritum ſanctum. Sed iſta myſtica & inuiſibili vn-
Ioan.1. ctione tunc intelligendus eſt vnctus, quando verbum
dei caro factum eſt, id eſt, quando humana natura ſi-
ne vllis præcedentibus bonorum operum meritis dei
verbo eſt in vtero virginis copulata, ita vt cum illo
fieret vna perſona: ob hoc eum confitemur natum de
ſpiritu ſancto, & virgine Maria. Abſurdiſſimum eſt e-
Ioan.3. nim vt credamus eum cum iam triginta eſſet anno-
rum, eius enim ætatis à Ioanne baptizatus eſt, accepiſ-
ſe ſpiritum ſanctum, ſed veniſſe illum ad baptiſma, ſi-
cut ſine vllo omnino peccato, ita non ſine ſpiritu ſan-
Luca.1. cto. Si enim de famulo eius & præcurſore ipſo Ioanne
ſcriptum eſt, Spiritu ſancto replebitur iam inde ab vte-
ro matris ſuæ, quoniam quamuis ſeminatus à patre, ta-
men ſpiritum ſanctum in vtero formatus accepit, quid
de homine Chriſto intelligendum eſt vel credendum
cuius carnis ipſa conceptio non carnalis ſed ſpiritalis
Act.2. fuit? In eo etiam quòd de illo ſcriptum eſt, quòd ac-
1.ſe.d.14.c. ceperit à patre promiſſionem ſpiritus ſancti & effude-
Ecquã plus. rit, vtraque natura monſtrata eſt, & humana ſcilicet &
diuina: accepit quippe vt homo, effudit vt deus, Nos K
autem accipere quidem hoc dooum poſſumus pro mo *1.ſen.di.14.*
dulo noſtro, effuodere autem ſuper alios non vtique *c.hic & hu*
poſſumus, ſed vt hoc fiat, deum ſuper eos à quo hoc *iuſmodi.*
efficitur inuocamus. Nunquid ergo poſſumus quærere
vtrum iam proceſſerat de patre ſpiritus ſanctus quãdo
natus eſt filius, an nondum proceſſerat, & illo nato de
vtroque proceſſit vbi nulla ſunt tempora: ſicut potui-
mus quærere vbi iouenimus tempora, voluntatem pri-
us de humana mente procedere, vt quæratur quod in-
uentum proles vocetur, Qua iam parta ſeu genita vo-
luntas illa perficitur, eo fine requieſcens, vt qui fuerat
appetitus quærentis, ſit amor fruentis, qui iam de vtro-
qoe, id eſt, de gignente meote, & de genita notione
tanquam de pareute ac prole procedat? Non poſſunt *1.ſen.di.12.*
prorſus iſta ibi quæri vbi nihil ex tempore inchoatur, *r.hic & hu*
vt conſequenti perficiatur in tempore. Quapropter qui *iuſmodi.*
poteſt intelligere ſine tempore geoerationem filij de
patre, intelligat ſine tempore proceſſionem ſpiritus ſan
cti de vtroque. Et qui poteſt intelligere in eo quod ait *Ioan.5.*
filius, Sicut habet pater vitam io ſemetipſo, [ſic dedit
filio vitam habere in ſemetipſo:] oon ſine vita exiſten- L
ti iam filio vitaio [patrem] dediſſe, ſed ita eum ſine tem- *1.ſen.di.12.*
pore genuiſſe, vt vita quam pater filio gignendo dedit, *r. forte etiã.*
coæterna ſit vitæ patris qui dedit, intelligat ſicut habet
pater in ſemetipſo, vt de illo procedat ſpiritus ſanctus,
ſic dediſſe filio vt de illo procedat idem ſpiritus ſan- *Ioan.5.*
ctus, & vtruoque ſine tempore, atque ita dictum ſpiri-
tum ſanctum de patre procedere, vt intelligatur, quòd
etiam procedit de filio, de patre eſſe & filio. Si enim
quicquid habet de patre habet filius, de patre habet vti-
que vt de illo procedat ſpiritus ſanctus. Sed oulla ibi
tempora cogitentur quæ habent prius & poſterius, quia
omnino nulla ibi ſunt. Quo modo ergo noo abſurdiſ- *1.ſen.di.13.*
ſime filius diceretur amborum, cum ſicut filio præſtat eſ- *rap.1.*
ſentiam ſine inino temporis, ſine vlla mutabilitate na-
turæ de patre generatio, ita ſpiritui ſancto præſtat eſſen-
tiam ſine initio temporis, ſine vlla mutabilitate natu- *1.ſen.d.13.*
ræ de vtroque proceſſio. Ideo etiim cum ſpiritum ſan- *cap. & no-*
ctum genitũ non dicamus, dicere tamen non audemus *tandum.*
ingeoitum, ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa
trinitate, vel duos qui non ſunt de alio quiſpiam ſuſpi- *1.ſen.di.13.*
cetur. Pater enioi ſolus oon eſt de alio, ideo ſolus ap- *r. nũc conſi*
pellatur ingenitus, ooo quidem in ſcripturis, ſed in con *derandũ.*
ſuetudine diſputaoorum, & de re tanta ſermooem qua- M
lem valuerint proferentium. Filius autem de patre na- *Ibidem.*
tus eſt: & ſpiritus ſanctus de patre principaliter, & ip-
ſo ſine vllo temporis interuallo dante, communiter de
vtroque procedit. Diceretur autem filius patris & filij, ſi *1.ſen.di.13.*
quod abhorret ab omnium ſanorum ſenſibus eum am- *rap.1.*
bo genuiſſent. Non igitur ab vtroque eſt genitus, ſed
procedit ab vtroq; amborum ſpiritus. Verum quia *Spiritꝰ quare*
in illa coæterna, coæquali & incorporali & ineffabiliter *nõ dicatur*
immutabili atq; ioſeparabili trinitate difficillimum eſt *genitus, &*
generationem à proceſſione diſtinguere, ſufficiat inte- *quare ſolus*
rim eis qui extendi non valent in amplius, id quod de *pater inge-*
hac re in ſermone quodam proferendo ad aures popu *nitus. Cap.*
li Chriſtiani diximus, dictúmque conſcripſimus. Inter *XXVII.*
cætera enim cum pèr ſcripturarũ ſanctarum teſtimo- *1.ſen.di.12.*
nia docuiſſem, de vtroq; procedere ſpiritum ſanctum: *c. forte etiã.*
Si ergo, inquam, & de patre & de filio procedit ſpiri-
tus ſanctus, cur filius dixit, de patre procedit? cur putas,
niſi quemadmodum ſolet ad eum referre & quod ipſi-
us eſt, de quo & ipſe eſt? Vnde & illud eſt quod ait, Mea *Ioan.7.*
doctrina non eſt mea, ſed eius qui me miſit. Si igitur
hic in-

A hic intelligitur eius doctrina quam tamen dixit non
ſuam ſed patris,quanto magis illic intelligendus eſt, &
de ipſo procedere ſpiritus ſanctus, vbi ſic ait, De patre
procedit: vt non diceret de me non procedit? A quo au
tem habet filius vt ſit deus, eſt enim de deo deus,ab illo
habet vtique vt de illo etiam procedat ſpiritus ſanctus:
ac per hoc ſpiritus ſanctus vt etiam de illo procedat ſi-
1.ſen.di.13. cap.1. cut procedit de patre,ab ipſo habet patre. Hic vtcunque
etiam illud intelligitur,quãtum à talibus quales nos ſu-
mus intelligi poteſt,cur non dicatur natus eſſe,ſed po-
tius procedere ſpiritus ſanctus, quoniam ſi & ipſe filius
diceretur,amborum vtique filius diceretur:quod abſur-
diſſimum eſt. Filius quippe nullus eſt duorum, niſi pa-
tris & matris. Abſit autem vt inter deum patrem,& de-
um filium aliquid tale ſuſpicemur , quia nec filius ho-
minum ſimul ex matre & patre procedit : ſed cum in
matrem procedit ex patre , non tunc procedit ex ma-
tre: & cum in hanc lucem procedit ex matre, non tunc
procedit ex patre. Spiritus autem ſanctus non de patre
procedit in filiũ,& de filio procedit ad ſanctificandam
creaturam, ſed ſimul de vtroque procedit: quanuis hoc
B pater filio dederit, vt quemadmodum de ſe, ita de illo
quoque procedat . Neque enim poſſumus dicere quòd
non ſit vita ſpiritus ſanctus,cum vita pater,vita ſit filius:
Ioan.5. ac per hoc ſicut pater cum habeat vitam in ſemetipſo,
dedit & filio vitam habere in ſemetipſo, ſic ei dedit vi-
tam procedere de illo,ſicut & procedit de ipſo. Hæc de
illo ſermone in hunc librum tranſtuli, ſed fidelibus nõ
infidelibus loquens. Verum ſi ad hanc imaginem con-
tuendam,& ad videnda iſta quàm vera ſint,quæ in eo-
rum mente ſunt , nec tria ſic ſunt vt tres perſonæ ſint,
ſed omnia tria hominis ſunt quæ vna perſona eſt, mi-
nus idonei ſunt : cur non de illa ſumma trinitate quæ
deus eſt credunt potius quod in ſacris literis inuenitur,
quàm poſcunt liquidiſſimam reddi ſibi rationem, quæ
ab humana mente tarda ſcilicet infirmàque non capi-
tur? Et certe cum inconcuſſe crediderint ſcripturis ſan
ctis tanquã veraciſſimis teſtibus,agant orando & quæ-
rendo & bene viuendo vt intelligant, id eſt, vt quantũ
videri poteſt videatur mente quod tenetur fide . Quis
hoc prohibeat, immo vero ad hoc quis non hortetur?
Si autem propterea negandum putant iſta eſſe, quia ea
C non valent cæcis mentibus cernere , debent & illi qui
ex natiuitate ſua cæci ſunt, eſſe ſolem negare. Lux ergo
Ioan.1. lucet in tenebris. Quod ſi eam tenebræ non compre-
hendunt , illuminentur dei dono prius vt ſint fideles,
& incipiant eſſe lux in comparatione infidelium : at-
que hoc præmiſſo fundamento ædificentur ad viden-
da quæ credunt,vt aliquãdo poſſint videre. Sunt enim
quæ ita creduntur, vt videri iam omnino non poſſint,
Non enim Chriſtus iterum in cruce videndus eſt : ſed
niſi hoc credatur quod ita factum atque viſum eſt , vt
futurum ac videndum iam non ſperetur, non perueni-
tur ad Chriſtum, qualis ſine fine videndus eſt. Quan-
tum vero attinet ad illam ſummam ineffabilem incor-
poralem immutabilèmque naturam per intelligenti-
am vtcunque cernendam , nuſquam ſe melius regente
duntaxat fidei regula acies humanæ mentis exercet,
quàm in eo quod ipſe homo in ſua natura melius cæ-
teris animalibus, melius etiam cæteris animæ ſuæ par-
tibus habet,quod eſt ipſa mens. Cui quidam rerum in-
uiſibilium tributus eſt viſus,& cui tanquam in loco ſu-
periore atque interiore honorabiliter præſidenti, indi-
canda omnia nunciant etiam corporis ſenſus , & qua
non eſt ſuperior cui ſubdita regenda eſt niſi deus. Ve-

rum inter hæc quæ multa iam dixi , & nihil illius ſum- D
mæ trinitatis ineffabilitate dignum me dixiſſe audeo
profiteri , ſed confiteri potius mirificatam ſcientiam e- *Pſal.138.*
ius ex me inualuiſſe,nec poſſe me ad illam. O tu anima
mea vbi te eſſe ſentis , vbi iaces, vbi ſtas , donec ab eo *Pſal.102.*
qui propicius factus eſt omnibus inquinamentis † tuis, *†iniquita-*
ſanentur omnes languores tui? Agnoſcis te certe in il- *tibus.*
lo eſſe ſtabulo, quò Samaritanus ille perduxit eum quẽ *Lucæ.10.*
reperit à multis latronibus inflictis vulneribus ſemiui-
uum . Et tamen multa vera vidiſti , non his oculis qui-
bus videntur corpora colorata , ſed eis pro quibus ora-
bat qui dicebat , Oculi mei videant æquitatem. Nem- *Pſal.16.*
pe ergo multa vera vidiſti, eáque diſcreuiſti ab illa luce
qua tibi ea lucẽte vidiſti: attolle oculos in ipſam lucem,
& eos in eã fige ſi potes. Sic enim videbis quid diſtet na
tiuitas verbi dei à proceſſione doni dei, propter quod
filius vnigenitus non de patre genitum , alioquin fra-
ter eius eſſet,ſed procedere dixit ſpiritum ſanctum. Vn
de cum ſit communio quædam conſubſtantialis patris
& filij,amborum ſpiritus,non amborum,quod abſit,di
ctus eſt filius. Sed ad hoc dilucide perſpicuéque cernen
dum , non potes ibi aciem figere, ſcio quia non potes.
Verum dico, mihi dico,quid non poſſim ſcio: Ipſa ta- E
men tibi oſtendit in te tria illa, in quibus te ſummæ ip-
ſius, quàm fixis oculis cõtemplari nondum vales, ima-
ginem trinitatis agnoſcas . Ipſa oſtendit tibi verbũ ve-
rum eſſe in te , quando de ſcientia tua gignitur , id eſt,
quando quod ſcimus dicimus : quanuis nullius gentis
lingua ſignificantem vocem vel proferamus vel cogite
mus,ſed ex illo quod nouimus cogitatio noſtra forme-
tur : ſitq; in acie cogitantis imago ſimillima cogitatio-
nis eius quam memoria cõtinebat , iſta duo ſcilicet ve-
lut parẽtem ac prolem tertia voluntate ſiue dilectione
iungente. Quã quidem voluntatẽ de cogitatione † pro- *†Vetera in-*
cedere, nemo enim vult quòd omnino quid vel quale *terim loco*
ſit neſcit,non tamen eſſe cogitationis imaginẽ,& ideo *cogitationis,*
quãdam in hac re intelligibili natiuitatis & proceſſio- *habent, co-*
nis inſinuari diſtantiã,quoniã non hoc eſt cogitatione *gnitionis.*
conſpicere quod appetere, vel etiam perfrui voluntate,
cernat diſcernatq; qui poteſt. Potuiſti & tu,quãuis non
potueris neq; poſſis explicare ſufficienti eloquio , quod
inter nubila ſimilitudinũ corporalium, quæ cogitatio-
nibus humanis occurſare non deſinunt,vix vidiſti. Sed F
illa lux quæ non eſt quod tu, & hoc tibi oſtendit, aliud
eſſe illas incorporeas ſimilitudines corporum, & aliud
eſſe verum, quod eis reprobatis intelligentia contue-
mur: hæc & alia ſimiliter certa oculis tuis interioribus *Concluſio li-*
lux illa monſtrauit. Quæ igitur cauſa eſt cur acie fixa ip- *bri cum pre*
ſam videre nõ poſſis,niſi vtique infirmitas? Et quid tibi *catione &*
eã fecit niſi iniquitas? Quis ergo ſanat omnes languo- *excuſatione*
res tuos,niſi qui propicius ſit omnibus iniquitatibus tu- *de multilo-*
is? Librum itaq; iſtum iam tandem aliquando precatio- *quio. Cap.*
ne melius quàm diſputatione concludam. Domi- *XXVIII.*
ne deus noſter,credimus in te patrem,& filium & ſpiri- **al. Et ſi tu*
tum ſanctum. Neque enim diceret veritas, Ite baptiza- *de⁹ pater ip*
te omnes gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſan- *ſe nõ eſſes,*
cti, niſi trinitas eſſes . Nec baptizari nos iuberes domi- *& filius tu⁹*
ne deus in eius nomine qui non eſt dominus deus. Ne- *verbũ tuum*
que diceretur voce diuina , Audi Iſraël, dominus deus *Ieſus Chri-*
tuus deus vnus eſt: niſi trinitas ita eſſes vt vnus domin⁹ *ſt⁹ ipſe nõ eſ*
deus eſſes*. Et ſi tu deus pater ipſe eſſes,& filius verbum *ſet, & donũ*
tuum Ieſus Chriſtus ipſe eſſes,& donum veſtrum ſpiri- *veſtrũ ſpiri*
tus ſanctus,nõ legeremus in literis veritatis, Miſit deus *t⁹ ſanct⁹ nõ*
filiũ ſuũ: Nec tu,ô vnigenite,diceres de ſpiritu ſancto, *eſſet, nõ le-*
Quem mittet pater in nomine meo, & quem ego mit- *geremu⁹, etc.*

G tam vobis à patre. Ad hanc regulam fidei dirigens in-
tentionem meam quantum potui, quantum me poſſe
feciſti, quæſiui te & deſideraui intellectu videre quod
credidi, & multum diſputaui & laboraui. Domine deus
meus, vna ſpes mea, exaudi me ne fatigatus nolim te
quærere, ſed quæram faciem tuam ſemper ardenter. Tu
da quærendi vires qui inuenire te feciſti, & magis ma-
Pſal.104. giſq; inueniendi te ſpem dediſti. Coram te eſt firmitas,
& infirmitas mea: Illam ſerua, iſtam ſana. Coram te eſt
ſcientia & ignorantia mea. Vbi mihi aperuiſti, ſuſcipe
intrantem. Vbi clauſiſti, aperi pulſanti. Meminerim tui,
intelligam te, diligam te. Auge in me iſta, donec me re-
formes ad integrum. Scio ſcriptum eſſe, In multilo-
Prouer.10. quio non effugietur peccatum. Sed vtinam prædican-
do verbum tuum, & laudando te tantummodo loque-
rer: nõ ſolum fugerem peccatum, ſed meritum bonum
acquirerem, quamlibet multum ſic loquerer. Neque e-
nim homo de te beatus, peccatum præciperet germa-
2.Timo.4. no in fide filio ſuo, cui ſcripſit dicens, Prædica verbum,
inſta opportune, importune. Nunquid dicendum eſt
iſtum non multum locutum, qui non ſolum opportu-
H ne, verumetiam importune verbum tuum domine nõ
tacebat? Sed ideo non erat multũ, quia tantum erat ne-
ceſſarium. Libera me deus à multiloquio quod patior
intus in anima mea miſera in conſpectu tuo, & confu-
gientem ad miſericordiam tuam. Non enim cogitatio
nibus taceo, etiam tacens vocibus. Et ſi quidem non co
gitarem niſi quod placeret tibi, non vtique rogarem vt
me ab hoc multiloquio liberares. Sed multæ ſunt cogi-
tationes meę, tales quales noſti, cogitationes hominum
Pſal.93. quoniam vanæ ſunt. Dona mihi non eis conſentire, &
ſi quãdo me delectant, eas nihilominus improbare, nec
in eis velut dormitando immorari. Nec intantum va-
leant apud me, vt aliquid in opera mea procedat ex il-
lis, ſed ab eis mea ſaltem ſit tuta ſententia, tuta conſcien
tia, te tuente. Sapiens quidam cum de te loqueretur in
libro ſuo qui Eccleſiaſticus proprio nomine iam voca-
Eccl.43. tur, Multa, inquit, dicimus & non peruenimus, & con-
ſummatio ſermonum vniuerſa eſt ipſe. Cum ergo per-
uenerimus ad te, ceſſabunt multa iſta quæ dicimus, &
non peruenimus, & manebis vnus omnia in omnibus:
& ſine fine dicemus vnum, laudantes te in vnum, & in
1.Cor.15. te facti etiam nos vnum. Domine deus vnus, deus trini
I tas, quæcũque dixi in his libris de tuo, agnoſcant & tui:
ſi qua de meo, & tu ignoſce & tui. Amen.

Operis de Trinitate finis.

AD LECTOREM.

EX diui Auguſtini præfatione, eiq́; totius operis calce ſatis apparet illum ab eruditis quibuſdam deterritum ne libros de Trinitate vel abſolueret, vel ederet, quod hoc argumentum à compluribus & Græcis & Latinis, multo tum breuius, tum dilucidius fuiſſet tractatum: velut ab Athanaſio, Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Didymo & Hilario, aliiſque nonnullis: & ipſe Auguſtinus videtur agnoſcere, non ſolum obſcuritatem ac multiloquium, verumetiam ingenij defectum, quo factum eſt, vt tot libris verſatus in rebus externis, vbi ventum eſt ad ſummam illam trinitatis imaginem, repercußis maieſtate rei mentis oculis, & pauca dixerit, nec ſatis digna promißis. Iam multiloquium huic penè perpetuum eſt, quod accidit illi docendi ſtudio, dum cupit quæ ſcribit etiam à parum eruditis ac tardis intelligi. Obſcuritas hinc accidit, in hoc duntaxat opere, quod quum res per ſe ſit obſcurißima, eáque dilucidis imaginibus adhibitis illuſtranda, ille trinitatis imagines petit ab iis rebus, quæ nec vulgo ſatis notæ ſunt, nec inter eruditos admodum confeſſa, poſtremo ta- K
les, vt ipſæ potius egeant illuſtratione, quàm vt obſcurißimis lucem poßint inuehere. Verum ille in hoc genere perlibenter verſari ſolet, adeo vt ſi quando caſu inciderint, illic veluti viator ad amœnum fontem itineris propemodum oblitus deſideat. Duobus incommodis, multiloquio, ſic enim ipſe vocat, & obſcuritati mederi ſtudet, crebris tranſitionibus ac repetitionibus, nec his contentus ſub finem, multis & accuratis epilogis, tum memoriam tum intellectum lectoris ſubleuat, De tertio veniam petit à deo. Hanc ſynceritatem ſanctißimi viri, vtinam omnes Eccleſiæ doctores imitentur. Nemo ſanè tam addictus eſt Auguſtino, quin faſſurus ſit illum alia ſcripſiſſe fœlicius, nec hic admodum operis titulo, aut lectoris expectationi reſpondiſſe. Cæterum quod quum aliâs, tum extremo libro, docet vnum patrem appellandum ingenitum: quum ſpiritus ſanctus non dicatur genitus, ſed procedens: Sciendum eſt quod Auguſtinus appellat ingenitum, ab Hilario verti innaſcibilem, eiúsque cognominis rationem exiſtimat in ſolum patrem competere libro de trinitate quarto, aliiſque locis nonnullis: Græci vocant ἀγέννητον. Athanaſius indicat vocem ab Ethnicis ſumptam, qui diſputant vtrum mundus ſit ἀγέννητος an γεννητός. Eam vocem arte induxerunt Arriani, vt inſidioſis vocabulis perſuaderent filium & ſpiritum ſanctum eſſe creaturas. L
Id conſequitur, ſi verum eſt ſolum patrem eſſe ἀγέννητον. Proinde nec ingenitum nec innaſcibile ſatis exprimit Græcam vocem ἀγέννητον, Aliud enim eſt ἀγέννητον, aliud ἀγένητον, quemadmodum aliud eſt γεννηθὲν, aliud γεγονὸς: illud competit in eum qui ex parente naſcitur, hoc in id quod quocunque modo factum eſt. Minimum autem intereſt inter ἀγένητον, ἄκτιστον, & ἀποίητον, quæ ſingula congruunt æqua in omnes perſonas. Etenim ſi ἀγένητον ſeparat à rebus conditis, tam eſt ἀγένητος filius, iuxta ſuperiorem naturam, & ſpiritus ſanctus, quàm ipſe pater. Sin ἀγένητον dicitur, quod nunquam eſſe cœpit, ſed ab æterno fuit, & hoc eſt omnibus perſonis commune. Si vero ἀγέννητον idem valet quod ἀγένητον, vocabulum eſt patri cum ſpiritu ſancto commune. Poſtremo ſi ἀγέννητον interpretamur, quod nec temporis nec originis habet initium: hac demum ratione ſoli patri congruit. Reliqua pete ex libro D. Athanaſij quem ſcripſit aduerſus Euſebium.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPOnenſis Epiſcopi, Liber de Geneſi ad literam imperfectus. M

DE obſcuris naturalium rerũ quę omnipotenti deo artifice facta ſentimus, non affirmando, ſed quærendo tractandum eſt, in libris maxime quos nobis commẽdat authoritas, in quibus temeritas aſſerendæ incertæ, dubiæq; opinionis, difficile ſacrilegij crimẽ euitat: ea tamẽ quærendi dubitatio catholicæ fidei metas nõ debet excedere. Et quoniam multi ad ſuam ſentẽtiam, quæ præter fidem eſt catholicæ diſciplinæ, expoſitionem ſcripturarum diuinarum trahere cõſueuerunt, ante tractationẽ huius libri catholica fides explicanda eſt. Eſt autẽ hæc, Deum patrem omnipotentem vniuerſam creaturam feciſſe atque conſtituiſſe per filium ſuum vnigenitum, id eſt, ſapientiam & virtutem ſuam conſubſtantialem ſibi & coæternam in vnitate ſpiritus ſancti, & ipſius cõſubſtantialis & coæterni. Hanc ergo trinitatem dici vnum deum,

Temeritas aſſerendi. Cap.I.

Fides catholica.

A deum,eumq; feciſſe & creaſſe omnia quæ ſunt,inquantum ſunt,catholica diſciplina dici iubet,† ita vt iubet:† ita vt creatura omnis ſiue intellectualis ſiue corporalis,vel quod breuius dici poteſt,ſecũdum verba diuinarum ſcripturarum, ſiue inuiſibilis ſiue viſibilis, non de dei natura†,ſed à deo ſit facta de nihilo, nihilque in ea eſſe quod ad trinitatem pertineat,niſi quòd trinitas cõdidit, iſta condita eſt. Quapropter creaturam vniuerſam neque cõſubſtantialem deo, neque coæternam fas eſt dicere atque credere. Eſſe autem omnia quæ fecit bona valde, mala vero non eſſe naturalia, ſed omne quod dicitur malum,aut peccatum eſſe,aut pœnam peccati, Nec eſſe peccatum niſi prauum liberæ voluntatis aſſenſum, cum inclinamur ad ea quæ iuſticia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere:id eſt,non in rebus iſtis,ſed in vſu earum legitimo. Vſus auté rerum eſt legitimus, vt anima in lege dei maneat,& vni deo pleniſsima dilectione ſubiecta ſit, & cætera ſibi ſubiecta ſine cupiditate aut libidine miniſtret,id eſt,ſecundum præceptum dei. Ita enim ſine difficultate & miſeria, & cum ſumma facilitate & beatitudine adminiſtrabit. Pœna vero peccati eſt, cum ipſis creaturis non ſibi ſeruientibus cru-

†al. de deo nata.

Peccatum.

Pœna peccati.

B ciatur anima,cum deo ipſa non ſeruit: quæ creatura illi obtemperabat,cum ipſa obtemperabat deo. Itaq; nõ eſſe ignem malum, quia creatura dei eſt, ſed tamen vrit eo imbecillitatem noſtram ex merito peccati. Dici autem peccata naturalia, quæ neceſſe eſt committi ante miſericordiam dei, poſtquam in hanc vitam per peccatum liberi arbitrij lapſi ſumus: renouari hominem per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, cum ipſa ineffabilis, ac incommutabilis dei ſapientia plenum totumq; hominem ſuſcipere dignata eſt, & naſci de ſpiritu ſancto & virgine Maria, crucifigi, ſepeliri & reſurgere,& aſcendere in cœlum,quod iam factum eſt:& venire ad iudicandos viuos & mortuos in fine ſeculi, & reſurrectionem mortuorum in carne,quod adhuc futurum prædicatur: datum eſſe ſpiritum ſanctum,credentibus in eum:cõſtitutam ab illo matrem Eccleſiam quæ catholica dicitur, ex eo quia vniuerſaliter perfecta eſt, & in nullo claudicat, & per totum orbem diffuſa eſt:

Catholica.

C remiſſa eſſe pœnitẽtibus priora peccata, & vitam æternam cœlorũmque regnum promiſſum. Secundum hanc fidem quæ poſſunt in hoc libro quæri & diſputari, conſiderandum eſt. In principio fecit deus cœlum & terram. Quatuor modi à quibuſdam ſcripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ,ſecũdum hiſtoriam,ſecundum allegoriam,ſecundum analogiam, ſecundum etymologiam. Hiſtoria eſt, cum ſiue diuinitus ſiue humanitus res geſta commemoratur. Allegoria,cum figurate dicta intelliguntur. Analogia,cum veteris & noui teſtamentorum congruentia demonſtratur. Etymologia,cum dictorum factorũmque cauſæ redduntur. Hoc ergo quod ſcriptum eſt,In principio fecit deus cœlum & terram: quæri poteſt, vtrum tantummodo ſecundum hiſtoriam accipiendum ſit, an etiam figurate aliquid ſignificet, & quo modo congruat Euangelio,& qua cauſa liber iſte ſic inchoatus ſit, Secundum hiſtoriam autem quæritur, quid ſit in principio,id eſt vtrum in principio temporis, an in principio: an ipſa ſapientia dei, quia & ipſe dei filius principium ſe dixit, quando ei dictum eſt, Tu quis es: & dixit,Principium quod & loquor vobis.Eſt enim principium ſine principio, & eſt principium cum alio principio. Principium ſine principio ſolus pater eſt, ideo ex vno principio eſſe omnia credimus.Filius autem ita

Modi exponẽdæ legis.

Cap.II.

Gene.1.

Hiſtoria.

Allegoria.

Analogia.

Etymologia.

Creatio cœli terræq;.

Cap.III.

Gene.1.

Ioan.8.

Principiũ duplex.

principium eſt, vt de patre ſit. Ipſa etiam prima creatura intellectualis,poteſt dici principium iis quibus caput eſt,quæ fecit deus. Cum enim rectè appelletur principium caput, in illa gradatione Apoſtolus mulierem tamen non dixit caput alicuius. Nam & virum dixit caput mulieris,& caput viri Chriſtum, & caput Chriſti deũ,ita creatori creatura ſubnectitur. An ideo in principio dictum eſt,quia primum factum eſt?An non potuit inter creaturas primum fieri cœlum & terra, ſi angeli & omnes intellectuales poteſtates primum factæ ſunt?Quia & angelos creaturam dei & ab eo factos credamus neceſſe eſt. Nam & angelos enumerauit Propheta in CXLVIII.Pſalmo cum dixit, Ipſe iuſsit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Sed ſi primum facti ſunt angeli, quæri poteſt, vtrum in tempore facti ſunt, an ante omne tempus, an in exordio temporis? Si in tempore,iam erat tempus antequam angeli fierent. Et quoniam etiam tempus ipſum creatura eſt; incipit neceſſe eſſe vt aliquid prius quàm angelos factum accipiamus. Si autem in exordio temporis factos dicimus, vt cum ipſis cœperit tempus, dicendum eſt falſum eſſe quod quidam volũt, ante cœlum & terram tempus eſſe cœpiſſe. Si auté prius quàm tempus angeli facti ſunt, quærendum eſt quo modo dictũ ſit in conſequentibus: Et dixit deus,fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant ſuper terram, & diuidant inter noctem & diem, & ſint in ſigna & tempora & dies & annos. Hic enim poteſt videri, tunc cœpta eſſe tempora cum cœlum & luminaria cœli ordinatis itineribus currere cœpiſſent: quod ſi verum eſt, quo modo poterunt dies eſſe antequam tempus eſſet,ſi à curſu luminarium tempus exorſum eſt,quæ quarto die dicuntur eſſe facta?An iſta dierum digeſtio ſecundum conſuetudinem humanæ fragilitatis ordinata eſt lege narrandi, & humilibus humiliter inſinuandi ſublimia, qua & ipſe ſermo narrantis non poteſt niſi aliqua habere & prima & media & vltima? An in temporibus iſtis dictum eſt vt eſſent luminaria, quæ tempora homines interuallis morarum in corporis motione metiuntur? Hæc enim tempora ſi nullus motus corporum eſſet, nulla eſſent, & ipſa ſunt hominib9 manifeſtiora.Quod ſi admittimus,quærendum eſt,vtrum præter motum corporum poſsit eſſe tempus in motu incorporeæ creaturæ, veluti eſt anima vel ipſa mens: quæ vtique in cogitationibus mouetur, & ipſo motu aliud habet prius,aliud poſterius,quod ſine interuallo temporis intelligi non poteſt. Quod ſi accipimus, etiam ante cœlum & terram poteſt intelligi tempus fuiſſe, ſi ante cœlum & terram facti ſunt angeli. Erat enim iam creatura quæ motibus incorporeis tempus ageret.Et rectè intelligitur cum illa etiam tempus eſſe, vt in anima quæ per corporeos ſenſus corporeis motibus aſſuefacta eſt.Sed fortaſſe non eſt in principibus & creaturis ſupereminẽtibus.Sed quoquo modo hoc ſe habeat:res enim ſecretiſsima eſt, & humanis coniecturis impenetrabilis:illud certè accipiendum eſt in fide,etiã ſi modum noſtræ cogitationis excedit,omnem creaturam habere initium, tempusq; ipſum creaturam eſſe,ac per hoc ipſum habere initiũ, nec coæternum eſſe creatori.Poteſt enim cœlum & terra pro vniuerſa creatura poſitum videri, vt & hoc viſibile æthereum firmamentum,cœlum appellatum ſit,& illa creatura inuiſibilis ſupereminentium poteſtatum, rurſuſq; terra omnis inferior pars mundi cum animalibus quibus inhabitatur. An cœlũ omnis creatura ſublimis atq; inuiſibilis dicta eſt, terra vero omne viſibile, vt etiam ſic

D

Gradatio Græce κλίμαξ figura, tũ verbo ſequẽti verbũ pri9 excipitur.

Pſal.32. & 148.

E

F

G ſic poſsit hoc quod dictum eſt, In principio fecit deus cœlum & terram, vniuerſa creatura intelligi? Fortaſſe quippe non incongrue in cõparatione inuiſibilis creaturę, omne viſibile terra dicitur, vt illa cœli nomine nũcupetur. Quoniam & anima quę inuiſibilis eſt, cum rerum inuiſibilium amore tumeſceret, & earum adeptione extolleretur, terra dicta eſt, ſicut ſcriptum eſt, Quid ſuperbit terra & cinis? Sed quæri poteſt, vtrum iam diſtincta & compoſita omnia dixerit cœlũ & terram, an ipſam primo informem vniuerſitatis materiem, quæ in has formatas & ſpecioſas naturas deo ineffabiliter iubente digeſta eſt, cœli & terræ nomine nuncupauerit? Quanquam enim ſcriptum legerimus, Qui feciſti mũdum de informi materia: tamẽ etiam ipſam materiam cuiuſmodicunq; ſit, non poſſumus dicere nõ ab eo factam, ex quo omnia confitemur & credimus, Vt etiam ipſa digeſtio & ordinatio ſingularum quarũque rerum formatarum & diſtinctarum mundus vocetur: ipſa vero materies cœlum & terra, veluti ſemen cœli appellata ſit, quaſi confuſum atque permixtum ab artifice deo accipiendis formis idoneum. Hactenus de hoc quæſitum ſit quod dictum eſt, In principio fecit deus cœlum & terram: nihil enim horum temere affirmari potuit. H

Anima terra dicitur. Eccli. 10.

Terra inuiſibilis. Cap. IIII.

Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ferebatur ſuper aquam. Ab hæreticis qui veteri teſtamento aduerſantur, moueri calumnia huic loco ſolet, cum dicunt, Quo modo in principio fecit deus cœlum & terram, ſi iam terra erat? Non intelligentes hoc eſſe ſubiectum, vt exponeretur qualis terra fuerit de qua iam dictum eſt, Fecit deus cœlum & terram. Hæc autem terra quam deus fecit, inuiſibilis erat & incompoſita, donec ab eodem ipſo diſcerneretur, & ex confuſione in rerum certo ordine conſtitueretur. An ſic melius intelligitur, vt in hac executione rurſus eadem rerum materies commendaretur quæ ſuperius cœli & terræ nomine nuncupata eſt: vt iſte ſit ſenſus, In principio fecit deus cœlum & terram: hoc autem quod cœlum & terra dictum eſt, terra erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ ſuper abyſſum: id eſt quod cœlum & terra appellatum eſt, materies erat confuſa quædam, de qua mundus, qui duabus maxime partibus cœlo ſcilicet & terra conſtat, digeſtis elementis & accepta forma fabricaretur. Quæ I confuſio materiæ ſic potuit inſinuari populari intelligentiæ, ſi diceretur terra inuiſibilis vel incompoſita vel inordinata vel imparata, & tenebræ ſuper abyſſum, id eſt ſuper profunditatem vaſtiſsimam: quæ rurſus profunditas ex eo fortaſſe nominata eſt, quia nullius intelligentia propter ipſam informitatem penetrari poteſt. Et tenebrę erãt ſuper faciem abyſsi. Vtrum ſubter abyſſus erat & ſupra tenebræ quaſi iã loca diſtincta eſſent? An quoniam materię adhuc confuſio exponitur, quod iam χάος Græce dicitur, ideo dictum eſt, tenebræ erant ſuper abyſſum, quia lux nõ erat: quę ſi eſſet, vtique ſupra eſſet, quia eſſet eminentior, & ea quæ ſibi ſubiecta erãt, illuminaret? Et reuera qui diligenter conſiderat quid ſint tenebræ, nihil aliud inuenit quàm lucis abſentiam. Ita igitur dictum eſt, Tenebræ erant ſuper abyſſum: ac ſi dictum eſſet, non erat lux ſuper abyſſum. Quapropter hæc materies quæ cõſequenti operatione dei, in rerum formas ordinata diſtinguitur, appellata eſt terra inuiſibilis & incompoſita, & profunditas carens luce, quæ appellata eſt ſuperius nomine cœli & terræ, [veluti ſemen, vt iam dictum eſt, cœli & terræ.] Si tamen non cœlum & terram dicendo, vniuerſitatem prius propo-

Abyſſus.

nere voluit, vt poſtea, inſinuata materia, mundi partes exequeretur. Et ſpiritus dei ferebatur ſuper aquam. K Nuſquam dixerat deus aquam fecit, nec tamẽ vllo modo credẽdum eſt aquam deum non feciſſe, & eam iam fuiſſe antequam ille aliquid conſtituiſſet: etenim ille eſt ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ſicut Apoſtolus dicit. Ergo & aquam deus fecit, & aliter credere magnus error eſt. Cur igitur nõ dictum eſt quòd aquam deus fecerit? An rurſus eãdem materiam quam vel cœli & terræ, vel terræ inuiſibilis & incompoſitæ atque abyſsi nomine nũcupauerat, etiam aquam voluit appellare? Cur enim non & aqua appellaretur ſi terra potuit, cum adhuc neque aqua diſtincta atque formata, neque terra eſſet, neque aliquid aliud? Sed primo fortaſſe cœlum & terra appellata eſt, ſecũdo terra incompoſita, & abyſſus carens luce, tertio aqua nõ incõgrue: vt primo ipſius vniuerſitatis propter quam facta eſt materies de omnino nihilo, cœli & terræ nomine vocaretur: ſecundo terræ incompoſitæ atque abyſsi nomine inſinuaretur informitas, quia inter omnia elemẽta terra eſt informior & minus relucens quàm cætera: tertio aquæ nomine ſignificaretur materia ſubiecta operi L artificis, aqua enim mobilior eſt quàm terra: Et ideo propter operãdi facilitatem & motum faciliorem, ſubiecta materies artifici, aqua magis vocanda erat quàm terra. Et aër quidem mobilior eſt quàm aqua, æther autem mobilior ipſo aëre non abſurde creditur aut ſentitur, Sed aëris vel ætheris nomine minus conuenienter appellaretur materies, Magis enim hæc elementa vim creduntur habere faciendi, terra verò & aqua patiendi. Quod ſi occultum eſt, vel certè apertiſsimum puto, quòd aquam ventus mouet, & nonnulla terrena; ventus autem eſt aër motus & quaſi fluctuãs. Ergo cum aër aquam moueat manifeſte, vnde autem ipſe moueatur, vt ſit ventus, occultum ſit, quis dubitet congruentius aquæ nomine materiã vocari quia mouetur, quàm aëris qui mouet? Moueri autem pati eſt, mouere facere. Huc accedit, quòd ea quæ terra gignit aqua irrigantur, vt naſci & perfici poſsint, ita vt prope videatur in hæc ipſa naſcentia eadem aqua conuerti, Quocirca congruẽtius aquæ nomine appellaretur materies, cum ſubdita operi artificis inſinuaretur propter mobilitatem & conuerſionem in quæque naſcentia corpora, quàm nomine aëris in quo ſola mobilitas poſſet animaduerti: M cætera vero quib[us] materia expreſsius ſignificaretur, defuiſſent, vt totus iſte ſit ſenſus, In principio fecit deus cœlum & terram: id eſt materiam quæ cœli & terræ formam capere poſſet: quæ materia terra inuiſibilis & incompoſita erat, id eſt, informis & luce carens profunditas: quæ tamen quoniam mouenti & operanti artifici ſubiecta eſſet, propter hoc ipſum quòd cedit operanti, aqua etiam nominata eſt. In hac igitur materię ſignificatione prius inſinuatus eſt finis eius, id eſt, propter quid facta ſit, ſecundo ipſa informitas, tertio ſeruitus ſub artifice atque ſubiectio. In primo, cœlum & terra: propter hoc enim facta materies. Secundo terra inuiſibilis & incõpoſita, & tenebræ ſuper abyſſum: id eſt, ipſa informitas ſine lumine. Tertio aqua ſubiecta ſpiritui ad habitandum formasq; capiendas: ideo ſuper aquam ferebatur ſpiritus dei, vt ſpiritum operantem, aquam vero vnde operaretur intelligamus, id eſt, materiam fabricabilem. Cum enim iſta tria dicimus vnius rei nomina, materia mundi, materia informis, materia fabricabilis, horum primo nomini bene adiungitur cœlum & terra: ſecundo obſcuritas, cõfuſio, profunditas, tenebræ:

Roma. 11.

Elemẽtorũ natura.

A bræ: tertio cedendi facilitas, cui iam ad operandum ſpiritus ſuperferatur artificis. Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam. Non ita ſuperferebatur ſicut oleum aquæ, vel aqua terræ, id eſt, quaſi contineretur, Sed ſi ad hoc de viſibilibus exempla capienda ſunt ſicut ſuperfertur lux iſta Solis aut Lunæ his corporibus quæ illuminat in terra: non enim continetur illis, ſed cum cœlo contineatur iſtis ſuperfertur. Item cauendum eſt, nē quaſi locorum ſpaciis dei ſpiritum ſuperferri materiæ putemus, ſed vi quadam effectoria & fabricatoria, vt illud cui ſuperfertur, efficiatur & fabricetur, Sicut ſuperfertur voluntas artificis ligno, vel cuique rei ſubiectæ ad operādum, vel etiam ipſis membris corporis ſui quæ ad operandum mouet, Et hæc ſimilitudo cum iam ſit omni corpore excellentior, parua eſt tamen & propè nihil ad intelligendam ſuperlationem ſpiritus dei, ſubiecta ſibi ad operandū mundi materia. Sed non inuenimus euidentiorem ſimilitudinem & propinquiorem rei de qua loquimur in iis rebus, quę ab hominibus quomodocūque capi poſſunt, Quapropter in huiuſmodi cogitatione optime illud præceptū tenebitur, quod

Similitudo de ſpiritu ſuper aquas

B ſcriptum eſt, Benedicentes deum, exaltate illum quantumcunque potueritis, ſuperabit & adhuc. Hoc autem dictum ſit, ſi hoc loco ſpiritus dei ſpiritus ſanctus, quem in ipſa ineffabili & incommutabili Trinitate veneramur, accipitur. Poteſt autem & aliter intelligi, vt ſpiritum dei, vitalem creaturam, qua vniuerſus viſibilis mūdus atque omnia corporea continentur & mouentur, intelligamus: cui deus omnipotens tribuit vim quandam ſibi ſeruiendi ad operandum in iis quæ gignūtur. Qui ſpiritus cū ſit omni corpore æthereo melior, quia omnem viſibilem creaturam omnis inuiſibilis creatura antecedit, non abſurde ſpiritus dei dicitur. Quid enim non eſt dei ex iis quæ condidit, cum etiam de ipſa terra dictum ſit, Domini eſt terra & plenitudo eius: & illud vniuerſali complexione quod ſcriptū eſt, Quoniam tua ſunt omnia domine qui animas amas? Sed tunc poteſt iſte ſpiritus ſic intelligi, ſi quod dictum eſt, In principio fecit deus cœlum & terram, tantum de viſibili creatura dictum ſentiamus, vt ſuper materiam rerum viſibilium, in exordio fabricationis eorum ſuperferretur inuiſibilis ſpiritus: qui tamen etiam ipſe creatura eſſet, id eſt, non deus, ſed à deo facta atque inſtituta natura.

Eccli. 43.

Pſal. 23.

Sap. 11.

Gene. 1.

C Si autem vniuerſæ creaturæ, id eſt, intellectualis & animalis & corporalis materia creditur illo aquæ vocabulo enunciata, nullo modo hoc loco ſpiritus dei poteſt, niſi ille incommutabilis & ſanctus intelligi, qui ferebatur ſuper materiam omnium rerum quas fecit & cōdidit deus. Tertia opinio de hoc ſpiritu oriri poteſt, vt credatur ſpiritus nomine, aëris elementum enunciatum: vt ita quatuor elementa inſinuata ſint, quibus mundus iſte viſibilis ſurgit, cœlū ſcilicet & terra & aqua & aër, Non quia iam erant diſtincta & ordinata, ſed quia in illius materiæ quanuis informi confuſione, tamen exortura præſignabantur, quæ informis confuſio tenebrarum & abyſſi nomine commendata eſt. Sed quælibet ſentētiarum iſtarum vera ſit, omnium rerum quæ ortæ ſunt, quæ videntur, & quæ non videntur, non quantum ad vicia quæ contra naturam ſunt, ſed quantum ad ipſas naturas attinet, deum eſſe authorem & conditorem credendum eſt. Nullamq; omnino eſſe creaturam quæ nō ab ipſo initium perfectionemq; habeat generis & ſubſtantiæ ſuæ.

Fiat lux. Cap. V.

Et dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux. Deum dixiſſe, fiat lux, non voce de pulmonibus edita, nec lingua & dentibus accipere debemus. Carnalium ſunt iſtæ cogitationes, ſecūdum autem carnem ſapere mors eſt. Sed ineffabiliter dictum eſt, fiat lux. Vtrum autem hoc quod dictum eſt, filio vnigenito dictum eſt, an idipſum quod dictum eſt, filius vnigenitus eſt, quod dictum dei verbum dicitur per quod facta ſunt omnia, quæri poteſt dum tamen illa abſit impietas, vt verbum dei vnigenitum filium quaſi vocem prolatam, ſicut à nobis fit, eſſe credamus. Verbum autem dei per quod facta ſunt omnia, nec cœpit eſſe, nec deſinet, ſed ſine inchoatione natum patri coæternum eſt. Quare hoc quod dictū eſt, fiat lux, ſi & cœpit & deſtitit dici, magis filio dictum eſt hoc verbum, quàm ipſum eſt filius: Et tamen etiam hoc ineffabiliter. Nec carnalis imago ſubrepat in animum, & intellectum pium ſpiritalem conturbet, quia & incipere aliquid & deſinere in natura dei ſi proprie accipiatur, temeraria & præceps opinio eſt: carnalibus tamen & paruulis, non tanquam in ea manſuris, ſed tanquam inde ſurrecturis humaniſſime concedenda eſt. Quicquid tamen incipere & deſinere deus dicitur, nullo modo in ipſius natura, ſed in eius creatura quæ illi miris modis obtemperat, intelligendum eſt.

D

Roma. 8.

E Et dixit deus, Fiat lux: Vtrum ea lux quæ his carnalibus oculis patet, an aliqua occulta quam nobis per hoc corpus videre non datum eſt? Et ſi occulta, vtrum corporea quæ per locorum ſpacia tenditur fortaſſe in ſublimibus partibus mundi: an incorporea qualis in anima eſt, ad quam vitandi & appetendi refertur examen à ſenſibus corporis, qua non carent etiam animæ beſtiarum? An ea quæ ſuperior ratiocinando apparet, ex qua incipit omne quod creatum eſt? Quamlibet enim lucem ſignificet, factam tamen & creatam debemus accipere, non illam qua fulget ipſa dei ſapientia quæ non creata eſt ſed natura †, ne ſine luce deus fuiſſe putetur priuſquam iſtam de qua nunc agitur, condidiſſet. De hac enim ſicut ipſa verba ſatis docent, hoc commendatur quod facta ſit, Et dixit, inquit, Fiat lux, & facta eſt lux. Alia eſt lux de deo natura †, & alia lux quam fecit deus: natura † de deo lux eſt ipſa dei ſapientia, facta vero lux eſt quælibet mutabilis ſiue corporea, ſiue incorporea. Mouere autem ſolet, quo modo lux corporea eſſe potuerit antequam cœlum eſſet & cœli luminaria, quæ poſt iſtam exponuntur: quaſi vero facile hoc ab homine percipi poteſt, aut omnino vllo modo poteſt, vtrum ſit aliqua lux præter cœlum, quæ tamen ſpaciis locorum diſtincta atque diffuſa ſit, mundúmque amplectatur. Sed cum liceat hic & incorpoream lucem intelligere, ſi non viſibilem tantum creaturam in hoc libro, ſed omnem creaturam expoſitam dicimus, quid opus eſt in hac controuerſia remorari? & fortaſſe quod quærunt homines, quando angeli facti ſunt, ipſi ſignificantur hac luce, breuiſſime quidem, ſed tamen conuenientiſſime & decentiſſime. Et vidit lucem, quia bona eſt. Iſta ſententia non quaſi inſoliti beneuolentiam, ſed approbationem operis ſignificare oportet intelligi. Quid enim conuenientius de deo dicitur, quantum inter homines dici poteſt, quàm cum ita ponitur, dixit, factum eſt, placuit: ita vt in eo quod dixit, imperium eius intelligatur: in eo quòd factum eſt, potentia: in eo quod placuit benignitas, ſicut ineffabilia per hominem hominibus, ita vt omnibus prodeſſent, dici debuerunt. Et diuiſit deus inter lucem & tenebras. Hinc intelligi licet quanta diuini operis facilitate iſta dicantur effecta. Non enim quiſquam eſt qui ſic æſtimet lucem factam vt eſſet confuſa cum tenebris, & ob

Lux in alia

† vetera hic pro natura habēt, nata

F

hoc

G hoc poſtea ſeparationis indigeret: ſed eoipſo quo lux
facta eſt, conſecuta eſt etiam diuiſio inter lucem & te-
Lux ſenſuũ nebras. Quæ enim ſocietas lucis cum tenebris? Deus er-
2.Cor.6. go diuiſit inter lucem & tenebras, quia lucem fecit, cu-
ius abſentia tenebræ vocantur. Intereſt autem inter lu-
cem & tenebras, ſicut intereſt inter veſtimentum & nu
ditatem, aut plenum & inane & ſimilia. Iam quot mo-
dis poſsit intelligi lux, ſupra dictum eſt, quibus con-
trariæ priuationes poſſunt tenebræ nominari. Alia eſt
enim lux quæ videtur his oculis corporeis etiam ipſa
corporea, vt ſolis & lunæ & ſtellarum, & ſi quid huiuſ-
modi eſt, cui contrariæ ſunt tenebræ, cum aliquis locus
ea luce caret. Alia autem lux eſt vita ſentiens, & valens
diſcernere quæ per corpus ad animæ iudicium referun
tur, id eſt, alba & nigra, canora & rauca, ſuaue olentia
& putentia, dulcia & amara, calida & frigida, &c. huiuſ
modi. Alia eſt enim lux quæ ſentitur oculis, alia qua per
oculos agitur vt ſentiatur. Illa enim in corpore, hæc au
tem quamuis per corpus ea quæ ſentit percipiat, inani-
mata tamen eſt. Huic contrariæ ſunt tenebræ inſenſi-
bilitas quædam, vel ſi melius inſenſualitas dicitur, id
H eſt, non ſentire, quamuis inferantur quæ ſentiri poſſent,
ſi eſſet in illa vita lux iſta vnde ſentitur. Neque cum
hoc miniſteria deſunt corporis, ſicut in cæcis aut ſur-
dis. Nam in iſtorum animis eſt iſta lux de qua nunc a-
gimus, ſed inſtrumenta corporis deſunt. Neque illo mo
do quo modo in ſilentio vox non auditur, cum & iſta
lux eſt in anima, & aſſunt corporis inſtrumenta, ſed ni
hil quod ſentiatur infertur, Non ergo qui iis cauſis non
ſentit, caret iſta luce. Sed cum talis potentia non eſt in
anima, quæ iam nec anima dici ſolet, ſed tantum vita,
qualis perhibetur eſſe vitis & arboris, & quarumcũque
ſtirpium: ſi tamen eas vel talem habere perſuaderi vl-
lo modo poteſt, quas nonnulli nimis errantes hæreti-
ci, non ſolum ſentire per corpus, id eſt, videre, audire,
& calorem ignèmque diſcernere, ſed etiam intellige-
re rationem & cogitationes noſtras noſſe arbitrantur.
Sed de his alia quæſtio eſt. Inſenſibilitas ergo tenebræ
huius lucis qua quicquid ſentitur, cum ipſam vim ſen-
tiendi non habet vita quælibet: conuenienter autem
lucem hanc dici concedit, quiſquis concedit rectè di-
ci lucem, qua res quæque manifeſta eſt. Cum autem di-
I cimus manifeſtum eſt hoc canorum eſſe, manifeſtum
eſt hoc dulce eſſe, manifeſtum eſt hoc frigidum eſſe, &
quod forte huius generis per corporales ſenſus attin-
gimus, hæc lux qua iſta manifeſta ſunt, vtique intus in
anima eſt, quamuis per corpus inferantur quæ ita ſen-
tiuntur. Tertium lucis genus in creaturis intelligi po-
Lux ratiõis teſt, quo ratiocinamur. Huic contrariæ tenebræ ſunt
irrationabilitas, ſicut ſunt animæ beſtiarum. Siue ergo
lucem æthheream, ſiue ſenſualem, cuius animalia parti-
cipant, ſiue rationalem quam angeli & homines ha-
bent, à deo factam primitus in rerum natura, hac ſen-
tentia vult intelligi, diuiſiſſe deum inter lucem & te-
nebras, eoipſo quo lux facta eſt oportet accipi, quod a-
liud eſt lux, aliud illæ priuationes lucis quas in contra-
riis tenebris ordinauit deus. Non enim deum feciſſe
tenebras dictum eſt, quoniam ſpecies ipſas deus fecit,
non priuationes quæ ad nihilum pertinent, vnde ab ar
tifice deo facta ſunt omnia: quas tamen ab eo ordina-
tas intelligimus, cum dicitur, Et diuiſit deus inter lu-
cem & tenebras, ne vel ipſæ priuationes non haberent
ordinem ſuum, deo cuncta regente atque adminiſtrã-
te. Sicut in cantando interpoſitiones ſilentiorum cer-
tis moderatiſque interuallis, quamuis vocum priuatio-
nes ſint, bene tamen ordinantur ab iis qui cantare ſci- K
unt, & ſuauitati vniuerſæ cantilenæ aliquid conferunt.
Et vmbræ in picturis eminentiora quæque diſtin-
guũt, ac non ſpecie, ſed ordine placent. Nam & vicio-
rum noſtrorum non eſt author deus: ſed tamen ordi-
nator eſt, cum eo loco peccatores conſtituit, & ea per-
peti cogit quæ merentur. Ad hoc valet quod oues po- *Matt.25.*
nũtur ad dexteram, hædi autem ad ſiniſtram. Quædam
ergo & facit deus & ordinat, quædam vero tantum or
dinat. Iuſtos & facit & ordinat: peccatores autem in-
quantum peccatores ſunt non facit, ſed ordinat tãtum.
Quippe cum illos ad dexteram, illos ad ſiniſtram con-
ſtituit, & quòd in ignem æternum iubet ire, ad merito-
rum ordinem valet: ita ſpecies naturáſque ipſas & fa-
cit & ordinat, Priuationes autem ſpecierum defectúſ-
que naturarum non facit, ſed ordinat tantum. Dixit
itaque, Fiat lux, Et facta eſt lux. Non dixit, fiant tenebrę,
& factæ ſunt tenebræ. Horum ergo vnum fecit, alte-
rum non fecit: vtrunque tamen ordinauit, cum diuidit
deus inter lucem & tenebras. Ita & ipſo faciente pul-
chra ſunt ſingula, & ipſo ordinante pulchra ſunt om- L
nia. Et vocauit deus lucem diem, & tenebras vo- *Lux, dies, te*
cauit noctem. Cum & lux nomen ſit alicuius rei, & di- *nebræ, nox.*
es rurſum, & tenebræ & nox vtrunque ſit nomen, vtrũ- *Cap. VI.*
que ita dici oportuit, nomina rebus impoſita eſſe, vt il- *Gene.1.*
la res cui nomen impoſitum eſt, vtique alio quoque no
mine, nõ enim aliter poterat enumerare. Et ita dictum
eſt, Vocauit deus lucem, diem: vt indifferenter etiam
dici conuerſe poſſet. Vocauit deus diem lucem, & vo-
cauit noctem tenebras. Quid ei reſpondebimus ſi quis
à nobis ita quærit, luci nomen impoſitum eſt dies, an
diei nomen impoſitum eſt lux, quia hæc duo vtique
inquantum ad res ſignificandas articulata voce enun-
ciantur, nomina ſunt. Hoc modo etiam de aliis duo-
bus quæri poteſt, tenebris nomen impoſitum eſt nox,
an nocti impoſitum eſt nomen tenebræ? Et quidem vt
ſcriptura deſcribit, manifeſtum eſt, lucis nomẽ dictum
eſſe diem, & tenebrarum nomen dictum eſſe noctem.
Quia cum diceret deus, fecit lucem, & diuiſit inter lu-
cem & tenebras: nondum de vocabulis agebatur: poſt-
ea adhibita ſunt vocabula, dies & nox, cum & illa ſine
dubio vocabula ſint, lux & tenebræ, res aliquas ſignifi-
cantia, ſicut dies & nox. Ergo hoc ita accipiendum eſt, M
quia enunciari aliter non poſſet res quæ nomen acce-
pit, niſi aliquo nomine. An potius iſta vocatio accipiẽ-
da eſt ipſa diſtinctio? Non enim omnis lux dies, aut
omnes tenebræ nox. Sed lux & tenebræ certis inter ſe
vocibus† ordinatæ atque diſtinctæ, diei & noctis nomi *†vicibus.*
nibus appellantur. Omne quippe vocabulum ad diſtin-
ctionem valet. Vnde etiam nomen quod rem notat,
appellatum eſt quaſi notamen. Notet autem, id eſt, di-
ſtinguat & doctitanter ad diſcernendum adiuuet. For
taſſe ergo ipſum diuiſiſſe inter lucem & tenebras, hoc
eſt vocaſſe lucem diem, & tenebras noctem, vt hoc ſit
ordinaſſe iſta quod vocaſſe. An iſta vocabula ſignifica-
re nobis volunt, quam lucem dixerit, & quas tenebras?
Tanquam diceret, Fecit deus lucem & diuiſit inter lu-
cem & tenebras, lucem autem dico diem, & tenebras
dico noctem: ne aliquam aliam lucem intelligas, quæ
non ſit dies, & ne aliquas alias tenebras intelligas, quæ
non ſint nox. Nam ſi omnis lux dies poſſit intelligi,
& omnes tenebræ noctis nomine cenſerentur, for-
taſſe non opus eſſet dicere, Et vocauit deus lucem di-
em, & tenebras vocauit noctem. Item quæri poteſt,
quem diem dicat, & quam noctem. Si iſtum diem vult

accipi

A accipi quem ſolis ortus inchoat & claudit occaſus, & iſtam noctem quæ à ſolis occaſu vſque in ortum tenditur, nõ inuenio quo modo eſſe potuerint antequam cœli luminaria facta eſſent. An ipſa ſpacia horarum & temporum, etiam ſine diſcrimine fulgoris atque vmbræ, iam ita vocari potuerunt? Et quo modo in illam lucem rationalem, ſi hæc ſignificata eſt, aut ſenſualem cadit hæc viciſsitudo quæ nomine diei & noctis ſignificatur? an ſecundum quod euenit, Sed ſecundum quod poteſt euenire, iſta inſinuata ſunt, quia & rationi poteſt error ſuccedere, & ſenſui quædam ſtoliditas?

Explicatio vocabuli dies. *Cap. VII.* *Gene. 1.*

Et facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies vnus: non eodem modo nunc appellatur dies quo cum diceretur, Et vocauit deus lucem diem: ſed eo modo quo dicimus, verbi gratia, triginta dies habere menſem. Hic enim nomine diei noctes quoque includimus: ſuperius autem ita dictus eſt dies, vt à nocte ſeiungeretur. Itaque cum illa operatio diei per lucem geſta inſinuaretur, conſequenter factam dicitur eſſe veſperam, & factum eſſe mane diem vnum: vt ſcilicet ſit vnus dies à B cœpto die vſque ad cœptum diem, id eſt, à mane vſque ad mane, quales dies annumeratis, vt dixi, noctibus appellamus. Sed quo modo facta eſt veſpera, & factum eſt mane? An tanta mora temporis fecit lucem deus, & diuiſit inter lucem & tenebras, quanta mora tẽditur dies lucens, id eſt, non annumerata nocte? Et vbi eſt quod ſcriptum eſt, Subeſt enim tibi cum voles poſſe, ſi opus eſt deo productione temporis vt aliquid proficiat? An omnia quidem tanquam in arte atque ratione perfecta ſunt deo, non in productione temporis, ſed in ipſa vi qua illas etiam res quas non ſtare ſed trãſire cernimus, ſtabiliter efficit? Non enim & in ſermone noſtro cum verba alia tranſeant, & alia ſuccedant, credibile eſt ita fieri in ipſa arte, qua operante ſtabiliter artificioſa occurrit oratio. Quanquam ergo ſine productione temporis faciat deus, cui ſubeſt poſſe cum volet, ipſæ tamen naturæ temporales, motus ſuos temporaliter peragunt. Ita ergo fortaſſe dictum eſt: & facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies vnus: ſicut ratione proſpicitur, ita fieri debere aut poſſe, non ita vt fit temporalibus tra-C ctibus. Nam in ipſa ratione operationem contemplatus eſt in ſpiritu ſancto, qui dixit, Qui manet in æternũ compleuit* † omnia ſimul. Sed cõmodiſsime in illo libro quaſi morarum per interualla factarũ à deo rerum digeſta narratio eſt, vt ipſa diſpoſitio, quæ ab infirmioribus animis cõtemplatione ſtabili videri non poterat, per huiuſmodi ordinem ſermonis expoſita quaſi iſtis oculis cerneretur.

Sap. 11. *Eccli. 18.* *† al. creauit.*

Diuiſio aquarum. *Cap. VIII.* *Gene. 1.*

Et dixit deus, Fiat firmamentum in medio aquæ, & ſit diuidẽs inter aquam & aquam. Et ſic factum eſt. Et fecit deus firmamentum, & diuiſit inter aquam quæ erat ſub firmamẽto, & inter aquam quæ erat ſupra firmamentum. Vtrum aquæ tales ſint ſupra firmamentum quales ſub firmamento iſtæ viſibiles: an quia illam aquam videtur ſignificare ſupra quam ſpiritus ferebatur, & eam intelligebamus eſſe ipſam mundi materiam, hæc etiam hoc loco firmamento interpoſito diſcreta credenda eſt, vt inferior ſit materia corporalis ſuperior animalis? hoc enim firmamẽtum dicit, quod cœlum poſtea vocauit. Cœleſti autẽ corpore nihil eſt in corporibus melius, Alia quippe corpora cœleſtia, alia terreſtria. Et vtiq; cœleſtia meliora, quorum naturam quicquid tranſit, neſcio quemadmodum iam corpus poſsit vocari. Sed eſt fortaſſe vis quædam ſubiecta rationi, qua ratione de⁹ veritasq; cognoſcitur: quę natura, quia formabilis eſt virtute atque prudentia, cuius vigore cohibetur eius fluctuatio atque conſtringi-D tur, & obiectio † quaſi materialis apparet, rectè aqua diuinitus appellata eſt, non locorum ſpacio, ſed merito naturæ in corpore cœli incorporei ambitum excedẽs. Et quoniam cœlum firmamentum vocauit, non abſurde intelligitur quicquid infra æthereum cœlum eſt, in quo pacata atque firmata ſunt omnia, mutabilius eſſe & diſſolubilius. Quod genus corporalis materiæ ante acceptam ſpeciem diſtinctionemque formarum, à qua firmamentum nominatum eſt †, fuerunt qui crederent has viſibiles aquas & frigidas ſuperficiẽ cœli ſuperamplecti. Et documentum habere conati ſunt de tarditate ſtellæ vnius de ſeptem vagantibus, quæ ſuperior cæteris & à Græcis φαίνων dicitur, & triginta annis peragit ſigniferum circulum, vt ob hoc tarda ſit, quia eſt frigidis aquis vicinior, quæ ſupra cœlum ſunt. Quæ opinio neſcio quẽadmodum poſsit apud eos defendi, qui ſubtiliſsime iſta quæſierunt. Nihil autem horum temere affirmandum, ſed cautę omnia modeſteq; ſunt tractanda. Et dixit deus, Fiat firmamẽtum in medio aquæ, & ſit diuidens inter aquam & aquam, & ſic factum eſt. Poſtquam dixit, ſic factũ eſt: quid opus erat rurſum ad-E dere, Et fecit deus firmamentum, & diuiſit inter aquam quæ erat ſub firmamento, & aquam quæ erat ſupra firmamentum? Nam cum dixiſſet ſuperius, Et dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux: non addidit rurſum, & fecit deus lucem: hic autem poſteaquam dixit deus, fiat & ſic factum eſt: additum eſt, & fecit deus. An hinc apparet nõ oportere lucem illam intelligi corporalem, ne eam aliqua creatura interpoſita feciſſe deus videatur? Deum autem trinitatem dico: hoc vero firmamentum cœli, quia corporeum eſt, per incorpoream creaturam accepiſſe ſpeciem formámque creditur, vt prius incorporeæ naturę rationabiliter à veritate impreſſum ſit quod corporaliter imprimeretur, vt cœli fieret firmamentum, Et ideo poſitum eſt, & dixit deus, fiat, & ſic factum eſt: in ipſa rationali natura prius facta eſt fortaſſe vnde imprimeretur corpori ſpecies.

† al. ob hoc. *† aqua firmamẽto nominata eſt.* *Saturnus, planeta.*

Varietas ſermonis. *Cap. IX.*

Cum autem additum eſt, Et fecit deus firmamentum, & diuiſit inter aquam quæ erat ſub firmamento, & aquam quæ erat ſupra firmamentum, & ipſa corporatio in illa materia vt corpus cœli fieret ſignificatur. F An forte varietatis cauſa vt textus ſermonis in faſtidium non veniret, & ſupra non eſt poſitum quod infra poſitum eſt, & nõ oportet ſcrupuloſe omnia rimari? Eligat quis quod poteſt, tantum ne aliquid temere atque incognitum pro cognito aſſerat: memineritq; ſe hominem de diuinis operibus quantum permittitur quærere. Et vocauit deus firmamẽtum cœlum: quod de vocatione ſuperius tractatum eſt, hic quoque conſiderari poteſt, Non enim omne firmamẽtum cœlum eſt. Et vidit deus quòd bonum eſt. Et de hoc ſuperius quo modo tractatũ eſt, retractaretur, niſi quod non eundem ordinem video. Nam ſuperius, Et vidit deus lucem quia bona eſt, & poſt deinde ſubiicitur, Diuiſit deus inter lucem & tenebras, & vocauit deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem: Hic autem poſtquam factum enarratum eſt, quod factum dicebatur, & poſteaquam vocatum eſt firmamẽtum cœlum, tum dicitur, Et vidit deus quia bonum. Quod ſi non faſtidij euitandi gratia ita narratum eſt, illud certè intelligere cogimur quod dictum eſt, Et fecit deus omnia ſimul. Quare enim primo ibi vidit, quia bonum eſt, & poſtea nomẽ impoſuit: hic autem primo nomen impoſuit, & poſtea vidit quia bonũ eſt? niſi quia illa differentia ſignificat, morarum interualla non eſſe

in opera-

G in operatione dei, quanuis in ipſis inueniatur operi-
bus. Secundum autem morarum interuallum prius a-
liquid & poſtea efficitur, ſine quibus narratio facto-
rum non poteſt eſſe, quanuis ſine his deus iſta efficere
potuerit. Et facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies
ſecundus. Iam hinc ſuperius tractatum eſt, & eaſdem
rationes hic quoque valere arbitror. Et dixit deus,
Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in congrega-
tionem vnam, & appareat arida, & ſic factum eſt. Hinc
probabilius credi poteſt aquam dictam eſſe ſuperius,
ſicut arbitrabamur, ipſam mundi materiam. Nam ſi
vniuerſum aqua oppletum erat, vnde vel quò potuit
congregari? Si enim quandam confuſionem materia-
lem aquæ nomine appellauerat, hæc congregatio ap-
pellanda*† eſt ipſa formatio, vt talis eſſet aquæ ſpecies,
qualem nunc eſſe cernimus. Et ipſum appareat arida,
quod poſitum eſt, terræ formatio intelligi poteſt, vt
hanc haberet ſpeciem terra quam cernimus. Inuiſibilis
enim & incompoſita dicta erat, cum adhuc materiæ
ſpecies deeſſet. Dixit ergo deus, Congregetur aqua quæ
ſub cœlo eſt: id eſt in formam redigatur materies cor-
H poralis, vt aqua iſta ſit quam ſentimus, in congregatio-
nem vnam. Vis ipſa formæ commendatur nomine v-
nitatis, hoc eſt enim vere formari, in vnum [aliquid]
redigi, quoniam ſumme vnum eſt omnis formæ prin-
cipium. Et appareat arida: id eſt ſpeciem viſibilem ac-
cipiat, atque à confuſione diſtinctam. Et bene aqua cō-
gregatur vt appareat arida, id eſt cohibetur quod flui-
tet mare †, vt quod obſcurum eſt illuſtretur. Et ſic fa-
ctum eſt. Etiam hoc fortaſſe in rationibus intellectua-
lis naturæ prius factum eſt, vt poſtea quod dicitur, Et
congregata eſt aqua in congregationem vnam, & ap-
paruit arida: non ſuperfluò additum videatur, cum iam
dictum eſſet, Et ſic factum eſt: ſed vt poſt rationalem
& incorpoream operationem intelligeremus etiā cor-
poralem ſecutam. Et vocauit deus aridam terram, Cō-
gregationem aquæ, mare vocauit. Adhuc nobiſcum fa-
cit illa cauſa vocabulorum: non enim omnis aqua, ma-
re: aut omne aridum, terra. Ergo quæ aqua eſſet, & quæ
arida, vocabulis ſegregandum fuit. Ipſam autem di-
ſtinctionem atque formationem fuiſſe vocationem
dei, non abſurde adhuc intelligi poteſt. Et vidit deus
I quia bonum eſt: Et hic ipſe ordo ſeruatus eſt, quare
huic etiam illa, quæ modo tractata ſunt, conferantur.

Cōgregatio aquarum. Cap. X.

** † al. accipienda.*

† al. quod fluitat materie.

Et dixit deus, Germinet terra herbam pabuli, feren-
tem ſemen ſecundum genus ſuum & ſimilitudinem: &
lignum fructiferum faciens fructum, cuius ſemen ſit in
ſe ſecundum ſuam ſimilitudinem. Poſtquam facta ſunt
terra & mare, & vocata & approbata, quod ſæpe dixi-
mus non morarum interuallis accipiendum eſſe, ne
ineffabilem operantis dei facultatem tarditas aliqua cō-
ſequatur, non ſtatim ſicut duobus diebus præcedenti-
bus ſubiicitur, Facta eſt veſpera, & factum eſt mane di-
es tertius, Sed adiungitur alia operatio, Vt germinet
terra herbam pabuli, ferentem ſemen ſecundum genus
ſuum & ſimilitudinem: & lignum fructiferum faciens
fructum, cuius ſemen ſit in ſe ſecundum ſuam ſimilitu-
dinem. Quod de luce illa & firmamento & aquis &
arida dictum non eſt: non enim habet lux ſucceſſionis
propaginem, aut cœlum de alio cœlo naſcitur, aut ter-
ra aut mare alia maria & alias terras gignunt, quæ ſuc-
cedant. Hic ergo dicendum fuit, Ferentem ſemen ſe-
cundum genus ſuum & ſimilitudinem, & cuius ſemen
ſit in ſe ſecundum ſuam ſimilitudinem, vbi ſimilitudo
naſcentium prætereuntis ſimilitudinem ſeruat. Hæc au-
tem omnia ita ſupra terram ſunt, vt ipſi terræ radicitus K
cohæreant, & ei continentur, & rurſum quodam mo-
do ſeparentur: propterea huius naturæ ſignificationem
in iſta narratione ſeruatam arbitror, quia & eodem die
facta ſunt, quo terra apparuit, & tamen iterum dixit
deus vt terra germinaret. & iterum dictum eſt, & ſic fa-
ctum eſt. Deinde ſecundum ſuperiorem regulam, poſt-
quam dictum eſt ſic factum eſt, ſubiungitur ipſa execu-
tio, Et dedit terra herbam pabuli, ferentem ſemen ſecū-
dum genus ſuum, & lignum fructiferum faciēs fructū,
cuius ſemen in ſe ſecūdum ſuam ſimilitudinem. Et ite-
rum dicit, Vidit deus quia bonum eſt: itaque & vno die
iſta iunguntur: & iteratis dei verbis diſtinguuntur ab
inuicem. Quod de terra & mari propterea puto nō eſ-
ſe factum, quia magis harum rerum eſt diſcernēda na-
tura, quæ cum oriantur & occidant, ſeminis ſucceſſio-
ne propagātur. An quia terra & mare ſimul fieri potue-
rint, non ſolum in rationibus creaturæ ſpiritalis, vbi ſi-
mul omnia facta ſunt, ſed etiam in ipſa corporali mo-
tione: arbores vero & quæq; ſtirpes naſci non poſſent,
niſi terra in qua germinarent, præceſſiſſet: propterea &
repetendum erat iuſſum dei, vt & facta ſignificarentur L
diſtantia, tamen non alio die faciēda, propter quod ra-
dicibus terræ affiguntur & continuantur. Sed quæri po
teſt, cur iſtis deus non impoſuerit nomina. An præter-
miſſum eſt, quia multitudo eorum non ſinebat? Verum
hæc quæſtio melius poſtea conſiderabitur, cū animad-
uertemus alia, quæ non vocauit deus, ſicut vocauit lucē
& cœlum & terram & mare. Et factum eſt veſpera, &
factum eſt mane dies tertius. Et dixit deus, Fiant lu-
minaria in firmamento cœli, vt luceant ſuper terram,
& diuidant inter diem & noctē, & ſint in ſignis & tem
poribus, & in diebus & annis: & ſint in ſplendorem in
firmamento cœli, vt luceant ſuper terram. Quarto die
luminaria facta ſunt, de quibus dicitur, Et ſint in dieb9.
Quid ergo volunt tres dies tranſacti ſine luminaribus?
Aut cur iſta erunt in diebus, ſi etiā ſine iſtis dies eſſe po-
tuerunt? An quia euidentius productio illa temporis &
morarum interuallum motu iſtorum luminarium di-
ſtingui ab hominibus poteſt? An iſta dierū & noctium
enumeratio ad diſtinctionem valet inter illam naturā,
quæ facta non eſt, & eas quæ factæ ſunt: vt mane nomi
naretur propter earum ſpeciem factarum, veſpera vero M
propter priuationem, quæ quantum attinet ad illum à
quo facta ſunt, ſpecioſa atque formoſa ſunt: quātum au
tē in ipſis eſt, poſſunt deficere, quia de nihilo facta ſunt:
& inquantum non deficiunt, non eſt eorum materiæ
quæ ex nihilo eſt, ſed eius qui ſumme eſt, & illa facit eſſe
in genere & ordine ſuo? Et dixit deus, Fiant in firmamē
to cœli luminaria vt luceant: vtrum de fixis tantum di-
ctum eſt ſyderibus, an etiam de vagis? Sed duo lumina-
ria maius & minus inter vaga ſydera numerantur: quo
modo ergo facta ſunt omnia, cū ſingulos ſuos vel glo-
bos vel circulos vaga ſingula quæque poſſideant? An
quoniam in ſcripturis & cœlos multos legimus & cœ-
lum: ſicuti in hoc loco, cum dicitur firmamentum cœ-
lum, intelligendum eſt omnem iſtam æthere am machi
nam dici, quæ omnia ſubſtantia continet, ſub qua puri
& tranquilli aëris ſerenitas viget, ſub qua item iſte aër
turbulentus & procelloſus agitatur? Vt luceant ſuper
terram, & diuidant inter diem & noctem. Nónne etiā
deus diuiſerat inter lucem & tenebras, & vocauerat lu-
cem diem, & tenebras vocauerat noctem? Ex quo ap-
paret eum inter diem & noctē diuiſiſſe. Quid ſibi nunc
vult, quod dicitur de luminaribus, Et diuidant inter
diem

Germinet terra herbā Cap. XI.

Fiant luminaria. Cap. XII.

Gene. 1.

A diem & noctem? An ita nunc ſit iſta diuiſio per lumi-
naria, vt hominibus nota ſit etiam ſolis carnalibus ocu
lis ad rerum iſtarum contemplationem vtentibus? Ita
vero deus eam fecit ante circumitum luminarium, vt
videri niſi à paucis ſano ſpiritu & ſerena ratione non
poſsit? An inter alium diē & aliam noctem diuiſit deus,
id eſt inter ſpeciem, quam imprimebat illi informitati:
& informitatem, quæ adhuc formanda reſtabat? Alius
vero eſt iſte dies, & alia nox, quorum voluēte cœlo vi-
ciſsitudo animaduertitur, quæ fieri non poſſet, niſi ſo-
Signa die- lis ortu & occaſu. Et ſint in ſignis & temporibus, &
rū & tēpo- in diebus & in annis. Videtur mihi hoc quod dixit, In
rū. Ca. XIII ſignis: planum feciſſe illud quod dixit, Et in tēporibus:
Gene. 1. ne aliud acciperentur ſigna, & aliud tēpora. Hæc enim
nūc dixit tēpora, quæ interuallorum diſtinctione æter-
nitatem incommutabilem ſupra ſe manere ſignificant:
vt ſignum, id eſt quaſi veſtigium æternitatis tempus ap
pareat. Item cum adiungit, Et in diebus & in annis:
oſtendit quæ dixerit tempora, vt dies fiant conuerſio-
ne fixorum ſyderum: anni vero manifeſti, cū ſol ſigni-
ferum circulum peragit: obſcuriores autem, cum ad v-
B numquodque vagorum ſyderum in ſuis orbibus facit.
Non enim dixit, & menſibus, quia fortaſſe mēſis annus
eſt lunæ: ſicut duodecim lunæ anni, annus eſt eius ſy-
deris quod φαέθοντα Græci vocāt: & triginta ſolis an-
ni, annus eſt eius ſyderis quod φαεινὸν dicitur. Et fortaſ-
Annus ma- ſe ita cum omnia ſydera ad idem redierint, annus ma-
gnus, quem gnus peragitur, de quo multi multa dixerunt. An in ſi-
vulgo Pla- gnis dixit, quibus certum iter ſignificatur nauigandi: in
tonis vocāt. temporibus autem, velut eſt vernum tempus & æſtas &
autumnus & hyems, quia & iſta circumactu ſyderum
variantur, ſuaſq; vices atque ordinem ſeruāt: in diebus
autem & in annis, ſicut expoſitum iam eſt accipiēdum?
Et ſint in ſplendore & in firmamento cœli, vt luceant
ſuper terram: Cur putamus eſſe repetitum? An quem-
admodum eſt de ſtirpibus vt ferant ſemen, & ſit in eis
ſemen ſecundum genus ſuum, & ſimilitudinem: ita ecō
trario dictum eſt de luminaribus, Fiant & ſint, id eſt
fiant, & non gignant, ſed ipſa ſint, & ſic factum eſt? Or-
do ille ſeruatur, Et fecit deus duo luminaria, Lumina-
re maius initium diei, & luminare minus initium no-
ctis, & ſtellas. Quid dicat initium diei, & initium no-
C ctis, mox apparebit. Et ſtellas vero quòd addidit, vtrū
pertineāt ad initium noctis, an non, ambiguū eſt. Qui-
dam autem volunt hic ſignificari lunā plenam eſſe pri
mitus factam, quòd plena luna initio noctis aſſurgit, id
Confutatio eſt mox poſt ſolis occaſum. Sed illud abſurdum eſt, vt
opinionis. non à prima, ſed à ſextadecima vel quintadecima nu-
merandi ſumamus exordium. Nec illud moueat quòd
perfectum fieri debuerit luminare quod factū eſt, Om-
ni enim die perfecta eſt, ſed eius perfectio ab homini-
bus non videtur, niſi cum ex contraria parte ſoli oppo
ſita fuerit, Nam etiam cum illo conſtituta, quoniam ſub
illo eſt, videtur finiri. Sed etiam tunc plena eſt, quia ex
alia parte illuſtratur, nec videri poteſt ab ijs qui ſubter
ſunt, id eſt terrā incolunt. Quod non paucis verbis, ſed
ſubtilibus diſſertionibus & quarundam figurarum vi-
ſibilium demonſtratione doceri poteſt. Et poſuit illa
deus in firmamento cœli vt luceant ſuper terram. Quo
modo dixit, fiant in firmamento: & quo modo nūc di
cit, fecit deus luminaria & poſuit in firmamento: quaſi
extra ſint facta, & poſt ibi poſita, cum iam dictum ſit vt
ibi fierent? An hinc etiam atque etiam ſignificetur, non
ita deū feciſſe vt homines ſolent, ſed ita narratur vt ho
minibus potuit, ſcilicet vt apud homines aliud ſit fecit,
aliud poſuit: apud deum autem vtrūque idem ſit qui fa- D
ciendo ponit, & ponendo facit? Et præſint diei ac no-
cti, & diuidāt inter diem & noctem. Dictum erat ini-
tium diei, & initium noctis, quod hic exponit, dicēdo,
præſint diei & nocti. Ergo initium illud, principatū in-
intelligere debem⁹, quia & in die nihil eſt inter illa quę
videntur ſole excellētius, & in nocte nihil luna vel ſtel
lis. Vnde etiam illa ambiguitas iam non moueat, & cre
damus ſtellas ſic poſitas, vt ad initiū noctis, id eſt princi
patum pertineant. Et vidit deus quia bonum eſt. Idē or
do ſeruatur: Meminerimus ſanè quòd etiā iſta deus nō
vocauerit, cū dici potuerit, Et vocauit de⁹ luminaria ſy- *Gene. 1.*
dera: quia non omne luminare ſydus eſt. Et facta eſt ve-
ſpera, & factū eſt mane dies quartus. Si dies iſtos conſi-
deres, quos ortus ſolis occaſuſq; diſtinguit, nō iſte quar
tus, ſed fortaſſe primus eſt dies: vt eo tempore putemus
ortum eſſe ſolem quo factus eſt, & donec cętera ſydera
fierent occidiſſe. Sed qui intelligit & ſolē alibi eſſe, cum
apud nos nox eſt, & noctē alibi eſſe, cum ſol apud nos
eſt, dierum iſtorū enumerationē ſublimius indagabit.

Et dixit deus: Eijciant aquę reptilia animarum viua- *Aqua.*
rum, & volatilia viuentia† ſuper terram ſub firmamēto *Cap. XIIII.*
cœli: & ſic factū eſt. Ea quæ natantia ſunt animalia rep- *† volantia.*
tilia ſunt appellata, quia pedibus non ambulant. An *Gene. 1.*
quia ſunt alia quæ ſub aqua in terra repunt? An ſunt pē E
nata in aquis, ſicut piſces ſquamas habēt, vel alij qui nō
habent, ſed tamē pennis nituntur? Qui vtrum inter vo-
latilia hoc loco numerandi ſint, dubitari poteſt. Nā &
ipſa volatilia cur aquis tribuerit, non aëri, nōnulla quę-
ſtio eſt. Nō enim has aues tantū accipere poſſumus, qui-
bus aquæ familiares ſunt, quales mergi & anates & quę-
cūq; huiuſmodi. Nā ſi de his tantum dixiſſet, nō pręter-
mitteret alio loco de alijs auibus dicere. Inter quas nō-
nullæ vſqueadeo ab aquis remotę ſunt, vt ne bibāt qui-
dem. Niſi forte iſtum aërē terris contiguū, quoniam ſe
humidum etiā ſereniſsimis noctibus rore teſtatur, aquā
vocauit, qui & in nubē cogitur. Nubes autem aqua eſt,
quod omnes ſentiunt, quibus cōtingit in mōtibus inter
nubila, vel etiā in cāpis inter nebulas ambulare. In hoc
quippe aëre volare aues dicūtur. Nam in illo ſublimio-
re atq; puriore, qui vere aër ab omnibus appellatus eſt,
nequeunt: nō enim earū pondus tenuitate ſua ſuſtinet.
In illo autē, neque nubes concreſcere aſſeruntur, neque F
aliquid procelloſum exiſtere. Quippe vbi ventus adeo
nullus eſt, vt in vertice Olympi mōtis, qui ſpacia huius
humidi aëris excedere dicitur, quædā literæ in puluere
ſolere fieri perhibeantur, & poſt annū integræ atque il-
læſæ inueniri ab ijs qui ſolenniter memoratū montem
aſcendebant. Quapropter nō abſurde exiſtimari poteſt
firmamētum cœli, in diuinis ſcripturis vſq; ad hæc ſpa-
cia vocari, vt & ille aër trāquilliſsimus & ſynceriſsim⁹
ad firmamentū pertinere credatur. Hoc enim nomine
firmamēti, ipſa trāquillitas & magna pars rerum ſigni-
ficari poteſt. Vnde etiā illud dici pluribus locis in Pſal
mis exiſtimo: Et veritas tua vſque ad nubes. Nihil eſt *Pſal. 35.*
enim firmius & ſerenius veritate, Nubes autem ſub iſta
ſynceriſsimi aëris regione cōcreſcunt. quod quāquam
figurate dictum accipiatur, ex his tamē rebus ſcriptum
eſt quæ habent ad hæc quandā ſimilitudinem, vt cor-
porea creatura conſtantior & purior quæ à ſummitate
cœli vſque ad nubes eſt, veritatis figurā rectè habere vi
deatur: id eſt, vſque ad aërem caliginoſum & procello-
ſum & humidū. Ergo volatilia volantia ſuper terrā ſub
firmamento cœli, conuenienter ſunt aquis attributa,
quia nō incōuenienter aër iſte aqua nominatur. Hinc
etiam

G etiam intelligi datur de aëre nihil dictũ eſſe,quo modo vel quando ſit factus: quia iſte aër nomine aquarũ tenetur,ille autẽ nomine firmamenti,atq; ita nullũ elementũ prætermiſſum eſt. *Obiectio.* Sed fortaſſe quis dicat. Si eo quod dictũ eſt: Cõgregetur aqua:intelligimus aquam eſſe factam ex illa confuſione materiæ, hanc autem cõgregationem mare appellauit, quo modo ibi poſſumus hunc aërem intelligere factũ, quod mare nõ dicitur, etiam ſi aqua dici poteſt? *Reſponſio.* Quãobrem mihi videtur in eo quod dictum eſt,appareat arida:nõ ſolum ſpeciem terræ, ſed etiam huius aëris craſsioris eſſe inſinuatam.Per hunc enim terra illuminatur,vt perſpicua nobis ſit.In vno ergo verbo quo dictũ eſt,appareat: intimata ſunt omnia, ſine quibus apparere non poteſt,id eſt & ſpecies eius, & nudatio ab aquis,& aëris ſuperfuſio, per quem in ea nomen à ſuperiore mundi parte tranſmittitur. An potius in eo quod ſcriptũ eſt,Congregetur aqua ſpecies huius aëris cõmendatur?quia cum iſte aër condenſatur,hanc aquam videtur efficere:Coactionem itaq; in dẽſitatem, congregationem aquæ fortaſſe appellauit, vt mare fieret:vt id quod non congregatũ,id eſt non ſpiſſatum ſu
H perfertur, aqua ſit, quæ aues volantes poſsit ſuſtinere, vtrique nomini accõmodata, vt vocari poſsit & aqua ſubtilior,& aër craſsior. Sed quãdo quæritur,cur ſit iſte factus:non dicitur.An forte verũ eſt quòd quidã volũt, humidis exhalationibus maris & terræ has auras effici, ita craſsiores aëre illo ſuperiore ac liquido, vt geſtandis volatibus auium ſint accõmodatæ? Ita porrò teneriores iis aquis,quibus corpus abluitur, vt earum cõparatione ſiccæ atque aëriæ ſentiantur. Et quia de terra & mari iam dictum erat,quid opus erat dicere de exhalationibus earum,id eſt aquis auium, cum illũ aërem puriſsimum & tranquilliſsimum firmamento attributum intellexeris? Nam neq; de fontibus & fluminibus dictũ eſt quo modo facta ſint.Qui enim ſcrupuloſi⁹ iſta quærunt & diſſerunt, æthereo ſuperlapſu de mari dulcẽ inuiſibiliter dicunt extrahi vaporẽ,his videlicet aſcenſionibus,quas nullo modo ſentire poſſumus:inde conglobari nubes atque ita terrã imbribus madefactam antris occultioribus inſtillare atq; inſudare tantũ, quantũ coactũ & per diuerſos tramites lapſum erumpat in fontes, ſiue paruos,ſiue gignẽdis fluminibus idoneos. Cuius rei
I documenta eſſe volũt,ꝙ marinarum aquarũ decoctarũ vapor,ſinuato cooperculo exceptus,humorem dulcem guſtantibus exhibet.Et omnibus fere manifeſtum eſt,diminutos fontes inopiam ſentire pluuiarũ.Atteſtatur & *3.Reg.18.* diuina hiſtoria,cum Helias tempore ariditatis imbrem poſceret:iuſsit enim cum ipſe oraret vt puer ſuus ad mare attẽderet: vnde cum videret oriri perparuam nubeculam, pluuiam ei ſolicito adeſſe nunciauit, qua mox etiam fugiens irrigatus eſt.Et Dauid dicit:Domine qui aduocas aquã maris, & effundis eam ſuper faciem terræ?Quapropter mari nominato,de aliis aquis ſuperflue diceret:ſiue iſtis roriferis,quæ tenuitate auras volãtibus auibus præbent,ſiue fontium ac fluminũ: ſi & illæ exhalationibus fiunt,& iſtæ reciprocis imbribus, quos terra *Volatilia, reptilia. Cap.XV.* ſorbet,emanant. Eiiciant aquæ reptilia animarum viuarũ.Cur additum eſt viuarum? An poſſunt eſſe animæ,niſi viuant?An iſtam manifeſtiorem vitam cõmendare voluit,quæ ineſt animalibus ſentientibus, quoniã ſtipites ea carẽt? Et volatilia volantia ſuper terrã ſub firmamento cœli.Si volatilia nõ volant in illo puriſsimo aëre,vbi nulla nubila oriuntur, hinc manifeſtum eſt ad firmamẽtum eum pertinere, quia ſub firmamento cœli dictum eſt volatilia volare ſuper terram. Et ſic factum eſt.Ordo ille ſeruatur. Ideoq; ſubiungitur ſicut in cæte- K
ris, excepta luce quæ prior facta eſt. Et fecit deus cetos magnos,& omnem animam animalium repentiũ,quæ eiecerunt aquæ ſecundum genus eorum, & omne volatile pennatum ſecundum genus ſuum. Meminerimus ſanè, ſecundum ſuum genus,de iis creaturis dici, quæ ſeminali propagine reparãtur: nam de herbis iam hoc,& de arboribus dictum eſt. Et omne volatile pennatum. Cur additum eſt pennatum?An poteſt eſſe volatile quod pennas non habeat? Sed ſi poteſt,nunquid hoc genus fecit deus,quandoquidem non inuenitur vt ſit factum?an omnino poteſt quicquam volare ſine pẽnis? Nam & veſpertiliones, & locuſtæ, & muſcæ, & ſi quid huiuſmodi eſt quod plumis careat,pennis non caret: ſed pennatum additum eſt, ne ſolas aues intelligeremus:quoniam piſces pẽnati ſunt,& ſuper terram volant infra aquas: ideo non dictum eſt aues,ſed volantia generaliter,& volatile pẽnatum. Et vidit deus quia bonum eſt: Et hic ſicut in cæteris locis intelligendum. Et benedixit ea dicens, Creſcite & multiplicamini, & implete aquas maris, & volatilia multiplicentur ſuper terram. Benedictionem ad fœcunditatem valere vo- L
luit, quæ in ſucceſsione prolis apparet, vt ea benedictione,qua infima & mortalia creata ſunt, genus ſuum naſcendo cuſtodiant.Sed cum etiam ſtirpes naſcendo teneant ſimilitudinem prætereuntium, cur eas non benedixit? An quia ſenſu carent, qui rationi vicinus eſt? *Sẽſus rationi vicinus.* Non enim vacat fortaſſe quòd ſecunda perſona vtitur deus in benedicẽdo, vt hæc animantia compellat quodam modo tanquam audientia dicendo, Creſcite & multiplicamini,& implete aquas maris:nec tamẽ in eadem perſona vſq; ad finem benedictionis venitur: ſequitur enim,Et volatilia multiplicẽtur ſuper terrã. Niſi forte hoc ipſo ſignificatur,ſenſum animantiũ non adeo vicinum eſſe rationi,vt forte poſsit accipere compellẽtem,ſicut quæ intelligunt,atq; vti ratione poſſunt.Et factum eſt ſic. Hic planè quiuis tardus iã euigilare debet, vt intelligat quales iſti dies enumerẽtur, cum enim certos ſeminum numeros deus animantibus dederit, ſeruantes miram certo ordine cõſtantiam, vt certo dierũ numero pro ſuo quoq; genere & concepta vtero gerãt, & edita oua calefaciant: cuius naturæ inſtitutio dei ſapientia cõſeruatur, quæ tendit à fine vſq; ad finem for- *Sapien.8.*
titer,& diſponit omnia ſuauiter:quo modo vno die po M
tuerunt concipere & vtero graueſcere, & parta fouere atq; nutrire,& implere aquas maris, & multiplicari ſuper terram?Ita enim ſubiungitur,& ſic factum eſt: ante veſperæ aduentũ. Sed nimirum cum dicit facta eſt veſpera,materiam informem cõmemorat:cum autem dicit, factum eſt mane.ſpeciem quæ ipſa operatione impreſſa eſt materiæ:mane † enim poſt operationem trãſactum diẽ concludit. † *ita.* Non tamen dixit deus,fiat veſpera,fiat mane: cõmemoratio eſt enim rerum factarũ breuiſsima, ſignificata per veſperã & mane materia & ſpecie,quæ vtiq; deum feciſſe iam dictum erat, cum ipſum defectum tamẽ,id eſt,cum de ſpecie ad materiam & ad nihilum intẽditur,ſi hoc noctis nomine rectè inſinuatum putamus,non dixit factũ,ſed tantum ordinatum à deo,cum ait ſuperius, Diuiſit deus inter lucem & tenebras: vt veſperæ vocabulo ſignificetur informis materia,quæ quãuis ex nihilo facta eſt, eſt tamen & habet capacitatem ſpecierum atq; formarum.Accipi etiã poteſt tenebrarum nomine ipſum omnino nihilũ,quod non fecit deus,& vnde fecit quæcũque facere pro ſua ineffabili bonitate dignatus eſt,cum ſit omnipotẽs,qui etiam

de nihilo

A de nihilo tanta fecit. Et facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies quintus. Hic poſtquam dixerat, & ſic factum eſt: non ſubdidit ſicut ſolet executionem, quaſi iterũ facta ſint, iã enim dictũ erat. Nec ea benedictione quę ad gignendam prolẽ pertinet aliqua natura fabricatur, ſed quæ facta erant per ſucceſsionẽ conſeruabãtur. Et ideo nec illud dictum eſt, Et vidit deus quia bonum eſt: Iam enim res ipſa placuerat, quę tantum ſeruãda erat in fœtibus. Nihil hic itaq; repetitũ eſt, niſi quod ait, Et factũ eſt ſic. Statimq; ſubiectũ de veſpera & mane: quibus nominatis tranſacta opera informi materia & ſpecie quę imponitur, ſignificari dictũ eſt. Niſi forte aliquid meli⁹ atque ſublimius occurrerit quærentibus. Et dixit deus,

Gene.1. Eiciat terra animam viuam ſecundũ ſuum genus, quadrupedum, & ſerpentium, & beſtiarum terræ ſecũdum genus, & pecora ſecũdum genus. Et de ſolita cõcluſione qua dicitur, Et factum eſt: ſicut ſuperius tractatũ eſt, conſideranda & accipienda ſunt. Cum autẽ in Latina

Beſtia. lingua nomine beſtiarum omne irrationale animal generaliter ſignificetur, hic tamẽ diſtinguendæ ſunt ſpecies, vt quadrupedes accipiamus omnia iumenta: ſerpẽtes, omnia repentia: beſtias vel feras, omnia quadrupe-

B dia indomita: pecora vero quadrupedia, quæ non operando adiuuant, ſed dant aliquem fructum paſcẽtibus.

Beſtiæ ſecũdũ genus. Et fecit deus beſtias terræ ſecundum genus, & pecora ſecundum genus, & omnia ſerpentia terræ ſecun-

Cap. XVI. dum genus. Hæc iteratio quòd dictũ eſt, Et fecit deus: cum iam dictum eſſet, & factum eſt ſic: ſecundũ priorẽ regulam conſideretur. Sanè hic pecorum nomine om-

Pecora. nia puto ſignificata eſſe quadrupedia quæ ſub cura hominũ viuunt. Et vidit deus quia bonũ eſt: ſolite accipiẽ-

Gene.1. dum. Et dixit deus, Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram. Et hic animaduertẽda quædã, & coniunctio, & diſcretio animantium. Nam eodẽ die factum hominem quo beſtias: ſunt enim ſimul omnia terrena animantia: & tamen propter excellentiã rationis, ſecundũ quam ad imaginem dei & ſimilitudinem efficitur homo, ſeparatim de illo dicitur, poſtquã de cęteris terrenis animantibus ſolide concluſum eſt, dicendo, Et vidit deus quia bonum eſt. Conſiderandũ etiam illud quod in cæteris non dixit deus, faciamus: vt hoc quoq; modo voluerit ſpiritus ſanctus humanæ naturæ inſinuare præſtantiam. Cui autem nunc dictum eſt, faciamus: niſi cui dicebatur in cæteris, fiat? Omnia enim

Ioan.1. C per ipſũ facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Sed quid putamus aliter dictum eſſe, fiat, niſi vt ipſe faceret iuſſu patris: & aliter, faciamus, niſi vt ambo pariter facerent? An omnia quæ facit pater, per filium facit: & ideo nũc Faciamus dictũ eſt, vt ipſi homini propter quem ſcriptura ipſa facta eſt, ita in ſeipſo demonſtraretur, ea quæ filius dicente patre facit, etiam ipſum patrem facere: vt quod in cæteris dicebatur, fiat, & factũ eſt, hic exponatur, non ſeparatim fuiſſe dictionem, & ſeparatim effectionem, ſed vtrunq; ſimul cũ hic dicitur, faciamus? Et dixit deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Omnis imago ſimilis eſt ei cuius imago eſt: nec tamen omne quod ſimile eſt alicui, etiã imago eſt eius: ſicut in ſpeculo vel pictura, quia imagines ſunt, etiam ſimiles ſunt: tamẽ ſi alter ex altero natus nõ

Imago qd ſit. eſt, nullus eorũ imago alterius dici poteſt. Imago enim tunc eſt, cum de aliquo exprimitur. Cur ergo cũ dictũ eſſet, ad imaginem: additum eſt, & ſimilitudinem: quaſi poſsit eſſe imago diſsimilis? Sufficeret ergo ad imaginẽ dicere. An aliud eſt ſimile, aliud ſimilitudo, ſicut aliud eſt caſtus, aliud eſt caſtitas, aliud fortis, aliud fortitudo:

vt quemadmodum quæcunque ſunt fortia, fortitudine D ſunt fortia, & quæcũq; caſta, caſtitate ſunt caſta: ita quęcunque ſunt ſimilia, ſimilitudine ſint ſimilia? Nõ autem imago noſtra ſatis proprie dicitur ſimilitudo noſtra eſſe, cum tamen proprie dicatur ſimilis nobis eſſe vt ibi ſit ea ſimilitudo qua ſimilia ſunt quęcunque ſimilia, vbi eſt & caſtitas, qua caſta ſunt, quæcunque ſunt caſta. Caſtitas autẽ nullius participatione caſta eſt, ſed eius participatione ſunt caſta, quæcunque caſta ſunt. Quę vtiq; in deo eſt, vbi eſt etiam illa ſapientia quæ non participando ſapiens eſt, ſed cuius participatione ſapiẽs eſt anima quæcunque ſapiens eſt. Quapropter etiam ſimi- *Similitudo*

litudo dei, per quã facta ſunt omnia, proprie dicitur ſimilitudo, quia non participatione alicuius ſimilitudinis ſimilis eſt, ſed ipſa prima ſimilitudo, cuius participatione ſimilia ſunt quæcũque per illam fecit deus. Expoſitio ergo fortaſſe eſt, cum additum eſſet, ad imaginem: vt oſtenderetur eam quæ imago dicta eſt, non ita ſimilem eſſe deo, quaſi alicuius ſimilitudinis participãtem, ſed hanc ipſam eſſe ſimilitudinem, cuius participarent omnia quæ dicuntur eſſe ſimilia. Sicut ibi & eſt caſtitas, cuius participatione caſtæ ſunt animę, & ſapiẽtia, cuius participatione ſapiẽtes ſunt animę, & pulchri- E

tudo, cuius participatione pulchra ſunt quæcũque pulchra ſunt. Si enim tantum ſimilitudinem diceret, non ſignificaret ab ipſo eſſe genitam: ſi autem tantummodo imaginem diceret, ſignificaret ab ipſo quidem genitã: ſed non ſignificaret ita ſimilem, vt non tantum ſimilis, ſed ipſa ſimilitudo eſſet. Vt autem nihil caſtius ipſa caſtitate, & nihil ſapiẽtius ipſa ſapiẽtia, & nihil pulchrius ipſa pulchritudine: ita nihil ſimilius ipſa ſimilitudine dici, aut cogitari, aut eſſe omnino poteſt. Vnde intelligitur ita patri eſſe ſimilem ſimilitudinem ſuam, vt eius naturam pleniſsime perfectiſsimeq; impleat. Quantum autem ad ſpeciem rebus imponendam valeat dei ſimilitudo, per quam facta ſunt omnia quãquam humanas cogitationes altiſsime ſuperet, licet tamen vtcunque arbitrari: ſi conſideremus omnem naturam, ſiue quæ ſentientibus, ſiue quæ ratiocinantibus occurrerit, ſimilibus inter ſe partibus ſeruare vnitatis effigiem. Nam ex ſapientia dei ſapientes vocantur animæ rationales, & vlterius hoc nomẽ non porrigitur: nam neque vlla pecora, & multo minus arbores, aut ignem, vel aërem vel aquam, vel terram ſapientem poſſumus dicere, quanquã per ipſam dei ſapientiam ſint etiam omnia hæc inquã- F

nim ſunt. At vero ſimiles inter ſe lapides dicimus & animalia & homines & angelos. Iam vero in ſingulis rebus, & terrã, eo quòd ſimiles inter ſe habeat partes ſuas, fieri vt terra ſit: & aquã qualibet quoq; parte ſimilẽ eſſe cęteris partibus, nec aliter aquã eſſe potuiſſe, & quantũlibet aëris, ſi cætero eſſet diſsimile, nullo pacto aërẽ eſſe potuiſſe: & ignis lucis ſuæ particulã, eo quòd nõ ſit diſſimilis reliquis partibus, fieri, vt ſit quod non eſt: ita de vnoquoq; lapidũ vel arborũ, vel corpore cuiuſlibet animantis diſcerni & intelligi poteſt: quòd nõ ſolum cum aliis ſui generis rebus, ſed in ſeipſis ſingulis non eſſent, niſi partes inter ſe ſimiles haberẽt. Et tãto eſt pulchrius *Pulchritudo.*

corpus quanto ſimilioribus inter ſe partibus ſuis cõſtat. Iã porrò animarum, non ſolum aliarum cum aliis amicicia ſimilibus moribus conſiſt, ſed etiã in vnaquaq; anima ſimiles actiones atq; virtutes, ſine quibus conſtantia eſſe non poteſt, beatam vitã indicãt. Similia vero omnia hæc, non autẽ ipſam ſimilitudinẽm poſſumus dicere. Quapropter ſi rebus inter ſe ſimilib⁹ vniuerſitas cõſtat, vt ſingulæ ſint quicquid ſũt, & omnes ipſã vniuer-

p ſitatem

G ſitatem compleant, quam deus & cōdidit & gubernat:
per ſimilitudinem eius profecto qua cōdidit omnia ſu
pereminenter atq; incommutabiliter & incontamina-
biliter talia facta ſunt, vt ſimilibus inter ſe partibus pul-
chra ſint, ad ipſam tamen ſimilitudinem omnia non fa
cta ſint, ſed ſola ſubſtantia rationalis: quare omnia per
ipſam, ſed ad ipſam non niſi anima. Ratinnalis itaque
ſubſtantia & per ipſam facta eſt, & ad ipſam: non enim
Mens. eſt vlla natura interpoſita: quandoquidem mēs huma-
na, quod nō ſentit, niſi cum puriſsima & beatiſsima eſt,
nulli cohæret niſi ipſi veritati, quæ ſimilitudn& imago
patris & ſapiētia dicitur. Recte igitur ſecūdū hoc quod
interius & principale hominis eſt, id eſt ſecundū men-
tem accipitur, Faciamus hominem ad imaginem & ſi-
militudinē noſtrā. Ex illo enim quod in homine prin-
cipanım tenet, quod eum diſiungit à beluis, totus eſt ho
mo æſtimandus. Cætera in eo quanquam in ſuo genere
pulchra ſint, tamē cum pecoribus cōmunia ſunt, ac per
hoc in homine paruipendenda. Niſi forte quòd ad in-
tuendum cœlū figura humani corporis erecta eſt, valet
aliquid etiā vt corpus ipſum ad ſimilitudinē dei factū
credatur, vt quemadmodum à patre illa ſimilitudo nō
auertitur, ita corpus humanum à cœlo nō ſit auerſum,
H ſicut aliorum corpora animaliū auerſa ſunt, quia prona
in aluū proſternuntur. Sed tamen hoc non omnino ac-
cipiēdum eſt, nam corpus noſtrum à cœlo plurimū dif-
fert: in illa vero ſimilitudine, quæ filius eſt, non poteſt
quicquā eſſe diſsimile illi cui ſimilis eſt. Quoniam ſimi
lia quæcūq; alia ſunt, inter ſe etiam diſſimilia ex aliqua
parte ſunt: ipſa vern ſimilitudo non eſt aliqua ex parte
diſsimilis. Pater tamē pater eſt, nec fili⁹ aliud eſt quàm
filius: Quia & cum dicitur ſimilitudo patris, quāquam
oſtendat nullā interuenire diſsimilitudinē, non tamen
ſolus eſt pater, ſed habet ſimilitudinē. Et dixit deus, Fa-
ciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem no-
ſtrā. Satis quidem quæ ſuperius dicta ſunt, ſecundum id
exponūt hæc verba ſcripturæ, in quibus legimus dixiſſe
deum, Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinē
noſtrā, vt ſimilitudo dei, ad quā factus eſt homo, ipſum
dei verbum, hoc eſt vnigenitus filius accipi pnſsit: non
vtiq; vt ipſe ſit eadē imago & ſimilitudo æqualis patri.
Eſt tamē & homo imago dei, ſicut apertiſsime oſtēdit
Apoſtolus dicēs, Vir quidem nō debet velare caput, cū
ſit imago & gloria dei. Sed hæc imago ad imaginē dei
I facta, nō eſt æqualis & coæterna illi cuius imago eſt, nec
eſſet etiā ſi nunquā omnino peccaſſet. Ille autem ſenſus
eſt potius in his diuinis verbis eligendus, vt ideo nō di
ctum intelligamus ſingulariter, ſed pluraliter, Faciam⁹
hominem ad imaginem & ſimilitudinē noſtram: quia
nō ad ſolius patris, aut ſolius filij, aut ſolius ſpiritus ſan-
cti, ſed ad ipſius trinitatis imaginem factus eſt homo:
quæ trinitas ita eſt trinitas, vt vnus deus ſit: ita eſt vnus
deus, vt trinitas ſit. Nō enim ait filio loquens, Faciamus
hominē ad imaginem tuam, aut ad imaginem meam,
ſed pluraliter ait, ad imaginem & ſimilitudinē noſtrā:
à qua pluralitate ſpiritum ſanctū ſeparare quis audeat?
Quæ pluralitas, quoniam nō tres dij, ſed vnus eſt deus,
ideo intelligendum eſt poſtea ſcripturā ſingulariter in-
tuliſſe atq; dixiſſe, Et fecit deus hominem ad imaginē
dei: vt non ſic accipiatur, tanquam deus pater ad imagi
nem dei, hoc eſt filij ſui. alioquin quo modo verum eſt,
quod dictum eſt, ad imaginem noſtram, ſi ad filij ſolius
imaginē fact⁹ eſt homo? Ac per hoc quia verū eſt quod
ait deus, ad imaginem noſtrā: ita dictum eſt, Fecit deus
hominem ad imaginem dei: tanquā diceretur ad ima-
ginē ſuam, quod eſt ipſa trinitas. Nonnulli autē putant K
ideo non repetitā ſimilitudinem, neq; dictum, Et fecit
deus hominē ad imaginem & ſimilitudinem dei, quia
tūc tantūmodo ad imaginē, Similitudo autē illi poſtea
ſeruabatur in reſurrectione mortuorū: quaſi poſsit eſſe
imago aliqua, in qua ſimilitudo nō ſit. Si enim omnino
ſimilis non eſt, proculdubio nec imago eſt. Verūtamen
vt nō ſola ratione id agere videamur, & authoritas Ia-
cobi Apoſtoli adhibenda eſt, qui cū de lingua hominis
loqueretur, ait, In ipſa benedicimus deum, & in ipſa ma
ledicimus homines, qui ad ſimilitudinē dei facti ſunt.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE GENESI ad literam, Liber primus.

OMNIS diuina ſcriptura biperti *In ſcriptu-*
ta eſt, ſecundū id quod domin⁹ *ra quid cō-*
ſignificat, dicens, ſcribā erudiū *ſiderandū.*
in regno dei ſimilē eſſe patrifa- *Cap. I.*
miliàs proferēti de theſauro ſuo *Matth. 13.*
noua & vetera, quæ duo etiā te- L
ſtamenta dicuntur. In libris au-
tē omnibus ſanctis intueri opor
tet, quæ ibi æterna intimentur, quæ facta narrētur, quæ
futura prænuncientur, quæ agenda pręcipiātur vel mo
neātur. In narratione ergo rerum factarū quęritur vtrū
omnia ſecundū figuratum tantūmodo intellectum ac-
cipiantur, an etiam ſecundum fidem rerum geſtarū aſ-
ſerenda, & defendenda ſint: nam non eſſe accipiēda fi-
guraliter, nullus Chriſtianus dicere audebit, attendens
Apoſtolum dicentem, Omnia autem hæc in figura cō- *1. Corin. 10.*
tingebant illis. Et illud quod in Geneſi ſcriptum eſt, E-
runt duo in carne vna, magnum ſacramentū commen *Gene. 2.*
dantem in Chriſto & in Eccleſia. Si ergo vtroque mo- *Ephe. 5.*
do illa ſcriptura ſcrutanda eſt, quæramus quo modo di
ctum eſt præter allegoricam ſignificationem, In prin- *Gene. 1.*
cipio fecit deus cœlum & terram: vtrū in principio tē-
poris: an quia primo omniū facta ſint: an in principio,
quod eſt verbū dei vnigenitus filius: & quo modo poſ-
ſit oſtendi deū ſine vlla ſui commutatione operari mu
tabilia & temporalia: & quid ſignificetur nomine cœli M
& terræ, vtrū ſpiritalis corporaliſq; creatura cœli & ter
ræ vocabulum acceperit, an tantūmodo corporalis: vt
in hoc libro de ſpiritali tacuiſſe intelligatur, atq; ita di
xiſſe cœlum & terram, vt omnem creaturam corporeā
ſuperiorem atq; inferiorē ſignificare voluerit: an vtri-
uſq; informis materia dicta eſt, cœlum & terra: ſpirita-
lis videlicet vita, ſicuti eſſe poteſt in ſe nō conuerſa ad
creatorē. Tali enim conuerſione f[illegible]matur atque perfi-
citur. Si autē non conuertatur, informis eſt: corporalis
autē ſi poſsit intelligi per priuationem omnis corporeę
qualitatis, quæ apparet in materia formata, cū iam ſunt
ſpecies corporū, ſiue viſu, ſiue alio quolibet ſēſu corpo
ris perceptibiles. An cœlū intelligendū eſt creatura ſpi
ritalis ab exordio quo facta eſt perfecta illa & beata ſē-
per: terra vero corporalis materies adhuc imperfecta:
quia terra, inquit, erat inuiſibilis & incompoſita, & te-
nebrę erant ſuper abyſſum: quibus verbis videtur infor
mitatem ſignificare ſubſtantiæ corporalis? An vtriuſ-
que informitas his etiam poſterioribus verbis ſignifica
tur? Corporalis quidem eo quòd dictum eſt, Terra erat
inuiſibilis

A inuiſibilis & incompoſita: Spiritalis autem eo quòd di
ctum eſt, Tenebræ erant ſuper abyſſum: vt trãſacto ver
bo, tenebroſam abyſſum intelligamus naturam vitę in-
formem, niſi cõuertatur ad creatorem: quo ſolo modo
formari poteſt, vt non ſit abyſſus: & illuminari, vt non
ſit tenebroſa. Et quo modo dictũ eſt, Tenebræ erant ſu-
per abyſſum: an quia non erat lux? Quæ ſi eſſet, vtiq; ſu-
pereſſet, & tanquam ſuperfunderetur. Quod tunc fit in
creatura ſpiritali, cum conuertitur ad incũmutabile at-
Fiat lux. que incõparabile lumen, quod deus eſt. Et quo mo-
Cap. II. do dixit deus, Fiat lux: vtrum temporaliter: an in verbi
2. ſen. diſti. æternitate? Et ſi temporaliter, vtiq; mutabiliter, quo mo
13. cap. præ- do ergo poſsit intelligi hoc dicere deus, niſi per creatu-
terea. ram? Ipſe quippe eſt incommutabilis. Et ſi per creaturã
dixit deus, fiat lux: quo modo eſt prima creatura lux, ſi
erat iam creatura, per quã deus diceret, fiat lux? An non
Gene. 1. eſt prima creatura lux, quia iam dictum erat, In princi-
pio fecit deus cœlum & terram: & poterat per cœleſtẽ
creaturam vox fieri temporaliter atq; mutabiliter, qua
diceretur, fiat lux? Quod ſi ita eſt, corporalis lux facta
eſt iſta, quã corporeis oculis cernimus, dicente deo per
creaturam ſpiritalem, quã deus iam fecerat, cũ in prin-
B cipio fecit cœlum & terram, Fiat lux: eo modo quo per
talis creaturæ interiorem & occultum motũ diuinitus
dici potuit, fiat lux. An etiam corporaliter ſonuit vox
dicentis dei, Fiat lux: ſicut corporaliter ſonuit vox di-
Matth. 3. centis dei, Tu es filius meus dilectus: & hoc per creatu-
ram corporalem quam fecerat deus, cũ in principio fe
cit cœlum & terrã, antequã fieret lux, quæ in hac ſonã-
te voce facta eſt. Et ſi ita eſt, qua lingua ſonuit iſta vox
dicente deo, Fiat lux: quia nondũ erat linguarum diuer
ſitas, quæ poſtea facta eſt in ædificatione turris poſt di-
Gene. 11. luuium? Quænã lingua erat vna & ſola, qua deus locu-
tus eſt, Fiat lux? & quis erat quem oportebat audire atq;
intelligere, ad quẽ vox huiuſmodi proferretur? An hæc
abſurda carnaliſq; cogitatio atq; ſuſpicio eſt? Quid er-
go dicimus? An id quod in ſono vocis intelligitur, cũ
dicitur, Fiat lux: non autẽ ipſe corporeus ſonus, hic be-
ne accipitur eſſe vox dei? Et vtrum hoc ipſum ad natu-
rã pertineat verbi eius, de quo dicitur, In principio erat
Ioan. 1. verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbũ?
Cũ enim de illo dicitur, Omnia per ipſum facta ſunt:
ſatis oſtenditur & lux per ipſum facta, cum dixit deus,
fiat lux. Quòd ſi ita eſt, æternum eſt quod dixit deus, fiat
C lux: quia verbum dei deus apud deum, filius vnicus dei,
patri coęternus eſt: quãuis deo hoc in ęterno verbo di-
cente creatura temporalis facta ſit. Cũ enim verba ſint
temporis, cum dicimus quando & aliquãdo, ęternũ ta-
men eſt in verbo dei, quãdo fieri debeat aliquid: & tũc
fit quando fieri debuiſſe in illo verbo eſt, in quo nõ eſt
quando & aliquando, quoniã illud totum verbũ ætet-
Lux quid num eſt. Et quid eſt lux ipſa quæ facta eſt, vtrũ ſpi-
ſit. Cap. III. ritale quid an corporale? Si enim ſpiritale, poteſt ipſa eſ
ſe prima creatura iã hoc dicto perfecta, quæ primo cœ-
lum appellata eſt, cum dictũ eſt, In principio fecit deus
cœlum & terram: vt quòd dixit deus fiat lux, & facta eſt
lux, eã reuocante ad ſe creatore, conuerſio eius facta at-
que illuminata intelligatur. Et cur ita dictũ eſt, In prin-
cipio fecit deus cœlum & terram: & non dictum eſt, In
principio dixit deus, Fiat cœlũ & terra, & facta ſunt cœ
lum & terra: ſicut de luce narratur, Dixit deus, Fiat lux,
& facta eſt lux? Vtrum prius vniuerſaliter nomine cœli
& terræ comprehendendum erat & commendandum
quod fecit deus. & deinde per partes exequendum, quo
modo fecit, cũ per ſingula dicitur, Dixit deus: id eſt quia

per verbum ſuũ fecit quicquid fecit? An cum primũ fie- D
bat informitas materię ſiue ſpiritalis ſiue corporalis, nõ
erat dicendum, dixit deus fiat: quia formam verbi ſem-
per patri cohærẽtis, quo ſempiterne dicit deus omnia.
Neque ſono vocis neque cogitatione tẽpora ſono- *Principiũ*
rum voluente, ſed coæterna ſibi luce à ſe genitæ ſapien *Cap. IIII.*
tiæ, non imitatur imperfectio, cũ diſsimilis ab eo quod
ſumme ac primitus eſt, informitate quadã tendit ad ni-
hilum: ſed tũc imitatur verbi formam ſemper atque in-
commutabiliter patri cohęrentem, cũ & ipſa pro ſui ge
neris conuerſione ad id quod vere ac ſemper eſt, id eſt
ad creatorẽ ſuæ ſubſtantiæ, formam capit, & fit perfecta
creatura: vt in eo quod ſcriptura narrat, dixit deus, fiat:
intelligamus dei dictum incorporeum, in natura verbi
eius coæterni reuocantis ad ſe imperfectionẽ creaturæ:
vt non ſit informis, ſed formetur ſecundũ ſingula, quæ
per ordinẽ exequitur. In qua cõuerſione & formatione
quia pro ſuo modo imitatur deum verbũ, hoc eſt dei fi-
lium ſemper patri cohærentẽ, plena ſimilitudine & eſ- *Ioan. 10.*
ſentia pari, qua ipſe & pater vnum ſunt: nõ autẽ imita-
tur hanc verbi formã, ſi auerſa à creatore, informis &
imperfecta remaneat: propterea filij cõmemoratio non
ita fit quia verbũ, ſed etiam quia principium eſt, cũ dici E
tur, In principio fecit deus cœlũ & terrã: exordiũ quip-
pe creaturæ inſinuatur adhuc in informitate imperfe-
ctionis: fit autem filij commemoratio, quod etiam ver-
bũ eſt, eo quòd ſcriptũ eſt, dixit deus fiat: vt per id quod
principium eſt, inſinuet exordiũ creaturæ exiſtentis ab
illo adhuc imperfectæ: per id autem quòd verbũ eſt, in-
ſinuet perfectionem creaturę reuocatę ad eũ, vt forma-
retur inhærendo creatori, & pro ſuo genere imitando
formã ſempiternè atque incõmutabiliter inhærentẽ pa
tri, à quo ſtatim hoc eſt quod ille. Non enim habet *Verbũ ſa-*
informem vitã verbum filius, cui nõ ſolum hoc eſt eſſe *pientia.*
quod viuere, ſed etiã hoc eſt ei viuere, quod eſt ſapiẽter *Cap. V.*
& beate viuere. Creatura vero quanquã ſpiritalis & in-
tellectualis vel rationalis, quæ videẽ eſſe illi verbo pro-
pinquior, poteſt habere informem vitam: quia ſicut nõ
hoc eſt ei eſſe quod viuere, ita nec hoc viuere quod ſa-
piẽter viuere ac beate viuere. Auerſa enim à ſapiẽtia in-
commutabili, ſtulte ac miſere viuit, quę informitas eius
eſt. Formatur autẽ cõuerſa ad incommutabile lumẽ ſa-
pientiæ verbũ dei: à quo enim exiſtit vt ſit, vtq; viuat, ad
illum conuertitur vt ſapienter ac beate viuat. Principiũ *Ioan. 8.*
quippe creaturæ intellectualis eſt æterna ſapiẽtia, quod F
principium manẽs in ſe, incõmutabiliter nullo modo
ceſſat occulta inſpiratione vocationis loqui ei creatu-
ræ, cui principium eſt, vt cõuertatur ad id ex quo eſt, q
aliter formata ac perfecta eſſe nõ poſsit. Ideoq; interro-
gatus dominus quis eſſet, reſpondit, Principiũ qui & lo
quor vobis. Quod autem filius loquitur, pater loquitur:
quia patre loquẽte dicitur verbum quod filius eſt, æter-
no more, ſi more dicendum eſt, loquẽte deo verbũ co-
æternũ. Ineſt enim deo benignitas ſumma & ſancta &
iuſta, & quidem nõ ex indigentia, ſed ex beneficẽtia ve-
niẽs amor in opera ſua. Propterea priuſquã ſcriberetur,
Dixit deus, fiat lux: præceſsit ſcriptura dicens: Et ſpiritus
dei ferebatur ſuper aquã: quia ſiue aquæ nomine appel-
lare voluit totam corporalem materiã, vt eo modo in-
ſinuaret vnde facta & formata ſint omnia quæ in ſuis
generibus iam dignoſcere poſſumus: appellans aquam
quia ex humida natura videmus omnia in terra per ſpe-
cies varias formari atq; concreſcere: ſiue ſpiritalem vi-
tam quandã ante formam conuerſionis quaſi fluitantẽ:
ſuperferebatur vtiq; ſpiritus dei, quia ſubiacebat ſcilicet

G bonæ voluntati creatoris, quicquid illud erat quod formãodum perficiendumq; inchoauerat: vt dicente deo in verbo ſuo, fiat lux: in bona volũtate, hoc eſt in beneplacito eius, pro modulo ſui generis maneret quod factum eſt. Et ideo rectũ eſt quod placuerit deo, ſcriptura dicẽte, Et facta eſt lux, & vidit deus lucẽ quia bona eſt.

Trinitas. Cap. VI. Et quemadmodum in ipſo exordio inchoatæ creaturæ, quæ cœli & terrę nomine propter id quod de illa perficiendum erat commemorata eſt, trinitas inſinuatur creatoris: nam dicente ſcriptura, In principio fecit deus cœlum & terram: intelligimus patrem in dei nomine, & filium in principij nomine, qui non patris, ſed per ſeipſum creatæ primitus ac potiſsimũ ſpiritali creaturæ, & conſequẽter etiam vniuerſæ creaturę principiũ eſt: dicente autem ſcriptura, Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquas: completam commemorationẽ trinitatis agnoſcim⁹: ita & in cõuerſione atq; perfectione creaturæ, vt rerum ſpecies digerantur, eadem trinitas inſinuatur: verbum dei ſcilicet, & verbi generator, cum dicitur, dixit de⁹: & ſãcta bonitas, in qua deo placet quic-

H quid ei pro ſuæ naturæ modulo perfectum placet, cũ dicitur, Vidit deus quia bonum eſt.

Spirit⁹ dei. Cap. VII. Sed cur commemorata prius quamuis imperfecta creatura, poſtea commemoratur ſpiritus dei: prius dicẽte ſcriptura, Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum: † ac deinde infertur, Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam? *† al. ſuper faciẽ abyſſi* An quoniam egenus atq; indigus amor ita diligit, vt rebus quas diligit, ſubiiciatur: propterea cũ cõmemoraretur [imperfecta creatura,] ſpiritus dei, in quo eius ſancta beneuolẽtia dilectioq; intelligitur, ſuperferri dictus eſt, ne faciendo opera ſua per indigentiæ neceſsitatem potius quàm per abundantiam beneficẽtiæ deus amare putaretur? *1. Corin. 12.* Cuius rei memor Apoſtolus dicturus de charitate, ſupereminẽtem viam demonſtraturum ſe ait. Et in alio loco, Supereminentem, inquit, ſcientiæ charitatẽ Chriſti. *Ephe. 3.* Cum ergo ſic oporteret inſinuare ſpiritum dei, vt ſuperferri diceretur, commodius factũ eſt vt prius inſinuaretur aliquid inchoatum, cui ſuperferri diceretur: nõ autem loco, ſed omnia ſuperante ac præcellente potentia.

Amor dei erga creaturas. Caput VIII. Ita etiam rebus ex illa inchoatione perfectis atq; formatis, Vidit deus quia bonum eſt: placuit enim quod factum eſt, in ea benignitate qua placuit vt fieret. Duo quippe ſunt ꝓpter

I quæ amat deus creaturam ſuam, vt ſit, & vt maneat. Vt ergo eſſet quod maneret, ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam: vt autem maneret, vidit deus quia bona eſt. Et quod de luce dictum eſt, hoc & de omnibus: manẽt enim quædam ſupergreſſa omnem volubilitatem tẽporalem in ampliſsima ſanctitate ſub deo: quædã vero ſecundum ſui temporis modos, dũ per deceſsionem ſucceſsionemq; rerum ſeculorum pulchritudo cõtexitur.

Quo modo dictũ, fiat lux. Ca. IX. 2. ſen. diſti. 13. ca. præterea. Quòd ergo dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux: in aliquo die dixit, an ante omnẽ diẽ? Si enim verbo ſibi coæterno dixit, hoc vtiq; intemporaliter dixit: ſi vero temporaliter dixit, nõ verbo ſibi coæterno, ſed per aliquam dixit creaturam temporalem: ac per hoc nõ erit prima creatura lux, quia iam erat creatura per quam temporaliter diceretur, fiat lux: atq; illud ante omnem diem feciſſe intelligitur, quod dictũ eſt, In principio fecit deus cœlum & terrã: vt cœli nomine intelligatur ſpiritalis iam facta & formata creatura, tanquã cœlum cœli huius, quod in corporalibus ſummũ eſt. Secũdo enim die factum eſt firmamentum, quod rurſus cœlum appellauit, terræ autẽ nomine inuiſibilis & incompoſitæ ac tenebroſæ abyſsi, imperfectio corporalis ſubſtãtiæ ſignificata eſt, vnde tẽporalia illa fierent, quorum prima eſ- K ſet lux. Quo modo autem per creaturam illã, quã fecit ante tempora, dici potuit temporaliter, fiat lux, inuenire difficile eſt. Sono enim vocis nõ intelligimus dictũ: nam quicquid tale eſt corporeũ eſt. An ex illa imperfectione ſubſtantiæ corporalis fecit aliquã vocem corporeã, per quã ſonaret, Fiat lux? Ergo aliquod vocale corpus ante lucem creatum atq; formatũ eſt. Sed ſi ita eſt, iã erat tẽpus per quod vox curreret, ſonorumq; ſpacia ſibi ſuccedentia præterirent. Quod ſi iam erat tempus antequam fieret lux, in quo tẽpore fieret vox, qua ſonaret, fiat lux, ad quem diem pertinebat illud tẽpus? Vnus enim dies idemq; primus illi numerari incipit, quo facta eſt lux. An ad ipſum diem pertinet totum ſpaciũ tẽporis, & quod factũ eſt vocale corpus, per quod ſonaret, Fiat lux, & quod facta eſt ipſa lux? Sed omnis talis vox propter audientis corporalẽ ſenſum à loquẽte profertur, ita enim factũ eſt, vt percuſſo aëre ſentiatur. Nũquid itaq; talẽ habebat auditum illud quicquid erat inuiſibile & incompoſitũ, cui ſic deus perſonaret ac diceret, fiat lux? Abſcedat itaq; hæc ab animo cogitantis ab- L ſurditas. Vtrum ergo ſpiritalis motus, ſed tamen tẽporalis erat, quo dictum intelligimus, fiat lux: expreſſus ab æterno deo per verbũ coæternum in creatura ſpiritali, quam iã fecerat, cum dictum eſt, In principio fecit deus cœlũ & terram: id eſt in illo cœlo cœli? An & iſta locutio non tantũ ſine aliquo ſono, ſed etiam ſine vllo tẽporali motu ſpiritalis creaturæ, in eius mente atq; ratione fixa quodã modo à verbo patri coæterno, & quodã modo impreſſa intelligitur, ſecũdũ quam moueretur, & ad ſpeciem conuerteretur inferior illa tenebroſa imperfectio naturæ corporeæ, & fieret lux? Sed multũ eſt ac difficillimum capere, quo modo dicatur deo non tẽporaliter iubente, neq; id tẽporaliter audiente creatura, quæ cõtẽplatione veritatis omnia tempora excedit, ſed intellectualiter ſibimet impreſſas ab incõmutabili dei ſapiẽtia rationes tanquam intelligibiles locutiones in ea quæ infra ſunt tranſmittente, fieri temporales motus in rebus temporalibus vel formandis vel adminiſtrandis. Si autem lux, quæ prius dicta eſt vt fiat, & facta eſt, etiã primatũ creaturæ tenere intelligenda eſt, ipſa eſt intellectualis vita: quæ niſi ad creatorẽ illuminanda conuerteretur, fluitaret informiter. Cũ autem conuerſa & illu- M minata eſt, factum eſt quod in verbo dei dictũ eſt, fiat lux.

Dies, nox, lux, tenebræ. Ca. X. 2. ſen. diſti. 13. ca. ſi autem. Veruntamen quemadmodũ ſine tempore dictũ eſt, quia in verbũ patri coæternum nõ cadit tẽpus, vtrũ ita etiã ſine tempore factum ſit, quiſquã forſitã quærat. Sed quo modo poteſt hoc intelligi, cũ facta luce & diuiſa à tenebris, & inditis diei noctiſq; vocabulis, dicat ſcriptura, Facta eſt veſpera, & factũ eſt mane dies vnus, Vnde videtur illud opus dei factũ per ſpaciũ diei, quo peracto ad veſperũ ventũ eſt, quod eſt initium noctis? Itèmq; peracto nocturno ſpacio cõpletus eſt tot⁹ dies, vt mane fieret in alterũ diem, in quo die deus aliud cõſequẽter operaretur, Imò vero idipſum permirabile eſt, cum deus nullo ſpacio ſyllabarum æterna verbi ſui ratione dixerit, fiat lux: cur tãta mora facta ſit lux, donec diei ſpacium præteriret & veſpera fieret? An forte cito quidem lux facta eſt, ſed mora diurni tẽporis in eo conſumi potuit, cum diſcerneretur à tenebris, atque vtrunque diſcretum ſuis vocabulis ſignaretur? Mirũ ſi & hoc vel tanta mora fieri potuit à deo, quãta dicitur à nobis. Diſcretio quippe lucis & tenebrarum in ipſo vtiq; opere, cum lux fieret, conſecuta eſt: nõ enim lux eſſe potuit, niſi diſcerneretur à tenebris. Quòd autẽ vocauit deus

lucem

A lucem diem,& tenebras noctem, quanta mora fieri poterat,etiam ſi hoc ſyllabatim per ſonũ vocis egiſſet, niſi quãta & à nobis dicitur,lux vocetur dies,& tenebrę vocentur nox:niſi forte quis ita deſipiat,vt quia ſuper omnia magnus eſt deus,putet ore dei prolatas, quãuis paucisſimas ſyllabas per totum diei ſpaciũ potuiſſe diſtendi.Huc accedit,quia verbo ſibi coæterno, id eſt incommutabilis ſapientiæ internis æternisq́; rationibus , non corporali ſono vocis vocauit deus lucem diẽ , & tenebras noctẽ.Rurſum enim quæritur,ſi verbis quibus vtimur vocauit, qua lingua vocauerit, & quid opꝰ erat ſonis tranſeũtibus, vbi cuiuſquã nõ erat corporalis vllus auditus?& nõ inuenitur.An dicendum eſt, quòd cũ citò peractum eſſet hoc opus dei,tãdiu ſtetit lux non ſuccedẽte nocte,donec diurnum ſpacium perageretur : & tãdiu manſit nox luci ſuccedẽs,donec ſpaciũ nocturni temporis præteriret, & mane fieret diei ſequentis, vno primoq́; die tranſacto?Sed ſi hoc dixero, vereor ne deridear,& ab iis qui certiſsime cognouerũt, & ab iis qui poſſunt facillime aduertere,quòd eo tẽpore quo nox apud nos eſt,eas partes mũdi pręſentia lucis illuſtret,per quas ſol ab occaſu in ortum redit, ac per hoc omnibus

B vigintiquatuor horis non deeſſe per circuitum gyri totius,alibi diẽ,alibi noctem . Nũquid nam ergo in parte aliqua poſituri ſumus deũ vbi ei veſpera fieret , cum ab ea parte in aliam partẽ lux abſcederet? Nam & in libro

Eccleſ.1. qui appellatur Eccleſiaſtes,ita ſcriptum eſt:Et oritur ſol & õccidit,& in locum ſuum ducitur,hoc eſt,in eum locum vnde ortus eſt.Sequitur enim,& dicit ipſe:Oriens illuc vadit ad Auſtrum,& circuit ad Aquilonẽ.Auſtralis ergo pars cum habet ſolem,nobis dies eſt.cũ autẽ ad

† prouehit. Aquilonis partem circũiens peruenit, † nobis nox eſt: non tamen in alia parte non eſt dies vbi præſentia ſolis eſt: niſi forte poëticis figmẽtis cor inclinandum eſt, vt credamus ſolem mari ſe immergere , atq; inde totũ ex alia parte mane ſurgere. Quanquam ſi ita eſſet,abyſſus ipſa præſentia ſolis illuſtraretur, atque ibi eſſet dies. Poſſet enim & aquas illuminare, quando ab eis nõ poſſet extingui . Sed hoc monſtruoſum eſt ſuſpicari. Quid quod etiam ſol nondũ erat?Quapropter ſi ſpiritalis lux primo die facta eſt,nũquid nam õccidit vt ei ſuccederet nox?Si autem corporalis,quęnã illa lux eſt,quã poſt occaſum ſolis videre non poſſumus,quia nec luna erat adhuc nec aliquæ ſtellæ? Aut ſi ſemper in ea parte cœli

C eſt in qua ſol, vt non ſit ſolis lux, ſed quaſi comes eius, eidem ita coniuncta, vt diſcerni dignoſciq́; nõ poſsit, ad eandem reditur difficultatem ſoluendæ huius quæſtionis : quia & iſta lux eodẽ modo quo ſol tanquã comes eius ab occaſu in ortum circumiens redit, & eſt in alia parte mundi, quo tempore pars iſta in qua ſumus, tenebreſcit in noctem. Ex quo cogit,quod abſit, in vna parte credere deum fuiſſe , quam partem lux iſta deſereret,vt poſſet ei veſpera fieri . An forte in ea parte lucẽ fecerat,in qua facturus erat hominem : & ideo cum ab ipſa parte lux deceſsiſſet,veſpera facta dicitur,etiam cũ in alia parte lux illa eſſet quę inde diſceſſerat, mane exoritura peracto circuitu. Vt quid ergo factus eſt ſol

Prima lux & ſol.Cap. XI. 1.ſen.diſtĩ. 13.ca. ſolet. in poteſtatẽ diei,qui luceret ſuper terram, ſi lux illa diei faciendo ſuffecerat, quæ dies etiam vocata eſt? An illa prior regiones ſuperiores à terra lõginquas illuſtrabat, vt ſentiri non poſſet in terris : atq; ita oportebat ſolem fieri per quem dies inferioribus mundi partibus appareret?Poteſt & hoc dici , auctum eſſe fulgorem diei ſole addito,vt per illam lucem minus fulgens dies quàm nunc eſt fuiſſe credatur . Etiam hoc à quodam dictum

ſcio,primum naturam lucis inductam in opere creatoris,cum dictum eſt,Fiat lux,& facta eſt lux: poſtea vero cum de luminaribus dicitur, quid ex ipſa luce factũ ſit, fuiſſe commemoratum ordine dierum , quo viſum eſt creatori cuncta eſſe facienda:quę natura lucis quò trãſierit facta veſpera vt viciſsim nox perageretur , nec ille dixit, nec facile inueniri poſſe arbitror , Neq; enim extinctam eſſe credendum eſt , vt nocturnæ tenebræ ſuccederent,& rurſus accenſam vt mane fieret, antequam hoc ſolis officio gereretur , quòd à quarto die cœpiſſe fieri eadem ſcriptura teſtatur. Quod antequam fieret,quo circuitu ſibi potuerint tres dies noctéſque ſuccedere,lucis quæ primo facta eſt permanente natura, ſi lux corporalis tunc facta & intelligenda eſt,& inueni- D

Succeſsio diei noctiſque.C.XII.

re & explicare difficile eſt . Niſi forte molem terrenam & aquoſam antequam eſſet ab alterutro vtrunq; diſcretum,quod tertio die factum ſcribitur, tenebras deũ appellaſſe quis dixerit , propter craſsiorem corpulentiam quam lux penetrare non poterat, vel propter obſcuriſſimam vmbram tantæ molis, quam neceſſe eſt vt ex altera parte habeat corpus, ſi ex alia parte lux fuerit . Ad quem locum enim cuiuſlibet corporis moles lucẽ peruenire non ſinit,in eo loco vmbra eſt : quoniam locus E carens ea luce qua illuſtraretur , niſi impediret corpus oppoſitum, hoc totum eſt quod vmbra dicitur. Quæ ſi pro mole corporis tã magna fuerit, vt occcupet ſpaciũ terræ, quantum ex altera parte dies occupat,nox vocatur.Neq; enim omnes tenebræ nox. Nam & in ſpeluncis amplis,in quarum abdita lux irrumpere per oppoſitam molem non ſinitur,ſunt vtiq; tenebræ, quia lux nõ eſt ibi,totumq́; ſpacium illud locus eſt carens luce : nec tamen tales tenebræ acceperunt vocabulum noctis,ſed illæ quæ in eam partem terrę ſuccedunt,vnde remouetur dies,ſicut non omnis lux dies appellatur: nam & lunæ lux eſt & ſyderum & lucernarum & coruſcationũ, & quarumcunque rerum ita fulgentium,ſed illa lux appellatur dies, cui nox præcedenti recedentiq́; ſuccedit. Sed ſi primaria lux illa vndique terræ molem circũfuſa contexerat,ſiue ſtaret, ſiue circuiret , non erat ex qua parte admitteret noctem ſibi ſuccedere, quia nuſquam ipſa diſcedebat,vt ei faceret locum.An ex vna parte facta eſt,vt ipſam circumiens,etiam noctem ex alia parte conſequenter circumire permitteret ? Cum enim to- *Cõgregatio*

tam terram adhuc aqua tegeret, nihil impediebat vt a- *aquarum.*

quoſa & globoſa moles ex vna parte faceret diem lucis F præſentia,ex alia noctem lucis abſentia, quę in eã partẽ ſuccederet à tempore veſpertino, ex qua lux in aliã declinaret. Quò ergo congregatæ ſunt aquæ,ſi totam terram prius occupauerãt: illæ ſcilicet quæ detractæ ſunt, vt terra nudaretur, in quam partem congregatæ ſunt? Si enim erat aliquid terræ nudum, quò congregarentur,iam apparebat arida,nec totum abyſſus occupabat? Si autem totum texerant , quis erat locus quò colligerentur vt terræ ariditas appareret? Nunquid nam in altum congregatæ ſunt, ſicut fit cum ad ventilandum in area meſsis trita ſurrigitur,& congeſta in aggerem nudat locum,quem diffuſa contexerat ? Quis hoc dixerit, cum videat vſquequaque campos maris æqualiter fuſos,qui etiam cum aquæ fluctuantes quidam velut mõtes eriguntur , ſedatis rurſus tempeſtatibus complanantur Et ſi qua littora nudantur latius, non poteſt dici nulla eſſe alia terrarum ſpacia , quò accedat id quod aliunde decedit , vnde in eum locum , ex quo receſſerat iterum accedat. Cum autem totam omnino terram vndoſa natura cooperiret, quò cederet vt nudaret ali-

2.ſen.diſti. 14.c.ſequitur, dixit deus cõgregentur.

G quas partes? An forte rarior aqua velut nebula terras tegebat, quæ congregatione ſpiſſata eſt, vt ex multis eas partibus, in quibus arida poſſet apparere, nudaret: Quãquam & terra longe lateq; ſubſidens, potuit alias partes præbere concauas, quibus confluentes & corruentes aquæ reciperentur, & appareret arida ex his partibus, vnde humor abſcederet. Non eſt autem informis omnimodo materies, vbi etiam nebuloſa ſpecies apparuerit.

Creatio aquæ & terræ. C.XIII.

Gene.1.

Et ideo quæri adhuc poteſt, quando deus iſtas conſpicuas aquarum terrarumq; ſpecies qualitatesq; creauerit: in nullo enim ſex dierum hoc inuenitur. Itaque ſi hoc ante omnem diem fecit, ſicut ante iſtorum primorum dierum commemorationem ſcriptum eſt. In principio fecit deus cœlum & terram: vt in terræ vocabulo intelligamus iam formatam terrenam ſpeciem ſuperfuſis aquis iſta iam viſibili ſpecie ſui generis declaratis: vt in eo quod ſequitur ſcriptura dicens, Terra autẽ erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquas: nullam opinemur informitatem materię, ſed terram & aquam ſine luce, quę nondũ erat facta, ſuis iam notiſsimis qualitatibus conditas: vt ideo terra inuiſibilis dicta iotelli-
H gatur, quòd aquis cooperta nõ poſſet videri, etiam ſi eſſet qui poſſet videre: Ideo vero incompoſita, quia nondum à mari diſtincta & cincta à littoribus, & ſuis fœtibus animalibusq; decorata, Si ergo ita eſt, cur iſtæ ſpecies, quæ proculdubio corporales ſunt, ante omnẽ diẽ factæ ſunt? Cur non ſcriptum eſt, Dixit deus, Fiat terra, & facta eſt terra? Item, Dixit deus, Fiat aqua, & facta eſt aqua? vel vtrunque cõmuniter, ſi vna quaſi lege loci infimi contioentur, Dixit deus, Fiat terra & aqua, & ſic factum eſt.

Materia qualibet. Cap.XIIII.

Cur non dictum eſt, cum hoc factum eſſet, Vidit deus quia bonum eſt. Hęc enim conſideratio ſuaſit, quoniam manifeſtum eſt omne mutabile ex aliqua informitate formari: ſimúlque illud & catholica fides præſcribit, & certiſsima ratio docet nullarum naturarum materiam eſſe potuiſſe, niſi ab omnium rerum non ſolum formatarũ, ſed etiam formabilium inchoatore deo atque creatore, de qua etiam dicit ei quædam ſcriptura, Qui feciſti mundũ ex materia informi: hanc materiam illis verbis, quibus pro ſpiritali prudẽtia tardioribus etiam lectoribus vel auditoribus congrueret fuiſſe commemoratam, quibus ante dierum enumerationem dictum eſt, In principio fecit deus cœlũ & ter-
I ram &c. donec diceretur, Et dixit deus, vt deinceps formatarum rerum ordo conſequeretur.

An materia præcedat formã. Cap.XV. 2.ſen.di.15 c.omnibus.

Non quia informis materia formatis rebus tempore prior eſt, cum ſit vtrunque ſimul concreatum, & vnde factum eſt, & quod factum eſt: Sicut enim vox materia eſt verborũ, verba vero formatam vocem indicant: non autẽ qui loquitur, prius emittit informem vocem, quã poſsit poſtea colligere, atq; in verba formare: ita creator deus non priorem tempore fecit ioformem materiam, & eam poſtea per ordinem quarumcunq; naturarum quaſi ſecũda conſideratione formauit, formatam quippe creauit materiam: Sed quia illud vnde fit aliquid, etſi non tempore, tamen quadam origine prius eſt, quàm illud quod inde fit, potuit diuidere ſcriptura loquendi temporibus, quod deus faciendi temporibus non diuiſit. Si enim quæratur, vtrum vocem de verbis an de voce verba faciamus, non facile quiſquam ita tardo ingenio reperitur, qui non potius verba fieri de voce reſpondeat. Ita quanuis vtrunque ſimul qui loquitur faciat, quid vnde faciat naturali attẽtione ſatis apparet, Quamobrem cum ſimul vtrunque deus fecerit, & materiam quã formauit, & res in quas eam formauit, & vtrũque ab ſcrip- K
tura dici oportuerit, nec ſimul vtrunque dici potuerit, prius illud vnde aliquid factũ eſt, quàm illud quod inde factum eſt; dici debuiſſe quis dubitet? Quia etiam cum dicimus, materiam & formam: vtrunq; ſimul eſſe intelligimus, nec vtrunq; ſimul poſſumus enũciare. Sicut autem in breuitate temporis cõtingit cum duo iſta verba proferimus, vt alterum ante alterũ proferamus: ita in prolixitate oarrationis alterum altero prius narrandum fuit, quanuis vtrunque, vt dictum eſt, ſimul fecerit deus: vt quod ſola origioe prius eſt in faciendo, etiam tempore prius ſit in narrando: quia duæ res quarum etiã altera nullo modo prior eſt, nominari ſimul non poſſunt, quanto minus ſimul narrari. Non itaq; dubitandum eſt ita eſſe iſtam informem materiam propè nihil, vt non ſit facta niſi à deo, & rebus quæ de illa factæ ſunt ſimul concreata ſit. Sed ſi credibiliter dicitur eam ſignificari illis verbis: Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam: vt excepto quod ibi poſitum eſt, de ſpiritu dei, cætera quidem rerum viſibilium vocabula, ſed ad illam informitatẽ, vt tardioribus poterat, inſinuãdam dicta intelligamus: quia hæc L
duo elementa, id eſt, terra & aqua, ad aliquid faciendũ operantium manibus tractabiliora ſunt cęteris, & ideo congruentius iſtis nominibus illa inſinuabatur informitas.

Gene.1.

Emiſsio & cõtractio lucis. C.XVI.

Si hoc ergo probabiliter dicitur, non erat aliqua formata moles, quam lux ex vna parte illuſtrans ex altera faceret tenebras, vode poſſet nox die diſcedẽte ſuccedere. Emiſsionem vero contractionémque lucis illius ſi velimus diẽ noctẽmque intelligere, nec cauſam videmus cur ita fieret, Noo enim iam erant animalia, quibus hæc viciſsitudo ſalubriter exhiberetur, & quibus poſtmodũ exortis per circuitum ſolis cernimus exhiberi: oec vllum occurrit exemplũ, quo iſtam emiſſionem contractionémq; lucis, vt diei noctisq; viciſsitudines fierẽt, probare poſsimus. Iactus enim radiorum ex oculis noſtris, cuiuſdã lucis euidens eſt iactus, & cõtrahi poteſt cum aërem qui eſt oculis noſtris proximus intuemur, & emitti cum ad eandem rectitudinem quæ ſunt longe poſita attendimus. Nec ſanè cum contrahitur omnino cernere quę lõge ſunt deſinit, ſed certè obſcurius quàm cum in ea obtutus emittitur: ſed tamen ea lux quæ ſenſu vidẽtis eſt, tam exigua videtur, vt niſi ad- M
iuuemur extranea luce, nihil videre poſsimus, quoniam ab ea non poteſt diſcerni: quo igitur exemplo demonſtrari poſsit emiſsio in diem, & contractio lucis in noctem, ſicut dixi, reperire difficile eſt.

Lux, tenebræ. Caput XVII.

Ioan.1.

Eccli.1.

Sapien.7.

Gene.1.

Si autem ſpiritalis lux facta eſt, cum dixit deus, Fiat lux, & facta eſt lux: non illa vera patri coęterna intelligẽda eſt, per quã facta ſunt omnia, & quæ illuminat omnem hominem: ſed illa de qua dici potuit, Prior omniũ creatura eſt ſapientia. Cum enim æterna illa & incommutabilis, quæ non eſt facta ſed genita ſapientia, in ſpiritales atque rationales creaturas, ſicut in animas ſanctas ſe transfert, vt illuminatæ lucere poſsint, fit in eis quædam luculẽtę rationis affectio, quæ poteſt accipi facta lux, cum diceret deus, Fiat lux: ſi iam erat creatura ſpiritalis, quæ nomine cœli ſignificata eſt, in eo quod ſcriptũ eſt, In principio fecit deus cœlum & terram: non corporeum cœlum, ſed incorporeũ, cœlis corporeis, hoc eſt ſuper omne corpus, noo locorum gradibus, ſed naturæ ſublimitate præpoſitum. Quo autẽ modo ſimul fieri potuit, & quod illuminaret, & ipſa illuminatio, ac diuerſo tẽpore narrãda fuerit, pauloante dixim*, cũ de materia tractaremus.

A ctaremus. Sed huic luci ſuccedentem noctem, vt veſpera fieret, quo pacto intellecturi ſumus? A tenebris vero qualibus talis lux diuidi potuit, dicente ſcriptura: Et diuiſit deus inter lucem ac tenebras? nunquid iam erant peccatores & ſtulti decidentes à lumine veritatis, inter quos & in eadem luce permanentes diuideret deus tãquam inter lucem ac tenebras, lucem vocans diẽ, ac tenebras noctem: & oſtẽderet ſe non operatorem peccatorum, ſed ordinatorem diſtribuẽdorum meritorum? An hic dies totius temporis nomen eſt, & omnia volumina ſeculorum hoc vocabulo includit, ideoq; non dictus eſt primus, ſed vnus dies? Et facta eſt enim veſpera, & factum eſt, inquit, mane dies vnus: vt per hoc quòd facta eſt veſpera, peccatum rationalis creaturę, quod autem factum mane, renouatio eius ſignificata videatur. Sed hæc allegoriæ propheticæ diſputatio eſt, quam nõ iſto ſermone ſuſcepimus: Inſtituimus enim de ſcripturis nunc loqui ſecundum proprietatem rerũ geſtarum, non ſecundũ ænigmata figurarum. Ergo ad rationẽ factarum cõditarumq; naturarum, quo modo inuenimus veſperam & mane in luce ſpiritali? An diuiſio quidẽ lucis à tenebris, diſtinctio eſt iã rei formatæ ab informi,

B appellatio vero diei & noctis, inſinuatio diſtributionis eſt: qua ſignificetur nihil deũ inordinatum relinquere, atque ipſam informitatem per quam res de ſpecie in ſpeciem modo quodam tranſeundo mutantur, non eſſe indiſpoſitam: neq; defectus neque profectus creaturę, quibus ſibimet propter temporalia quæq; ſuccedũt, ſine ſupplemento eſſe decoris vniuerſi? Nox enim inordinatæ ſunt tenebræ. Propterea vero cũ facta eſſet lux, dictum eſt, Vidit deus lucem quia bona eſt: cũ hoc poſſet poſt omnia eiuſdem diei dicere, id eſt vt cum cœlũ explicaſſet. Dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux: Et diuiſit deus inter lucem & tenebras: Et vocauit deus lucẽ diẽ, & tenebras vocauit noctem: tunc diceret, Et vidit deus quia bonum eſt: & deinceps annecteret, Et facta eſt veſpera, & factũ eſt mane: ſicut in aliis operibus facit quibus vocabula imponit. Hic ergo non ita fecit, quoniam à formata re ad hoc diſtincta eſt illa informitas, vt non in ea finis eſſet, ſed adhuc formanda reſtaret per creaturas cæteras iam corporales. Itaq; ſi poſteaquã diſtincta eſſent illa diuiſione & vocabulis, tunc diceretur: Vidit deus quia bonum eſt: hęc facta acciperemus ſignificare,

C quibus iam in ſuo genere nihil eſſet addendũ. Quia vero lucem ſolam ita perfecerat: Vidit deus, inquit lucẽ, quia bona eſt, & diuiſione ac nominibus diſcreuit à tenebris. Neque tũc dixit: Vidit deus quia bonum eſt, ad hoc enim erat informitas illa diſcreta, vt adhuc inde alia formarentur: Nanque iſta nox quæ nobis eſt notiſſima, facit enim eam ſuper terras ſolis circuitus, quãdo per luminariũ diſtributionẽ à die diuiditur, poſt ipſam diuiſionem diei & noctis dicitur: Vidit deus quia bonũ eſt: Non enim hæc nox informis aliqua ſubſtantia erat, vnde adhuc alia formarẽtur, ſed ſpacium loci plenum aëre, carẽs lumine diurno, cui vtiq; nocti iam nihil addendum eſſet in genere ſuo, quo eſſet ſpecioſior ſiue diſtinctior. Veſpera autem in toto illo triduo, antequam fierent luminaria conſummati operis terminus, nõ abſurde fortaſſe intelligitur, mane vero tanquam futuræ operationis ſignificatio.

Quo modo deus operatur. Cap. XVIII.

Sed ante omnia meminerimus vnde iam multa diximus, non temporalibus quaſi animi ſui aut corporis motibus operari deũ, ſicut operatur homo vel angelus, ſed æternis atq; incommutabilibus & ſtabilibus rationibus coæterni ſibi verbi ſui, & quodam, vt ita dixerim, flatu pariter coęterni ſancti ſpiritus ſui. Nam & illud quod per Græcam & Latinã lin- D guam dictum eſt, de ſpiritu dei quia ſuperferebatur ſuper aquas, ſecundum Syræ linguæ intellectum quę vicina eſt Hebręę, nam hoc à quodã docto Chriſtiano Syro fertur expoſitum, non ſuperferebatur, ſed fouebat potius intelligi perhibetur. Nec ſicut fouẽtur tumores aut vulnera in corpore aquis vel frigidis vel calore cõgruo temperatis, ſed ſicut oua fouentur ab alitibus, vbi calor ille materni corporis etiam formandis pullis quodam modo adminiculatur, per quendam in ſuo genere dilectionis affectum. Non itaque per ſingulos dies iſtorum operum diuinorum tanquam tẽporales voces dei carnaliter cogitemus: Non enim ad hoc ipſa dei ſapientia noſtra infirmitate ſuſcepta venit ad colligendos ſub alas ſuas filios Hieruſalem, quemadmodum gallina pullos ſuos, vt ſemper paruuli ſimus, ſed vt malicia infantes, mente pueri eſſe deſinamus. Et in rebus obſcuris atque à noſtris oculis remotiſsimis, ſi qua inde ſcripta etiã diuina legerimus, quæ poſsint ſalua fide qua imbuimur, aliis atque aliis parere ſentẽtiis, in nullam earum nos pręcipiti affirmatione ita proiiciamus, vt ſi forte diligentius diſcuſſa veritas eam recte labefactauerit, corruamus: non pro ſentẽtia diuinarum ſcripturarum, ſed E pro noſtra ita dimicantes, vt eam velimus ſcripturarũ eſſe quæ noſtra eſt, cum potius eam quæ ſcripturarũ eſt noſtram eſſe velle debeamus.

Math. 23.

1. Corin. 14.

Opiniones veræ falſæq;. Cap. XIX.

Ponamus enim in eo quod ſcriptũ eſt: Dixit deus, fiat lux, & facta eſt lux: aliã ſenſiſſe lucem corporalem factam, & aliam ſpiritalem eſſe lucem in creatura ſpiritali: quod noſtra fides nõ dubitat eſſe ante lucem corporalem cœleſtem, aut etiã ſuper cœlum vel ante cœlum, cui ſuccedere nox potuerit, tamdiu nõ eſt contra fidem, donec veritate certiſsima refellatur. Quod ſi factum fuerit, non hoc habebat diuina ſcriptura, ſed hoc ſenſerat humana ignorantia. Si autem hoc verum eſſe certa ratio demonſtrauerit, adhuc incertum erit, vtrum hoc in illis verbis ſanctorum librorum ſcriptor ſentiri voluerit, an aliquid aliud nõ minus verum. Quòd ſi cætera contextio ſermonis non hoc eum voluiſſe probauerit, nõ ideo falſum erit aliud quod ipſe intelligi voluit, ſed & verum & quod vtilius cognoſcatur. Si autem cõtextio ſcripturæ hoc voluiſſe intelligi ſcriptorem non repugnauerit, adhuc reſtabit quærere, vtrum & aliud non potuerit. Quòd ſi & aliud potuiſſe inuenerimus, incertum erit quid nam eorum F ille voluerit: aut vtrunque ſentiri voluiſſe, non incõuenienter creditur, ſi vtriuſque ſententiæ certa circũſtantia ſuffragatur. Plerũque enim accidit vt aliquid de terra, de cœlo, de cæteris huius mundi elementis, de motu & conuerſione vel etiam magnitudine & interuallis ſyderum, † de certis defectibus ſolis & lunæ, de circuitibus annorum & temporum, de naturis animaliũ, fruticum, lapidum, atque huiuſmodi cæteris, etiam non Chriſtianus ita nouerit, vt certiſsima ratione vel experientia teneat. Turpe autem eſt nimis & pernicioſum ac maxime cauẽdum, vt Chriſtianum de his rebus quaſi ſecundum Chriſtianas literas loquentem, ita delirare quilibet infidelis audiat, vt quemadmodum dicitur toto cœlo errare conſpiciens, riſum tenere vix poſsit: & non tam moleſtum eſt quòd errans homo derideretur, ſed quòd authores noſtri ab eis qui foris ſunt talia ſenſiſſe credũtur, & cum magno eorum exitio de quorum ſalute ſatagimus, tanquam indocti reprehenduntur atque reſpuuntur. Cum enim quenquam de numero Chriſtianorum in ea re quam optime norunt errare deprehenderint, & vanam ſententiam ſuam de noſtris

† dictum.

G libris aſſerere, quo pacto illis libris crediturí ſunt de re-
ſurrectione mortuorum, & de ſpe vitæ æternæ regnoq́;
cœlorum, quãdo de his rebus quas iam experiri, vel in-
forte, ratio dubitatis nnineris percipere potuerunt, fallaciter puta-
nibus. uerint eſſe conſcriptos? Quid enim moleſtiæ triſticiæq́;
iogeraot prudeutibus fiatribus temerarij præſumpto-
res, ſatis dici non poteſt, cum ſi quando de praua & fal-
ſa opinione ſua reprehẽdi & coouinci cœperint ab eis
qui noſtrorum librorum authoritate non teoeotur, ad
defendendum id quod leuiſsima temeritate & apertiſ-
ſima falſitate dixeruot, eoſdem libros ſaoctos vnde id
probeot, proferre conantur, vel etiam memoriter quæ
ad teſtimooium valere arbitrantur, multa inde verba
proouociant, noo intelligentes neq; quæ loquũtur, oeq;
Temeritas de quibus affirmant. Ad hoc eoim conſiderandum
aſſerendi & obſeruandum, librum Geoeſeos multipliciter quan-
vitanda. tũ potui enucleaui, protuliq́; ſententias de verbis ad ex-
Cap.XX. ercitationẽ noſtram obſcure poſitis, noo aliquid vnum
temere affirmans cum præiudicio alterius expoſitionis
fortaſſe melioris, vt pro modulo ſuo eligat quiſq; quod
capere poſsit, vbi autẽ quid intelligere nõ poteſt, ſcrip-
turæ dei det honorem, ſibi timorem. Sed cum tam mul
H tis exitibus verba ſcripturæ quæ tractauimus exponan-
tur, cohibeant ſe tandem qui literis inflati ſecularibus
hæc ita poſita, vt omnia pia corda outriaot, velut impe
ritum atq; impolitũ aliquid exagitant, ſine pẽnis io ter-
ra reptantes, & volaturarum auiũ oidos irridentes. Pe-
riculoſius autem errant quidam iofirmi fratres, qui cũ
iſtos impios de cœleſtiũ corporũ oumeris, vel de qui-
buſlibet elementorum mũdi huius quæſtiooibus ſubti-
liter & copioſe diſſerere audiunt, euaneſcũt, & eos ſibi
cum ſuſpirio præpooẽtes, & magnos putantes, ſaluber-
rimæ pietatis libros cum faſtidio repetunt, & quos dul-
citer haurire deberent, vix patienter attinguot, à ſegetis
aſperitate abhorrentes, & ſpinarum floribus inhiantes.
Pſal.33. Non enim vacãt videre quàm ſuauis eſt dominus, nec
in ſabbato eſuriunt, atq; ideo pigri ſunt, poteſtate à do-
Matth.12. mino ſabbati accepta, vellere ſpicas, & tãdiu verſare ma
nibus, contritaſq́; purgare donec ad eſcam perueoiant.
In repreben Dicet aliquis, quid tu tanta tritura diſſertionis † hu-
ſores.Cap. ius, quid granorum extuliſti, † quid euẽtilaſti? Cur pro-
XXI. pemodum in quæſtionibus adhuc latent omnia? Affir-
† diſceptæ- ma aliquid eorum quæ multa poſſe intelligi diſputaſti?
tionis. Cui reſpondeo, ad eum ipſum me cibum ſuauiter perue
† exuiſti. niſſe, quod didici habere † hominem io reſpondẽdo ſe-
I cundum fidem, quod reſpondẽdum eſt hominibus qui
† al. didici calũniari libris noſtræ ſalutis affectant: vt quicquid ipſi
nõ hærere. de natura rerum veracibus documentis demõſtrare po
tuerint, oſtendamus noſtris literis non eſſe cõtrarium.
Quicquid antẽ de quibuſlibet ſuis voluminibus his no
ſtris literis, id eſt, Catholicæ fidei cootrarium protule-
rint, aut aliqua etiam facultate oſtẽdamus, aut oulla du-
bitatione credamus eſſe falſiſsimum: atq; ita teneamus
mediatorem noſtrum, in quo ſunt omoes theſauri ſa-
Coloſſ.2. pientiæ atque ſcientiæ abſconditi, vt neque falſæ philo-
ſophiæ loquacitate ſeducamur, oeque falſæ religio-
nis ſuperſtitione terreamur. Et cum diuinos libros le-
gimus in tanta multitudine verorum intellectuum, qui
de paucis verbis eruũtur, & ſanitate catholicæ fidei mu
† eligamus. niuntur, id potiſsimum diligamus † quod certum appa
ruerit eum ſenſiſſe quem legimus. Si autem hoc latet, id
certe quod circunſtãtia ſcripturæ non impedit, & cum
ſana fide concordat. Si autem & ſcripturæ circunſtãtia
pertractari ac diſcuti nõ poteſt, ſaltem id ſolum quod
fides ſana præſcribit. Aliud eſt enim quid potiſsimum
ſcriptor ſenſerit nõ dignoſcere, aliud autẽ à regula pie- K
tatis errare. Si vtrunque videtur, perfecte ſe habet fru-
ctus legentis: Si vero vtruoque vitari non poteſt, etiam
ſi voluotas ſcriptoris incerta ſit, ſanæ fidei congruã nõ
inutile eſt tenuiſſe ſeotentiam.

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Geoeſi ad literam Liber ſecundus.

ET DIXIT deus: Fiat firmamentũ *Firmamẽ*
in medio aquarum, & ſit diuidens *tum aquæ.*
inter aquam, & aquam: Et ſic factũ *Cap.I.*
eſt. Et fecit deus firmamentum, &
diuiſit deus inter aquam quæ erat
infra firmamentum, & inter aquã
quæ erat ſupra firmamentũ. Et vo-
cauit deus firmamentum cœlum, & vidit deus quia bo-
num eſt, & facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies ſe-
cuodus. De verbo dei, quo dixit: Fiat firmamẽtum &c.
& de placito eius quo vidit quia bonũ eſt, & de veſpe-
ra & mane, non opus eſt hic iterum ſimiliterq́; diſſere-
re: atque ita deinceps quotieſcũque iſta reperiuntur ſe- L
cundum ſuperiorem inquiſitionẽ interim conſideran-
da eſſe admooemus. Vtrùm autem nunc illud cœlũ fiat
quod excedit aëris omoia ſpacia, eiuſq́; omnem altitu-
dinem, vbi etiam luminaria ſtellæq́; conſtituũtur quar-
to die, an ipſe aër vocetur firmamentum, quæri merito
poteſt. Multi enim aſſeruot iſtarum aquarum naturam
ſuper ſydereum cœlum eſſe non poſſe, quòd ſic habeãt
ordioatuoi pondus ſuum, vt vel ſuper terrã fluiteot, vel
in aëre terris proximo vaporaliter ferantur. Nec quiſ-
quam iſtos debet ita refellere, vt dicat ſecũdum omni-
potentiam dei, cui cuocta poſsibilia ſuot, oportere nos
credere, aquas etiam tam graues quàm oouimus atque
ſentim*, cœleſti corpori in quo ſunt ſydera ſuperfuſas.
Nũc enim quemadmodum deus inſtituerit naturas re-
rum, ſecundum ſcripturas eius nos conueoit quærere,
noo quid in eis vel ex eis ad miraculum potẽtiæ ſuæ ve
lit operari. Neque enim ſi vellet deus ſub aqua oleum
aliquando manere, non fieret: oon ex eo tamen olei na
tura nobis eſſet incognita, quod ita facta ſit, vt appe-
tendo ſuum locum, etiam ſi ſubterfuſa fuerit perrum-
pat aquas, eiſq́; ſe ſuperpoſitam collocet. Nũc ergo quę-
rimus, vtrum cooditor rerum qui omoia in menſura *Sapien.11.*
& numero & pondere diſpoſuit, oõ vnum locum pro- M
prium ponderi aquarum circa terram tribuerit, ſed &
ſuper cœlum quod vltra limitem aëris circunfuſum at-
que ſolidatum eſt. Quod qui negant eſſe credẽdum, de
ponderibus elementorum argumentantur, negãtes vl-
lo modo ita deſuper quaſi quodam pauimẽto ſolidatũ
eſſe cœlum, vt poſsit aquarum pondera ſuſtinere, quia
talis ſoliditas niſi terris eſſe non poſsit, & quicquid tale
eſt, non cœlum ſed terra ſit. Nõ eoim tantum locis, ſed
etiam qualitatibus propriis elementa diſtinguuotur, vt
pro qualitatibus propriis etiam loca propria ſortiren-
tur: Aqua ſcilicet ſuper terram, quæ etiã ſi ſub terra ſtat
aut labitur, ſicut io antris cauerniſque abditis, non ta-
meo ea terræ parte quam ſupra, ſed ea quam infra ſe ha
bet, cootinetur. Nam ſi ex parte ſuperiori fuerit pars
vlla terræ delapſa, non manet ſuper aquam, ſed ea per-
rupta demergitur & pergit ad terram, quo veniens cõ-
quieſcit, tanquã in loco ſuo, vt ſupra ſit aqua ſubtus au
tem terra. Vnde cognoſcitur quòd etiam ſuper aquas
cum eſſet, noo ipſis aquis portabatur, ſed compage
terræ

A terræ tenebatur, ſicut ſeſe habent cameræ ſpeluncarum.
Hic occurrit admonere cauẽdum errorem, quem in li-
bro primo cauẽdum admonuimus, Ne forte quia ſcrip-
Pſal.135. tum eſt in Pſalmis: Fundauit terrã ſuper aquas: arbitre-
tur aliquis noſtrũ, aduerſus iſtos de põderibus elemen-
torum ſubtiliter diſſerentes, iſto teſtimonio ſcriptura-
rum eſſe renitendum: quia illi non retẽti authoritate li-
terarum noſtrarum, & neſciẽtes quẽadmodum dictum
ſit, libros ſanctos facilius irridebunt, quàm illud repu-
diabũt, quod vel certis rationibus perceperũt, vel expe-
rimentis manifeſtiſsimis probauerunt. Illud nanque in
Pſalmis, aut figurate dictum recte accipi poteſt: vt quo-
niã cœli & terræ nomine ſæpe in eccleſia ſpiritales car-
naleſq; ſignificantur, cœlos oſtenderit pertinere ad ſere-
nam intelligentiam veritatis, dicens: Qui fecit cœlos in
intelligentia: terrã vero ad fidẽ ſimplicem paruulorum,
non fabuloſis opinionibus incertam atque fallacem, ſed
Prophetica & Euãgelica prædicatione firmiſsimã, quæ
per baptiſmum ſolidatur, & ideo ſubiecerit, dicẽs: Fun-
dauit terram ſuper aquam. Aut ſi ad literam quiſquã co
git intelligi, non incongruenter vel ſublimia terrarum
ſiue continentium ſiue inſularum accipiuntur quæ ſu-
B periora ſunt aquis: vel ipſa tegmina ſpelũcarum, quæ ſu-
per aquas [pendula] ſoliditate firmata ſunt. Quocirca
nec ad literam quiſquã poteſt ſic intelligere, quod di-
ctum eſt, Fundauit terrã ſuper aquam: vt aquarum pon-
dus terreno ponderi ſupportãdo naturali ordine quaſi
Aer terra ſuperior. Cap.II. ſubiectum eſſe arbitretur. Aërem vero aquis eſſe ſu-
periorem quamuis propter ampliora ſui ſpacia etiã ari-
dam cõtegat, hinc intelligitur, quòd nullum vas ab ore
impreſſum repleri aquis poteſt: vnde ſatis indicat aëris
naturam locum petere ſuperiorem: videtur enim vas
inane, ſed aëre plenũ probatur, cum ore imo in aquam
deprimitur, quia enim ſuperiori parte nõ inuenit emi-
grandi locum, nec deorſum verſus irruptis aquis ſubter
eas ire natura ſinitur, plenitudine ſua repellit eas, & in
vas non permittit intrare. Cum autẽ vas ita collocatur
vt os non habeat deorſum, ſed in latus inclinatum, in-
trat aqua inferius, exeunte aëre ſuperius. Itemq; ſi vaſis
erecti os pateat in cœlum, cum infundis aquam, euadit
aër ſurſum verſus ex aliis partibus quà non infundis, &
fit locus aquæ deorſum verſus intrandi. Quòd ſi vi ma-
iore vas deprimitur, vt vel ex latere vel deſuper aquę re-
C pente influant, & vndique os vaſis obtegant, diſrumpit
eas aër ſurſum nitens, vt eis ad ima locum faciat: & ipſa
diruptio ſingultus vaſorum eſt, dum partibus fugit, quia
totus tam cito nõ poteſt exire, propter illius oris angu-
ſtias. Ita ſi aër ſuper aquas ire cogitur, etiam confluentes
eas diſſecat, cum exiliẽtis impetu eius impulſæ ebuliunt,
& eum bullis crepantibus emittunt in ſua properãtem,
atque illis ad ima deducẽdis aditum dantem. Si autem
ſub aquas ire cogatur ex vaſe, vt illo cedente vas ab ore
in ima preſſo repleri velis, facilius vndis vndiq; verſum
cooperitur, quàm per os eius ab inferiore parte intran-
Ignis ſuperior aere. Cap.III. di gutta exigua reperiat locum. Iam vero ignẽ ad ſu-
perna emicantẽ etiam ipſius aëris naturã velle tranſcẽ-
dere, quis non ſentiat, quãdoquidem ſi ardentem facu-
lam capite deorſum quiſque teneat, nihilominus flãmæ
crinis ad ſuperiora contendit? Sed qooniam circunfuſi
ac ſuperfuſi aëris præpollẽti cõſtipatione ſubinde ignis
extinguitur, & in eius qualitatem per eius abũdantiam
ſuperatus, ſubinde commutatur ac vertitur, ad vniuer-
ſam eius altitudinem tranſiliendam non poteſt perdu-
rare. Itaque ſuper aërem purus ignis eſſe dicitur cœlum,
vnde etiam ſydera atque luminaria facta coniectant, il-
lius videlicet igneę lucis in eas formas quas in cœlo cer D
nimus conglobata diſpoſitaque natura: ac per hoc ſicut
terrarum ponderibus & aër & aqua cedit, vt ad terram
perueniant, ſic aquarum põderi & ipſe aër cedit, vt vel
ad terrã vel ad aquam perueniat. Vnde intelligi volũt,
hoc modo neceſſe fuiſſe, vt aër quoq; ſi quis eius parti-
culã in ſpaciis illis ſublimibus cœli poſſet dimittere, põ-
dere ſuo caderet, donec ad aërea ſubter ſpacia perueni-
ret. Quapropter colligunt multo minus eſſe poſſe aquis
ſupra illud igneũ cœlũ aliquid loci, cum illic aër multo
aquis leuior manere nõ poſsit. Talibus eorum diſpu *Aquæ ſuper cœlum.*
tationibus cedens, laudabiliter conatus eſt quidam de- *Cap.IIII.*
monſtrare aquas ſuper cœlos, vt ex ipſis viſibilibus con-
ſpicuiſq; naturis aſſereret ſcripturæ fidem. Et prius qui-
dem quod facillimum fuit, oſtẽdit & tũc aërem cœlum
appellari, nõ ſolum ſermone cõmuni, ſecundum quem
dicimus ſerenum vel nubilum cœlum, ſed etiã noſtra-
rum ipſarum cõſuetudine ſcripturarum, cum dicuntur
volatilia cœli, cum aues in hoc aëre manifeſtũ ſit vola-
re. Et dominus cum de nubibus loqueretur: Faciem, in-
quit, cœli poteſtis probare. Nubes autẽ etiam per proxi- *Matth.16.*
mum terris aërem cõglobari ſæpe cernimus, cũ per de-
cliuia iugorum ita recumbunt, vt plerunque excedãtur E
etiã cacuminibus mõtium. Cum ergo probaſſet & hũc
aërem cœlum dici, nulla alia cauſa etiam firmamentum
appellatum voluit exiſtimari, niſi quia interuallum eius
diuidit inter quoſdam vapores aquarum, & iſtas aquas
quæ corpulentius in terris fluitãt. Et nubes quippe, ſicut
experti ſunt qui inter eas in mõtibus ambulauerunt, cõ-
gregatione & conglobatione minutiſsimarũ guttarum
talem ſpeciem reddunt: quæ ſi ſpiſſantur amplius, vt cõ-
iungantur in vnam grandem plures guttæ minimæ, nõ
eam patitur aër apud ſe teneri, ſed eius ponderi ad ima
dat locum, & hæc eſt pluuia. Ergo ex aëre, qui eſt inter *Pluuia.*
vapores humidos, vnde ſuperius nubila conglobantur,
& maria ſubterfuſa, oſtendere ille voluit eſſe cœlum in-
ter aquam & aquam. Hanc ergo diligentiam cõſidera-
tionemq; laude digniſsimam iudico. Quod enim dixit,
neque contra fidem eſt, & in promptu poſito documẽ-
to credi poteſt. Quanquam poſsit videri, non impedire
propria pondera elemẽtorum, quo modo etiã ſuper il-
lud ſublime cœlum poſsint eſſe aquę per illas minutias,
per quas etiam ſuper hoc ſpacium aëris eſſe potuerunt:
qui quamuis grauior & inferior ſummo cœlo ſubiaceat, F
proculdubio leuior eſt aquis, & tamẽ vt ſuper eum ſint
vapores illi, nullo põdere prohibẽtur. Sic ergo & ſuper
illud cœlũ poteſt minutioribus guttis leuior halitus hu-
moris extendi, qui põdere cadere nõ cogatur. Ipſi quip-
pe ſubtiliſsima ratione perſuadent, nullum eſſe quãlibet
exiguum corpuſculum in quo diuiſio finiatur, ſed infi-
nite omnia diuidi: quia omnis pars corporis corpus eſt,
& omne corpus habeat neceſſe eſt dimidium quãtitatis
ſuæ: ac per hoc ſi poteſt aqua ſicut videmus ad tãtas gut-
tarum minutias peruenire, vt ſuper iſtũ aërem vaporali-
ter feratur, qui natura leuior eſt aquis: cur non poſsit &
ſuper illud leuius cœlũ minutioribus guttis & leuiori-
bus immanare vaporibus? Quidam etiã noſtri, iſtos *Saturnus*
negantes propter pondera elemẽtorum aquas eſſe poſſe *quare frigidus. Ca.V.*
ſuper cœlum ſydereum, de ipſorum ſyderum qualitati-
bus & meatibus cõuincere moliuntur. Iidem nãque aſ-
ſerunt ſtellam quam Saturni appellant eſſe frigidiſsi-
mam, eamq; per annos triginta ſigniferũ peragere cir-
culum, eo quod ſuperiore ac per hoc ampliore ambitu
graditur. Nam ſol eundem circulum per annum com-
plet, & luna per mẽſem, tanto, vt dicunt, breuius, quãto
inferius,

G inferius, vt ſpacio loci ſpacium tẽporis congruat. Quęritur itaque ab eis, vnde illa ſtella ſit frigida, quæ tanto ardẽtior eſſe deberet, quanto ſublimiore cœlo rapitur. Nam proculdubio cum rotunda moles circulari motu agitur, interiora eius tardius eunt, exteriora celerius vt maiora ſpacia cum breuioribus ad eoſdẽ gyros pariter occurrant: quæ autẽ celerius vtique ferueotius. Proinde memorata ſtella magis debuit calida eſſe quàm frigida: quanuis enim ſuo motu [quoniam grande ſpacium eſt] triginta annis totum ambitũ permeet, tamẽ cœli motu in cõtrarium rotata velocius, quod quotidie neceſſe eſt patiatur, quoniã ſicut dicunt, cœli ſingulæ cõuerſiones, dies ſingulos explicant, calorem maiorem debuit cœlo concitatiore concipere. Nimirum ergo eam frigidã facit aquarum ſuper cœlum conſtitutarum illa vicinitas, quam nolũt credere, qui hæc quæ breuiter dixi, de motu cœli & ſyderum diſputant. His quidam noſtri cõiectu-

2. ſen. diſt. 14. ca. 1.

ris agunt aduerſus eos qui nolunt aquas ſuper cœlos credere, & voluot eam ſtellam eſſe frigidam, quæ iuxta ſummum cœlum circuit: vt ex hoc cogantur aquarum naturã credere, nõ iam illic vaporali tenuitate, ſed glaciali ſoliditate pẽdere, Quoquomodo autẽ & quales li-

H bet aquæ ibi ſiot, eſſe eas ibi minime dubitemus: maior eſt quippe ſcripturæ huius authoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas. Sed animaduerſum eſt à qui-

Significatio Trinitatis. Cap. VI. Gene. 1.

buſdam, quod nec ego diſsimulandum puto, oõ fruſtra cum dixiſſet deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum, & ſit diuiſio inter aquã & aquam: parũ viſum eſſe ſubiungere, & ſic eſt factum, niſi adderetur, & fecit deus firmamentum, & diuiſit deus inter aquam quæ erat ſuper firmamentum, & inter aquam quæ erat ſub firmamẽto: quod quidam ſic intelligunt, vt perſonam patris declaratam eſſe dicãt, in eo quod ſcriptum eſt, & dixit deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & ſit diuiſio inter aquam & aquam: & ſic factum eſt. Ac deinde vt intelligatur filius feciſſe quod à patre dictum eſt vt fieret, arbitrantur eſſe ſubnexum, & fecit deus firmamentum, & diuiſit deus &c. Sed cum antea legitur, & ſic factum eſt: à quo iotelligimus factum? Si à filio, quid opus erat iam dicere, & fecit deus, & quę ſequuntur? Si autẽ quod ſcriptum eſt, & ſic factũ eſt: à patre intellexerimus factũ, nõ iam pater dicit & filius facit: & poteſt aliquid pater facere ſine filio, vt deinde filius oõ hoc, ſed aliud ſimi-

I liter faciat, quod eſt cõtra Catholicam fidem. Si autem illud de quo dicitur, & ſic factum eſt, boc idem fit cum itidẽ dicitur, & fecit deus: quid prohibet eundẽ intelligere facere quod dixit, qui dixit vt fieret? An etiã excepto eo quod dictum eſt, & ſic factum eſt, tãtummodo in his verbis, quibus dicitur, & dixit deus, fiat, & poſtea dicitur, & fecit deus: patris & filij perſonã volunt intelligi? Sed quæri adhuc poteſt, vtrum quaſi iuſsiſſe filio patrem debeamus accipere in eo quod ſcriptũ eſt, & dixit deus, fiat? Sed cur ſcriptura nõ curauit oſtendere etiam perſonam ſpiritus ſancti? An ita Trinitas intelligitur, & dixit deus: Fiat, & fecit deus, & vidit deus quia bonum eſt? Sed nõ cõuenit vnitati Trinitatis, vt filius quaſi iuſſus feciſſe intelligatur, ſpiritus autem ſanctus oullo ſibi iubẽte libere vidiſſe bonum eſſe quod factum eſt. Quibus enim verbis iuberet filio pater vt faceret, cum ipſe ſit priocipale verbũ patris, per quod facta ſunt omnia? Ao eoipſo quod ſcriptũ eſt, fiat firmamentum, hæc ipſa dictio verbum eſt patris, vnigenitus filius, in quo ſunt omnia quæ creaotur etiam aotequam creentur, & quicquid io illo eſt, vita eſt, [& vita vtique creaturæ, quia quicquid per eum factũ eſt in ipſo vita eſt] & vita vtiq; creatrix, ſub illo autem creatura. Aliter ergo in illo ſunt K

ea quæ per illum facta ſuot, quia regit & cõtinet ea: aliter autem in illo ſunt ea quæ ipſe eſt. Ipſe enim vita eſt, quæ ita in illo eſt vt ipſe ſit, quoniam ipſa vita eſt lux hominum. Quia ergo nihil creari poſſet ſiue ante tẽpora, quod quidẽ nõ eſt creatori coæternum, ſiue ab exordio temporum, ſiue in aliquo tempore, cuius creandi ratio, ſi tamen ratio recte dicitur, non in dei verbo patri coæterno coæterna vita viueret: propterea ſcriptura priuſquam inſiouet vnamquanque creaturam ex ordine quo cõditam dicit, reſpicit ad dei verbum, prius ponens, & dixit deus, fiat illud. Nõ enim inuenit vllam cauſam rei creandæ, quam in verbo dei non inuenit creari debuiſſe. Non ergo deus totiens dixit, fiat illa vel illa creatura, quotiens in hoc libro repetitur, & dixit deus. Vnũ quippe verbum ille genuit io quo dixit omnia priuſquã facta ſunt ſingula: Sed eloquiũ ſcribentis deſcendens ad paruulorum capacitatem, dum inſinuat ſingillatim genera creaturarum, per ſingula reſpicit vniuſcuiuſq; generis æteroam rationẽ in verbo dei. Nec illa repetita, ille tamen repetit, & dixit deus. Si enim vellet prius dicere, factum eſt firmamẽtum in medio aquarũ, vt eſſet diuiſio inter aquã & aquam: ſi quis ab eo quæreret, quo modo L

factum eſſet, recte reſponderet, Dixit deus, fiat: id eſt in verbo dei patris æterno erat vt fieret. Inde ergo incipit narrare vnumquodque factum, quod etiam poſt facti narrationem quærẽti quo modo factum ſit, io reddenda ratione reſpondere deberet. Cum ergo audimus, & dixit deus, fiat: intelligimus quòd in verbo dei erat vt fieret: Cum vero audimus, & ſic eſt factum: intelligimus factam creaturam oon exceſsiſſe præſcriptos in verbo dei termioos generis ſui. Cum vero audimus, & vidit deus quia bonũ eſt; intelligimus io benignitate ſpiritus eius, nõ quaſi cognitum poſteaquã factum eſt placuiſſe, ſed potius in ea bonitate placuiſſe, vt maneret factũ, vbi placebat vt fieret. Ac per hoc manet adhuc cauſa re-

Cur additũ fecit deus. Cap. VII.

quirẽdi, cur poſteaquam dixit, & ſic eſt factum: vbi perfectio operis iam indicatur, addidit, & fecit deus: cũ eo ipſo, quod ait, & dixit deus, fiat illud, & ſic eſt factum: iam intelligatur id deũ dixiſſe in verbo ſuo, & factum eſſe per verbum eius, atque ibi iam nõ ſolum patris, ſed etiam filij poſsit apparere perſona. Nam ſi propter oſtẽdendã filij perſonam repetitur ac dicitur, & fecit deus: nunquid ergo non per filium cõgregauit aquam tertio M

die vt appareret arida, quia ibi nõ dicitur, & fecit deus congregari aquam, aut cõgregauit deus aquam? Sed tamen etiam ibi poſteaquam dixit, & factum eſt ſic: tunc repetiuit, dicens: & congregata eſt aqua quę eſt ſub cœlo. Nunquid etiã lux nõ per filium facta eſt, vbi prorſus nullo modo repetiuit? Ponit enim & illic ita dicere, & dixit deus, fiat lux, & ſic eſt factum: & fecit deus lucem, & vidit quia bona eſt: aut certe ſicut io aquarũ congregatione, vt noo diceret, & fecit deus, ſed tamen iterum repeteret. Et dixit deus, fiat lux, & ſic eſt factum, & facta eſt lux, & vidit deus lucem quia bona eſt: Sed nullo modo repetẽs poſteaqoam propoſuit, & dixit deus, fiat lux: nihil aliud intulit niſi & facta eſt lux, ac deinceps de placita luce & diuiſa à tenebris, & vtroq; appellato nominibus ſuis, ſine vlla repetitione narrauit. Quid ſibi er-

Cur eadem repetãtur. Cap. VIII.

go vult in cæteris illa repetitio? An eo modo demõſtratur primo die quo lux facta eſt, conditionem ſpiritalis & intellectualis creaturæ lucis appellatione intimari? In qua natura intelliguotur omnes angeli ſancti atque virtutes: & propterea non repetiuit factum poſteaquam dixit, facta eſt lux, quia non primo cognouit rationalis

creatura

A creatura cóformationem ſuam, ac deinde formata eſt:
ſed in ipſa ſua confirmatione cognouit, hoc eſt illuſtra-
tione veritatis ad quam cõuerſa formata eſt: cætera ve-
ro quæ infra ſunt ita creãtur vt prius fiãt in cognitione
rationalis creaturæ, ac deinde in genere ſuo. Quaprop-
ter lucis códitio prius eſt in verbo dei ſecundum ratio-
nem qua cõdita eſt, hoc eſt in coęterna patris ſapientia:
ac deinde in ipſa lucis cõditione ſecundum naturã qua
condita eſt, illic nõ facta ſed genita, hic vero facta, quia
ex informitate formata: & ideo dixit deus, fiat lux, & fa-
cta eſt lux: vt quod ibi erat in verbo, hic eſſet in opere.
Códitio vero cœli prius erat in verbo dei ſecundũ ge-
nitam ſapientiam: deinde facta eſt in creatura ſpiritali,
hoc eſt in cognitione angelorum ſecũdum creatam in
illis ſapientiam: deinde quòd cœlum factum eſt, vt eſſet
etiã ipſa cœli creatura in genere proprio: Sic & diſcre-
tio vel ſpecies aquarũ atq; terrarum, ſic naturæ lignorũ
& herbarũ, ſic luminaria cœli, ſic animãtia orta ex aquis
ac terra. Neq; enim ſicut pecora ſolo ſenſu corporis vi-
dent angeli hęc ſenſibilia, ſi quo ſenſu tali vtũtur: agno-
ſcunt ea potius, quæ melius nouerũt interius in ipſo dei
B verbo, à quo illuminantur vt ſapiẽter viuant: cum ſit in
eis lux quæ primo facta eſt, ſi lucẽ ſpiritalem in illo die
factam intelligamus. Quemadmodum ergo ratio qua
creatura cõditur, prior eſt in verbo dei quàm ipſa crea-
tura quæ cõditur: ſic & eiuſdem rationis cognitio prius
fit in creatura intellectuali, quæ peccato tenebrata non
eſt, ac deinde ipſa cognitio creaturæ poſtea in genere
Roma. 1. proprio. Neq; enim ſicut nos ad percipiendam ſapien-
tiam proficiebant angeli, vt inuiſibilia dei per ea quę fa-
cta ſunt intellecta cõſpicerent, qui ex quo facti ſunt, ipſa
[verbi] ęternitate ſancta & pia contẽplatione perfruun-
tur: atque inde iſta deſpiciẽtes, ſecundum id quod intus
vident, vel recte facta approbant, vel peccata improbãt.
Nec mirum eſt quòd ſanctis angelis ſuis in prima lucis
conditione formatis prius deus oſtendebat quod erat
deinceps creaturus. Neque enim intellectũ dei noſſent
Roma. 11. niſi quantum ipſe monſtraſſet. Quis enim cognouit in-
tellectum domini, aut quis cõſiliarius eius fuit, aut quis
prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniã ex ipſo, & per
ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ex ipſo ergo diſcebãt an-
geli, cum in eis fieret cognitio creaturæ deinceps faciẽ-
dæ, ac deinde fieret in genere proprio. Quapropter iam
C luce facta, in qua intelligimus ab ęterna luce formatam
rationalẽ creaturam, cum in cæteris creandis rebus au-
dimus, & dixit deus, fiat: intelligamus ad ęternitatẽ ver-
bi dei recurrentẽ ſcripturæ intentionem. Cum vero au-
dimus, & ſic eſt factum: intelligamus in creatura intelle-
ctuali factam cognitionẽ rationis, quæ in verbo dei eſt,
condẽdę creaturæ: vt in ea natura prius quodam modo
facta ſit, quæ anteriore quodam motu in ipſo dei verbo
prior faciẽdam eſſe cognouit: vt poſtremo cũ audimus
repeti ac dici, quod fecit deus, iã intelligamus in ſuo ge
nere fieri ipſam creaturam. Porrò cum audimus: Et vi-
dit deus quia bonũ eſt: intelligamus benignitati dei pla
cuiſſe quod factum eſt, vt pro modo ſui generis mane-
ret, quod placuit vt fieret, cũ ſpiritus dei ſuperferebatur
Figura cœ- ſuper aquam. Quæri etiam ſolet quæ forma & figura
li. Cap. IX. cœli eſſe credenda ſit ſecundũ ſcripturas noſtras. Multi
enim multum diſputant de iis rebus, quas maiore pru-
dentia noſtri authores omiſerunt, ad beatam vitam nõ
profuturas diſcẽtibus, & occupantes quod peius eſt mul
† precioſa. tum prolixa, † & rebus ſalubribus impẽdenda tẽporum
ſpacia. Quid enim ad me pertinet, vtrum cœlum ſicut
ſphæra vndique concludat terrã in media mundi mole
libratam, an eam ex vna parte deſuper velut diſcus ope- D
riat? Sed quia de fide agitur ſcripturarum, propter illam
cauſam quam non ſemel cõmemoraui: ne quiſquã elo-
quia diuina non intelligens, cũ de his rebus tale aliquid
vel inuenerit in libris noſtris, vel ex illis audierit quod
perceptis aſſertionibus aduerſari videatur, nullo modo
eis cætera vtilia monẽtibus, vel narrãtibus, vel prænun-
ciantibus credat: breuiter dicendum eſt, de figura cœli 2. ſen. diſ. 14. ca. 3.
hoc ſciſſe authores noſtros quod veritas habet, ſed ſpi-
ritum dei qui per ipſos loquebatur noluiſſe iſta docere
homines nulli ſaluti profutura. Sed ait aliquis, quo mo-
do non eſt cõtrarium iis qui figuram ſphæræ cœlo tri-
buunt, quod ſcriptũ eſt in libris noſtris: Qui extẽdit cœ- Pſal. 103.
lum ſicut pellem? Sit ſanè cõtrarium, ſi falſum eſt quod
illi dicunt: hoc enim verũ eſt quod diuina dicit autho-
ritas, potius quàm illud quod humana infirmitas cõii-
cit. Sed ſi forte illud talibus illi documẽtis probare po-
tuerint, vt dubitari inde non debeat, demonſtrandũ eſt
hoc quod apud nos eſt de pelle dictũ, veris illis rationi-
bus nõ eſſe contrariũ: alioquin contrariũ erit etiam ipſis
in alio loco ſcripturis noſtris, vbi cœlum dicitur velut
camera eſſe ſuſpẽſum. Quid enim tam diuerſum & ſibi- E
met aduerſum, quàm planæ pellis extenſio, & cameræ
curua cõuexio? Quòd ſi oportet, ſicuti oportet, hæc duo
ſic intelligere, vt concordare vtrunque nec ſibimet re-
pugnare inueniatur: ita oportet etiam vtrũlibet horum
illis nõ aduerſari diſputationibus, ſi eas forte veras cer-
ta ratio declarauerit, quibus docetur cœlũ ſphæræ figu-
ra vndique eſſe cõuexum, ſi tamen probatur. Et illa qui-
dem apud nos cameræ ſimilitudo, etiam ſecũdum lite-
ram accepta, nõ impedit eos qui ſphæram dicunt. Bene
quippe creditur ſecundum eam partẽ quæ ſuper nos eſt
de cœli figura ſcripturam loqui voluiſſe. Si ergo ſphæra
non eſt, ex vna parte camera eſt, ex qua parte cœlum ter-
ram contegit: ſi autẽ ſphæra eſt, vndiq; camera eſt. Sed
illud quod de pelle dictũ eſt, magis vrget, ne nõ ſphærę
quod humanum eſt forte cõmentum, ſed ipſi noſtrę ca-
meræ aduerſum ſit. Quid autẽ hic allegorice ſenſerim,
cõfeſſionum noſtrarum liber tertiuſdecimus habet. Si- Cap. 15.
ue igitur ita vt ibi poſui ſiue aliquo alio modo intelli-
gendum ſit cœlum ſicut pellis extentum, propter mole-
ſtos & nimios exactores expoſitionis ad literã, hoc di-
co, quod ſicut arbitror omnium ſenſibus patet: vtrunq;
enim fortaſſe & pellis & camera figurate intelligi po- F
teſt, vtrunque autẽ ad literam quo modo poſſit, viden-
dum eſt. Si enim camera non ſolũ curua, ſed etiam pla-
na recte dicitur: profecto & pellis nõ ſolum in planum,
verumetiam in rotundum ſinũ extenditur. Nam & vter
ſicut & veſica pellis eſt. De motu etiam cœli nõnulli An mobile
fratres quæſtionẽ mouent, vtrum ſtet an moueatur: quia ſit firmamẽ-
ſi mouetur, inquiunt, quo modo firmamẽtum eſt? Si au- tum. Ca. X.
tem ſtat, quo modo ſydera quæ in illo fixa credũtur, ab
Oriente vſque ad Occidentem circumeunt, ſeptentrio-
nalibus breuiores gyros iuxta cardinem peragentibus,
vt cœlum, ſi eſt alius nobis occultus cardo ex alio verti-
ce, ſicut ſphæra, ſi autem nullus alius cardo eſt, velut di-
ſcus rotari videatur? Quibus reſpõdeo, multum ſubtili-
bus & laborioſis rationibus iſta perquiri, vt vere perci-
piatur vtrum ita an non ita ſit: quibus ineundis atq; tra-
ctandis, nec mihi iam tẽpus eſt, nec illis eſſe debet, quos
ad ſalutem ſuam & ſanctæ eccleſiæ neceſſariam vtilita-
tem cupimus informari. Hoc ſanè nouerint, nec nomẽ
firmamenti cogere, vt ſtare [cœlũ] putemus: Firmamen-
tum enim non propter ſtationem, ſed propter firmita-
tem, aut propter intranſgreſſibilem terminum ſuperio-
rum

G rum & inferiorum aquarum vocatum intelligere licet:
nec ſi veritas cœlum ſtare perſuaſerit, impediri nos cir-
cuitu ſyderum ne hoc intelligere poſsimus: & ab ipſis
quippe qui hoc curioſiſsime & ocioſiſsime quęſierūt in-
uentū eſt, etiam cœlo non moto ſi ſola ſydera verteren-
tur, fieri potuiſſe omnia quæ in ipſis ſyderum cōuerſio-
Cōgregatio nibus animaduerſa atque comprehēſa ſunt. Et dixit
aquarum. deus: Congregetur aqua quæ ſub cœlo eſt in congrega-
Cap.XI. tionem vnam, & appareat arida: & factū eſt ſic, & con-
Gene.1. gregata eſt aqua quæ ſub cœlo eſt in congregationē v-
nam, & apparuit arida: & vocauit deus aridam terram,
& congregationes aquarum vocauit mare, & vidit deus
quia bonū eſt. Iam de hoc opere dei propter alterius rei
quærendi neceſsitatem, in primo noſtro volumine ſatis
tractauimus. Hic itaq; breuiter admonemus, vt quē for-
te non mouet quærere, quando ſpecies aquarum terra-
rumq; creata ſit, accipiat iſto die non eſſe factum niſi vt
ſecernerentur hæc duo elementa inferiora. Quem vero
mouet cur in diebus facta ſit lux & cœlū, extra dies autē
vel ante omnes dies aqua & terra, & cur ad dei verbum
facta ſint illa, dicente deo fiat: hęc autē dicente quidem
deo diſcreta, nō autem deo dicente facta inueniantur,
H habet quod ſalua fide intelligat, ſcilicet id quod dictū
eſt ante enumerationem dierum, terra erat inuiſibilis &
incōpoſita, cum commēdaret ſcriptura cuiuſmodi ter-
rā fecerat deus, quia prædixerat, In principio fecit deus
cœlum & terram: nihil aliud his verbis quàm materiæ
corporalis informitatem inſinuare voluiſſe, eligēs eam
vſitatius appellare quàm obſcurius. Si tamen tardo in-
tellectui nō ſubrepat vt materiam & ſpeciem, quia ver-
bis ſcriptura ſeparat, conetur duo hæc etiam tēpore ſe-
parare, tanquam prius fuerit materia, & ei tēporis inter-
uallo interpoſito, poſtea ſit addita ſpecies: cum deus hęc
ſimul creauerit, materiamq; formatam inſtituerit, cuius
informitatem vſitato, vt dixi, vocabulo vel terræ vel a-
quæ ſcriptura prædixit. Terra enim & aqua etiam ſuis
qualitatibus id exiſtentia quod videmus, tamen propter
facilem corruptionem propinquiora ſunt eidem infor-
mitati quàm cœleſtia corpora. Et quoniā per enumera-
tionē dierum iam ex informi quęq; formata numeran-
tur, & ex iſta corporali materia iam factum cœlum nar-
rauerat, cuius multū diſtat ſpecies à terrenis iam quod
ex ea formandum in rerū infima parte reſtabat, voluit
I ſub his verbis in rerum creandarum ordinem inſerere,
vt diceretur, fiat: non acceptura iſta reſidua informitate
talem ſpeciem, qualem acceperat cœlum, ſed iam infe-
riorem & infirmiorem atque informitati proximam: vt
his potius verbis, cum dicitur, cōgregentur aquæ & ap-
pareat arida, acceperint hæc duo ſpecies proprias iſtas
notiſsimas nobiſq; tractabiles, aqua mobilem, terra im-
mobilem: & ideo de illa dictum eſt, cōgregetur: de hac,
appareat: aqua enim eſt labiliter fluxa, terra ſtabiliter fi-
xa. Et dixit deus: Germinet terra herbā pabuli, feren-
Herba & tem ſemen ſecūdum genus, & ſecundū ſimilitudinem,
ligna fru- & lignum fructiferum faciēs fructum, cuius ſemen ſit in
ctifera. ipſo ſecundum ſimilitudinem ſuam ſuper terram: Et fa-
Cap.XII. ctum eſt ſic. Et produxit terra herbam pabuli, ſemen ha-
bentem ſecundum genus ſuum, & ſecūdum ſimilitudi-
nem, & lignum fructiferū faciens fructum, cuius ſemen
eius in eo ſit ſecundum genus ſuum ſuper terram. Et vi-
dit deus quia bonum eſt, & facta eſt veſpera, & factū eſt
mane dies tertius. Hic moderamen ordinatoris aduer-
tendum eſt, vt quoniam diſtincta quædam creatura eſt
herbarum atque lignorum ab ſpecie terrarum & aqua-
rum, vt in elementis numerari non poſsint, ſeorſum de
illis diceretur vt exirent de terra, & ſeorſum illis redde- K
rentur illa ſolida, vt diceretur, Et factum eſt ſic, ac dein-
de repeteretur quod factū eſt: ſeorſum quoque indica-
retur deum vidiſſe quia bonū eſt: tamē quia fixa radici-
bus, continuantur terris & cōnectuntur, iſta quoque ad
eundem diem pertinere voluerit. Et dixit deus: Fiant *Luminaria*
luminaria in firmamento cœli vt luceant ſuper terrā in *die quarto.*
inchoationē diei & noctis, & vt diuidāt inter diem & *Cap.XIII.*
noctem, & ſint in ſigna & tēpora & in dies & in annos, *Gene.1.*
& ſint in ſplendorem in firmamēto cœli, vt luceant ſu-
per terram: Et factū eſt ſic. Et fecit deus duo luminaria
magna, luminare maius in inchoationem diei, lumina-
re minus in inchoationem noctis, & ſtellas: & poſuit eas
deus in firmamento cœli, vt luceant ſuper terram, & vt
ſint in inchoationem diei & noctis, & vt diuidāt inter
lucem & tenebras. Et vidit deus quia bonū eſt: Et facta
eſt veſpera, & factum eſt mane dies quartus. In hoc quar
to die quærēdū eſt, quid ſibi velit iſta ordinatio, vt prius
vel fierent vel ſecernerentur aqua & terra, priuſq; terra
germinaret quàm in cœlo ſydera fierent. Neque enim
poſſumus dicere electa eſſe quęque meliora, quibus die-
rum ſeries ita diſtingueretur, vt finis & medium maxi- L
me ornatius eminerent. Septem quippe dierum medius
quartus eſt. Occurrit enim illud quia ſeptimo die nō eſt
facta vlla creatura. An forte lux primi diei magis reſpō-
det ad quietem diei ſeptimi, vt eo modo concinentibus
finibus iſte ordo texatur, eminētibus de medio lumini-
bus cœli? Sed ſi primus dies ſeptimo cōcinit, debet ergo
& ſecundus ſexto concinere. Quid autem ſimile habet
firmamentū cœli cum homine facto ad imaginem dei?
An quia cœlum totam ſuperiorē mundi partē occupat,
& homini in totam inferiorem poteſtas dominādi tri-
buta eſt? Sed quid agimus de pecoribꝰ & de beſtiis, quas
ipſo die ſexto in ſuo genere terra produxit? Quæ illis cū
cœlo poteſt eſſe collatio? An potius quoniam primū fa-
cta intelligitur lucis nomine ſpiritalis creaturæ forma-
tio, cōſequens erat vt corporalis quoque creatura, id eſt
mundus iſte viſibilis fieret: qui factus eſt biduo propter
duas partes ſuas maximas, quibus conſtat vniuerſus mū-
dus, cœlum ſcilicet & terram: ſecundum hanc rationis
collationem, qua & ipſa vniuerſa creatura ſpiritalis &
corporalis, ſæpe cœlum & terra nominatur: ita vt glo-
bus quoq; iſte turbulentioris aëris terrenæ parti depute-
tur: exhalationibus quippe humidis corporaſcit, ſi quid M
vero tranquilli aëris eſt vbi vētoſi atque procelloſi mo-
tus non poſſunt exiſtere, ad cœleſtem partem pertineat.
Poſt hanc vniuerſitatem molis corporeę fabricatā, quæ
vno loco tota eſt quo locatus eſt mundus, conſequens
erat vt impleretur partibus intra vniuerſum, quæ de lo-
co in locum congruis motibus agerētur, cuius generis
herbæ aq; arbores non ſunt: Radicibus quippe iſta fixa
ſunt terræ: & quanuis habeāt motus incrementorū ſuo-
rum, de locis tamen propriis nō mouentur niſibus ſuis,
ſed vbi fixa ſunt, illic aluntur & creſcunt: propterea ma-
gis pertinent ad terram quàm ad genera rerum quæ in
aquis & terris mouētur. Quia ergo viſibili mundo con-
ſtituendo, hoc eſt cœlo & terræ, duo ſunt attributi dies,
reſtat vt his mobilibus & viſibilibus partibus quę crean
tur intra illum, tres dies reliqui deputentur. Et quia ſicut
priùs cœlum factum eſt, ita prius eſt ornandū huiuſmo-
di partibus ſuis, quarto die fiunt ſydera, quibus ſuper ter
ram lucentibus habitatio quoque illuſtretur inferior, ne
habitatores eius in habitationem tenebroſam inducan-
tur: & ideo quia infirma corpora inferiorum habitato-
rum, ſuccedente motibus quiete reparantur, factum eſt

ve

A vt circumeunte ſole, diei noctiſq; viciſsitudine, propter viciſsitudinem dormiendi & vigilandi poterentur: nox vero illa non indecora remaneret, ſed lunę ac ſyderum luce, & ipſos conſolaretur homines quibus plerunque operãdi etiam eſt nocturna neceſsitas, & quibuſdã animalibus quæ lucem ſolis ferre nõ poſſunt ad ſufficientiam temperaretur.

Diſcrimina temporis. Cap. XIIII. 2. ſen. diſt. 14. ſa. quia ergo.

Illud autem quod dictum eſt: Vt ſint in ſigna & tempora, & in dies & in annos: quis non videat quàm obſcure poſitũ ſit quarto die cœpiſſe tempora, quaſi ſuperius triduum ſine tempore præterire potuerit? Quis ergo animo penetret, quo modo illi tres dies tranſierint antequã inciperent tẽpora, quæ quarto die dicuntur incipere: vel vtrũ omnino tranſierint dies illi? An circa ſpeciẽ factæ rei dies appellatus ſit, & circa priuationẽ nox, vt nõdum ſpecie formata materia nox dicta ſit, vnde formãda erant cætera: ſicut poteſt quãuis in rebus formatis, intelligi tamen in ipſa mutabilitate informitas materiæ, non enim ſpaciis vel locorũ quaſi remotior, vel temporum quaſi anterior diſcerni poteſt? An potius in ipſa re facta atque formata eadẽ mutabilitas, hoc eſt deficiẽdi, vt ita dixerim, poſsibilitas, nox appellata ſit, quia ineſt in rebus factis etiam ſi non mutentur,
B poſſe mutari? Veſpera autem & mane non, quaſi per temporis præteritionem & aduentũ, ſed per quendam terminum, quo intelligitur quouſq; ſit naturæ proprius modus, & vnde ſit naturæ alterius conſequenter exordium, An aliqua alia ratio ſit horum verborum diligẽtius veſtiganda? Quis in tantum ſecretum facile irrumpat, & quę ſigna dicat, cũ dicit de ſyderibus, & ſint in ſigna? Neque enim illa dicit quæ obſeruare vanitatis eſt, ſed vtique vtilia & huius vitæ vſibus neceſſaria, quę vel nautæ obſeruant in gubernãdo, vel omnes homines ad prędendas aëris qualitates per ęſtatem & hyemem, & autumnalem vernalemq; temperiem. Et nimirum hæc vocat tempora, quæ per ſydera fiunt, non ſpacia morarum, ſed viciſsitudines affectionum cęli huius. Nam ſi quis vel corporalis vel ſpiritalis motus cõditionẽ iſtorum luminarium præceſsit, vt aliquid à futura expectatione per præſens in præteritum traiiceret, ſine tempore eſſe non potuit. Et quis obtineat non fuiſſe niſi ab exordio ſyderum conditorum? Sed certe horę & dies & anni quos vſitate nouimus, non fierent niſi motibus ſyderum. Itaque ſi hoc modo intelligamus tempora, dies &
C annos, vt tempora articulos quoſdam quos per horologia cõputamus, vel in cœlo notiſsimos, cum ab Oriente vſque ad Meridianam altitudinẽ ſol inſurgit, atq; inde rurſus vſque in Occidentem vergit, vt poſsit deinceps aduerti vel luna vel aliquod ſydus ab Oriente ſtatim poſt occaſum ſolis emergere: quod itẽ cum ad mediam cœli venerit altitudinẽ, medium noctis indicet, tũc ſcilicet occaſurum cum ſole redeunte ſit mane: dies autem totos ſolis ab Oriẽte vſque ad occidentem circumitus: annos vero vel iſtos vſitatos ſolis anfractus, nõ cum ad Orientem quod quotidie facit, ſed cum ad eadem loca ſyderũ redit, quod non facit niſi peractis trecentis ſexagintaquinque diebus & ſex horis, id eſt quadrãte totius diei, quæ pars quater ducta, cogit interponi vnũ diem, quem Romani biſſextũ vocãt, vt ad eundẽ circumitum redeatur: vel etiam maiores & occultiores annos: nam completis aliorũ ſyderum ſpaciis, maiores anni fieri dicuntur. Si ergo ita intelligamus tempora, dies & annos, nemo dubitat hæc ſyderibus & luminaribus fieri. Ita enim poſitum eſt, vt incertum ſit vtrum ad omnia ſydera pertineat quod dictum eſt: Sint in ſigna & tempora & in dies & in annos: an ſigna & tẽpora ad cætera, dies vero & anni ad ſolẽ tantummodo.

D Qualis etiam luna facta ſit, multi loquaciſsime inquirunt, atque vtinam inquirentes loquantur, ac non potius docere conantes. *Luna. Cap. XV.* Dicunt enim ideo plenam factam, quia non decebat, vt deus imperfectum aliquid illo die faceret in ſyderibus quo ſcriptum eſt, quòd facta ſint ſydera. Qui autẽ reſiſtunt, dicunt: Ipſa ergo debuit prima luna dici, nõ quartadecima, quis enim incipit ita enumerare? Ego autem medius inter iſtos ita ſum, vt neutrũ aſſeram, ſed plane dicam, ſiue primam ſiue plenam lunam deus fecerit, feciſſe perfectam. Ipſarum enim naturarũ eſt deus author & cõditor. Omnis autem res quicquid progreſſu naturali per tempora congrua quodam modo prodit atque explicat, etiã ante continebat occultum, etſi non ſpecie vel mole corporis ſui, tamen ratione naturæ. Niſi forte arbor quę per hyemem pomis vacua foliiſq; nudata eſt, tunc imperfecta dicẽda eſt: aut vero in primordiis enã ſuis cum adhuc nullum fructũ dediſſet, imperfecta erat illa natura. Quod non tãtum de arbore, ſed nec de ipſo eius ſemine recte diceretur, vbi omnia quæ progreſſu temporis quodam modo procedũt, modis inuiſibilibus latent: quãquam ſi aliquid deus imperfectum feciſſe di-
E ceretur, quod deinde ipſe perficeret, quid reprehẽſionis haberet iſta ſententia? Iure autem diſpliceret, ſi id quod ab illo inchoatũ eſſet: ab alio diceretur eſſe perfectum. Qui ergo de terra nõ queruntur quam fecit deus, cum *Gent. 1.* in principio fecit deus cœlum & terram, quia inuiſibilis erat & incompoſita, & poſtea tertio die conſpicua redditur atque cõponitur, quid ſibi de luna tenebras faciũt quæſtionum? Aut ſi quod de terra dictum eſt, non tẽporis interuallo, cum ſimul deus res concreauerit, ſed narrationis diſtributione intelligũt dictũ: cur in hoc quod etiam oculis videri poteſt, non intuẽtur integrum corpus habere lunã, & tota ſua rotunditate perfectum, etiã cum lumine corniculato, ſiue incipiẽs ad terras lucere, ſiue deſinens fulget? Si ergo lumen in ea creſcit vel perficitur vel minuitur, nõ luminare ipſum, ſed illud quod accẽditur variatur. Si autem ex vna ſphærulæ ſuæ parte ſemper lucet, ſed dum eam partem cõuertit ad terram, donec totam conuertat, quod à prima vſque quartãdecimã fit, creſcere videtur, ſemper eſt plena, ſed terrę habitatoribus nõ ſemper apparet. Hæc eadem ratio eſt, & ſi ſolis radiis illuſtratur: Non enim poteſt etiam ſic cum
F ſoli proxima eſt, niſi cornibus lucidis apparere: quia cætera pars quę tota in orbem illuſtratur, non eſt ad terras vt videri poſsit, niſi cũ ſoli contraria eſt, vt totum terris appareat quod eius illuminatur. Non deſunt tamen qui non eo ſe arbitrari dicunt, lunã primitus à deo quartãdecimam factam, quia plena facta credẽda eſt. Sed quia in ſcripturis dei verba ſic habent, nullam factam in inchoationẽ noctis, tunc autẽ in noctis exordio videtur cum plena eſt. Aliàs vero & per diẽ incipit videri ante plenitudinem, & in progreſſu noctis, tanto ampliore, quãto minuitur. Sed qui per inchoationẽ noctis nõ intelligit niſi principatum, nam & hoc Græcum verbum magis indicat cum dictũ eſt ἀρχὴν, & in Pſalmis apertius ſcriptum eſt, Solem in poteſtatem diei, lunã & ſtellas in poteſtatẽ noctis: non cogitur à quartadecima numerare, & credere lunam factã primo eſſe, non primã. *Pſal. 135.*

An ſydera æqualiter fulgeant. Cap. XVI.

Quæri etiam ſolet, vtrum cœli luminaria iſta cõſpicua id eſt, ſol & luna & ſtellæ æqualiter fulgeant, ſed quòd diuerſis interuallis diſtẽt à terra, propterea diuerſa claritate magis minuſq; noſtris oculis appareant. Et de luna quidẽ qui hæc dicunt, non dubitãt minus eam lucere quàm ſolem, à quo etiã perhibent eam illuſtrari.

Multas

G Multas autem ſtellas vel æquales ſoli vel etiam maiores
audent dicere,ſed lõgius poſitas paruas videri. Et nobis
quidẽ poteſt fortaſſe ſufficere, qui quoquo modo ſe iſta
res habeat,ſcimus artifice deo condita ſydera:quanquã
1.Cor.15. teneamus authoritate Apoſtolica dictũ. Alia gloria ſo-
lis,alia gloria lunæ,& alia gloria ſtellarum:ſtella enim à
ſtella differt in gloria. Sed quia poſſunt adhuc dicere,e-
tiam ſi non reſiſtant Apoſtolo, differũt quidem in glo-
ria, ſed ad oculos terrenorum:aut quia hoc propter re-
ſurgentium ſimilitudinẽ dicebat Apoſtolus,qui nõ vti-
que ad oculos aliter erunt,& in ſe aliter:differunt quidẽ
in ſeipſis ſydera in gloria,ſed tamen nonnulla ſunt etiã
ſole maiora:ipſi viderint quemadmodum ſoli tam ma-
gnum tribuãt principatum,vt eum radiis ſuis quaſdam
ſtellas, & eas quidem principales, quibus amplius iſti
quàm cæteris ſupplicant, & tenere dicãt,& retro agere
à curſu proprio. Non enim fit veriſimile,maiores aut e-
tiam æquales violẽtia radiorum eius poſſe ſuperari. Aut
ſi ſuperiores ſignorum ſtellas vel ſeptemtrionum maio-
res eſſe aſſerunt,quæ nihil tale à ſole patiuntur, cur iſtas
per ſigna circumeuntes amplius venerantur? Cur eas ſi-
gnorum dominas perhibent? Et ſi enim regradationes
H illas ſyderum,vel fortaſſe tarditates,nõ à ſole fieri quiſ-
que contendat,ſed aliis occultioribus cauſis:ſoli tamen
iſtos in ſuis deliramentis, quibus vim fatorum à verita-
te deuij ſuſpicantur, præcipuam tribuere poteſtatẽ ex li-
bris eorũ certe manifeſtum eſt. Sed dicant quod volunt
de cœlo,alieni à patre qui eſt in cœlis. Nobis autẽ de in-
teruallis & magnitudine ſyderũ ſubtilius aliquid quæ-
rere,taliq; inquiſitioni rebus grauioribus & melioribus
neceſſarium tẽpus impendere, nec expedit nec cõgruit.
Et melius credimus ea eſſe cæteris maiora luminaria,
Gene.1. quę ſancta ſcriptura ita cõmendat, Et fecit deus duo lu-
minaria magna:quæ tamen non ſunt æqualia. Nam cõ-
ſequenter dicit cum ea cæteris præpoſuerit, inter ſeipſa
differre. Ait enim, luminare maius in inchoationẽ diei,
& luminare minus in inchoationẽ noctis. Certe enim
vel hoc concedant oculis noſtris, vt ea manifeſtum ſit
amplius cæteris lucere ſuper terram, nec diẽ clarere niſi
luce ſolis, nec noctem tot ſtellis apparentibus ita lucere
ſi luna deſit, quemadmodum pręſentia illius illuſtratur.
Mathematici. Cap. XVII. De fatis autem ſyderum qualeſlibet eorum argutias,
& quaſi de matheſi documentorum experimenta, quæ
I illi apoteleſmata vocant, omnino à noſtræ fidei ſanita-
ἀποτελέσματα. te reſpuamus:talibus enim diſputationibus etiam oran-
di cauſas nobis auferre conantur, & impia peruerſitate
in malis factis quæ rectiſsime reprehenduntur ingerũt,
accuſandum potius deum authorem ſyderũ quàm ho-
minum ſcelera. Sed quod animæ noſtræ non ſint natu-
ra corporibus nec quidem cœleſtibus ſubditæ, audiant
& Philoſophos ſuos: quia vero terrenis corporibus illa
corpora ſuperiora non ad ea quæ ipſi tractãt potẽt ora
ſunt, vel hinc aliquando cognoſcãt,quia cũ multa cor-
pora diuerſorum generum,vel animantium, vel herba-
rum & arbuſtorum, vno ſimul puncto tẽporis ſeminen-
tur, vnoq; puncto temporis innumerabiliter multa na-
ſcantur,non tamen diuerſis,ſed etiam iiſdem terrarum
locis tantæ ſint varietates in progreſsibus,in actibus &
† paßionibus. poſſeſsionibus † eorum, vt vere iſti ſicut dicitur perdant
ſydera,ſi iſta cõſiderent. Quid autem inſulſius & hebe-
tius, quàm cum iſtis rebus conuincuntur, dicere ad ſo-
los homines ſibi ſubijciendos fatalẽ ſtellarum pertinere
rationem, in quibus tamen etiam ipſis de geminis con-
uincuntur,quorũ diuerſe viuentium, diuerſe fœlicium
vel infœlicium,diuerſeq; morientium,eaſdem plerunq;
conſtellationes accipiunt? Quia etſi interfuit aliquid cũ K
de vtero funderentur,in nonnullis tamen tãtum inter-
eſt,quantum ab iſtis comprehendi computatione non
poſsit. Manus ſequentis Iacob dum naſcerentur,inuẽta
eſt pedem fratris præcedentis tenens,vſqueadeo ſic na-
ti ſunt vt quaſi vnus infans in duplũ prolixior naſci vi-
deretur. Horum certe cõſtellationes quas appellãt, nul-
lo modo diſpares eſſe potuerunt. Quid ergo vanius
quàm vt illas conſtellationes intuẽs Mathematicus, ad
eundem horoſcopum & ad eandẽ lunam,diceret vnum
eorum à matre dilectum,alterũ non dilectum? Si enim
aliud diceret,falſum profecto diceret. Si autem hoc di-
ceret,verum quidem,ſed non ſecundum ſuorum libro-
rum ineptas cãtiunculas diceret. Quòd ſi huic hiſtoriæ,
quia de noſtris profertur,nolunt credere,nũquid & na-
turam rerum delere poſſunt? Cum ergo ſe minime falli
dicant, ſi horam conceptionis inuenerint, ſaltem ſicut
homines non dedignentur conceptum cõſiderare ge-
minorum. Ideoque fatendum eſt, quando ab iſtis vera
dicuntur,inſtinctu quodã occultiſsimo dici, quem ne-
ſcientes humanæ mentes patiuntur. Quod eum ad de- *2. ſen. diſt.*
cipiendos homines fit, ſpirituum ſeductorum operario *7.ca. & li-*
eſt: quibus quædam vera de temporalibus rebus noſſe L *cet.*
permittitur, partim quia ſubtilioris ſenſus acumine,
partim quia corporibus ſubtilioribus vigent,partim ex-
periẽtia callidiore propter magnam longitudinem vi-
tæ, partim à ſanctis angelis quod ipſi ab omnipotente
deo diſcunt etiam iuſſu eius ſibi reuelantibus,qui meri-
ta humana occultiſsimæ iuſticiæ ſynceritate diſtribuit.
Aliquãdo autẽ iidem nefandi ſpiritus etiã quæ ipſi fa-
cturi ſunt:velut diuinando pręd icunt. Quapropter bo-
no Chriſtiano,ſiue Mathematici,ſiue quilibet impie di-
uinantium,maxime dicentes vera cauendi ſunt, ne cõ-
ſortio dæmoniorum animam deceptam, pacto quo-
dam ſocietatis irretiant. Solet etiam quæri, vtrum *Luminaria*
cœli luminaria iſta conſpicua corpora ſola ſint, an ha- *an rectores*
beant rectores quoſdam ſpiritus ſuos:& ſi habẽt,vtrum *habeant.*
ab eis etiam vitaliter inſpirentur, ſicut animantur car- *Ca. XVIII.*
nes per animas animalium, an ſola ſine vlla permixtio-
ne præſentia. Quod licet in præſenti facile non poſsit
comprehẽdi,arbitror tamen in proceſſu tractandarum
ſcripturarum opportuniora loca poſſe occurrere, vbi
nobis de hac re ſecundũ ſanctæ authoritatis literas,† & *† regulas.*
ſi non oſtendere certum aliquid,tamen credere licebit. M
Nunc autem ſeruata ſemper moderatione piæ grauita-
tis,nihil credere de re obſcura temere debemus, ne for-
te quod poſtea veritas patefecerit,quamuis libris ſanctis
ſiue teſtamenti veteris ſiue noui, nullo modo eſſe poſsit
aduerſum, tamen propter amorem noſtri erroris ode-
rimus. Nunc ad librum operis noſtri iam tertium
tranſeamus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Geneſi ad literam Liber tertius.

ET DIXIT deus: Educãt aquę rep- *Aer & a-*
tilia animarum viuarum,& volati- *qua Cap.I.*
lia ſuper terram, & ſecundum fir- *Gene.1.*
mamentum cœli. Et factum eſt ſic:
Et fecit deus cetos magnos,& om-
ne animal reptilium quæ eduxerũt
aquæ ſecũdum genus eorũ: Et om-
ne volatile pennatum ſecundum genus ſuum. Et vidit
deus quia bona ſunt,& benedixit ea deus dicẽs: Creſci-
te &

A te & multiplicamini, & replete aquas in mari, & volati-
lia multiplicentur ſuper terrã: & facta eſt veſpera, & fa-
ctum eſt mane dies quintus. Nũc in inferiore parte mũ-
di ea quæ ſpiritu vitę mouentur fiunt, & primum aqua-
rum, quòd aëris qualitati proximũ elementum eſt: quia
huic cœlo in quo ſunt luminaria ita vicinus eſt aër, vt
& ipſe cœli nomen acceperit, ſed neſcio vtrum etiã fir-
mamentum poſsit vocari. Dicũtur autem cœli plurali-
ter in vna eademq; re quæ dicitur vnum cœlum. Nam
cum in hoc libro ſingulari numero dicatur cœlũ quod
diuidit inter aquas quæ ſupra, & eaſdem quę infra ſunt,
Pſal. 148. in illo tamen Pſalmo: Et aquæ, inquit, quæ ſuper cœlos
ſunt laudẽt nomen domini. Et cœlos cœlorum ſi bene
intelligamus, ſydereos aëreorum tanquã ſuperiores in-
feriorũ, & hos in eodem Pſalmo accipimus vbi dictum
eſt: Laudate eũ cœli cœlorum: ſatis apparet hunc aërem,
non ſolum cœlum, ſed etiã cœlos dici: ſicut dicuntur &
terræ, nec aliud ſignificatur quàm illa quæ ſingulariter
terra dicitur, quando dicimus orbẽ terrarum, & orbem
Cœlos periiſſe aquis. terræ. Hos etiam aëreos cœlos quondam periiſſe di-
luuio, in quadam earum quę canonicæ appellantur epi-
Cap. II. ſtola legimus. Neque enim humida illa natura quæ ita
Iudæ. 1. concreuerat vt cubitis quindecim altiſsimorũ mõtium
Gene. 7. tranſcenderet vertices, potuit ad ſydera peruenire. Sed
B quia huius aëris humidioris in quo aues volitãt, vel to-
ta vel propè tota ſpacia cõpleuerat, periiſſe qui fuerant
cœlos in illa epiſtola ſcribitur. Quod neſcio quẽadmo-
dum poſsit intelligi, niſi in aquarum naturam pinguio-
ris huius aëris qualitate conuerſa: alioquin nõ perierũt
tunc iſti cœli, ſed ſublimius erecti ſunt, cum locum eo-
rum aqua occuparet. Itaque facilius eos ſecũdum illius
epiſtolæ authoritatẽ credimus periiſſe, & alios ſicut ibi
ſcribitur repoſitos extenuatis videlicet exhalationibus,
quàm ſic erectos, vt eis ſuperioris cœli natura loco ſuo
cederet. Oportebat itaque vt in creandis habitatoribus
inferioris huius mũdi partis, quæ ſæpe terrę nomine to-
ta cõmemoratur, prius producerentur ex aquis anima-
lia, poſtea vero de terra: quòd ita ſit aëri aqua ſimilis, vt
eius exhalationibus pingueſcere probetur, vt & ſpiritũ
procellæ faciat, id eſt, vẽtum, & nubila cõtrahat, & poſ-
ſit volatus auium ſuſtinere. Quapropter etiam ſi verum
Lucan⁹ li. 2 Pharſalia. dixit quidã ſeculariũ Poëtarum: Nubes excedit Olym-
pus, & pacem ſumma tenent: quia perhibetur in Olym-
† nebulis. pi vertice aër eſſe tam tenuis, vt neq; nubibus † obũbre-
C tur, neque turbetur vento, neque ſuſtentare alites poſ-
ſit, neque ipſos qui forte aſcẽderint homines, craſsioris
auræ ſpiritu alere, ſicut in iſto aëre cõſueuerunt: & tamẽ
& ipſe aër eſt, vnde aquis vicina qualitate diffunditur,
& propterea ipſe quoque in humidã naturam cõuerſus
diluuij tempore creditur. Neq; enim arbitrandum eſt a-
liquid de ſpaciis ſyderei cœli vſurpaſſe, cũ omnes etiam
Cõmutatio elementorũ. altiſsimos mõtes aqua tranſcenderit. Quanquam de
cõuerſione elementorũ etiam inter ipſos qui hęc ocioſa
Cap. III. cura ſubtiliſsime perſcrutati ſunt, nõ parua quæſtio eſt.
Alij enim dicunt omnia in omnia poſſe mutari atque
conuerti. Alij vero eſſe aliquid omnino propriũ ſingu-
lis perhibent elementis, quod in alterius elementi qua-
litatẽ nullo modo vertatur. Vnde fortaſsis ſuo loco ſi
dominus voluerit diligentius diſputabimus: nũc autem
quod ad præſentem ſermonem attinet, hic commemo-
rãda exiſtimaui, vt intelligamus ſeruatum eſſe ordinem
rerum, quo prius oportuit aquarũ animalia quàm terra-
li. 22. de Ciui. dei. c. 11. rum narrare creata. Nec vllo modo arbitrandũ eſt prę-
termiſſum eſſe in hac ſcriptura vllum mundi huius ele-
mentum, cum quatuor notiſsimis eum conſtare perſua-
ſum ſit, quia videtur hic cœlum & aquã & terram com- D
memorare, de aëre autẽ tacere. Conſuetudo quippe no-
ſtrarum ſcripturarũ eſt, aut cœli, aut terræ nomine mũ-
dum appellare, aut interdum addere & mare. Aër itaq;
vel ad cœlũ pertinere intelligitur, ſi qua ſunt in eius ſu-
perioribus partib⁹ trãquilliſsima & pacatiſsima ſpacia:
vel ad terrã propter hunc turbulentum & caliginoſum
locũ, qui humida exhalatione pingueſcit, quamuis & ip-
ſe ſępius cœli nomine nuncupetur: ac per hoc nõ ſcrip-
tum eſt, Producant aquæ reptilia animarum viuarum,
& producat aër volatilia volãtia ſuper terrã, ſed vtrun-
que hoc animantium genus ex aquis productũ eſſe nar-
ratur. Quicquid ergo aquarũ ſiue labiliter vndoſum &
fluidum eſt, ſiue vaporabiliter tenuatum atq; ſuſpẽſum,
vt illud reptilibus animarum viuarum, hoc volatilibus
appareat diſtributum, vtrunque tamen humidæ naturæ
deputatur. Ideoq; ſunt etiam qui ſubtiliſsima cõſide- *Quinq; ſenſus ad quatuor elemẽta referri.*
ratione quinq; iſtos manifeſtiſsimos corporis ſenſus ſe-
cundum quatuor vſitata elemẽta ita diſtinguant, vt o-
culos ad ignem, aures ad aërem dicant pertinere. Olfa-
ciendi autem guſtandiq; ſenſum naturæ humidæ attri- *Cap. IIII.*
buunt: & olfactum quidẽ iſtis exhalationibus humidis
quibus craſſatur hoc ſpaciũ in quo aues volitant: guſtũ
vero iſtis fluxibilibus & corpulẽtis humoribus. Nã quę-
cunque in ore ſapiunt ipſius oris humori cõmiſcentur, E
vt ſapiant, etiam ſi arida cum acciperentur fuiſſe videã-
tur. Ignis tamẽ omnia penetrat, vt motum in eis faciat.
Nam & humor priuatione caloris congelaſcit, & cum
poſsint frigeſcere cætera elementa, ignis frigeſcere non
poteſt: facilius quippe extinguitur vt ignis nõ ſit quàm
frigid⁹ maneat, aut ſit alicuius frigidi cõtactu tepidior.
Tactus autẽ qui eſt quintus in ſenſibus, terreno elemen-
to magis cõgruit, proinde per totum corpus animãtis,
quod maxime ex terra eſt, quæque tacta ſentiuntur. Di-
cunt etiam nec videri ſine igne poſſe aliquid, nec tãgi
ſine terra. Ac per hoc elemẽta omnia in omnib⁹ ineſſe,
ſed vnũquodque eorũ ex eo quod amplius habet acce-
piſſe vocabulum. Ideo autẽ caloris priuatione cum cor-
pus nimie frigeſcit obtũdi ſenſum, quia motus pigreſcit
qui ex calore ineſt corpori, dum ignis aërem, & aër hu-
mida, & humor terrea quæque afficit, ſubtilioribus ſci-
licet craſsiora penetrantibus. Quanto autẽ quidq; ſubti-
lius eſt in natura corporali, tãto eſt vicinius naturæ ſpi-
ritali, quãuis longe diſtante genere, quandoquidẽ illud
corpus eſt, illud nõ eſt. Ac per hoc quoniam ſentire F
non eſt corporis ſed animę per corpus, licet acute diſſe- *Sẽſus ex anima, anima ex igni*
ratur ſecundum diuerſitatẽ corporeorum elemẽtorum
ſenſus eſſe corporis diſtributos, anima tamẽ cui ſentien-
di vis ineſt, cum corporea non ſit, per ſubtilius corpus *Cap. V.*
agitat vigorẽ ſentiendi. Inchoat itaq; motum in omni-
bus ſenſibus à ſubtilitate ignis, ſed non in omnibus ad
idẽ peruenit. In viſu enim peruenit repreſſo calore vſq;
ad eius lucẽ. In auditu vſque ad liquidiorẽ aërem ca-
lore ignis penetrat. In olfactu autẽ tranſit aërem purum,
& peruenit vſque ad humidam exhalationem, vnde
craſsior hæc aura ſubſiſtit. In guſtu autẽ tranſit & perue-
nit vſq; ad humorẽ corpulentiorem: quo etiã penetrato
atque traiecto, cum ad terrenã grauitatem peruenit, tã-
gendi vltimum ſenſum agit. Non igitur ignorabat *Ordo elemẽtorum.*
naturas elementorum eorumq; ordinem, qui cum viſi-
bilium quæ intra mundum in elementis natura mouẽ- *Cap. VI.*
tur cõditionem introduceret, prius cœleſtia luminaria,
deinde aquarum animãtia, terranũ autẽ poſtrema nar-
rauit: nõ quòd aërem prætermiſerit, ſed quod puriſsimi
& quietiſsimi aëris vbi volare aues non poſſe dicuntur,

ſi qua

G ſi qua ſunt ſpacia cœlo ſuperiori coniunguntur, & cœli nuncupatione in ſcripturis ad ſuperiorẽ mũdi partem pertinere intelliguntur: vt terræ nomine vniuerſaliter hoc totum ſignificetur, ex quo incipit deorſum verſus,

Pſal.148. *Infra ca.7.*

ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis, & omnes abyſsi, donec perueniatur ad aridã, quæ proprio nomine terra dicitur. Aër itaq; ille ſuperior, ſiue quod ad cœleſtẽ mundi pertinet partẽ, ſiue quod nullum habet viſibilẽ habitatorem, de qualibus nũc ſermo narrantis eſt, neq; prætermiſſus eſt de cœlo nominato, neq; annumeratus eſt in creandis animalibus: iſte vero inferior qui excipit exhalationes humidas maris ac terræ, & ad ſuſtinendas aues quodam modo craſſatur, non niſi ex aquis accipit animalia. Quod enim eius humidũ eſt, hoc portat alitum corpora, quæ ita nituntur pennis volantes, quemadmodum piſces quibuſdam ſuis alis natantes.

Aquarum natura duplex. *Cap. VII.*

Proinde ſcienter tanquam ſpiritus dei qui ſcribenti aderat, ex aquis dicit producta volatilia. Aquarũ enim natura bipartitum locum ſortita eſt: inferiorem ſcilicet in vnda labili, ſuperiorem vero in aura flabili, Illum deputatum natantibus, iſtum volãtibus, Sicut huic elemẽto cõgruos duos etiã ſenſus animalibus datos videmus, H olfactum explorandis vaporibus, guſtum explorãdis liquoribus. Quod enim ad tactum aquas ventoſq; ſentimus, hoc eſt quòd terra ſolida in omnibus admiſcetur elementis: ſed in his craſsioribus ſentitur amplius, ita vt iam tangendo cõtrectari valeant. Ideoq; & iſta in duabus maxime mundi partibus generaliter cœli & terræ

Pſal.148.

nomine cõplectuntur. Sicut ille pſalmus oſtẽdit, omnia ſuperiora ab illo principio enumerans, Laudate dominum de cœlis: omniaq; inferiora ab alio principio, Laudate dominum de terra: vbi & ſpiritus tẽpeſtatis & omnes abyſsi nominantur, & ignis iſte qui vrit tangẽtem, quia de terrenis & humidis humoribus ita exiſtit vt ſubinde vertatur in aliud elemẽtum. Et quãuis naturæ ſuæ ſurſum nitendo indicet appetitum, in cœleſtem tamen ſuperiorẽ tranquillitatem nõ poſsit euadere, quia multo aëre ſuperatus & in eum cõuerſus extinguitur: ac per hoc in iſta rerum parte corruptibiliore atque pigriore turbulentis motibus agitatur ad temperandum eius rigorẽ, & ad vſus terroreſque mortalium. Quia ergo etiam tactu qui ad terrã proprie pertinet, ſentiri poſſunt & fluctus vndarũ & flatus aurarum, propterea ipſa quoI que aquatilium animalium corpora & terrenis veſcuntur, & maxime aues in terra etiã requieſcunt, fœtus quoque propagant: pars enim humoris qui vaporaliter ex-

Gene.1.

halatur, etiam ſuper terras extenditur. Ideoque cum dixiſſet ſcriptura, Educant aquæ reptilia animarum viuarum, & volatilia inquit, ſuper terram: addidit ſanè dicens, ſecundum firmamentũ cœli, in quo poteſt aliquãto manifeſtius apparere illud quod antea videbatur obſcurum. Non enim ait, in firmamento cœli, ſicut de luminaribus, ſed volantia, inquit, ſuper terram, ſecundum firmamentũ cœli: quia videlicet hoc caliginoſum & humidum ſpacium in quo aues volãt, illi ſpacio contiguũ eſt vbi volare nõ poſſunt, quod iam merito tranquillitatis & quietis pertinet ad firmamentũ cœli. In cœlo ergo volãt aues, ſed in iſto, quod ille pſalmus etiam terræ nomine includit: propter quod cœlum vocãtur multis locis volatilia cœli, nũ tamen in firmamẽto, ſed ſecundum firmamentum.

Animalia terreſtria & aquatica. *Cap. VIII.*

Nonnulli putant propter ſenſus tarditatem animalia nõ animam viuam, ſed reptilia animarum viuarum appellata: ſed ſi propterea ſic appellarentur, auibus daretur nomen animæ viuę. Cum vero & ipſa volatilia dicta ſunt ſicut illa reptilia, vt ſubaudiatur animarum viuarum: fatendum eſt, vt arbitror, ita K dictũ, ac ſi diceretur, quæ ſunt in animabus viuis reptilia & volatilia: ſicut dici poſſet ignobilia hominum, vt intelligeremus, quicunque ſunt in hominibus ignobiles: quanquam enim ſint & animalia terreſtria quæ repunt ſuper terram, tamen ex multo maiore numero pedibus mouentur, & tam pauca fortaſſe in terris repunt, quàm pauca in aquis gradiuntur. Nonnulli autem putauerunt propterea non animã viuam, ſed reptilia animarum viuarũ piſces eſſe appellatos, quod eis memoria nulla ſit, vel aliqua vita velut rationi vicinior. Sed fallit eos experiẽtia minor, Nam quidã ſcripſerunt quæ animaduertere potuerunt in viuariis piſcium multa mirãda. Sed etiam ſi falſa ſcripſerunt forte, memoriam tamẽ piſces habere certiſsimum eſt, Quod ipſe ſum expertus, & experiantur qui poſſunt & volunt. Nam fons quidam magnus Bullenſium regionum, ferè plenus eſt piſcium. Solẽt autem homines deſuper intuentes eis aliquid iacere, quod ſibi vel præripiant cõfluentes, vel inter ſe diripiant concertantes. Quo paſtu aſſuefacti, deambulãtibus ſuper oram fontis hominibus, ipſi quoque cum eis cõgregatim natando eunt & redeunt, expectãtes vt inde aliquid iactẽt L quorum præſentiam ſentiunt. Non itaque fruſtra mihi videtur aquarum animalia ſic appellata reptilia, quemadmodum & aues volatilia: nam ſi vel nulla memoria, vel ſenſus tardior, animę viuę nomen repuliſſet à piſcibus, volatilibus certè adhiberetur, quorum vita in oculis noſtris eſt, memoratu garrula, & in nidis conſtruendis educãdiſq; fœtibus ſolertiſsima.

Quòd quidã philoſophi cuique elemẽto ſua animalia diſtribuerũt. Ca. IX.

Nec ignoro, ita quoſdam Philoſophos ſua cuiuſque elemẽti diſtribuiſſe animalia, vt terrena eſſe dicerent, non tantum quę in terra repunt atque gradiuntur, ſed aues etiam, quòd & ipſæ in terra requieſcant, volando fatigatæ. Aërea vero animalia dæmones eſſe, cœleſtia deos, quorum quidem nos partim luminaria, partim angelos dicimus. Iidẽ tamẽ aquis piſces & ſui generis beluas attribuunt, vt nullum elementum ſuis animalibus vacet: quaſi vero ſub aquis terra non ſit, aut probare poſsint piſces non in terra requieſcere ad reparandas natandi vires ſicut volandi aues. Et ſi forte rarius piſces id faciũt, quòd ad geſtãda corpora ſit vnda quàm aura validior, ita vt terrena quoque animalia natãtia ferat, ſiue vſu docta, vt homines, ſiue natura, vt quadrupedia vel ſerpẽtes. Aut ſi propterea nõ putãt, quia nõ inſunt pedes piſcibus, nec phocę M aquarum ſunt, nec colubri cochleæq; terrarum: nam & illæ pedes habent, & hæc genera ſine vllis pedibus, non dico, requieſcunt in terra, ſed ab ea vix aut nũquam recedunt. Dracones autem ſine pedibus & in ſpelũcis requieſcere, & in aërem ſuſtolli perhibentur: qui quanquã non facile noti ſint, literæ tamen, non tantum noſtræ, ſed etiam gẽtilium nequaquã de iſtorum animantium genere tacuerunt.

Dæmones, aer, terra. Cap. X. *2. ſen. diſt. 8. ca. 1.*

Quapropter etſi dæmones aërea ſunt animalia, quoniã corporũ aëreorum natura vigẽt: & propterea morte non diſſoluuntur, quia præualet in eis elementum, quod ad faciendum quàm ad patiendum eſt aptius: duobus ſubterpoſitis, aqua ſcilicet & terra, vno autẽ ſuperpoſito, id eſt, igne ſydereo: diſtribuuntur enim elementa ad patiendum duo, humor & humus: ad faciendum autem alia duo, aër & ignis. Si ergo hæc ita ſunt, non impedit iſta diſtinctio noſtram ſcripturã: quæ non ex aëre ſed ex aquis producta indicat volatilia, quia ſubtilioris quidem & in auras exhalati atq; diſtenti, ſed tamen humoris locus volatilibus datus eſt. Aër autẽ à cõfinio luminoſi cœli vſq; ad aquarũ fluida, & nuda terrarum peruenit. Non tamen totum ſpacium

A eius exhalationes humidæ infuſcant, ſed vſque ad eum finem, vnde incipit etiam terra nominari, ſecundum illum Pſalmum vbi dicitur, Laudate dominum de terra. (*Pſal. 148.*) Superior vero pars aëris, propter puram trãquillitatem, cœlo cui collimitatur, cõmuni pace coniungitur, & eius vocabulo nuncupatur. (*2. ſen. di. 8. cap. 1.*) In qua fortaſsis parte ſi fuerunt ante transgreſsionem ſuam, tranſgreſſores angeli cum principe ſuo nunc diabolo, tunc archangelo, Nam nõnulli noſtri, nõ eos putant cœleſtes vel ſupercœleſtes angelos fuiſſe, non mirum ſi poſt peccatũ in hanc ſunt detruſi caliginem, vbi tamen & aër ſit, & humore tenui cõtexatur, qui commotus ventos, (*Venti.*) & vehemẽtius concitatus etiam ignes & tonitrua, (*Tonitrua.*) & contractus nubila, (*Nubes.*) & conſpiſſatus pluuiam, (*Pluuia.*) & cõgelantibus nubilis niuem, & turbulentius coogelantibus denſioribus nubilis grandinẽ, (*Grando.*) & diſtẽtus ſerenum facit, (*Serenitas.*) occultis imperiis & opere dei à ſummis ad infima vniuerſa quę creauit adminiſtrãtis. Vnde & in illo Pſalmo (*Pſal. 148.*) cum cõmemorata eſſent, ignis, grãdo, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis: ne talia ſine prouidentia diuioa fieri moueriq; putarentur, cõtinuo ſubiecit, quæ faciunt verbum eius. Si autem trãſgreſſores illi aotequã tranſgrederentur cœleſtia corpora gerebãt, neque hoc mirum eſt, ſi conuerſa ſunt ex pœoa in aëreã B qualitatẽ, vt iam poſsint ab igne, id eſt, ab elemento naturæ ſuperioris aliquid pati: nec aëris ſaltem ſpacia ſuperiora atque puriora, ſed iſta caliginoſa tenere permiſsi ſunt, qui eis pro ſuo genere quidam quaſi carcer eſt, vſq; ad tempus iudicij. Et ſi quid de his trãſgreſſoribus angelis diligentius requirendum eſt, alius erit accommodatior ſcripturæ locus. Proinde nunc quod ſatis eſt, ſi hæc ſpacia turbida & procelloſa propter aëris naturam vſq; ad vndas terráſque porrecta poſſunt aërea corpora ſuſtinere, poſſunt & auium quæ producta ſunt ex aquis, propter aquarum tenues halitus: qui ſcilicet eidem aëri iuxta vndas & terras circunfuſo, atque ob hoc infimę atq; terrenæ parti deputato, vaporaliter inſeruntur & auras intexunt, quę nocturnis rigoribus aggrauatę ſereno etiam rore diſtillant: ſi autem vehemeotius frigus eſt, etiã gelu candidius inalbeſcunt.

(*Nomina animãtium generatim. Cap. XI.*) Et dixit deus, Educat terra animam viuam ſecundum genus ſuum, quadrupedia & reptilia & beſtias terræ ſecũdum genus ſuum, & pecora [ſecundum genus ſuũ. Et factum eſt ſic. Et fecit deus beſtias terræ ſecuodum genus ſuum, & pecora ſecundum genus, & omnia reptilia terræ ſecundum genus ſuum.] C Et vidit deus quia bona ſunt. Iam nunc conſequens erat vt alteram partem, quæ proprie terra dicitur, infimi huius loci, quem totum cum omnibus abyſsis & nebuloſo aëre vniuerſaliter vocabulo terræ alibi ſcriptura cõplectitur, ornaret animalib9 ſuis. Et manifeſta quidem ſunt animalium geoera, quę in verbo dei terra produxit. Sed quia ſæpe nomine pecorum vel oomine beſtiarum animalia omnia rationis expertia ſolent iotelligi, merito quæritur, quas nunc proprie beſtias, & quæ nunc pecora dicat. Et repentia quidẽ ſiue reptilia terreoa, noo eſt dubitandum quòd omnes ſerpentes intelligi voluit, quanquam & beſtiæ dici poſsint, pecorum autem oomen nõ vſitate ſerpẽtibus conuenit. Rurſum leonibus & pardis & tigridib9 & lupis, & vulpibus, canibus etiam & ſimiis, atque id genus cæteris vſitate conuenit vocabulum beſtiarum. Pecorum autẽ nomen his animalibus accommodatius aptari ſolet, quæ ſunt in vſu hominũ: ſiue adiuuãdis laboribus, vt boues & equi, & ſi qua talia: ſiue ad lanificium, vel ad veſcẽdum, vt oues & ſues. Quid ergo ſunt quadrupedia? Quanquam enim hæc omnia præter quædam ſerpentia quatuor pedibus gradiantur, niſi tamen hoc proprio nomine quędam vellet intelligi, non D vtique hic etiam quadrupedia nominaret, quanuis de his in repetitione tacuerit. An cerui & damulæ & onagri & apri, quia oeque illis beſtiis vbi leones ſunt coniungi poſſuot, ſimiles enim ſunt illis pecoribus, oeque tamen ſub humana cura ſunt, proprie quadrupedia nuncupata ſunt: quaſi reliqua eſſeot hæc animalia, quibus iſta appellatio generalis quidem cum multis propter nũmerum pedum, ſed tamen ſpeciali ſignificatione tribueretur? An quia ter dixit, ſecundum genus, tria quædam genera nos inuitat attendere? Primo, ſecundum genus quadrupedia & reptilia, vbi arbitror ſignificatum quę quadrupedia dixerit, ſcilicet quę in genere ſunt reptilium, ſicut ſunt lacerti, ſtelliones, & ſi quid huiuſmodi eſt. Ideoque in repetitione quadrupedum nomen non iterauit, quia reptilium vocabulo fortaſſe complexus eſt: vnde ibi non ſimpliciter ait, reptilia, ſed addidit, omnia reptilia terræ. Ideo terræ, quia ſunt & aquarum: & ideo omnia vt illic intelligantur quæ quatuor etiam pedibus nituntur, quæ ſuperius quadrupedum nomine propriè ſignificata ſunt. Beſtias autem de quibus item ait, ſecũdum genus, quicquid ore aut etiam vnguibus ſæuit, exceptis ſerpentibus. Pecora vero de quibus E tertio ait, ſecundum genus, quæ neutra vi lacerant, ſed aut cornibus, aut ne hoc quidem. Prædixi enim & quadrupedum nomen quàm latè pateat, ipſo pedum numero facile agnoſci, & nomine pecorũ vel beſtiarum omne irrationale animal aliquando comprehendi. Sed etiam ferarum vocabulum ſolet in Latina lingua tãtumdem valere: non ideo tamen negligenda fuit conſideratio, quo modo poſsint hæc oomina, quæ nõ fruſtra in hoc ſcripturarum loco poſita ſunt, etiam ſpeciali diſtinctione diſcerni, quod in vſu loquendi quotidiano facilè animaduerti poteſt.

(*Secundum genus. Cap. XII.*) Non fruſtra etiam lectorẽ mouet, vtrum ne paſsim & quaſi fortuitu, an aliqua ratione dicatur, ſecundum genus, tãquam fuerint & antea cum prima creata narrentur: ao genus eorum in ſuperioribus rationibus intelligendum eſt vtique ſpiritalibus, ſecundum quas creantur inferius. Sed ſi ita eſſet, hoc de luce, hoc de cœlo, hoc de aquis & terris, hoc de cœli luminaribus diceretur. Quid eoim eorum eſt cuius non æterna & incommutabilis ratio in ipſa dei ſapientia vigeat, (*Sapien. 8.*) quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter? Iocipit autem hoc dici de herbis F & lignis, vſque ad hęc terrena animantia, Nam & in eis quæ ex aquis creata ſunt, quanuis in prima commemoratione dictum non ſit, io illa tamen iteratione dictum eſt, Et fecit deus cetos magnos & omnem animam animalium reptilium, (*Gene. 1.*) quæ eduxerunt aquæ ſecundum genus eorum, & omne volatile pẽnatum ſecũdum genus. An quia hæc ita exorta ſunt, vt ex eis alia naſcerentur, & originis formam ſucceſsione ſeruarent, ideo dicuntur ſecuodũ genus, propter propagationem prolis qua permanſura creabantur? Sed cur de herbis & lignis non ſolum dicitur, ſecundum genus, verumetiam ſecundum ſimilitudinem, cum & animalia ſiue aquarum ſiuẽ terrarum ſecundum ſimilitudinem ſuam generent? An quia genus ſequitur ſimilitudo, noluit eam vbique repetere. Nam & ſemen non vbique repetiuit, cum tam herbis & lignis inſit, quàm animalibus, etſi non omnibus: Obſeruatum eſt enim quædam ita naſci ex aquis vel terra, vt ſexus eis nullus ſit: & ideo ſemen eorum non ſit in eis, ſed in elementis ex quibus oriuntur. Hoc eſt ergo ſecũdum genus, vbi & ſeminũ vis & ſimilitudo intelligitur ſuccedẽtium de ſuccedẽtibus: † quia nihil eorum ita (*† deſcedentibus.*)

G creatum eſt,vt ſemel exiſteret, vel permanſurũ, vel nul-
lo ſuccedente deceſſurum. Cur ergo & de homine non
Gene.1. ita dictum eſt, Faciamus hominem ad imaginem & ſi-
militudinem noſtram, ſecundum genus:cum & homi-
nis propago manifeſta ſit? An quia non ita deus fecerat
homioem vt moreretur,ſi præceptum ſeruare voluiſſet,
Pſal.48. & ideo oõ erat oeceſſarius deceſſori ſucceſſor? Sed poſt
peccatũ comparatus eſt pecoribus inſenſatis,& ſimilis fa
ctus eſt eis:vt iam filij ſeculi huius generẽt & generẽtur,
quo poſsit mortalium genus ſeruata ſucceſsione ſubſiſte
re:Quid ſibi vult ergo poſt hominẽ factum illa benedi-
Gene.1. ctio, Creſcite & multiplicamini & implete terrã: quod
vtique fieri poſſet generando? An nihil hinc temere di-
cendum, donec ad eum ſcripturæ locum perueniamus:
vbi diligentius iſta requirenda atque tractãda ſunt?Po-
teſt enim nunc fortaſſe ſufficere propterea de homine
non dictum eſſe ſecundũ genus,quia vnus fiebat,de quo
etiam fœmina facta eſt. Non enim multa genera homi-
num ſicut herbarum,ligoorum,piſcium,volatilium,ſer-
pentium,pecorum,beſtiarum:vt ſic dictum accipiamus,
ſecũdum genus,ac ſi diceretur generatim, vt inter ſe ſi-
H militia atque ad vnam origioem ſeminis pertinentia di-
Benedictio ſtinguerentur à cæteris. Item quæritur, quid tantum
animaliũ. aquarum animalia de creatore meruerint vt ſola bene-
Cap.XIII. dicerentur ſicut homines? Nam & ipſa benedixit deus
Gene.1. dicens,Creſcite & oultiplicamini & implete aquas ma-
ris, & volatilia multiplicentur ſuper terram. An in vno
creaturę genere dicendum fuit,vt in cæteris conſequen
ter intelligeretur, quæ geoerationibus creſcunt? Prius
ergo diceretur in eo quod primum tale creatum eſt, in
herba ſcilicet atque ligno. An forte quæ nullum habe-
rent propagandæ prolis affectum, ac ſine vllo ſenſu ge-
nerarent, indigna iudicauit illis benedictionis verbis,
Creſcite & multiplicamini: vbi autem talis ineſſet affe-
ctus,ibi primum hoc dixit, vt in terrenis animalibus e-
Officium tiam nũ dictum intelligeretur? Neceſſarium autem fuit
gignendi. hoc in homine repetere, ne quiſquam diceret in officio
gignendi filios vllum eſſe peccatum, ſicut eſt in libidi-
ne,ſiue fornicãdi, ſiue ipſo conıugio immoderatius ab-
Inſectorum utendi. Nonnulla etiam de minutiſsimis animalibus
origo. quæſtio eſt, vtrum in primis rerum [mortalium] con-
Cap.XIIII. ditionibus creata ſint,an ex conſequentibus rerum mor
2.ſen.d.15. talium corrupoonibus:Nam pleraque eorum aut de vi-
ca. de qui- uorum corporum vicũs, vel purgamentis, vel exhalati-
buſdam. onibus, aut cadauerum tabe gignuntur: quædam etiam
I de corruptione lignorum & herbarum: quædã de cor-
ruptionibus fructuum,quorum omnium non poſſumus
recte dicere deum nõ eſſe creatorem.Ineſt enim omni-
bus quoddam naturæ ſui generis decus,ſic vt in his ma-
ior ſit admiratio bene conſiderantis,& laus vberior om
Pſal.103. nipotentis artificis:qui omnia in ſapientia fecit, qui à fi-
Sapien.8. ne vſque ad finem pertendens: & ſuauiter cuncta diſpo
nens, nec ea ipſa rerum nouiſsima,quæ pro ſui geoeris
ordine diſſoluuntur, & quorum diſſolutionem ex pœ-
na noſtræ mortalitatis horremus, relinquit informia:
ſed creat minima corpore, acuta ſenſu animantia: vt
maiore attentione ſtupeamus agilitatem muſcæ volan-
tis, quàm magnitudioem iumeoti gradientis, ampluſ-
que miremur opera formicarum, quàm onera camelo-
rum. Sed vtrum in primis, vt dixi, rerum coodıtiooi-
bus, quæ iſto ſex dierum ordine creatæ narrantur, hæc
quoque minima inſtituta credamus, an poſtea conſe-
quentibus corruptibilium corporum ſolutionibus, hoc
quæritur. Et poteſt quidem dici ea minutiſsima, quæ vel
ex aquis,vel terris oriuntur tunc creata: in quibus etiam
illa non abſurde intelliguntur quæ naſcuntur ex iis quę K
terra germinante orta ſunt. Et quia præceſſerant con-
ditionem, non ſolum animalium, ſed etiam lumina-
rium.Et quia terræ continuantur per radicum connexi-
onem,vnde illo die quo apparuit arida exorta ſunt, vt
potius ad ſupplemeotum habitationis, quàm ad nume-
rum habitatorum pertinere intelligerentur. Cætera ve-
ro quæ de animalium gignuntur corporibus, & maxi- *2.ſen.d.15.*
me mortuorum, abſurdiſsimum eſt dicere tunc creata, *ca. de qui-*
cum animalia ipſa creata ſunt: oiſi quia inerat iam in *buſdam.*
omnibus animatis corporibus vis quædam naturalis &
quaſi præſeminata materia,& quodã modo initiata pri-
mordia futurorum animalium, quæ de corruptionibus
talium corporum pro ſuo quæque geoere ac differentiis
erant exortura, per adminiſtrationem ineffabilem om-
nia mouente incommutabili creatore. De geoe- *Animalia*
ribus quoque animalium venenoſis & pernicioſis quæ- *venenoſa.*
ri ſolet, quo modo † poſt peccatum hominis ad vindi- *Cap.XV.*
ctam creata ſint: an potius cum iam creata eſſent inno- *† vtrum.*
xia,non niſi poſtea peccatoribus nocere cœperint? Ne-
que hoc mirum eſt, quandoquidem etiam temporibus
huius vitæ laborioſæ atque ęrumnoſæ,cum ita ſit nemo
iuſtus vt perfectum ſe audeat dicere, fideliter atteſtante L
Apoſtolu & dicẽte, Non quia iam acceperim aut etiam
perfectus ſim.Cùmque adhuc exercendæ atque in infir- *Philip.3.*
mitate perficiendæ virtuti neceſſariæ ſint tentationes &
moleſtiæ corporales, eodem rurſus Apoſtolo manife-
ſtante qui ait,in magnitudine reuelationum ne extolle- *1.Cor.12.*
retur,datum ſibi eſſe ſtimulum carnis, angelum ſatanæ
vt eum colaphizaret,rogatùmque à ſe dominum tertio
vt diſcederet ab eo, reſpoodiſſe ſibi, Sufficit tibi gratia
mea:Nam virtus in infirmitate perficitur: tamen & ſan-
ctus Daniel inter leones ſaluus atque intrepidus vixit, *Danie.6.*
qui non vtique deo mentiens in oratione, non tantum *& 14.*
peccata populi ſui, ſed etiam ſua fateretur. Et in ipſius
Apoſtoli manu mortifera vipera adhæſit, nec læſit. Po- *Acto.28.*
tuerunt ergo iſta etiam creata nihil nocere,ſi cauſa non *2.ſen.d.15.*
extitiſſet, vel terrendorum puniẽdorùmque viciorum, *cap. quæri.*
vel probandæ perficiendæque virtutis: quia & exempla
ſunt demonſtranda patiẽtiæ ad profectum cæterorum,
& ipſe ſibi homo in tentationibus certius innoteſcit, &
iuſte ſalus illa perpetua quæ turpiter amiſſa eſt per vo-
luntatem, fortiter recipitur per dolorem. Dicet ali- *Beſtiarum*
quis, Cur ergo inuicem beſtiæ nocent,quibus nec pecca *inter ipſas*
ta vlla ſunt,vt vindicta iſta dicatur,nec vllam recipiunt *diſcordia.*
tali exercitatiooe virtutem? Ideo nimirum, quia ſcilicet *Cap.XVI.*
aliæ cibi ſunt aliarum: nec recte poſſumus dicere, oõ eſ- M
ſent aliæ quibus aliæ veſcerentur. Habent enim omnia
quandiu ſuot, menſuras, numeros & ordines ſuos,quæ
cuncta merito cõſiderata laudãtur,nec ſine occulta pro
ſuo genere moderatione pulchritudinis, tẽporalis etiã,
ex alio in aliud tranſeundo mutãtur. Quod etſi ſtultos
latet,ſublucet proficientibus,clarùmque perfectis eſt. Et
certe omnibus talibus inferioris creaturæ motibus præ-
bẽtur homini ſalubres admonitiones,vt videat quãtum
ſibi ſatagẽdum ſit pro ſalute ſpiritali & ſempiterna, qua
omnibus irrationalibus animãtibus antecellit,cũ illa vi-
deat à maximis elephantis vſque ad minimos vermicu-
los pro ſalute corporali & temporali, quam pro ſui ge-
neris inferiore ordinatione ſortita ſunt, ſiue reſiſtendo,
ſiue cauendo agere quicquid valent: quod oõ appareret
niſi cum quædã refectiooem corporis ſui ex aliorũ cor-
poribus quærunt,alia ſe vel repugnãdi viribus, vel fugæ
præſidio vel latebrarũ munimine tuerẽtur: Nam & ipſe
corporis dolor in quolibet animãte magoa & mirabi-
lis

A lis animæ vis eſt, quæ illam compagem ineffabili permixtione vitaliter continet, & in quandam ſui moduli redigit vnitatem, cum eam non indifferenter, ſed vt ita dicam, indignanter patiatur corrumpi atque diſſolui.

Corpora mortuorum dilaniata. Cap. XVII. Illud etiam fortaſſe aliquem moueat, ſi animalia noxia viuos homines aut pœnaliter lædunt, aut ſalubriter exerceot, aut vtiliter probant, aut ignorãter docent, cur in eſcas ſuas dilacerent etiam corpora hominum mortuorum? Quaſi vero quicquam interſit ad noſtram vtilitatem, iſta caro iam exanimis in naturæ profunda ſecreta per quos tranſitus eat, vnde mirabili omnipotentia creatoris reformanda rurſus ſeruatur:† *ſeruatur.* quanquam & hinc fiat quædam prudentibus admonitio, vt ſe ita commeodent fideli creatori, omnia maxima & minima occulto nutu adminiſtrãti, cui noſtri etiam capilli numerati ſunt, *Luca. 12.* ne propter inanes curas exanimatorum corporum ſuorum vlla genera mortiũ perhorreſcant, ſed piæ fortitudinis neruos ad omnia præparare non dubitent.

Spinæ & tribuli. Ca. XVIII. Gene. 1. Talis etiam quęſtio de ſpinis & tribulis ſolet oboriri, & de quibuſdam lignis infructuoſis, vel cur vel quando ereata ſint, cum deus dixerit, Producat terra herbam pabuli ſeminantem ſemen, & lignum fructiferum faciens fructum. Sed qui ita mouentur, non intelligunt ſaltẽ de B vſitatis formulis humani iuris, quèmadmodum appelletur vſuſfructus. Vtilitas enim quædam fruentium in fructus nomine conſideratur. Quãtæ autem ſint vtilitates, ſiue manifeſtæ, ſiue occultæ omnium quæ terra gigoens radicitus alit, & ipſi quædam intueantur, & ab expertis cætera inquirant. Et de ſpinis quidem ac tribulis abſoluta poteſt eſſe reſponſio, quia poſt peccatum dictum eſt homini de terra, *Gene. 3.* Spinas & tribulos pariet tibi. Nec tamẽ facile dicendum eſt tunc cœpiſſe iſta oriri ex terra, Fortaſsis etiam quoniam in ipſis quoq; generibus ſeminum multæ reperiuntur vtilitates, poterant habere locum ſuũ ſine vlla pœna hominis. Sed vt in agris in quibus iam pœnaliter laborabat, etiam iſta oaſcerentur, hoc ad cumulum pœnæ valere eredi poteſt, cum poſſent alibi naſci, vel ad auium pecorúmque paſtus vel ad ipſorum hominum aliquos vſus. Quanquam & ille ſenſus non abhorret ab his verbis, quo ita intelligitur dictum, Spinas & tribulos pariet tibi: vt hæc etiam antea terra pariens, non tamen homini pareret ad laborẽ, ſed cuiuſque modi animalibus conueoientem cibum. Sunt enim quę his generibus, & mollioribus & aridioribus commode ſua- C uitèrque veſcantur. Tunc autem cœperit iſta homini parere ad ærumnoſum negocium, cum poſt peccatum cœpit in terra laborare, Non quòd aliis locis hæc antea naſcerentur, & pòſt in agris quos homo ad capiendas fruges coleret, ſed & prius & poſtea in eiſdem locis: prius tamen nõ homini, pòſt autem homini, vt hoc ſignificetur quod additum eſt, tibi: quia non eſt dictum ſpinas & tribulos pariet, ſed pariet tibi: id eſt, vt tibi iã iſta naſci incipiant ad laborem, quæ ad paſtum tantummodo aliis animalibus antea naſcebãtur.

Homo ad imaginem dei. Cap. XIX. Gene. 1. Et dixit deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & dominetur piſcium maris & volatilium cœli, & omniũ pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium ſuper terram. Et fecit deus hominem, ad imaginẽ dei fecit eum: maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos deus dicens, Creſcite & multiplicamini, & implete terram, & dominamini eius, & principamini piſcium maris, & volatilium cœli, & omnium pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium ſuper terram. Et dixit eis deus, Ecce dedi vobis omne pabulũ ſeminale, ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem ter-

ram, & omne lignum quod habet in ſe fructum ſeminis D ſeminalis, vobis erit ad eſcam, & omnibus beſtiis terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti ſuper terram, quod habet in ſe ſpiritum vitæ, & omne pabulum viride in eſcam. Et factum eſt ſic. Et vidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: & facta eſt veſpera, & factum eſt mane dies ſextus. Etiam atque etiam de natura hominis pòſt erit vberior conſiderandi & diligentius diſſerendi locus. Nunc tamen vt opera ſex dierum noſtra inquiſitio pertractatióque concludat, hoc primũ breuiter dicimus, non indifferenter accipiendum quod in aliis operibus dicitur, Dixit deus, fiat. Hic autem dixit deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram: *1. ſen. di. 2. cap. proponamus. & 2. ſen. d. 16. cap. 1.* ad inſinuaodum ſcilicet, vt ita dicam, pluralitatem perſonarum propter patrem & filium & ſpiritum ſanctum. Quam tamen deitatis vnitatem intelligẽdam, ſtatim admonet dicens, Et fecit deus hominem ad imaginem dei: non quaſi pater ad imaginem filij, aut filius ad imaginem patris, alioquin non vere dictum eſt, ad imaginem noſtram, ſi ad patris ſolius aut filij ſolius imaginem factus eſt homo. Sed ita dictũ, fecit deus ad imaginem dei: tanquam diceretur, fecit deus ad imaginem ſuam. Cum autem nunc dicitur, ad imagineoi dei: cum E ſuperius dictum ſit, ad imaginem noſtram: ſignificatur quod non id agat illa pluralitas perſonarum, vt plures deos vel dicamus vel credamus vel iotelligamus: ſed patrem & filium & ſpiritum ſanctum, propter quam Trinitatem dictum eſt, ad imagioem noſtram: vnum accipiamus deum, propter quod dictum eſt, ad imaginem dei.

Imperiũ datũ homini. Cap. XX. Hic etiaio illud non eſt prętereunduoi, quia cum dixiſſet, ad imagioem noſtram: ſtatim ſubiunxit, & habeat poteſtatem piſcium maris & volatilium cœli & cæterorum animalium rationis expertium: vt videlicet intelligamus in eo factum homioem ad imagioem dei in quo irrationalibus animantibus antecellit. Id autem eſt ipſa ratio, vel mens, vel intelligentia, vel ſi quo alio vocabulo commodius appellatur. Vnde & Apoſtolus dicit, Renouamini ſpiritu mẽtis veſtræ, & induite nouum *Ephe. 4.* hominem qui renouatur in agnitione dei, ſecundũ imaginem eius qui creauit eum: *Coloſſ. 3.* ſatis oſtendẽs vbi ſit homo creatus ad imaginẽ dei, quia nõ corporeis liniamentis, ſed quadam forma intelligibili mentis illuminatæ. Ac per hoc ſicut in illa prima luce, ſi eo nomine recte intelligitur facta lux intellectualis, particeps æternæ atq; in- F commutabilis ſapientiæ dei, non dictum eſt, & ſic eſt factum, vt deinde repeteretur, & fecit deus: quia ſicut iam quaotum potuimus diſſeruimus, nõ fiebat cognitio aliqua verbi dei in prima creatura, vt poſt eam cognitionem inferius crearetur, quod in eo verbo creabatur, ſed ipſa primo creabatᷣ lux in qua fieret cognitio verbi dei per quod ereabatur, atque ipſa cognitio illi eſſet ab informitate ſua coouerti ad formãtem deum, & creari atque formari: poſtea vero in cæteris creaturis dicitur, & ſic eſt factum: vbi ſignificatur in illa luce, hoc eſt in intellectuali ereatura prius facta verbi cognitio, ac deinde cum dicitur, & fecit deus, ipſius creaturæ genus fieri demonſtratur, quod in verbo dei dictum erat vt fieret: hoc & in hominis conditione ſeruatur. Dixit enim deus, *Gene. 1.* Faciamus hominem ad imaginem noſtram: & cætera. Ac deinde non dicitur, & ſic eſt factum: ſed iam ſubiofertur, Et fecit deus hominem ad imaginem dei: quia & ipſa oatura ſcilicet intellectualis eſt ſicut & illa lux, & propterea hoc eſt ei fieri quod eſt agnoſcere verbum dei per quod fit. Nam ſi diceretur, & ſic eſt factũ, & poſtea ſubinferretur, & fecit deus, quaſi prius factum intelligeretur

G in cognitione rationalis creaturæ, ac deinde in aliqua
creatura quæ rationalis non eſſet. Quia vero & iſta crea
tura rationalis eſt, & ipſa eadẽ cognitione perfecta eſt.
Sicut enim poſt lapſum peccati homo in agnitione dei
renouatur ſecundum imaginem eius qui creauit eum:
ita in ipſa agnitione creatus eſt antequam delicto vete-
raſceret, vnde rurſum in eadem agnitione renouaretur.
Quæ autem non in ea cognitione creata ſunt: quia ſi-
ue corpora ſiue irrationales animæ creabantur, primo
facta eſt in creatura intellectuali cognitio eorum à ver-
bo dei quod dictum eſt vt fierent: propter quam cogni-
tionem primo dicebatur, & ſic eſt factum: vt oſtendere-
tur facta ipſa cognitio in ea natura quæ hoc in verbo
dei antequam eſſet, cognoſcere poterat: ac deinde fiebãt
ipſæ corporales irrationales creaturæ, propter quod de-
Immorta- inceps addebatur, & fecit deus. Quo modo autem ho
litas homi- mo immortalis factus ſit, & acceperit eſcam cũ aliis ani-
nis. malibus herbam pabuli ferentem ſemen, & lignum fru-
Cap. XXI. ctiferum & herbam viridem, difficile eſt dicere. Si enim
2. ſen. d. 19. peccato mortalis effectus eſt, vtique ante peccatum nõ
ca. de hac. indigebat talibus cibis. Neque enim poſſet illud corpus
& ca. Ecce. fame corrumpi. Nam illud quod dictum eſt, Creſcite &
Gene. 1. multiplicamini & implete terram: quanquam niſi per
H concubitum maris & fœminæ fieri non poſſe videatur,
vnde hinc quoq; mortalium corporum extitit indiciũ:
poteſt tamen dici alium modum eſſe potuiſſe in corpo-
ribus immortalibus, vt ſolo piæ charitatis affectu nulla
2. ſen. d. 20 corruptionis concupiſcentia filij naſcerentur, nec mor-
cap. de ter- tuis parentibus ſucceſſuri, nec ipſi morituri: donec terra
mino. immortalibus hominibus impleretur, ac ſic inſtituto iu-
ſto & ſancto populo, qualẽ poſt reſurrectionẽ futurum
credimus, naſcendi etiam modus fieret: poteſt quidem
dici, & quo modo dicatur alia cõſideratio eſt. Sed non
etiam hoc quiſquam dicere audebit, ciborum indigen-
tiam quibus reficiebantur, niſi mortalibus corporibus eſ
Homo in- ſe [non] poſſe. Nonnulli autem etiam hoc ſuſpicati
terior. ſunt, nunc interiorem hominem factum, corpus autem
Cap. XXII. hominis poſtea, cum ait ſcriptura, Et finxit deus homi-
Gene. 2. nem de limo terrę: vt quod dictum eſt, fecit: ad ſpiritum
pertineat: quod autem finxit: ad corpus. Nec attendunt
maſculum & fœminam non niſi ſecundum corpus fieri
potuiſſe. Licet enim ſubtiliſsime diſſeratur ipſam men-
tem hominis in qua factus eſt ad imaginem dei, quan-
dam ſcilicet rationalem vitam, diſtribui in æternæ con
I templationis veritatem, & in quandam rerum tempo-
ralium adminiſtrationem, atque ita fieri quaſi maſculũ
& fœminam, illa parte conſulente, hac obtemperante:
in hac tamẽ diſtributione non recte dicitur imago dei,
niſi illud quod inhæret contemplandæ incommutabili
1. Corint. 11. veritati. In cuius rei figura Paulus Apoſtolus virum tan-
tum dicit imaginem & gloriam dei: mulier autem, in-
quit, gloria viri eſt. Ita quamuis hoc in duobus homini-
bus diuerſi ſexus exterius ſecũdum corpus figuratum ſit,
quod etiam in vna hominis interius mente intelligitur:
tamen & fœmina quæ eſt corpore fœmina, renouatur e-
Coloſ. 3. tiam ipſa in ſpiritu mentis ſuæ in agnitione dei ſecun-
Galat. 3. dum imaginem eius qui creauit, vbi non eſt maſculus &
fœmina. Sicut autẽ ab hac gratia renouationis, & refor-
matione imaginis dei non ſeparantur fœminæ, quamuis
in ſexu corporis earum aliud figuratũ ſit, propter quod
vir ſolus dicitur eſſe imago & gloria dei, Sic & in ipſa
prima conditione hominis, ſecundum id quòd & fœmi
na homo erat, habebat vtique mentem ſuam eandemq;
rationalem, ſecundũ quam ipſa quoque facta eſt ad ima
ginem dei: ſed propter vnitatẽ cõiunctionis, fecit deus,
inquit, hominem ad imaginem dei. Ac ne quiſquam pu K
taret ſolum ſpiritũ hominis factum, quamuis ſecundum *Gene. 1.*
ſolum ſpiritum fieret ad imaginẽ dei, fecit illum, inquit,
maſculum & fœminã, vt iam etiam corpus factũ intelli
gatur. Rurſum ne quiſquã arbitraretur ita factum, vt in
homine ſingulari vterque ſexus exprimeretur, ſicut in-
terdum naſcuntur quos androgynos vocant, oſtẽdit ſe
ſingularem numerum propter coniunctionis vnitatem
poſuiſſe. Et quòd de viro mulier facta eſt, ſicut poſtea ma
nifeſtabitur, cum id quod hic breuiter dictum eſt, diligẽ
tius cœperit explicari: & ideo pluralem numerum con-
tinuo ſubiecit dicens, Fecit eos & benedixit eos. Sed vt
iam dixi, diligentius in conſequenti ſcriptura de homi-
nis creatione requiremus. Nunc animaduertendum *Fructus ter*
eſt, quòd poſtea quàm dixit, Et ſic factum eſt: ſtatim ſub- *ræ. Caput*
iecit, Et vidit deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde: *XXIII.*
vbi intelligitur poteſtas & facultas ipſa data naturæ hu-
manæ ſumendi ad eſcam pabulum agri & fructus ligni.
Ad hoc enim intulit, Et ſic eſt factum: quod ab illo loco
inchoauerat, vbi ait, Et dixit deus, ecce dedi vobis pabu-
lum ſeminale: & cætera. Nam ſi ad omnia quę ſupra di-
cta ſunt, retulerimus quod ait, Et ſic eſt factũ: conſequẽs
erit vt confiteamur etiam creuiſſe illos iam & multipli-
catos impleuiſſe terrã in eodem ſexto die, quod eadem L
ſcriptura teſtãte poſt multos annos factum inuenimus.
Quapropter cum data eſſet hæc facultas edendi, & hoc
deo dicẽte homo cognouiſſet, dicitur, & ſic eſt factum:
in hoc vtique quod deo dicente homo cognouit, Nam
ſi id etiam tunc egiſſet, id eſt, in eſcam illa quę data ſunt
etiam veſcendo aſſumpſiſſet, ſeruaretur illa conſuetudo
ſcripturæ, vt poſteaquam dictum eſt, & ſic eſt factum,
quod ad exprimendam præcedẽtem cognitionem per-
tinet, deinde inferretur etiã ipſa operatio, ac diceretur,
& acceperunt & ederunt. Poterat enim ita dici, etiam ſi
non rurſus nominaretur deus, Sicut in illo loco poſtea
quàm dictum eſt, Congregetur aqua quæ ſub cœlo eſt
in cõgregationem vnam & appareat arida: ſubinfertur,
& ſic eſt factum. Ac deinde nõ dicitur, & fecit deus: ſed
tamen ita reperitur, Et congregata eſt aqua in congrega
tiones ſuas & cætera. Quòd autem non ſingillatim *Valde bo-*
vt in cæteris etiam de humana creatura dixit, Et vidit *na. Caput*
deus quia bonum eſt: ſed poſt hominẽ factum, datám- *XXIIII.*
que illi poteſtatem vel dominandi vel edendi, ſubintu- *Gene. 1.*
lit de omnibus. Et vidit deus omnia quę fecit, & ecce bo
na valde: merito quæri poteſt. Potuit enim primo reddi M
homini ſingillatim, quod ſingillatim cæteris quæ antea
facta ſunt redditum eſt, tum demum de omnibus dici
quæ fecit deus, ecce bona valde. An forte quia ſexto die
perficiuntur omnia, propterea de omnibus dicendum
fuit, vidit deus omnia quę fecit, & ecce bona valde: non
ſingillatim de iis quę ipſo die facta ſunt? Cur ergo de pe
coribus & beſtiis & reptilibus terræ dictum eſt, quæ ad
eundem diem ſextum pertinent, niſi forte illa & ſingil-
latim in ſuo genere, & cum cæteris vniuerſaliter dici
bona meruerunt, & homo factus ad imaginem dei, non
niſi cum cæteris hoc dici meruit? An quia perfectus
nondum erat, quia nondum erat in paradiſo conſtitu-
tus: quaſi vero poſtea quam ibi conſtitutus eſt, dictum
ſit quod hic prætermiſſum eſt? Quid ergo dicimus? An
quia præſciebat deus hominem peccaturum, nec in ſuæ
imaginis perfectione manſurum, non ſingillatim, ſed
cum cæteris eum dicere voluit bonum, velut intimans
quid eſſet futurum? Quia cum ea quæ facta ſunt, in eo
quòd facta ſunt quantum acceperunt, manent: ſicut vel
illa quæ non peccauerunt, vel illa quæ peccare non poſ-
ſunt;

A ſunt : & ſingula bona ſunt , & in vniuerſo bona valde
ſunt.Non enim fruſtra eſt additũ,valde, quia & corpo-
ris membra etiam ſi ſingula pulchra ſunt, multo ſunt ta
men in vniuerſi corporis compage omnia pulchriora,
Quia oculum,verbi gratia,placitum atque laudatum,ta
men ſi ſeparatum à corpore videremus, non diceremus
tam pulchrum quàm in illa connexione membrorum,
cum loco ſuo poſitus in vniuerſo corpore cerneretur.
Ea vero quæ peccando amittunt decus proprium,nullo
tamen modo efficiunt,vt non etiam ipſa recte ordinata
cum toto atq; vniuerſo bona ſint.Homo igitur ante pec
catũ & ſuo genere vtiq; bonus erat: ſed ſcriptura prętermiſit hoc dicere,vt illud potius diceret quod futurũ aliquid prænũciaret . Non enim falſum de illo dictum eſt.
Qui enim ſingillatim bonus eſt,magis vtiq; cum omnibus bonus eſt.Non autẽ quando cũ omnibus bonus eſt,
ſequitur vt etiam ſingillatim bonus ſit . Moderatum eſt
itaq; vt id diceretur , & quod in præſenti verum eſſet,&
præſcientiam ſignificaret futuri. Deus enim naturarum
optimus cõditor, peccantiũ vero iuſtiſsimus ordinator
eſt : vt etiam ſi qua ſingillatim fiunt deliquendo deformia,ſemper tamẽ cũ eis vniuerſitas pulchra ſit . Sed iam
B ea quæ ſequuntur in ſequenti volumine pertractemus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE GENESI AD LITERAM,
Liber quartus.

Dies ſex quo modo accipiendi. Cap.I. Gene.2.

ET conſummata ſunt cœlũ & terra,& omnis ornatus eorũ,Et conſummauit deus in die ſexto opera ſua quæ fecit,& requieuit deus in die ſeptimo ab omnib⁹ operibus ſuis quæ fecit , Et benedixit deus diẽ ſeptimũ, & ſanctificauit eũ, quia in ipſo requieuit ab omnib⁹ operibus ſuis quę inchoauit deus facere.Arduũ quidẽ atque difficillimũ eſt viribus intentionis noſtræ, voluntatẽ ſcriptoris in iſtis ſex diebus,mentis viuacitate penetrare, vtrum præterierint dies illi, & addito ſeptimo,
nunc per volumina temporũ, non re ſed nomine repetantur.In toto enim tempore multi dies veniunt prętexitis ſimiles,nullus autem idem redit. Vtrum ergo præterierint dies illi:an iſtis qui eorum vocabulis & numero
C cenſentur in temporum ordine quotidie tranſcurrentibus,illi in ipſis rerum conditionibus maneant: vt nõ ſolum in illis tribus antequam fierẽt luminaria , ſed etiam
in reliquis item tribus dici nomẽ intelligamus in ſpecie
rei quæ creata eſt, noctemq; eius priuationem vel defectum:vel ſi quo alio nomine melius ſignificatur,cum amittitur ſpecies aliqua mutatione,à forma ad informitatem declinante atq; vergẽte: quæ mutatio in omni creatura ſiue poſsibilitate ineſt etiam ſi deſit effectus,ſicut in
cœleſtibus ſuperioribus: ſiue ad implendã in infimis rebus pulchritudinẽ temporalẽ , per ordinatas vices quorumq; mutabilium deceſsionibus ſucceſsionibuſq; peragitur, ſicut manifeſtum eſt in rebus terrenis atq; mortalibus:veſpera vero in omnibus perfectę cõditionis quaſi quidam terminus ſit,mane autem incipientis exordiũ:
omnis enim creata natura certis ſuis initiis & finibus cõtinetur,indagare difficile eſt.Sed ſiue hoc,ſiue illud,ſiue
aliquid etiam tertiũ probabilius quod dicatur poſsit inueniri,quod in progreſſu diſputationis forſitan apparebit,quemadmodũ in illis diebus & nox & veſpera & mane intelligatur: non eſt tamen ab re, vt cõſideremus ſe-

narij numeri perfectionem in ipſa interiori natura nu- D
merorum,quam mente intuentes ea quæ ſenſibus etiam
corporis adiacẽt numeramus, numeroſq; diſponimus.

Inuenimus ergo ſenarium numerum primũ eſſe perfectum ea ratione quòd ſuis partibus compleatur, Sunt enim & alij numeri aliis cauſis rationibuſque perfecti. *Senarius numerus. Cap.II.*
Proinde iſtum ſenarium ea ratione perfectum dicimus,
quòd ſuis partibus compleatur,talibus dũtaxat partibus
quæ multiplicatæ poſsint conſummare numerum cuius
partes ſunt. Talis enim pars numeri dici poteſt quota ſit,
Nam ternarius numerus poteſt dici pars,non tãtum ſenarij cuius dimidia eſt,ſed omnium ampliorũ quàm eſt
ipſe ternarius. Nã & quaternarij & quinarij pars maior
ternarius eſt : poteſt enim diuidi & quaternarius in tria
& vnũ,& quinarius in tria & duo:& ſeptenarij & octonarij & nouenarij, & quicquid vltra eſt numerorũ, pars
eſt ternari⁹,nõ maior vel dimidia,ſed minor.Nã ſeptenarius quoque diuidi poteſt in tria & quatuor, & octonarius in tria & quinq;, & nouenarius in tria & ſex: ſed
nullius horum poteſt dici ternarius quota ſit pars , niſi
tantum nouenarij, cuius pars tertia eſt ſicut ſenarij dimidia.Itaq; horum omnium quos cõmemoraui,nullus cõſummatur ex aliquot ternariis niſi ſenarius & nouenarius,Nam ille conſtat ex duobus ternariis,iſte autem ex E
tribus. Senarius ergo numerus,vt dicere cœperam, partibus ſuis connumeratis & in ſummã ductis,in ſe completur.Alij nanq; ſunt numeri quorum partes ſimul ductæ minorem ſummam faciũt, alij vero ampliorem:certis vero interuallorũ rationibus pauciores inueniuntur,
qui ſuis partibus cõpleantur, quarũ ſumma nec citra inſiſtat,nec vltra excreſcat,ſed ad tantum occurrat quãtus
eſt ipſe numerus cuius partes ſunt. Horum primus ſenarius eſt, Nam vnius in numeris nullæ partes ſunt. Sic enim dicitur vnũ in numeris quibus numeramus,vt non
habeat dimidium vel aliquam partem, ſed vere ac pure
ac ſimpliciter vnum ſit, Duorum autẽ pars vnum eſt, &
eſt dimidia,nec vlla altera . Ternarius vero duas habet:
vnam quæ dici poſsit quota ſit,quod eſt vnũ,nam tertia
eius eſt:& aliam maiorem quę non poſsit dici quota ſit,
id eſt duo:nec hui⁹ ergo partes cõputari poſſunt illæ de
quibus agimus,id eſt quæ dici poſſunt quotæ ſint.Porrò
quaternarius duas habet tales : nam vnũ quarta eius eſt,
duo dimidia:ſed ambæ in ſummam ductæ,id eſt vnum
& duo,ſimul ternarium faciunt,nõ quaternarium.Non
ergo eum cõplent partes ſuæ,quia in ſumma minore cõ- F
ſiſtunt. Quinarius non habet talem niſi vnam, id eſt,ipſum vnum quę quinta pars eius eſt.Nam & duo quanuis
pars eius minor ſit,& tria maior:neutra tamen earum dici poteſt quota pars eius ſit. Senarius vero tres partes tales habet,ſextam, tertiã, dimidiam, ſexta eius vnum eſt,
tertia duo,dimidia tria. Hæ autem partes in ſummã ductæ,id eſt,vnũ & duo & tria,ſimul eundẽ conſummant
perficiuntq; ſenarium. Iam ſeptenarius non habet talem
partem niſi ſeptimum,quod eſt vnum. Octonarius tres,
octauam,quartam,dimidiam,id eſt, vnum duo & quatuor: ſed hæ ſimul ductæ ſeptenarium faciunt infra exiſtentem:non ergo cõplent eundem octonarium. Nouenarius duas habet,nonã quòd eſt vnum , & tertiã quod
eſt tria: hæ autem ſimul quaternarium faciunt longe nouenario minorem.Denarius tres habet tales partes, vnũ
decimam,duo quintam,quinque dimidiam,qui numeri
ſimul ducti ad octonarium perueniũt, non ad denariũ.
Vndenarius non habet niſi ſolam vndecimã , ſicut ſeptenarius ſolam ſeptimam, & quinarius ſolam quintã,&
ternarius ſolã tertiam,& binarius ſolam dimidiã,quod

G in omnibus vnum eſt. Duodenarius vero partibus ſuis
talibus ſimul ductis, non ipſe cõſummatur, ſed excedit,
ampliorem quippe duodenario numerum faciũt. Nam
vſque ad ſexdecim perueniũt, habet enim eas quinque,
duodecimam, ſextam, quartã, tertiam, dimidiam. Nam
duodecima eius vnum eſt, ſexta duo, quarta tria, tertia
quatuor, dimidia ſex, vnum autem & duo & tria & qua-
tuor & ſex in ſummam ducta ſexdecim ſunt. Et ne mul-
tus morer, in infinita ſerie numerorum plures numeri
inueniuntur, qui tales partes aut non habent niſi ſingu-
las, ſicut ternarius & quinarius & cęteri eiuſmodi, aut ita
plures habẽt tales partes, vt in vnum ductæ atq; in ſum-
mam redactę vel citra inſiſtãt, ſicut eſt octonarius & no
uenarius, & alij plurimi, vel vltra excedant, ſicut duode-
cim, & duodeuiginti, & multi tales. Plures ergo reperiũ-
tur quilibet horum quàm illi qui perfecti vocantur, eo
quòd multis ſuis ſimul ductis talibus partibus complean
tur. Nam poſt ſenarium duodetriginta inueniũtur, qui
ſimiliter ſuis talib⁹ partibus cõſtat: habet enim eas quin-
que, viceſimamoctauam, quartãdecimam, ſeptimã, quar
tam, dimidiam, id eſt vnum & duo, quatuor & ſeptẽ &
H quatuordecim: quæ ſimul ductæ eundẽ duodetriceſimũ
complent, fiunt enim vigintiocto: & quanto magis nu-
merorum ordo procedit, tanto productioribus pro ra-
ta proportione interuallis reperiũtur hi numeri, qui ſuis
talibus partibus in ſummã redactis ad ſeipſos occurrũt,
dicuntúrque perfecti. Quorum enim numerorum tales
partes ſimul ductę non implent eoſdem numeros quo-
rum partes ſunt, imperfecti appellantur: quorum autem
excedunt, plus quàm perfecti appellãtur. Profecto ergo
numero dierum, hoc eſt ſenario, perfecit deus opera ſua
Gene.2. quæ fecit. Ita enim ſcriptum eſt, Et conſummauit deus
in die ſeptimo opera ſua quæ fecit. Magis autẽ in iſtum
numerum intentus fio, cum conſidero etiam ordinem
operum ipſorum. Sicut enim idem numerus gradatim
partibus ſuis in trigonum ſurgit, Nam ita ſe ſequuntur
vnum, duo, tria, vt nullus alius interponi poſsit, quę ſin-
gulæ ſenarij partes ſunt quibus conſtat, vnum ſexta, duo
tertia, tria dimidia, Ita vno die facta eſt lux, duobus au-
tem ſequentibus fabrica mũdi huius, vno ſuperior pars,
id eſt, firmamentum, altero inferior, id eſt mare & ter-
ra: ſed partem ſuperiorem nullis alimentorum corpo-
ralium generibus impleuit, quia non ibi erat poſiturus
I corpora tali refectione indigentia: at inferiorem quam
ſibi congruentibus animalibus ornaturus erat, neceſſa-
riis eorum indigentiæ cibis ante ditauit. Reliquis ergo
tribus diebus ea creata ſunt, quæ intra mundum, id eſt,
intra iſtam vniuerſitatem viſibilem ex elementis omni-
bus factam, viſibilia ſuis & congruis motibus ageren-
tur: primo in firmamento luminaria, quia prius erat fa-
ctum firmamentum: deinde in inferiore animantia, ſi-
cut ordo ipſe poſcebat, vno die aquarum, alio terrarum:
nec quiſquam ita demens eſt vt audeat dicere non po-
tuiſſe deum facere vno die cũcta ſi vellet: aut ſi vellet bi
duo, vno die ſpiritalem creaturam, & alio corporalem:
ſiue vno die cœlum cum omnibus pertinẽtibus, & alio
terram cum omnibus quæ in ea ſunt: & omnino quan-
do vellet, quandiu vellet, & quo modo vellet: quis eſt
**† aliàs, gradata.* qui dicat voluntati eius aliquid potuiſſe reſiſtere? Qua-
propter cum eum legimus ſex diebus omnia perfeciſſe,
Numerus, Menſura, Pondus. & ſenarium numerum conſiderantes, inuenimus eſſe
perfectum, atq; ita creaturarum ordinẽ currere, vt etiam
ipſarum partium quibus iſte numerus perficitur, appa-
Cap. III. reat quaſi quadrata †* diſtinctio. Venit etiam il-
Sapien. 11. lud in mentem quod alio loco ſcripturarum ei dicitur,
Omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti: K
atque ita cogitet anima quæ poteſt, inuocato in auxi-
lium deo & impertiente atque inſpirante vires, vtrum
hæc tria, menſura, numerus, pondus, in quibus deum di-
ſpoſuiſſe omnia ſcriptum eſt, erant alicubi antequã crea
retur vniuerſa creatura, an etiam ipſa creata ſunt? & ſi
erant antea, vbi erant. Neque enim ante creaturam erat
aliquid niſi creator. In ipſo ergo erant. Sed quo modo?
Nam & iſta quæ creata ſunt, in ipſo eſſe legimus: an illa
ſicut ipſe, iſta vero ſicut in illo à quo reguntur & guber-
nantur? Et quo modo illa ipſe? Neque enim deus menſu
ra eſt, aut numerus, aut pondus, aut omnia iſta. An ſecun
dum id quod nouimus menſuram in eis quæ metimur,
& numerũ in eis quæ numeramus, & pondus in eis quæ
appendimus? non eſt deus iſta: ſecundum id vero quòd
menſura omni rei modum præfigit, & numerus omni
rei ſpeciem præbet, & pondus omnem rem ad quietem
ac ſtabilitatem trahit, ille primitus & veraciter & ſin-
gulariter, iſta eſt qui terminat omnia, & format omnia,
& ordinat omnia: nihilque aliud dictum intelligitur,
quo modo per cor & linguam humanã dici potuit, om
nia in mẽſura & numero & pondere diſpoſuiſti, niſi om
nia in te diſpoſuiſti. Magnum eſt paucíſque conceſſum, L
excedere omnia quæ metiri poſſunt, vt videatur menſu-
ra ſine menſura, excedere omnia quę numerari poſſunt,
vt videatur numerus ſine numero, excedere omnia quæ
appendi poſſunt, vt videatur pondus ſine pondere.
Neque enim menſura & numerus & pondus in la- *Certus modus in reb⁹ ſpiritalib⁹ quoque.*
pidibus tantummodo & lignis atque huiuſmodi moli-
bus, & quantiſcunque corporalibus vel terreſtribus vel
cœleſtibus animaduerti & cogitari poteſt. Eſt etiã men-
ſura aliquid agendi, ne ſit irreuocabilis & immoderata *Cap. IIII.*
progreſsio: & eſt numerus [& affectionũ] animi & vir-
tutũ, quo ab ſtultitię deformitate, ad ſapientię formã de
cúſque colligitur: & eſt põdus voluntatis & amoris, vbi
apparet quanti quidque in appetendo, fugiendo, præpo-
nendo, poſtponendóque pendatur: ſed hæc animorum
atque mentium menſura alia menſura cohibetur, & nu
merus alio numero formatur, & pondus alio pondere
rapitur. Menſura autẽ ſine mẽſura eſt, cui æquatur quod
de illa eſt, nec aliũde ipſa eſt. Numerus ſine numero eſt,
quo formantur omnia, nec ipſe formatur: pondus ſine
pondere eſt, quò referuntur vt quieſcant, quorum quies
purum gaudiũ eſt, nec illud tamen refertur ad aliud: ſed
nomina menſuræ & numeri & ponderis, quiſquis non M
niſi viſibiliter nouit, ſeruiliter nouit. Tranſcendat itaq;
omne quod ita nouit, aut ſi nondum poteſt, nec ipſis no
minibus hæreat, de quibus cogitare niſi ſordide non po
teſt: tãto enim magis cuiq; iſta in ſuperioribus cara ſunt,
quanto ipſe minus eſt in inferioribus caro. Quòd ſi nõ
vult aliquis ea vocabula quæ in rebus infimis & abiectiſ
ſimis didicit, transferre ad illa ſublimia, quibus intuen-
dis mentem ſerenare conatur, non eſt vrgendus vt fa-
ciat. Dum enim hoc intelligatur quod intelligendũ eſt,
non magnopere curandũ eſt quid vocetur. Scire opor-
tet tamen cuiuſmodi ſimilitudo eſt inferiorum ad ſupe-
riora: Nõ enim aliter recte hinc illuc ratio tendit & ni-
titur. Iam vero ſi quiſquam dicit creatam eſſe mẽſuram
& numerum & põdus, in quibus deũ omnia diſpoſuiſſe
ſcriptura teſtatur, ſi in illis omnia diſpoſuit, eadem ipſa
vbi diſpoſuit? Si in aliis, quo modo ergo omnia in ipſis, *Diſpoſuiſſe in numero, mẽſura, põdere. Ca. V.*
quando ipſa in aliis? Non itaque dubitãdum eſt illa eſſe
extra ea quæ diſpoſita ſunt, in quibus oĩa diſpoſita ſunt.
An forte putabimus ita eſſe dictum, omnia in mẽſu-
ra & numero & pondere diſpoſuiſti: ac ſi diceretur, om *Sapien. 11.*
nia

A nia ſic diſpoſuiſti vt haberent & mẽſuram & numerum
& pondus? Quia & ſi diceretur, omnia corpora in colo-
ribus diſpoſuiſti: non hinc eſſet cõſequens, vt ipſa dei ſa-
pientia per quã facta ſunt omnia, colores in ſe prius ha-
buiſſe intelligeretur in quib⁹ faceret corpora: ſed ita ac-
ciperetur, omnia corpora in coloribus diſpoſuiſti: ac ſi
diceretur, omnia corpora ſic diſpoſuiſti, vt haberent co
lores. Quaſi vero à creatore deo diſpoſita in coloribus
corpora, id eſt ita diſpoſita vt colorata eſſent, poſsit ali-
ter intelligi, niſi aliqua ratio colorũ ſingulis corporum
generibus diſtribuendorum in ipſa diſponẽtis ſapientia
fuiſſe intelligatur, & ſi color ibi non appellatur: hoc eſt
enim quod dixi, dum res cognoſcitur, nõ eſſe de voca-
bulis laborandum. Fateamur ergo ita dictum eſſe, om-
nia in menſura & numero & põdere diſpoſuiſti: tanquã
ita dictum eſſet, ita diſpoſita vt haberent proprias men-
ſuras ſuas & proprios numeros & proprium põdus, quæ
in eis pro ſui cuiuſque generis mutabilitate mutarentur,
augmẽtis & diminutionibus, multitudine & paucitate,
leuitate & grauitate, ſecundum diſpoſitionem dei. Nun
quid ſicut iſta mutantur, ita ipſum dei conſilium in quo
B ea diſpoſuit mutabile dicimus? Auertat ipſe tantam de-
Quo modo deus diſpoſuerit oĩa. Cap. VI. mentiam. Cum ergo hæc ita diſponerentur vt habe-
rent menſuras & numeros & pondera ſua, vbi ea cerne-
bat ipſe diſponens? Neque enim extra ſeipſum cernebat
ſicut cernimus oculis corpora: quæ vtique nõdum erant
cum diſponerentur vt fierẽt. Nec intra ſeipſum iſta cer-
nebat ſicut animo cernimus phantaſias corporum, quæ
nõ præſto ſunt oculis, ſed ea quæ videmus vel ex eis quę
videmus imaginando cogitamus. Quo ergo modo iſta
Sapien. 9. cernebat vt ita diſponeret? Quo niſi eo quo ſolus poteſt?
Verumetiam nos mortales & peccatores, quorum ani-
mas aggrauãt corpora corruptibilia, & quorum ſenſum
multa cogitantem terrena deprimit habitatio, quanquã
& ſi corda mundiſsima & mentes ſimpliciſsimas gere-
remus, ſanctiſque angelis iam eſſemus æquales non vti-
que nobis ita eſſet nota diuina ſubſtantia ſicut ipſa ſibi.

Senarij numeri perfectionẽ quo modo cernamus. Cap. VII. Tamẽ iſtam ſenarij numeri perfectionem, nec extra
nosipſos cernimus, ſicut oculis corpora, nec intra noſ-
metipſos quemadmodum corporum phantaſias, & viſi-
bilium imagines rerũ, ſed alio quodam longe differen-
ti modo, Quanuis enim ſe obiectẽt mẽtis aſpectui quaſi
corpuſculorum quædam ſimulachra, cum ſenarij nume
C ri compoſitio vel ordo vel partitio cogitatur: tamen va-
lidior & præpotentior deſuper ratio non eis annuit in-
terius quæ numeri vim contuetur, per quem contuitum
fidenter dicit, id quod dicitur vnum in numeris in nul
las partes diuidi poſſe, nulla autẽ corpora niſi in partes
innumerabiles diuidi, & facilius cœlum & terrã tranſi-
re quæ ſecũdum ſenariũ numerum fabricata ſunt, quàm
effici poſſe vt ſenarius numerus non ſuis partibus com-
pleatur. Gratias itaque creatori ſemper agat animus hu-
manus, à quo ita creatus eſt, vt hoc poſsit videre quod
auium nulla, nulla beſtiarum, quę tamẽ nobiſcum vidẽt
& cœlum, & terram, & luminaria, & mare, & aridam, &
omnia quæ in eis ſunt. Quamobrem non poſſumus di-
cere, propterea ſenarium numerum eſſe perfectum, quia
ſex diebus perfecit deus omnia opera ſua: ſed propterea
deũ ſex diebus perfeciſſe opera ſua, quia ſenarius nume-
rus perfectus eſt. Itaque etiam ſi iſta nõ eſſent, perfectus
ille eſſet: Niſi autem ille perfectus eſſet, iſta ſecundũ eum
Quies diei ſeptimi. Cap. VIII. Gene. 2. perfecta non fierent. Iam vero quod ſcriptum eſt, re-
quieuiſſe deum in die ſeptimo ab omnib⁹ operibus ſuis
quæ fecit, & ideo eundem diem benedixiſſe & ſanctifi-
caſſe, quia in ipſo requieuit [ab omnibus operibus ſuis,]
vt quo modo poſſumus, quantũ ab ipſo fuerimus adiuti D
intellectu conemur attingere, prius de hoc carnales ho-
minum ſuſpiciones à noſtris mentibus abigamus. Nun-
quid enim dici aut credi fas eſt deum laboraſſe in ope-
rando, cũ ea quæ ſupra ſcripta ſunt condidit, quando di
cebat, Fiant, & fiebant? Ita quippe nec homo laborat, ſi
aliquid faciendum mox vt dixerit fiat. Quãuis enim hu
mana verba ſonis adminiculata ita proferantur vt ſer-
mo diuturnus fatiget, tamen cum tam pauca ſunt quàm
pauca legimus in eo quod ſcriptum eſt, cum dixit deus,
fiat lux, fiat firmamentum, & cætera vſque in finem ope
rum quæ ſexto die conſummauit, nimis abſurdi delira-
menti eſt, iſtum vel hominis nedum dei laborem puta-
re. An forte quis dixerit, dicendo quidem vt fierent, quę
continuo facta ſunt, deum non laboraſſe, ſed forte co-
gitando quid fieri debuiſſet: qua velut cura liberatus re-
rum perfectione requieuerit, & eo merito diem quo pri
mo factus eſt ab hac animi intentione ſecurus, benedi-
cere & ſanctificare voluerit? Quod ſapere multum deſi-
pere eſt, Rerum enim condẽdarum tam facultas quàm
facilitas incomparabilis atq; ineffabilis eſt apud deum. E

Quid reſtat vt intelligamus, niſi forte creaturę ratio- *Quo modo*
nali in qua & hominem creauit, in ſeipſo requiem præ- *deus agat*
buiſſe poſt eius perfectionẽ per donum ſpiritus ſancti, *am quie-*
per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris, vt il- *ſcat. C. IX.*
luc feramur appetitu deſiderij, quò cũ peruenerimus re- *Roma. 5.*
quieſcamus, id eſt nihil amplius requiramus? Sicut enim
recte dicitur deus facere quicquid ipſo in nobis operan-
te fecerimus: ita recte deus dicitur requieſcere cum eius
munere requieſcimus. Hoc quidem recte intelligimus,
quia & verum eſt, & nõ magna intẽtione indiget, vt vi-
deamur ita dicere requieſcere deũ, cum nos requieſcere
facit, ſicut dicitur cognoſcere, cum efficit vt cognoſca-
mus. Neq; enim deus temporaliter cognoſcit quod an-
tea non nouerat, & tamen dicit ad Abraham, Nunc co- *Gene. 22.*
gnoui quoniã times deũ: vbi quid aliud accipimus, niſi
nunc feci vt cognoſceretur? His locutionũ modis, cum
ea quę non accidunt deo, tanquã illi accidãt loquimur,
eũ facere agnoſcimus vt nobis accidãt ea duntaxat quæ
laudabilia ſunt. Et hoc quantum ſcripturarum vſus ad-
mitrit, Neq; enim nos temere aliquid tale de deo dice-
re debemus, quod in ſcriptura eius non legimus. Et hoc
locutionis modo arbitror dictum illud ab Apoſtolo,
Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum dei, in quo ſignati *Ephe. 4.*
eſtis in die redemptionis. Neque enim ipſa ſpiritus ſan- F
cti, qua eſt quicquid ipſe eſt, ſubſtãtia contriſtari poteſt,
cum habeat æternam atque incõmutabilem beatitudi-
nem, magiſq; ſit ipſa æterna & incommutabilis beatitu-
do: Sed quia ita in ſanctis habitat, vt eos impleat chari-
tate qua neceſſe eſt vt homines ex tempore gaudeant
profectu fidelium & bonis operibus, & ideo neceſſe eſt
etiam cõtriſtentur lapſu vel peccatis eorum, de quorum
fide ac pietate gaudebãt, quæ triſticia laudabilis eſt, quia
venit ex dilectione quam ſpiritus ſanctus infundit: prop
terea ipſe ſpiritus dicitur contriſtari ab eis qui ſic agunt
vt eorum factis contriſtentur ſancti, non ob aliud niſi
quia ſpiritum ſanctum habent, quo donò tam boni ſunt
vt eos mali mœſtificent, hi maxime quos bonos fuiſ-
ſe ſiue nouerunt ſiue crediderunt, Quę profecto triſticia
non ſolum non culpanda, verumetiã præcipue laudan-
da atque prædicanda eſt. Hoc genere locutionis rurſus
idem Apoſtolus mirabiliter vſus eſt vbi ait, Nunc autem *Galat. 4.*
cognoſcentes deum, immo cogniti ab eo. Neque enim
tunc eos cognouerat deus, præcognito videlicet an-
te conſtitutionem mundi: ſed quia tunc ipſi eum illius *1. Petri. 1.*

G muneꝛe non ſuo merito vel facultate cognouerant, ma
luit tropice loqui vt tunc ab illo cognitos diceret cũ eis
cognoſcẽdum ſe præſtitit, & verbũ corrigere, quaſi hoc
minus recte dixerit quod proprie dixerat, quàm ſinere
vt hoc ſibi arrogarent ſe potuiſſe quod eis poſſe ille do-
Quies ab nauerat. Hic ergo intellectus in eo quod poſitum eſt,
operibus. requieuiſſe deum ab omnibus operibus ſuis quę fecit bo
Cap. X. na valde, quia ipſe nos facit requieſcere cum bona ope-
ra fecerimus, quibuſdam forte ſuffecerit. Sed nos huius
ſententiæ ſcripturarum conſideratione ſuſcepta, vrge-
mur quærere quo nam modo & ipſe requieſcere potue-
rit, quamuis requie ſua nobis inſinuata ſperare admonu-
erit in ſe requiem noſtram futuram. Sicut enim ipſe fe-
cit cœlum & terram & ea quę in eis ſunt: & omnia ſexto
die conſummauit, nec in eis dici poteſt aliquid nos cre-
aſſe illo donante vt crearemus, & ideo dictum eſſe, con
ſummauit deus in die ſexto opera ſua quæ fecit, quia vt
à nobis conſummarentur ipſe præſtitit: Ita & quod di-
ctum eſt, requieuit deus in die ſeptimo ab omnibus ope
ribus ſuis quæ fecit, non vtique noſtram requiem quam
concedente ipſo adepturi ſumus, ſed ipſius primitus in-
telligere debemus quia in ſeptimo die requieuit cõſum-
H matis operibus, vt prius omnia quæ ſcripta ſunt facta
monſtrentur, & deinde ſi opus eſt, etiam aliquid ſigni-
ficaſſe doceantur. Recte quippe dicitur, ſicut deus poſt
opera ſua bona requieuit, ita & nos poſt opera noſtra bo
na requieturos. Sed ob hoc etiã recte flagitatur, vt quẽ-
admodum diſputatum eſt de operibus dei, quæ ipſius eſ-
ſe ſatis apparet, ita de requie dei ſatis diſſeratur, quæ pro-
Deũ requie pria ipſius demonſtretur. Quapropter iuſtiſsima ra-
ſcere & ope tione compellimur indagare ſi valeamus atque eloqui,
rari. C. XI. quo modo vtrũque ſit verum, & quod hic ſcriptum eſt,
Gene. 2. in ſeptimo die requieuiſſe deum ab omnibus operibus
Ioã. 1. & 5. ſuis quæ fecit, Et quod in Euangelio dicit ipſe, per quem
facta ſunt omnia, Pater meus vſque nunc operatur &
ego operor. Eis enim hoc reſpondit, qui propter re-
quiem dei ſcripturæ huius authoritate antiquis cõmen-
datum ſabbatum ab eo non obſeruari querebantur. Et
dici quidem probabiliter poteſt, obſeruandum ſabba-
tum Iudæis fuiſſe præceptum in vmbra futuri: quæ ſpiri-
talem requiem figuraret, quam deus exemplo huius quie
tis ſuæ fidelibus bona opera facientibus arcana ſignifica
tione pollicebatur. Cuius quietis & ipſe dominus Chri-
ſtus, qui non niſi quando voluit paſſus eſt, etiam ſepultu
I ra ſua myſterium cõfirmauit. Ipſo quippe die ſabbati re-
quieuit in ſepulchro, eumq; totum diem habuit ſanctæ
cuiuſdam vacationis, poſtea quàm ſexto die, id eſt, para-
ſceue, quem dicunt ſextum ſabbati, cõſummauit omnia
opera ſua, cum de illo quæ ſcripta ſunt, in ipſo crucis pa
tibulo complerentur. Nam & hoc verbo vſus eſt quan-
Ioan. 19. do ait, Conſummatũ eſt, & inclinato capite tradidit ſpi-
ritum. Quid ergo mirum ſi deus iſtum diem quo erat
Chriſtus in ſepulchro quieturus, volens etiam hoc mo-
do prænunciare, ab operibus ſuis in vno die requieuit,
deinceps operaturus ordinem ſeculorum, vt & illud ve-
Deus conti re diceretur, Pater meus vſque nunc operatur. Po-
net & tue- teſt etiam intelligi deum requieuiſſe à condendis gene-
tur omnia. ribus creaturæ, quia vltrà iam non condidit aliqua ge-
Cap. XII. nera noua: deinceps autem vſque nũc & vltra operatur
2. ſen. d. 15. eorundem generum adminiſtrationem, quę tunc inſti-
Iam de ſep tuta ſunt, non vt ipſo ſaltem die ſeptimo potentia eius à
timo. cœli & terræ, omniũmque rerum quas condiderat gu-
bernatione ceſſaret, alioquin continuo dilaberentur.
Creatoris nanque potentia & omnipotentis, atque om-
nitenentis virtus, cauſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ:
Quæ virtus ab eis quę creata ſunt regendis, ſi aliquando K
ceſſaret, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies, omniſq; natu-
ra concideret, Neque enim ſicut ſtructuram ędium cum
fabricauerit quis abſcedit, atque illo ceſſante atq; abſce-
dente ſtat opus eius, ita mundus vel ictu oculi ſtare po-
terit, ſi ei deus regimen ſui ſubtraxerit. Proinde & quod
dominus ait, Pater meus vſq; nunc operatur: continua- *Ioan. 5.*
tionem quandam operis eius qua vniuerſam creaturam
continet atque adminiſtrat oſtendit. Aliter enim poſſet
intelligi ſi diceret, & nunc operatur, vbi non eſſet neceſ
ſe vt operis continuationem acciperemus: aliter autem
cogit intelligi cum ait, vſque nunc, ex illo ſcilicet quo
cuncta cum conderet operatus eſt. Et quod ſcriptum eſt
de ſapientia eius, Pertingit à fine vſq; ad finem fortiter, *Sapien. 8.*
& diſponit omnia ſuauiter, de qua item ſcriptum eſt, ꝙ *Sapien. 7.*
motus eius agilior celeriòrque ſit omnibus motibus: ſa-
tis apparet recte intuentibus, hunc ipſum incomparabi-
lem & ineffabilem, &, ſi poſsit intelligi, ſtabilẽ motum
ſuum, rebus eam præbere ſuauiter diſponendis, quo vti-
que ſubtracto ſi ab hac operatione ceſſauerit, eas conti-
nuo perituras. Et illud quod ait Apoſtolus cum deum
Athenienſibus prædicaret, In illo viuimus, mouemur & *Acto. 17.*
ſumus, liquide cogitatum quãtum humana mens valet, L
adiuuat hanc ſentẽtiam qua credimus & dicimus deum
in iis quæ creauit indeſinenter operari. Neque enim tan
quam ſubſtantia eius ſic in illo ſumus, quemadmodũ di
ctum eſt, quòd habeat vitam in ſemetipſo, ſed vtique cũ
aliud ſumus quàm ipſe, non ob aliud in illo ſumus niſi
quia id operatur. Et hoc eſt opus eius quo continet om-
nia, & quo eius ſapiẽtia pertendit à fine vſque ad finem
fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, Per quam diſpoſi-
tionem in illo viuimus, mouemur & ſumus. Vnde col-
ligitur quòd ſi hoc opus ſuum rebus ſubtraxerit, nec vi-
uemus nec mouebimur nec erimus. Claret igitur ne vno
quidem die ceſſaſſe deum ab opere regendi quę creauit,
ne motus ſuos naturales quibus aguntur atque vegetan-
tur, vt omnino naturæ ſint, & in eo quod ſunt, pro ſuoq;
genere maneant, illico amitterent, & eſſe aliquid omni-
no deſinerent, ſi eis ſubtraheretur motus ille ſapientiæ
dei quo diſponit omnia ſuauiter. Quapropter ſic accipi-
mus deum requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis quę fe- M
cit, vt iam nouam naturam vlterius nullã conderet, nõ
vtique vt quod condiderat, continere & gubernare ceſ *2. ſen. d. 15.*
ſaret. Vnde & illud verũ eſt, quòd in ſeptimo die requie *cap. iam.*
uit deus: & illud quod vſque nunc operatur. Et opera *Gene. 2.*
quidem eius videmus bona, quietem vero eius poſt bo- *Ioan. 5.*
na opera noſtra videbimus. Ob quam ſignificandã man *Sabbatũ.*
dauit Hebræo populo vnum diem obſeruandum: quod *Ca. XIII.*
tam carnaliter agebant, vt eo die ſalutẽ noſtram domi- *Exod. 20.*
num videntes operari criminarentur, ac ſic eis de opere
patris rectiſsime reſponderet, cum quo & ipſe operaba-
tur æqualiter, non ſolum creaturæ vniuerſæ adminiſtra
tionem, ſed etiã ipſam noſtram ſalutẽ. Iam vero tempo-
re gratiæ reuelatæ, obſeruatio illa ſabbati quæ vnius diei
vacatione figurabatur, ablata eſt ab obſeruatione fide-
lium. In ea quippe gratia perpetuum ſabbatum iam ob- *Sabbatum*
ſeruat, qui ſpe futurę quietis operatur quicquid boni ope *Chriſtianũ.*
ratur, nec in ipſis bonis operibus ſuis quaſi habens bonũ *1. Corin. 4.*
quod non acceperit, gloriatur: Ita enim tanquam diem
ſabbati, hoc eſt dominicæ ceſſationis in ſepultura ſuſci-
piens, atque intelligens baptiſmi ſacramentum, quieſcit
à priſtinis operibus ſuis, vt iam in nouitate vitæ ambu-
lans, deum in ſe operari cognoſcat, qui ſimul & opera-
tur & quieſcit, & creaturę præbens congruam guberna- *Roma. 6.*
tionem, & apud ſe habens æternam tranquillitatem.

Denique

Dies quietis ſanctificatus. Caput XIIII.

A Denique ipſe nec cum creauit defeſſus, nec cum ceſſauit refectus eſt, ſed oos voluit per ſcripturam ſuam ad quietis exhortari deſiderium, intimando nobis eum diẽ ſe ſanctificaſſe, in quo quieuit ab omnibus operibus ſuis. Nam nuſquam omnium ſex dierum quibus creata ſunt omoia, legitur aliquid ſanctificaſſe, nec ante ipſos ſex dies vbi ſcriptum eſt, Io principio fecit deus cœlum & terram, additum eſt, & ſanctificauit: ſed diem iſtum in quo requieuit ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, ſanctificare voluit, tanquam & apud ipſum qui nihil in opere ſuo laborat, plus quies quàm operatio valeat. Hoc quidem in hominibus Euangelium oobis intimat, vbi ſaluator noſter meliorem partem dicit Mariæ, quòd ſedẽs ad pedes eius requieſcebat in verbo eius, quàm Marthæ, quãuis propter obſequium quo ei miniſtrabat circa multa occupatæ, & licet booum opus operantis. Verum hoc in deo quomodo ſit vel intelligatur, difficile dictu eſt: etiam ſi cogitata aliquantulum attingi poteſt, cur deus ſanctificauerit diem quietis ſuæ, qui oullum ſanctificauerit operis ſui, nec ipſum ſextum quo & hominem fecit & cuncta perfecit. Ac primũ ipſum requieſcere dei quale ſit, cuius humanæ mentis acies aſſequi poteſt? Quod

Gene.1. *Luce.10.*

B tamen niſi eſſet, hoc omnino ipſa ſcriptura nõ pooeret. Dicã ſanè quod ſentio, hæc duo indubitata preloquens, nec deum, velut poſt laborem deſideratum, ve negocij ſui finem, temporali quadam requie delectatum: nec has literas authoritate tanta merito præeminentes fruſtra falſoq; dixiſſe, quod deus ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, in ſeptimo die requieuerit, eaq; cauſa euodẽ diem ſanctificauerit.

Deus quomodo quieuerit. Cap. XV.

Nimirum ergo quia vicium eſt & infirmitas animę, ita ſuis operibus delectari, vt potius in ipſis, quàm in ſe requieſcat ab eis: cum proculdubio melius aliquid in illa ſit quo ea facta ſunt, quàm quæ facta ſunt: inſinuatur nobis per hãc ſcripturam qua dicitur requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis quę fecit, nullo opere ſuo ſic delectatus, quaſi faciendi eius eguerit, vel minor futurus niſi feciſſet, vel beatior cum feciſſet. Quia enim ex illo ita eſt quicquid ex illo eſt, vt ei debeat quod eſt, ipſe autem nulli quod ex ipſo eſt debeat quod beatus eſt, ſe rebus quas fecit diligendo præpoſuit: non ſanctificans diem quo ea facienda inchoauit, nec illum quo ea perfecit, ne illis vel faciendis vel factis auctum eius gaudium videretur: ſed eũ quo ab ipſis in ſeipſo requieuit. Et ipſe quidem nunquam iſta requie caruit, ſed nobis eam per

C diem ſeptimum oſtendit: hinc etiam ſignificans nõ percipi requiem ſuam niſi à perfectis, cum ad eam imitandam noo deputauit diẽ, niſi qui perfectionẽ rerum omnium ſequebatur. Nam qui ſemper eſt quietus, tunc nobis requieuit, cum ſe requieuiſſe monſtrauit.

Quies dei in nobis. Cap. XVI.

Illud quoq; attendẽdum eſt, quòd dei requiem qua de ſeipſo beatus eſt, nobis inſinuari oportebat: vt intelligamus quo modo dicatur requieſcere in nobis, quod noo dicitur, niſi cum in ſe requiem præſtat & nobis. Requies igitur dei rectè intelligẽtibus ea eſt, qua nullius indiget bono: & ideo certa & nobis in illo eſt, quia & nos beatificamur bono quod ipſe eſt, nõ ipſe bono quod nos ſumus. Nam & nos aliquod bonum ab illo ſumus qui fecit omnia bona valde, in quibus fecit & nos. Porrò alia res bona preter ipſum nulla eſt, quam ipſe non fecit, ac per hoc nullo preter ſe alio bono eget, qui bono quod fecit non eget: hæc eſt eius requies ab omnibus operibus ſuis quæ fecit. Quibus autem bonis laudabiliter non egeret, ſi nulla feciſſet? Nam etiam ſic dici poteſt, nullis egens bonis, non à factis in ſeipſo requieſcendo, verum omnino nulla faciendo. Sed bona facere ſi non poſſet, nulla eſſet po-

Gene.1.

tentia, ſi autem poſſet nec faceret, magna eſſet inuiden- D tia. Quia ergo eſt omnipotens & bonus, omnia valde bona fecit: quia vero ſeipſo bono perfecte beatus eſt, à bonis quæ fecit, in ſeipſo requieuit, ea ſcilicet requie à qua nunquam receſsit. Sed ſi diceretur requieuiſſe à faciendis, oihil aliud quàm non feciſſe intelligeretur. Niſi autem diceretur requieuiſſe à factis, non eis egere quæ fecit, minus commendaretur. Quo itaque die hoc commendari oportuiſſe, niſi ſeptimo, intelligit quiſquis ſenarij numeri perfectionem, de qua ſupra locuti ſumus, perfectioni creaturæ congruenter adhibitam recolit. Si enim ſenario numero perficienda fuerat creatura ſicuti perfecta eſt, ea qua requies dei erat nobis cõmendanda, qua demonſtraretur nec perfectis beatificari creaturis, proculdubio dies erat io hac commendatione ſaoctificandus qui ſequitur ſextum, quo erigeremur ad hãc requiem concupiſcendam, vt & nos in illo requieſcamus.

Hominum quies ĩ deo. Cap. XVII.

Neque enim ſimilitudo pia eſt, ſi velimus ita ſimiles eſſe deo, vt & nos ab operibus noſtris requieſcamus in nobis, ſicut ipſe requieuit in ſe ab operibus ſuis. In quodam quippe incõmutabili bono requieſcere debemus, quod ille nobis eſt qui nos fecit. Hæc erit igitur ſumma minimeq; ſuperba, & vere pia requies noſtra: vt ſicut ip- E ſe requieuit ab omnibus operibus ſuis, quia non ei opera ſua, ſed ipſe ſibi bonũ eſt quo beatus eſt: ita & nos ab omnibus operibus, non tantum ooſtris, verumetiam ipſius non niſi in illo requieturos nos eſſe ſperemus, idq; deſideremus poſt bona opera noſtra: quæ in nobis agnoſcimus illius potius eſſe quàm noſtra: vt etiam ſic poſt bona opera ſua ipſe requieſcat in nobis, cũ poſt bona opera quæ ab illo iuſtificati fecerimus, in ſe nobis requiem præſtat. Magnum eſt enim nobis ab illo extitiſſe, ſed maius erit in illo requieuiſſe. Sicut ipſe non ideo beatus eſt quia hæc fecit, ſed quia etiam factis non egens, in ſe potius quàm in ipſis requieuit: vnde non operis ſed quietis diem ſanctificauit, quia non hæc faciẽdo, ſed eis quæ fecit non egendo, ſe beatũ intimauit. Quid ergo tam humile ac facile effatu, & quid tam ſublime atque arduũ cogitatu, quàm deus requieſcens ab omnibus operibus ſuis quæ fecit? Et vbi requieſcẽs oiſi io ſeipſo, quia beatus nõ niſi ſeipſo? Quando, niſi ſemper? In diebus autem quibus rerum quas condidit conſummatio narratur, & ab eis quietis dei ordo diſtinguitur, quando niſi in ſeptimo die, qui earum ſequitur perfectiooem? A perfectis autem requieſcit, qui nec perfectis eget quo beatior eſſe poſsit. F

Septimus dies veſperam quare nõ habeat. Ca. XVIII.

Et quod apud illum quidem quieti eius, nec mane nec veſpera eſt, quia nec aperitur initio, nec clauditur fine: perfectis autem operibus eius mane habet, & veſperam non habet: perfecta quippe creatura habet quoddã initium ſuæ conuerſionis ad quietem creatoris ſui, ſed illa non habet finem quaſi terminum perfectionis ſuæ, ſicut ea quæ facta ſunt: ac per hoc requies dei non ipſi deo, ſed rerum ab eo conditarum perfectione inchoatur, vt in illo incipiat requieſcere quod ab illo perficitur, & in eo habere mane: in ſuo enim genere tanquam veſpera terminatum eſt. Sed in deo veſperã habere iam non poteſt, quia non erit aliquid illa perfectione perfectius. In illis ergo diebus quibus omnia creabantur, veſperam terminum conditæ creaturæ: mane autẽ initium condendæ alterius accipiebamus, ac per hoc quinti diei veſpera eerminus eſt conditæ quinto die creaturæ: mane autem quod poſt ipſam veſperam factum eſt, initium eſt condendæ ſexto die creaturæ, qua condita tanquam eius terminus facta eſt veſpera. Et quia nihil aliud condẽdum reſtiterat, ita poſt illam veſperam mane factum

eſt, vt

G eſt, vt non eſſet initium condendę alterius creaturæ, ſed
initiũ quietis vniuerſæ creaturæ in requie creatoris. Ne-
que enim cœlum & terra & omnia quæ in eis ſunt, vni-
uerſa ſcilicet ſpiritalis corporaliſque creatura in ſe ipſa
Actu.17. manet, ſed vtique in illo de quo dictum eſt, In illo enim
viuimus, mouemur & ſumus: quia etſi vnaquæq; pars po
teſt eſſe in toto cuius pars eſt, ipſum tamen totum non
eſt niſi in illo à quo conditum eſt. Et ideo non abſurde
intelligitur ſexto die completo poſt eius veſperam factũ
eſſe mane, non quo ſignificaretur initium condendę al-
terius creaturæ ſicut in cæteris, ſed quo ſignificaretur ini
tium manendi & quieſcendi totius quod conditũ eſt, in
illius quiete qui cõdidit. Quæ quies dei nec initiũ habet
nec terminũ: creaturæ autẽ habet initiũ, ſed nõ habet ter
minũ, & ideo ſeptimus dies eidẽ creaturę cœpit à mane,
ſed nullo veſpere terminatur: nã ſi in cæteris diebus ve-
ſpera & mane taliũ temporũ vices ſignificãt, qualia nũc
per hæc quotidiana ſpacia peraguntur: non video quid
prohibuerit & ſeptimum diem veſpera, noctemq; eiuſ-
dem mane cõcludere, vt ſimiliter diceretur, & facta eſt
veſpera, & factum eſt mane dies ſeptimus: quandoqui-
dem & ipſe vnus eſt dierum, qui omnes ſeptem ſunt,
H quorum repetitione menſes & anni & ſecula peragũtur:
vt mane quod poneretur poſt veſperam ſeptimi, hoc eſ-
ſet initium octaui diei, de quo iam deinceps ſilendum
fuit, quia idem primus eſt ad quem reditur, à quo ruſus
hebdomadis ſeries ordiatur. Vnde probabilius eſt iſtos
quidem ſeptem dies illorum nominibus & numero a-
lios atque alios ſibimet ſuccedentes currendo tempora-
lia peragere ſpacia: illos autem primos ſex dies inexper-
ta nobis atque inuſitata ſpecie, in ipſis rerum cõditioni-
bus explicatos: in quib⁹ & veſpera & mane, ſicut ipſa lux
& tenebræ, id eſt, dies & nox, non eam viciſſitudinem
præbuerunt quam præbent iſti per ſolis circuitus: quod
certe de illis tribus fatêri cogimur, qui ante condita lu-
minaria commemorati atq; numerati ſunt. Ac per hoc
qualiſcunque in eis veſpera & mane fuerit, nullo tamen
modo opinandum eſt, eo mane quod poſt ſexti diei ve-
ſperam factum eſt, initium accepiſſe requiem dei, ne tem
porale aliquod bonum illi æternitati & incommutabi-
litati accidiſſe vanitate temeraria ſuſpicemur: ſed illam
quidem requiem dei qua in ſeipſo requieſcit, eoq; bono
beatus eſt quod ipſe ſibi eſt, nec initium eidem ipſi habe-
I re nec terminum: conſummatæ autem creaturæ habere
initium, eandem requiem dei. Quoniam rei cuiuſque
perfectio nõ tam in vniuerſo cuius pars eſt, quàm in eo
à quo eſt, in quo & ipſum vniuerſum eſt, pro ſui generis
modulo ſtabilitur vt quieſcat, id eſt, vt ſui momenti or-
dinem teneat. Ac per hoc ipſa vniuerſitas creaturæ quæ
ſex diebus conſummata eſt, aliud habet in ſua natura,
aliud in ordine quo in deo eſt, non ſicut deus, ſed tamẽ
ita vt ei quies propriæ ſtabilitatis non ſit, niſi in illius
quiete qui nihil præter ſe appetit, quo adepto requieſcat.
Et ideo dum ipſe manet in ſe, quicquid ex illo eſt retor-
quet ad ſe: vt omnis creatura in ſe habeat naturę ſuæ ter-
minum, quo non ſit quod ipſe eſt: in illo autem quietis
locum, quo ſeruet quod ipſa eſt. Scio quod non proprie
dixerim locum, nam proprie dicitur in ſpaciis quæ cor-
poribus occupantur: ſed quia & ipſa corpora nõ manẽt
in loco, niſi quo ſui ponderis tanquam appetitu perue-
niunt, vt eo cõperto requieſcant, ideo non incongruen
ter à corporalibus ad ſpiritalia verbum transfertur, vt di
catur locus, cum res ipſa plurimum diſtet. Initium ergo
creaturæ in quiete creatoris illo mane ſignificatum ar-
bitror quod factũ eſt poſt veſperam ſexti diei: non enim
poſſet in illo niſi perfecta requieſcere: proinde ſexto die K
conſummátis omnibus factaq; veſpera factum eſt & ma
ne, quo inciperet conſummata creatura in illo à quo fa-
cta eſt requieſcere: quo initio deum etiam in ſeipſo re-
quieſcentem, vbi & ipſa requieſceret inuenit, tanto ſta-
bilius atq; firmius, quanto ipſa illius non ille huius eguit
ad quietem ſuam. Sed quoniam quicquid erit vniuerſa
creatura quibuſlibet mutationibus ſui non vtique nihil
erit, ideo creatura vniuerſa in creatore ſuo ſemper ma-
nebit, ac per hoc poſt illud mane nulla deinceps veſpera
fuit: hoc diximus vt intelligatur, cur ſeptimus dies in
quo requieuit deus ab omnibus operibus ſuis mane ha-
buerit poſt veſperam ſexti, veſperam vero nõ habuerit.

Eſt aliud quod de hac re magis proprie atque melius *Alia ratio*
poſsit quantum exiſtimo intelligi, ſed aliquanto diffici- *de veſpera*
lius explicari, vt non creaturæ, ſed etiam ſibi requies ſep- *ſeptimi*
timi diei mane habuerit ſine veſpera, id eſt initium ſine *diei.*
termino. Si enim ita diceretur, requieuit deus in die ſep *Cap. XIX.*
timo, nec adderetur, ab omnibus operibus ſuis quę fecit,
fruſtra huius quietis initium quæreremus. Non enim in-
cipit deus requieſcere, cuius requies ſine initio, ſine ter-
mino ſempiterna eſt. Sed quoniam ab omnibus operi-
bus ſuis quæ fecit eis non egendo, requieuit, intelligitur L
requies quidem dei nec cœpta nec terminata: requies au
tem eius ab omnibus operibus ſuis quę fecit, ex eo cœpta
eſt ex quo illa perfecit. Neq; enim ab operibus ſuis non
egendo requieuiſſet, priuſquam eſſent quibus nec perfe-
ctis eguiſſet: & quia eis omnino nũquam eguit, nec iſta
beatitudo qua non eis egeat tanquam proficiendo per-
ficietur, ideo ſeptimo diei nulla veſpera acceſsit. Sed *Dies ſepti-*
planè quæri poteſt dignaq; conſideratione mouet, quo *mus. C. XX.*
modo intelligatur in ſeipſo deus requieuiſſe ab omnib⁹
operibus ſuis quæ fecit: cum ſcriptũ ſit, Et requieuit deus *Gene.2.*
in die ſeptimo. Nõ enim dictum eſt, in ſeipſo: ſed in die
ſeptimo. Quid eſt ergo dies ſeptimus, vtrum creatura eſt
aliqua, an temporis tantummodo ſpacium? Sed etiam
temporis ſpacium creaturæ temporali cõcreatum eſt, ac
per hoc & ipſum ſine dubio creatura eſt. Neque enim vl
la tempora vel ſunt vel eſſe potuerunt, vel poterũt quo-
rum deus non ſit creator, ac per hoc & ipſum ſeptimum
diem ſi tempus eſt quis creauit niſi omnium temporum
creator? Sed illi ſex dies cum quibus vel in quibus crea-
turis creati ſint, ſuperior ſcripturæ ſanctæ ſermo indi-
cat. Quocirca in his diebus ſeptem, quorum ſpecies no-
ta nobis eſt, qui re quidẽ ipſa prætereunt, ſed aliis ſucce- M
dentibus nomina ſua quodam modo tradunt, vt illi ſex
dies nominentur, nouimus eorum primi quando creati
ſunt: ſeptimum autem diem qui nomine ſabbati nuncu
patur, quando deus creauerit non videmus, In ipſo quip
pe die non fecit aliquid, immo ab eis quæ ſex diebus fe-
cerat, in eodem ſeptimo requieuit. Quo modo ergo re-
quieuit in die quam non creauit? Aut quo modo eũ poſt
ſex dies continuo creauit, cum ſexto die cõſummauerit
omnia quæ creauit, nec aliquid ſeptimo die creauerit,
ſed in eo potius ab omnibus quæ creauerat requieuerit?
An vnum tantum diem creauit deus, vt eius repetitione
multi qui dicuntur dies præterirent atq; tranſcurrerent?
nec opus erat vt ſeptimum diem crearet quo requieuit,
quia illius quem creauerat ſeptima repetitio hunc vtiq;
faciebat. Lucem quippe de qua ſcriptũ eſt, Et dixit deus, *Gene.1.*
fiat lux, & facta eſt lux, diſcreuit à tenebris, eamq; voca-
uit diem, & tenebras vocauit noctem. Tunc itaque deus
diem fecit, cuius repetitionem ſcriptura appellat ſecun-
dum diem, deinde tertiũ, & vſque ad ſextum, quo con-
ſummauerit deus opera ſua: atque inde illius diei primi-
tus creati,

A tus creati, repetitio ſeptimi diei nomen accepit, in quo requieuit deus: ac per hoc nulla creatura eſt ſeptim⁹ dies, niſi eadem ipſa ſepties rediens, quæ condita eſt quando vocauit deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem.

De luce quę fuit ante luminaria. *Cap. XXI.*

Rurſus ergo ad eam quæſtionem relabimur, de qua in primo libro exiiſſe videbamur, vt itē quæramus quo modo circumire potuerit lux ad exhibendam diurnam nocturnamq; viciſsitudinem, nō ſolum antequam cœli luminaria, ſed antequam ipſum cœlum quod firmamentum appellatum eſt factum eſſet, antequam deniq; vlla ſpecies terræ vel maris, quæ circuitum lucis admitteret, ſequente nocte vnde illa tranſiſſet. Cuius quæſtionis difficultate compulſi, auſi ſumus diſceptationem noſtram quaſi ad hanc terminare ſentētiam: vt diceremus illam lucem quæ primitus facta eſt, conformationē eſſe creaturæ ſpiritalis: noctem vero adhuc formandam in reliquis operibus rerum materiem, quæ fuerat inſtituta cum in principio fecit deus cœlum & terram, antequam verbo faceret diem in quo requieuit. Sed nunc diei ſeptimi conſideratione commoniti, facilius eſt vt nos ignorare fateamur, quod remotum eſt à ſenſibus noſtris: quo nam modo lux illa quæ dies appellata eſt, vel circuitu ſuo vel B contractione & emiſsione ſi corporalis eſt, vices diurnas nocturnaſq; peregerit: vel ſi ſpiritalis eſt, condendis creaturis omnibus præſentata ſit, ſuáque ipſa præſentia diem, noctem vero abſentia, veſperam initio abſentiæ, mane initio præſentiæ fecerit: quàm vt re aperta contra diuinæ ſcripturæ verba conemur, dicēdo alium eſſe diē ſeptimum quàm illius diei quē fecit deus ſeptimā repetitionem: alioquin aut nō creauit deus ſeptimum diem, aut aliquid creauit poſt illos ſex dies, id eſt, ipſum diem ſeptimum, falſumq; erit quod ſcriptum eſt, in ſexto die conſummaſſe omnia opera ſua, & in ſeptimo die requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis. Quod vtiq; quoniā falſum eſſe non poteſt, reſtat vt præſentia lucis illius quam diem deus fecit, per omnia opera eius repetita ſit, quoties dies nominatus eſt, & in ipſo ſeptimo in quo requieuit ab operibus ſuis.

Lux ſpiritalis. *Cap. XXII.*

Sed quoniam lux corporalis antequam fieret cœlum quod firmamentum vocatur, in quo etiā luminaria facta ſunt, quo circuitu vel quo proceſſu & receſſu vices diei & noctis exhibere potuerit nō inuenimus, iſtam quęſtionem relinquere non debemus ſine aliqua noſtræ prolatione ſententiæ: vt ſi lux iſta quę primitus creata eſt, non corporalis ſed ſpiritalis eſt, ſicut C poſt tenebras facta eſt, vbi intelligitur à ſua quadam informitate ad creatorem conuerſa atque formata: ita & poſt veſperam fiat mane, cum poſt cognitionē ſuæ propriæ naturæ, qua non eſt quod deus, refert ſe ad laudandam lucem quod ipſe deus eſt, cuius contēplatione formatur. Et quia cæteræ creaturæ quæ infra ipſam fiunt, ſine cognitione eius non fiunt, propterea nimirum idem dies vbiq; repetitur: vt eius repetitione fiāt tot dies, quotiens diſtinguuntur rerum genera creatarum, perfectione ſenarij numeri terminanda: vt veſpera primi diei ſit etiam ſui cognitione, non ſe eſſe quod deus eſt: mane autem poſt veſperam hanc quo concluditur dies vnus, & inchoatur ſecundus, conuerſio ſit eius, qua id quod creata eſt, ad laudem referat creatoris, & percipiat de verbo dei cognitionem creaturæ quæ poſt ipſam fit, hoc eſt firmamēti: quod in eius cognitione fit prius cum dicitur, & ſic eſt factum: deinde in natura ipſius firmamenti, qnod conditur cum additur poſtea, iam dicto, Et ſic eſt factum, Et fecit deus firmamentum. Deinde fit veſpera illius lucis, cum ipſum firmamentum, non in verbo dei ſicut ante, ſed in ipſa eius natura cognoſcit. Quę cognitio quoniam minor eſt, recte veſperæ nomine ſignificatur, D poſt quàm fit mane quo concluditur ſecundus dies & incipit tertius: in quo itidem mane conuerſio eſt lucis huius, id eſt, diei huius ad laudandum deum quòd operatus ſit firmamentum, & percipiendam de verbò eius cognitionem creaturæ quæ condenda eſt poſt firmamentum, Ac per boc cum dicit deus, Congregetur aqua quæ eſt ſub cœlo in collectinnem † vnam & appareat arida, cognoſcit hoc illa lux in verbo dei quo id dicitur: & ideo ſequitur, & ſic eſt factum, hoc eſt in eius cognitione ex verbo dei: deinde cum additur, & congregata eſt aqua & cætera, cum iam dictum eſſet, & ſic factum eſt, in ſuo genere ipſa creatura fit: quę item eum in ſuo genere facta cognoſcitur, ab ea luce quæ iam in verbo dei faciendam cognouerat, fit tertiò veſpera: & inde hoc modo cætera vſque ad mane & poſt veſperam ſexti diei.

† congregationem.

Cognitio rerum in verbo dei. *Ca. XXIII.*

Multum quippe intereſt inter cognitionem rei cuiuſque in verbo dei, & cognitionem in natura eius, vt illud merito ad diem pertineat, hoc ad veſperam, In cōparatione enim lucis illins quæ in verbo dei cōſpicitur, omnis cognitio qua creaturam quamlibet in ſeipſa nouimus, non immerito nox dici poteſt: quæ rurſus tātum differt ab errore vel ignorantia eorum, qui nec creatu- E ram ipſam ſciunt, vt in eius comparatione non incongrue dicatur dies, Sicut ipſa vita fideliū quæ in hac carne atq; in hoc ſeculo ducitur, in comparatione vitæ infidelis atq; impiæ, non irrationabiliter lux & dies appellatur, dicente Apoſtolo, Fuiſtis enim aliquādo tenebrę, nunc autem lux in domino: & illud, Abiiciamus opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis, ſic vt in die honeſte ambulemus. Qui tamen dies niſi rurſus in comparatione illius diei, quo æquales angelis facti videbimus deum ſicuti eſt, ipſe quoque nox eſſet, non hic propheticę lucerna indigeremus. Vnde Apoſtolus Petrus dicit, Habemus certiorem propheticum ſermonem cui bene facitis intendentes, ſicut lucernæ lucenti in obſcuro loco, donec dies luceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris.

Epheſ. 5. *Roman. 13.* *Matth. 22.* *1. Ioan. 3.* *2. Petr. 1.*

Scientia angelorum. *C. XXIIII.*

Quapropter cum ſancti angeli quibus poſt reſurrectionem coæquabimur, ſi viam quæ nobis Chriſtus factus eſt vſque in finē tenuerimus, ſemper videant faciem dei, verboq; eius vnigenito filio ſicut patri æqualis eſt perfruantur, in quibus prima omnium creata eſt ſapientia: proculdubio vniuerſam creaturam in qua ipſi ſunt principaliter conditi, in ipſo verbo dei prius nouerunt, in quo ſunt omnium etiam quæ temporaliter fa- F cta ſunt æternæ rationes, tanquam in eo per quod factæ ſunt: † ac deinde in ipſa creatura, quam ſic nouerunt tāquam infra deſpicientes, eamq; referentes ad illius laudem, in cuius incōmutabili veritate rationes ſecundum quas facta eſt, principaliter vident. Ibi ergo tanquam per diem, vnde & concordiſsima vnitas eorum eiuſdem veritatis participatione dies eſt primitus creatus: hic autem tanquam per veſperam, ſed continuo fit mane. Quod in omnibus ſex diebus animaduerti poteſt, quia non remanet angelica ſcientia in eo quod creatum eſt, quin hoc continuo referat ad eiuſdem laudem atque claritatem, in quo id non factum eſſe, ſed faciendum fuiſſe cognoſcitur, in qua veritate ſtando dies eſt, Nam ſi vel ad ſeipſam natura angelica conuerteretur, ſeq; amplius delectaretur quàm illo cuius participatione beata eſt, intumeſcēs ſuperbia caderet ſicut diabolus: de quo ſuo loco loquendum eſt, cum de ſerpente hominis ſeductore ſermo debitus flagitabitur.

† al. facta ſunt omnia

Cur ſex diebus non addatur nox. *Cap. XXV.* *Gene. 2.*

Quia ergo angeli creaturam in ea ipſa creatura ſic ſciunt, vt ei ſcientiæ electione ac dilectione præponant, quòd eam ſciunt in veritate

G tate per quam facta ſunt omnia, participes eius effecti:
ideo per omnes ſex dies non nominatur nox, ſed poſt
veſperam & mane dies vnus. Item poſt veſperam & oīa
ne dies ſecundus, deinde poſt veſperam & mane dies
tertius: ac ſic vſque in mane ſexti diei, vode incipit ſep-
timus quietis dei, quãuis cum ſuis noctibus, dies tamen
non noctes narrantur. Tunc enim nox ad diem perti-
net, non dies ad noctem, cum ſublimes & ſancti ange-
li id quod creaturam io ipſa creatura nouerũt, referunt
ad illius honorem & amorem, in quo æternas rationes
quibus creata eſt contemplantur: eáque concordiſsima
cõtemplatiõne ſunt vnus dies quem fecit dominus, cui
Pſal.117. coniungetur Eccleſia de hac peregrinatione liberata, vt
Numerus & nos exultemus & iocundemur in eo. Huius er-
dierũ quo go diei, cuius & veſpera & mane ſecũdum ſupradictam
modo acci- rationem accipi poteſt, ſexta repetitione conſummata
piendus. eſt vniuerſa creatura, factúmque eſt mane quo finiretur
Ca. XXVI. ſextus dies, & vnde inciperet ſeptimus veſperam nõ ha-
biturus, quia dei requies non eſt creatura: quæ cum per
dies cæteros conderetur, aliter in ſeipſa facta cognoſce-
batur, quàm in illo in cuius veritate facienda videbatur,
cuius cognitionis quaſi decolor ſpecies veſperam facie-
H bat. Non itaque iam forma ipſius operis dies, & termi-
nus veſpera, & alterius operis initium mane, in hac re-
rum cõditarum narratione debet intelligi: ne cogamur
contra ſcripturam dicere, præter ſex dies conditam diei
ſeptimi creaturam, aut ipſum diem ſeptimum nullam
eſſe creaturam: ſed dies ille quem fecit deus per opera
eius ipſe repetitur, oon circuitu corporali, ſed cognitio-
ne ſpiritali, cum beata illa ſocietas angelorum & primi-
tus contemplatur in verbo dei quod dixit deus, fiat. At-
que ideo prius in eius cognitione fit cum dicitur, & ſic
eſt factũ: & poſtea rem ipſam factam, in ea ipſa cogno-
ſcit, quod ſignificatur facta veſpera: & eam deinde co-
goitionem rei factæ ad illius veritatis laudem refert, vbi
rationem viderat faciendæ, quod ſignificatur facto ma-
ne. Ac ſic per omnes illos dies vnus eſt dies, nõ iſtorum
dierum conſuetudine intelligendus, quos videmus ſo-
lis circuitu determinari atque numerari: ſed alio quodã
modo, à quo & illi tres dies, qui ante cõditionem iſto-
rum luminarium commemorati ſunt, alieni eſſe non
poſſuot. Is enim modus non vſque ad diem quartum, vt
inde iam iſtos vſitatos cogitaremus, ſed vſq; ad ſextum
ſeptimúmque perductus eſt: vt longe aliter accipiendus
I ſit dies & nox, inter quæ duo diuiſit deus: & aliter iſte
dies & nox, inter quæ dixit vt diuidant luminaria quæ
creauit, cum ait, & diuidant inter diem & noctem: tunc
enim hunc diem condidit cum condidit ſolem, cuius
præſentia eundem exhibet diem: ille autem dies primi-
tus conditus iam triduum peregerat, cum hæc lumina-
Repetitio ria illius diei quarta repetitione creata ſunt. Qua-
dierum. propter quoniam illum diem vel illos dies qui eius re-
C. XXVII. petitione numerati ſunt, in hac noſtra mortalitate ter-
rena experiri ac ſentire non poſſumus, & ſi quid ad eos
intelligendos conari poſſumus, non debemus temera-
riam præcipitare ſenteotiam, tanquam de his aliud ſen-
tiri congruentius probabiliusq; non poſsit: iſtos ſeptem
dies qui pro illis agunt hebdomadam, cuius curſu & re-
curſu tempora rapiuntur, in qua dies vnus eſt, à ſolis or-
Illud de lu tu vſque in ortum cirumitus, ſic illorum vicem quan-
ce et die ſpi dam exhibere credamus, vt nõ eos illis ſimiles, ſed mul-
rituali, quo tum impares minime dubitemus. Nec quiſquam
modo acci- arbitretur illud quod dixi de luce ſpiritali & de condi-
piendum. to die ſpiritali & angelica creatura, & de cootemplatio-
C. XXVIII. ne quam habet in verbo dei, & de cognitione qua in ſe-
ipſa creatura cognoſcitur, eiuſq; relatione ad laudẽ in- K
commutabilis veritatis, vbi prius ratio videbatur rei fa-
ciendæ, quæ cognita eſt facta, non iam proprie ſed qua-
ſi figurate atque allegorice conuenire ad intelligendum
diem & veſperam & mane. Sed aliter quidem quàm in
hac conſuetudine quotidianæ lucis huius & corporalis:
non tameo tanquam hic proprie, ibi figurate. Vbi enim
melior & certior lux, ibi verior etiam dies: cur ergo non
etiam verior veſpera & verius mane? Nam ſi in iſtis die-
bus habet quandam declinationem ſuam lux in occa-
ſum, quam veſpere nomine nuncupamus, & ad ortũ ite-
rum reditum, quod mane dicimus, cur & illic veſperam
non dicamus, cum à contemplatione creatoris creatura
deſpicitur, & mane cum à cognitione creaturæ in lau-
dem creatoris aſſurgitur? Neque enim & Chriſtus ſic di
citur lux, quo modo dicitur lapis, ſed illud proprie, hoc
vtique figurate. Quiſquis ergo non eam quam pro no-
ſtro modulo vel indagare vel putare potuimus, ſed aliã
requirit in illorum dierum enumeratione ſententiam,
quæ non in prophetia figurate, ſed in hac creaturarum
conditione proprie meliúſque poſsit intelligi, quærat &
diuinitus adiutus iouveniat. Fieri enim poteſt vt etiam
ego aliam his diuinæ ſcripturæ verbis congruentiorem L
fortaſsis inueniam. Neque enim ita hanc confirmo vt
aliam quæ præponẽda ſit, inueniri non poſſe contendã:
ſicut cõfirmo requiem dei ſcripturã ſanctam, non qua-
ſi poſt laſsitudinem vel curæ moleſtiam nobis inſinuare
voluiſſe. Quamobrem poteſt aliquis fortaſſe mecum *Contẽplatio*
diſputando certare, vt dicat ſublimium cœlorum ange- *angelorũ.*
los non alternatim contueri, primo rationes creatura- *Ca. XXIX.*
rum incommutabiliter in verbi dei incommutabili ve-
ritate, ac deinde ipſas creaturas, & tertio earum etiam in
ſeipſis cognitionem ad laudẽ referre creatoris, ſed eo-
rum mentem mirabili facilitate hæc omnia ſimul poſſe.
Nunquid tamen dicet, aut ſi quiſquam dixerit audien-
dus eſt, illam cœleſtem in angelorum milibus ciuitatẽ,
aut non contemplari creatoris æternitatem, aut muta-
bilitatem ignorare creaturæ, aut ex eius quoque inferio-
re quadam cognitione non laudare creatorem? Simul
hoc totum poſsint, ſimul hoc totum faciant: poſſunt ta-
meo & faciunt. Simul ergo habent & diem & veſperam
& mane. Neque enim verendum eſt, ne forte qui *Perfecta*
eſt idoneus iam illa ſentire, ideo non putet hoc ibi poſſe *angelorum*
fieri, quia in his diebus qui ſolis huius circuitu peragun- *ſcientia.*
tur, fieri non poteſt. Et hoc quidem nõ poteſt eiſdẽ par- *Cap. XXX.*
tibus terræ: vniuerſum autem mundum quis oõ videat, M
ſi attendere velit, & diem vbi ſol eſt, & noctem vbi non
eſt, & veſperam vnde diſcedit, & mane quò accedit ſi-
mul habere? Sed nos planè in terris hæc omnia ſimul ha
bere oon poſſumus: nec ideo tamen iſtam terrenam cõ-
ditionem, lucíſq; corporeæ temporalem localemq; cir-
cuitum illi patriæ ſpiritali coæquare debemus, vbi ſem-
per eſt dies in contemplatiooe incõmutabilis veritatis,
ſemper veſpera in cognitione in ſeipſa creaturæ, ſemper
mane etiam ex hac cognitione in laude creatoris. Quia
non ibi abſceſſu lucis ſuperioris, ſed inferioris cognitio-
nis diſtinctione fit veſpera: nec mane tanquam nocti
ignorantiæ ſciẽtia matutina ſuccedat, ſed quòd veſper-
tinam etiam cognitionem in gloriam cõditoris attol-
lat. Denique & ille nocte nõ nominata, veſpere, inquit,
& mane & meridie enarrabo & annũciabo, & exaudies *Pſal. 54.*
vocem meã. Hic fortaſſe per temporum vices, ſed tamẽ *Quo modo*
quantum puto, ſignificans quid ſine temporum vicibus *nata ange-*
perageretur in patria, cui eius peregrinatio ſuſpirabat. *lorũ ſciẽtia*
Sed nunquid ſi nunc iam ſimul iſta omnia gerit atq; *Ca. XXXI.*
habet

A habet angelica illa ſocietas, & vnitas diei quem primitus condidit deus, tunc etiam cum hæc conderentur ſimul hæc habuit? Nónne per omnes ſex dies, cum ea quæ per ſingulos deo condere placuit, conderentur, primo hæc accipiebat in verbo dei: vt in eius noticia primitus fierent cum dicebatur, & ſic eſt factum: deinde cum facta eſſent in ſua propria natura qua ſunt, deoq́; placuiſſent quia bona ſunt, tunc itidē ea cognoſcebat alia quadam inferiore cognitione, quæ nomine veſperæ ſignificata eſt: ac deinde facta veſpera fiebat mane, cum de ſuo deus opere laudaretur, & alterius creaturæ quę deinceps facienda erat, ex dei verbo noticia priuſquam fieret acciperetur? Non ergo tunc ſimul omnia, & dies & veſpera & mane, ſed ſingillatim per ordinem quem ſcriptura commemorat. An etiam tunc ſimul omnia: quia non ſecundum temporū moras, ſicut fiunt dies iſti cum oritur ſol & occidit quotidie ſol, & in locum ſuum redit vt rurſus oriatur: ſed ſecundum potentiam ſpiritalem mentis angelicæ, cuncta quæ voluerit ſimul noticia facillima comprehēdentē? Nec ideo tamen ſine ordine quo & apparet connexio præcedentiū conſequentiūque cauſarum. Neque enim cognitio fieri poteſt, niſi cognoſcenda præcedant, quæ item priora ſunt in verbo, per quod facta ſunt omnia, quàm in iis quæ facta ſunt omnibus. Mens itaq; humana prius hæc quæ facta ſunt per ſenſus corporis experitur, eorumq́; noticiā pro infirmitatis humanæ modulo capit: & deinde quærit eorum cauſas, ſi quo modo poſsit ad eas peruenire principaliter atque incommutabiliter manentes in verbo dei, ac ſic inuiſibilia eius per ea quę facta ſunt intellecta conſpicere. Quod quanta tarditate ac difficultate agat, & quāta temporis mora propter corpus corruptibile quod aggrauat animam, etiam quę feruentiſsimo ſtudio rapitur, vt inſtanter ac perſeueranter hoc agat, quis ignorat? Mens vero angelica pura charitate inhęrens verbo dei, poſtea quàm illo ordine creata eſt, vt præcederet cætera, prius ea vidit in verbo dei facienda quàm facta ſunt: ac ſic prius in eius fiebant cognitione, cum deus dicebat vt fierent, quàm in ſua propria natura: quæ itidem facta in eiſipſis etiam cognouit, minore vtiq; noticia quę veſpera dicta eſt. Quam noticiam ſanè præcedebant quæ fiebant, quia præcedit cognitionem quicquid cognoſci poteſt, Niſi enim prius ſit quod cognoſcatur, cognoſci non poteſt. Poſt hęc ſi eo modo ſibi placeret, vt amplius ſeipſa quàm creatore ſuo delectaretur, non fieret mane, C id eſt, de ſua cognitione in laudem creatoris non aſſurgeret. Cum vero factum eſt, faciendum erat aliud & cognoſcendum deo dicente, fiat: vt prius itidem fieret in cognitione mentis angelicæ, & poſſet rurſus dici, & ſic factum eſt: ac deinde in natura propria, vbi ſubſequente veſpera noſceretur. Ac per hoc etiam ſi nulla hic morarum temporalium ſint interualla, præceſsit tamen ratio condendæ creaturæ in verbo dei, cum dixit, fiat lux: & ſecuta eſt ipſa lux qua angelica mens formata eſt, atque in ſua natura facta eſt, non autem alibi ſequebatur vt fieret: & ideo non prius dictum eſt, & ſic eſt factū, & poſtea dictum, fecit deus lucem: ſed continuo poſt verbum dei, facta eſt lux, adhæſitq́; creanti luci lux creata, videns illam, & ſe in illa, id eſt, rationem qua facta eſt. Vidit etiam ſe in ſe, id eſt, diſtante quod factum eſt ab eo qui fecit. Et ideo cum placuiſſet deo factum videri quia bonū eſt, & diuiſa eſſet lux à tenebris, & vocata lux dies, & tenebræ nox: facta eſt & veſpera, quia neceſſaria erat & iſta cognitio, qua diſtingueretur à creatore creatura, aliter in ſe ipſa cognita quàm in illo: atque inde mane, & aliud præcognoſcendum erat, quod fuerat verbo dei faciendum, D prius in cognitione mentis angelicæ, deinde in natura ipſius firmamenti, Et ideo dixit deus, fiat firmamentum: & ſic eſt factum in cognitione creaturę ſpiritalis, hoc prius quàm fieret in eoipſo prænoſcētis. Deinde fecit deus firmamentum, iam vtique ipſam firmamenti naturam, cuius minor eſſet tanquam veſpertina cognitio: ac ſic vſque ad omnium operum finem, & vſque ad requiem dei, quæ non habet veſperam: quia non eſt facta ſicut creatura, vt poſſet etiam ipſius gerininari cognitio, tanquam prior & maior in verbo dei ſicut in die, & poſterior ac minor in ſeipſa ſicut in veſpera.

Mens angelica. Caput XXXII.

Eccleſ.1.

Roma.1.

Sapien.9.

Gene.1.

Sed ſi omnia mens ſimul angelica poteſt, quæ ſingillatim per ordinem cōnexarum cauſarum ſermo diſtinguit, nunquid etiam quæ fiebant, velut ipſum firmamentum, velut aquarum congregatio, ſpecieſque terrarum nudata, velut fruticum & arborum germinatio, luminarium & ſyderum confirmatio, aquatilia terreſtriaque animantia ſimul omnia facta ſunt? an etiam per interualla temporum ſecundum præfinitos dies? An forte nō ſicut ea ſecundum motus eorum naturales nunc experimur, ita etiam cum primitus inſtituta ſunt cogitare debemus, ſed ſecundum mirabilem atque ineffabilem virtutem ſapientiæ dei, quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter? E Neque enim & ipſa gradibus attingit, aut tanquam greſsibus peruenit. Quapropter quàm facilis ei efficaciſsimus mot⁹ eſt, tam facile deus condidit omnia, quæ per illum ſunt cōdita: vt hoc quod nūc temporalibus interuallis ea moueri videmus ad peragenda quæ ſuo cuique generi competunt, ex illis inſitis rationibus veniat, quas tāquam ſeminaliter ſparſit deus in ictu condendi, cum dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt. Non itaque tarde inſtitutum eſt, vt eſſent tarda quæ tarda ſunt: nec ea mora condita ſunt ſecula, qua tranſcurrunt. Hos enim numeros tempora peragunt, quos cū crearentur, non temporaliter acceperunt: alioquin ſi rerum naturales motiones, dierúmque iſtorum, quos nouimus, vſitata ſpacia, cum hæc primitus verbo dei facta ſunt cogitemus, non vno die opus erat, ſed pluribus: vt ea quæ radicibus pullulant, terrámque veſtiunt, ſubter primitus germinarēt: deinde certo numero dierum pro ſuo quoque genere in auras erumperent, etiam ſi hoc vſque fieret, quod de creata natura eorum die vno, id eſt, tertio factum ſcriptura narrauit. Deinde quot diebus opus erat, vt aues volarent, ſi à ſuis primordiis exiſtentes, ad plumas & pennas per naturæ ſuæ numeros peruenerunt? F An forte oua tantum creata erant, cum quinto die dictum eſt, quòd eiecerint aquæ omne volatile pennatum ſecundum ſuū genus? Aut ſi propterea recte hoc dici potuit, quia in illo humore ouorum iam erant omnia quæ per numeros certos dierum coaleſcunt, & explicantur quodam modo, quia inerant iam ipſæ numeroſæ rationes incorporaliter corporeis rebus intextæ: cur non & ante oua idipſum recte dici potuerit, cum iam eædem rationes in elemento humido fierent, quibus alites per temporales ſui cuiuſque generis moras oriri & perfici poſſent? De quo enim creatore ſcriptura iſta narrauit, quòd ſex diebus conſummauerit omnia opera ſua, de illo alibi non vtique diſſonanter ſcriptum eſt, quod creauerit omnia ſimul. Ac per hoc & iſtos dies ſex vel ſeptem, vel potius vnum ſexies ſeptieſve repetitum ſimul fecit, qui fecit omnia ſimul. Quid ergo opus erat ſex dies tam diſtincte diſpoſitéque narrari? Quia ſcilicet ij qui non poſſunt videre quod dictum eſt, Creauit omnia ſimul: niſi cum

Quo modo cognitionē rerū acceperint angeli. C.XXXIII.

Sapien.8.

Pſal.32.

Eccleſ.18.

G ſi cum eis ſermo tardius incedat, ad id quò eos ducit, peruenire non poſſunt. Quo modo ergo diximus ſexies repetitam lucis illius præſentiam per angelicam cognitionem à veſpera ad mane, cum ipſa tria ſimul, id eſt & diem & veſperam & mane ſemel ei habere ſuffecerit: cum ſimul vniuerſam creaturam ſicut ſimul facta eſt, & in primis atque incommutabilibus rationibus, per quas condita eſt, contẽplaretur propter diem, & in eius ipſius natura cognoſceret propter veſperam, & creatorem ex ipſa etiã inferiore cognitione propter mane laudaret? Aut quo modo pręcedebat mane, vt in verbo cognoſceret quid eſſet deo poſtea faciendum, idipſum etiam conſequenter veſpere cognitura, ſi prius & poſterius nihil factum eſt, quia ſimul omnia facta ſunt? Immo vero & prius atque poſterius per ſex dies quæ commemorata ſunt facta ſunt, & ſimul omnia facta ſunt: quia & hæc ſcriptura, quæ per memoratos dies narrat opera dei, & illa quæ ſimul eum dicit feciſſe omnia, verax eſt: & vtraque vna eſt, quia vno ſpiritu veritatis inſpirante conſcripta eſt. Sed in his rebus, in quibus quid prius ſit vel poſterius, interualla temporum non demõſtrant, quamuis vtrunque dici poſsit, id eſt, & ſimul, & prius & poſterius, facilius tamen intelligitur quod dicitur

Omnia facta eſſe ſimul. Cap. XXXIIII.

H ſimul, quàm quod prius atque poſterius: velut cum ſolem intuemur orientem, certe manifeſtum eſt, quòd ad eum acies noſtra peruenire non poſſet, niſi tranſiret totum aëris cœlique ſpacium, quod inter nos & ipſum eſt: hoc autem cuius longinquitatis ſit, quis exiſtimare ſufficiat? Nec vtique perueniret eadem acies vel radius oculorum noſtrorum ad tranſeundum aërem, qui eſt ſuper mare, niſi prius tranſiſſet eum, qui eſt ſuper terram, in qualibet mediterranea regione ſimus, ab eo loco vbi ſumus vſque ad littus maris. Deinde ſi ad eandem lineam contuitus noſtri adhuc poſt mare terræ adiacent, eum quoque aërem qui ſuper illas tranſmarinas terras eſt, tranſire acies noſtra non poteſt, niſi prius peracto ſpacio aëris illius, qui ſuper mare quod prius occurrit, extenditur: faciamus iam poſt illas tranſmarinas terras non niſi Oceanum remanere: nunquid & aërem qui ſuper Oceanum diffunditur, poteſt tranſire acies noſtra, niſi prius tranſierit quicquid aëris citra Oceanum ſuper terram eſt? Oceani autem magnitudo incomparabilis perhibetur, ſed quantacunque ſit, prius oportet aërem, qui ſupra eſt, tranſeant radij oculorum noſtrorum: & poſtea quicquid vltra eſt, tum demum ad ſolem per-

I ueniant quem videmus. Num igitur quia totiens hic diximus prius & poſtea, ideo non ſimul omnia vno ictu tranſit noſter obtutus? Si enim clauſis oculis faciem cõtra videndum ſolem ponamus, nónne mox vt eos aperuerimus, ibi potius aciem noſtram nos inueniſſe, quàm illuc eam perduxiſſe putabimus, ita vt nec ipſi oculi prius aperti fuiſſe videantur, quàm illò quò intenderent perueniſſe? Et certe iſte corporeæ lucis eſt radius emicans ex oculis noſtris, & tam longe poſita tanta celeritate cõſtringens, vt exiſtimari compararíque non poſsit. Nempe hic & illa omnia tam ampla immenſaq; ſpacia ſimul vno ictu tranſiri manifeſtum eſt, & quid prius poſteriúſque tranſeatur, nihilominus certum eſt. Merito reſurrectionis noſtræ celeritatem cum exprimere vellet Apoſtolus, in ictu oculi dixit fieri. Neque enim aliquid in rerum corporearum motibus vel ictibus poteſt celerius inueniri. Quòd ſi oculorum carnalium acies celeritate tantum poteſt, quid mentis acies vel humanæ, quantó magis angelicæ? Quid iam de ipſius ſummæ dei ſapientiæ celeritate dicatur, quæ attingit vbique propter ſuam mundiciam, & nihil inquinatum in eam incurrit?

1. Cor. 15.

Sapien. 7.

K In his ergo quæ ſimul facta ſunt, nemo videt quid prius poſteriúſve fieri debuerit, niſi in illa ſapientia, per quam facta ſunt omnia per ordinem ſimul. Dies ergo ille, quam deus primitus fecit, ſi ſpiritalis rationaliſque creatura eſt, id eſt, angelorum ſupercœleſtium atq; virtutum, præſentatus eſt omnibus operibus dei hoc ordine præſentiæ, quo ordine ſcientiæ, qua in verbo dei facienda prænoſceret, & in creatura facta cognoſceret, non per interuallorum temporalium moras, ſed prius & poſterius habens in connexione creaturarum, in efficacia vero creatoris omnia ſimul. Sic enim fecit quæ futura eſſent, vt non temporaliter faceret temporalia, ſed ab eo facta currerent tempora, Ac per hoc iſti dies ſeptem, quos lux corporis cœleſtis circumeundo explicat atque replicat, ſecundum quandam vmbram ſignificationis admonent nos quærere illos dies, in quibus lux creata ſpiritalis omnibus operibus dei per ſenariam numeri perfectionem præſentari potuerit: atque inde ſeptimam requiem dei mane habere, veſperam non habere: vt non ſit hoc deo requieuiſſe in die ſeptimo, tanquam ipſo die ſeptimo eguerit ad requiem ſuam, ſed quod in conſpectu angelorum ſuorum requieuerit ab omnibus operibus ſuis quæ fecit: non vtique niſi in ſeipſo qui factus non eſt: id eſt, vt creatura eius angelica, quę cognoſcendis omnibus operibus eius in ipſo & in illis, tãquam dies cum veſpera præſentata eſt, nihil poſt omnia valde bona opera eius melius cognoſceret, quàm illum ab omnibus in ſeipſo requieſcere, nullo eorũ egentem quo ſit beatior. L

Ordo præſentiæ & ſcientiæ. C. XXXV.

LIBRI QVARTI Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI DE GENESI AD LITERAM, Liber quintus.

HIC eſt liber creaturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri antequam exortum eſſet: non enim pluerat ſuper terram deus, & homo non erat qui operaretur terram: fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. M Nunc certe firmior fit illa ſententia, qua intelligitur vnum diem feciſſe deum, vnde iam illi ſex vel ſeptem dies vnius huius repetitione numerari potuerunt: quandoquidem apertius ſancta ſcriptura iam dicit, concludens quodam modo cuncta quæ ab initio vſque ad hũc locum dixerat, atque infert, Hic eſt liber creaturæ vel facturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies. Neque enim quiſque dicturus eſt, cœlum & terram hic ita commemorata, ſicut dictum erat antequam conditus inſinuaretur dies, In principio fecit deus cœlum & terram: Illud enim ſi eo modo intelligitur, vt aliquid deus fecerit ſine die, priuſquam faceret diem, qua ratione id poſsit accipi, ſuo loco dixi, quod dicendum putaui, nulli intercludens melius intelligendi licentiam. Nunc autem hic eſt, inquit, liber creaturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies: ſatis, vt opinor, oſtendẽs, non hic ſe ita commemoraſſe cœlum & terram, ſicut in principio antequam fieret dies, cum tenebræ eſſent ſuper abyſſum: ſed quo modo factum eſt cœlum & terra, cum factus eſt dies, id eſt, iam formatis atque diſtin-

Vnus dies repetitus ſepties. Cap. I.

Gene. 1.

ctis

A ctis partibus & generibus rerum, quibus vniuerſa creatura diſpoſita atque compoſita, reddidit hanc ſpeciem quę mundus vocatur. Illud hic ergo cœlum commemoratum eſt, quod cum creaſſet deus, firmamentum vocauit cum omnibus quæ in illo ſunt: & ea terra, quæ cum abyſſo vnum † obtinet locum cum omnibus quæ in ea ſunt. *† imum.* Sequitur enim & adiungit, Fecit deus cœlum & terram, vt cœli & terræ nomine præmiſſo, antequam factum diem commemoraret, & repetito cum commemoraſſet, non ſinat ſuſpicari ita ſe nunc cœlum & terram nominaſſe, ſicut in principio antequam eſſet creatus dies. Sic enim verba contexuit, Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram: vt ſi quiſquam velit ſic intelligere quod ſuperius poſitum eſt, Liber creaturæ cœli & terræ: quemadmodum dictum eſt, In principio fecit deus cœlum & terram, priuſquam cõderet diem: quia prius & hic commemorata ſunt cœlũ & terra, & poſtea factus dies, corrigatur ſubſequentibus verbis: quia & poſt commemoratum factum diem rurſus cœli & terræ nomen adiunctum eſt: quanquam & hoc quod poſitum eſt, cum, & ſic adiunctum, factus eſt dies, cuiuis contẽtioſo extorqueat
B alium eſſe intellectum non poſſe. Si enim ita eſſet interpoſitum, vt diceretur, Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram: quiſquam forte arbitraretur librum creaturæ cœli & terræ ſic appellatum, quo modo appellatum eſt, In principio fecit deus cœlum & terram ante conditum diem: ac deinde ſubiunctũ, factus eſt dies: ſicut ibi poſtea narratum eſt, quòd deus fecerit diem: inde cõtinuo rurſus dictum, Fecit deus cœlum & terram: tanquam ſi iam hæc facta ſint poſt conditum diem. Sed quia ita interpoſitum eſt vt diceretur, cum factus eſt dies: ſiue hoc ſuperioribus verbis connectas, vt ſit vna ſententia, Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ cum factus eſt dies: ſiue inferioribus, vt itidem hoc modo ſit plena ſententia, cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram: proculdubio cogit eo modo ſe intelligi cœlum & terram commemoraſſe, quo modo facta ſunt, cũ factus eſt dies. Deinde cum dictum eſſet, Fecit deus cœlum & terram: additum eſt, & omne viride agri: quæ certe manifeſtum eſt tertio die facta: vnde liquidius apparet eundem illum eſſe vnum diem quem fecit deus, quo repetito, factus eſt & ſe-
C cundus & tertius, & cæteri vſque ad ſeptimum diem.

Viride agri cur additum. Cap. II.

Cum autem nomine cœli & terrę vſitato more ſcripturarum nunc vniuerſam creaturam voluerit accipi, quæri poteſt cur addiderit, & omne viride agri: quod mihi videtur ideo poſuiſſe, vt ſignificantius intimaret quem diem commendauerit, quòd ait, cum factus eſt dies. Cito enim quiſquam putaret hunc diem lucis corporeæ commendatum, quo circumeunte nobis viciſsitudo diurni nocturníque temporis exhibetur. Sed cum creaturarum conditarum ordinem recolimus, & inuenimus omne viride agri tertio die creatum, antequam ſol fieret, qui quarto die factus eſt, cuius præſentia dies iſte quotidianus vſitatúſque peragitur: quãdo audimus, Cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri: admonemur de ipſo die cogitare, quem ſiue corporalem neſcio qua luce nobis incognita, ſiue ſpiritalem in ſocietate vnitatis angelicæ, nõ tamen qualem hic nouimus, intellectu inueſtigare conemur.

Ordo narrationis. Cap. III.

Illud etiam non ab re fuerit intueri, quòd cum poſſet dicere, Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, cum fecit deus cœlum & terram: vt in cœlo & in terra intelligeremus quicquid in eis eſt: ſicut loqui diuina ſcriptura cõſueuit, vt nomine cœli & terræ ſæpiſsime, interdum addito & D maris, vniuerſam inſinuet creaturam: aliquando adiungens & dicens, & quæ ſunt in eis: & quicquid horum diceret, ibi intelligeremus & diem, ſiue quẽ primitus condidit, ſiue iſtum quem præſentia ſolis facit: non ita dixit, ſed interpoſuit diem dicẽs, Cum factus eſt dies. Nec ita locutus eſt vt diceret, Hic eſt liber creaturæ diei & cœli & terræ: tanquam hoc ordine, quo facta narrantur iſta. Nec ita, Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies, & cœlum & terra, cum fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri. Nec ita, Hic eſt liber creaturæ; cum fecit deus diem, & cœlum & terram, & omne viride agri. Hos enim magis locutionis modos loquẽdi cõſuetudo poſcebat, ſed ait, Hic eſt liber creaturæ cœli & terræ, cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri: tanquam illud inſinuans, cum factus eſt dies, tunc feciſſe deum cœlum & terram, & omne viride agri. Porro autem ſuperior narratio factum diem primitus indicat, eumq́; vnum diem deputat, poſt quem ſecundum annumerat, quo factum eſt firmamentum: & tertium, quo ſpecies terræ mariſque digeſtę ſunt, & lignum atque herbam terra produxit. An forte hoc illud eſt, quod in libro ſuperiore moliebamur oſtendere, E ſimul deum feciſſe omnia: quandoquidem narrationis illa contextio cum ſex dierum ordine cuncta creata & conſummata memoraſſet, nunc ad vnum diem omnia rediguntur nomine cœli & terræ, adiuncto etiam fruticum genere? Nimirum propter quod ſupra diximus, vt ſi fortaſsis ex hac noſtra conſuetudine intelligeretur dies, corrigeretur lector, cum recoleret viride agri ante iſtum ſolarem diem deum dixiſſe vt terra produceret. *Eccli. 18.* Ita iam non ex alio ſcripturæ ſanctæ libro profertur teſtimonium, quòd omnia ſimul deus creauerit, ſed vicina teſtificatio paginæ cõſequentis & ex hac re nos admonet, dicens, Cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri: vt iſtum diem ſepties intelligas repetitum, vt fierẽt ſeptem dies. Et cum audis tunc facta omnia, cum factus eſt dies, illam ſenariam vel ſeptenariam repetitionem ſine interuallis morarum ſpaciorúmque temporalium factam, ſi poſsis apprehendas: ſi autem non poſsis, hæc relinquas conſpicienda valentibus: tu autem cum ſcriptura non deſerente infirmitatem tuam, & materno inceſſu tecum tardius ambulante proficias: quæ ſic loquitur, vt altitudine ſuperbos irri- F deat, profunditate attentos terreat, veritate magnos paſcat, affabilitate paruulos nutriat.

Ordo creationis ex contextu ſermonis. Cap. IIII.

Quid tibi ergo vult etiam quod ſequitur, nam ita ſermo cõtexitur, Cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram & omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri antequã exortum eſſet. Quid eſt ergo? Nónne quærendum eſt vbi ea fecerit antequam eſſent ſuper terram, & antequam exorta ſunt? Quis enim non procliuius crederet tunc ea deum feciſſe, cum exorta ſunt, niſi admoneretur diuino eloquio, iſta deum feciſſe antequam exorirentur: vt ſi vbi facta ſint, inuenire non poſsit, credat tamẽ ante facta quàm exorta: quiſquis huic ſcripturæ pie credit, impie quippe non credit. Quid ergo dicemus? An, quod nonnulli putauerunt in ipſo verbo dei facta omnia antequam exorirentur in terra? Sed ſi hoc modo facta ſunt, non cum factus eſt dies, ſed antequam fieret dies, facta ſunt: aperte autem ſcriptura dicit, Cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum antequam exoriretur, Si ergo cum factus eſt dies, non vtique antequam fieret dies: ac per hoc non in verbo,

quod

G quod patri coæternum eſt antequam dies, antequam
omnino aliquid fieret, ſed cum factus eſt dies: nam illa
quę in verbo dei ante omnem creaturam ſunt, non vti-
que facta ſunt, hæc autem facta ſuot cum factus eſt dies,
ſicut ſcripturæ verba declaraot. Sed tamen antequam eſ
ſent ſuper terram, & antequam exorirentur, quod de vi-
ridibus & fœoo agri dictum eſt. Vbi ergo? An in ipſa ter
ra cauſaliter & rationaliter, ſicut in ſeminibus iam ſunt
omnia antequam euoluaot quodam modo atque expli
cent incremēta & ſpecies ſuas per oumeros temporum?
Sed iſta ſemina quæ videmus, iam ſuper terrā ſunt, iam
exorta ſunt: an non erāt ſuper terram, ſed infra terram:
& ideo antequā exorta ſunt, facta ſunt, quia tunc exorta
ſunt, cum ſemina germinarunt, & acceſſu incremento-
rum in auras eruperunt, quod per moras temporū nunc
fieri videmus ſuo cuiq; generi diſtributas? Num ergo ſe-
mina tuoc facta ſunt, cum factus eſt dies, & in ipſis erat
omne viride agri, & omne fœnum, nondum ea ſpecie
qua ſunt ſuper terram iam exorta, ſed ea in qua ſunt in
rationibus ſeminum? Semina ergo primum terra pro-
duxit. Sed non ita ſcriptura loquebatur, cum diceret, Et
Gene. 1. produxit terra herbam pabuli, vel herbā fœni ſeminan-
H tem ſemen ſecūdum genus, & ſecūdum ſimilitudinem,
& lignum fructuoſum faciens fructum, cuius ſemen in
ſe ſecuodum genus ſuper terram. His enim verbis magis
apparet, ſemina eſſe exorta ex herbis & lignis: oō autem
illa ex ſeminibus, ſed ex terra, pręſertim quia & ipſa ver-
ba dei ſic ſe habent. Non enim ait, Germinent ſemina
in terra herbā fœni, & lignum fructuoſum, ſed ait, Ger-
minet terra herbam fœni ſeminantem ſemen, vt ſemen
ex herba, non herbam inſinuaret ex ſemine. Et ſic eſt fa-
ctum, & produxit terra: id eſt, prius ſic eſt factum in co-
gnitione illius diei, & produxit terra iam vt hoc fieret
etiam in ipſa creatura quę condita eſt. Quo modo ergo
antequam eſſent ſuper terram, & antequam exorirētur:
quaſi aliud eis fuerit fieri cum cœlo & terra, quando fa-
ctus eſt dies ille inuſitatus atque incognitus nobis, quem
primum deus fecit: aliud autē exoriri ſuper terrā, quod
non fit niſi per hos dies, quos circuitus ſolis facit per
temporum moras ſuo cuique generi accommodatas?
Quod ſi ita eſt, dieſque illa ſocietas atque vnitas ſuper-
cœleſtium angelorum atque virtutum eſt, proculdubio
longe aliter nota eſt angelis creatura dei, aliter nobis:
excepto quod eam in verbo dei nouerunt, per quod fa-
I cta ſunt omnia, etiam in ſeipſa dico longe aliter notam
eis eſſe quàm nobis. Illis enim primordialiter, vt ita di-
cam, vel originaliter, ſicut eam deus primitus condidit,
& poſt eam conditionem à ſuis operibus requieuit: non
coodendo aliquid amplius: nobis autem ſecundum re-
rum [antea] conditarum adminiſtrationē iam per or-
dines temporum, ſecundum quam deus iam illis rebus
per ſenariam perfectionem conſummatis, vſque modo
operatur. Cauſaliter ergo tunc dictum eſt produxiſſe ter
ram herbam & lignum, id eſt producendi accepiſſe vir-
tutem. In ea quippe iam tanquam in radicibus, vt ita di-
xerim, temporum facta eraot, quæ per tempora futura
erant: nam vtique poſtea plātauit deus paradiſum iuxta
Oriētem, & eiecit ibi de terra omne lignum ſpecioſum
ad aſpectum, & bonum ad eſcam. Nec tamen dicēdum
eſt eum aliquid tunc addidiſſe creaturæ, quod ante non
fecerat, quod velut illi perfectioni, qua omnia bona val
de ſexto die conſummauit, pòſt eſſet addendū. Sed quia
iam omnes naturæ fruticum atque lignorum in prima
conditione factę fuerant, à qua conditione deus requie-
uit, mouens deinde adminiſtranſq; per temporales cur-
ſus illa ipſa quæ condidit, & à quibus cōditis requieuit, K
non ſolum tunc plantauit paradiſum, ſed etiam nunc
omnia quæ naſcuntur. Quis enim alius etiam nūc iſta
creat, niſi qui vſque nūc operatur? Sed creat hæc modo
ex iis quę iam ſunt: tunc autem ab illo, cum omnino nul
la eſſent, creata ſunt, cum factus eſt dies ille, qui etiam ip
ſe omnino erat ſpiritalis videlicet atq; intellectualis cre
atura. Factæ itaq; creaturę motibus cœperunt currere Tēpus, mo-
tempora: vnde etiam ante creaturā fruſtra tempora re- tus, mate-
quiruntur, quaſi poſſint inueniri ante creaturam tempo ria infor-
ra. Motus enim ſi nullus eſſet vel ſpiritalis vel corporalis mis & for-
creaturæ, quo per præſens præteritis futura ſuccederent, mabilis.
nullum eſſet tempus omnino. Moueri autē creatura nō Cap. V.
vtique poſſet ſi nō eſſet. Potius ergo tempus à creatura,
quàm creatura cœpit à tempore, vtrūque autem ex deo. Roman. 11.
Ex ipſo enim, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Nec
ſic accipiatur quòd dictum eſt, tempus à creatura cœpit,
quaſi tempus creatura non ſit, cum ſit creaturæ motus ex
alio in aliud, conſequentibus rebus ſecundum ordina-
tionem adminiſtrātis dei cuncta quæ creauit. Quaprop
ter cum primam conditionem creaturarū cogitamus, à
quibus operibꝰ ſuis deus in die ſeptimo requieuit: nec il
los dies ſicut iſtos ſolares, nec ipſam operationē ita cogi
tare debemus, quēadmodū nunc aliquid deus operatur L
in tempore: ſed quemadmodum operatus eſt, vnde inci
perent tempora, quemadmodum operatus eſt omnia ſi-
mul, præſtās eis etiam ordinē, non interuallis temporū,
ſed cōnexiooe cauſarum: vt ea quæ ſimul facta ſuot, ſe-
nario quoque illius diei numero pręſentato perficeren-
tur. Non itaque temporali ſed cauſali ordine prius facta
eſt informis formabiliſq; materies, & ſpiritalis & corpo
ralis, de qua fieret quod faciendū eſſet, cum & ipſa priuſ
quàm inſtituta eſt, nō fuiſſet: nec inſtituta eſt, niſi ab illo
vtique ſummo deo & vero, ex quo ſunt omnia: quæ ſiue
cœli & terræ nomine ſignificata eſt, quę in principio fe-
cit deus ante vnū illum diē quē condidit, propterea iam
ſic appellata, quia inde facta ſunt cœlū & terra, ſiue no-
mine terræ inuiſibilis & incōpoſitæ, atq; abyſſi tenebro-
ſæ, vt iam in primo libro tractatum eſt. In his vero quæ
iam ex informitate formata ſunt, euidētiuſq; appellatur
creata vel facta vel condita, primū factus eſt dies. Opor
tebat enī vt primatū creaturæ obtineret illa natura, quæ
creaturam per creatorē, non creatorem per creaturam
poſſet agnoſcere. Secundo firmamēto vnde corporeus M
incipit mūdus. Tertio ſpecies maris & terræ, atq; in ter-
ra potentialiter, vt ita dicā, natura herbarum atq; ligno-
rum. Sic enim terra ad dei verbū ea produxit antequam
exorta eſſent, accipiens omoes numeros eorū quos per
tempora exereret ſecundū ſuum genus. Deinde poſtea-
quam hæc velut habitatio rerum condita eſt, quarto die
luminaria & ſydera creata ſunt, vt prius pars mundi ſu-
perior, rebus quæ intra mundū mouentur viſibilibus or
naretur. Quinto aquarum natura, quia cœlo aëriq; con-
iuogitur, produxit ad dei verbum indigenas ſuos, om-
nia ſcilicet natatilia & volatilia, & hæc potentialiter in
numeris qui per congruos temporū motus exererentur.
Sexto terreſtria ſimiliter animalia tanquam ex vltimo
elemento muodi vltima nihilominus potētialiter, quo-
rum numeros tēpus poſtea viſibiliter explicaret. Hunc
omnem ordinem creaturę ordinatę dies ille cognouit:
& per hanc cogoitionem ſexies quodam modo præſen-
tatus tanquā ſex dies exhibuit, cum ſit vnus dies, ea quæ
facta ſunt in creatore primitus, & in ipſis conſequenter
agnoſcens, nec in ipſis remanens, ſed eorum etiam co-
gnitionem poſteriorem ad dei referens dilectionem,
veſperam

A veſperã & mane & meridiem in omnibus præbuit, non per moras temporum, ſed propter ordinem conditorum. Poſtremo quietis ſui creatoris, qua in ſe requieſcit ab omnibus operibus ſuis, noticiam repræſentãs in qua nõ habet veſperam, benedici & ſanctificari ob hoc meruit. Vnde ipſum ſeptenarium numerum ſancto ſpiritui quodam mõdo dedicatum, commẽdat ſcriptura, & nouit Eccleſia. Hic eſt ergo liber creaturæ cœli & terræ, quia in principio fecit deus cœlum & terram, ſecundum materiæ quandam, vt ita dicam, formabilitatem, quæ cõſequenter verbo eius formanda fuerat, præcedẽs formationem ſuam, non tẽpore ſed origine. Nam vtique cum formaretur, primũ factus eſt dies: cum factus eſt dies fecit deus cœlum & terrã & omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri antequam exoriretur, ſicut tractauimus: vel ſi quid liquidius & congruentius videri & dici potuit.

De pluuia ſuper terrã & cultura. Cap. VI. Gene. 2.

Quod autem ſequitur, Non enim pluerat deus ſuper terram, & homo nõ erat qui operaretur terram: quò pertineat & quid nobis inſinuet, indagare difficile eſt. Tanquã ideo antequam exortum eſt, fecerit deus fœnum agri, quia B nondum pluerat ſuper terrã. Si enim poſt pluuiam fœnum feciſſet deus, pluuia magis exortum quàm factum ab eo videretur. Quid enim, quod poſt pluuiã exoritur, ab alio fit niſi ab eodem deo? Cur autem non erat homo qui operaretur terram? Nònne iam ſexto die fecerat hominem, & ſeptimo die requieuerat ab omnibus operibus ſuis quæ fecit? An hoc recapitulando commemorat, quoniam quãdo fecit deus omne viride agri, & omne fœnũ, nondum pluerat ſuper terram, & nondum erat homo? Tertio quippe die fecit iſta deus, hominem autem ſexto. Sed cum fecit deus omne viride atq; omne fœnum agri antequam exortum eſt ſuper terram, nõ ſolum homo non erat qui operaretur terram, ſed nec ipſum fœnum erat ſuper terram, quod vtique ante dicit factum quàm exortum. An ideo die tertio fecit deus iſta: quia nondum erat homo qui operando terram faceret ea? Quaſi vero tam multa ligna & tam multa genera herbarum, non ſine vllo opere† hominum naſcantur ex terra? An ob hoc vtrunq; poſitum eſt, & quia nõdum pluerat ſuper terram, & quia nondum erat homo qui operaretur terram: vbi enim opera humana nõ eſt,

† vlla opera.

C per pluuiam iſta naſcuntur. Sunt autem quædam quæ etiam per pluuiam nõ naſcuntur, niſi humana opera accedat. Ideo nunc vtrunq; adiutorium neceſſarium eſt, vt cuncta naſcantur, tunc autem vtrunq; defuit, ideo fecit deus hæc potentia verbi ſui ſine pluuia, ſine opere humano. Nam etiam nũc ipſe facit, ſed etiam per pluuiam & hominum manus, quanuis neque qui plantat ſit aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Quid eſt ergo quod adiungit, Fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ? Ille quippe fons tanta largitate manans, ſicut Nilus Aegypto, poſſet vniuerſæ terræ eſſe pro pluuia. Quid itaque pro magno commẽdatum eſt, antequam plueret feciſſe deum illa gignentia, cum quantum poſſet adiuuare pluuia, tantum fons irrigans terram? Verum & ſi aliquid minus, minora illa fortaſſe, non tamen nulla naſcerentur. An hinc etiam more ſuo ſcriptura tanquam infirmis infirmiter loquitur, & tamen innuit aliquid quod intelligat qui valuerit? Nimirum enim ſicut iſto die paulo ſuperius commemorato ſignificauit vnum diem factum à deo, & tunc deum feciſſe cœlum & terram, cũ factus eſt dies: vt quo modo poſſemus cogitaremus ſimul omnia deum feciſſe, quanuis ſuperior ſex dierum

1. Cor. 3.

enumeratio, velut temporum interualla oſtendiſſe vi- D deretur: ita cum dixiſſet, cum cœlo & terra deum feciſſe omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri antequam exortum eſt, addidit, Nondum enim pluerat deus ſuper terram, nec erat homo qui operaretur terram: tanquam diceret, Non ea ſic fecit deus, quemadmodum facit nũc talia cum pluit & cum operãtur homines: Hæc enim iam per moras temporum fiunt, quæ tunc non erant, cum fecit omnia ſimul, vnde etiam tempora inciperent. [3]

Fons qui rigabat totã terram. Cap. VII.

Quod autem ſequitur, Fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ: hinc iam, quantum arbitror, intimatur quæ fiant ſecundum interualla temporum ex prima illa conditione creaturarum, vbi facta ſunt omnia ſimul. Et recte ab eo cœpit elemẽto, ex quo cuncta genera naſcuntur vel animalium, vel herbarum atque lignorum, vt agant temporales numeros ſuos naturis propriis diſtributos. Omnia quippe primordia ſeminum, ſiue vnde omnis caro, ſiue vnde omnia fruteta gignuntur, humida ſunt, & ex humore concreſcũt.

Semina rerum.

Inſunt autem in illis efficaciſſimi numeri, trahentes ſecum ſequaces potentias ex illis perfectis operibus dei, à E quibus in die ſeptimo requieuit. Veruntamẽ quis iſte ſit fons ad irrigãdam omnem faciẽ terræ omnis idoneus, merito quærit. Si enim fuit, & obſtruſus eſt vel ſiccatus, cauſa quærenda eſt. Nunc enim videmus nullum eſſe fontem quo irrigetur omnis facies terræ. Fortaſſis ergo peccatum hominum hanc etiam pœnam commeruit, vt tanta illius fontis repreſſa largitas facillimam terris auferret fœcunditatem, vt incolentium augeretur labor. Poſſet hoc, quanuis nulla id ſcriptura narrauerit, affirmare humana ſuſpicio, niſi illud occurreret quod peccatum hominum, cui pœna laboris impoſita eſt, poſt paradiſi delicias extitit. Paradiſus autem habebat prægrandem fontem ſuum, de quo pòſt diligentius ſuo loco loquendum eſt: ex cuius vno capite quatuor magna flumina & nota gentibus manare narrantur. Vbi ergo erat fons iſte aut iſta flumina, quando ille vnus maximus aſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ? Certe enim tunc non Geon, qui dicitur Nilus, vnus ex illis quatuor rigabat Aegyptum quando fons aſcendebat de terra, & non Aegyptum tantum, ſed omnem faciem terræ ſatiabat. An primo deum voluiſſe cre F dendũ eſt, vno fonte maximo irrigare omnem terram, vt illa quæ in ea principaliter cõdiderat, accepto humoris adiutorio, iam etiam per tẽporalia ſpacia gignerentur, pro ſuorum generum diuerſitate etiam diuerſis numeris dierum ‹ gignerentur ›: & poſtea plantato paradiſo repreſſiſſe illum fontem multiſque aliis fontibus, ſicut iam nunc videmus impleuiſſe terram: de paradiſi autem vno fonte quatuor ingentia flumina diuiſiſſe, vt & terra cætera creaturarum ſuarum plena generibus, congruos numeros ſuorum temporum agentibus, fontes etiam ſuos haberet ac fluuios: & paradiſus loco electiore plantatus, quatuor illa flumina ex capite ſui fontis emitteret: aut ex ipſo vno fonte paradiſi multo largius exundante, prius totam rigaſſe terram, atque ad parienda per temporum numeros genera, quæ in ea ſine interuallis temporum creauerat, fœcundaſſe: ac poſtea repreſſiſſe in eo loco aquarũ eruptionem vaſtiſſimam, vt de diuerſis per omnem terram capitibus fluminum ac fontium iam manarent: ac deinde irrigatione illius fontis, non iam vniuerſam terram rigantis, ſed memorabiles ſolos illos quatuor fluuios emittentis, plãtaſſe paradiſum, vbi hominem quem fecerat collocaret.

G Quia enim nó omnia ſcripta ſunt, quemadmodum
Quæ ſcrip- poſt illam primam rerum códitionem tempora cucur-
tura comple rerint, ſeq; ſecutæ ſint adminiſtrationes creaturarum,
ctatur. Ca. quæ primitus factæ, ſextoq; illo die conſummatæ ſunt:
VIII. ſed quantum ſatis iudicauit ſpiritus, qui inerat ſcriben-
ti, ea quæ non ſolum ad factarum rerum noticiam, ſed
etiam ad futurarum præfigurationem valerent: neſcien
tes coniectamus quid fieri potuerit, quod ille non ne-
ſciens prætermiſit, tantum id conantes pro modulo no
ſtro, quantum adiuuamur efficere, ne aliqua abſurditas
vel repugnantia putetur eſſe in ſcripturis ſanctis, quæ
opinionem lectoris offendat, & dum exiſtimat fieri nó
potuiſſe, quæ facta eſſe ſcriptura commemorat, vel reſi-
Scriptura liat à fide, vel non accedat ad fidem. Proinde cum
verax. de iſto fonte quærimus, quo modo id quod dictum eſt,
Cap. IX. Aſcendebat de terra & irrigabat omnem faciem ter-
Gene. 2. ræ: non impoſſibile videatur. Si autem ea quæ diximus,
impoſſibilia cuiquã videntur, quærat ipſe aliud, quo ta-
men verax iſta ſcriptura monſtretur, quæ proculdubio
verax eſt, etiam ſi non monſtretur. Nam ſi argumentari
voluerit quo eam falſam eſſe conuincat, aut ipſe nulla
vera de creaturarum conditione atque adminiſtratio-
H ne dicturus eſt: aut ſi vera dixerit, iſtam non intelligen-
do falſam putabit: velut ſi contendat ideo non potuiſ-
ſe vno quantolibet fonte omnem terræ faciem irriga-
ri, quia ſi montes non irrigabat, non omnem terræ fa-
ciem irrigabat. Si etiam montes rigabat, non erat iam
impartitio ſaginæ, ſed diluuij inundatio: quòd ſi terra
tunc ſic erat, totum mare erat & nondum diſcreta erat
Fons vnus arida. Cui reſpondetur, quia hoc vicibus temporũ
terram ri- poſſet, ſicut certo tempore per plana Aegypti Nilus re-
gãs, quo mo ſtagnat, & alio tẽpore ad ripas ſuas redit: aut ſi iſte ne-
do intelli- ſcio cuius ignotæ ac longinquæ partis mundi aquis &
gendum. pruinis hyemalibus, anniuerſaria creditur incremen-
Cap. X. ta colligere, quid de Oceani alternis æſtibus, quid de
quibuſdam littoribus, quæ late nudantur fluctibus vi-
ciſsimque operiuntur, dici poteſt: vt omittam quod de
quorundam fontium mira viciſſitudine perhibetur, cer
to annorum interuallo ſic eos inundare, vt totam il-
lam regionem rigent, qui alio tempore vix ex altis pu-
teis ad potandum ſufficientem præbent aquam? Cur er
go ſit incredibile, ſi ex vno abyſſi capite alterna inun-
I datione fluente atque refluente, tunc vniuerſa terra ri-
gata eſt? Quòd ſi ipſius abyſſi magnitudinẽ, ea parte ex-
cepta quod mare dicitur, & euidẽti amplitudine aquæ,
maris fluctibus terras ambit, in ea ſola parte quam re-
conditis ſinibus terra continet, vnde ſe omnes fontes
& omnes aquæ diuerſis tractibus venísque diſtribuunt,
& ſuis quique locis erumpunt, fontem voluit appellare
ſcriptura non fontes propter naturæ vnitatem: eumq;
per innumerabiles vias antrorum atq; rimarum aſcen-
dentem de terra & vbique diſpertitis quaſi crinibus ir-
rigantem omnem ſuperficiem terræ, nó continua ſpe-
cie tanquam maris aut ſtagni, ſed ſicut videmus ire a-
quas per alueos fluminum flexúsque riuorum, & eorum
exceſſu vicina perfundere: quis non accipiat niſi qui
contentioſo ſpiritu laborat? Poteſt quippe etiam ita di-
cta intelligi omnis terræ facies irrigata, quemadmo-
dum dicitur, omnis veſtis facies colorata, etiam ſi non
continuatim ſed maculatim fiat: præſertim quia tunc
in nouitate terrarum, etſi non omnia, plura tamen pla-
na fuiſſe credibile eſt, quo latius poſſent erumpentia
fluenta diſpergi atque diſtendi. Quapropter de iſtius
fontis magnitudine vel multitudine: qui ſiue vnam
habuit alicunde eruptionem: ſiue propter aliquam in
terræ occultis ſinibus vnitatem vnde omnes aquæ ſu- K
per terram ſcaturirent, omnium fontium magnorum
atque paruorum vnus fons dictus eſt, per omnes diſper-
titiones ſuas aſcendens de terra, & irrigans omnem fa-
ciem terræ: ſiue etiam, quod eſt credibilius, quia non
ait, vnus fons aſcendebat de terra: ſed ait: Fons autem
aſcendebat de terra: pro numero plurali poſuit ſingula-
rem: vt ſic intelligamus fontes multos per vniuerſam
terram loca vel regiones proprias irrigantes, ſicut di-
citur miles, & multi intelliguntur, ſicut dicta eſt locu-
ſta & rana in plagis quibus Aegyptij percuſſi ſunt, cum *Pſal. 104.*
eſſet innumerabilis locuſtarum numerus & ranarum.
Iam non diutius laboremus. Sed illud etiam atque *Aliter deus*
etiam cóſideremus, vtrum poſſit nobis per omnia con- *operatus eſt*
ſtare ſententia qua dicebamus, aliter operatum deum *primò, ali-*
omnes creaturas prima conditione, à quibus operibus *ter nũc ad-*
in die ſeptimo requieuit: aliter iſtam earũ adminiſtra- *miniſtrat*
tionem qua vſque nunc operatur: id eſt, tunc omnia ſi- *omnia.*
mul ſine vllis temporalium morarum interuallis: nunc *Cap. XI.*
autem per temporum moras, quibus videmus ſydera
moueri ab ortu ad occaſum, cœlum mutari ab æſtate
ad hyemem, germina certis dierum momentis pullu- L
lare, grandeſcere, [vireſcere,] areſcere. Animalia quoq;
ſtatutis temporum metis & curſibus, & concipi, & per-
fici, & naſci, & per ætates vſque in ſenium mortémque
decurrere, & cætera huiuſmodi temporalia. Quis enim
operatur iſta niſi deus, etiam ſine vllo tali ſuo motu?
Non enim & ipſi accidit tempus. Inter illa ergo opera
dei à quibus requieuit in die ſeptimo, & iſta quæ vſque
nunc operatur, quendã ſcriptura interponens ſuæ nar-
rationis articulum, commendauit ſe illa explicaſſe, &
cœpit iam iſta contexere. Illorum explicatorum com-
mẽdatio ſic facta eſt, Hic eſt liber creaturæ cœli & ter- *Gene. 2.*
ræ, cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, &
omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & om-
ne fœnum agri antequam exoriretur. Non enim plue-
rat deus ſuper terrã, nec erat homo qui operaretur ter-
ram. Iſtorum autem contextio ſic cœpit, Fons autem
aſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem ter-
ræ. Ab hac commemoratione fontis huius, & deinceps
ea quæ narrantur, per moras temporum facta ſunt, non
omnia ſimul. Cum ergo aliter ſe habeant omnium
creaturarum rationes incommutabiles in verbo dei, a- *Opera dei.*
liter illa eius opera, à quibus in die ſeptimo requieuit: a- *Cap. XII.* M
liter iſta quæ ex illis vſque nunc operatur: horum trium
hoc quod extremum poſui, nobis vtcunque notum eſt
per corporis ſenſus, & huius conſuetudinem vitæ. Duo
vero illa remota à ſenſibus noſtris, & ab vſu cognitio-
nis humanæ, prius ex diuina authoritate credẽda ſunt:
deinde per hæc quæ nota ſunt, vtcunq; noſcenda, quan
to quiſque magis minúſve potuerit pro ſuæ capacitatis
modo diuinitus adiutus internis æterníſque rationibus
vt poſſit. De primis ergo illis diuinis incommuta-
bilibus æterníſque rationibus, quoniam ipſa dei ſapien *Sapientia*
tia, per quam facta ſunt omnia, priuſquam fierent ea no *dei. C. XIII*
uerat, ſicut ſcriptura teſtatur: In principio erat verbum, *Ioan. 1.*
& verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc e-
rat in principio apud deũ: Omnia per ipſum facta ſunt,
& ſine ipſo factum eſt nihil. Quis ergo tam ſit demens,
vt dicat non ea deum feciſſe quæ nouerat? Porrò ſi no-
uerat, vbi niſi apud ſeipſum, apud quem verbum erat,
per quod facta ſunt omnia? Nam ſi extra ſeipſum ea no
uerat, quis eum docuerat? Quis enim cognouit ſenſum
domini, aut quis conſiliarius eius fuit, aut quis prior *Roma. 11.*
dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, & per ip-
ſum, &

A ſum, & in ipſo ſunt omnia. Quanquã & ea quæ ſequuntur in Euangelio, ſatis aſſerant iſtam ſententiam, adiungit enim Euangeliſta & dicit: Quod factũ eſt in illo vita eſt, & vita erat lux hominum. *Ioan.1.* Quia ſcilicet rationales mentes, in quo genere homo factus eſt ad imaginẽ dei, non habent veram lucem ſuam, niſi ipſum verbum dei, per quod facta ſunt omnia, cuius participes eſſe poterunt ab omni iniquitate & errore mundatæ.

Illud ex Ioanne, Quod factum eſt: quo modo diſtinguendum. Cap. XIIII.

Non ergo ita pronunciari oportet, Quod factum eſt in illo vita eſt, vt ſubdiſtinguamus, quod factum eſt in illo, & deinde inferamus, vita eſt. Quid enim non in illo factum eſt, cum commemoratis etiam multis creaturis, dicatur in Pſalmo: Omnia in ſapientia feciſti. *Pſal.103.* Dicat & Apoſtolus: Quoniam in ipſo condita ſunt omnia in cœlo & in terra, viſibilia & inuiſibilia. *Coloſ.1.* Conſequens ergo erit, ſi ita diſtinxerimus, vt & ipſa terra, & quæcunque in ea ſunt, vita ſint. Quæ cum abſurde dicantur omnia viuere, quanto abſurdius vt etiam vita ſint? præſertim quia diſtinguit de quali vita loquatur, cum addit: Et vita erat lux hominum. Sic ergo diſtinguendum eſt, vt cum dixerimus, quod factum eſt, deinde inferamus, B in illo vita eſt: nõ in ſe ſcilicet, hoc eſt in ſua natura, qua factum eſt vt conditio creaturaq; ſit: ſed in illo vita eſt, quia omnia quæ per ipſum facta ſunt, nouerat antequam fierent. Ac per hoc [in illo erat] non ſicut creatura quam fecit, ſed ſicut vita & lux hominum, quod eſt ipſa ſapiẽtia, & ipſum verbum vnigenitus dei filius. Eo modo ergo in illo vita eſt quod factum eſt, quo modo dictum eſt: Sicut habet pater vitã in ſemetipſo, ſic dedit filio habere vitam in ſemetipſo. *Ioan.5.* Nec prætermittendum eſt quod emendatiores codices habent. Quod factum eſt, in illo vita erat: vt ſic intelligatur, vita erat, quo modo in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. *Ioan.1.* Quod ergo factum eſt, iam vita erat in illo, & vita non qualiſcunque: nam & pecora dicuntur viuere, quæ frui non poſſunt participatione ſapientiæ: ſed vita erat lux hominum. Mentes quippe rationales purgatæ gratia eius, poſſunt peruenire ad eiuſmodi viſionem, qua nec ſuperius quicquam ſit, nec beatius.

Oĩa anteq̃ fierẽt in noticia dei. Ca. XV.

Sed etiam ſi hoc legamus & intelligamus, quod factum eſt in illo, vita eſt: manet iſta ſententia, vt id quod per ipſum factũ eſt, vita eſſe in illo C intelligatur. In qua vita vidit omnia quando fecit: & ſicut vidit ea, ita fecit: non præter ſeipſum videns, ſed in ſeipſo, ita enumerauit omnia quæ fecit. Nec alia viſio ipſius & patris, ſed vna, ſicut vna ſubſtantia. Nam & in libro Iob ita ipſa ſapientia, per quam facta ſunt omnia, prædicatur. Sapientia vero, inquit, vnde inuenta eſt, vel quis ſit locus ſcientiæ? Ignorat mortalis viam eius, nec inuenietur in hominibus. *Iob.28.* Et paulo poſt: Audiuimus, inquit, eius gloriam, dominus commendauit viam eius, & ipſe nouit locum eius. Ipſe enim omne quod eſt ſub cœlo perfecit, & nouit quæ ſunt in terra, omnia quæ fecit: ventorum libramenta atque menſuras quando fecit, ſicut vidit enumerauit. His atque huiuſmodi teſtimoniis probatur quòd hæc omnia priuſquam fierent, erant in noticia facientis. Et vtique ibi meliora, vbi veriora, vbi æterna & incommutabilia. Quanquam ſufficere debeat vt quiſque nouerit vel inconcuſſe credat quòd deus hæc omnia fecerit: non opinor eum eſſe tam excordem, vt deum quæ non nouerat feciſſe arbitretur. Porrò ſi nouerat ea priuſquã faceret ea, profecto priuſquam fierent apud illum erant eo modo nota quo ſempiterne atque incommutabiliter viuunt, & vita ſunt: facta autem eo modo, quo vnaquæque creatura in genere ſuo eſt.

Quanuis ergo illa æterna incommuta- D bilisque natura, quod deus eſt, habens in ſe vt ſit, ſicut Moyſi dictum eſt: Ego ſum qui ſum: longe ſcilicet aliter quàm ſunt iſta quæ facta ſunt: quoniam illud vere ac primitus eſt quod eodem modo ſemper eſt, nec ſolum non commutatur, ſed commutari omnino nõ poteſt: nihil horum quæ fecit exiſtens, & omnia primitus habens, ſicut ipſe eſt.

Natura diuina. Cap. XVI. *Exod.3.*

Neque enim ea faceret, niſi ea noſſet antequam faceret, nec noſſet niſi videret, nec videret niſi haberet, nec haberet ea quæ nondum facta erãt, niſi quemadmodum eſt ipſe non factus. Quanuis, inquam, illa ſubſtantia ineffabilis ſit, nec dici vtcunq; homini per hominem poſſit, niſi vſurpatis quibuſdam locorum ac temporũ verbis, cum ſit ante omnia tempora & ante omnes locos: tamen propinquior nobis eſt qui fecit quàm multa quæ facta ſunt. In illo enim viuimus, mouemur, & ſumus. *Acto.17.* Iſtorum autem pleraque remota ſunt à mente noſtra propter diſſimilitudinem ſui generis, quoniam corporalia ſunt: nec idonea eſt ipſa mens noſtra, in ipſis rationibus quibus facta ſunt ea videre apud deum, vt per hoc ſciamus quot & quanta qualiaq; ſint, etiam ſi non ea videamus per corporis ſenſus. Re- E mota quippe ſunt à ſenſibus corporis noſtri, quoniam longe ſunt, vel interpoſitis aut oppoſitis aliis, à noſtro contuitu actúque ſeparantur. Ex quo fit vt maior ad illa inuenienda ſit labor, quàm ad illum à quo facta ſunt, cum ſit incomparabili fœlicitate præſtantius illum ex quantulacunque particula pia mente ſentire, quàm illa vniuerſa comprehendere. Vnde recte culpãtur in libro Sapientiæ inquiſitores huius ſeculi. Si enim tantum, inquit, potuerũt valere, vt poſſent æſtimare ſeculum, quo modo eius dominum non facilius inuenerunt? *Sapien 13.* Ignota enim ſunt fundamenta terræ oculis noſtris, & qui fundauit terrã, propinquat mentibus noſtris.

Ante ſecula, à ſeculo, in ſeculo. Ca. XVII.

Iam nunc conſideremus ea quæ fecit deus omnia ſimul, à quibus in die ſexto conſummatis, requieuit in ſeptimo, poſtea conſideraturi opera eius, in quibus vſque nunc operatur. Ipſe enim ante ſecula. A ſeculo autem ea dicimus, ex quo cœpit ſeculum, ſicut ipſum mundum. In ſeculo autẽ, ſicut ea quæ naſcuntur in mundo. Cum ergo ſcriptura dixiſſet: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, *Ioan.1.* paulo poſt ait: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. De hoc opere dei alio loco ſcri F ptum eſt: Qui feciſti mundum de materia informi: hic mundus plerunque cœli & terræ nomine nuncupatur, ſicut iam commemorauimus, quæ ſcriptura dicit deum feciſſe, cum factus eſt dies. De quibus verbis iam quantum viſum eſt diſputauimus, quemadmodum cõgruat conditioni mundi huius, & quod ſex diebus conſummatus eſt cum omnibus quæ in eo ſunt, & quòd tunc factus, cum factus eſt dies, vt & illud congruat quòd creauit omnia ſimul. *Eccli.18.*

Multa nos latere. Cap. XVIII.

Huius vniuerſæ dei creaturæ multa non nouimus: ſiue quæ in cœlis ſunt altius quàm vt noſter ſenſus ea poſſit attingere: ſiue quæ in regionibus terrarum ſunt fortaſſis inhabitabilibus: ſiue quæ deorſum latent, vel in profundo abyſſi, vel in occultis finibus terræ. Hæc igitur antequam fierent, vtiq; non erant. Quo modo ergo deo nota erant quę non erant? Et rurſus quo modo ea faceret quæ ſibi nota non erant? Non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde antequam fierent, & erant & non erant. Erant in dei ſcientia, non erant in ſua natura: ac per hoc factus eſt dies ille, cui vtroque modo innoteſcerent, & in deo & in ſeipſis. Illa velut matutina ſiue diurna cognitione, hæc vero velut veſpertina. Ipſi

G autem deo non audeo dicere alio modo innotuiſſe,
cum ea feciſſet, quàm illo quo ea nouerat vt faceret, a-
Iacobi.1. pud quem non eſt commutatio, nec momenti obum-
Angeli. bratio. Non ſanè propter inferiorum ſcientiam
Ca.XIX. nunciis indiget, quaſi per eos fiat ſcientior: ſed illo ſim-
plici ac mirabili modo nouit omnia ſtabiliter atque
incommutabiliter. Habet autem nuncios propter nos
& propter ipſos, quia illo modo deo parêre & aſſiſte-
re, vt eum de inferioribus conſulant, eiúſque ſupernis
præceptis & iuſſis vt obtemperent, bonum eſt eis in or-
dine propria naturæ atque ſubſtantiæ. Nuncij autem
Græce angeli dicuntur, quo nomine generali vniuerſa
illa ſuperna ciuitas nuncupatur, quem primum diem
conditum exiſtimamus. Nam nec illud eos latuit my-
ſterium regni cœlorum, quod opportuno tempore re-
Gala.3. uelatum eſt pro ſalute noſtra, quo ex hac peregrinatio-
2. retracta. ne liberati, eorum cœtui coniungamur. Neq; hoc igno-
cap.34. rarent, quandoquidem ipſum ſemen, quod opportuno
Ephe.3. tempore aduenit, per ipſos diſpoſitum eſt in manu me-
diatoris, id eſt in eius poteſtate, qui dominus eorum
eſt, & in forma dei, & in forma ſerui. Dicit item Apo-
H ſtolus: Mihi enim minimo omnium ſanctorum data
eſt gratia hæc, annunciare in gentibus inueſtigabiles
diuitias Chriſti, & illuminare quæ ſit diſpoſitio & di-
ſpenſatio ſacramenti, quod fuit abſconditum à ſeculis
in deo, qui vniuerſa creauit, vt innoteſceret principib⁹
& poteſtatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multifor-
mis ſapientiæ dei, ſecundum propoſitum ſeculorum,
quam fecit in Chriſto Ieſu domino noſtro. Sic ergo
fuit hoc abſconditum à ſeculis in deo, vt tamen inno-
teſceret principibus & poteſtatibus in cœleſtibus per
Eccleſiam multiformis ſapientiæ dei: quia ibi primi-
Matth.22. tus Eccleſia quò poſt reſurrectionem & iſta Eccleſia
congreganda eſt, vt ſimus æquales angelis dei. Illis er-
go à ſeculis innotuit, quia omnis creatura non ante ſe-
cula, ſed à ſeculis. Ab ipſa enim exorta ſunt ſecula, & ip-
ſa à ſeculis, quoniam initium eius initium ſeculorum
Hebra.1. eſt: vnigenitus autem ante ſecula, per quem facta ſunt
Prouer.8. ſecula. Ideoque ex perſona Sapientiæ: Ante ſecula, in-
quit, fundauit me, vt in ea faceret omnia, cui dictum
Pſal.103. eſt: Omnia in ſapientia feciſti. Quod autem nõ in deo
I tantum innoteſcit angelis, quod abſconditum eſt, ve-
rumetiam hic eis apparet, cum efficitur atque propala-
1.Timo.3. tur, idem Apoſtolus na teſtis eſt: Et ſine dubio, inquit,
magnum eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſta-
tum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit
angelis, prædicatum eſt in gentibus, creditum eſt in
mundo, aſſumptum eſt in gloria. Et niſi fallor, mirum
eſt ſi non omnia quæ dicitur deus tanquam ad præſens
tempus cognoſcere, ideo dicitur, quia cognoſci facit,
ſiue ab angelis, ſiue ab hominibus. Modus quippe iſte
locutionis cum per efficientem id quod efficitur ſigni-
ficatur, crebro eſt in ſcripturis ſanctis: maxime cum
de deo aliquid dicitur, quòd ei ad proprietatem locu-
tionis non conuenire præſidens mentibus noſtris ipſa
Deũ adhuc veritas clamat. Iam nunc ergo diſcernamus o-
operari. pera dei, quæ vſque nunc operatur, ab illis operibus à
Cap.XX. quibus in die ſeptimo requieuit. Sunt enim qui arbi-
trantur tantummodo mundum ipſum factum à deo,
cætera iam fieri ab ipſo mundo, ſicut ille ordinauit &
iuſſit, deum autem ipſum nihil operari. Contra quos
Ioan.5. profertur illa ſententia domini: Pater meus vſque nunc
operatur. Et ne quiſquam putaret apud ſe illum ali-
quid operari, non in hoc mundo: Pater in me manens,
inquit, facit opera ſua: & ſicut pater ſuſcitat mortuos

& viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. Deinde quia K
non ſolum magna atque præcipua, verumetiam iſta
terrena & extrema ipſe operatur, ita dicit Apoſtolus:
Stulte tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius mo- *1.Cor.15.*
riatur. Et quid ſeminas? Non corpus quod futurum eſt
ſeminas, ſed nudum granum ferè tritici, aut alicuius *ἐτύχοι.*
cæterorum: deus autem dat illi corpus quo modo vo-
luerit, & vnicuique ſeminum proprium corpus. Sic er-
go credamus, vel ſi poſſumus etiam intelligamus vſque
nunc operari deum, vt ſi conditis ab eo rebus operatio
eius ſubtrahatur, intereant. Sed planè ſi aliquam crea-
turam ſic eum nunc inſtituere putauerimus, vt genus
eius primæ illi ſuæ conditioni non inſeruerit, aperte
contradicimus dicenti ſcripturæ, quòd cõſummauerit *Gene.2.*
omnia opera ſua in die ſexto. Secundum illa enim ge-
nera rerum, quæ primum condidit, noua eum multa fa
cere, quæ tunc nõ fecit, manifeſtum eſt. Nouum autem
genus inſtituere credi recte non poteſt, quoniam tunc
omnia conſummauit. Mouet itaque occulta potentia
vniuerſam creaturam ſuam, eoq; motu illa verſata dum
angeli iuſſa perficiunt, dum circumeunt ſydera, dum
alternant venti, dum abyſſus aquarum lapſibus & di- L
uerſis etiam per aërem conglobationibus agitatur, dum
vireta pullulant ſuaq; ſemina euoluunt, dum animalia
gignuntur, varioq; appetitu proprias vitas agunt, dum
iniqui iuſtos exercere permittuntur, explicat ſecula, quę
illi cum primum condita ſunt tanquam implicita indi-
derat: quæ tamen in ſuos curſus non explicarentur, ſi ea
ille qui condidit, prouido motu adminiſtrare ceſſaret.
Admoneri autem nos oportet iis quæ in tempore *Omnia gu-*
formantur atque naſcuntur, quo modo iſta conſide- *bernari di-*
rare debeamus. Non enim fruſtra de ſapientia ſcrip- *uina proui-*
tum eſt, quod amatoribus ſuis oſtendit ſe in viis hila- *dentia.*
riter, & in omni prouidentia occurrit illis. Nec omni- *Ca.XXI.*
no audiendi ſunt, qui putauerũt ſublimes quidem mun *Sapien.6.*
di partes, id eſt à confinio corpulentioris aëris huius &
ſupra, diuina prouidentia gubernari: hanc autem imam
partem terrenam & humidam, aërisque huius vicinio-
ris, qui terrarum & aquarum exhalationibus humeſcit,
in quo venti nubesq; conſurgunt, caſibus potius & for-
tuitis motibus agitari. Contra hos loquitur Pſalmus, qui
cum explicaſſet laudem cœleſtium, ſe etiam ad iſta in- M
feriora conuertit, dicens: Laudate dominum de terra, *Pſal.148.*
dracones & omnes abyſſi: ignis, grando, nix, glacies,
ſpiritus tempeſtatis, quæ faciunt verbum eius. Nihil e-
nim tam videtur caſibus volui, quàm omnes iſtæ pro-
celloſæ ac turbulentæ qualitates, quibus cœli huius in-
ferioris quod non immerito etiam terræ nomine de-
putatum eſt, facies variatur & vertitur. Sed cum addi-
dit, Quæ faciunt verbum eius, ſatis oſtendit earum quo-
que rerum ordinem diuino ſubditũ imperio, latere nos
potius quàm vniuerſitatis deeſſe naturæ. Quòd autem
ore ſuo Saluator dicit, vnum paſſerem non cadere in *Matth.10.*
terram ſine dei voluntate, & quòd fœnũ agri poſt pau-
lulum mittendum in clibanum, ipſe tamẽ veſtiat: nõn- *Matth.6.*
ne confirmat non ſolum totã iſtam mundi partem re-
bus mortalibus & corruptibilibus deputatam, verum-
etiam viliſſimas eius abiectiſſimáſque particulas diui-
na prouidentia regi? Et certe iſti qui hoc negant, *Argumẽtũ*
nec ſanctis eloquiis tantæ authoritatis acquieſcunt, ſi *diuinę pro-*
in hac mundi parte, quam putant fortuitis motibus *uidentia.*
perturbari, potius quàm ſapientia diuinæ ſummitatis *Ca.XXII.*
regi: & vt hoc quaſi probent, gemino abutuntur argu-
mento, vel quod ſupra commemoraui, de inconſtan-
tia tempeſtatum, vel de fœlicitatibus atque infœlici-
tatibus

A tatibus hominum, quòd nō pro vitæ meritis accidunt: viderent tantum ordinem, quantus in membris carnis cuiuſlibet animantis apparet, non dico medicis, qui hæc propter ſuæ artis neceſsitatem diligenter patefa-cta & dinumerata rimati ſunt, ſed cuilibet mediocris cordis & conſiderationis homini: nônne clamarēt, ne puncto quidem temporis deum, à quo eſt omnis men-
Sapien.11. ſurarum modus, omnis parilitas numerorum, omnis ordo ponderum, ab eius gubernatione ceſſare? Quid ergo abſurdius, quid inſulſius ſentiri poteſt, quàm eam totam eſſe vacuam nutu & regimine prouidentiæ, cuius extrema & exigua videas tanta diſpoſitione formari, vt aliquanto attentius cogitata ineffabilem incutiant admirationis horrorem? Et cum animæ natura corporis antecellat, quid eſt dementius quàm putare nullum eſſe diuinæ prouidentiæ iudicium de moribus hominum, cum in eorum carne tanta eius ſolertiæ clareant & demonſtrentur indicia? Sed quia hæc minima in promptu ſunt ſenſibus noſtris, & ea facile inueſtigamus, elucet in eis ordo rerum: at illa quorum ordinem videre non poſſumus, inordinata arbitrantur qui eſſe
B non putant niſi quod videre poſſunt, aut ſi putant, tale aliquid putant, quale videre conſueuerunt.

Quo modo in deo fuerint omnia. Ca.XXIIII. Nos autem quorum greſſus, ne in illam peruerſitatem incidamus, eadem diuina prouidentia per ſanctam ſcripturam regit, ex ipſis quoque operibus dei eodem adiuuante indagare conemur, vbi hæc ſimul creauerit, cum à conſummatis ſuis operibus requieuit, quorum ſpecies per ordinem temporum vſque nunc operatur. Conſideremus ergo cuiuſlibet arboris pulchritudinem in robore, ramis, frondibus, pomis: hæc ſpecies non vtique repente tanta ac talis eſt exorta, ſed quo etiam ordine nouimus. Surrexit enim à radice, quam terræ primum germen infixit, atque inde omnia illa formata & diſtincta creuerunt. Porrò illud germen ex ſemine: in ſemine ergo illa omnia fuerunt primitus, non mole corporeæ magnitudinis, ſed vi potentiaq; cauſaliter. Nam illa magnitudo, copia terræ humoris congeſta eſt. Sed illa in exiguo grano mirabilior præſtantiórque vis eſt, qua valuit adiacens humor commixtus terræ, tanquam materies verti in ligni illius qualitatem, in ramorum diffuſionem, in foliorum viriditatem ac figuram, in fru-
C ctuum formas & opulentiam omniúmque ordinatiſſimam diſtinctionem. Quid enim ex arbore illa ſurgit aut pendet, quod non ex quodam occulto theſauro ſeminis illius extractum atque depromptum eſt? At illud ſemen ex arbore, licet non illa ſed altera, atque illa rurſus ex altero ſemine? Aliquando autem & arbor ex arbore, cum ſurculus demitur atque plantatur. Ergo & ſemen ex arbore, & arbor ex ſemine, & arbor ex arbore. Semen autem ex ſemine nullo modo, niſi arbor interueniat prius. Arbor vero ex arbore etiam ſi ſemen non interueniat. Alternis igitur ſucceſſionibus alterum ex altero, ſed vtrunque ex terra, nec ex ipſis terra. Prior igitur eorum parens terra. Sic & animalia, poteſt incertum eſſe, vtrum ex ipſis ſemina, an ipſa ex ſeminibus. Quodlibet tamen horū prius, ex terra certiſſimum eſt. Sicut autem in ipſo grano inuiſibiliter erant omnia ſimul quæ per tempora in arborem ſurgerent: ita
Eccli.18. & ipſe mundus cogitandus eſt, cum deus ſimul omnia creauit, habuiſſe ſimul omnia quæ in illo cum illo facta ſunt, quando factus eſt dies: non ſolum cœlum cum ſole & luna & ſyderibus, quorum ſpecies manet motu rotabili, & terra & abyſſus, quæ velut inconſtantes motus patiuntur, atque inferius adiuncta partem alteram

mundo conferunt: ſed etiam illa quæ aqua & terra pro- D
duxit potentialiter atque cauſaliter priuſquam per temporum moras ita exorirentur, quo modo nobis iam nota ſunt in eis operibus quæ deus vſque nunc operatur. Quæ cum ita ſint, hic eſt liber creaturæ cœli & terræ: cū *Gene.2.* factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram & omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri antequam exortū eſt: non ſic quo modo facit opere quo nunc vſq; operatur per pluuiam & hominum agriculturā. Ad hoc enim adiunctū eſt: Non enim pluerat deus ſuper terrā, nec erat homo qui operaretur terram: ſed illo modo quo creauit omnia ſimul, ſenarioq; dierum numero cōſummauit, cum diem quem fecit eis quæ fecit ſexies præſentauit, non alternante ſpacio temporaliter, ſed ordinata cognitione cauſaliter. A quibus operibus in die ſeptimo requieuit, etiam ſuam requiem eiuſdem diei noticiæ gaudióque præbere dignatus: & ideo non eum in quolibet opere ſuo, ſed in ſua requie benedixit & ſanctificauit. Vnde nullam vlterius creatu *Eccli 18.* ram inſtituens, ſed ea quæ omnia ſimul fecit, adminiſtratorio actu gubernans & mouens, ſine ceſſatione o-
peratur, ſimul & requieſcēs & operans, ſicut iam iſta tra- E
ctata ſunt: quorū operum eius quæ vſq; nunc operatur, per volumina temporum explicandorum, velut exordium narrandi ſumens, ait ſcriptura: Fons autem aſcen *Gene.2.* debat de terra, & irrigabat omnē faciem terræ. De quo fonte quia diximus quod dicendum putauimus, ea quæ ſequuntur ab alio conſideremus exordio.

DIVI AVRELII AVGVſtini de Geneſi ad literam Liber Sextus.

Homo quādo factus. Cap.I.

ET FINXIT deus hominem puluerem de terra, & inſufflauit in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Hic primo videndum eſt, vtrum iſta recapitulatio ſit, vt nunc dicatur quo modo factus ſit homo, quem ſexto illo die factum legimus: an vero tunc quidem cum fecit omnia ſimul, in his etiam latenter hominem fecit, ſicut fœnum terræ antequam eſ-
ſet exortum, vt eo modo & ipſe cum iam eſſet in ſe- F
creto quodam naturæaliter factus, ſicut illa quæ ſimul creauit cum factus eſt dies, acceſſu temporis etiam iſto modo fieret, quo in hac perſpicua forma vitam gerit, vel male vel bene: ſicut fœnum quod factum eſt antequam exoriretur ſuper terram, accedente iam tempore & fontis illius irrigatione, exortum eſt vt eſſet ſuper terram. Prius ergo ſecundum recapitulationem id conemur accipere, fortaſſis quippe ita homo factus ſit in die ſexto, ſicut dies ipſe primitus factus eſt, ſicut firmamentum, ſicut terra & mare. Neque enim hæc dicenda ſunt ante in quibuſdam primordiis iam facta latuiſſe, ac deinde in hanc faciem qua mundus extructus eſt, acceſſu temporis tanquam exorta claruiſſe. Sed ab exordio ſeculi cum factus eſt dies, conditum mundum, in cuius elementis ſimul ſunt condita, quæ pòſt acceſſu temporis exorirentur, vel fruteta vel animalia quæque ſecundum genus ſuum. Nam nec ipſa ſydera credendum eſt in elementis mundi primitus facta atque recondita, acceſſu poſtea temporis extitiſſe, atque in has enituiſſe formas quæ cœlitus fulgent, ſed illo ſenario perfectionis numero creata ſimul omnia cum factus eſt dies. Vtrum ergo ſic & homo iſta iam

G ſpecie qua in ſua natura viuit,& agit ſiue bonũ ſiue malum, an & ipſe in occulto ſicut fœnum agri antequam exortum eſt,vt hoc ei poſt eſſet acceſſu temporis exoriri quod de puluere factus eſt?

Creatio hominis. Cap. II.

Accipiamus ergo eũ ſexto ipſo die in hac perſpicua viſibilique forma de limo factum, ſed tunc nõ commemoratum quod nunc recapitulãdo inſinuatur,& videamus vtrum nobiſcum ipſa ſcriptura cõcorder. Sic certe ſcriptum eſt,cum adhuc diei ſexti opera narrarẽtur,Et dixit deus: *Gene. 1.* Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & habeat poteſtatem piſcium maris & volatilium cœli, & omnium pecorum,& omnis terræ, & omnium repentium quæ repunt ſuper terram. Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum,maſculum & fœminam fecit eos,& benedixit eos deus,dicens: Creſcite & multiplicamini,& implere terram,& dominamini eius,& habete poteſtatẽ piſcium maris & volatilium cœli,& omnium pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium ſuper terram. Iam ergo de limo formatus erat, & illi iam ſoporato mulier ex latere iam facta erat, ſed hoc tunc commemoratum non erat, quod nunc H recapitulando commemoratum eſt. Neque enim ſexto die factus eſt maſculus, & acceſſu temporis poſtea facta fœmina, ſed fecit eum, inquit, maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos. Quo modo ergo iam homine in paradiſo conſtituto mulier ei facta eſt? An & hoc prætermiſſum ſcriptura recoluit? Nam ſexto illo die etiam paradiſus plantatus eſt, & ibi homo collocatus eſt,& ſoporatus eſt vt Eua formaretur, & ea formata euigilauit, eique nomen impoſuit. Sed hæc niſi per temporales moras fieri non poſſent. Non itaque ita facta ſunt,ſicut creata ſunt omnia ſimul.

Coniunctio maris & fœminæ. Cap. III.

Quantamlibet enim homo cogitet facilitatẽ qua deus etiam hæc ſimul cum cæteris fecit, verba certe hominis nouimus, niſi per temporales morulas emitti voce nõ poſſe. Cum ergo verba hominis audimus,vel cum animãlibus, vel cum mulieri nomen impoſuit, vel cum ſecutus etiam dixit: *Gene. 2.* Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & coniungetur vxori ſuæ, & erunt ambo † *† duo.* in carne vna: quibuſlibet ſyllabis iſta ſonuerit,nec duæ quæcunque in his verbis ſyllabæ ſimul ſonare potuerunt:quanto minus hæc omnia cum iis quæ ſimul creaI ta ſunt ſimul fieri? Ac per hoc aut & illa omnia non ſimul ab ipſo ſummo exordio ſeculorum,ſed per moras atque interualla temporum facta ſunt,dieſque ille non ſpiritali ſed corporali ſubſtantia primum conditus,vel circuitu lucis neſcio quo modo, vel emiſſione & contractione,mane ac veſperam faciebat: aut ſi conſideratis omnibus quæ ſuperioribus ſermonibus pertractata ſunt, probabilis ratio perſuaſit, illum diem ſpiritalem ſublimiter ac primitus conditam lucem quandam ſapientiam vocatum eſſe diem,cuius præſentia per ordinatam cognitionem cognitioni† *† cõditioni.* rerum in numero ſenario præberetur: atque huic ſententiæ ſcripturæ verba congruere quod ait poſtea: *Gene. 2.* Cum factus eſt dies, fecit deus cœlum & terram, & omne viride agri antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri antequam exoriretur: *Eccli. 18.* atteſtari etiam quod alibi ſcriptum eſt. Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul: non eſt dubium hoc quòd homo de limo terræ factus eſt, eique formata vxor ex latere,iam non ad conditionẽ qua ſimul omnia facta ſunt pertinere,quibus perfectis requieuit deus, ſed ad eam operationem quæ fit iam per volumina ſeculorum, qua vſque nunc operatur. *Gene. 2.* Huc accedit quòd ipſa etiam verba quibus narratur quo modo deus paradiſum plantauerit,in eoq; hominem quem fecerat col- K locauerit,ad eúmque adduxerit animalia quibus nomina imponeret, in quibus cum adiutorium ſimile illi nõ fuiſſet inuentum, tunc ei mulierem coſta eius detracta formauerit,ſatis nos admonent hæc non ad illam operationem dei pertinere, vnde requieuit in die ſeptimo, ſed ad iſtam potius qua per temporum curſus vſq, nũc operatur. Cum enim paradiſus plantaretur, ita narrat. Et plantauit deus paradiſum in Eden ad Orientem, & *Gene. 2.* poſuit ibi hominem quẽ finxerat. Et eiecit deus adhuc de terra omne lignum pulchrum ad aſpectum,& bonũ ad eſcam.

Lignorum productio. Cap. IIII.

Cum dicit ergo: Eiecit adhuc de terra omne lignum pulchrum ad aſpectum: manifeſtat vtique quòd aliter nunc eiecerit de terra lignum, aliter tunc cum tertio die produxit terra herbam pabuli ſeminantem ſemen ſecundum genus ſuum, & lignum fructuoſum ſecundum ſuum genus. Hoc eſt enim, eiecit adhuc, ſuper illud ſcilicet quod iam eiecerat: tunc vtique potentialiter & cauſaliter in opere pertinente ad creanda omnia ſimul,à quibus conſummatis in die ſeptimo requieuit, nunc autem viſibiliter in opere pertinente ad temporum curſum, ſicut vſque nunc opera- L tur. Niſi forte quis dicat, non omne ligni genus tertio die creatum,ſed dilatum aliquid quod ſexto crearetur, cum homo factus eſt atque in paradiſo conſtitutus. Sed quę ſexto die creata ſunt,apertiſſime ſcriptura declarat, anima viua ſcilicet ſecũdum vnumquodq; genus, quadrupedum,& repentium & beſtiarum,& ipſe homo ad imaginẽ dei maſculus & fœmina. Proinde potuit prætermittere quo modo ſit homo factus, quem tamẽ ipſo die factum ipſe narrauit, vt recapitulãdo poſtea quemadmodum etiam factus fuerit, intimaret,hoc eſt de terræ puluere, & mulier illi de latere: non tamen aliquod creaturæ gen⁹ prætermittere,vel in eo quod dixit deus, fiat,vel faciamus,vel in eo quod dicitur, & ſic eſt factũ, ſiue fecit deus. Alioquin fruſtra per ſingulos dies tam diligenter diſtincta ſunt omnia, ſi permixtionis dierum poteſt vlla ſuſpicio reſidere, vt cum herba & lignum diei tertio ſit attributum, aliqua ligna etiam ſexto die creata eſſe credamus, quæ ipſo ſexto die ſcriptura tacuerit.

De ordine ſcripturæ q videri poſſet præpoſterus. Cap. V.

Poſtremo quid reſpondebimus de beſtiis agri, & volatilibus cœli, quæ adduxit deus ad Adam, vt videret quid ea vocaret? Quod ita ſcriptum eſt: Et dixit dominus deus, Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus illi adiutorium ſecundum ipſum. Et finxit deus adhuc de terra omnes beſtias agri,& omnia vo M latilia cœli,& adduxit illa ad Adam,vt videret quid vocaret illa:Et omne quodcunque illud vocauit Adam animam viuam, hoc nomen eſt illius. Et vocauit Adam nomina omnibus pecoribus, & omnibus volatilibus cœli,& omnibus beſtiis agri. Adæ autem non eſt inuentus adiutor ſimilis ipſi: Et iniecit deus mentis alienationem ſuper Adam, & obdormiuit, & ſumpſit vnam de coſtis eius, & impleuit carnem in locum eius, & ædificauit dominus deus coſtam quam ſumpſit de Adam in mulierem. Si ergo conſequenter, cum in pecoribus & beſtiis agri & volatilibus cœli nõ eſſet inuentum adiutorium ſimile homini, fecit ei deus adiutorium ſimile de coſta lateris eius:hoc autẽ factum eſt cum eaſdem beſtias agri & volatilia cœli adhuc de terra finxiſſet,& ad illum adduxiſſet adhuc:quo modo ſexto die factum hoc poteſt intelligi, quãdoquidem illo die terra produxit animam viuam ſecundum verbũ dei,volatilia vero quinto die produxerunt aquæ ſimiliter ſecundum verbum dei? Non itaque hic diceretur,Et finxit deus adhuc

de terra

A de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cœli, niſi quia iam terra produxerat omnes beſtias agri ſexto die, & aqua omnia volatilia cœli quinto die. Aliter ergo tunc, id eſt potentialiter atque cauſaliter, ſicut illi operi competebat, quo creauit omnia ſimul, à quibus in die ſeptimo requieuit: aliter autem nunc ſicut ea videmus quæ per temporalia ſpacia creat, ſicut vſque nũc operatur: Ac per hoc iam per iſtos notiſſimos lucis corporalis dies, qui circuitu ſolis fiunt, Eua facta eſt de latere viri ſui. Tunc enim deus adhuc finxit de terra beſtias & volatilia, in quibus cum adiutorium ſimile ipſi Adam non eſſet inuentum, illa formata eſt. In talibus ergo diebus etiam ipſum de limo finxit deus. Neq; enim dicendum eſt, maſculum quidem ſexto die factum, fœminam vero poſterioribus diebus, cum ipſo ſexto die apertiſſime dictum ſit, maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos, & cætera quæ de ambobus & ad ambos dicuntur. Aliter ergo tunc ambo, & nunc aliter ambo. Tunc ſcilicet ſecundum potentiam per verbum dei tanquam ſeminaliter mundo inditam, cum creauit omnia ſimul, à quibus in die ſeptimo requieuit: ex quibus omnia ſuis
B quæque temporibus iam per ſeculorum ordinem fierent: nunc autem ſecundum operationem præbendam temporibus qua vſque nunc operatur: & oportebat iam tempore ſuo fieri Adam de limo terræ, eiusq; mulierẽ ex virili latere.

Homo quãdo factus. Cap. VI. In qua diſtributione operum dei, partim ad illos dies inuiſibiles pertinentium, in quibus creauit omnia ſimul: partim ad iſtos appoſitos, in quibus operatur quotidie quicquid ex illis tanquam inuolucris primordialibus in tempore euoluitur: ſi non importune atque abſurde ſcripturæ verba ſecuti ſumus, quæ nos ad hæc diſtinguenda duxerunt, cauendum eſt ne propter ipſarum rerum aliquanto difficilem perceptionem, quam tardiores aſſequi non ſufficiunt, putemur aliquid ſentire ac dicere, quod ſcimus nos nec ſentire nec dicere: Quanquam enim præcedentibus ſermonibus quantum potuerim, lectorem præſtruxerim, plures tamen arbitror caligare in his locis: & putare ita fuiſſe, prius hominem in illo dei opere quo cuncta ſimul creata ſunt, vt aliquam vitam duceret, & vt dei locutionem ad ſe directam, cum dixit deus, Ecce dedi *Gene. 1.*
C vobis omne pabulum ſeminale, diſcerneret, crederet, intelligeret. Nouerit ergo qui hoc putat, non hoc modo me ſenſiſſe neque dixiſſe: Sed rurſus ſi dixero, non ita fuiſſe hominem in illa prima rerum cõditione qua creauit deus omnia ſimul, ſicuti eſt nõ tantum perfectæ ætatis homo, ſed ne infans quidem nec tantum infans, ſed ne puerperium quidem in vtero matris, nec tantum hoc, ſed ne ſemen quidem viſibile hominis, putabit omnino non fuiſſe. Redeat ergo ad ſcripturam, inueniet ſexto die hominem factum ad imaginem dei, factos autem maſculum & fœminam. Item quærat quando facta ſit fœmina, inueniet extra illos ſex dies: tunc enim facta eſt, quãdo deus de terra finxit adhuc beſtias agri & volatilia cœli, non quando volatilia produxerunt aquæ, & animam viuam in qua beſtiæ ſunt, produxit terra: Tunc autem factus eſt homo, & maſculus & fœmina, ergo & tunc & poſtea. Neque enim tunc & nõ poſtea, aut vero poſtea & nõ tunc: nec alij poſtea, ſed idem ipſi aliter tũc, aliter poſtea. Quæret ex me quo modo: Reſpondebo, poſtea viſibiliter, ſicut ſpecies humanæ conſtitutionis nota nobis eſt, non tamen parentibus generãtibus, ſed ille de limo, illa de coſta eius: Quæret, tunc quo modo? Reſpondebo, inuiſibiliter, potentialiter, cauſaliter, quo modo fiunt futura non facta. Hic forte non

intelliget: Subtrahuntur enim ei cuncta quæ nouerat, D vſq; ad ipſam ſeminũ corpulentiam. Neq; enim vel tale aliquid homo iam erat, cũ in prima illa ſex dierũ conditione factus erat. Datur quidẽ de ſeminibus ad hanc rẽ nõnulla ſimilitudo, propter illa quæ in eis futura cõſerta ſunt, veruntamen ante omnia viſibilia ſemina ſunt illæ cauſæ, ſed non intelligit. Quid ergo faciã, niſi quantum poſſum ſalubriter moneã, vt ſcripturæ dei credat: & tũc hominẽ factum, quando deus cũ factus eſt dies, fecit cœlum & terram, de quo alibi ſcriptura dicit, Qui *Eccli. 18.* viuit in æternum creauit omnia ſimul: & tunc quando iam non ſimul, ſed ſuis quæq; temporibus creans, finxit eum de limo terræ, & ex eius oſſe mulierem: cum nec iſto modo eos illo ſexto die factos, nec tamen eos illo ſexto die non factos intelligere ſcriptura permittat?

Forte ergo animæ eorum ſexto die illo factæ erãt, *Animæ quã creatę. Cap. VII.* vbi & ipſa imago dei recte intelligitur in ſpiritu mentis eorũ, vt poſtea corpora conformarentur? Sed neq; hoc credere eadem ſcriptura permittit. Primũ propter illam operũ conſummationẽ, quę non video quo modo poſſit intelligi, ſi defuit aliquid tũc non cauſaliter conditũ, quod poſtea viſibiliter cõderetur. Deinde quia ſexus il- E le maſculi & fœminæ, niſi in corporibus eſſe nõ poteſt. Quòd ſi quiſquã ſecundum intellectum & actionẽ tanquam vtrunq; ſexũ in vna anima accipiendum putauerit, quid faciet de his quæ ad eſcam deus ipſo dedit die de lignorum fructibus, quæ niſi homini habẽti corpus non vtiq; congrua eſt? Nam etſi hãc eſcam figurate accipere quiſquã voluerit, recedet à proprietate rerum geſtarum, quæ primitus in huiuſmodi narrationibus omni obſeruatione fundata eſt.

Vox dei ad creaturas. Cap. VIII. Quo modo ergo loquebatur, inquit, eis qui nondum audiebant nec intelligebant, quia nec erant qui verba perciperent? Poſſem reſpondere ſic illos allocutum deum, quemadmodum Chriſtus nos nondum natos, etiam longe poſt futuros, nec tantum nos, ſed etiam eos omnes qui futuri ſunt poſt nos. Omnibus enim dicebat quos ſuos futuros vi- *Matth. 28.* debat, Ecce ego vobiſcum ſum vſque in conſummationem ſeculi: ſicut deo notus erat Propheta, cui dixit: Priuſquam te formarem in vtero noui te: ſicut deci- *Hiere. 1.* matus eſt Leui cum eſſet in lumbis Abrahæ: cur enim *Hebræ. 7.* non ita & ipſe Abraham in Adam, & ipſe Adam in pri F mis operibus mundi quæ deus creauit omnia ſimul? Sed verba domini per os carnis eius, & verba dei per ora Prophetarum temporali corporis voce proferuntur, & omnibus ſyllabis ſuis congruas temporum moras ſumunt atque conſumunt. Cum vero deus dice- *Gene. 1.* bat, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & habeat poteſtatem piſcium maris & volatilium cœli, & omnium pecorum, & omnis terræ, & omnium repentium quæ repunt ſuper terram: & ecce dedi vobis omne pabulum ſeminale, ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem terram, & omne lignum fructiferum quod habet in ſe fructum ſeminis ſeminalis, quod erit vobis ad eſcam: ipſe ſermo eius ante omnem aëris ſonum, ante omnem carnis & nubis vocem, in illa ſumma eius ſapientia per quam facta ſunt omnia, nõ quaſi humanis auribus inſtrepebat, ſed rebus factis rerum faciendarum cauſas inſerebat, & omnipotenti potentia futura faciebat, hominémque ſuo tempore formandum, in temporum tanquam ſemine vel tanquam radice condebat, quãdo condebat omne vnde inciperent ſecula, ab illo condita qui eſt ante ſecula. Creaturæ quippe aliæ creaturas alias, quædam tempore, quædam cauſis præcedunt: ille autem omnia quæ fe-

G cit non ſolum excellentia qua etiam cauſarum effector
†præcedit. eſt,verumetiã æternitate præcellit†. Sed de hoc oppor-
tunioribus deinde ſcripturarum locis fortaſſis plenius
Merita nõ- diſſerendum eſt. Nunc de homine quod cœptum
dũ natorũ. eſt terminetur,ea moderatione ſeruata,vt in profundo
Cap.IX. ſcripturæ ſenſu magis præſtemus diligentiam requiren
di,quàm affirmandi temeritatem. Quia enim nouerat
Hieremiam deus priuſquã eum formaret in vtero, du-
Hiere.1. bitare fas non eſt. Apertiſſime quippe dicit: Priuſquam
te formarem in vtero noui te. Vbi autem illum noſſet
antequam ita formaſſet, & ſi noſtræ infirmitati aſſequi
vel difficile vel impoſſibile eſt: vtrum in aliquibus pro-
pinquioribus cauſis, ſicut Leui in lumbis Abrahæ deci-
matus eſt:an in ipſo Adam in quo humanũ genus tan-
quam radicaliter inſtitutum eſt:& in eo ipſo vtrum iam
cum de limo formatus eſſet, an cum cauſaliter in his
Ephe.1. operibus factus quæ creauit omnia ſimul?An vero an-
te omnem potius creaturam, ſicut elegit & prædeſti-
nauit ſanctos ſuos ante mundi conſtitutionem?An po
tius in omnibus præcedentibus cauſis, ſiue quas com-
memoraui, ſiue quas non cõmemoraui, priuſquam in
H vtero formaretur: non arbitror ſcrupuloſius quæri o-
portere, dummodo Hieremiam conſtet ex quo eſt in
hac luce à parentibus editus, ex illo egiſſe vitam pro-
priam,qua grandeſcens ætatis acceſſu, poſſet viuere ſi-
ue male ſiue bene,antea vero nullo modo, non ſolum
priuſquã in vtero formaretur,ſed nec iam ibi formatus
antequam natus. Neq; enim habet vllam cũctationem
illa Apoſtolica ſententia de geminis in Rebeccæ vte-
Roma.9. ro nondum agentibus aliquid boni aut mali.Nec tamẽ
Iob.25. fruſtra ſcriptum eſt, nec infantem mundum eſſe à pec-
cato, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. Et illud in
Pſal.50. Pſalmo: Ego in iniquitatibus conceptus ſum,& in pec-
catis mater mea me in vtero aluit. Et quòd in Adam
Roma.5. omnes moriuntur,in quo omnes peccauerũt. Nunc au
tem liquido teneamus,quælibet parentum merita traii-
ciantur in prolem,quæcunque gratia dei antequam na
ſcatur quenq; ſanctificet,nec iniquitatẽ eſſe apud deum,
nec boni malive agere quenquam, quod ad propriam
perſonam pertineat,antequam natus eſt. Illámque ſen-
tentiam qua nonnulli putant alibi peccaſſe magis mi-
I nusq; animas, & pro diuerſorum meritis peccatorum,
in diuerſa corpora eſſe detruſas, Apoſtolicæ non con-
uenire ſententiæ: cum apertiſſime dictum ſit, nihil e-
giſſe nondum natos,ſeu boni ſeu mali. Ac per hoc alia
quæſtio eſt ſuo loco retractanda, quid de peccato pri-
morũ parentum, qui duo ſoli fuerunt, generis humani
contraxerit vniuerſa conſperſio. Nihil tamen talium
meritorum habere potuiſſe hominẽ antequam de ter-
ræ puluere fictus eſſet, antequam ſuo tempore viueret,
Roma.9. nulla quæſtio eſt. Sicut enim Eſaũ & Iacob, quos non-
dum natos dixit Apoſtolus nihil egiſſe boni aut mali,
non poſſemus dicere traxiſſe aliquid meriti de paren-
tibus ſi nec ipſi parentes egiſſent aliquid boni aut mali:
nec genus humanum peccaſſe in Adam, ſi ipſe non pec
caſſet Adam, non autem peccaſſet Adam, niſi iam ſuo
tẽpore viueret,quo poſſet viuere ſiue bene ſiue male: ita
fruſtra peccatum eius,ſeu recte factum requiritur, cum
adhuc in rebus ſimul creatis cauſaliter conditus, nec
vita propria iam viuebat, nec in parentibus ſic viuen-
tibus erat. In illa enim prima conditione mundi, cum
deus omnia ſimul creauit, homo factus eſt qui eſſet fu-
Res varius turus,ratio creandi hominis,non actio creati. Sed
modus cõdi hæc aliter in verbo dei, vbi iſta non facta ſed æterna
ta.Cap.X. ſunt. Aliter in elementis mundi, vbi omnia ſimul fa-

cta futura ſunt. Aliter in rebus,quæ ſecundum cauſas ſi- K
mul creatas,non iam ſimul ſed ſuo quæq; tẽpore crean
tur:in quibus Adam iam formatus ex limo, & dei flatu
animatus, ſicut fœnum exortum. Aliter in ſeminibus,
in quibus rurſus quaſi primordiales cauſæ repetuntur:
de rebus ductæ quæ ſecundum cauſas quas primũ con-
didit extiterant,velut herba ex terra,ſemen ex herba.In
quibus omnibus ea iam facta modos & actus ſui tem-
poris acceperunt,quæ ex occultis atque inuiſibilibus ra-
tionibus,quę in creatura cauſaliter latent,in manifeſtas
formas naturasq; prodierunt. Sicut herba exorta ſuper
terram,& homo factus in animam viuam,& cætera hu
iuſmodi, ſiue fruteta ſiue animantia, ad illam opera-
tionem dei pertinentia quæ vſque nunc operatur. Sed
etiam iſta ſecum gerunt tanquam iterum ſeipſa inuiſi-
biliter in occulta quadam vi generandi,quam extraxe-
runt de illis primordiis cauſarum ſuarũ,in quibus crea
to mundo cum factus eſt dies, antequam in manifeſtã
ſpeciem ſui generis exorirentur, inſerta ſunt. Si e- *Inchoatio*
nim prima illa opera dei, cum ſimul omnia creauit, in *rerũ et perfe*
ſuo modo perfecta non eſſent,ea proculdubio poſt ad- *ctio.Ca.XI.*
derentur quæ illis perficiendis defuiſſent: vt quædam *Eccli.18.*
vniuerſitatis perfectio ex vtriſq; conſtaret,ſingulis qua- L
ſi ſemis:velut alicuius totius partes eſſent,quarum con-
iunctione ipſum totum cuius partes fuerant, comple-
retur. Rurſus ſi ita eſſent illa perfecta, ſicut perficiuntur,
cum ſuis quæq; temporibus in manifeſtas formas actúſ
que procreãtur:profecto aut nihil ex eis poſtea per tem
pora fieret: aut hoc fieret quod ex iſtis quæ ſuo quæque
iam tempore oriuntur, deus non ceſſat operari. Nunc
autem quia iam & cõſummata quodam modo,& quo-
dam modo inchoata ſunt,ea ipſa quæ conſequentibus
euoluenda temporibus primitus deus omnia ſimul crea
uit cum faceret mundum: conſummata quidem, quo-
niam nihil habent illa in naturis propriis, quibus ſuo-
rum temporum curſus agunt, quod non in iſtis cauſa-
liter factum ſit:inchoata vero,quoniam quædam erant
quaſi ſemina futurorum, per ſeculi tractum ex occulto
in manifeſtum locis congruis exerenda: ipſius etiam
ſcripturæ verba ſatis ad hoc admonendum inſigniter
vigent, ſi quis in eis euigilet. Nam & conſummata ea
dicit & inchoata: Niſi enim conſummata eſſent, non M
ſcriptum eſſet, Et conſummata ſunt cœlum & terra, *Gene.2.*
& omnis compoſitio illorum:& conſummauit deus in
die ſexto omnia opera ſua quæ fecit: & requieuit deus
in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit: &
benedixit deus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum.
Rurſúsque niſi inchoata eſſent,non ita ſequeretur,quia
illa die requieuit ab omnibus operibus ſuis quę inchoa-
uit deus facere.Hic igitur ſi quis inquirat,quo modo cõ
ſummauit & quo modo inchoauit:neq; enim alia con-
ſummauit, alia inchoauit, ſed eadem ipſa vtique à qui-
bus in die ſeptimo requieuit: ex iis quæ ſupra diximus
clarum eſt. Conſummaſſe quippe iſta intelligimus de-
um cum creauit omnia ſimul, ita perfecte vt nihil ei
adhuc in ordine temporum creandum eſſet quod non
hic ab eo iam in ordine cauſarum creatum eſſet. In-
choaſſe autem, vt quod hic præfixerat cauſis, pòſt im-
pleret effectis. Proinde formauit deus hominem pul-
uerem terræ, vel limum terræ,hoc eſt de puluere vel li-
mo terræ: & inſpirauit ſiue inſufflauit in eius faciem ſpi
ritum vitæ,& factus eſt homo in animam viuam, Non
tunc prædeſtinatus, hoc enim ante ſeculum in præſci-
entia creatoris: neque tunc cauſaliter vel conſummate
inchoatus, vel inchoate conſummatus, hoc enim à ſe-
culo

A culo in rationibus primordialibus, cum ſimul omnia crearentur: ſed creatus in tẽpore ſuo, viſibiliter in corpore, inuiſibiliter in anima, conſtans ex aoima & corpore. *Mod° creādi hominis* *Cap.XII.* Iam ergo videamus quo modo eum fecerit deus, primum de terra corpus eius, poſt etiam de anima videbimus ſi quid valebimus. Quòd enim manibus corporalibus deus de limo fioxerit hominem, nimium pueriliis cogitatio eſt, ita vt ſi hoc ſcriptura dixiſſet, magis eum qui ſcripſit tranſlato verbo vſum credere deberemus, quàm deum talibus membrorum liniamentis determinatum, qualia videmus in corporibus noſtris. *Pſal.43.& 135.* Dictum eſt enim, Manus tua gẽtes diſperdidit, Et eduxiſti populum tuum io manu forti & brachio excelſo: Sed pro poteſtate & virtute dei poſitum huius membri nomen, quis vſqueadeo deſipit vt oon intelligat? Nec illud audiendum eſt, quod nonnulli putant, ideo præcipuum dei opus eſſe hominem, quia cætera dixit & facta ſunt, hunc autẽ ipſe fecit: ſed ideo potius, quia huoc ad imaginem ſuam fecit. Nam illa quæ dixit & facta ſunt, ideo ſic ſcriptum eſt, quia per verbum eius facta ſunt, ſicut per hominem hominibus dici potuit verbis B quæ temporaliter cogitantur & voce proferũtur. Non ſic autem loquuur deus, niſi cum per corporalem creaturam loquitur, ſicut Abrahæ, ſicut Moyſi, ſicut per nubem de filio ſuo. Ante vero omnem creaturam, vt eſſet *Ioan.1.* ipſa creatura, eo verbo dictum eſt, quod in principio erat deus apud deũ: & quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, vtique & homo per ipſum factus eſt. Certè eoim cœlum verbo fecit, quia dixit & *Pſal.101.* factum eſt. Scriptum eſt tamen, Et opera manuum tuarum ſunt cœli. Et de hoc imo quaſi fundo mũdi ſcrip- *Pſal.94.* tum eſt, Quoniam ipſius eſt mare & ipſe fecit illud, & aridam manus eius fioxerũt. Non igitur hoc io honorem hominis deputetur, velut cætera deus dixerit, & facta ſint, hunc autem ipſe fecerit: aut verbo cætera, hunc autẽ manibus fecerit: Sed hoc excellit in homine, quia deus ad imaginem ſuam hominem fecit, propter hoc quòd ei dedit mentem intellectualem qua præſtat pecoribus, vnde iam ſuperiore loco diſſeruimus. In quo honore poſitus, ſi non intellexerit vt bene agat, eiſdem ipſis pecoribus quibus prælatus eſt, comparabitur. Sic *Pſal.48.* etenim ſcriptum eſt, Homo in honore poſitus non in- C tellexit, comparatus eſt pecoribus inſenſatis, & ſimilis factus eſt eis. Nam & pecora deus fecit, ſed nõ ad imaginem ſuam. Nec dicendum eſt, hominem ipſe fecit, *† inſtit.* pecora vero dixit† & facta ſunt: & hunc enim & illa per verbum ſuũ fecit per quod facta ſunt omnia. Sed quia idem verbum & ſapientia & virtus eius eſt, dicitur & **al.efficiẽdi.* manus eius oon viſibile membrum, ſed faciendi * potentia. Nam & eadem ſcriptura quæ dicit, quòd deus *Gene.2.* hominem de limo terræ finxerit, dicit etiam quòd beſtias agri de terra finxerit, quando eas cum volaolibus cœli ad Adam adduxit, vt videret quid ea vocaret. Sic enim ſcriptum eſt, Et finxit de⁹ adhuc de terra omnes beſtias. Sic enim & hominem de terra & beſtias de terra ipſe formauit, quid habet homo excellentius in hac re, niſi quòd ipſe ad imaginem dei creatus eſt? Nec tamen hoc ſecundum corpus, ſed ſecundum intellectum mentis, de quo poſt loquemur. Quanquam in *1.ſen.di.16 c. quocirca.* ipſo corpore habeat quandam proprietatem quæ hoc indicet, quòd erecta ſtatura factus eſt, vt hoc ipſo admooeretur, non ſibi terrena eſſe ſectaoda velut pecora, quorum voluptas omnis ex terra eſt, vnde in aluum cuncta pecora prona atque proſtrata ſunt. Coogruit ergo & corpus eiuſdem animæ rationali, non ſecundum liniamenta figuraſq; membrorum, ſed potius ſecũdum D id quod in cœlum erectum eſt, ad intuẽda quæ in corpore ipſius mundi ſuperna ſunt: ſicut anima rationalis in ea debet erigi, quæ in ſpiritalibus natura maxime excellunt, vt quæ ſurſum ſunt, ſapiat, non quę ſuper terram. *Coloſſ 3.* Sed quo modo fecit eum deus de limo terræ, *Qua ætate aut ſtatura cõditus fuerit Adam.* vtrum repente io ætate perfecta, hoc eſt virili atque iuuenili, an ſicut nunc vſque format in vteris matrum? Neque enim alius hæc facit quàm ille qui dixit, Priuſquam te formarem in vtero noui te: vt illud tantũ pro- *Cap.XIII.* prium habuerit Adam, quòd non ex parentibus natus *2.ſen di.17 ca.ſolet.* eſt, ſed factus ex terra: eo tamen modo vt in hoc perficiendo, & per ætates augeodo hi temporum numeri cõ- *Hiere.1.* plerentur, quos naturæ humani generis attributos videmus. An potius hoc non eſt requirendum? Vtrumlibet enim fecerit, hoc fecit quod deum & omnipotentẽ & ſapientem poſſe ac facere congruebat. Ita enim certas temporum leges generibus qualitatibuſq; rerum in manifeſtum ex abdito producendis attribuit, vt eius voluntas ſit ſuper omnia. Potentia quippe ſua numeros creaturæ dedit, non ipſam potentiam eiſdem numeris alligauit: Nam ſpiritus eius ita faciendo mundo ſuperferebatur, vt & facto ſuperferatur, non corporalibus lo E cis, ſed excellentia poteſtatis. Quis enim neſcit aquam *Gene.1.* concretam terræ, cum ad radices vitis venerit, duci in ſaginam ligni illius: atque in eo ſumere qualitatem qua in vuam procedat paulatim erumpentem, atque in ea grandeſcẽte, vinum fiat, maturumque dulceſcat, quod adhuc ferueſcat expreſſum, & quadam vetuſtate firmatum, ad vſum bibendi vtilius iucundiuſque perueoiat? Num ideo dominus lignum quæſiuit aut terrã, aut has temporum moras, cum aquam miro compendio coo- *Ioan 2.* uertit in vinum, & tale vinum quod ebrius etiam conuiua laudaret? Nunquid adiutorio temporis eguit conditor temporis? Nonne certis dierũ numeris ſuo cuiq; generi accommodatis, omnis natura ſerpeotium coa- *Exo.10.* leſcit, formatur, naſcitur, roboratur? Nũ expectati ſuot hi dies, vt in draconem virga conuerteretur de manu Moyſi & Aaron? Nec iſta cum fiunt contra naturam fiunt, niſi nobis quibus aliter naturæ curſus innotuit, non autem deo, cui hoc eſt natura quod fecerit. F

Quæri autem merito poteſt, cauſales illæ rationes *Rationes cauſales creaturis inditæ.* quas mundo indidit, cum primum ſimul omnia creauit, quo modo ſint inſtitutę: Vtrum vt, quemadmodum videmus, cuncta naſcẽtia vel fruticum vel animalium in ſuis conformationibus atque incrementis, ſua pro *Cap.XIIII.* diuerſitate generum diuerſa ſpacia peragerent tempo- *Eccli.18.* rum? An vt quemadmodum creditur factus Adam ſine vllo progreſſu incrementorum virili ætate cõtinuo cooformarentur? Sed cur non vtrunque illas eredimus habuiſſe, vt hoc ex eis futurum eſſet quod factori placuiſſet? Si enim illo modo dixerimus, incipiet contra ipſas factum videri, non ſolum etiam illud de aqua vinum, ſed & omnia miracula quæ contra naturæ vſitatum curſum fiunt. Si autem iſto modo, multum erit *Ioan.2.* abſurdius ipſas iſtas quotidianas naturæ formas & ſpecies contra illas primarias omnium naſcentium cauſales ratiooes ſuorum temporum peragere ſpacia. Reſtat *† creatæ.* ergo vt ad vtrunq; modum habiles creaturæ † ſint, ſiue ad iſtum quo vſitatiſsime temporalia tranſcurrunt, ſiue ad illum quo rara & mirabilia fiunt, ſicut deo facere placuerit quod tempori congruat. *Quo modo fact⁹ prim⁹ hõ. Ca.XV. 2.ſent.diſt.18.cap. Sed quæritur.* Veruntamen ſic factus eſt homo, quemadmodum illæ primæ cauſæ habebant vt fieret primus homo, quem non ex parentibus naſci qui nulli præceſſerant, ſed de limo formare

oporiebat

G oportebat ſecundum cauſalem rationem in qua primitus factus erat. Nam ſi aliter factus eſt, non eum deus in illorum ſex dierum operibus fecerat: in quibus cum dicitur factus, ipſam cauſam vtiq; fecerat deus qua erat ſuo tempore homo futurus, & ſecundum quam fuerat ab illa faciendus: qui ſimul & conſummauerat has perſpicuas ſpecies, producens inchoata propter perfectionem cauſalium rationum, & inchoauerat rationes cauſales fiendorum, mundo imprimens conſummanda propter ordinem temporum. Si ergo in illis primis rerum cauſis quas mundo primitus creator inſeruit, non tantum poſuit quòd de limo formaturus erat hominē, ſed etiam quemadmodum formaturus, vtrum ſicut in matris vtero, an in forma iuuenili, proculdubio ſic fecit vt illic præfixerat. Neque enim cōtra diſpoſitionem ſuam faceret. Si autem vim tantum ibi poſuit poſsibilitatis, vt homo fieret quoquo modo, vt & ſic poſſet, id eſt, vt ideo quoque ibi eſſet, quia ſic & ſic poſſet: vnum autem ipſum modum quo erat facturus in ſua volun-

H tate ſeruauit, cum mundi conſtitutionem contexuit: manifeſtum eſt etiam ſic non factum eſſe hominem contra quod erat in illa prima conditione cauſarum: quia ibi erat etiam ſic fieri poſſe, quanuis non ibi erat ita fieri neceſſe eſſe: hoc enim non erat in conditione creaturæ, ſed, io placito creatoris, cuius voluntas rerum neceſsitas eſt.

2. ſen. di. 17 ca. ſolet.

Nam & nos pro captu infirmitatis humanæ iam in ipſis rebus tempore exortis poſſumus noſcere, quid in cuiuſque natura ſit quam experimento percepimus, ſed vtrum etiam futurum ſit ignoramus.

Ratio hūana quonſq; aliquid cōprehendat.

Cap. XVI.

Eſt quippe in natura hui⁹, verbi gratia, iuuenis vt ſeneſcat, ſed vtrum hoc etiam ſit in dei volūtate, neſcimus. Sed nec in natura eſſet, niſi in dei voluntate prius fuiſſet, qui condidit omnia, & vtique occulta ratio eſt ſenectutis in corpore iuuenili, vel iuuentutis in corpore puerili. Neque enim oculis cernitur ſicut ipſa in puero puericia, ſicut iuuentus in iuuene: ſed alia quadam noticia colligitur ineſſe in natura quiddam latens, quo educantur in promptum numeri occulti, vel iuuentutis à puericia, vel ſenectutis à iuuentute. Occulta eſt ergo iſta ratio qua fit vt hoc eſſe poſsit, ſed oculis, menti autem non eſt occulta, vtrum autem hoc etiam neceſſe ſit, omnino neſcimus. Et illam quidem qua fit vt eſſe

I poſsit, in natura ipſius corporis nouimus: illā vero qua fit vt neceſſe ſit, manifeſtum eſt illic non eſſe.

Præſcientia dei.

Sed fortaſsis in mūdo eſt, vt neceſſe ſit iſtum hominem ſeneſcere. Si autem nec in mundo eſt, in deo eſt: hoc autem neceſſario futurum eſt quod ille vult, & ea vere futura ſunt quæ ille præſciuit.

Cap. XVII.

Nam multa ſecundum inferiores cauſas futura ſunt, [ſicut ibi ſunt:] ſed ſi ita ſunt, & in præſciētia dei vere futura ſunt: Si autem ibi aliter ſunt, ita potius futura ſunt, ſicut ibi ſunt, vbi qui pręſcit, falli nō poteſt.

2. ſen. di. 17 ca. ſolet.

Nam futura dicitur ſenectus in iuuene, ſed tamen futura non eſt, ſi ante moriturus eſt: hoc autem ita erit ſicut ſe habent aliæ cauſæ, ſiue in mundo contextę, ſiue in dei præſcientia reſeruatæ. Nam ſecundum quaſdam futurorum cauſas moriturus erat Ezechias, cui deus addidit quindecim annos ad vitam, id vtique faciens quod ante conſtitutionem mundi ſe facturum eſſe pręſciebat, & io ſua voluntate ſeruabat. Nō ergo id fecit quod futurum non erat: hoc enim magis erat futurum quod ſe facturum eſſe præſciebat. Nec tamen illi anni additi rectè dicerentur, niſi aliquid adderetur, quod ſe aliter in aliis cauſis habuerat: ſecūdum aliquas igitur cauſas inferiores iam vitam finierat: ſecundum illas autem quæ ſunt in voluntate & præſciē-

Eſa. 38.

tia dei, qui ex æternitate nouerat quid illo tempore facturus erat, & hoc vere futurum erat, tunc erat finiturus vitam quando finiuit vitam. K

Quia & ſi oranti conceſſum eſt, etiam ſic eum oraturum vt tali orationi cōcedi oporteret, ille vtique præſciebat, cuius præſcientia falli non poterat: & ideo quod pręſciebat, neceſſario futurum erat.

Quapropter ſi omnium futurorum cauſæ mundo ſunt inſitæ, cum ille factus eſt dies quando deus creauit omnia ſimul, non aliter Adam factus eſt, cum de limo terræ formatus eſt, ſicut credibilius iam perfectæ virilitatis, quàm erat in illis cauſis, vbi deus hominem in ſex dierum operibus fecit.

Volūtas de cauſa rerū.

Ca. XVIII.

Ibi enim erat non ſolum vt ita fieri poſſet, verumetiam vt ita eū fieri neceſſe eſſet. Tam enim nō fecit deus contra cauſam quam ſine dubio volens præſtituit, quàm cōtra voluntatem ſuam non facit. Si autem non omnes cauſas in creatura primitus condita præfixit, ſed aliquas in ſua voluntate ſeruauit, nō ſunt quidem illæ quas in ſua voluntate ſeruauit, ex iſtarum quas creauit neceſsitate pēdentes. Non tamen poſſunt eſſe contrariæ quas in ſua voluntate ſeruauit, illis quas in ſua voluntate inſtituit. Quia dei voluntas non poteſt ſibi eſſe contraria. Iſtas L ergo ſic condidit, vt ex illis eſſe illud cuius cauſæ ſunt poſsit, ſed non neceſſe ſit: illas autem ſic abſcondit, vt ex eis eſſe neceſſe ſit hoc quod ex iſtis fecit vt eſſe poſſit.

Solet item quæri, vtrum animale corpus prius homini formatum ſit è limo, quale nunc habemus, an ſpiritale quale reſurgentes habebimus? Quāquam enim hoc in illud mutabitur, ſeminatur enim corpus animale, ſurget corpus ſpiritale, tamen quid prius homini factum ſit, ideo diſceptatur, quia ſi animale factum eſt, non hoc recipiemus quod in illo perdidimus, ſed tāto melius, quanto ei ſpiritale animali præponendum eſt, quando erimus æquales angelis dei.

Quale corpus primi hominis.

Cap. XIX.

1. Cor. 15.

Sed angeli poſſunt aliis ex iuſticia præponi, nunquid & domino? De quo tamen dictum eſt: Minoraſti eum paulominus ab angelis. Vnde, niſi propter carnis infirmitatem quā ſumpſit ex virgine, formam ſerui accipiens, in qua moriens nos à ſeruitute redimeret? Sed quid hinc diutius diſſeramus? Non enim obſcura eſt Apoſtoli ſentētia de hac re, qui cum voluiſſet adhibere teſtimonium quo probaret eſſe corpus animale, nō tam de ſuo vel de cuiuſquā hominis corpore quod in pręſenti videbatur, quàm de M hoc ipſo ſcripturæ huius loco recoluit & adhibuit, dicens: Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale. Sic etenim ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adā in animam viuentem, nouiſsimus Adam in ſpiritum viuificantem. Sed non primum quod ſpiritale eſt, ſed quod animale, poſtea ſpiritale: Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Qualis terren⁹, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Et quo modo induimus imaginem terreni, induamur & imaginem eius qui de cœlo eſt. Quid ad hoc dici poteſt? Imaginem ergo cœleſtis hominis nunc ex fide portamus habituri in reſurrectione quod credimus, imaginem autem terreni hominis ab ipſo exordio humanę generationis induimus.

Matt. 22.

Pſal. 8.

Philip. 2.

1. Cor. 15.

Hic occurrit alia quæſtio, quo modo renouemur, ſi nō ad hoc per Chriſtum renouamur quod in Adam prius eramus? Quanquam enim multa non in priſtinum, ſed in melius renouentur, ab inferiore tamen ſtatu quàm quo erant antea renouantur. Vnde ergo ille filius mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt? Vnde illi profertur ſtola prima ſi non immortalitatem recipit quam perdidit in Adam? Quo modo autem perdidit immortalitatem ſi corpus

Quo modo renouemur ſi nō ad hoc per Chriſtū renouamur quod ī Adam prius eramus.

Cap. XX.

Luca 15.

habuit

A habuit animale? Neque enim animale corpus ſed ſpiri-
1.Cor.15. tale erit, cum corruptibile hoc induerit incorruptio-
nem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Non-
nulli his anguſtiis coarctati: vt & illa conſtet ſententia
qua exemplum de animali corpore hinc datum eſt, vt
Ibidem. diceretur: Factus eſt primus homo Adam in animam
viuentem, nouiſsimus Adam in ſpiritum viuificantem:
& iſta renouatio receptióque immortalitatis, non ab-
ſurde dicatur in priſtinum futura, in illud ſcilicet quod
Adam perdidit: putauerunt prius quidem hominẽ fuiſ-
ſe corporis animalis, ſed dum in paradiſo conſtitutus
eſt, eum fuiſſe mutatum, ſicut nos quoque reſurrectione
mutabimur. Hoc quidem liber Geneſeos non comme-
morat. Sed vt poſsint vtraque teſtimonia ſcripturarum
conſentire inter ſe, ſiue illud quod de animali corpo-
re dictum eſt, ſiue illa quæ de renouatione noſtra plu-
rima in ſanctis literis reperiuntur, hoc tanquam neceſ-
Paradiſus ſario cõſequi crediderunt. Sed ſi ita eſt, fruſtra co-
ſpiritalis. namur paradiſum & illas arbores earúmque fructus
Cap.XXI. præter figuratam ſignificationem prius accipere ad re-
rum geſtarum proprietatem. Quis enim credat iam il-
B lius modi cibos ex arborum pomis, immortalibus &
ſpiritalibus corporibus neceſſarios eſſe potuiſſe? Verũ-
tamen ſi aliud non poteſt inueniri, melius eligimus pa-
radiſum ſpiritaliter intelligere, quàm vel putare nõ re-
nouari hominem, cum toties hoc ſcriptura commemo
ret, vel eum exiſtimare recipere, quod non oſtenditur
amiſiſſe. Huc accedit, quòd & ipſa mors hominis, quã
eum peccato cõmeruiſſe, multa diuina teſtimonia col-
loquuntur, indicat eum ſine morte futurum fuiſſe niſi
peccaſſet. Quo modo ergo ſine morte mortalis, aut quo
Corp⁹ Adæ modo non mortalis ſi corpus animale? Vnde qui-
Cap.XXII. dam non eum mortem corporis peccato meruiſſe ar-
bitrantur, ſed mortem animæ quã fecit iniquitas. Nam
credunt eum propter corpus animale exiturum fuiſſe
de hoc corpore, ad requiem ſcilicet quam nunc habent
ſancti qui iam dormierũt, & in fine ſeculi eadem mem
bra immortaliter recepturi: vt videlicet mors corporis
non de peccato accidiſſe videatur, ſed naturaliter, vt
animalium cæterorum. Verum his rurſus Apoſtolus
Roma.8. occurrit & dicit: Corpus quidem mortuum eſt prop-
ter peccatum, ſpiritus autem vita eſt propter iuſticiam.
C Si autem ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum à mor-
tuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Chriſtum à mor-
tuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra per inhabi-
tantem ſpiritum eius in vobis. Ac per hoc mors etiam
corporis de peccato eſt. Si ergo non peccaſſet Adam,
nec corpore moreretur: ideoque immortale haberet &
Figurate corpus. Quo modo ergo immortale ſi animale? Sed
an ꝓprie ac- rurſus nõ vident qui eius corpus in paradiſo mutatum
cipiẽdus eſt putant vt ex animali fieret ſpiritale, nihil impedire ſi
paradiſus. non peccaſſet, vt poſt paradiſi vitam ſi iuſte obedien-
Cap.XXIII terq; vixiſſet, acciperet eandem corporis mutationem
in vita æterna vbi iam cibis corporalibus non egeret.
Quid ergo neceſſe eſt propter hoc iam cogi figurate
non proprie paradiſum intelligere, quia nõ poſſet mo-
ri corpus niſi peccato? Verum eſt quidem quod nõ mo-
reretur, etiam corpore, niſi peccaſſet. Aperte quippe di-
cit Apoſtolus, corpus mortuum propter peccatum: ani-
Corp⁹ aĩale male tamen poſſet eſſe ante peccatum, & poſt vitam iu
Ca. XXIIII ſticiæ cũ deus vellet fieri ſpiritale. Quo modo ergo,
De pæ. diſ. inquiunt, renouari dicimur, ſi nõ hoc recipimus quod
2.cap. Quo perdidit primus homo in quo omnes moriuntur? Hoc
modo reno- planè recipimus ſecundum quendam modum. Nõ ita-
uari. que immortalitatẽ ſpiritalis corporis recipimus quam

nondum habuit homo, ſed recipimus iuſticiam, ex qua D
per peccatũ lapſus eſt homo. Renouabimur ergo à ve-
tuſtate peccati, nõ in priſtinum corpus animale in quo
fuit Adam: ſed in melius, id eſt in corpus ſpiritale, cum
efficiemur æquales angelis dei, apti cœleſti habitatio- *Matt.22.*
ni, vbi eſca quæ corrumpitur non egebimus. Renoua-
bimur ergo ſpiritu mentis noſtræ ſecũdum imaginem *Ephe 4.*
eius qui creauit nos, quam peccando Adam perdidit. *Coloſſ.3.*
Renouabimur autẽ etiam carne, cum hoc corruptibile *1.Cor.15.*
induet incorruptionem: vt ſit ſpiritale corpus, in quod
nondum mutatus ſed mutandus erat Adam, niſi mor-
tem etiam corporis animalis peccando meruiſſet. De-
nique nõ ait Apoſtolus, corpus quidem mortale prop- *Roma.8.*
ter peccatum, ſed corpus mortuum propter peccatum.

Illud quippe ante peccatum, & mortale ſecundum *Corp⁹ idem*
aliam, & immortale ſecũdum aliam cauſam dici pote- *mortale &*
rat: id eſt mortale, quia poterat mori, immortale quip- *immortale.*
pe, quia poterat non mori. Aliud eſt enim nõ poſſe mo *Cap. XXV.*
ri, ſicut quaſdam naturas immortales creauit de⁹, aliud *2.ſen.di.19*
eſt autem poſſe non mori, ſecundum quem modum *cap.vnde.*
primus creatus eſt homo immortalis: quod ei præſta-
batur de ligno vitæ, non de cõſtitutione naturæ: à quo E
ligno ſeparatus eſt cũ peccaſſet, vt poſſet mori, qui ni-
ſi peccaſſet poſſet non mori. Mortalis ergo erat condi-
tione corporis animalis, immortalis autem beneficio
conditoris. Si enim corpus animale, vtique mortale:
quia & mori poterat, quamuis & immortale ideo, quia
& nõ mori poterat. Neque enim immortale quod mo-
ri omnino non poſsit, erit niſi ſpiritale, quod nobis fu-
turum in reſurrectione promittitur: Ac per hoc illud
animale & ob hoc mortale, quod propter iuſticiam ſpi
ritale fieret: & ob hoc mortale omnimodo factum eſt
propter peccatum, non mortale, quod & antea erat, ſed
mortuũ, quod poſſet non fieri ſi homo non peccaſſet.

Quo modo ergo corpus noſtrum dicit Apoſtolus *Corp⁹ Adæ*
mortuum cum adhuc de viuentibus loqueretur, niſi *& noſtrum*
quia iam ipſa conditio moriendi ex peccato parentum *diuerſa.*
hæſit in prole? Animale eſt enim & hoc corpus ſicut & *Ca. XXVI.*
primi hominis fuit, ſed hoc iam in ipſo animalis gene- *Roma.8.*
re multo eſt deterius, habet enim neceſsitatem morien
di quod illud non habuit. Quamuis enim reſtabat ad-
huc vt immutaretur, & ſpiritale factũ plenam immor-
talitatem perciperet, vbi cibo corruptibili nõ egeret: ta- F
mẽ ſi iuſte viueret homo, & in ſpiritalem habitudinem
corpus eius mutaretur, non iret in mortem. In nobis
autem etiam iuſte viuentibus corpus moriturum eſt,
propter quam neceſsitatem ex illius primi hominis pec
cato venientem, non mortale ſed mortuum corpus no
ſtrum dixit Apoſtolus, quia omnes in Adam morimur. *1.Cor.15.*
Item dicit, Sicut eſt veritas in Ieſu deponere nos ſecũ- *Ephe.4.*
dum priorem cõuerſationem hominem veterem eum
qui corrumpitur ſecundum concupiſcentias deceptio-
nis, hoc eſt, factus Adam per peccatum. Vide ergo quid
ſequatur: Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, &
induite nouum hominem qui ſecundum deum crea-
tus eſt, in iuſticia & ſanctitate veritatis: Ecce quod per-
didit Adam per peccatum. In hoc ergo renouamur *Stola data*
ſecundum id quod amiſit Adam, id eſt ſecundum ſpi- *Adæ.*
ritum mentis noſtræ. Secundum autem corpus quod *Ca. XXVII*
ſeminatur animale, & reſurget ſpiritale, in melius re- *De pæ. diſ.*
nouabimur, quod nondum fuit in Adam. Dicit item *2.cap. Quo*
Apoſtolus, Expoliantes vos veterem hominẽ cum acti- *modo reno-*
bus ſuis, induite nouum qui renouatur in agnitionẽ dei *uari.*
ſecundum imaginẽ eius qui creauit eũ. Hãc imaginem *2. retr.c.24*
in ſpiritu mentis impreſſam perdidit Adam per pecca-
tum

G tum, quam recipimus per gratiam iuſticiæ: nõ ſpiritale atque immortale corpus in quo ille nondum fuit, & in quo erunt omnes ſancti reſurgentes à mortuis. Hoc enim primum eſt illius meriti quod amiſit. Proinde illa ſtola prima, aut ipſa iuſticia eſt, vnde lapſus eſt: aut ſi indumentum corporalis immortalitatis ſignificat, etiam hanc ille ſic amiſit, cum propter peccatum ad eam peruenire non potuit. Dicitur enim & amiſiſſe vxorem & amiſiſſe honorem, qui ſperatũ non acceperit, illo à quo ſperabat offenſo.

Corp⁹ Adã animale. C. XXVIII. 2. retr. c. 24

Secundum hanc ergo ſentẽtiam corpus animale habuit Adam, non tãtum ante paradiſum, ſed etiam in paradiſo conſtitutus: quanuis in interiore homine fuerit ſpiritalis, ſecũdum imaginem eius qui creauit eum: quod amiſit peccando, meruitq; etiam corporis mortem, qui non peccando mereretur & in corpus ſpiritale commutationem. Nã ſi & interius animaliter vixit, nõ poſſumus dici ad hoc ipſius renouari. Quibus enim dicitur, Renouamini ſpiritu mẽtis veſtrę: hoc eis dicitur vt ſpiritales fiant. Quòd ſi ille nec ipſa mente fuit, quo modo nos renouamur ad id quod nũquam fuit? Apoſtoli autem & omnes iuſti animale vti-

H que corpus habebant, ſed tamen ſpiritaliter intus viuebant, renouati ſcilicet in agnitione dei ſecũdum imaginẽ eius qui creauit eos: non ideo tamen peccare non poterant ſi conſentirent iniquitati. Nam & ſpiritales poſſe cadere in tentatione peccati, oſtendit Apoſtolus

Galat. 6.

vbi ait, Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, intendens teipſum ne & tu tẽteris. Hoc dixi ne cuiquam impoſsibile videatur quòd peccauit Adam, ſi ſpiritalis erat mente, quanuis animalis eſſet corpore. Quæ cum ita ſint, nihil tamen adhuc præponere cõfirmamus, ſed expectamus potius, vtrum etiam cætera ſcriptura hunc intellectum non impediat.

Anima. Ca. XXIX

Sequitur enim quæſtio de anima valde difficilis, in qua multi laborauerunt, nobiſque vbi laboremus, reliquerunt. Siue enim quia non omnium omnia legere potui, qui de hac re ſecundum ſcripturarum noſtrarum veritatem ad aliquid liquidum minimeq; dubium peruenire potuerunt: ſiue quia tãta quæſtio eſt, vt etiam qui eam veraciter ſoluunt, non facile intelligantur à talibus, qualis ipſe ſum: fateor neminem adhuc mihi per-

I ſuaſiſſe, quod ſic habeã de anima, vt nihil amplius quærendum putem: Vtrum autem nunc certum aliquid inuenturus ſim, & iam definiturus, ignoro. Quod autem potuero, ſi conatum meum dominus adiuuerit, ſequẽti volumine explicare conabor.

DIVI AVRELII AVGVSTIni de Geneſi ad literam Liber Septimus.

Quæſtio de aĩa. Cap. I.

ET finxit deus hominem puluerem de terra, & flauit in faciem eius flatum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Hæc verba ſcripturę nobis & in principio ſuperioris libri conſiderãda propoſuimus, & de ipſo homine facto, maximeque de eius corpore quãtum ſatis duximus, quod ſecũdum ſcripturas viſum eſt, diſſeruimus. Sed quia de anima humana non parua quæſtio eſt, ad hunc eam librum differendã putauimus, neſcientes quãtum nos dominus adiuturus eſſet, rectè loqui cupidos, illud tamen ſcientes niſi quãtum ipſe adiuuaret, rectè non eſſe locuturos. Rectè eſt K autem veraciter atque congruenter, nihil audaciter refellendo, nihil temere affirmando, dum adhuc dubium eſt, verum falſumve ſit, ſiue fidei ſiue ſcientiæ Chriſtianæ: quod autem doceri poteſt, vel rerum ratione apertiſsima, vel ſcripturarum authoritate certiſsima, ſine cunctatione aſſerendo. Ac primũ illud videamus quod ſcriptum eſt, Flauit vel ſufflauit in faciem eius flatum vitæ. Nonnulli enim codices habent, ſpirauit vel inſpirauit in faciem eius. Sed cum Græci habeant ἐνεφύσησεν, non dubitatur flauit vel ſufflauit eſſe dicendum.

ἐνεφύσησεν ad verbum, inſpirauit.

Quærebamus autem in ſuperiori ſermone de manibus dei, cum homo de limo formatus cogitaretur. Quid ergo nunc dicendum eſt in eo quod ſcriptum eſt, ſufflauit deus, niſi quia ſicut non manibus corporeis finxit, ita nec faucibus labiiſq; ſufflauit? Veruntamen hoc verbo ſcriptura in quæſtione difficillima plurimum nos quantum opinor adiuuat.

Animã nõ eſſe naturæ eiuſdẽ cum deo. Ca. II.

Nam cum quidam ex hoc verbo crediderint aliquid eſſe animam de ipſa ſubſtãtia dei, id eſt eiuſdem naturæ cuius ille eſt, hoc ideo putantes, quia cum homo ſufflat, aliquid de ſeipſo eiicit in flatu: hinc potius admonendi ſumus hanc inimicam fidei catholicæ reprobare ſententiã. Nos enim credimus L dei naturam atque ſubſtantiam quæ in trinitate creditur à multis, intelligitur à paucis, omnino eſſe incõmutabilem. Porrò autem animæ naturam vel in deterius vel in melius cõmutari poſſe quis ambigit? Ac per hoc ſacrilega opinio eſt ea & deum credere vnius eſſe ſubſtantię. Quid enim hoc modo aliud quàm & ille commutabilis creditur? Credendum itaque eſt & intelligendum, neque vllo modo dubitandum, quod recta fides habet, animam ſic eſſe à deo tanquam rem quam fecerit, non tanquam de natura cuius eſt ipſe ſiue genuerit, ſiue quoquo modo protulerit.

Flat⁹ in faciẽ. Ca. III. Gene. 2.

Et quo modo inquiunt ſcriptum eſt, Sufflauit in faciem eius, & factus eſt homo in animam viuam, ſi nõ anima dei pars eſt vel dei omnino ſubſtantia? Immo vero ex hoc verbo ſatis apparet ita non eſſe, cum enim homo ſufflat, anima vtique ipſa ſubiacentem ſibi naturam corporis mouet, & de illa, non de ſeipſa flatum facit. Niſi iſti forte tam tardi ſunt, vt neſciant iſto reciproco halitu quem de hoc aëre circũfuſo ducimus & reddimus, fie- M ri etiam flatum cum volũtate ſufflamus. Quòd ſi etiam non ex hoc aëre qui forinſecus adiacet accepto & reddito, ſed ex ipſius noſtri corporis natura qua conſtat, ſufflando aliquid eiiceremus, non eſt eadẽ natura corporis & animæ, quod & ipſi vtique conſentiunt. Quapropter etiam ſic aliud eſt animæ ſubſtantia quæ corpus regit & mouet: aliud flatus quem regendo vel mouendo facit de corpore ſibi ſubdito, non de ſeipſa cui corpus eſt ſubditum. Cum itaque lũge quidem incomparabili modo, ſed tamen anima regat ſubditum corpus, & deus ſubditam creaturam, cur non potius intelligatur de ſubiecta ſibi creatura feciſſe deus animam in eo quòd ſufflaſſe dictus ſit: quandoquidem ipſa anima quanuis corpori ſuo non ita dominetur vt deus vniuerſitati quam condidit, tamen eius motu non de ſua ſubſtãtia flatum facit? Poſſemus quidem dicere nec ipſum dei flatum eſſe animam hominis, ſed deum ſufflando feciſſe animam in homine. Sed ne putẽtur meliora quæ fecit verbo quàm quod fecit flatu, quia & in nobis melius eſt verbum quàm flatus: nihil eſt interim ſecundum ſupradictam rationem, cur animam ipſam dei flatum dicere dubitemus, dum intelligatur nõ eſſe dei natura atque ſubſtantia, ſed hoc ipſum eſſe ſuf-

2. ſent. diſt. 17. cap. 2.

A flare quod eſt flatum facere, hoc eſt animam facere. Cui *Eſa. 57.* ſententiæ congruit quod per Eſaiam dicit deus, Spiritus enim à me procedet, & flatum omnem ego feci. Nam non quemlibet flatum corporeum dicere, ſequētia docent. Cum enim dixiſſet, omnem flatum ego feci: & propter peccatum, inquit, puſillum quid contriſtaui eum & percuſsi eum, Quid ergo dicit flatum niſi animam, quæ propter peccatum percuſſa & contriſtata eſt? Quid igitur eſt, omnem flatum ego feci: niſi omnem animam ego feci? *Vnde flat in faciem. Cap. IIII.* Si ergo deum diceremus tanquam corporei mundi huius aoimam, cui mundus ipſe eſſet tanquam corpus ipſius animantis, rectè non eum diceremus ſufflando feciſſe animam hominis, niſi corpoream de iſto aëre ſubiacente ſibi ex corpore ſuo: non tamen quod feciſſet dediſſetq; ſufflando, de ſeipſo dediſſe putare deberemus, ſed ita de ſibi ſubiecto aëre corporis ſui, ſicut anima de huiuſmodi re ſimiliter adiaceote ſibi, hoc eſt de corpore, non de ſeipſa flatum facit. Nunc vero quia oon tantummodo mūdi corpus deo eſſe ſubditum dicimus, ſed illum eſſe ſupra omnem creaturā ſiue corporalem ſiue ſpiritalem,

B nec de ſeipſo nec de corporeis elementis credendus eſt animam feciſſe ſufflando. *An anima ex nihilo. Cap. V.* Vtrum autem ex eo quod omnioo non erat, id eſt, ex nihilo: ao ex aliqua re quæ iam ab illo facta ſpiritaliter erat, ſed anima nōdum erat, merito quæri poteſt. Si enim deū adhuc aliquid ex oihilo creare oon credimus, poſteaquam creauit omnia ſimul, & ob hoc conſummatis omnibus operibus requieuiſſe credimus, quæ inchoauit facere, vt quicquid deiode faceret, ex his faceret, non video quēadmodum intelligamus adhuc eum ex nihilo animas facere. Ao diceodum eſt eum in illis quidem operibus primorum ſex dierum feciſſe illum diem occultum, ac ſi hoc potius credi oportet ſpiritalē atque intellectualem naturam, ſcilicet vnitatis angelicæ, & mundi, id eſt, cœlum & terram: atque in illis iam extaotibus naturis rationes creaſſe futurarum aliarum naturarū, non ipſas naturas: alioquin ſi iam ibi creatę eſſent ſicut erant futuræ, non adhuc eſſent futuræ. Quod ſi ita eſt, nondum erat in conditis rebus animæ humanæ vlla natura, & tunc eſſe cœpit cum eam deus ſufflando fecit atque indidit homini. Sed non ideo quæſtio ſublata eſt,

C qua quæritur adhuc, vtrū eam naturam quæ anima dicitur & antea nō erat, ex nihilo creauerit tanquam ipſe flatus eius non ex aliqua ſubſtantia ſubiacēte factus ſit, ſicut de flatu dicebamus quem facit anima de corpore ſuo, ſed omnino ex nihilo tuoc factus ſit flatus cū deus flare voluit, idemq; flatus hominis anima factus ſit. An vero iam erat aliquid ſpiritale, quanuis hoc quicquid erat, nondum animæ natura erat, atque ex hoc factus ſit flatus dei quæ natura eſſet animæ, ſicut nec corporis humani natura iam erat, antequam deus eam de limo terræ vel puluere formaſſet. Non eoim caro anima erat puluis aut limus, ſed tamen aliquid erat vnde illa fieret quæ oondum erat. *An materia aliqua ſpiritalis fuerit aīæ. Cap. VI.* Num ergo credibile eſt in primis illis ſex dierum operibus deum condidiſſe, non ſolum futuri corporis humani cauſalem rationem, verumetiam materiem de qua fieret, id eſt, terram de cuius limo vel puluere fingeretur: animæ autem ſolam ibi condidiſſe rationem ſecuodum quam fieret, non etiam quandam pro ſuo genere materiam de qua fieret? Si enim quiddam incommutabile eſſet anima, nullo modo eius quaſi materiem quærere deberemus. Nunc autem mutabilitas eius ſatis indicat eam interim viciis atque fallacus deformem reddi, formari autem virtutibus veritatiſque doctrina: ſed in ſua iam natura qua eſt anima, ſicut etiam caro in ſua natura qua iam caro eſt, & ſalute decoratur, & morbis vulneribuſque fœdatur. D Sed ſicut hæc excepto quòd iam caro eſt, in qua natura vel proficit vt pulchra, vel deficit vt deformis ſit, habuit etiam materiem, id eſt terram, de qua fieret, vt omnino caro eſſet: ſic fortaſſe potuit & anima antequam eaipſa natura fieret quæ anima dicitur, cuius vel pulchritudo virtus, vel deformitas viciū eſt, habere aliquam materiam pro ſuo genere ſpiritalem, quæ nōdum eſſet anima: ſicut terra de qua caro facta eſt, iam erat aliquid, quanuis non erat caro. Sed enim iam terra implebat mundi infimam partem, antequam de illa corpus hominis fieret, cōferens vniuerſo totum ſuum: vt etiam ſi nulla ex ea caro fieret animātis cuiuſquam, ſpecie tamen ſua mundi fabricam molemque compleret, ſecundum quam dicitur mundus cœlum & terra.

At vero illa ſpiritalis materies ſi fuit vlla vnde anima fieret, vel ſi eſt vlla vnde animæ fiunt, quid ipſa eſt, quod nomen, quam ſpeciem, quem vſum in rebus conditis tenet? *Qualis materia illa animæ. Cap. VII.* Viuit an non? Si viuit, quid agit? quid confert vniuerſitatis effectibus? Beatámne vitam gerit, E an miſeram, an neutram? Viuificat aliquid, an ab hoc etiam opere vacat, & in quodam ſecreto voiuerſitatis ocioſa requieſcit, ſine vigili ſenſu motúque vitali? Si enim nulla prorſus adhuc vita erat, quo modo eſſet vitæ futuræ quædam incorporea nec viua materies? Aut falſum eſt, aut nimis latet. Si autem iam viuebat nec beate nec miſere quo modo rationalis erat? Quod ſi tunc rationalis facta eſt, cum ex illa materie natura humanæ animæ facta eſt, irrationalis ergo vita materies erat animæ rationalis, id eſt humanæ? Quid ergo inter illam pecoriſque diſtabat? Ao rationalis erat iam poſſibilitate, nondum facultate? Si enim videmus infantilem animam, iam vtique hominis animam, nondum cœpiſſe vti ratione, & tamen eam rationalem iam dicimus, cur non credatur ſic in illa materie de qua facta eſt anima, quietum fuiſſe motum etiam ſentiendi, ſicut in iſta infantuli quæ iam certè anima eſt hominis, quietus eſt adhuc motus ratiocinandi. *An materia illa vita fuerit beata. Cap. VIII.* Nam ſi iam beata erat vita de qua facta eſt hominis anima, deterius ergo facta eſt: & ideo non iam illa materies huius, ſed illius iſta defluxio eſt. Nam materies aliqua cū formatur præſertim à deo, in melius ſine dubitatione formatur. F Sed etiam ſi cuiuſquam in aliqua beatitudine factæ à deo vitæ defluxio anima humana poſſet intelligi, nec ſic credēda erat eſſe cœpiſſe ī aliquo actu meritorū ſuorum, niſi ex quo propriam cœpit agere vitam, dum anima facta eſt animans carnem, & eius ſenſibus velut nunciis vtens, atque in ſeipſa ſe viuere ſentiens ſua voluntate, intellectu, memoria. Si enim eſt aliquid vnde iſtam defluxionem formatæ caroi deus inſpiraret, tanquam ſufflando animam faciens, idemq; beatū eſt, nullo modo mouetur aut mutatur, aut amittit aliquid cum hoc ab eo defluit vnde anima fit. *An corpus fuerit materia animæ. Cap. IX.* Non eſt enim corpus vt tanquam exhalando minuatur. Si autem anima irraoionalis, materies eſt quodā modo de qua fit anima rationalis, id eſt, humana, rurſus quæritur etiam ipſa irrationalis vnde fiat, quia & ipſam non facit niſi creator omnium naturarum. An illa de materie corporali? Cur ooo ergo & iſta? Niſi forte quod velut gradatim fieri conceditur, compēdio poſſe deum facere quiſquā negabit. Proinde qualibet adhibeatur interpoſitio, ſi corpus eſt materies animæ irrationalis, & anima irrationalis eſt materies animæ rationalis, proculdubio

corpus

G corpus eſt materies animæ rationalis. Quod neminem vnquã ſcio auſum eſſe ſentire, niſi qui & ipſam animã non niſi in genere alicuius corporis ponit. Deinde cauẽdum eſt, ne quædam tranſlatio animæ fieri à pecore in hominẽ poſſe credatur, quod veritati fideiq; catholicæ omnino contrariũ eſt, ſi conceſſerimus irrationalem animam veluti materiam ſubiacere, vnde rationalis anima fiat. Sic enim fiet, vt ſi hæc in melius commutata fuerit hominis, illa quoque in deterius commutata ſit pecoris. De quo ludibrio quorundam Philoſophorum etiam eorum poſteri erubuerunt, nec eos hoc ſenſiſſe, ſed non rectè intellectos eſſe dixerũt. Et credo ita eſſe, velut ſi quiſquã etiam de ſcripturis noſtris hoc ſentiat vbi dictum eſt, Homo in honore poſitus non intellexit, comparatus eſt pecoribus inſenſatis, & ſimilis factus eſt eis. Aut vbi item legitur, Ne tradideris domine beſtiis animam confitentem tibi. Neq; enim omnes hæretici ſcripturas catholicas legunt, nec ob aliud ſunt hæretici, niſi quòd eas non rectè intelligentes, ſuas falſas opiniones contra earum veritatem peruicaciter aſſerunt. Sed quoquo modo ſe habeat vel non habeat opi-

Pſal. 48.
Pſal. 73.

H nio Philoſophorum de reuolutionibus animarũ, catholicæ tamen fidei non conuenit credere animas pecorũ in homines, aut hominum in pecora tranſmigrare.

Quo modo hoẽs ſimiles fiant pecudibus. Cap. X.

Fieri ſanè homines vitæ genere pecoribus ſimiles, & ipſæ res humanæ clamant, & ſcripturæ teſtantur, Vnde eſt illud quod cõmemoraui, Homo in honore poſitus non intellexit, comparatus eſt iumentis inſenſatis, & ſimilis factus eſt eis. Sed in hac vita vtiq;, non poſt mortem. Proinde vel talibus beſtiis nolebat in poteſtatẽ dari animam ſuam qui dicebat, Ne tradideris beſtiis animam confitentẽ tibi. Quales cauendos dominus ſignificat, vbi dicit eos indutos veſtitu ouium, intus autẽ eſſe lupos rapaces: vel ipſi diabolo & angelis eius: nam & ille dictus eſt & leo & draco. Quid enim afferunt argumenti Philoſophi qui putant animas hominũ in pecora, vel pecorum in homines poſt mortem poſſe trãsferri? Hoc certè quòd morũ ſimilitudo ad id trahat, velut auaros in formicas, rapaces in miluos, ſæuos ac ſuperbos in leones, ſectatores immũdæ voluptatis in ſues: & ſi qua ſimilia. Hæc quippe aſſerunt, nec attendunt per hanc rationem nullo modo fieri poſſe, vt pecoris ani-

Pſal. 48.
Pſal. 73.
Matt. 7. & 25.
Pſal. 90.

I ma poſt mortem in hominẽ transferatur. Nullo modo enim pecus ſimilior erit homini quàm porco, & cum manſueſcunt leones, canibus vel etiam ouibus fiunt ſimiliores quàm hominibus. Cum igitur à pecorum moribus pecora non recedunt, & quæ aliquãtulum cæteris diſsimilia fiunt, ſimiliora ſunt tamen ſuo generi quàm humano, longeq; plus ab hominibus quàm à pecoribus differunt, nunquam erunt hominum animæ iſtæ ſi ea quæ ſimiliora ſint, trahunt. Si autem hoc argumentum falſum eſt, quo modo erit illa vera opinio, quandoquidem nihil aliud afferunt, quo etiam ſi non vera, ſaltem veri ſimilis habeatur. Vnde procliuius & ipſe crediderim, quod etiam eorum poſteri ſectatores, illos homines qui hoc primitus in ſuis libris poſuerunt, in hac vita potius intelligi voluiſſe, quadam peruerſitate morũ ac turpitudine homines pecorum fieri ſimiles, ac ſic quodam modo in pecora commutari, vt hoc dedecore obiecto, eos à cupiditatum prauitate reuocarent.

Transformationes corporum. Cap. XI.

Nam illa quæ feruntur accidiſſe, vt quidam quaſi recordarentur, quòd in quorundam animalium corporibus fuerint, aut falſa narrantur, aut ludificationibus dæmonum hoc in eorum animis factum eſt. Si enim contingit in ſomniis, vt fallaci memoria quaſi recordetur ſe homo fuiſſe quod nõ fuit, aut egiſſe quod K non egit: quid mirum ſi quodam dei iuſto occultóque iudicio, ſinuntur dæmones in cordibus etiam vigilantium tale aliquid poſſe? Manichæi autem qui ſe Chriſtianos, vel putant, vel putari volunt, in hac opinatione tranſlationis vel reuolutionis animarum eo ſunt illis gentium Philoſophis, vel ſi qui alij vani homines hoc putent, deteriores & deteſtabiliores, quod illi animæ naturam à dei natura diſcernunt: iſti autem cum aliud nihil dicant eſſe animam, quàm ipſam dei ſubſtantiam, atque id omnino quod deus eſt, nõ trepidant eam tam turpiter commutabilem dicere, vt nullum ſit herbæ ſeu vermiculi genus, vbi eam non eſſe permixtam, vel quò reuolui non poſſe, mirabili opinentur inſania: Qui tamen ſi remotis ab animo ſuo rerum obſcuriſsimarum quæſtionibus, quas carnali corde verſantes, neceſſe eſt vt in opiniones falſas, noxias, monſtroſaſq; labantur & prouoluantur, vnum illud firmiſſime teneant, quod omni animæ rationali ſine vllius diſputationis ambagibus naturaliter & veraciter inſitum eſt, eſſe omnino incommutabilem & incorruptibilem deum, tota eorum milleformis fabula repente L dilabitur, quam in ſuis vanis ac ſacrilegis mentibus, non niſi de dei turpiſsima mutabilitate finxerunt. Non eſt igitur materies animæ humanæ, nec anima irrationalis.

Non eſt ex corporeo elemento aĩa. Cap. XII.

Quid eſt ergo vnde anima flatu dei facta eſt? An corpus aliquod erat terrenum quidem & humidum? Nullo modo: hinc enim potius caro facta eſt. Nunquid aliud eſt limus quàm terra humida? Nec humore ſola anima facta credenda eſt, quaſi caro de terra, & anima de aqua. Nimis enim abſurdum eſt, inde factam putare animam hominis, vnde facta eſt caro piſcis & volucris. Ergo fortaſsis ex aëre. Huic enim elemento etiam flatus competit, ſed noſter, non dei. Vnde ſupra diximus, hoc potuiſſe congruenter putari, ſi animam mundi tanquam vnius maximi animantis deum crederemus, vti eam flauerit de aëre corporis ſui, ſicut flat noſtra de ſui. Cum vero deum eſſe conſtet ſupra omne mundi corpus, & ſupra omnem ſpiritum quem creauit incomparabili omnino diſtantia, quo modo id rectè dici poteſt? An forte quanto magis deus vniuerſæ ſuæ creaturę præſens eſt omnipotentia ſingulari, tanto magis potuit ex aëre flatum facere, quæ M anima hominis eſſet? Sed cum anima non ſit corporea, quicquid autem ex mundi corporeis elementis fit, corporeum eſſe neceſſe eſt, in quibus mundi elementis etiam aër iſte connumeratur, nec ſi de puri illius cœleſtiſque ignis elemento facta anima diceretur, credi oporteret. Omne quippe corpus in omne corp⁹ poſſe mutari, non defuerunt qui aſſererent. Corpus autem aliquod ſiue terrenum ſiue cœleſte, cõuerti in animam, fierique naturam incorpoream, nec quenquam ſenſiſſe ſcio, nec fides hoc habet.

Medicorũ ſententia de corpore humano. Cap. XIII.

Deinde ſi non eſt contemnendum quod medici, non tantum dicũt, verumetiam probare ſe affirmant, quamuis omnis caro terrenam ſoliditatem in promptu gerat, habet tamen in ſe & aëris aliquid quod in pulmonibus continetur, & à corde per venas quas arterias vocant diffunditur: & ignis non ſolum feruidam qualitatem, cuius ſedes in iecore & in cerebro eſt, verumetiam luculentam quam velut eliquari ac ſubuolare oſtendunt in excelſum cerebri locum tanquam in cœlum corporis noſtri: vnde & radij emicant oculorum, & de cuius medio velut centro quodam, non ſolum ad oculos, ſed etiam ad ſenſus cæteros tenues fiſtulæ deducuntur, ad aures ſcilicet,

A licet,ad nares,ad palatum,propter audiendum, olfaciendum,atque guſtandum:ipſumq; tangēdi ſenſum qui per totum corpus eſt, ab eodem cerebro dirigi dicunt per medullam ceruicis,& eam quæ continetur oſsibus, quibus dorſi ſpina cōſeritur, vt inde ſe tenuiſsimi quidam riuuli,qui tāgendi ſenſum faciunt, per cuncta mēbra diffundant.

Animā nō eſſe ex elementis.
Cap.XIIII.

Cum igitur his quaſi nunciis accipiat anima quicquid eam corporalium non latet: ipſa vero vſqueadeo aliud quiddam ſit,vt cum vult intelligere, vel diuina vel deum, vel omnino etiam ſeipſam ſuasq; conſiderare virtutes,vt aliquid veri certiq; comprehendat, ab hac ipſorum quoq; oculorū luce ſe auertat:eamq; ad hoc negocium, non tantū nullo adiumēto,verumetiam nonnullo impedimento, eſſe ſentiens, ſe in obrutum mentis attollat:quo modo ex eo genere aliquid eſt, cum eiuſdem generis ſummum non ſit niſi lumen quod ex oculis emicat: quo illa non adiuuatur niſi ad corporeas formas coloresq; ſentiendos: habetq; ipſa innumerabilia longe diſsimilia cūcto generi corporum,quæ non niſi intellectu atq; ratione conſpiciat, quò nullius carnis ſenſus aſpirat.

Anima incorporea.
Cap.XV.

Quapropter non eſt quidem humanæ animæ natura,nec de terra,nec de aqua,nec de aëre,nec de igne quolibet:ſed tamen craſ-

B ſioris corporis ſui materiam,hoc eſt humidam quandā terram,quæ in carnis verſa eſt qualitatem, per ſubtiliorem naturam corporis adminiſtrat,id eſt, per lucem & aërem. Nullus enim ſine his duobus vel ſenſus in corpore eſt, vel ab anima ſpontaneus corporis motus. Sicut autem prius eſſe debet noſſe quàm facere, ita prius eſt ſentire quàm mouere. Anima ergo quoniam res eſt incorporea,corpus quod incorporeo vicinum eſt,ſicuti eſt ignis,vel potius lux & aër,primitus agit:& per hęc cætera quæ craſsiora ſunt corporis,ſicuti humor & terra, vnde carnis corpulentia ſolidatur, quæ magis ſunt ad patiendum ſubdita,quàm prædita ad faciendum.

Cur dictū ſit,factꝰ eſt homo in animā viuā.
Cap.XVI.

Non mihi ergo videtur dictum, factus eſt homo in animam viuam, niſi quia ſentire cœpit in corpore, quod eſt animatæ viuentiſq; carnis certiſsimum indicium. Nam mouentur & arbuſta,non tantum vt extrinſecus impellente, veluti cum ventis agitantur, ſed illo motu quo intrinſecus agitur, quicquid ad incrementum ſpeciēmque arboris pertinet,quo ducitur ſuccus in

C radicem, vertitúrque in ea quibus conſtat herbæ natura vel ligni:nihil enim horum ſine interno motu. Sed iſte motus non eſt ſpontaneus qualis ille qui ſenſui copulatur ad corporis adminiſtrationem, ſicut in omniū animalium genere quam vocat ſcriptura animam viuam. Nam & nobis niſi ineſſet etiam ille motus,nec creſcerent noſtra corpora, nec vngues capillóſque producerent. Sed ſi hoc ſolum eſſet in nobis ſine ſenſu motúque illo ſpontaneo, non diceretur homo factus in animam viuam.

Pars cerebri āterior origo ſenſuum.
Cap. XVII.
Supra.c.13.
Supra.c. 15
Gene.2.
In hoc cap.

Proinde quoniam pars cerebri anterior, vnde ſenſus omnes diſtribuuntur,ad frontem collocata eſt, atque in facie ſunt ipſa velut organa ſentiendi,excepto tangēdi ſenſu qui per totum corpus diffunditur:qui tamen etiam ipſe ab eadem anteriori parte cerebri oſtenditur habere viam ſuam, quæ retrorſus per verticem atq; ceruicem ad medullam ſpinæ de qua loquebamur paulo ante,deducitur:vnde habet vtiq; ſenſum in tangendo & facies ſicut totum corpus, exceptis ſenſibus videndi,audiendi,olfaciendi,guſtandi, qui in ſola facie prælocati ſunt: ideo ſcriptum arbitror, quòd in faciem deus ſufflauerit homini flatum vitæ, cum factus eſt in animam viuam. Anterior quippe pars poſteriori merito præponitur,quia & iſta ducit, illa ſequitur,& ab iſta ſenſus,ab illa motus eſt,ſicut conſiliū præ- D
cedit actionem.

Tres vētriculi cerebri
Ca. XVIII.

Et quoniam corporalis motus qui ſenſum ſequitur ſine interuallis temporum nullus eſt, agere autem interualla temporum ſpōtaneo motu niſi per adiutorium memoriæ non valemus,ideo tres tāquam ventriculi cerebri demōſtrantur. Vnus anterior ad faciem,à quo ſenſus omnis:alter poſterior ad ceruicem,à quo motus omnis,tertius inter vtrunque,in quo memoriam vigere demonſtrant: ne cum ſenſum motus ſequitur, non connectat homo quod faciēdum eſt, ſi fuerit quod facit oblitus. Hæc illi certis indiciis probata eſſe dicunt: quando & ipſæ partes aliquo affectæ morbo vel vicio, cum defeciſſent officia vel ſentiendi vel mouendi membra, vel motus corporis reminiſcendi,ſatis quid valerent ſingulę declararunt,eiſq; adhibita curatio cui rei reparandæ profecerit exploratum eſt. Sed anima in iſtis tanquam in organis agit, nihil horū eſt ipſa,ſed viuificat & regit omnia, & per hæc corpori cōſulit & huic vitæ,in qua factus eſt homo in animam viuam.

Animæ præſtantia.
Cap.XIX.

Vnde ergo ſit ipſa, id eſt, de qua velut materie deus hunc flatum fecerit quæ anima dicitur, dum quęritur,nihil corporeum debet occurrere. Sicut enim deus omnem creaturam,ſic anima omnem corpoream E
creaturam naturæ dignitate præcellit. Per lucem tamē & aërem quæ in ipſo quoque mundo pręcellentia ſunt corpora,magiſque habent faciendi præſtantiam quàm patiendi corpulentiam,ſicut humor & terra, tanquam per ea quæ ſpiritui ſimiliora ſunt corpus adminiſtrat. Nunciat enim aliquid lux corporea. Cui autem nunciat,non hoc eſt quod illa: & hæc eſt anima cui nūciat non illa quæ nunciat. Et cum afflictiones corporis moleſte ſentit,actionem ſuam qua illi regendo adeſt, turbato eius temperamēto impediri offenditur:& hæc offenſio dolor vocatur: & aër qui neruis infuſus eſt,paret voluntati vt membra moueat, non autem ipſe voluntas eſt. Et illa pars media motum membrorum nūciat, vt memorata teneantur,nō ipſa memoria eſt. Denique dum hæc eius tanquam miniſteria vicio quolibet ſeu perturbatione omni modo deficiunt,deſiſtentibus nūciis ſentiendi & miniſtris mouendi, tanquam non habens cur adſit,abſcedit. Si autem non ita deficiūt vt in morte aſſolet, turbatur eius intentio tanquam conātis redintegrare labentia nec valentis. Et in quibus rebus F
turbatur, inde cognoſcitur quæ pars miniſteriorum in cauſa ſit,vt ſi potuerit,medicina ſuccurrat.

Aliud anima,aliud organa corporis.
Cap.XX.

Nanque aliud eſſe ipſam, aliud hæc eius corporalia miniſteria, vel vaſa,vel organa,vel ſi quid aptius dici poſſunt,hinc euidenter elucet,quòd plerunq; ſe vehemēti cogitationis intentione auertit ab omnibus,vt præ oculis patentibus recteq; valentibus multa poſita neſciat,& ſi maior intentio eſt,dum ambulabat repente ſubſiſtat,auertens vtique imperandi nutum à miniſterio motionis qua pedes agebantur. ſi autem non tanta eſt cogitationis intētio, vt figat ambulantem loco, ſed tamen tanta eſt vt partem illam cerebri mediā nunciantem corporis motus non vacet aduertere,obliuiſcitur aliquando, & vnde veniat, & quò eat, & tranſit imprudens villam quò tendebat, natura ſui corporis ſana, ſed ſua vi in aliud auocata. Quapropter iſtas corporei cœli corporeas quaſdā particulas, id eſt,lucis & aëris, quæ primæ excipiunt nutus animæ viuificātis, eo quòd incorporeæ naturę propinquiores ſunt q̄ humor & terra,vt ad earum proximum miniſterium tota moles adminiſtretur, vtrum deus de hoc circūfuſo & ſuperfuſo cœlo corpori viuenti miſcuerit aut adiunxerit, an & ipſas de limo ſi-

cut carnem

G cut carnem fecerit, non eſt ad rem pertinens quæſtio.
Omne quippe corpus in om̄ne corpus mutari poſſe cre
dibile eſt, quodlibet autem corpus mutari poſſe in ani-
mam, credere abſurdum eſt. Quamobrem nec il-
lud audiendum eſt quod quidam putauerunt quintum
quoddã eſſe corpus vnde ſit anima: quod nec terra, nec
aqua ſit, nec aër, nec ignis, ſiue iſte turbulentior atque
terrenus, ſiue ille cœleſtis, purus & lucidus: ſed neſcio
quid aliud quod careat vſitato nomine, ſed tamen cor-
pus ſit. Si enim qui hoc ſentiũt hoc dicunt corpus quod
& nos, id eſt naturam quamlibet, longitudine, latitudi-
ne, altitudine, ſpacium loci occupantem, neque hoc eſt
anima, neque facta inde credenda eſt. Quicquid enim
tale eſt vt multa non dicam, in quacũq; ſui parte lineis
diuidi vel circũſcribi poteſt. Quod anima ſi pateretur,
nullo modo noſſe poſſet tales lineas, quæ per longum
ſecari non queunt, quales in corpore non poſſe inue-
niri nihilominus nouit. Nec ipſa ſibi tale aliquid oc-
currit, cum ſe neſcire nõ poſſit, etiam quãdo ſe vt cog-
noſcat inquirit. Cũ enim ſe quærit, nouit quòd ſe quæ-
rat, quod noſſe non poſſet, ſi ſe nõ noſſet. Neque enim
H aliunde ſe quærit quàm à ſeipſa. Cum ergo quærentem
ſe nouit, ſe vtiq; nouit, & omne quod nouit tota nouit:
eum itaq; ſe quærentem nouit, tota ſe nouit, ergo & to
tam nouit: neq; enim aliquid aliud, ſed ſeipſam tota no
uit. Quid ergo adhuc ſe quærit, ſi quærentem ſe nouit?
Neque enim ſi neſciret ſe, poſſet [quęrentem ſe] ſcire ſe,
ſed hoc in præſenti. Quòd autẽ de ſe quęrit, quid antea
fuerit, vel quid futura ſit quærit. Deſinat ergo nunc in-
terim ſuſpicari ſe eſſe corpus, quia ſi aliquid tale eſſet,
talem ſe noſſet, quę magis ſe nouit quàm cœlum & ter-
ram, quæ per ſui corporis oculos nouit. Omitto dicere,
quia illud eius quod etiam pecora habere intelligũtur,
vel cœli volatilia, cum habitacula ſua ſeu nidos repe-
tunt, quo capiuntur imagines omnium rerum corpo-
ralium, nullo modo cuiquam corpori ſimile eſt: & vti-
que hoc potius corpori ſimile eſſe deberet, vbi corpo-
rearum rerum ſimilitudines cõtinentur. At ſi hoc cor-
pus non eſt, quia certum eſt eas ſimilitudines corpo-
rum illic non ſolum memoriter detineri, verumetiam
innumerabiles pro arbitrio figurari, quanto minus alia
qualibet vi ſua corpori eſſe anima ſimilis poteſt? Si au-
I tẽ corpus eſſe dicunt alia qualibet notione, omne quod
eſt, id eſt, omnem naturam atque ſubſtantiam, non qui-
dem admittenda eſt iſta locutio, ne non inueniamus
quo modò loquentes ea quæ corpora nõ ſunt à corpo-
ribus diſtinguamus. Non tamen nimis eſt de nomine
laborãdum. Nam & nos dicimus, quicquid anima eſt,
non eſſe horum quatuor notiſsimorum elementorum
quæ manifeſta ſunt corpora, ſed neque hoc eſſe quod
deus eſt. Quid ſi autem, non dicitur melius quàm ani-
ma vel ſpiritus vitæ. Ideo enim additur, vitæ, quia &
iſte aër plerunque dicitur ſpiritus, Quanquam & ani-
mam eundem aërem appellauerunt: vt iam non poſsit
inueniri nomen quo proprie diſtinguatur iſta natura,
quæ nec corpus nec deus eſt, nec vita ſine ſenſu, qualis
poteſt credi in arboribus, nec vita ſine rationali men-
te, qualis eſt in pecoribus, ſed vita nunc minor quàm
angelorum, & futura quod angelorum, ſi ex præcepto
ſui creatoris hic vixerit. Vnde ſit autem, id eſt de qua
velut materia facta ſit, vel de qua velut perfecta beatá-
que natura defluxerit, vel vtrum omnino ex nihilo fa-
cta ſit, etiam ſi dubitatur & quæritur: illud tamen mi-
nime dubitandum eſt, & ſi aliquid antea fuit à deo fa-
ctum eſſe quod fuit, & eam nunc à deo factam, vt ani-
ma viua ſit: aut enim nihil fuit, aut hoc quod eſt non K
fuit. Sed illam partem qua quærebamus quaſi eius ma-
teriem, vnde facta ſit, iam ſatis tractauimus. Nunc
ſi omnino nõ fuit, quęrendum eſt quo modo poſsit in-
telligi quòd cauſalis eius ratio fuiſſe dicebatur in pri-
mis ſex dierum operibus dei quando fecit deus homi-
nem ad imaginem ſuam, quod niſi ſecundum animam
non rectè intelligitur. Verendum eſt autem ne cum di
cimus non ipſas tunc naturas atque ſubſtantias quæ fu-
turæ fuerant deum creaſſe, dum crearet omnia ſimul,
ſed earum futurarum cauſales quaſdam rationes, pute-
mur inania quædam dicere. Quæ ſunt autem iſtæ cau-
ſales rationes ſecundum quas poſſet iam dici deus fe-
ciſſe hominem ad imaginem ſuam, cuius corpus non-
dum de limo finxerat, cui nondum animam afflando
fecerat? Et corporis quidem humani etiam ſi fuerit ali-
qua occulta ratio qua futurum erat vt formaretur, erat
& materies de quá formaretur, id eſt terra, in qua vide-
ri poteſt illa ratio velut in ſemine latuiſſe: animę autem
faciendæ, id eſt flatus faciendi, qui eſſet anima homi-
nis, quæ ibi ratio cauſalis primitus condita eſt, cum di-
ceret deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimi-
L litudinem noſtram: quod niſi ſecundum animam re-
ctè intelligi nõ poteſt, ſi nulla erat natura vnde conde-
retur? Si enim hæc ratio in deo erat, non in creatura,
nõdum ergo erat condita: quo modo ergo dictũ eſt, fe-
cit deus hominẽ ad imaginem dei? Si autem iã in crea-
tura erat, hoc eſt, in iis quę ſimul omnia creauerat deus,
in qua creatura erat? Vtrum ſpiritali, an corporali? Si ſpi
ritali, agebat ne aliquid in corporibus mundi ſeu cœ-
leſtibus ſeu terreſtribus: an in ea erat hæc vacans ante-
quam homo in ſua natura propria conderetur: ſicut in
ipſo homine iam propriam ducente vitam latenter o-
cioſeq; ineſt ratio generandi, quę non operatur niſi per
concubitum atque cõceptum? An illa creatura ſpiritalis
in qua latenter erat hæc ratio, nihil agebat ſui operis?
Et vt quid creata erat? An vt contineret rationem fu-
turæ animæ humanæ, vel futurarum animarum, tan-
quam in ſeipſis eſſe non poſſent, ſed in aliqua creatura
propria vita iam viuente: ſicut generandi ratio non po
teſt eſſe niſi in aliquibus iam exiſtentibus perfectiſque
naturis? Parens ergo animæ inſtituta eſt aliqua creatu-
ra ſpiritalis, in qua ſit ratio futuræ animæ, quæ non in- M
de exiſtat niſi cum eam deus homini inſpirandam fa-
cit. Neque enim & ex homine fœtum vel ſeminis vel
ipſius iam prolis creat & format niſi deus, per ſapien-
tiam attingentem vbique propter ſuam mũdiciam, ita
vt nihil inquinatum in eam incurrat, dum pertendit à
fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaui-
ter. Sed neſcio quemadmodum poſsit intelligi, ad hoc
tãtum creatam neſcio quam creaturam ſpiritalem quæ
in dei conditionibus per illos ſex dies factis non cõme
moraretur, cum deus hominem ſexto die feciſſe dictus
eſt, quem nondum in propria natura fecerat, ſed adhuc
ratione cauſali in illa creatura quæ commemorata nõ
eſt. Magis enim debuit ipſa commemorari, quæ ſic cõ-
ſummata erat, vt non adhuc eſſet ſecundum ſuæ cauſæ
præcedentem rationem facienda. An forte in illius
diei natura quem primitus condidit, ſi ſpiritus intelle-
ctualis dies ille rectè accipitur, hanc faciendæ animæ
cauſalem rationem deus inſeruit, cũ ſexto die fecit ho-
minem ad imaginem ſuam: cauſam ſcilicet rationem-
que præfigens, ſecundum quam eum poſt illos ſeptem
dies faceret, vt videlicet corporis eius cauſalem ratio-
nem in natura terræ, animæ autem in natura illius diei
creaſſe

Aïa vnde ſit facta, & quid ſit. Cap. XXI.

Cice. lib. 1. Tuſ. q. ἐντελέχεια.

Cauſalis ratio animæ. Cap. XXII.

Gene. 1.

Sapien. 7.

Aïæ origo quæritur. Cap. XXIII.

A creaſſe credatur? Sed quid aliud dicitur cum hoc dicitur, niſi angelicum ſpiritum quaſi parentem eſſe animę humanæ, ſi ſic in illo eſt animæ humanæ creandæ præcōdita ratio, ſicut in homine futuræ prolis ſuæ? vt corporum quidem humanorum parētes homines, animarum autem angeli, creator vero & animarum & corporum deus: ſed corporum ex hominibus, animarũ ex angelis: aut prioris corporis ex terra, & prioris animæ ex angelica natura, vbi rationes eorum cauſales præfixerat, quando primitus fecit hominem in iis quæ ſimul omnia creauit: deinceps vero iam homines ex hominibus, corpus ex corpore, animā ex anima? Durũ eſt hoc, angeli aut angelorum filiam dicere eſſe animam, ſed multo durius cœli corporei, quanto magis ergo maris & terræ? Multo minus igitur in aliqua corporali creatura, cauſalis animæ ratio pręcōdita eſt, cum faceret deus hominem ad imaginem ſuam antequam eum ſuo tempore de limo formatum flatu animaret, ſi abſurde creditur animam cauſaliter in natura angelica cōdidiſſe.

Aīa creata latuit. C. XXIIII. Illud ergo videamus, vtrũ fortitan verum eſſe poſſit, quod certe humanæ opinioni tolerabilius mihi videtur, deum in illis primis operibus quæ ſimul omnia B creauit, animam etiam humanam creaſſe, quam ſuo tēpore membris ex limo formati corporis inſpiraret, cuius corporis in illis ſimul conditis rebus, rationē creaſſet cauſaliter, ſecundum quam fieret cum faciendũ eſſet corpus humanum. Nam neq; illud quod dictũ eſt, ad imaginem ſuā, niſi in anima: neque illud quòd dictum eſt, maſculum & fœminam, niſi in corpore recte intelligimus. Credatur ergo ſi nulla ſcripturarũ authoritas ſeu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum ſexto die, vt corporis quidem humani ratio cauſalis in elementis mundi, anima vero iam ipſa crearetur, ſicut primitus conditus eſt dies, & creata lateret in operibus dei, donec eam ſuo tempore ſufflādo, hoc eſt inſpirando formato ex limo corpori inſereret.

Aīa carni inſerta. Ca. XXV. Sed hic rurſus non ſpernēda oritur quæſtio. Si enim iam facta erat anima & latebat, vbi ei poſſet eſſe melius quàm ibi? Quid ergo fuit cauſæ vt anima innocēter viuēs inſereretur vitæ huius carni, in qua peccando ipſum qui eam creauit offenderet, vnde eam merito ſequeretur laboris ærumna, damnationiſq; cruciatus? *2 ſentē. di. 13. ca. 3.* An illud dicēdum eſt, quòd ad corpus adminiſtrandũ volũtate propria fuerit inclinata, in qua vita corporis quoniā & iu-C ſte & inique viui poteſt, quòd elegerit hoc haberet, vel præmium de iuſticia, vel de iniquitate ſuppliciũ, vt nec illi Apoſtolicæ ſententiæ ſit contrarium, qua dicit, nōdum natos nihil egiſſe boni ſeu mali? *Roma. 9.* Illa quippe inclinatio voluntatis ad corpus, nondum eſt actio vel iuſticiæ vel iniquitatis, de qua ratiō reddenda eſt in iudicio dei, recepturo vnicuiq; ſecundũ ea quæ per corpus geſſit ſiue bonũ ſiue malũ. *2. Corin. 5.* Cur ergo nō iā & illud credatur, quod dei nutu ad corp⁹ venerit: vbi ſi vellet ſecundum præceptum eius agere, mercedem acciperet vitæ æternæ, atq; angelorum ſocietatem: ſi autem cōtemneret, pœnas iuſtiſſimas lueret, ſiue laboris diuturni, ſiue ignis æterni? An quia hoc ipſum deo volenti obtemperaſſe, iam vtiq; actio bona extiterit, & ſit contrariũ nōdum natos nihil egiſſe, vel boni vel mali?

An fuerit præſcia futuri anima Ca. XXVI. Quæ ſi ita ſunt, fatebimur etiam nō in eo rerum genere animam primitus creatā, vt eſſet præſcia futuri operis ſui, vel iuſti vel iniqui. Nimis quippe incredibile eſt, eam potuiſſe propria voluntate inclinari ad corporis vitā, ſi ſe ita in quibuſdā peccaturā præſciret, vt iuſte ſupplicio perpetuo puniretur. Iuſte ſanè creator laudatur in omnib⁹, quæ fecit omnia bona valde. D Neque enim ex iis tamen laudandus eſt quibus præſciētiam dedit, cum recte laudetur etiā, quia pecora creauit, quibus eſt natura humana præſtantior etiam in ipſis peccantibus. *Gene. 1.* Natura quippe hominis ex deo eſt, non iniquitas, qua ſe ipſe inuoluit male vtendo libero arbitrio: quod tamen ſi non haberet, in natura rerũ minus excelleret. *Liberum arbitrium.* Cogitādus quippe eſt homo iuſte viuens etiā non præſcius futurorũ, & ibi videndũ eſt, excellentia voluntatis bonę quàm non impediatur ad recte viuendum & deo placendũ, quòd ignarus futuri viuit ex fide. Huiuſmodi ergo creaturam quiſquis eſſe nollet in rebus, contradicit dei bonitati. Quiſquis autem pœnas eam nō vult luere pro peccatis, inimicus eſt æquitati.

An cōpulſa anima ad corpus ſumēdum. C. XXVII. Sed ſi ad hoc fit anima vt mittatur in corpus, quæri poteſt vtrum ſi noluerit compellatur. Sed meli⁹ creditur hoc naturaliter velle, id eſt, in ea natura creari vt velit, ſicut naturale nobis eſt velle viuere: male autem viuere nō eſt iam naturæ ſed peruerſæ volũtatis, quā iuſte pœna ſubſequitur. Fruſtra ergo iā quæritur, ex qua veluti materie facta ſit anima, ſi recte intelligi poteſt in primis illis operibus facta, cũ factus eſt dies. Sicut enim illa quæ non erant facta facta ſunt, ſic & hæc inter illa. Quòd ſi & materies aliqua formabilis fuit, & corporalis & ſpiritalis, non tamē & ipſa inſtituta niſi à deo, ex quo ſunt omnia, quæ quidē forma- E tionem ſuam non tēpore ſed origine procederet, ſicut vox cantum: & quid niſi de materia ſpiritali facta anima congruentius creditur?

Repetitio ſuperiorũ. Ca. XXVIII. Si autē aliquis non vult eam exiſtimare factam, niſi cum iam formato corpori eſt inſpirata, videat quid reſpōdeat cum quæritur vnde facta ſit. Aut enim ex nihilo dicturus eſt deum aliquid feciſſe vel facere poſt illam conſummationem operum ſuorũ: & debet intueri quo modo explicet ſexto die factum hominem ad imaginem dei, quod niſi ſecundum animā recte intelligi nō poteſt, id eſt, in qua natura cauſalis ratio facta fuerit eius rei quæ nondũ fuit. Aut non de nihilo, ſed de aliquo iam exiſtēte factam dicet animam: & laborabit inquirendo, quę nā illa natura ſit, an corporalis an ſpiritalis, ſecundũ eas quęſtiones quas ſuperius verſauimus: manente illa quoq; moleſtia, vt adhuc quæratur in qua ſubſtantia creaturarum in ſex diebus primitus conditarum, cauſalem illam rationem fecerit animæ: quā nondũ vel de nihilo vel de aliquo fecerat. Quā ſi eo modo deuitare voluerit, vt dicat ſexto die etiam de limo factum eſſe hominem, ſed hoc reca- F pitulando poſtea commemoratum: videat de muliere quid dicat, quia maſculum & fœminam dixit fecit eos, & benedixit eos. *Gene. 2.* Quòd ſi & ipſam eo die factā eſſe de viri oſſe reſponderit, attendat quo modo aſſerat ſexto die facta volatilia, quæ adducta ſunt ad Adam, cũ ſcriptura omne genus volatilium quinto die creatum ex aquis inſinuet. Item ſexto die & ligna facta quæ in paradiſo plantata ſunt, cũ eadem ſcriptura hoc creaturę genus tertio diei tribuerit. Ipſa etiā verba conſideret quid ſit, Eiecit adhuc de terra omne lignum pulchrũ ad aſpectum, & bonum ad eſcam: tanquam illa quæ tertio die terra eiecerat, non erant pulchra ad aſpectum & bona ad eſcam, cũ in his eſſent operibus quæ fecit deus omnia bona valde. Quid ſit etiā, Finxit deus adhuc de terra omnes beſtias agri & omnia volatilia cœli: tanquam illa non fuerint omnia quæ primo producta erant, vel potius ante producta erant nulla. Neque enim dictum eſt, & finxit deus adhuc de terra cæteras beſtias agri, & cætera volatilia cœli, quaſi quæ manus vel terra ſexto, vel aqua quinto die produxerit: ſed omnes beſtias, inquit,

ſ

G inquit,& omnia volatilia. Necnõ & illud cogitet, quê-
admodum deus & ſex diebus fecerit omnia. Primo ip-
ſum diem,ſecundo firmamentum, tertio ſpeciem ma-
ris & terræ,atque ex terra herbam & lignum, quarto lu
minaria & ſydera,quinto aquarum animalia,ſexto ter-
ræ:& poſtea dicatur,Cum factus eſt dies,fecit deus cœ-
lum & terram & omne viride agri: quandoquidem cũ
factus eſt dies, non fecit niſi ipſum diem. Quo modo
etiam omne viride agri fecerit antequã eſſet ſuper ter-
ram,& fœnum omne antequam exoriretur. Tũc enim
factum eum exortum eſt,non antequã exoriretur, quis
non diceret,niſi ſcripturæ verba reuocarent? Meminne-
Eccli.18. rit etiam ſcriptum eſſe. Qui viuit in æternum, creauit
omnia ſimul:& videat quemadmodũ ſimul creata di-
ci poſsint, quorum creatio ſpaciis temporalibus diſtat,
non horarum tantum,ſed etiam dierum. Curet quoq;
oſtendere quo modo vtrunque ſit verum quod cõtra-
rium videri poteſt:& deum in die ſeptimo ab omnibus
Gene. 2. operibus ſuis requieuiſſe, quod Geneſeos liber dicit: &
Ioan.5. vſque nũc eum operari,quod dominus dicit. Reſpiciat
etiam quæ dicta ſunt conſummata, quo modo eadem
dicta ſint inchoata. His enim omnibus diuinæ ſcriptu-
H ræ teſtimoniis quam eſſe veracẽ nemo dubitat niſi infi-
delis aut impius,ad illam ſeotentiam ducti ſumus,vt di
ceremus deum ab exordio ſeculi primum ſimul omnia
creauiſſe, quædam conditis iam ipſis naturis, quædam
præconditis cauſis: ſic vt non ſolum præſentia,verum-
etiam futura fecerit omnia potens, & ab eis factis re-
quieuerit,& eorum deinceps adminiſtratiooe atque re-
gimine crearet etiam ordines temporum & tempora-
lium:qui & conſummauerit ea propter omnium gene-
rum terminatiooem, & inchoauerit propter ſeculorũ
propagationem, vt propter cõnſummata requieſceret,
propter inchoata vſq; nũc operetur. Sed ſi poſſunt hæc
melius intelligi,nõ ſolum non reſiſto, verumetiam fa-
ueo. Nunc tamẽ de anima quam deus inſpirauit homi-
ni ſufflando in eius faciem oihil confirmo, niſi quia ex
deo ſic eſt,vt noo ſit ſubſtantia dei,& ſic incorporea,vt
non ſit corpus ſed ſpiritus, non de ſubſtantia dei geni-
tus,nec de ſubſtãtia dei procedẽs,ſed factus à deo. Nec
ita factus vt in eius naturam natura vlla corporis vel ir
rationalis animæ verteretur, ac per hoc de nihilo: &
quòd ſit immortalis ſecũdum quendam vitæ modum,
quem nullo modo poteſt amittere: ſecundum quandã
vero mutabilitatem qua poteſt vel deterior vel melior
I fieri, vt non immerito etiam mortalis poſsit intelligi,
quoniam veram immortalitatẽ ſolus ille habet, de quo
proprie dictum eſt, Qui ſolus habet immortalitatem.
1.Timo.6. Cętera quę in hoc libro diſceptãdo locutꝰ ſum,ad hoc
valeant legenti,vt aut nouerit quemadmodum ſine af-
firmãdi temeritate quærenda ſint, quæ nõ aperte ſcrip-
tura loquitur: aut ſi ei quærendi modus iſte non placet,
quemadmodum ipſe quæſiuerim ſciat, vt ſi me poteſt
docere non abnuat,ſi autem nõ poteſt,à quo ambo diſ-
camus,mecum requirat.

Libri ſeptimi, de Geneſi ad
literam, Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Geneſi ad literam, Liber Octauus.

ET plantauit deus paradiſum in E- K
den ad Orientem,& poſuit ibi ho- Paradiſus
minem quem finxit. Non ignoro Cap.1.
de paradiſo multos multa dixiſſe, Gene.2.
tres tamen de hac re quaſi genera- 2.ſen.diſti.
les ſunt ſententiæ. Voa eorum qui 17.cap.ho-
tantũmodo corporaliter paradi- minem.
ſum intelligi volunt. Alia eorum qui ſpiritaliter tantũ.
Tertia eorum,qui vtroque modo paradiſum accipiũt, Infra ca.2.
aliàs corporaliter,aliàs autem ſpiritaliter. Breuiter ergo circa med.
vt dicam, tertiam mihi fateor placere ſententiam. Se-
cundum hanc ſuſcepi nunc loqui de paradiſo, quod
dominus donare dignabitur, vt homo factus è limo,
quod vtique corpus humanum eſt, in paradiſo corpo-
rali collocatus intelligatur: vt quemadmodum ipſe A-
dam,& ſi aliquid aliud ſignificat ſecuodum id quod eũ
formam futuri dixit eſſe Apoſtolus, homo tamen in Roma. 5.
natura propria expreſsius accipitur, qui vixit certo nu-
mero annorum, & propagata numeroſa prole mortuꝰ
eſt,ſicut moriuntur cæteri homines, & ſi nõ ſicut cæte-
ri ex parentibus natus, ſed ſicut primitus oportebat ex
terra factus eſt: ita & paradiſus, io quo eum collocauit
deus,nihil aliud quàm locus quidam intelligatur, terra L
ſcilicet vbi habitaret homo terrenus. Narratio quippe
in his libris non genus locutionis figuratarum rerum
eſt,ſicut in Cãtico canticorum: ſed omnino geſtarum
eſt,ſicut in regnorum libris & huiuſcemodi cęteris. Sed
quia illic ea dicũtur quæ vitæ humanæ vſus notiſsimus
habet, non difficile,immo promptiſsime primitus ac-
cipiuntur ad literam,vt deinde ex illis quid etiam futu
rorum res ipſæ geſtę ſignificauerint exſculpatur. Hic au
tem quia ea dicuntur quæ vſitato naturæ curſu intuen-
tibus non occurrant,nolunt ea quidam proprie, ſed fi-
gurate dicta intelligi: atque ex illo loco volunt incipe-
re hiſtoriam, id eſt, rerum proprie geſtarum narratio-
nem, ex quo dimiſsi de paradiſo Adam & Eua conue-
nerunt atque genoerunt: quaſi vero vſitatum nobis ſit,
vel quòd tot annos vixerunt, vel quod Enoch tranſla-
tus eſt, vel quòd grandæua & ſterilis peperit, & cætera
huiuſcemodi. Sed alia eſt, inquiunt, narratio factorum
mirabilium, alia inſtitutarum creaturarum. Illic enim
ea ipſa inſolita oſtendunt, alios eſſe tanquam naturales
modos rerum,alios miraculorum quæ magnalia nomi
nãtur: hic autem ipſa inſinuatur inſtitutio naturarum.
Quibus reſpondetur, ſed ideo inſolita & ipſa, quia pri-
ma: Nam quid tam ſine exemplo, & ſine pari facto in M
rerum mundanarũ conſtitutione quàm mundus? Nun-
quid ideo credendum non eſt deum feciſſe mundum,
quia iam non facit mundos,aut non feciſſe ſolem,quia
iam non facit ſoles? Et hoc quidem noo de paradiſo,
ſed de ipſo homine permotus debuit reſponderi. Nunc
vero cũ ipſum ſic credant à deo factum, ſicut alius nul-
lus factus eſt: cur paradiſum nolunt ita factum credere,
quemadmodum nunc vident ſyluas fieri? Ad eos quip-
pe loquor qui authoritatem harum literarũ ſequuntur.
Eorum enim quidam non proprie ſed figurate paradi-
ſum intelligi volũt: Nam qui omnino aduerſantur his
literis, aliàs cum eis atque aliter egimus: quanquam &
hęc in hoc ipſo opere noſtro quantum valemus ita de-
fendamus ad literam, vt qui non rationabiliter moti,
propter animum peruicacem vel hebetem,credere iſta
detrectant, nullam tamen inueniant rationem vnde
falſa eſſe coouincant. Verum iſti noſtri qui fidem ha-
bent his diuinis libris,& nolunt paradiſum ad proprie-
tatem literæ [intelligi],locum ſcilicet amœniſsimum
fructuoſis

A fructuoſis nemoribus opacatum, eundémque magnũ & magno fonte fœcundum, cum videant nulla humana opera tot ac tanta vireta ſyluèſcere occulto opere dei, miror quemadmodũ credunt ipſum hominẽ ita factum, quemadmodũ nunquam viderunt. Aut ſi & ipſe figurate intelligendus eſt, quis genuit Cain & Abel & Seth? An & ipſi figurate tantum fuerunt, non etiam homines ex hominibus nati? De proximo ergo attendant iſtam præſumptionem quò tendat, & conẽtur nobiſcũ cuncta primitus quę geſta narrãtur in expreſsione proprietatis accipere. Quis enim eis poſtea non faueat intelligentibus, quid iſta etiam figurata ſignificatione cõmoneant, ſiue ipſarum ſpiritalium naturarum vel affectionum, ſiue rerum etiam futurarum? Sane ſi nullo modo poſſent ſalua fide veritatis ea quæ corporaliter hic nominata ſunt, corporaliter etiã accipi, quid aliud remaneret, niſi vt ea potius figurate dicta intelligeremus, quàm ſcripturam ſanctam impie culparemus? Porrò autem ſi non ſolum nõ impediunt, verumetiam ſolidius aſſerunt diuini eloquij narrationem, hæc etiam corporaliter intellecta: nemo erit, vt opinor, tam infideliter pertinax, qui cum ea ſecundum regulam fidei expoſita B proprie viderit, malit in priſtina remanere ſententia, ſi forte illi viſa fuerant non niſi figurate poſſe accipi.

Aduerſus Manichæos reiicientes vetus teſtamentum. Cap. II. Nam & ego contra Manichæos qui has literas veteris teſtamenti non aliter quàm oportet accipiẽdo errant, ſed omnino non accipiendo & deteſtãdo blaſphemant, duos conſcripſi libros recẽti tempore conuerſionis meæ, cito volẽs eorũ cõfutare deliramenta, vel erigere intentionem ad quærẽdã in literis quas oderunt *Retra. c. 9.* Chriſtianam & Euangelicam fidem. Et quia non mihi tunc occurrebant omnia quemadmodum proprie poſſent accipi, magiſq; nõ poſſe accipi videbantur, aut vix poſſe aut difficile, ne retardarer, quid figurate ſignificarent ea quæ ad literam non potui inuenire quãta valui breuitate & perſpicuitate explicaui, ne vel multa lectione vel diſputationis obſcuritate deterriti, in manus ea ſumere non curarent. Memor tamen quid maxime voluerim nec potuerim, vt nõ figurate ſed proprie primitus cuncta intelligerentur, nec omnino deſperans etiã ſic poſſe intelligi, idipſum in prima parte ſecundi libri ita poſui. Sanè, inquã, quiſquis voluerit omnia quæ dicta ſunt ſecundũ literam accipere, id eſt, non aliter in- C telligere quàm litera ſonat, & poteſt euitare blaſphemias, & omnia congruentia fidei catholicæ prædicare, non ſolũ ei nõ eſt inuidendũ, ſed præcipuus multumq; laudabilis intellector habendus eſt: Si autem nullus exitus datur, vt pie & digne deo quæ ſcripta ſunt intelligantur, niſi figurate atq; in ænigmatibus propoſita iſta credamus, habentes authoritatem Apoſtolicam, à quibus tam multa de libris veteris teſtamenti ſoluuntur ænigmata, modũ quem intendimus teneamus, adiuuan- *Matth. 7.* te illo qui nos petere quærerẽ & pulſare adhortatur: & omnes iſtas figuras rerum ſecundũ catholicam fidem, ſiue quæ ad Hiſtoriam ſiue quę ad Prophetiã pertinent explicemus, non præiudicantes meliori diligentiori'q; tractatui, ſiue per nos, ſiue per alios, quibus dominus reuelare dignatur. Hæc tunc dixi. Nũc autem quiã voluit dominus vt ea diligentius intuẽns atq; conſiderans, nõ fruſtra quantum opinor exiſtimarem etiã per me poſſe ſecundum propriã, nõ ſecundum allegoricam locu- *Plantatio ligni. Cap. III.* tionem hæc ſcripta eſſe monſtrari, ſicut ea quę ſuperius voluimus oſtẽdere, ſic etiam quæ ſequuntur de paradiſo perſcrutemur. Plantauit ergo deus paradiſum in *Gene. 2.* delicijs, hoc eſt enim in Eden ad Orientẽ, & poſuit ibi hominem quem finxerat. Sic enim ſcriptum eſt, quia D ſic factũ eſt. Deinde recapitulat, vt hoc ipſum quod breuiter poſuit oſtendat quemadmodum factũ ſit, hoc eſt, quemadmodũ paradiſum deus plantauerit, & illic hominem quem finxerat conſtituerit. Sic enim ſequitur, Et eiecit adhuc deus de terra omne lignum pulchrum ad aſpectum, & bonum ad eſcam. Nõ dixit, & eiecit de terra deus aliud lignum vel cæterum lignũ: ſed eiecit, inquit, de terra omne lignum pulchrũ ad aſpectum & bonum ad eſcam. Iam ergo tunc produxerat terra omne lignum & pulchrum ad aſpectum, & bonũ ad eſcã, hoc eſt tertio die. Nam ſexto die dixerat, Ecce dedi vo- *Gene. 1.* bis omne pabulum ſeminale, ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem terrã, & omne lignum fructiferũ, quod habet in ſe fructum ſeminis ſeminalis, quod erit vobis ad eſcam. Nũ ergo aliud eis [tunc] dedit, aliud nũc dare voluit? Nõ opinor, ſed cum ex his generibus ſint iſta ligna inſtituta in paradiſo, quæ iã terra tertio die produxerat, adhuc ea produxit in tempore ſuo: quia tũc ſcilicet quod ſcriptum eſt, ea produxiſſe terram, cauſaliter factum erat in terra, hoc eſt, quia tũc ea producẽdi virtutem latenter acceperat, qua virtute fit vt etiam nunc talia terra progignat in manifeſto atq; in tempore ſuo. E Verbo ergo dei ſexto die dicentis, Ecce dedi vobis om- *Gene. 1.* ne pabulum ſeminale ſeminans ſemen quod eſt ſuper omnem terram, & cætera, non ſonabili vel temporali voce prolata verba ſunt, ſed ſicut in eius verbo eſt creandi potẽtia. Dici autem hominibus quod ſine temporalibus ſonis deus dixerit, non niſi per temporales ſonos potuit: futurum enim erat vt homo iam de limo formatus, & flatu eius animatus, & quicquid ex illo humani generis extitiſſet, vteretur eis ad eſcam quæ ſuper terram exortura erant ex illa virtute generandi quam terra iam acceperat. Cuius futuri cauſales rationales in creatura condens, tanquam iam extitiſſent, loquebatur interna atq; intima veritate, quã nec oculus vidit, nec *Eſaiæ. 64.* auris audiuit, ſed ſpiritus eius ſcribenti hoc vtique reue- *1. Corin. 2.* lauit. Illud planè quod ſequitur, Et lignum vitæ in *Lignũ vitæ Cap. IIII.* medio paradiſi, & lignum ſcientiæ dignoſcẽdi bonum & malum: diligentius conſiderandũ eſt, ne cogat in al- *Gene. 2.* legoriã, vt non iſta ligna fuerint, ſed aliud aliquid nomine ligni ſignificent. Dictum eſt enim de ſapientia, Li- *Prouer. 3.* gnum vitæ eſt omnibus amplectentibus eam. Veruntamen cum ſit Hieruſalem ęterna in cœlis, etiam in terra F ciuitas qua illa ſignificaretur, condita eſt: & Sara & A- *Gala. 4.* gar quamuis duo teſtamenta ſignificarent, erant tamen etiã quædam mulieres duæ: & cum Chriſtus per ligni paſsionem fluento ſpiritali nos irriget, erat tamen & petra quæ aquam ſitienti populo ligno percuſſa manauit, de qua diceretur, Petra autẽ erat Chriſtus: aliud quàm *1. Corin. 10.* erant illa omnia ſignificauerunt, ſed tamen etiam ipſa corporaliter fuerunt. Et quando à narrante commemorata ſunt, non erat illa figurata locutio, ſed earum rerum expreſſa narratio, quarum erat figurata præceſſio. Erat ergo & lignũ vitæ, quemadmodũ petra Chriſtus: nec ſine myſterijs rerum ſpiritalium corporaliter præſentatis voluit hominem deus in paradiſo viuere. Erat ei ergo in lignis cæteris alimentum, in illo autem ſacramentum, quid ſignificans niſi ſapientiam de qua dictum eſt, Lignum vitæ eſt amplectentibus eam: quemadmodum de Chriſto diceretur, Petra manans eſt ſitientibus eam? Recte quippe appellatur quod ad eum ſignificandum præceſsit. Ipſe eſt ouis quæ immolatur in Paſcha, tamen & illud non tantum dicen- *Exod. 12.* do figurabatur, ſed etiam faciendo. Neque enim ouis

G illa non erat ouis,planè ouis erat,& occidebatur & mã
ducabatur:& tamẽ eo vero facto,aliud etiam quiddam
figurabatur,nõ ſicut ille vitulus ſaginatus, qui minimo
Lucæ 15. filio reuertẽti in epulas cæſus eſt . Ibi quippe ipſa narra-
tio figurarum eſt , nõ rerum figurata ſignificatio geſta-
rum. Non enim hoc Euangeliſta ſed dominus ipſe nar
rauit. Euangeliſta vero hoc dominum narraſſe narra-
uit . Proinde quod narrauit Euangeliſta etiam factum
eſt, dominum ſcilicet talia locutum fuiſſe : ipſius do-
mini narratio parabola fuit , de qua nunquam exigi-
tur, vt etiam ad literam facta monſtrentur quæ ſermo-
Gene.28. oe proferuntur. Chriſtus autem eſt & lapis vnctus à Ia-
Pſal.117. cob,& lapis reprobatus ab ædificantibus, qui factus eſt
in caput anguli . Sed illud etiam in rebus geſtis factum
eſt,hoc autem tantum in figuris prædictum. Illud quip
pe ſcriptor narrauit rerum præteritarum,hoc prænun-
Nõ temere ciator tantummodo futurarum. Sic & ſapientia,id
aſſeuerãdũ eſt, ipſe Chriſtus, lignum vitæ eſt in paradiſo ſpiritali,
Cap.V. quò miſit de cruce latronem . Certum eſt autẽ quòd eã
Prouer.3. ſignificaret lignum vitæ, etiam in paradiſo corporali,
Luc.23. quia hoc illa ſcriptura dixit,quæ res ſuis temporibus ge
ſtas narrans, & hominem corporaliter factũ, & in cor-
pore viuẽtem ibi conſtitutum eſſe narrauit. Aut ſi quiſ-
quam putat animas cũ à corpore exceſſerint, locis cor-
H poraliter viſibilibus contineri, cum ſint ſine copore,aſ-
ſerat ſententiam ſuam. Non deerunt qui ſic faueant, vt
illum etiam diuitem ſitientem in loco vtiq; corporali
fuiſſe contendant , ipſamq; animam omnino eſſe cor-
4.ſen.diſti. poream propter arentem linguam,& ſtillam aquæ de
50.c.ſi quis Lazari digito concupitam,pronunciare non dubitent,
cum quibus ego de tam magna quæſtione nulla teme-
ritate confligo . Melius eſt enim dubitare de occultis,
quàm litigare de incertis.Illum quippe diuitẽ in ardo-
re pœnarum, & illum pauperem in refrigerio gaudio-
rum intelligẽdos eſſe non dubito.Sed quo modo intel
Sinus A- ligẽda ſit illa flamma inferni,ille ſinus Abrahæ, illa lin-
brahæ. gua diuitis, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa
ſtilla refrigerij, vix fortaſſe à manſuete quærentibus, à
contentioſe autem certantibus nunquam inuenitur. Ci
to ſanè reſpondendũ eſt,ne nos profunda iſta quæſtio,
& multis ſermonibus indigens tardet. Si corporalibus
locis animę continẽtur,etiam exutæ corporibus,potuit
ille latro in eum introduci paradiſum , vbi fuerat cor-
pus primi hominis:vt aptiore ſcripturarum loco,ſi vlla
neceſsitas flagitauerit,etiam de hac re quid vel quæra-
I mus vel arbitremur vtcunque promamus . Nunc vero
quod ſapientia non ſit corpus, & ideo nec lignum,nec
dubito nec dubitari à quoquam puto: potuiſſe autẽ per
lignum,id eſt,corpoream creaturam tanquã ſacramen
to quodam ſignificari ſapiẽtiam in paradiſo corpora-
li,ille credendum non exiſtimat, qui vel tam multa in
ſcripturis rerum ſpiritalium corporalia ſacramenta nõ
videt:vel hominem primum cum eiuſmodi aliquo ſa-
cramento viuere non debuiſſe contendit:cum Apoſto-
Ephe.5. lus dicat etiam hoc quod de muliere dixit, quam ei fa-
ctam eſſe de latere credimus, propter hoc relinquet ho
mo patrem & matrem,& adhærebit vxori ſuæ,& erunt
duo in carne vna , ſacramentũ magnum eſſe in Chri-
ſto & in Eccleſia . Mirum eſt autem & vix ferendum,
quemadmodũ velint homines paradiſum figurate di-
ctum,& nolint etiam figurate factum . Quod ſi conce-
dũt ſicut de Agar & Sara,ſicut de Hiſmaël & Iſaac,hęc
quoque & facta,& tamẽ etiam figurata:cur non admit-
tunt etiam lignum vitæ, & vere aliquod lignum fuiſſe,
& tamen ſapientiam figuraſſe,non video.Illud quoque

addo,quanquam corporalem cibum, talem tamen illã K
arborem præſtitiſſe,quo corpus hominis ſanitate ſtabi- *a.ſen.diſti.*
li firmaretur,non ſicut ex alio cibo , ſed nõnulla inſpi- *19.ca.ideo.*
ratione ſalubritatis occulta . Profecto enim licet viſita-
tus panis,aliquid tamen amplius habuit, cuius vna col- *Collyride*
lyride hominem deus ab indigentia famis dierũ qua- *pane ſubci*
draginta ſpacio vẽdicauit.An forte credere dubitamus *nericio,quẽ*
per alicuius arboris cibum cuiuſdam altioris ſignifica- *alio nomĩe.*
tionis gratiam homini deum præſtitiſſe,ne corpus eius *κολλύρα*
vel infirmitate vel ætate in deterius mutaretur, aut in *vocant.*
occaſum etiam laberetur:qui ipſi cibo humano præſti-
tit tam mirabilem ſtatum, vt in fictilibus vaſculis fari- *3.Reg.17.*
na & oleum deficientes reficerent, ne deficerent? Iã hic
de genere contentioſorum quiſquam exiſtat , & dicat
deum in terris noſtris miracula talia facere debuiſſe, in
paradiſo autem non debuiſſe:quaſi vero nõ vel de pul-
uere hominem, vel de latere viri mulierem , maius ibi
miraculum fecit quàm quòd hic mortuos ſuſcitauit.

Sequitur vt videamus de ligno ſcientiæ dignoſcẽ- *Lignũ ſciẽ-*
di bonum & malum.Prorſus & hoc lignũ erat viſibile *tiæ boni &*
ac corporale,ſicut arbores cæteræ . Quòd ergo lignum *mali.C.VI.*
eſſet,non eſt dubitandum: ſed cur hoc nomen accepe-
rit,requirẽdum.Mihi autem etiam atq; etiam conſide-
ranti dici non poteſt quantũ placeat illa ſententia,non
fuiſſe illam arborem cibo noxiam: neq; enim qui fece- L
rat omnia bona valde , in paradiſo inſtituerat aliquid
mali:ſed malũ fuiſſe homini tranſgreſsionem pręcepti.
Oportebat autẽ vt homo ſub domino deo poſitus ali-
cunde prohiberetur,vt ei promerẽdi dominum ſuum
virtus eſſet ipſa obedientia quam poſſum veriſsime di-
cere ſolam eſſe virtutem omni creaturæ rationali agẽ-
ti ſub dei poteſtate primumq; eſſe & maximum vicium
tumoris,ad ruinã ſua poteſtate velle vti,cuius vicij no-
men eſt inobediẽtia. Non eſſet ergo vnde ſe homo do-
minum habere cogitaret atq; ſentiret,niſi aliquid ei iu- *Inobedien-*
beretur . Arbor itaque illa non erat mala, ſed appellata *tia.*
eſt ſcientiæ dignoſcendi bonum & malũ,quia niſi poſt
prohibitionem ex illa homo ederet,nulla erat† præcep- *† al.quia ſi*
ti futura tranſgreſsio, in qua homo per experimentum *poſt &c. in*
pœnæ diſceret, quid intereſſet inter obediẽtiæ bonum *illa erat.*
& inobedientiæ malum. Proinde & hoc non in figura
dictum,ſed quoddam vere lignum accipiẽdum eſt,cui
nõ de fructu vel pomo quod inde naſceretur ſed ex ip-
ſa re nomen impoſitum eſt , quæ illo contra vetitũ ta- M
cto fuerat ſecutura. Flumen autem exiit de Eden *Quatuor*
quod irrigabat paradiſum, & inde diuiſum eſt in qua- *flumina.*
tuor partes.Ex his vni nomen Phiſon,hoc eſt quod cir *Cap.VII.*
cũit totam terram Euilath,vbi eſt aurũ:aurum autẽ ter- *Gene.2.*
ræ illius bonum,& ibi eſt Carbũculus & lapis Praſinus.
Et nomen flumini ſecundo Geon,hoc eſt quod circũit
totam terrã Aethiopiæ,Flumen autem tertium Tigris,
hoc quod fluit contra Aſſyrios. Flumẽ autem quartum
Eufrates . De his autem fluminibus quid amplius ſata-
gã confirmare quòd vera ſint flumina, nec figurate di-
cta quę non ſint,quaſi tantũmodo aliquid nomina ipſa
ſignificent,cum regionibus per quas fluunt, notiſsima
ſint,& omnibus ferè gẽtibus diffamata? Quinimmo ex
his quoniã conſtat ea prorſus eſſe : nam duobus eorum *Tyberis*
nomina vetuſtas mutauit, ſicut Tyberis dicitur fluuius *prius*
qui prius Albula vocabatur:Geõ quippe ipſe eſt qui nũc *Albula.*
dicitur Nilus; Phiſon autem ille dicebatur,quem nunc *Nilus.*
Gangem appellant , duo vero cætera Tigris & Eu- *Ganges.*
frates antiqua etiam nomina tenuerunt : nos admo-
neri oportet, cætera quoque primitus ad proprietatem
literæ accipere , non in eis figuratam locutionem pu-
tare,

A tare,ſed res ipſas quę ita narrātur & eſſe,& aliquid etiā figurare:non quia non poſſet parabola locutionis aſſumere aliquid de re,quam non proprie quoq; eſſe cōſtaret, ſicut de illo dominus loquitur qui deſcendebat ab *Lucæ 10.* Hieruſalem in Hiericho,& incidit in latrones: quis nō ſentiat & planè videat eſſe parabolam locutionemq; illam totam eſſe figuratam? verum duæ ciuitates quæ ibi nominatæ ſunt, hodieq; in locis propriis demonſtrantur. Sed hoc modo acciperemus & quatuor hæc flumina,ſi cætera quæ de paradiſo narrantur, nō proprie ſed figurate accipere vlla neceſsitas cogeret. At nunc cum primitus proprie res ipſas intelligere ratio nulla prohibeat,cur non potius authoritatem ſcripturę ſimpliciter ſequimur in narratione rerum geſtarum res vere geſtas prius intelligentes,tum demum quicquid aliud ſignificant perſcrutantes? An eo mouebimur,quòd de his fluminibus dicitur,aliorum eſſe fontes notos, aliorum autem prorſus incognitos,& ideo non poſſe accipi ad literam,quod ex vno paradiſi flumine diuiduntur:cū potius credendum ſit,quoniā locus ipſe paradiſi à cognitione hominum eſt remotiſsimus,inde quatuor aquarū partes diuidi, ſicut fideliſsima ſcriptura teſtatur: ſed ea B flumina quorum fontes noti eſſè dicuntur, alicubi iſſe ſub terras, & poſt tractus prolixarum regionum locis aliis erupiſſe, vbi tanquā in ſuis fontibus nota eſſe perhibentur? Nam hoc ſolere nōnullas aquas facere quis ignorat? Sed ibi hoc ſcitur,vbi non diu ſub terris currunt, Exibat ergo flumē de Edē, id eſt, de loco deliciarū,& irrigabat paradiſum, id eſt, ligna omnia pulchra atq; fructuoſa,quæ omnem terram regionis illius opacabant. Et ſumpſit dominus deus hominem quem *Agricultura in paradiſo. Cap. VIII.* fecit,& poſuit eum in paradiſo, vt operaretur & cuſtodiret: Et præcepit dominus deus Adæ dicens, Ab omni *Gene. 2.* ligno quod eſt in paradiſo eſcam edes, de ligno autem cognoſcendi bonum & malum, non manducabitis de illo. Quo die autem ederitis ab eo, morte moriemini. Cum ſuperius breuiter dixerit deum plantaſſe paradiſum,& cōſtituiſſe ibi hominem quem finxerat, recapitulauit vt narraret quo modo ſit paradiſus conſtitutus. Nunc ergo & illud recapitulādo commemorauit, quo modo ibi deus poſuerit hominem quē fecit. Videamus itaq; quid ſit quod dictū eſt,vt operaretū & cuſtodiret. Nūquid forte agriculturā dominus voluit operari primum hominem? An non eſt credibile quòd eum ante C peccatum damnauerit ad laborem? Ita ſanè arbitraremur,niſi videremus cum tāta voluptate animi agricolare quoſdā,vt eis magna pœna ſit inde ad aliud auocari. Quicquid ergo deliciarum habet agricultura,tunc vtiq; lōge amplius erat quando nihil accidebat aduerſi,vel terra vel cœlo. Nō enim erat laboris afflictio ſed exhilaratio voluntatis,cū ea quæ deus creauerat,humani operis adiutorio lætius feraciuſq; prouenirent, vnde creator ipſe vberius laudaretur, qui animæ in corpore animali conſtitutæ rationem dediſſet operandi ac facultatem,quantum animo volenti ſatis eſſet, non quātum inuitum indigentia corporis cogeret. *Contēplatio naturæ.* Quod enim maius mirabiliuſq; ſpectaculum eſt,aut vbi magis cum rerū natura humana ratio quodam modo loqui poteſt, quàm cum poſitis ſeminibus,plantatis ſurculis,tranſlatis arbuſtulis, inſitis malleolis, tanquam interrogatur quęque vis radicis & germinis quid poſsit quidve non poſsit: vnde poſsit, vnde nō poſsit: quid in ea valeat numerorum inuiſibilis interiorq; potentia, quid extrinſecus adhibita diligentia: inq; ipſa conſideratione perſpi- *1. Corin. 3.* cere,quia neq; qui plantat eſt aliquid neq; qui rigat, ſed

qui incrementū dat deus: quia & illud operis quod ac- D cedit extrinſecus,per illum accedit quem nihilominus creauit,& quem regit atq; ordinat inuiſibiliter deus?

Hinc iam in ipſum mundum, velut in quandam magnam arborem rerum, oculus cogitationis attollitur,atq; in ipſo quoq; gemina operatio prouidentię reperitur, partim naturalis, partim voluntaria. *Gemina operatio dei Cap. IX.* Naturalis quidem per occultam dei adminiſtrationem, quæ etiā lignis & herbis dat incrementum, voluntaria vero per angelorum opera & hominum. Secundum illam primam cœleſtia ſuperius ordinari inferiuſq; terreſtria, luminaria ſyderaq; fulgere, diei noctiſque vices agitari, aquis terram fundatam interlui atq; circumlui, aërem altius ſuperfundi, arbuſta & animalia concipi & naſci, creſcere & ſeneſcere,occidere & quicquid aliud in rebus interiore naturalíque motu geritur. In hac autē altera ſigna dari,doceri & diſcere, agros coli, ſocietates adminiſtrari, artes exerceri: & quæque alia ſiue in ſuperna ſocietate aguntur, ſiue in hac terrena atque mortali, ita vt bonis conſulatur & per neſcientes malos: ínque ipſo homine eandem geminam prouidentiæ vigere potentiam. Primo erga corpus naturale,ſcilicet eo motu quo fit,quo creſcit,quo ſeneſcit. Volūtarium ve- E ro quo illi ad victum, tegumētum, curationèmq; conſulitur. Similiter erga animam naturaliter agitur vt viuat,vt ſentiat, voluntarie vero vt diſcat, vt conſentiat. Sicut autem in arbore id agit agricultura forinſecus,vt illud proficiat quod geritur intrinſecus: ſic in homine ſecundum corpus, ei quod intrinſecus agit natura, ſeruit extrinſecus medicina. Itèmque ſecundum animam, vt natura beatificetur intrinſecus,doctrina miniſtratur extrinſecus. Quod autē ad arborem colendi negligentia,hoc ad corpus medendi incuria, hoc ad animā diſcendi ſegnitia. Et quod ad arborē humor inutilis, hoc ad corpus victus exitiabilis, hoc ad animam perſuaſio iniquitatis. Deus itaq; ſuper omnia, qui condidit omnia,& regit omnia,omnes naturas bonas† creat, omnes voluntates iuſtas† ordinat. *† bonus. † iuſtus.* Quid ergo abhorret à vero, ſi credamus hominem ita in paradiſo conſtitutum, vt operaretur agriculturam,non labore ſeruili, ſed honeſta animi voluptate? Quid enim hoc opere innocētius vacantibus,& quid plenius magna conſideratione prudentibus? Vt cuſtodiret autem quid? An ipſum paradiſum? Cōtra quos? *Cuſtodire paradiſum & operari. Cap. X.* Nullus certe vicinus metuebatur inuaſor,nullus limitis perturbator,nullus fur,nullus aggreſſor. Quo modo ergo intellecturi ſumus corporalē paradiſum potuiſſe ab homine corporaliter cuſtodiri? F Sed neq; ſcriptura dixit,vt operaretur & cuſtodiret paradiſum: dixit autem vt operaretur & cuſtodiret. Quāquam ſi de Græco diligentius ad verbum exprimatur, ita ſcriptū eſt, Et accepit dominus deus hominem quē fecit,& poſuit eum in paradiſo operari eū & cuſtodire. Sed vtrum ipſum hominem poſuit operari, hoc enim ſenſit qui interpretatus eſt,vt operaretur. An eundē paradiſum operari,id eſt,vt homo paradiſum operaretur,ambigue ſonat: & videtur magis exigere locutio, vt non dicatur,operaretur paradiſum, ſed in paradiſo. Veruntamen ne forte ſic dictum ſit,vt operaretur paradiſum,ſicut ſuperius dictū eſt. Nec erat homo qui operaretur terram: eadem quippe locutio eſt operari terram, quæ operari paradiſum: ambiguam ſententiam ad vtrunque tractemus. Si enim non eſt neceſſe vt accipiamus paradiſum cuſtodire, ſed in paradiſo,quid ergo in paradiſo cuſtodire? Nam quid operari in paradiſo,iam vt viſum eſt diſſeruimus. An vt quod ope-

G raretur in terra per agriculturã, in ſeipſo cuſtodiret per diſciplinam, id eſt, vt ſicut ei ager obtemperaret colẽti ſe, ita & ipſe præcipiẽti domino ſoo, vt ſumpto præcepto obedientiæ, fructum non ſpinas inobedientiæ redderet? Denique quoniã ſimilitudinem à ſe culti paradiſi in ſeipſo cuſtodire ſubditus noluit, ſimilem ſibi agrũ *Gent.3.* damnatus accepit: Spinas, inquit, & tribulos pariet tibi. Quòd ſi & illud intelligam*, vt paradiſum operaretur, & paradiſum cuſtodiret, operari quidẽ paradiſum poſſet, ſicut ſupra diximus per agriculturam, cuſtodire autẽ noo aduerſus improbos aut inimicos qui nulli erãt, ſed fortaſsis aduerſus beſtias. Quo modo iſtud, aut quare? Nunquid enim beſtiæ iam io hominem ſæuiebant, quod niſi peccato nõ fieret? Ipſe quippe beſtiis omnibus ad ſe adductis, ſicut poſt cõmemoratur, nomina impoſuit. Ipſe etiam ſexto die lege verbi dei cũ omnibus cõmunes cibos accepit. Aut ſi erat iam quod timeretur in beſtiis, quo nam pacto poſſet vnus homo illum munire paradiſum? Neq; enim exiguus locus erat, quem tantus fons irrigabat. Cuſtodire quidẽ ille deberet, ſi poſſet paradiſum tali & tãta materia communire, vt eò ſerpens non poſſet intrare. Sed mirum ſi priuſquam communi-
H ret, omnes ſerpentes inde poſſet excludere. Proinde intellectum aote oculos cur prætermittimus? Poſitus eſt quippe homo io paradiſo vt operaretur eundem paradiſum, ſicut ſupra diſputatum eſt, per agriculturam nõ laborioſam ſed delicioſam, & mentem prudentis magoa atque vtilia commonentem: cuſtodiret autem eũdẽ paradiſum ipſi ſibi, ne aliquid admitteret, quare inde mereretur expelli. Denique accepit & præceptum, vt ſit per quod ſibi cuſtodiat paradiſum, id eſt, quo conſeruato non inde proiiciatur. Recte enim quiſque dicitur non cuſtodiſſe rem ſuam, qoi ſic egit vt amitteret eam, etiam ſi alteri ſalua ſit, qui eam vel inuenit vel accipere meruit. Eſt alius in his verbis ſenſus, quem puto oõ immerito præponendum, vt ipſum hominem operaretur deus & cuſtodiret. Sicut enim operatur homo terram, non vt eam faciat eſſe terram, ſed vt cultam atque fructuoſam: ſic deus hominẽ multo magis quẽ ipſe creauit vt homo ſit, eum ipſe operatur vt iuſtus ſit, ſi homo ab illo per ſuperbiam non abſcedat: hoc eſt enim apoſtatare à deo, quod initiũ ſuperbiæ ſcriptura dicit, Initium, inquit, ſuperbiæ hominis apoſtatare à deo. Quia *Eccli.10.* ergo deus eſt incommutabile bonum, homo autem &
I ſecundum animam & ſecundum corpus mutabilis res eſt, niſi ad iocommutabile bonum quod eſt deus conuerſus ſubſtiterit, formari vt iuſtus beatuſq; ſit non poteſt. Ac per hoc deus idem qui creat hominem vt homo ſit, ipſe operatur hominem atq; cuſtodit, vt etiã bonus beatuſq; ſit. Quapropter qua locutione dicitur homo operari terram, quæ iam terra erat, vt ornata atque fœcũda ſit: ea locutione dicitur deus operari hominem qui iam homo erat, vt pius ſapienſq; ſit, eumq; cuſtodire, quòd homo ſua poteſtate in ſe, quàm illius ſupra ſe delectatus, dominationemq; eius contemnẽs tutus eſſe non poſsit.

Cur additum poſt, dictio dominus. C. XI. Proinde nullo modo vacare arbitror, ſed nos aliquid & magnũ aliquid admonere, quòd ab ipſo diuini libri huius exordio, in quo ita cœptus eſt, In principio fecit deus cœlum & terram, vſq; ad hunc lo- *Gene.1.* cum, nuſquam poſitum eſt dominus deus, ſed tantummodo deus. Nunc vero vbi ad id ventum eſt, vt hominem in paradiſo cõſtitueret, eumq; per præceptum ope- *Gene.2.* raretur & cuſtodiret, ita ſcriptura locuta eſt, Et ſumpſit dominus deus hominem quem fecit, & poſuit eum in paradiſo operari eum & cuſtodire: non quòd ſupradictarum creaturarum dominus non eſſet deus, ſed quia K hoc nec propter angelos, nec propter alia quæ creata ſunt, ſed propter hominem ſcribebatur, ad eum admonendum quãtum ei expediat habere dominum deum, hoc eſt ſub eius domioatione obedienter viuere, quàm licentioſe abuti propria poteſtate, nuſquã hoc prius ponere voluit, niſi vbi peruentum eſt ad eum in paradiſum collocandum, operandũ & cuſtodiendum, vt non diceret ſicut & cętera omnia ſuperius, [Et ſumpſit deus hominem quem fecit:] ſed diceret, Et ſumpſit dominus deus hominem quem fecit & poſuit eũ in paradiſo operari eũ, vt iuſtus eſſet, & cuſtodire, vt tutus eſſet, ipſa vtique dominatione ſua, quæ non eſt illi ſed nobis vtilis. Ille quippe noſtra ſeruitute nõ indiget, nos vero dominatione illius indigemus, vt operetur & cuſtodiat nos: & ideo verus & ſolus eſt dominus, quia non illi ad ſuã, ſed ad noſtram vtilitatem ſalutemq; ſeruimus. Nã ſi nobis indigeret eoipſo non verus dominus eſſet, cum per nos eius adiuuaretur neceſsitas, ſub qua & ipſe ſeruiret. Merito & ille in Pſalmo, Dixi, inquit, domino, de[us] me[us] *Pſal.15.* es tu, quoniam bonorum meorũ non eges. Nec ita ſentiendum eſt quod diximus nos illi ad vtilitatem noſtrã ſalutemq; ſeruire, taoquam aliud aliqoid ab illo expe- L ctemus quàm eũ ipſum qui ſumma vtilitas & ſalus noſtra eſt. Sic enim eum gratis ſecundum illam vocem *Pſal.72.* diligimus. Mihi autem adhærere deo bonum eſt.

Hominẽ nihil poſſe ſine deo. Cap. XII. Neq; enim tale aliquid eſt homo factus vt deſerẽte eo qui fecit, poſsit aliquid agere bene taoquam ex ſeipſo: ſed tota eius actio bona eſt, cõuerti ad eum à quo factus eſt, & ab eo iuſtus, pius, ſapiẽs beatuſq; ſemper fieri: non fieri & recedere, ſicut à corporis medico ſanari & abire: quia medicus corporis operarius fuit extrinſecus, ſeruiens naturæ intrinſecus operanti ſub deo, qui operatur omnem ſalutem gemino illo opere prouidentiæ, de qoa ſupra locuti ſumus. Nõ ergo ita ſe debet homo ad dominum conuertere, vt cum ab eo factus fuerit iuſtus abſcedat, ſed ita vt ab illo ſemper fiat. Eo quippe ipſo cum ab illo non diſcedit, eius ipſe præſentia iuſtificatur & illuminatur, & beatificatur, operante & cuſtodiente deo dum obedienti ſubiectòque dominatur. Neq; enim vt dicebamus, ſicut operatur homo terram, vt culta atq; fœcũda ſit, qui cum fuerit operatus, abſcedit, relioquens eam vel aratam vel ſatam vel rigatam, vel ſi quid aliud manẽte opere quod factum eſt, cũ ope- M rator abſceſſerit: ita deus operatur hominem iuſtum, id eſt, iuſtificando eum, vt ſi abſceſſerit, maneat in abſente quod fecit: ſed potius ſicut aër præſente lumine non factus eſt lucidus, ſed fit: quia ſi factus eſſet, non fieret, ſed etiã abſente lumine lucidus maneret: ſic homo deo ſibi præſente illuminatur, abſente autem continuo tenebratur, à quo non locorum interuallis, ſed volũtatis *Diſceſſus à deo.* auerſione diſceditur. Ille itaque operetur hominem bonum atq; cuſtodiat qui incõmutabiliter bonus eſt: ſemper ab illo fieri, ſemperq; perfici debemus inhærẽtes ei, & in ea conuerſione quæ ad illum eſt permanentes, de *Pſal.72.* quo dicitur, Mihi autem adhærere deo bonũ eſt. Et cui *Pſal.58.* dicitur, Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Ipſius enim ſumus figmentum, non tãtum ad hoc vt homines ſimus, ſed ad hoc etiam vt boni ſimus. Nã & Apoſtolus *Ephe.5.* cum fidelibus ab impietate conuerſis, gratiam qua ſalui facti ſumus commendaret. Gratia enim, inquit, ſalui facti eſtis per fidem, & hoc nõ ex vobis, ſed dei donum eſt, nõ ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipſius enim ſumus figmentum creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Et

A alibi cum dixiſſet, Cum timore & tremore veſtrã ipſorum ſalutem operamini: ne ſibi putarent tribuendũ tãquam ipſi ſe facerent bonos & iuſtos, cõtinuo ſubiecit, Deus enim eſt qui operatur in nobis. Sumpſit ergo dominus deus hominẽ quem fecit, & poſuit eũ in paradiſo [operari eum, hoc eſt,] operari in eo & cuſtodire eũ.

Philip.2.

Cur datum præceptũ de ligno. Cap. XIII.

Et præcepit dominus deus Adæ dicẽs, ab omni ligno quod eſt in paradiſo edes ad eſcam, de ligno autẽ cognoſcendi bonum & malum non manducabitis de illo, qua die autẽ ederitis ab eo, morte moriemini. Si aliquid mali eſſet lignũ illud vnde prohibuit hominẽ deus, eius ipſius mali natura veneoatus videretur ad mortẽ. Quia vero ligna omnia io paradiſo bona plantauerat, qui fecit omnia bona valde, nec vlla ibi natura mali erat, quia nuſquã eſt mali vlla natura: quod diligẽtius ſi dominus voluerit diſſeremus, cum de illo ſerpẽte dicere cœperimus: ab eo ligno quod malum nõ erat prohibitus eſt, vt ipſa per ſe præcepti conſeruatio bonũ illi eſſet, & tranſgreſsio malũ. Nec potuit melius & diligẽtius cõmendari quantum malum ſit ſola inobedientia, cum ideo reus iniquitatis factus eſt homo, quia eã rem tetigit contra prohibitionem, quã ſi non prohibitus tetigiſſet, nõ vtiq; peccaſſet. Nam qui dicit, verbi gratia,

Gene.2.

Gene.1.

B noli tangere hanc berbam, ſi forte venenoſa eſt, mortemq; prænunciat, ſi tetigerit, ſequitur quidẽ mors con temptorem præcepti, ſed etiã ſi oemo prohibuiſſet, atq; ille tetigiſſet, nihilominus vtique moreretur. Illa quippe res contraria ſaluti viteq; eius eſſet, ſiue inde vetaretur ſiue non vetaretur. Item cum quiſque prohibet eam rem tangi, quæ non quidem tangenti, ſed illi qui prohibuit obeſſet: velut ſi quiſquam in alienam pecuniã miſiſſet manum, prohibitus ab eo cuius erat pecunia illa: ideo eſſet probibito peccatũ, quia prohibẽti poterat eſſe damnoſum. Cum vero illud tangitur quod nec tangenti obeſſet ſi nõ prohiberetur, nec cuiquã alteri quãlibet tangeretur, quare prohibitum eſt, niſi vt ipſius per ſe bonũ obedientiæ, & ipſius per ſe malum inobedientiæ monſtraretur? Denique à peccante nihil aliud appetitum eſt, niſi non eſſe ſub dominatione dei, quando illud admiſſum eſt, in quo ne admitteretur, ſola deberet iuſsio dominantis attendi, Quæ ſi ſola attenderetur, quid aliud quàm dei voluntas attenderetur? quid aliud quàm dei voluntas amaretur? quid aliud quàm dei voluntas humanę voluntati pręponeretur? Dominus quidem cur iuſſerit viderit, faciẽdum eſt à ſeruiente quod

C iuſsit, & tunc forte videndum eſt à promerente cur iuſſerit. Sed tameo vt cauſam iuſsiotis buius oon diutius requiramus, ſi hæc ipſa magna eſt vtilitas homini quòd deo ſeruit, iubẽdo deus vtile facit quicquid iubere voluerit, de quo metuendum nõ eſt, ne iubere quod inutile eſt poſsit.

Volũtas hominis repugnans deo. Cap. XIIII.

Nec fieri poteſt vt voluntas propria non grandi ruinę pondere ſuper homioẽ cadat, ſi eam voluotati ſuperioris extollẽdo præponat. Hoc expertus eſt homo contẽnens præceptũ dei, & hoc experimento didicit, quid iotereſt inter bonum & malum: booũ ſcilicet obedientiæ, malum autem inobedientiæ, id eſt, ſuperbiæ & contumaciæ, peruerſæ imitationis dei & noxię libertatis. Hoc autẽ in quo ligno accidere potuit, ex ipſa re vt iã ſupra dictum eſt, nomẽ accepit. Malũ enim niſi experimento nõ ſentiremus, quia nullũ eſſet ſi nõ feciſſemus. Neque enim vlla natura mali eſt, ſed amiſsio boni hoc nomen accepit. Bonũ quippe incõmutabile deus eſt, bomo autem quantũ ad eius naturam in qua eum deus condidit pertinet, bonũ eſt quidem, ſed non incõmutabile vt deus. Mutabile autẽ bonum quod eſt poſt incõmutabile bonum, melius bonũ D fit cum bono incõmutabili adhæſerit, amãdo atque ſeruiẽdo rationali & propria volũtate. Ideo quippe & hoc magni booi natura eſt, quia & hoc accepit, vt poſſet ſummi boni adhærere naturæ. Quod ſi noluerit, booo ſe priuat, & hoc ei oialũ eſt, vnde per iuſticiã dei etiam cruciatus conſequitur. Quid enim tam iniquũ, quàm vt bene ſit deſertori boni? Neq; vllo modo fieri poteſt vt ita ſit: ſed aliquando amiſsi ſuperioris boni non ſentitur malũ, cum habetur quod amatũ eſt inferius bonũ. Sed diuina iuſticia eſt, vt qui volũtate amiſit quod amare debuit, amittat cum dolore quod amauit, dũ naturarum creator vbique laudetur. Adhuc enim eſt bonum, quod dolet amiſſum bonũ: nam niſi aliquod bonũ remãiſſet in natura, nullus boni amiſsi dolor eſſet in pœna. Cui autem ſine mali experimẽto placeat bonum, id eſt, vt antequam boni amiſsionem ſentiat, eligat tenere ne amittat, ſuper omnes homioes prædicandus eſt. Sed hoc niſi cuiuſdã ſingularis laudis eſſet, oõ illi puero tribueretur, qui ex genere Iſraël factus Emanuel oobiſcũ deus, reconciliauit nos deo, hominũ & dei homo mediator, verbũ apud deũ, caro apud nos, verbũ caro inter deũ & nos. De illo quippe Propheta dicit, Priuſquã ſciat puer bonum aut malũ, contẽnet maliciam vt eligat booũ. Quo modo quod neſcit aut contẽnit aut eligit, niſi quia hæc duo ſciũtur aliter per prudentiã boni, E aliter per experientiam mali? Per prudẽtiam boni malum ſcitur, & ſi non ſentitur. Tenetur enim bonum, ne amiſsione eius ſentiatur malũ. Item per experientiã mali ſcitur bonũ, quoniã quid amiſerit ſentit, cui de booo amiſſo male fuerit. Priuſquã ſciret ergo puer per experientiam, aut bonũ quo careret, aut malũ quod boni amiſsione ſentiret, cootẽpſit malum vt eligeret bonũ, id eſt, noluit amittere quod habebat, ne ſentiret amittẽdo quod amittere ooo debebat. Siogulare exemplum obedientiæ, quippe qui nõ venit facere voluntatem ſuam, ſed eius voluntatẽ à quo miſſus eſt: nõ ſicut ille qui elegit facere voluntatem ſuã, oõ eius à quo factus eſt. Merito ſicut per vnius inobediẽtiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per vnius obedientiã iuſti conſtituuntur multi: quia ſicut in Adã omnes moriũtur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur.

Chriſt⁹ mediator.

Matth.1.

1.Timo.2.

Eſaia.7.

Ioan.5.

Roma. 5.

1.Corin. 15.

Quo modo appellatum lignũ ſcientiæ boni & mali. Cap. XV.

Fruſtra autem nonnulli acute obtuſi ſunt, cũ requirũt quo modo potuerit appellari lignum dignoſcẽtiæ boni & mali, antequam in eo tranſgreſſus eſſet homo præceptũ, atque ipſa experiẽtia dignoſceret quid intereſſet inter booũ quod amiſit, & malum quod admiſit. Lignũ enim tale nomen accepit, F vt eo ſecundũ probibitiooem nõ tacto caueretur, quod eo cõtra prohibitionem tacto ſentiretur. Neque enim quia inde contra præceptum manducauerunt, ideo factum eſt illud lignũ digooſcẽtiæ boni & mali, ſed vtique etiam ſi obedientes eſſent, & nihil [inde] cõtra præceptum vſurpaſſent, id recte vocaretur, quod ibi eis accideret, ſi vſurpaſſent. Quemadmodum ſi vocaretur arbor ſaturitatis, quod inde poſſent homioes ſaturari, nũquid ſi nemo acceſsiſſet, ideo nomen illud eſſet incongruum, quandoquidem cum accederẽt & ſaturarẽtur, tunc probarent quàm hoc recte arbor illa vocaretur?

2.ſen.diſti. 27.c.in hoc

Hominẽ potuiſſe itelligere periculũ ex præcepto cõtẽpto. Cap. XVI

Et quo modo, inquiũt, intelligeret homo, quod ei dicebatur lignũ dignoſcentiæ boni & mali, quãdo ipſum malũ quod eſſet omnino neſciebat? Hoc qui ſapiunt parum attendunt, quemadmodũ à contrariis notis, ſic pleraque intelligantur ignota, vt etiã verba rerum quæ nõ ſunt cũ in loquẽdo interpoountur, nullus caliget auditor. Hoc eni quod omnino nõ eſt, nihil vocatur: Et has

G duas ſyllabas nemo non intelligit, qni Latine audit & loquitur. Vnde, niſi cum ſenſus intuetur id quod eſt, & eius priuarioue quid etiam nõ ſit agnoſcit: Sic & inane cum dicitur, intuẽdo corporis plenitudinem, priuationem eius tanquam contrariam, quid dicatur inane intelligimus. Sicur audiendi ſenſu nõ ſolum de vocibus, verũetiam de ſilentio iudicamus, Sic ex vita quæ inerat homini, poſſet eius cauere contrariũ, id eſt vitæ priuationem quę mors vocatur: & ipſam cauſam qua perderet quod amabat, id eſt quodlibet factum ſuum quo fieret vt amitteret vitã, quibuſlibet ſyllabis appellaretur: quemadmodum Latine cum dicitur peccatum vel malum, vt tanquam ſignum eius intelligeret, quod mente diſcerneret. Nos enim quo modo intelligimus cum dicitur reſurrectio quam nũquam experti ſumus, Nõnne quia ſentimus quid ſit viuere, & eius rei priuationẽ vocamus mortẽ, vnde reditũ ad id quod ſentimus reſurrectionem appellamus: & ſi quo alio nomine in quacũque lingua idipſum appellatur, mẽti vtiq; ſignum inſinuatur in voce loquendo, quo ſonante agnoſcat, quod etiam ſine ſigno cogitaret. Mirum eſt enim quẽadmodum rerum quas habet amiſsionem, etiam inexpertam

H natura deuitet. Quis enim pecora docuit deuitationẽ mortis, niſi ſenſus vitæ? Quis paruulum puerum adhæreſcere baiulo ſuo, ſi eũ fuerit ex alto iacere minitatus? Quod ex quodam tempore incipit, ſed tamen antequã aliquid huiuſmodi expertus ſit. Sic ergo illis primis hominibus iam vita erat dulcis, quam profecto amitteret deuitabant, idq; ipſum quibuſcunq; modis vel ſonis ſignificantem deũ intelligere poterant: nec aliter eis poſſet perſuaderi peccatum, niſi prius perſuaderetur eos ex illo facto non eſſe morituros, id eſt illud quod habebãt & ſe habere gaudebant nõ amiſſuros, vnde ſuo loco loquendum eſt. Aduertẽt itaq; ſi quos mouet, quo modo potuerint intelligere inexperta nominãtem vel minãtem deum: & videant nos omnium inexpertorũ nomina, non niſi ex contrariis quę iam nouimus, ſi priuationum ſunt, aut ex ſimilibus, ſi ſpecierũ ſunt, ſine vllo æſtu dubitationis agnoſcere. Niſi forte aliquem mouet quẽadmodum loqui potuerint, vel loquentem intelligere, qui non didicerant vel creſcendo inter loquentes, vel aliquo magiſterio: quaſi magnum fuerit deo loqui eos

2.ſen. diſti. 21.c.illud.

I docere, quos ita fecerat, vt hoc poſſent etiam ab hominibus diſcere, ſi eſſent à quibus.

An vtriq; datum ſit præceptum. Cap.XVII.

Merito ſanè quæritur, vtrum hoc præceptum viro tãtum dederit deus, an etiam fœminæ? Sed nõdum narratum eſt quemadmodum facta ſit fœmina, An forte iam erat facta, ſed hoc quemadmodũ geſtum ſit quod prius erat geſtum, poſtea recapitulãdo narratum eſt? Verba enim ſcripturæ ſic ſe habent, Et præcepit dominus deus Adæ dicens: non dixit, pręcepit eis. Deide ſequitur, Ab omni ligno quod eſt in paradiſo eſcam edes: nõ dixit, edetis. Deinde adiungit, De ligno autẽ cognoſcendi bonum & malũ, nõ manducabitis de illo: Iam hic tanquam ad ambos pluraliter loquitur, & pluraliter præceptũ terminat dicẽs, Qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini. An ſciens quòd ei facturus erat mulierem, ita præcepit ordinatiſsime, vt per virum præceptum domini ad fœminam perueniret? Qoam diſciplinã & in Eccleſia ſeruat Apoſtolus dicens, Si qoid autẽ diſcere volunt, domi viros ſuos interrogent.

2.ſen.diſti. 21.ca.illud

Gene. 2.

Quo modo deus ſit locutus. Cap. XVIII.

Item quæri poteſt quo modo nunc deus locutus ſit ad hominem quem fecir, iam certe ſenſu ac mente præditum, vt audire & intelligere loquentem valeret? Neq; enim aliter præceptũ poſſet accipere, quo trãſgreſſor eius eſſet, niſi hoc acceptum intelligeret. Quo modo ergo illi locutus eſt deus? vtrũ intus in mente ſecundũ intellectum, id eſt vt ſapiẽter intelligeret voluntatẽ ac præceptum dei ſine vllis corporalibus ſonis vel corporalũ ſimilitudinibus rerum? Sed nõ ſic exiſtimo primo homini locutum deũ, talia quippe ſcriptura narrat, vt potius credamus ſic eſſe deum locutum homini in paradiſo, ſicut etiã poſtea locutus fuit patribus, ſicut Abrahæ, ſicut Moyſi, id eſt in aliqua ſpecie corporali. Hinc eſt enim quòd audierunt eius vocẽ ambulantis in paradiſo ad veſperã, & abſconderunt ſe. K

Gene.3.

Quid ſentiendũ de deo. Cap. XIX.

Locus itaque magnus neq; prætereundus proponitur, vt intueamur quantũ poſſumus, quantum ipſe adiuuare & donare dignatur, opus diuinæ prouidẽtię bipertitũ: quod ſuperius cũ de agricultura loqueremur, trãſitoria quadã occaſione perſtrinximus, vt inde iam inciperet legentis animus hoc aſſueſcere contueri, quod adiuuat plurimum ne quid indignũ de ipſa dei ſubſtantia ſentiamus. Dicimus itaq; ipſum ſummũ, verum, vnũ ac ſolum deum, patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, id eſt, deum verbumq; eius & vtriuſq; ſpiritum, trinitatem ipſam, neq; confuſam, neq; ſeparatã, deum qui ſolus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inacceſsibilẽ, quẽ nemo hominũ vidit, nec videre poteſt, nec locorũ vel L finito vel infinito ſpacio contineri, nec temporum vel finito vel infinito volumine variari. Neque eoim eſt in eius ſubſtãtia qua deus eſt, quod breuiꝰ ſit in parte q̃ in toto, ſicut neceſſe eſt eſſe de iis quę in locis ſunt: aut fuit in eius ſubſtantia quod iam non eſt, vel erit quod nondum eſt, ſicut in naturis quæ poſſunt temporis mutabilitatem pati.

1.Timo.6.

Creatura ſpiritalis & corporalis.Ca.XX.

Eccli.18.

Hic ergo incõmutabili æternitate viuens creauit omnia ſimul, ex quibus currerẽt tẽpora, & implerentur loca, tẽporalibuſq; & localibus rerũ motibus ſecula voluerentur, In quibus rebus quædam ſpiritalia, quædã corporalia condidit, formans materiã quam nec alius nec nullus, ſed omnino ipſe informem ac formabilẽ inſtituit, vt formationem ſuã non tempore ſed origine præueniret. Spiritalem autẽ creaturam corporali præpoſuit: quòd ſpiritalis tantũmodo per tempora mutari poſſet, corporalis autẽ per tempora & loca. Exempli enim gratia, per tẽpus mouetur animꝰ, vel reminiſcendo quod oblitus erat, vel diſcendo quod neſciebat, vel volẽdo quod nolebat. Per loca aotẽ corpus, vel à terra in cœlũ, vel à cœlo in terram, vel ab Oriente in M Occidentem, vel ſi quo alio ſimili modo. Omne autem quod mouetur per locũ, non poteſt niſi & per tẽpus ſimul moueri: At nõ omne quod mouetur per tẽpus, neceſſe eſt etiã per locum moueri. Sicut ergo ſubſtantiam quæ mouetur per tẽpus & locũ, præcedit ſubſtãtia quæ tantũ per tẽpus: ita ipſam præcellit illa quę nec per locũ nec per tempus: ac per hoc ſicut per tẽpus & locũ mouet corpus, ipſe tantũ per tempus motus conditus ſpiritus: ita per tempus mouet cõditũ ſpiritum, ipſe nec per tempus nec per locũ motus conditor ſpiritus: ſed ſpiritus creatus mouet ſeipſum per tẽpus, & per tẽpus ac per locum corpus: ſpiritus autẽ creator mouet ſeipſum ſine tẽpore ac loco, mouet conditũ ſpiritum per tẽpus ſine loco, mouet corpus per tempus & locum.

Quo modo deus creaturas moueat. Cap. XXI.

Quocirca quiſquis intelligere conatur, quemadmodũ vere æternus & vere immortalis atque incõmutabilis deus, ipſe nec per tempus nec per locũ motus moueat tẽporaliter & localiter creaturam ſuam, nõ eum puto poſſe aſſequi: niſi prius intellexerit quemadmodũ anima, hoc eſt, ſpiritus creatus, non per locum ſed tantum per tempus motus, moueat corpus per tempus & locũ. Si enim quod in ſeipſo agitur capere nõdũ poteſt, quãto minus

illud

A illud quod ſupra eſt? Affecta quippe anima carnaliũ ſenſuum cõſuetudine, etiã ſeipſam cum corpore per locum moueri putat, dum id per locũ mouet. Quæ ſi poſſet diligenter inſpicere, tãquam cardines mẽbrorum corporis ſui, quẽadmodũ articulatim diſpoſiti ſunt à quibus initia motionum nitãtur: inueniet ea quæ per ſpacia locorum mouentur, niſi ab eis quæ loco fixa ſunt nõ moueri. Nõ enim mouetur ſolus digitus, niſi fixa ſit palma, à cuius articulo velut immoto cardine moueatur: ſic tota palma ab articulo cubiti, ſic cubit⁹ ab articulo humeri, ſic humerus ab ſcapula mouetur, ſtãtibus vtiq; cardinibus quibus motio nitatur, vt per loci ſpacium quod mouetur moueatur. Sic plantæ in talo eſt articulus, quo ſtante moueatur: ſic cruris in genu, & totius pedis in coxa: & nullius mẽbri motus omnino eſt quem voluntas mouet, niſi ab aliquo articulari cardine, quẽ motus eiuſdem volũtatis primitus figit, vt ab eo quod loci ſpacio non mouetur, agi valeat quod mouetur. Deniq; nec in ambulando pes leuatur, niſi alius fixus totum corpus ferat, donec ille qui motus eſt à loco vnde fertur, ad locũ quò fertur, immoto articulo ſui cardinis innitatur. Porrò ſi in corpore nullum membrum per locum voluntas B mouet, niſi ab eo mẽbri articulo quẽ nõ mouet, cum & illa pars corporis quæ mouetur, & illa quæ fixa ſit vt moueatur, corporeas habeant quãtitates ſuas, quibus occupent ſpacia locorum ſuorum, quãto magis ipſe animæ nutus cui membra deſeruiũt, vt quod placuerit figatur, vnde id quod mouendum eſt innitatur: cum anima nõ ſit natura corporea, nec locali ſpacio corpus impleat, ſicut aqua vtrem ſiue ſpongiam: ſed miris modis ipſo incorporeo nutu cõmixta ſit viuificando corpori, quo & imperat corpori quadã intẽtione nõ mole: quanto magis, inquã, nutus ipſe volũtatis eius non per locũ mouetur vt corpus per locum moueat, quãdo totum per partes mouet, nec aliquas loco mouet niſi per illas quas loco nõ mouet.

Quo modo deꝰ moueat quo modo anima. Ca. XXII.

Quod ſi intelligere difficile eſt, vtrunque credatur, & quòd creatura ſpiritalis non per locum mota moueat corpus per locum, & quòd deus non per tempus motus moueat creaturã ſpiritalem per tempus. Quod ſi de anima quiſqoe non vult hoc credere, quod quidẽ ſine dubio nõ ſolum crederet, verumetiam intelligeret, ſi eam poſſet ſicuti eſt incorporeã cogitare. Cui enim non facile occurrat quòd per locum nõ moueaC tur quæ per loci ſpacia nõ diſtenditur: quicquid aotem per loci ſpacia diſtenditur corpus eſt: ac per hoc conſequẽs eſt, vt anima per locum moueri nõ putetur, ſi corpus nõ eſſe credatur. Sed vt dicere cœperã, ſi de anima hoc quiſque non vult credere, non nimis vrgendus eſt. Subſtantiam vero dei niſi credat nec per tẽpus nec per locum moueri, nondum perfecte incõmutabilem credit.

Deus ſemper quietus omnia tamen agens. Ca. XXIII.

Verum quia omnino incõmutabilis eſt illa natura Trinitatis, & ob hoc ita æterna, vt ei aliquid coæternum eſſe non poſsit, ipſa apud ſeipſam, & in ſeipſa ſine vllo tẽpore ac loco, mouet tamen per tempus & locum ſibi ſubditam creaturam, naturas creãs bonitate, voluntates ordinans poteſtate: vt in naturis nulla ſit quæ non ab illo ſit. In voluntatibus autem nulla bona ſit cui non præſit, nulla mala ſit qua bene vti nõ poſsit. Sed quia nõ omnibus naturis dedit voluntatis arbitrium, illæ autem quibus dedit potentiores ac ſuperiores ſunt, illæ naturæ quæ non habent voluntatem, ſubditæ ſint neceſſe eſt illis quæ habent: & hoc ordinatione creatoris, qui nunquàm ità punit voluntatem malã, vt naturę perimat dignitatẽ. Cum igitur omne corpus & omnis anima irrationalis non habeat voluntatis arbitrium, ſubdita iſta ſunt eis naturis quæ præditæ ſunt arbitrio voluntatis, D nec omnibꝰ omnia, ſed ſicut diſtribuit iuſticia creatoris. Ergo dei prouidentia regens atq; adminiſtrans vniuerſam creaturam, & naturas & voluntates: naturas vt ſint, voluntates autẽ vt nec infructuoſæ bonæ, nec impunitę malæ ſint: ſubdit primitus omnia ſibi, deinde creaturã corporalem creaturæ ſpiritali, irrationalẽ rationali, terreſtrem cœleſti, fœmineã maſculinæ, minus valentẽ valentiori, indigentiorem copioſiori. In voluntatibus autem bonas ſibi, cæteras vero ipſis ſeruiẽtibus ſibi: vt hoc patiatur voluntas mala, quod ex iuſſu dei fecerit bona, ſiue per ſeipſam, ſiue per malam, in rebus duntaxat quæ natura ſunt etiam malis voluntatibus ſubditæ, id eſt, in corporibus. Nam in ſeipſis malæ voluntates habent interiorem pœnam ſuam, eandẽ ipſam iniquitatem ſuam.

Creatura corporea ſubdita angelis. Cap. XXIIII.

Ac per hoc ſublimibus angelis deo ſubdite fruẽtibus, & deo beate ſeruientibus, ſubdita eſt omnis natura corporea, omnis irrationalis vita, omnis voluntas vel infirma vel praua, vt hoc de ſubditis vel cum ſubditis agãt, quod naturæ ordo poſcit in omnibus, iubente illo cui ſubiecta ſont omnia. Proinde illi in illo veritatẽ incõmutabilem vident, & ſecũdum eam ſuas dirigunt voluntates. Fiunt ergo illi participes æternitatis, veritatis, E voluntatem eius ſemper facientes ſine tempore & loco. Mouentur autẽ eius imperio etiã temporaliter, illo non temporaliter moto. Nec ita vt ab eius contemplatione reſiliant aut defluant: ſed ſimul & illum ſine loco ac tẽpore contemplantur, & eius in inferioribus iuſſa perficiunt, mouẽtes ſe per tempus, corpus autẽ per tempus & locum, quãtum eorum cõgruit actioni: & ideo deus bipertito prouidẽtiæ ſuæ opere præeſt vniuerſæ creaturæ, naturis vt fiant, voluntatibus autem vt ſine ſuo iuſſu vel permiſſu nihil faciãt.

Natura vniuerſitatis Cap. XXV.

Natura igitur vniuerſitatis corporalis nõ adiuuatur extrinſecus corporaliter. Neque enim eſt extra eam vllum corpus, alioquin nõ eſſet vniuerſitas: intrinſecus autẽ adiuuatur incorporaliter, deo id agente vt omnino natura ſit, quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. *Roma. 11.* Partes vero eiuſdẽ vniuerſitatis & intrinſecus incorporaliter adiuoantur, vel potius fiunt vt naturæ ſint: & extrinſecus corporaliter, quo ſe melius habeant, ſicut alimẽtis agricultura, medicina, & quæcunque etiam ad ornatũ fiunt, vt non ſolum ſaluæ ac fœcundiores, verumetiam decentiores ſint. Spiritalis autem creatura † ſi perfecta atque beata eſt, ſicut F angelorum ſanctorum, quãtum attinet ad ſeipſam quo ſit, ſapienſq; ſit, non niſi intrinſecus incorporaliter adiuuatur: Intus ei quippe loquitur deus miro & ineffabili modo, neque per ſcripturam corporalibus inſtrumẽtis affixam, neque per voces corporalibus auribus inſonantes, neq; per corporum ſimilitudines, quales in ſpiritu imaginaliter fiunt, ſicut in ſomnis vel aliquo exceſſu ſpiritus, quod Græce dicitur ecſtaſis, & nos eo verbo iã vtimur pro Latino: quia & hoc genus viſionũ quamuis interius fiat, quàm ſunt ea quæ animo per ſenſus corporis nunciantur: tamen quia ſimile eſt eis, ita vt cum fit, diſcerni ab eis aut omnino non poſsit, aut certe vix & rariſsime poſsit: & quia exterius eſt quàm illud quod in ipſa incommutabili veritate mens rationalis & intellectualis intuetur, eaq; luce de his omnibus iudicat: inter illa quę extrinſecus fiunt arbitror eſſe deputandũ. Creatura ergo ſpiritalis & intellectualis perfecta & beata qualis angelorum eſt, ſicut dixi, quãtum attinet ad ſeipſam quo ſit, ſapienſq; ac beata ſit, nõ niſi intrinſecus adiuuatur æternitate, veritate, charitate creatoris. Extrinſecus vero ſi adiuuari dicenda eſt, eo fortaſſe ſolo adiuuatur

† al. creata natura.

G uatur quòd ſe inuicē vident, & de ſua ſocietate gaudēt in deo, & quòd perſpectis etiā in eis ipſis omnibus creaturis, vndiq; gratias agit laudatq; creatorem. Quod autem attinet ad creaturæ angelicæ actionē, per quā vniuerſarum rerū generibus, maximeq; humano prouidentia dei proſpicitur, ipſa extrinſecus adiuuat, & per illa viſa quæ ſimilia ſunt corporalibus, & per ipſa corpora quæ angelicæ ſubiacent poteſtati.

Deus ſemper idē adminiſtrat omnia. Ca. XXVI.

Quæ cum ita ſint, deus omnipotens & omnitenens, incōmutabili æternitate, veritate, voluntate ſemper idē, non per tempus nec per locum motus, mouet per tempus creaturam ſpiritalem, mouet etiā per tempus & locum creaturā corporalem, vt eo motu naturas quas intrinſecus ſubſtituit, etiā extrinſecus adminiſtret, & per voluntates ſibi ſubditas quas per tempus & corpora ſibi atque illis volūtatibus ſubdita, quæ per tempus & locum mouet eo tēpore ac loco, cui ratio in ipſo deo vita eſt ſine tēpore ac loco. Cum ergo tale aliquid deus agit, non debemus opinari eius ſubſtantiā qua deus eſt, temporibus locisq; mutabilem, aut per tempora & loca mobilem, ſed in opere diuinæ prouidentiæ iſta cognoſcere: nō in illo opere quo naturas creat, ſed in illo quo intrinſecus creatas etiā extrinſecus adminiſtrat: H cum ſit ipſe nullo locorū vel interuallo vel ſpacio incommutabili æternitate excellentiq; potētia, & interior omni re, quia in ipſo ſunt omnia, & exterior omni re, quia ipſe eſt ſuper omnia. Item nullo temporum vel interuallo vel ſpacio incommutabili æternitate & antiquior eſt omnibus, quia ipſe eſt ante omnia, & nouior omnibus, quia idem ipſe poſt omnia.

Quo modo locutus ſit deus Adæ. Ca. XXVII. Gene.2.

Quapropter cum audimus ſcripturam dicentem, Et præcepit dominus deus Adæ dicens, Ab omni ligno quod eſt in paradiſo eſca edes, de ligno autem cognoſcendi bonū & malum, non manducabitis de illo: Qua die autem ederitis ab eo, morte moriemini. Si modum quærimus quo modo iſta locutus ſit deus: modus quidē ipſe à nobis proprie cōprehendi non poteſt, Certiſsime tamen tenere debemus, deum aut per ſuam ſubſtantiam loqui, aut per ſibi ſubditam creaturam: ſed per ſubſtantiam ſuam non loqui niſi ad creādas omnes naturas: ad ſpiritales vero atque intellectuales nō ſolum creandas, ſed etiam illuminandas: cum iam poſſunt capere locutionem eius, qualis eſt in verbo eius quod in principio erat apud deum, & deus erat verbū, per quod facta ſunt I omnia. Illis autem qui eam capere non poſſunt cum loquitur deus, non niſi per creaturā loquitur, aut tantummodo ſpiritalem, ſiue in ſomnis, ſiue in ecſtaſi ſimilitudine rerum corporalium: aut etiam per ipſam corporalem, dū ſenſibus corporis vel aliqua ſpecies apparet vel inſonant voces. *Ioan.1.* Si ergo Adam talis erat vt poſſet capere illam locutionem dei, quam mentibus angelicis per ſuam præbet ſubſtantiā: non dubitandum eſt quòd eius mentem per tēpus mouerit miro & ineffabili modo, nō motus ipſe per tempus, eiq; vtile ac ſalubre præceptum veritatis impreſſerit: vt quæque tranſgreſſori pœna deberetur, ea ipſa ineffabiliter veritate monſtrauerit: ſicut audiuntur vel vidētur ea omnia bona præcepta in ipſa incommutabili ſapientia, quę in animas ſanctas ſe trāſfert ex aliquo tēpore, cum ipſius nullus ſit motus in tēpore. *Sapien.7.* Si autem ad eum modum Adam iuſtus erat vt ei adhuc opus eſſet alterius creaturæ ſanctioris & ſapientioris authoritas, per quam cognoſceret dei volūtatem atque iuſsionem, ſicut nobis Prophetæ, ſicut ipſis angeli: cur ambigimus per aliquam huiuſmodi creaturam ei eſſe locutum deum talibus vocum ſignis quæ intelligere poſſet? Illud enim quod poſtea ſcriptum eſt, cum peccaſſent eos audiſſe vocem domini dei ambulātis in paradiſo, K quia non per ipſam dei ſubſtantiam, ſed per ſubditam ei creaturam factum eſt, nullo modo dubitat qui fidem catholicā ſapit. Ad hoc enim & aliquanto latius de hac re diſſerere volui, quia nonnulli hæretici putant ſubſtātiam filij dei nullo aſſumpto corpore per ſeipſam eſſe viſibilem, & ideo antequam ex virgine corpus acciperet, ipſum viſum eſſe patribus opinantur, tanquam de ſolo deo patre dictū ſit, Quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt: *1.Tim.6.* quia filius viſus ſit ante acceptam ſerui formam, etiam per ipſam ſubſtantiam ſuam, Quę impietas procul à catholicis mentibus repellenda eſt. Sed de hoc plenius aliâs ſi domino placuerit diſſeremus. Nunc terminato iſto volumine, id quod ſequitur, quo modo ſit mulier ex viri ſui latere creata, in conſequentibus parandum eſt.

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Geneſi ad literam, Liber nonus.

Nomina indita animantibus. Cap.I. Gene.2.

ET DIXIT dominus deus, Nō bonum eſt hominē eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſecundū ipſum. L Et finxit deꝰ adhuc de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cœli, & adduxit illa ad Adā, vt videret quid vocaret illa: Et omne quodcunque vocauit Adam illud animā viuam, hoc eſt nomē eius. Et vocauit Adam nomina omnibus pecoribus & omnibus volatilibꝰ cœli, & omnibus beſtiis agri. Ipſi autem Adam non eſt inuentus adiutor ſimilis ei. Et immiſit deus ecſtaſim in Adam, & obdormiuit: Et accepit vnam coſtarum eius, & adimpleuit carnē in loco eius: Et ędificauit dominus deus coſtam quam accepit de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam: Et dixit Adam, Hoc nūc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur mulier, quoniā ex viro ſuo ſumpta eſt, Et propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & cōglutinabitur ad vxorē ſuam, & erunt duo in carne vna.

Origo fœminæ.

Si aliquid adiuuant lectorē, quę libris ſuperioribus conſiderata atque conſcripta ſunt, nō debemus in hoc diutius immorari, quod finxit adhuc deus de terra omnes M beſtias agri, & omnia volatilia cœli: cur enim dictū ſit, adhuc id eſt pręter primam conditionem creaturarum ſex diebus cōſummatam, in qua cauſaliter perfecta ſunt omnia ſimul & inchoata, vt deinde ad effectꝰ ſuos cauſę perducerentur, iam quantum potuimus in pręcedētibus intimauimus. Et ſi quis hoc aliter enodandū putat, tantum diligenter attendat illa omnia, quæ vt hoc ſentiremus attendimus: & ſi probabiliorem inde potuerit enucleare ſententiam, nō ſolum reſiſtere non debemus, ſed debemus etiā gratulari. Si quem autem mouet quia non dixit, finxit deꝰ adhuc de terra omnes beſtias agri, & de aqua omnia volatilia cœli: ſed tanquā vtraq; genera de terra finxerit, Et finxit, inquit, deus adhuc de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cœli: videat duobus modis eſſe intelligēdum, Aut tacuiſſe nunc vnde finxērit volatilia cœli: quia & tacitū poſſet occurrere, vt non de terra vtrunque accipiatur deum finxiſſe, ſed tantummodo beſtias agri: vt volatilia cœli etiā tacente ſcriptura intelligamus vnde finxerit, velut qui ſciamus in prima cauſalium rationum cōditione ex aquis ea eſſe producta: Aut terram vniuerſaliter ſic appellatā ſimul cum aquis, quemadmodum appellata eſt in illo Pſalmo, vbi

Terra vocabulum.

cœleſtium

A cœleſtium laudibus terminatis, ad terram facta eſt conuerſio ſermonis & dictum, Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyſsi: & cętera. Nec poſtea dictum eſt, Laudate dominum de aquis: Ibi enim ſunt omnes abyſsi, quæ tamē de terra laudãt dominum. Ibi etiã reptilia & volanlia pennata, quæ nihilominus de terra laudant dominum. Secundum iſtam vniuerſalem appellationem terræ, ſecundum quam etiã de toto mundo dicitur, deus qui fecit cœlum & terram, ſiue de arida ſiue de aquis, quæcunq; creata ſunt, de terra creata veraciter intelliguntur.

Pſal. 148.

Quo modo locutus ſit de⁹. Ca. II. Gene. 2.

Nunc iam videamus quo modo accipiendum ſit quod dixit deus, Nō eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſecundum ipſum: vtrum temporaliter vocibus ac ſyllabis editis hoc dixerit deus: an ipſa ratio cōmemorata eſt quæ in verbo dei principaliter erat, vt ſic fœmina fieret: quam rationē ſuſcipiebat etiã tũc ſcriptura cũ diceret, Et dixit deus, fiat hoc aut illud, quando primitus omnia condebãtur. An forte in mēte ipſius hominis hoc dixit deus, ſicut loquitur quibuſdã ſeruis ſuis in ipſis ſeruis ſuis? Ex quo genere ſeruorum eius erat etiã ille qui dixit in Pſalmo, Audiam quid loquatur in me dominus deus. B An aliqua de hac re ipſi homini in ipſo homine per angelũ eſt facta reuelatio in ſimilitudinibus vocũ corporalium, quãuis tacuerit ſcriptura vtrũ in ſomnis an in ecſtaſi, ita enim fieri hæc ſolet, an aliquo modo, ſicut reuelatur Prophetis: Vnde illud eſt, Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me. An per corporalē creaturã vox ipſa ſonuerit, ſicut de nube, Hic eſt filius meus dilectus. Quid ergo ex his omnibus factum ſit, ad liquidum cōprehēdere non valemus: veruntamen certiſsime teneamus dixiſſe hoc deum: & ſi corporali voce vel tēporaliter expreſſa ſimilitudine corporis dixit, nō eum per ſubſtantiam ſuã, ſed per aliquã imperio ſuo ſubditã dixiſſe creaturam, ſicut in libro præcedēte tractauimus. Nã viſus eſt deus poſtea ſanctis viris, aliâs capite albo ſicut lana, aliâs inferiore parte corporis ſicut aurichalcum, aliâs aliter atq; aliter: non tamen illas viſiones hominibus per ſubſtantiã quæ ipſe eſt, ſed per ſubdita ſibi quæ creauit, eum præbuiſſe, & per ſimilitudines formarum vocumq; corporalium quod voluit oſtēdiſſe ac dixiſſe, certiſsimum eſt eis qui ſubſtantiã Trinitatis incōmutabiliter æternam, nec per tēpus, nec per locum moueri, & per tēpus & per locum mouere, vel fideliter credũt, vel etiam excellenter intelligunt. C Non ergo iam quæramus quo modo iſtud dixit, ſed potius intelligamus quid dixerit, Adiutoriũ quippe homini ſecũdum ipſum fuiſſe faciendũ, æterna ipſa veritas habet per quã creata ſunt omnia: & in illa hoc audit qui in ea poteſt cognoſcere quid quare creatum ſit.

Pſal. 84.

Zacha. 2.

Matth. 3.

Adiutoriũ propter ſobolē. Cap. III.

Si autem quęritur, ad quam rem fieri oportuerit hoc adiutoriũ, nihil aliud probabiliter occurrit quàm propter filios procreãdos: ſicut adiutorium ſemini terra eſt, vt virgultũ ex vtroque naſcatur: hoc enim & in prima rerum conditione dictum erat, Maſculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos deus dicens, Creſcite & multiplicamini & implete terrã, & dominamini eius. Quæ ratio conditionis & coniunctionis maſculi & fœminę atque benedictio: nec poſt peccatũ hominis pœnamq; defecit. Ipſa enim eſt ſecũdum quam nunc terra hominibus plena eſt dominantibus eius. Quanquã enim iam emiſsi de paradiſo conueniſſe & genuiſſe cōmemorentur: tamen non video quid prohibere potuerit, vt eſſent eis etiam in paradiſo honorabiles nuptię & thorus immaculatus: hoc deo præſtante fideliter iuſteq; viuentibus, eiq; obediēter ſancteq; ſeruientibus, vt ſine vllo inquieto ardore libidinis, ſine vllo labore ac dolore pariendi, fœtus ex eorum ſemine gignerentur: nō vt morientibus parentibus filij ſuccederent, ſed vt illis qui genuiſſent in aliquo formæ ſtatu manentibus, & ex ligno vitæ quod ibi plantatũ eſt, corporalem vigorē ſumentibus, & illi qui gignerentur ad eundē perducerentur ſtatum: donec certo numero impleto, ſi iuſte omnes obedienterq; viuerent, tunc fieret illa cōmutatio, vt ſine vlla morte animalia corpora cōuerſa in aliã qualitatem, eo quod ad omnem nutum regenti ſpiritui deſeruirēt, & ſolo ſpiritu viuificante ſine vllis alimētorum corporalibus ſuſtentaculis viuerent, ſpiritalia vocarentur. Potuit hoc fieri ſi non præcepti tranſgreſsio mortis ſupplicium mereretur. Qui enim hoc fieri potuiſſe nō credũt, nihil aliud quàm conſuetudinē naturæ iam poſt peccatum pœnamq; humanã ſic currentis attendunt: non autem in eorum genere nos eſſe debemus, qui non credũt niſi quod videre conſueuerunt. Quis enim dubitet homini obedienter & pie viuenti præſtare potuiſſe quod diximus, qui nō dubitat veſtibus Iſraëlitarum impertitum eſſe quendã in ſuo genere ſtatũ, vt per annos quadraginta nulla vetuſtatis detrimenta paterentur?

Gene. 1.

Infra. 6. ca.

2. ſen. diſt. 20. ca. 1.

D

2. ſen. diſt. 20. c. de ur mino.

Deute. 29.

E Cur ergo non coierunt niſi cum exiiſſent de paradiſo: cito reſponderi poteſt, Quia mox creata muliere priuſquam coirent, facta eſt illa tranſgreſsio, cuius merito in mortem deſtinati, etiã de loco illius fœlicitatis exierunt: nō enim ſcriptura tempus expreſsit, quãtum interfuerit inter eos factos, & ex eis natum Cain. Poteſt etiã dici, quia nondũ deus iuſſerat, vt coirent, Cur enim non ad hanc rem diuina expectaretur authoritas, vbi nulla concupiſcentia tanquam ſtimulis inobedientis carnis vrgebat? Ideo autem hoc nō iuſſerat deus, quia ſecundum ſuam præſciētiam diſponebat omnia, in qua & eorum caſum proculdubio præſciebat, vnde iam mortale genus propagãdum eſſet humanum.

Quãdo egreſsi ſint primo. Cap. IIII.

2. ſen. diſt. 20 cap. cur ergo.

Aut ſi ad hoc adiutorium gignendi filios, non eſt facta mulier viro, ad quod ergo adiutorium facta eſt? Si quia ſimul operarentur terram, nondũ erat labor vt adiumento indigeret: & ſi opus eſſet, melius adiutorium maſculus fieret: hoc & de ſolatio dici poteſt, ſi ſolitudinis fortaſſe tædebat. Quanto enim congruentius ad conuiuendum & colloquendum duo amici pariter quàm vir & mulier habitarent? Quòd ſi oportebat alium iubendo, alium obſequendo pariter viuere, ne cōtrariæ voluntates pacem cohabitantium perturbarent: nec ad hoc retinendum ordo defuiſſet, quo F prior vnus, alter poſterior, maxime ſi poſterior ex priore crearetur ſicut fœmina creata eſt, An aliquis dixerit de coſta hominis deum fœminã tantum, nō etiam maſculum, ſi hoc vellet, facere potuiſſe? Quapropter nō inuenio ad quod adiutoriũ facta ſit mulier viro, ſi pariendi cauſa ſubtrahatur.

An adiutorium alia quàm ſobolis cauſa. Cap. V.

Nam ſi parētes filiis ſuis cedere ex hac vita oportebat, vt ita omne humanum genus per deceſsiones & ſucceſsiones certa numeroſitate impleretur, potuerunt etiã homines genitis filiis, perfectaq; humani officij iuſticia hinc ad meliora transferri, non per mortem, ſed per aliquam cōmutationem: aut illam ſummam, qua receptis corporibus fient ſancti ſicut angeli in cœlis: aut ſi illam dari non oportebat, niſi omnibus ſimul in ſeculi fine, aliquã inferiorē quàm illa erit: quæ tamen haberet meliorem ſtatum quã vel hoc corpus habet, vel illa etiam quæ primitus facta ſunt, viri ex limo terrę, mulieris ex viri carne. Neque enim arbitrandum eſt Heliam vel ſic eſſe iam ſicut erunt ſancti, quando peracto operis die, denarium pariter accepturi ſunt: vel ſic, quēadmodũ ſunt homines, qui ex iſta vita nondum

Qualis fuiſſet corporũ mutatio, ſi Adam nõ peccaſſet. Cap. VI.

2. ſen. diſt. 20. cap. de termino.

Gene. 2.

Helias.

Matth. 20.

G dum emigrarunt, de qua ille tamen nō morte,ſed trāſ-
latione migrauit. Iam itaque aliquid melius habet quàm
in hac vita poſſet: quáuis nondum habeat quod ex hac
Hebræ.11. vita recte geſta in fine habiturus eſt: ꝓ nobis enim me-
liora prouiderūt, ne ſine nobis perfecti perficerētur: aut
ſi quiſquā putat hoc Heliā mereri nō potuiſſe, ſi duxiſ-
ſet vxorē, filioſq; procreaſſet: creditur enim nō habuiſſe,
quia hoc ſcriptura non dixit, quanuis & de cœlibatu e-
Gene.5. ius nihil dixerit: quid de Enoch reſpōdebit, qui filiis ge-
nitis deo placens non mortuus, ſed viuus tranſlatus eſt?
Cur ergo & Adam & Eua, ſi iuſte viuentes, caſte filios
procreaſſent, nō eis poſſent tranſlatione nō morte ſuc-
Enoch. cedentibus cedere? Nā ſi Enoch & Helias in Adā mor-
tui, mortiſq; propaginem in carne geſtātes, quod debi-
tum vt ſoluant, creduntur etiam redituri ad hāc vitam,
& quod tandiu dilatum eſt morituri, nūc tamen in alia
vita ſunt: vbi ante reſurrectionē carnis, antequam ani-
male corpus in ſpiritale mutetur, nec morbo, nec ſene-
ctute deficiūt: quanto iuſtius atq; probabilius primis il-
lis hominibus præſtaretur, ſine vllo ſuo parentūmve pec
cato viuentibus, vt in meliorem aliquem ſtatū filiis ge-
nitis cederent: vnde ſeculo finito cum omni poſteritate
H ſanctorum in angelicam formam, non per carnis mor-
tem, ſed per dei virtutem multo fœlicius mutarentur?
Virginitas & nuptiæ. Cap.VII. Non itaque video ad quod aliud adiutorium mulier
facta ſit viro, ſi generandi cauſa ſubtrahitur: quæ nihil-
ominus quare ſubtrahatur ignoro. Vnde enim magnū
magniq; honoris meritū apud deum fidelis & pia vir-
ginitas habet, niſi quia iſto iam tempore continendi ab
amplexu, cum ex omnibus gentibus ad implēdum ſan-
ctorum numerū largiſsima ſuppetat copia, percipiendæ
ſordidæ voluptatis libido nō ſibi vendicat, quod iā ſuf-
ficiēdæ prolis neceſsitudo nō poſtulat? Denique vtriuſ-
que ſexus infirmitas propēdens in ruinam turpitudinis,
recte excipitur honeſtate nuptiarum, vt quod ſanis poſ-
ſit eſſe officium, ſit ęgrotis remedium. Neque enim quia
incōtinentia malum eſt, ideo cōnubium, vel quo incō-
tinentes copulantur, nō eſt bonum: imò vero nō prop-
ter illud malū culpabile eſt hoc bonū, ſed propter hoc
bonum veniale eſt illud malum: quoniam id quod bo-
nū habent nuptiæ, & quòd bonæ ſunt nuptię, peccatum
Matrimonium tria cōplectitur. eſſe nūquam poteſt. Hoc autē tripertitum eſt, fides, pro-
les, ſacramentum: In fide attēditur ne præter vinculum
coniugale, cum altera vel altero concumbatur. In prole
I vt amāter ſuſcipiatur, benigne nutriatur, religioſe edu-
4. ſen.diſt. 31..ca.1.& ca.Et ſi.27 q.2.c.vlt. cetur. In ſacramento autē vt coniugium non ſeparetur,
& dimiſſus aut dimiſſa nec cauſa prolis alteri coniun-
gatur. Hæc eſt tanquam regula nuptiarū, qua vel naturę
decoratur fœcūditas, vel incōtinentiæ regitur prauitas.
Vnde quia ſatis diſſeruimus in eo libro, quem de bono
cōiugali nuper edidimus, vbi & continentiā vidualem,
& excellentiam virginalem pro ſuorū graduum digni-
tate diſtinximus, diutius hic noſter ſtylus non eſt occu-
Fuga vitiorum in contraria. pandus. Nunc enim quærimus cui adiutorio mulier
facta ſit viro, ſi eis ad gignēdos filios, miſceri ſibimet in
paradiſo non licebat. Qui enim hoc ſentiunt, forte pec-
Cap.VIII. catum eſſe omnem cōcubitum putant. Difficile eſt nan-
que, vt dum peruerſe homines vicia deuitant, nō in eo-
** al. pertinaciter.* rum cōtraria perniciter*currant. Etenim ſicut exhorrēs
auariciam, fit profuſus: aut exhorrens luxuriā, fit auarus:
aut inquietus fit, cuius pigriciam reprehenderis: aut cu-
ius inquietudinem, piger: aut qui reprehēſus odiſſe cœ-
perit audaciam ſuam, ad timiditatē fugit: aut qui timi-
dus non eſſe conatur, tanquam abrupto vinculo fit te-
merarius, dū nō ratione, ſed opinione crimina metiun-
tur: ita dum neſciunt homines quid in adulteriis & for- K
nicationibus diuino iure dānetur, etiā cauſa procrean-
di coniugalē cōcubitum deteſtantur. Quod qui non *An cōcubitus propter peccatum. Cap.IX.*
faciunt, ſed tamē fœcunditatē carnis propter ſucceſsio-
nem mortalitatis diuinitus datam ſentiunt: nec ipſi pu-
tant primos illos homines potuiſſe cōcūbere, niſi prop-
ter peccatū quod admiſerant morituri, gignēdo requi-
rerent ſucceſſores: nec attendunt, ſi recte potuerūt ſuc-
ceſſores quæri morituris, multo rectius ſocios quæri po
tuiſſe victuris. Impleta enim terra genere humano, re-
cte proles nō niſi quæ morientibus ſuccederet, quęrere-
tur: vt autē per duos homines terra impleretur, quomo
do ipſi niſi gignendo officium ſocietatis implerent? An
vero ita quis cæcus eſt mente, vt nō cernat quanto ter-
ris ornamento ſit genus humanum, etiam cum à paucis
recte laudabiliterq; viuatur: quantumq; valeat ordo rei-
publicæ, in cuiuſdā pacis terrenę vinculum coërcens e-
tiam peccatores? Neq; enim tantum deprauati ſunt ho-
mines, vt nō etiam tales pecoribus & volatilibus ante-
cellāt, quorum tamen omniū generibus hanc infimam
mundi partem pro ſui loci ſorte decoratam, quem non
conſiderare delectet? Quis autem ita ſit excors, vt putet
minus eā ornari potuiſſe, ſi iuſtis nō morientibus imple- L
retur? Nam quia numeroſiſsima eſt ſuperna ciuitas an-
gelorum, ideo nō recte cōnubio copularentur, niſi mo-
rerentur. Hāc quippe numeroſitatē perfectam etiam in
reſurrectione ſanctorum angelis ſociandam dominus
præſciens ait, In reſurrectione neq; nubēt neque vxores *Matth. 22.*
ducent: non enim incipient mori, ſed erūt æquales an-
gelis dei: hic vero cum implenda eſſet hominibus terra,
& eam propter cognationis arctiorē neceſsitudinē, &
vnitatis vinculum maxime cōmendandū, ex vno opor-
teret impleri, propter quid aliud ſecundum ipſum quę-
ſitus eſt fœmineus ſexus adiutor, niſi vt ſerentem genus
humanum natura muliebris tanquam terræ fœcunditas
adiuuaret? Quanuis honeſtius meliuſq; credatur ita *Qualia futura fuiſſēt corpora, ſi non fuiſſet peccatum. Cap.X.*
fuiſſe tunc illorum hominum corpus animale conſtitu-
torum in paradiſo nōdum mortis lege damnatum, vt
non haberent appetitum carnalis voluptatis, qualē nūc
habēt iſta corpora, quæ iam ex mortis propagine ducta
ſunt. Neque enim nihil eſt in eis factum, cum de ligno
prohibito ediſſent: quandoquidem deus non dixerit, Si
ederitis, morte moriemini: ſed, Quo die ederitis, morte *Gene.2.*
moriemini: vt hocipſum in eis illa faceret dies, quod A-
poſtolus gemit dicens, Condelector legi dei ſecundum M
interiorem hominem, video autem aliam legem in mē- *Roma.7.*
bris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuan-
tem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infœ-
lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominū noſtrū. Nō
enim ſufficeret ei, ſi diceret, Quis me liberabit de hoc
mortali corpore? ſed de corpore, inquit, mortis huius.
Sicut etiā illud, Corpus quidē, inquit, mortuū eſt prop-
ter peccatum. Nec ibi ait mortale, ſed mortuum, quāuis *Roma.8.*
vtique & mortale, quia moriturum: Non ita credēdum
eſt fuiſſe illa corpora, ſed licet animalia, nondum ſpiri-
talia, non tamen mortua, id eſt, quæ neceſſe eſſet vt mo-
rerentur: quod eo die factū eſt, quo lignum vetitum te-
tigerūt. Sicut in ipſis noſtris corporibus quædā pro ſuo
modo ſanitas dicitur, quę ſi perturbata ſic fuerit, vt leta-
lis morbus iā viſcera depaſcatur, quo inſpecto, medici
mortem imminere pronūcient, mortale vtique corpus
etiam tūc dicitur, ſed aliter quàm cum eſſet ſanū, quan-
uis quādoque ſine dubio moriturū. Ita illi homines ani-
malia quidem corpora gerentes, ſed non moritura niſi
peccaſſent,

A peccaſſent, acceptura autẽ angelicã formã, cœleſtemq́;
qualitatem, mox vbi preceptum tranſgreſſi ſunt, eorum
membris velut aliqua ægritudo letalis mors ipſa cõcep-
ta eſt: mutauitq́; illam qualitatem qua corpori ſic domi-
Roma. 7. nabãtur, vt non dicerent, Video aliam legẽ in membris
meis repugnantem legi mentis meæ: quia etſi nondum
ſpiritale, ſed animale corpus erat, nondum tamen erat
Elephãtia- mortis huius, de qua & cum qua nati ſumus. Quid enim
ſis genus aliud, non dicam nati, ſed omnino cõcepti, niſi ægritu-
morbi, vt dinẽ quãdam inchoauimus, qua ſumus ſine dubio mo-
& dyſente- rituri: neque enim tam neceſſe eſt eum ipſo morbo mo-
ria & hy- ri, qui hydropicus, vel dyſentericus, vel elephãtioſus fa-
drops. ctus fuerit, quàm eum qui hoc corpus habere cœperit,
in quo omnes homines natura ſunt filij irę, quia hoc nõ
Ephe. 2. fecit niſi pœna peccati. Quæ cum ita ſint, cur nõ creda-
2. ſen. diſt. mus illos homines ante peccatum ita genitalibus mem-
20. ca. 1. bris ad procreandos filios imperare potuiſſe, ſicut cæte-
ris, quæ in quolibet opere anima ſine vlla moleſtia, &
quaſi pruritu voluptatis mouet? Si enim creator omni-
potens ineffabiliterq́; laudandus, qui & in minimis ſuis
operibus magnus eſt, apibus donauit, vt ſic operẽtur ge-
nerationem filiorum, queadmodum ceræ ſpeciẽ liquo-
B remq́; mellis: cur incredibile videatur primis homini-
bus talia feciſſe corpora, vt ſi nõ peccaſſent, & morbum
quendam, quo morerẽtur, continuo cõcepiſſent, eo nu-
tu imperarẽt membris quibus fœtus exoritur, quo pedi-
bus cum ambulatur, vt neque cum ardore ſeminaretur,
neq; cum dolore pareretur. Nunc vero tranſgrediendo
præceptũ, motũ legis illius, quæ repugnat legi mentis, in
membris conceptæ mortis habere meruerunt, quẽ nup-
tiæ ordinant, continentia cohibet & refrenat, vt quem-
admodum de peccato factum eſt ſuppliciũ, ſic de ſup-
Fœmina plicio fiat meritum. Factam itaque fœminam viro de
qua ſit fa- viro, in eo ſexu in ea forma & diſtinctione mẽbrorum,
cta forma. qua fœminæ notę ſunt, quę peperit Cain & Abel, & om
Cap. XI. nes fratres eorum, ex quibus omnes homines naſceren-
tur, in quibus peperit etiam Seth, per quem ventum eſt
ad Abraham & ad populum Iſraël, gentemq́; omnibus
iam notiſsimam gẽtibus, & per Noë filios omnes gen-
† nutare. tes, quiſquis dubitauerit, omnia cogit vitare† quæ credi-
mus, longeq́; à fidelium mentibus repellendus eſt. Cum
ergo quæritur ad quod adiutorium factus ſit ille ſexus
viro, diligenter, quãtum valeo, cuncta cõſideranti, non
C niſi cauſa prolis occurrit, vt per eorum ſtirpẽ terra im-
pleretur, & non eo modo procreatã quo nũc procrean-
tur homines, cum ineſt peccati lex in mẽbris repugnans
Roma. 7. legi mentis, etiam ſi per dei gratiã virtute ſuperatur: hoc
enim eſſe non potuiſſe credendum eſt, niſi in corpore
mortis huius, quod corpus mortuum eſt propter pecca-
Roma. 8. tum. Et quid hac pœna iuſtius, quàm vt non ad omnem
nutũ ſeruiat corpus, id eſt ſuus famulus animæ, ſicut do-
mino ſuo detrectauit ipſa ſeruire: ſiue vtrunque ex parẽ-
tibus creet deus, corpus ex corpore, animam ex anima:
ſiue alio modo faciat animas, nõ vtique ad opus impoſ-
ſibile, nec mercede parua: vt cũ anima pietate deo ſub-
dita, legem iſtam peccati quæ eſt in membris corporis
mortis huius, quã primus homo accepit in pœnam, vi-
cerit ipſa per gratiam, prẽmium cœleſte percipiat maio-
re gloria, demonſtrans quanta ſit laus obedientiæ, quæ
Animãtia alienæ inobedientiæ pœnam potuit virtute ſuperare.
quare ad- Sed quoniã cui adiutorio fœmina facta ſit viro, ſa-
ducta ad tis, quantum exiſtimo, requiſitũ eſt, illud iam videamus
Adam. quare ſit factum, quòd adductæ ſunt ad Adã omnes be-
Cap. XII. ſtiæ agri, & omnia volatilia cœli, vt eis nomina impo-
neret, atq; ita velut neceſsitas oriretur creandi ei fœmi-
nam ex eius latere, cum inter illa animalia ſimile illi ad- D
iutoriũ non fuiſſet inuentũ. Videtur enim mihi propter
aliquam ſignificationẽ propheticam factum, ſed tamen
factum, ex re geſta cõfirmata, figuræ interpretatio libera
relinquatur. Quid eſt enim hocipſum quod volatili-
bus, terreſtribuſq́; animantibus, non etiam piſcibus, atq́;
omnibus natatilibus Adam nomina impoſuit? Si enim
linguæ humanæ cõſulantur, ſic appellantur hæc omnia,
quemadmodum eis homines loquẽdo nomina poſue-
runt. Nõ ſolum hæc quæ ſunt in aquis & terris, verum-
etiã ipſa terra & aqua & cœlum, & quæ videntur in cœ-
lo, & quæ non videntur, ſed creduntur, pro diuerſitate
linguarum gentilium, diuerſis nominibus appellantur.
Vnam ſanè linguã primitus fuiſſe didicimus, antequam *Gene. 11.*
ſuperbia turris illius poſt diluuiũ fabricatæ: in diuerſos
ſignorum ſonos humanam diuideret ſocietatem. Quæ-
cunque autẽ illa lingua fuerit, quid attinet quærere? Illa
certe tunc loquebatur Adã, & in ea lingua ſi adhuc vſq́;
permanet, ſunt illæ voces articulatæ, quibus primus ho-
mo animalibus terreſtribus & volatilibus nomina im-
poſuit. Non igitur vllo modo credibile eſt in eadẽ lin-
gua nomina piſcium nõ ab homine, ſed diuinitus inſti-
tuta, quæ deo dicente homo poſtea diſceret. Quod ſi ita E
etiam factũ eſſet, quare ita factũ eſſet, proculdubio my-
ſtica ſignificatio reſonaret. Sed credẽdum eſt paulatim
cognitis piſcium generibus, nomina impoſita: tũc autẽ
cum pecora, & beſtiæ, & volatilia ad hominẽ adducta
ſunt, vt eis ad ſe cõgregatis, generatimq́; diſtinctis, no-
mina imponeret: quibus etiam ipſis paulatim, & multo
citius quàm piſcibus, ſi hoc factũ nõ eſſet, poſſet nomi-
na imponere: quid fuit cauſæ, niſi ratio aliquid ſignificã
di, quod ad prænunciationẽ futurorum valeret? Cui rei
maxime ordo narrationis huius inuigilat. Deinde nun-
quid ignorabat deus nihil tale ſe creaſſe in naturis ani-
malium, quod ſimile adiutorium poſſet eſſe homini? An
opus erat vt hoc etiã ipſe homo cognoſceret, & eo cõ-
mendatiorẽ haberet vxorem ſuam, quòd in omni car-
ne creata ſub cœlo, & de hoc aëre ſicut ipſe viuẽs viuẽ-
te, nihil eius ſimile inuenerit? Mirũ ſi hoc ſcire non poſ-
ſet, niſi omnibus ad ſe adductis atq; perſpectis. Si enim
deo credebat, poſſet hoc illi eo modo dicere, quo mo-
do & præceptũ dedit, quo modo & peccantẽ interro-
gauit atque iudicauit: Si autẽ nõ credebat, profecto neq;
hoc ſcire poterat, vtrum ad eum omnia ille, cui nõ cre- F
debat, adduxerit, an forte in aliquibus ab illo remotio-
ribus terræ partibus aliqua ei ſimilia, quæ nõ demõſtraſ-
ſet, abſconderit. Nõ itaque arbitror dubitandũ hoc ali- *2. Retract.*
cuius propheticæ ſignificationis gratia factũ, ſed tamen *cap. 24.*
factũ. Neq; hoc opere ſuſcepimus prophetica ænigma-
ta perſcrutari, ſed rerum geſtarũ fidem ad proprietatem
hiſtoriæ cõmendare: vt quod impoſsibile videri vanis
atq; incredulis poteſt, aut ipſi authoritati ſanctæ ſcrip-
turę velut teſtificatione cõtraria repugnare, id pro meis
viribus, quantũ deus adiuuat, diſſerendo demonſtrem,
neque impoſsibile eſſe neque contrarium. Quod autem
poſsibile quidem apparet, nec habet vllam ſpeciem re-
pugnantiæ, ſed tamen quaſi ſuperfluũ, vel etiam ſtultum
quibuſdã videri poteſt, hocipſum diſputando demon-
ſtrem, quòd ideo tanquã rerum geſtarum naturali vel
vſitato ordine factũ eſt, vt cordibus noſtris fideliſsima
ſanctarum ſcripturarum authoritate prælata, quia ſtul- *† al. repus.*
tum eſſe nõ poteſt, myſticum eſſe credatur, quãuis eius *Cur de la-*
expoſitionem vel inquiſitionem aut alibi iam exhibue- *tere facta*
rimus, aut in opus† aliud differamus. Quid ergo ſi- *ſit mulier.*
bi vult etiam illud, quòd mulier viro de latere facta eſt? *Cap. XIII.*

Verum

G Verum eſto propter ipſius cõiunctionis vim cõmendã-
2. ſen. diſt. dam, hoc ita fieri oportuiſſe credamus, Nũquid etiã vt
18. ca. cum dormiẽti fieret, eadem ratio vel neceſsitas flagitabat, vt
antẽ cũ ſe. deoique oſſe detracto, in cuius locum caro ſuppleretur?
Nõ enim nõ potuit ipſa caro detrahi, vt inde cõgruen-
tius, quòd ſit ſexus infirmior, mulier formaretur? An ve-
ro tam multis additis, coſtam deus ędificare potuit in
mulierem, & carnẽ pulpámve nõ potuit, qui de puluere
ipſum hominem fecit? Aut ſi iam coſta fuerat detrahen-
da, cur non altera pro ea coſta repoſita eſt? Cur etiã non
dictum eſt, finxit aut fecit, ſicut in omnibus ſupra operi-
bus: ſed ædificauit, inquit, dominus deus illam coſtam,
non tanquam corpus humanum, ſed tãquam domum?
Non eſt itaque dubitandũ quoniam hæc facta ſunt, &
ſtulta eſſe non poſſunt, ob aliquid ſignificãdum eſſe fa-
cta, fructum futuri ſeculi ab ipſo iam primordio gene-
ris humani deo præſcio in ipſis ſuis operibus miſericor-
diter prædicante: vt certo tẽpore ſeruis ſuis, ſiue per ho-
minũ ſucceſsiones, ſiue per ſuum ſpiritum vel angelo-
rum miniſterium reuelata atque conſcripta & promit-
tendis rebus futuris & recognoſcẽdis impletis teſtimo-
H nium perhiberent: quod magis magiſq; in conſequenti-
Quo modo bus apparebit. Videamus ergo quod iſto opere ſuſce-
animalia pimus, non ſecundum præfigurationem rerum futura-
adducta rum, ſed ſecundum rerum geſtarũ non allegoricam ſed
ad Adã. propriam ſignificationem, quemadmodum hæc accipi
Cap. XIIII. poſſunt, Et finxit deus, inquit, adhuc de terra omnes be-
ſtias agri, & omnia volatilia cœli: vnde iã quod viſum
eſt, & quantũ viſum eſt, diſſeruimus. Et adduxit omnia
ea ad Adã, vt videret quid ea vocaret. Quo modo hæc
adduxerit deus ad Adam, ne carnaliter ſapiamus, adiu-
uare nos debet quod de bipertito opere diuinæ proui-
dẽtiæ in libro ſuperiore tractauimus. Neque enim ſicut
indagant atq; adigunt venãtes aut aucupantes ad retia,
quæcunque animaotia capiunt: ita hoc factũ eſſe credẽ-
dũ eſt: aut vox aliqua iuſsionis de nube facta eſt eis ver-
bis, quæ rationales animæ audiẽtes, intelligere atq; obe-
dire aſſolent. Non enim hoc acceperũt vt poſsint beſtię
vel aues, in ſuo tamen genere obtẽperant deo: nõ ratio-
nali volũtatis arbitrio, ſed ſicut mouet ille omnia tem-
poribus opportunis, non ipſe tẽporaliter motus, per an-
gelica miniſteria: quæ capiunt in verbo eius, quid quo
tempore fieri debeat: & illo nõ temporaliter moto, mo-
I uentur ipſa temporaliter, vt in iis quæ ſibi ſubiecta ſunt,
iuſſa eius efficiant. Omnis enim anima viua, non ſolum
rationalis ſicut in hominibus, verumetiã irrationalis ſi-
cut in pecoribus, & volatilibus, & piſcibus, viſis moue-
tur. Sed anima rationalis voluntatis arbitrio vel cõſen-
tit viſis vel non cõſentit: irrationalis autẽ nõ habet hoc
iudicium, pro ſuo tamen genere atq; natura viſo aliquo
tacta propellitur. Nec in poteſtate illius animæ eſt, quæ
illi viſa veniant, ſiue in ſenſum corporis, ſiue in ipſum
ſpiritum interius: quib⁹ viſis, appetitus moueatur cuiuſ-
libet animãtis: ac ſic cum ea viſa per angelorũ obediẽ-
tiam deſuper miniſtrantur, peruenit iuſsio dei non ſolũ
Iona. 2. ad homines, nec ſolum ad aues & pecora, verumetiam
ad ea quæ ſub aquis latent, ſicut ad cetum, qui glutiuit
Ionam. Nec ſolum ad iſta maiora, verumetiã ad vermi-
culum: nam & huic legimus diuinitus iuſſum, vt radi-
Iona. 4. cẽ cucurbitæ roderet, ſub cui⁹ vmbraculo Propheta re-
quieuerat. Si enim homini donauit deus ſic eũ inſtituẽs,
vt etiam carnem peccati portans, poſsit nõ ſolũ pecora
& iumenta ſuis vſibus ſubdita, nec tantum domeſticas
aues, ſed etiam liberæ voluntatis quaſlibet etiã ſæuas fe-
ras & capere & manſuetas facere, & eis mirabiliter im-
perare potentia rationis, nõ corporis: cum earum appe- K
titus & dolores captans, paulatimq; illectãdo, premen-
do, laxandoq; moderans, agreſti eas exuit cõſuetudine,
& tanquam humanis moribus induit: quãto magis an-
geli hoc poſſunt, qui iuſsione dei in ipſa eius, quã ſem-
piternè intuentur, incõmutabili veritate perſpecta, mo-
nẽtes ſe per tẽpus, & corpora ſibi ſubdita per tempus &
locum, agilitate mirabili & iuſſa quibus mouentur, &
appetitũ carnalis indigentiæ valent efficere omni ani-
mæ viuæ, vt quò eam venire opus eſt, neſciens adduca-
tur? Iam ergo videamus, ipſa mulieris formatio, quæ *Formatio*
myſtice etiam ædificatio dicta eſt, quẽadmodum facta *mulieris*
ſit. Natura quippe mulieris creata eſt, quanuis ex virili, *per quem.*
quæ iam erat, non aliquo motu iam exiſtẽtium natura- *Cap. XV.*
rum, Angeli autem nullam omnino poſſunt creare na- *2. ſen. diſt.*
turã: ſolus enim vnus cuiuſlibet naturæ, ſed magnæ ſeu *18. ca. ſolet.*
minimæ, creator eſt deus, id eſt, ipſa trinitas, pater & fi-
lius & ſpiritus ſanctus. Aliter ergo quæritur, quẽadmo-
dum ſit ſoporatus Adam, coſtaq; eius ſine vllo doloris
ſenſu à corporis cõpage detracta ſit. Hæc enim fortaſſe
dicãtur potuiſſe per angelos fieri: formare autẽ vel ædi-
ficare coſtam, vt mulier eſſet, vſqueadeo nõ potuit niſi L
deus, à quo vniuerſa natura ſubſiſtit, vt ne illud quidem
carnis ſupplemẽtum in corpore viri, quod in illius co-
ſtæ ſucceſsit locum, ab angelis factum eſſe crediderim:
ſicut nec ipſum hominem de terræ puluere: non quòd
nulla ſit angelorũ opera, vt aliquid creetur, ſed nõ ideo
creatores ſunt: quia nec agricolas creatores ſegetũ atq;
arborum dicimus. Non enim qui plãtat eſt aliquid, ne- *1. Corin. 3.*
que qui rigat, ſed qui incremẽtum dat deus. Ad hoc in-
cremẽtum pertinet etiã in corpore humano, quòd oſſe
dempto, locus carne ſuppletus eſt: illo ſcilicet opere dei,
quo naturas ſubſtituit vt ſint, quo ipſos quoque angelos
creauit. Opus itaque agricolæ eſt, vt aquam ducat cũ ri-
gat: non autem opus eius eſt, vt aqua per decliuia prola-
batur, ſed illius qui omnia in menſura & numero & põ- *Sapien. 11.*
dere diſpoſuit. Itẽ opus agricolæ eſt vt ſurculus auella-
tur ex arbore, terræq; mandetur: at non opus eius eſt vt
ſuccum imbibat, vt germẽ emittat, vt aliud eius ſolo fi-
gat, quo radicẽ ſtabiliat: aliud in auras promoueat quo
robur nutriat, ramoſq; diffundat: ſed illius qui dat incre
mentum. Medicus etiã ægro corpori alimentũ adhibet,
& vulnerato medicamentum, Primum non de rebus
quas creauit, ſed quas creatas opere creatoris inuenit. M
Deinde cibũ vel potũ pręparare potuit & miniſtrare, &
emplaſtrũ formare, & medicamenta illico apponere: nũ
etiam ex iis quæ adhibet, operari & creare vires vel car-
nem poteſt? Natura id agit interiore motu, nobiſq; oc-
cultiſsimo. Cui tamẽ ſi deus ſubtrahat operationem in-
timam, qua eam ſubſtituit & facit, continuo tanquã ex-
tincta nulla remanebit. Quapropter cũ deus vniuerſam
creaturã ſuam bipertito quodam modo opere prouidẽ-
tię, de quo in ſuperiore libro locuti ſumus, & in natura-
libus & in volũtariis motibus adminiſtret, creare natu-
ram tam nullus angelus poteſt, quàm nec ſeipſum. Vo-
luntas vero angelica obedienter deo ſubdita, eiuſq; ex-
ecuta iuſsionẽ, naturalibus motibus de rebus ſubiectis
tanquam materiam miniſtrare, vt ſecundum illas prin-
cipales in verbo dei non creatas, vel ſecundum illas in
primis ſex dierum operibus cauſaliter creatas rationes
aliquid in tempore creetur, more agricolandi vel me-
dẽdi poteſt. Quale itaque miniſterium deo exhibuerint
angeli in illa mulieris formatione, quis audeat affirma-
re? Certiſsime tamen dixerim, ſupplementum illud car-
nis in coſtæ locũ ipſiuſque fœminæ corpus & animam
confor-

A conformationemq; membrorum,omnia viſcera,ſenſus omnes, & quicquid erat quo illa & creatura & homo & fœmina erat,nō niſi in illo opere dei factū,quod deus nō per angelos,ſed per ſemetipſum operatus eſt: nec dimiſit,ſed ita cōtinuanter operatur, vt nec vllarum aliarum rerum, nec ipſorum angelorum natura ſubſiſtat, ſi non operetur.

Tarditas ingenij humani nō aſſequitur opera dei. Cap. XVI.

Sed quoniam carnem animatam atq; ſentientem, quantum naturam rerū pro humano captu experiri potuimus, nō nouimus naſci niſi aut ex iſtis tanquam materialibus elemētis,hoc eſt ex aqua & terra:aut ex fruticibus vel lignorū fructibus , vel etiam ex carnibus animalium,ſicut innumerabilia genera vermiū ſiue reptilium,aut certe ex cōcubitu parentum: nullā autem carnem natam ſcimus ex carne cuiuſlibet animātis,quę tam eſſet ei ſimilis,vt ſexu tantum diſcerneretur,quærimus in rebus creationis huiuſmodi ſimilitudinem, qua mulier de viri latere facta eſt , nec poſſumus inuenire: non ob aliud,niſi quia homines quēadmodū operētur, in hac terra nouimus:quemadmodum autem angeli in hoc mundo quodam modo agricolētur, non vtiq; nouimus nam profecto ſi remota hominū induſtria fruticum genus naturæ curſus operaretur, nihil aliud noſſe- B mus quàm ex terra naſci arbores & herbas , & ex earum ſeminibus ab eis itidem in terram cadētibus , Nunquid innoteſceret nobis quid valeret inſitio , vt alterius generis lignū radice propria, poma portaret aliena,& coaleſcente vnitate iam ſua? Hæc per agricolarū opera didicimus,cum ipſa creaturis arborum nullo modo præeſſent, †ſed naturæ curſum deo creanti ſuum quoddam officium miniſteriūmque præberent: nequaquam enim quicquā per eorum opera exiſteret , ſi hoc in dei opere intima naturæ ratio nō haberet. Quid ergo mirū,ſi hominē ex oſſe hominis factā nō nouimus,quādo creanti deo quēadmodum angeli ſeruiant ignoramus : qui nec arborē ex arboris ſurculo in robore alieno factā noſſe poſſemus,ſi & iſta deo creanti, quēadmodum agricolæ ſeruiant,ſimiliter neſciremus? Nullo modo tamē dubitamus & hominū &.arborū non niſi deum eſſe creatorem,fideliterq; credimus factam fœminam ex viro,nullo interueniente cōcubitu , etiam ſi forte coſta hominis miniſtrata ſit per angelos in opere creatoris:ſicut fideliter credimus etiam virum factum ex fœmina nullo interueniente cōcubitu, cum ſemen Abrahæ diſpoſitū eſt C per angelos in manu mediatoris:vtrunq; infidelibus incredibile eſt: fidelibus autem cur ad rei geſtæ proprietatem quod de Chriſto factum eſt, & tantū ad figuratam ſignificationem,quod de Eua ſcriptum eſt credibile nō videatur? An vero ſine cuiuſquam concubitu vir ex fœmina fieri potuit,fœmina ex viro nō potuit? Et virginalis vterus vnde vir fieret habebat,virile autem latus vnde fœmina fieret non habebat: cum hic dominus de famula naſceretur,ibi de ſeruo famula formaretur? Poterat & dominus carnē ſuam de coſta vel de aliquo mēbro virginis creare. Sed qui poſſet oſtēdere in corpore ſuo hoc ſe iterū feciſſe quod factū eſt, vtilius in matris corpore oſtendit nihil pudēdum eſſe quod caſtum eſt.

† al. cū ipſi creatores arborū nullo modo eſſēt.

Galat. 3.

2. Retract. cap. 24.

Cauſæ ſuperiores & inferiores. Cap. XVII.

Gene. 1.

2. ſen. diſt. 18 cap. ſed quæritur.

Quòd ſi quæritur , quo modo ſe habeat cauſalis illa conditio in qua primum hominē deus fecit ad imaginem ac ſimilitudinē ſuam,Ibi quippe & hoc dictum eſt, maſculum & fœminam fecit eos: vtrum iam illa ratio quam mundi primis operibus indidit atque cōcreauit deus,id habebat , vt ſecundum eam neceſſe eſſet ex viri latere fœminam fieri? an hoc tantū habebat vt fieri poſſet, vt autem ita fieri neceſſe eſſet non ibi iam cōditum, ſed in deo erat abſconditum:Si hoc ergo quæritur, dicā quid mihi videatur ſine affirmādi temeritate, Quod D tamen cum dixero,fortaſſe prudenter iſta cōſiderantes, quos iam Chriſtiana fides imbuit, etiam ſi nunc primitus iſta cognoſcunt,nō eſſe dubitandū iudicabūt . Omnis iſte naturæ vſitatiſsimus curſus habet quaſdā naturales leges ſuas,ſecundum quas & ſpiritus vitę qui creatus eſt , habet quoſdā appetitus ſuos determinatos quodam modo,quos etiam mala voluntas non poſsit excedere, Et elementa mundi huius corporei habent definitam vim qualitatemq; ſuam quid vnumquodq; valeat vel nō valeat,quid de quo fieri poſsit vel non poſsit. Ex his velut primordiis rerum, omnia quæ gignuntur ſuo quoque tēpore exortus proceſſuſq; ſumunt , fineſque & deceſsiones ſui cuiuſque generis , Vnde fit vt de grano tritici nō naſcatur faba, vel de faba triticum , vel de pecore homo,vel de homine pecus. Super hunc autē motum curſumq; rerum naturalē , poteſtas creatoris habet apud ſe poſſe de his omnibus facere aliud,quàm eorum quaſi ſeminales rationes habent:nō tamē id quod in eis poſuit,vt de his fieri vel abſque ipſo poſsit, Neque enim potentia temeraria,ſed ſapientiæ virtute omnipotēs eſt: & hoc de vnaquaque re in ſuo tēpore facit , quod ante E in ea fecit vt poſsit? Alius ergo eſt rerū modus quòd illa herba ſic germinat:illa ſic,illa ętas parit,illa nō parit,homo loqui poteſt,pecus nō poteſt. Horum & talium modorum rationes,nō tātum in deo ſunt,ſed ab illo etiam rebus creatis inditę atque cōcretæ. Vt autem lignum de terra exciſum,aridum,perpolitum, ſine radice vlla, ſine terra & aqua repente floreat & fructū gignat, vt per iuuentam ſterilis fœmina in ſenectute pariat , vt aſina loquatur,& ſi quid eiuſmodi eſt,dedit quidē naturis quas creauit,vt ex eis & hæc fieri poſſent . Neque enim ex eis vel ille faceret,quod ex eis fieri nō poſſe ipſe præfigeret, quoniam ſeipſo nō eſt nec ipſe potentior. Veruntamen alio modo dedit, vt nō hoc haberent in motu naturali, ſed in eo quo ita creata eſſent, vt eorum natura volūtati potentiori amplius ſubiaceret.

2. ſen. diſt. 18. cap. omnium.

2. ſen. diſt. 18. cap. omnium.

Nume. 17.

Gene. 21.

Nume. 22.

Mulier quo modo facta Ca. XVIII.

2. ſen. diſt. 18. cap. omnium.

Habet ergo deus in ſeipſo abſconditas quorundam factorū cauſas, quas rebus conditis non inſeruit,eaſque implet non illo opere prouidentiæ quo naturas ſubſtituit vt ſint , ſed illo quo eas adminiſtrat vt voluerit quas vt voluit condidit, Ibi eſt & gratia per quam ſalui fiunt peccatores . Nā quod attinet ad naturā iniqua ſua voluntate deprauatam, re- F curſum per ſemetipſum non habet, ſed per dei gratiam qua adiuuatur & inſtauratur. Neq; enim deſperādi ſunt homines in illa ſentētia in qua ſcriptum eſt,Omnes qui ambulant in ea nō reuertentur. Dictum eſt enim ſecundum pondus iniquitatis ſuæ , vt quòd reuertitur qui reuertitur,non ſibi tribuat,ſed gratiæ dei,nō ex operibus, ne forte extollatur . Propterea myſterium gratiæ huius Apoſtolus abſconditū dixit, nō in mundo, in quo ſunt abſconditæ cauſales rationales omnium rerum naturaliter creatarum†, ſicut abſconditus erat Leui in lumbis Abrahæ,quando & ipſe decimatus eſt,ſed in deo,qui vniuerſa creauit . Quamobrem omnia etiā quæ ad hanc gratiam ſignificandā,nō naturali motu rerum, ſed mirabiliter facta ſunt , eorum etiā abſcōditæ cauſæ in deo fuerant:quorū etiam ſummum erat, quòd ita mulier facta eſt de latere viri, & hoc dormientis : quæ per ipſum firma facta eſt,tanquam eius oſſe firmata:ille autē propter ipſam infirmus , quia in locum coſtæ non coſta ſed caro ſuppleta eſt:nō habuit hoc prima rerum conditio, quādo ſexto die dictum eſt, Maſculum & fœminam fecit eos,vt fœmina omnino ſic fieret : ſed tātum hoc habuit,quia & ſic fieri poſſet, ne cōtra cauſas,quas volun-

Prouer. 2.

Ephe. 2.

†ſeminarū.

Gene. 1.

tate

G tate inſtituit, mutabili volũtate aliquid fieret. Quid au-
tem fieret, vt omnino aliud futurum nõ eſſet, abſcondi-
Ephe.3. tum erat in deo, qui vniuerſa creauit. Sed quoniam ſic
dixit abſcõditũ, vt innoteſceret principibus & poteſta-
tibus in cœleſtibus, per eccleſiam multiformis ſapientię
dei probabiliter creditur: ſicut illud ſemen, cui promiſ-
ſum eſt, diſpoſitũ eſt per angelos in manu mediatoris:
2. Retrac. ſic omnia quę ad ipſius ſeminis aduentũ vel pręnũcian-
cap.24. dum vel annũciandum in rerũ natura, præter vſitatum
naturæ curſum mirabiliter facta ſunt, miniſtrãtibus an-
gelis eſſe facta: vt tamen vbique creator vel reparator
creaturarum nõ ſit, niſi qui plãtatore & rigatore quoli-
1. Corin.3. bet ſolus incrementum dat deus. Ac per hoc etiã illa
Ecſtaſis ecſtaſis, quã deus immiſit in Adam, vt ſoporatus obdor-
Adæ. Cap. miret, recte intelligitur ad hoc immiſſa, vt & ipſius mẽs
XIX. per ecſtaſim particeps fieret tanquam angelicę curiæ, &
Pſal.72. intrans in ſanctuarium dei intelligeret nouiſſima. De-
nique euigilans tanquã prophetię plenus, cum ad ſe ad-
ductam coſtam, mulierem ſuam videret, eructauit cõti-
nuo, quod magnum ſacramentum cõmendat Apoſto-
Gene.2. lus, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea:
Ephe.5. Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro ſumpta eſt: &
H propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem,
& adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Quę
verba cum primi hominis fuiſſe ſcriptura ipſa teſtetur,
dominus tamen in Euangelio deum dixiſſe declarauit.
Matth.19. Ait enim, Nõ legiſtis, quia qui fecit ab initio maſculum
† relinquet. & fœminam fecit eos, & dixit, Propter hoc dimittet† ho
mo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt
duo in carne vna: vt hinc intelligeremus propter ecſta-
ſim quæ præceſſerat in Adam, hoc eum diuinitus tan-
quam Prophetã dicere potuiſſe. Sed iam iſte huius libri
terminus placet, vt ea quæ ſequũtur, ab alio exordio re-
mouent intentionem legentium.

Libri noni finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Geneſi ad literam, Liber decimus.

Vnde anima mulieris. Cap.I.
I IAM quidem ordo ipſe videtur ex-
poſcere, vt de peccato primi homi
nis diſſeram⁹: ſed quia de carne mu
lieris, quẽadmodum facta ſit, ſcrip-
tura narrauit, tacuit autem de ani-
ma, multomagis nos fecit intentos
2. ſen. diſt. vt de hoc diligentius inquiramus:
18. ca. fin. quonam modo refelli poſsint, ſiue non poſsint, qui cre-
dunt animã de anima hominis, ſicut carnem de carne
fieri, à parẽtibus in filios vtriuſque rei transfuſis ſemini-
bus. Hinc enim primitus ad hoc mouentur, vt dicant
quòd vnam animã deus fecerit, ſufflando in faciem ho
minis, quem de puluere finxerat, vt ex illa iam cæteræ
crearẽtur animæ hominum, ſicut ex illius carne omnis
etiam caro hominum: quoniam primo Adam formatus
eſt, deinde Eua: & ille quidẽ vnde habuerit corpus, vn-
de animã dictum eſt, corpus videlicet puluerem terræ,
animam vero flatum dei: At illa de illius latere cum fa-
cta dicatur, nõ dicitur quòd eam deus flando ſimiliter
animauerit, tanquam vtrunque de illo ductum ſit, qui
iam fuerat animatus. Aut enim taceri oportuit, inquiũt,
etiam de anima viri, vt eam ſicut poſſemus datam diui-
nitus, vel intelligerem⁹ vel certe crederemus. Aut ſi hoc
propterea ſcriptura non tacuit, ne animã quoque ſicut
carnem hominis de terra factã eſſe putaremus, debuit K
& de mulieris anima nõ taceri, ne putaretur ex traduce
ſi hoc verum non eſt. Quapropter ideo tacitum eſt, in-
quiũt, quòd in eius faciẽ flauerit deus, quia illud verum
eſt quòd & anima ex homine propagata eſt. Huic ſuſpi-
cioni facile occurritur, Si enim propterea putãt animã
mulieris ex anima viri factam, quia nõ ſcriptũ eſt quòd
in mulieris faciẽ flauerit deus, cur credunt ex viro ani-
matam fœminam, quãdo ne id quidẽ ſcriptum eſt? Vn-
de ſi deus omnes animas hominũ naſcẽtium ſicut pri-
mam facit, propterea ſcriptura de aliis tacuit, quoniam
poſſet quod in vna factum cõmemoratum eſt, etiam de
cæteris prudẽter intelligi. Itaque ſi oportuit nos per hãc
ſcripturã de hac re aliquid admoneri, magis ſi aliquid
aliud fiebat in fœmina quod in viro factum non erat,
vt ex carne animata eius anima duceretur, nõ ſicut viri
eius aliunde corpus, aliunde anima: hoc ipſum quod a-
lio modo fiebat, ſcriptura potius tacere non debuit, ne
hoc itidem factum putaremus quod iam de illo didice-
ramus. Proinde quia nõ dixit ex anima viri factam eſſe
animã mulieris, conuenientius creditur eoipſo nos ad-
monere voluiſſe, nihil hic aliud putare quàm de viri a-
nima noueramus, id eſt, ſimiliter datã eſſe mulieri: cum L
præſertim eſſet euidẽtiſsimæ occaſionis locus, vt ſi non
tunc quando formata eſt, poſtea certe diceretur, vbi ait
Adam, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne *Gene.2.*
mea. Quanto enim charius amantiuſq; diceret, & ani-
ma de anima mea? Nõ tamen hinc tam magna quæſtio
iam ſoluta eſt, vt vnum horũ manifeſtum certumq; te-
neamus. Quamobrem primum videndum eſt, vtrũ *Repetitio ſuperiorũ librorum.*
ſacra ſcriptura libri huius ab eius exordio pertractata
hinc nos dubitare permittat, vt nunc recte fortaſſe re-
quiramus, aut quę nam ſententia potius eligenda ſit, aut *Cap.II.*
in rei huius incerto quemadmodum tenere debeamus.
Certe enim ſexto die fecit deus hominẽ ad imaginem *Gene.1.*
ſuam, vbi etiam dictum eſt, Maſculum & fœminam fe-
cit eos. Quorum illud ſuperius vbi imago dei cõmemo-
rata eſt, ſecundum animam, hoc autem vbi ſexus diffe-
rentia ſecundum carnem accipiebamus. Et quoniã tot
ac tanta teſtimonia quæ ibi conſiderata atque tractata
ſunt, nos non ſinebant eodẽ ipſo ſexto die, etiã forma-
tum de limo hominẽ mulieremq; de latere eius accipe-
re: ſed hoc poſtea factũ eſſe poſt illa primitus opera dei,
in quibus creauit omnia ſimul: quæſiuimus quid de bo- *Eccli.18.*
minis anima crederemus: diſcuſsiſq; omnibus diſcepta- M
tionis noſtræ partibus, illud credibilius vel tolerabilius
dici viſum eſt, quòd ipſa hominis anima in illis operi-
bus facta eſt, corporis vero eius in mũdo corporeo tan-
quam in ſemine ratio: ne cogeremur cõtra verba ſcrip-
turæ aut ſexto die totum factũ dicere, id eſt, de limo vi-
rum, & de eius latere fœminã: aut in illis ſex dierũ ope-
rib⁹ nullo modo eſſe factũ hominẽ: aut corporis huma-
ni cauſalem rationem tantummodo factam, animę au-
tem nullam, cum potius ſecundum ipſam ſit homo ad
imaginem dei. Aut certe & ſi non contra verba ſcrip-
turæ aperte poſita, tamen dure atque intolerabiliter di-
ceremus: vel in ea creatura ſpiritali quę ad hoc tãtũmo-
do creata eſſet, factam fuiſſe animæ humanæ rationem,
cũ ipſa creatura in qua iſta ratio facta diceretur, nõ cõ-
memoratur in operibus dei: vel in aliqua creatura quæ
in illis cõmemoratur operibus, factam rationẽ animæ,
velut in omnibus qui iam ſunt facti, ratio latet generã-
dorũ filiorum: ac ſic eam vel angelorum filiã, vel quod *Origo animarum.*
eſt intolerabilius alicuius elementi corporei filiam cre-
deremus. Sed nunc ſi ob hoc mulier non de viro, *Cap.III.*
ſed

A ſed ſimiliter vt ille à deo factam animā aſſeritur accepiſſe, quia ſingulas ſingulis deus facit, non erat facta in illis primis operibus anima fœminę. Aut ſi generalis omnium animarū ratio facta fuerat, ſicut in hominibus ratio gignendi, reditur ad illud durū ac moleſtum, vt vel angelorum, vel quod indigniſsimū eſt, cœli corporei, vel alicuius etiam inferioris elementi filias animas hominum eſſe dicamus. Ac per hoc videndum eſt, & ſi latet quid verum ſit, quid ſaltem tolerabilius dici poſsit: vtrū hoc quod modo dixi: an in illis primis dei operibus vnā animam primi hominis factā, de cuius propagine omnes hominum animæ crearētur: an nouas ſubinde animas fieri, quarū nulla vel ratio facta præceſſerit in primis illis ſex dierum operibus dei. Horum autē

Eccle.18. trium duo priora non repugnant primis illis conditionibus, vbi ſimul omnia creata ſunt. Siue enim in aliqua creatura tanquā in parente ratio animæ facta ſit, vt omnes animæ ab illa generentur, à deo autem creentur, quando ſingulis hominibus dātur ſicut à parētibus corpora: ſiue non ratio animæ velut in parēte ratio prolis, ſed ipſa omnino cum factus eſt dies facta ſit anima, ſi-

B cut ipſe dies, ſicut cœlum & terra, & luminaria cœli cō-

Gene.1. gruēter dictum eſt, Fecit deus hominem ad imaginem ſuam. Hoc vero tertium quo modo nō repugnet ei ſententiæ, qua & ſexto die factus accipitur homo ad imaginem dei, & poſt diem ſeptimum viſibiliter creatus, nō tam facile videri poteſt. Nouas quippe animas fieri, quę neque ipſæ neque ratio earum tanquam in parēte prolis ſexto illo die facta ſit, cum his operibus, à quibus cōſummatis & inchoatis, deus in die ſeptimo requieuit, ſi dixerimus, cauendum eſt ne fruſtra tā diligenter ſcriptura commendet ſex diebus cōſummaſſe deum omnia

Ibidem. opera ſua, quę fecit bona valde, ſi aliquas adhuc naturas fuerat creaturꝰ, quas nec ipſas nec earū ibi rationes cauſaliter fecerit: niſi intelligatur rationem quidem ſingillatim faciendarum animarū naſcentibus quibuſque dādarum in ſeipſo habere, nō in creatura aliqua cōdidiſſe. Sed quia nō alterꝰ generis creatura eſt anima quàm illius, ſecūdum quam ſexto die factus eſt homo ad imaginem dei, non recte dicimus deum ea facere nunc, quę tunc non conſummauit. Iam enim tūc animā fecerat, quales & nunc facit: & ideo non aliquod nouū creatu-

C ræ genus nunc facit, quod tunc in ſuis cōſummatis operibus non creauit: nec contra illas cauſales rationes rerum futurarū, quas vniuerſitati tūc indidit, hęc eius operatio eſt: ſed potius ſecundum ipſas: quandoquidē corporibus humanis, quorum ex illis primis operibus propagatio continuata ſucceſsione protenditur, tales congruit animas inſeri, quales nūc facit atque inſerit. Quapropter iam nihil timentes, ne cōtra verba libri huius, quæ de prima illa ſex dierū conditione cōſcripta ſunt, quælibet harum trium ſententiarum probabilitas vicerit, ſentire videamur, ſuſcipiamus diligētiorē quæſtionis huius pertractationē, quātum adiuuat deus: ne forte fieri poſsit, vt ſi non liquidam, de qua dubitari vltra non debeat, tamen certe acceptabilem de hac re ſententiam nāciſcamur, vt eam tenere donec certum aliquid eluceſcat, non ſit abſurdum. Quòd ſi ne hoc quidē potuerimus, documentorum momentis vndique pariterque nutantibus, ſaltem non videbitur noſtra dubitatio laborem deuitaſſe quærendi, ſed affirmandi temerita-

Animā in aliā rē non mutari. Cap.IIII. tem: vt me, ſi quis recte iam certus eſt, docere dignetur: ſi quem vero nec diuini eloquij, nec perſpicuę rationis authoritas, ſed ſua præſumptio certum fecerit, dubitare mecum non dignetur. Ac primum illud firmiſsi-

me teneamus, animæ naturam nec in naturam corpo- D ris cōuerti, vt quæ iam fuit anima, fiat corpus: nec in naturam animæ irrationalis, vt quæ fuit anima hominis, fiat pecoris: nec in naturam dei, vt que fuit anima, fiat quod eſt deus: atque ita viciſsim nec corpus, nec animā irrationalem, nec ſubſtantiam, quæ deus eſt, conuerti & fieri animam humanam. Illud etiā non minus certum eſſe debet, animam non eſſe niſi creaturam dei. Quapropter ſi neque de corpore, neque de anima irrationali, neque de ſeipſo deus animam hominis fecit, reſtat vt aut de nihilo eam faciat, aut de aliqua ſpiritali, tamen rationali creatura. Sed de nihilo fieri aliquid non conſummatis operibus, quibus creauit omnia ſimul, violentum eſt velle monſtrare: & vtrum perſpicuis documētis obtineri poſsit ignoro. Nec exigendum eſt à nobis, quod vel comprehendere homo non valet: vel ſi iā valeat, mirum ſi perſuadere cuiquā poteſt, niſi tali, qui etiam nullo homine docere conāte poteſt etiam ipſe tale aliquid intelligere. Tutius eſt igitur de huiuſmodi rebus non humanis agere coniecturis, ſed diuina teſtimonia perſcrutari. Quòd ergo ex angelis tanquā pa- *Anima*

rentibus deus creet animas, nulla mihi de canonicis li- *creata à*

bris occurrit authoritas, Multo minus itaque ex mūdi *deo.*

corporeis elementis: niſi forte illud mouet quod apud *Cap.V.*

Ezechielem Prophetam, cum demōſtratur reſurrectio E mortuorum redintegratis corporibus, ex quatuor ventis cœli aduocatur ſpiritus, quo perflante viuificentur vt ſurgant. Sic enim ſcriptum eſt, Et dixit mihi dominus: Propheta ſuper ſpiritum, Propheta fili hominis & dic ad ſpiritum, Hæc dicit dominus, A quatuor parti- *Ezech.37.* bus ventorum cœli veni & ſpira in mortuos hos & viuant. Et prophetaui ſicut præcepit mihi dominus, & introiuit ſpiritus vitæ in eos, & reuixerunt & ſteterunt ſuper pedes ſuos congregatio multa valde. Vbi mihi videtur prophetice ſignificatum, non ex illo tantum campo vbi res ipſa demonſtrabatur, ſed ex toto orbe terrarum reſurrecturos homines, & hoc per flatum quatuor mundi partium fuiſſe figuratum. Neque enim etiā flatus ille ex corpore domini, ſubſtantia erat ſpiritus ſan- *Ioan.20.* cti, quando inſufflauit & ait, Accipite ſpiritum ſanctum: ſed vtique ſignificatum eſt, ſic etiam ab ipſo procedere ſpiritum ſanctum, quo modo ab eius corpore flatus ille F proceſsit. Sed quia mundus nō ita deo coaptatur ad vnitatem perſonæ, ſicut caro illa verbo eius vnigenito filio, non poſſumus dicere ita eſſe animam de ſubſtantia dei, quemadmodum flatus ille à quatuor ventis de natura mundi factus eſt: ſed tamen aliud eum fuiſſe, aliud ſignificaſſe puto, quod exemplo flatus ex corpore domini procedentis recte intelligi poteſt: etiam ſi Ezechiel Propheta illo loco non reſurrectionem carnis qualis proprie futura eſt, ſed inopinatam deſperati populi reparationem per ſpiritū domini qui repleuit orbem terrarum, figurata reuelatione præuidit. Illud ergo *Sapien.1.*

iam videamus, cui nam potius ſentētiæ diuina teſtimo- *Opiniones*

nia ſuffragētur: ei ne qua dicitur animam vnam deum *de anima*

feciſſe, & dediſſe primo homini vnde cæteras faceret, *duæ.*

ſicut ex eius corpore cętera hominū corpora: an ei qua *Cap.VI.*

dicitur ſingulas ſingulis facere, ſicut illi vnam, nō ex illa cæteras. Illud enim quod per Eſaiam dicit, Omnem *Eſaiæ 57.* flatum ego feci: cum hoc eum de anima dicere quę ſequuntur ſatis oſtendant, ad vtrūque accipi poteſt. Nam ſiue ex vna primi hominis anima, ſiue ex aliquo ſuo ſecreto, omnes proculdubio animas ipſe fecit. Et illud quod ſcriptum eſt, Qui finxit ſingillatim corda eorum, *Pſal.32.* ſi nomine cordium voluerimus animas intelligere,

G neque hoc repugnat cuiquã duorũ de quibus nũc am-
bigimus, Siue enim ex vna illa quam flauit in faciẽ pri-
mi hominis, ipſe vtique ſingulas fingit ſicut etiã corpo-
ra: ſiue ſingulas vel fingat & mittat, vel in eiſipſis quib⁹
miſerit eas fingat: quanquam hoc nõ mihi videatur di-
ctum, niſi ex eo quòd per gratiã noſtræ animæ ad ima-
ginem dei renouatione formamur. Vnde dicit Apoſto
Ephe.2. lus, Gratia enim ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non
ex vobis, ſed donũ dei eſt, non ex operibus, ne forte quis
extollatur: Ipſius enim ſumus figmẽtum creatũ in Chri-
ſto Ieſu in operibus bonis. Non enim per hãc gratiam
fidei corpora noſtra creata vel ficta poſſumus intellige-
Pſal.50. re, ſed ſicut in Pſalmo dictum eſt, Cor mũdum crea in
me deus. Hinc etiam illud eſſe puto. Qui finxit ſpiritum
hominis in ipſo: tãquam aliud ſit factam animam mit-
tere, aliud in ipſo homine facere, id eſt, reficere ac reno
uare: ſed etiam hoc ſi non de gratia in qua renouamur,
ſed de natura in qua naſcimur intelligamus, ad vtran-
que ſententiã duci poteſt: quia vel ex vna illa primi ho-
minis tanquam ſemen animæ attractũ ipſe fingit in ho
mine vt viuificet corpus: ſiue ſpiritum vitæ, non ex illa
propagine ſed aliũde corpori infuſum, ipſe itidem fin-
H git per mortales ſenſus carnis, vt fiat homo in animam
Sortiri ani- viuam. Illud ſanè de libro ſapientiæ vbi ait, Sorti-
mam bonã tus ſum animam bonam, & cum eſſem magis bonus, ve
aut malã. ni ad corpus incoinquinatum, diligentiorem cõſide-
Cap. VII. rationem flagitat, Magis enim videtur atteſtari opinio-
Sapien.8. ni, qua nõ ex vna propagari, ſed deſuper animæ venire
credũtur ad corpora: veruntamẽ quid eſt, ſortitus ſum
animam bonam? Quaſi aut in illo animarũ fonte, ſi vl-
lus eſt, aliæ ſint animæ bonæ, aliæ non bonæ, quæ ſorte
quadam exeãt, quæ nam cui homini tribuatur: aut alias
deus ad horam conceptorum vel naſcẽtium faciat bo-
nas, alias non bonas, quarum quiſque habeat ſortẽ, quæ
acciderit, Mirum ſi hoc eos ſaltem adiuuat, qui credunt
animas alibi factas, ſingillatim mitti à deo ſingulis qui-
buſque corporibus hominũ: ac nõ illos potius, qui pro
meritis operũ, quæ ante corpus egerũt, in corpora mit-
ti animas dicunt. Secundum quid enim aliæ bonę, alię
non bonæ venire ad corpora poſſunt putari, niſi ſecũ-
dum opera ſua? Neque enim ſecũdum naturam, in qua
fiunt ab illo qui omnes naturas bonas facit. Sed abſit vt
Roma.9. contradicamus Apoſtolo, qui dicit nondum natos ni-
hil egiſſe boni aut mali: vnde confirmat nõ potuiſſe ex
1 operibus dici, ſed ex vocante, maior ſeruiet minori, cũ
de geminis ageret adhuc in Rebeccę vtero conſtitutis.
Sequeſtremus ergo paululum hoc de libro ſapiẽtiæ te-
ſtimonium: neque enim negligendi ſunt, ſeu errent ſeu
verum ſapiãt, qui hoc ſpecialiter & ſingulariter de ani-
ma illa dictum putant mediatoris dei & hominum ho-
1.Timo.2. minis Ieſu Chriſti. Quod, ſi neceſſe fuerit, quale ſit poſt-
ea conſiderabimus, vt ſi Chriſto conuenire non potue-
rit, quæramus quemadmodũ id accipere debeamus ne
contra Apoſtolicam veniamus fidem, putantes habere
animas aliqua merita operum ſuorum, priuſquam inci-
Spiritus ho piant in corporibus viuere. Nunc illud videamus
minis. quemadmodum dictũ ſit, Aufer ſpiritum eorum, & de-
Cap VIII. ficient, & in puluerem ſuum reuertẽtur: Emitte ſpiritum
Pſal.103. tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrę. Pro illis
enim qui arbitrantur animas ex parentibus ſicut corpo
ra creari, hoc videtur ſonare, cum ſic intelligatur, vt ſpi
ritum eorum propterea dixerit, quòd eũ homines ex ho
minibus acceperint: qui cum mortui fuerint, non eis po
terit ab hominibus reddi vt reſurgant, quia non rurſus
quemadmodum quando nati ſunt, à parẽtibus dicitur,

ſed deus eum reddet, qui reſuſcitat mortuos. Ac per hoc K
eundem ſpiritum dixit eorum cum moriuntur, dei autẽ
cum reſurgunt. quod poſſunt illi qui non ex parẽtibus,
ſed deo mittẽte animas venire aſſerunt, pro ſua opinio-
ne ſic intelligere vt eorum dixerit ſpiritũ cum moriun-
tur, quia in eis erat, & ab eis exiit: dei autem cum reſur-
gũt, quòd ab ipſo mittitur, ab ipſo redditur. Proĩde hoc
etiam teſtimonium neutris eorum aduerſatur: ego vero
arbitror melius intelligi hoc dictum de gratia dei, qua
interius renouamur. Omnium enim ſuperborum ſecũ-
dum terrenum hominem viuẽtium, & de ſua vanitate Coloſſ.3.
præſumẽtium, quodã modo aufertur ſpiritus proprius,
cum exuũt ſe veterem hominem, & infirmãtur vt per-
ficiantur expulſa ſuperbia, dicẽtes domino per humilẽ
confeſsionem, Memẽto quia puluis ſumus: quibus dictũ Pſal.102.
erat, Quid ſuperbis terra & cinis? Per oculum quippe fi- Eccle.10.
dei contuẽtes dei iuſticiam, & nolentes cõſtituere ſuã, Roma.10.
ſemetipſos deſpiciũt, ſicut Iob dicit, & diſtabeſcunt, &
ęſtimãt ſe terram & cinerẽ: hoc enim eſt, Et in puluerẽ
ſuum conuertentur. Accepto autẽ ſpiritu dei, dicũt, Vi- Pſal.103.
uo autem iam non ego, viuit autem in me Chriſtus: Sic Galat.2.
innouantur facies terrę per noui teſtamenti gratiam nu- L
meroſitate ſanctorum. Illud etiã quod apud Eccle- Quò corp⁹,
ſiaſten ſcriptum eſt, Et conuertatur puluis in terram ſi- quo anima
cut fuit, & ſpiritus reuertatur ad deũ qui dedit eũ: neu- reuertatur.
tri ſententiæ contra alteram ſuffragatur, ſed in vtraque Cap. IX.
conſiſtit. Cum enim iſti dixerint hinc probari nõ à pa- Ecclẽs.12.
rentibus, ſed à deo animam dari, quod cõuerſo puluere
in terram ſuam, id eſt carne, quę de puluere facta eſt, re-
uertetur ſpiritus ad deum qui dedit illũ. Reſpõdent illi,
Vtique ita eſt, Redit enim ſpiritus ad deum, qui eũ de-
dit homini primo, quando in eius faciem ſufflauit, con-
uerſo puluere, id eſt humano corpore in terrã ſuam, vn-
de primitus factũ eſt. Neque enim ad parentes erat ſpi-
ritus rediturus, quãuis inde ſit creat⁹ ex illo vno, qui ho
mini primo datus eſt: ſicut nec ipſa caro poſt mortẽ ad
parentes reuertitur, à quibus eam certe conſtat eſſe po-
pagatam. Quemadmodum ergo caro non redit ad ho-
mines ex quib⁹ creata eſt, ſed ad terrã vnde primo ho-
mini formata eſt: ita & ſpiritus non redit ad homines à
quibus trãſfuſus eſt, ſed ad deum, à quo primæ illi carni
datus eſt. Quo teſtimonio ſanè ſatis admonemur ex ni-
hilo deum feciſſe animam, quam primo homini dedit,
nõ ex aliqua iam facta creatura, ſicut corpus ex terra: & M
ideo cum redit, non habet quò redeat, niſi ad authorẽ
qui eam dedit: nõ ad eam creaturã ex qua facta eſt, ſicut
corp⁹ ad terrã. Nulla eſt enim creatura ex qua facta eſt,
quia ex nihilo facta eſt: ac per hoc ad factorem ſuum re
dit quæ redit, à quo ex nihilo facta eſt. Nõ enim omnes
redeunt, quoniã ſunt de quibus dicitur, Spiritus ambu- Pſal.77.
lans & non reuertẽs. Quocirca difficile eſt quidem Quæſtio de
omnia de hac re ſcripturarum ſanctarũ teſtimonia col anima mo-
ligere, quòd & ſi fieri poſsit, vt non ſolum cõmemorẽ- lestus diffi-
tur, ſed etiam pertractẽtur, in magnam ſermonis lõgi- cilis. Ca. X.
tudinem pergunt: Sed tamẽ niſi aliquid tam certũ pro-
feratur, quàm certa proferuntur, quibus oſtẽditur quòd
deus animam fecerit, vel quòd eam primo homini de-
derit, quo nã modo per diuini eloquij teſtimoniũ iſta
quęſtio ſoluatur ignoro. Si enim ſcriptum eſſet, ꝙ ſimi-
liter ſufflauerit deus in faciem formatæ mulieris, & fa-
cta fuerit in animam viuam, iam quidem plurimum lu-
cis accederet, qua euique formatę carni hominis nõ ex
parentibus dari animã crederemus: adhuc tamen expe-
ctaretur quid ꝓprie teneretur in prole, qui nobis mod⁹
vſitatus eſt, hominis ex homine: Prima vero mulier ali-
ter facta

A ter facta eſt,& ideo adhuc dici poſſet, animã propter-
ea non ex Adam diuinitus Euæ datam,quia non ex illo
tãquam proles orta eſt.Si autem homini qui primus ex
illis natus eſt commemoraret ſcriptura, non ex paren-
tibus ductam,ſed deſuper animam datam,illud iam in
cæteris etiam tacente ſcriptura oporteret intelligi.

Peccatũ an ſit corporis & animæ ſimul. C. XI
Nunc itaque & illud conſideremus vtrum neutram
confirmet ſentẽtiam,ſed vtrique poſsit accommodari,
quod ſcriptum eſt, Per vnum hominem peccatũ in hũc
mundũ intrauit,& per peccatum mors,& ita in omnes
Roma. 5. homines pertranſiit,in quo omnes peccauerunt.Et pau
lo poſt,Sicut per vnius delictum in omnes homines ad
condemnationem,ita & per vnius iuſtificationẽ in om
nes homines ad iuſtificationẽ vitæ. Sicut enim per in-
obediẽtiã vnius hominis peccatores cõſtituti ſunt mul
ti, ita & per vnius obedientiam iuſti conſtituentur mul
ti.Ex his enim verbis Apoſtoli,qui defendũt animarum
propaginem, ſententiam ſuam ſic aſtruere moliũtur:Si
ſecundum ſolam carnem, inquiũt, poteſt intelligi pec-
catum vel peccator,non cogimur in his verbis ex parẽ-
tibus animam credere. Si autem quamuis per illecebrã
carnis,non tamẽ peccat niſi anima,quo modo accipiẽ-
B dum eſt quod dictum eſt,in quo omnes peccauerunt,ſi
nõ ex Adam etiam anima ſicut caro propagata eſt?Aut
quo modo per illius inobediẽtiam peccatores cõſtituti
ſunt multi, ſi tãtum ſecundum carnem in illo,non etiã
ſecundum animam fuerunt?Cauendum eſt enim ne vel
deus videatur author eſſe peccati, ſi dat animam carni,
in qua eam peccare neceſſe ſit:vel poſsit eſſe anima,prę-
ter ipſius Chriſti,cui liberandæ à peccato non ſit Chri-
ſtiana gratia neceſſaria,quia nõ peccauit in Adã,ſi om-
nes in eo peccaſſe ſecundum carnem tantum quę de il-
lo creata eſt non etiam ſecundum animam dictum eſt:
Baptiſmus infantum. quod vſqueadeo contrariũ eſt Eccleſiaſticæ fidei,vt pa
rentes ad percipiendam gratiam ſancti baptiſmi etiam
cum paruulis atque infantibus currant:In quibus ſi hoc
vinculum peccati ſoluitur quod tantũmodo carnis, nõ
etiam quod animæ eſt,merito quæritur quid eis obeſſet
ſi in illa ætate, de corpore ſine baptiſmo exirent.Si enĩ
per hoc ſacramentum corpori eorum, & nõ etiam ani-
mæ conſulitur,deberent & mortui baptizari, At cũ vi-
deamus hoc vniuerſaliter Eccleſiam retinere,vt cum vi
uentibus curratur,& viuẽtibus ſuccurratur,ne cũ mor-
C tui fuerint nihil poſsit fieri quod proſit:nõ videm^{9}quid
aliud poſsit intelligi, niſi vnũquemque paruulũ nõ eſſe
niſi Adam & corpore & anima,& ideo illi Chriſti gra-
tiam neceſſariã.Aetas quippe illa in ſeipſa nihil egit vel
boni vel mali.Proĩde ibi anima innocẽtiſsima eſt, ſi ex
Adã propagata non eſt:vnde quo modo poſsit iuſte ire
in cõdemnationem ſi de corpore ſine baptiſmo exierit,
quiſquis iſtam ſententiam de anima tenẽs potuerit de-
Pugna ſpiritus cum carne. Cap. XII. monſtrare,mirãdus eſt. Veriſsime quippe ac vera-
ciſsime ſcriptum eſt, Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ
Galat. 5. & ſpiritus aduerſus carnem:ſed tamen carnem ſine ani
ma concupiſcere nihil poſſe puto,quod omnis doct^{9}&
indoctus non dubitet:Ac per hoc ipſius concupiſcẽtiæ
carnalis cauſa nõ eſt in anima ſola,ſed multominus eſt
in carne ſola.Ex vtroq; enim fit:ex anima ſcilicet,quòd
ſine illa delectatio nulla ſentitur:ex carne autẽ,quòd ſi-
ne illa carnalis delectatio non ſentitur. Carnem itaque
concupiſcentem aduerſus ſpiritum dicit Apoſtolus car
nalem proculdubio delectationem,quã de carne & cũ
carne ſpiritus habet aduerſus delectationẽ quam ſolus
habet.Solus quippe habet,niſi fallor, illud deſiderium,
non cũ carnis voluptate,vel carnaliũ rerum cupiditate
commixtum, quod deſiderat & defecit anima in atria *Pſal. 83.*
domini.Solus habet etiam illud de quo ei dicitur, Cõ- D
cupiſti ſapientiam,ſerua mandatum,& dominus prębet *Eccle. 1.*
illam tibi. Nam cum ſpiritus imperat membris corpo-
ris vt huic deſiderio ſeruiant quo ſolus accẽditur:velut
cum aſſumitur codex,cum aliquid ſcribitur,legitur,di-
ſputatur,auditur,cum denique panis frangitur eſurien-
ti,& cætera humanitatis ac miſericordiæ præſtãtur of-
ficia:obedientiam caro exhibet,nõ concupiſcentiã mo
uet.His atq; huiuſmodi bonis deſideriis quibus ſola ani
ma concupiſcit,cũ aduerſatur aliquid quod eandẽ ani
mam ſecundum carnem delectat, tunc dicitur caro cõ
cupiſcere aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ.
Sic enim dicta eſt caro in eo quòd ſecundum ipſam fa-
cit anima,cum ait, Caro concupiſcit:quemadmodũ di *Galat. 5.*
ctum eſt,Auris audit,& oculus videt. Quis enim neſcit
quòd anima potius & per aurem audiat,& per oculũ vi
deat?Ita loquimur etiam,cũ dicimus, manus tua ſubue-
nit homini,cum aliquid porrecta manu datur quo cui-
quam ſubueniatur. Quòd ſi de ipſo etiã fidei oculo ad
quem pertinet credere quæ per carnem non vidẽtur,di
ctũ eſt,Videbit omnis caro ſalutare dei: nõ vtique niſi
de anima qua viuit caro: cum etiam per ipſam carnem E
noſtram Chriſtum pie videre, id eſt, formã qua indu-
tus eſt propter nos,non pertineat ad cõcupiſcentiã,ſed
ad miniſterium carnis.Ne forte aliquis ita velit accipe-
re,quod dictũ eſt,Videbit omnis caro ſalutare dei:quã *Luca. 3.*
to congruentius dicitur,caro cõcupiſcere, quãdo ani-
ma non ſolum carni animalem vitam præbet: verum-
etiam ſecũdum ipſam carnem aliquid cõcupiſcit:quod
in poteſtate non eſt ne cõcupiſcat,quandiu ineſt pecca
tum in membris, id eſt violẽta quædã carnis illecebra
in corpore mortis huius veniens de vindicta illius pec-
cati vnde propaginem ducimus,ſecundum quam om-
nes ante gratiã filij ſunt iræ. Contra quod peccatũ mi- *Ephe. 2.*
litant ſub gratia cõſtituti,non vt non ſit in eorum cor-
pore quandiu ita mortale eſt,vt & mortuum iure dica-
tur,ſed vt non regnet. Nõ autem regnat,cum deſideriis *Roma. 6.*
eius,id eſt his quæ ſecundum carnẽ contra ſpiritum cõ *Galat. 5.*
cupiſcuntur,nõ obeditur. Proinde Apoſtolus, Nũquid
ait non ſit peccatũ in veſtro mortali corpore? Sciebat
quippe ineſſe peccati delectationem,quam peccatũ vo-
cat, deprauata ſcilicet ex prima tranſgreſsione natura: *Roma. 6.*
Sed non,inquit,regnet peccatum in veſtro mortali cor F
pore ad obediendũ deſideriis eius,nec exhibeatis mem-
bra veſtra arma iniquitatis peccato. Secundum *An caro cõcupiſcat ſine anima. Cap. XIII.*
hanc ſentẽtiam nec rem abſurdiſsimam dicimus,quòd
caro ſine anima concupiſcat:nec Manichæis conſenti-
mus, qui cũ viderent non poſſe carnem ſine anima cõ-
cupiſcere,aliam quandam animam ſuam ex alia natura
deo contrariam carnem habere putauerũt vnde cõcu-
piſcat aduerſus ſpiritum. Nec alicui animę non eſſe ne-
ceſſariam Chriſti gratiam dicere cogimur,cum dicitur
nobis, Quid meruit anima infantis,vnde illi pernicio-
ſum ſit nõ percepto Chriſtiani baptiſmi ſacramẽto exi
re de corpore, ſi nec propriũ aliquod peccatũ cõmiſit, *Peccata puerorum.*
nec ex illa eſt quæ in Adã prima peccauit?Nõ enim de
pueris grãdiuſculis agimus, quibus quidẽ peccatũ pro-
prium nolunt attribuere quidã, niſi ab anni quartide-
cimi articulo cũ pubeſcere cœperint.Quod merito cre
deremus,ſi nulla eſſent peccata niſi quæ membris geni-
talibus admittuntur.Quis vero audeat affirmare,furta,
mendacia, periuria,non eſſe peccata,niſi qui talia vult
impune committere?At his plena eſt puerilis ętas, quã-
uis in eis non ita vt in maioribus punienda videantur,

G quòd ſperentur annis accedentibus quibus ratio cõualeſcat poſſe præcepta ſalutaria melius intelligere, eíſque libentius obedire. Sed nũc de pueris non agimus, quorum carnalem ac puerilem voluptaté vel corporis vel animi ſi veritas & æquitas oppugnauerit, quib⁹ poſſunt viribus dictorum atque factorũ repugnãt, pro qua niſi pro falſitate & iniquitate quæ ſuffragari videbitur eis, vel ad percipiẽda quæ alliciũt, vel ad vitãda quæ offendunt. De infantibus loquimur, non quia naſcuntur plerunque de adulteriis, neque enim in prauis moribus naturæ dona culpanda ſunt: aut propterea non debuerũt germinari frumenta quòd ea ſeuerit furãtis manus: aut vero ipſis parẽtibus offutura ſit iniquitas ſua, ſi ſe ad deũ conuertendo correxerint, quanto minus filiis ſi recte vixerint.

Infantes ſeruari baptiſmo. Capus XIIII. *Roma.5.*

Sed illa ætas ſic vehementem quæſtioné mouet, cuius anima cum peccatum nullum habeat de proprio volũtatis arbitrio, quęritur quo modo poſsit iuſtificari per illius vnius hominis obedientiam, ſi per alterius vnius inobedientiam rea non eſt. Hæc vox eorum eſt, qui animas hominum ex hominibus parẽtibus creatas volunt, nó quidem niſi à creatore deo, ſed ſicut etiã corpora. Non enim & hoc parentes creant, ac non ille H qui ait, Priuſquam te formaré in vtero noui te. *Hiere.1.* Quibus reſpódetur animas quidem corporibus hominum deũ nouas ſingillatim dare, ad hoc vt in carne peccati de originali peccato veniente recte viuẽdo, carnalẽſq; cõcupiſcentias ſub dei gratia ſubigendo, meritum cõparent, quo cum ipſo corpore in melius transferantur tẽpore reſurrectionis, & in Chriſto in æternum cum angelis viuant: Sed neceſſe eſſe vt cum membris terrenis atque mortalibus, maximéque de peccati carne propagatis, miro modo coaptantur, vt ea primitus viuificare, poſt etiam ætatis acceſſu regere poſsint, tanquam obliuione prægrauentur: Quæ ſi eſſet quodã modo indigeſtibilis, creatori tribueretur. Cũ vero paulatim ab huius obliuionis torpore anima reſipiſcens poſsit cõuerti ad deum ſuum, eiúſque miſericordiam & veritaté primo ipſa pietate conuerſionis, deinde ſeruãdi præcepti eius perſeuerãtia promereri, quid ei obeſt illo velut ſomno paululum immergi, vnde paulatim euigilans in lucé intelligentiæ, propter quam rationalis anima facta eſt, poteſt per volũtatem bonam eligere vitam bonam: quod quidem nó poterit niſi adiuuerit gratia dei per media-I torem: hoc ſi neglexerit homo, non tantum ſecundum carnem, verumetiam ſecundum ſpiritum erit Adam. Si autem curauerit, erir Adam ſecundum carnem tantúmodo, ſecũdum ſpiritum autem recte viuens: illud etiã quod de Adam culpabili tractum eſt, mundatú à labe peccati recipere merebitur illa commutatione quã ſanctis reſurrectio pollicetur. Sed antequã per ętatem poſſit ſecũdum ſpiritum viuere, neceſſarium habet mediatoris ſacramentum: vt quod per eius fidem nondũ poteſt, per eorũ qui eum diligunt fiat. Eius enim ſacramẽto ſoluitur etiam in ætate infantili originalis pœna peccati: à quo niſi adiutus, etiam iuuenis carnalem cõcupiſcẽtiam nó domabit, nec ea ſubiugata æternæ vitæ meritum apprehẽdet, niſi eius dono quem promereri ſtudet. Ideo viuus oportet etiã infans baptizetur, ne obſit animæ ſocietas carnis peccati, qua participata fit vt nihil poſsit anima infantis ſecũdũ ſpiritũ ſapere. Ipſa quippe affectio grauat etiã corpore exutam, niſi cũ in corpore eſt, per vnicum ſacrificiũ veri ſacerdotis expietur.

Cur anima infantis nõ baptizati condãnetur Cap.XV.

Quid ergo, ait aliquis, ſi hoc non curauerint ſui, vel infidelitate vel neglıgẽtia? Hoc quidé etiã de maiorib⁹ dici poteſt. Poſſunt enim vel repẽte emori, vel apud eos ægrotare, vbi eis quo baptizẽtur nemo ſubueniat. Sed K illi, inquit, habent etiã propria peccata quorũ indigeãt remiſsione, quæ ſi dimiſſa non fuerint, nemo eos recte dicet immerito plecti, pro iis quæ in ſua vita ſua voluntate cómiſerint. Illa vero anima cui quædam contagio tracta de carne peccati, ſi de illa prima anima peccatrice non creata eſt, nullo modo imputari poteſt: neque enim vllo peccato, ſed natura qua ſic facta eſt, & deo dãte carni data eſt: cur alienabitur ab æterna vita ſi baptizando infanti nemo ſubuenerit? An forte nihil oberit? Quid ergo prodeſt ei cui ſubuenitur, ſi nihil obeſt cui non ſubuenitur? Hic pro ſua cauſa quid reſpódere poſſint, qui ſecũdum ſcripturas ſanctas, vel quòd apud eas inueniatur, vel quòd eis non aduerſetur, conãtur aſſerere animas nouas, non de parentibus tractas corporibus dari, nondum me audiſſe, vel vſpiam legiſſe fateor. Non ideo ſané abſentium negocium deſerendum eſt, ſi quid mihi quo adiuuari videatur, occurrerit. Poſſunt enim adhuc dicere, deũ præſcium, quo modo queq; anima victura eſſet, ſi diutius in corpore viueret: eiq; procurare lauacri ſalutaris miniſtrationem, cuius futuram fuiſſe præuidet pietatem, cũ ad annos fidei capaces ve- L niret, ſi non eum oporteret propter aliquã occultã cauſam morte præueniri. Occultum itaque eſt atq; ab humano, vel certe ab ingenio meo remotiſsimum, cur naſcatur infans, vel continuo vel cito moriturus. Sed hoc ita occultum eſt, vt neutros adiuuet, de quorũ nũc ſententiis diſceptamus: Illa enim exploſa opinione qua putãtur animæ pro anteactæ vitæ meritis in corpora detrudi, vt ea citius ſolui meruiſſe videatur, quæ nó multa peccauerat, ne cótradicamus Apoſtolo, nihil nódũ na- *Roma.9.* tos boni vel mali egiſſe teſtãti: nec illi qui animę traducem affirmãt, poſſunt pro ſe oſtendere, cur aliorũ mors acceleretur, retardetur aliorũ: nec qui eas dari nouas volũt ſingulas ſingulis. Occulta ergo iſta cauſa eſt, & vtriſq; pariter, quãtũ exiſtimo, nec ſuffragatur nec aduerſat.

De anima & baptiſmo infantium opiniones. Cap.XVI.

Proinde qui de infantium mortibus vrgebãtur, cur omnibus ſit neceſſarium baptiſmi ſacramentum, quorũ animæ non ex illa ductæ ſunt cuius inobediẽtia peccatores conſtituti ſunt multi: cum reſpondent peccatores quidem conſtitutos omnes ſecũdum carnem, ſecundũ animá vero non niſi eos qui eo tempore male vixerũt, quo & bene potuiſſent: Omnes auté animas, hoc eſt infantium, ideo habere neceſſarium baptiſmi ſacramẽtú, ſine quo ex hac vita etiam in illa ętate emigrare nó ex- M pedit, quia cótagio peccati ex carne peccati qua obruitur anima, cum his inſeritur mẽbris, oberit ei poſt mor- *Roma.5.* tem, niſi cum adhuc in ipſa carne eſt, ſacramẽto mediatoris expietur: eique diuinitus hoc auxilium procurari, quàm deus præſcit ſi vſque ad annos fidei cõgruos hic viueret pie fuiſſe victuram, quam propter aliquid quod ipſe nouit & naſci voluit in corpore, & cito extraxit é corpore. Cum ergo hæc reſpondent, quid eis cõtradici poteſt, niſi incertos nos eorũ ſalutis fieri, qui hac vita bene geſta, in Eccleſiæ pace defuncti ſunt: ſi nó ſolũ ſecũdum id quod quiſque vixit, verumetiam ſecũdum id quod victurus eſſet, ſi amplius viuere potuiſſet, quiſq; iudicandus eſt: quandoquidem valent apud deũ merita mala, non tantum præteritorum, ſed futurorũ etiam delictorum, à quorũ reatu nec mors liberat, ſi antequã fuerint commiſſa prouenerit, nec aliquid ei præſtitutũ eſt qui raptus eſt, ne malicia mutaret intellectum eius. Deus enim præſcius illius futuræ maliciæ, cur nó eũ ſe- *Sapien.4.* cundũ ipſam poti⁹ iudicatur⁹ eſt: ſi moriturę animę infantis ne obeſſet ei ex corpore peccati participata colluuies,

A uies,ideo ſubueniendum iudicauit per baptiſmum,quia
præſciuit eam ſi viueret, pie fideliterque fuiſſe victurã?
An ideo potius refelli hoc inuẽtum poteſt, quia meum
eſt:illi autem qui de hac ſententia certos ſe eſſe confir-
Supra c.13. mant,alia fortaſſe proferũt, vel teſtimonia ſcripturarũ,
vel documenta rationũ, quibus hanc auferãt ambigui-
tatem:vel certe oſtendant non eſſe contra id quod ſen-
tiunt illud Apoſtoli,quo gratiã qua ſalui efficimur ma-
1.Cor.15. gna intentione commendãs,ait, Sicut in Adam omnes
moriuntur,ſic & in Chriſto omnes viuificabũtur:Sicut
Roma.5. per inobedientiam vnius hominis peccatores cõſtitu-
ti ſunt multi, ſic & per obediẽtiam vnius hominis iuſti
conſtituentur multi:Eoſdèmque multos peccatores,nõ
quibuſdam exceptis,ſed omnes intelligi volẽs, ſuperius
ait de Adam, In quo omnes peccauerunt: vnde vtique
infantium animas non poſſe ſecerni, & eo quòd dictũ
eſt,omnes,& eo quòd eis per baptiſmũ ſubuenitur,non
abſurde credũt,qui animas ex vnius traduce ſapiũt,niſi
aliqua manifeſta & liquida vel ratione quæ ſcripturis
ſanctis non repugnet,vel earum ipſarum ſcripturarum
Anima,cũ carne creetur, an à deo mittatur. authoritate redarguẽtur. Iam itaque videamus quã-
tum ſuſcepti huius operis neceſsitas patitur,quale etiam
illud ſit quod paulo ante diſtulimus.Scriptum eſt enim
in libro ſapiẽtiæ,Puer autem eram ingenioſus, & forti-
B tus ſum animam bonam:& cũ eſſem magis bonus,veni
Cap.XVII. ad corpus incoinquinatum.Cũ enim videatur illos ad-
Sapien.8. iuuare hoc teſtimonium qui nõ ex parẽtibus creari,ſed
venire ad corpus vel deſcendere deo mittẽte animas di
cũt:rurſus hoc impedit eorum ſententiã,quod ait, Sor-
titus ſum animam bonam: cũ proculdubio vel ex vno
fonte manare quodam modo tãquam riuulos, vel pari
natura fieri animas credũt,quas deus mittit in corpora:
non autem alias bonas vel magis bonas,& alias nõ bo-
nas vel minus bonas.Vnde enim bonę aut magis bonę,
ſeu non bonæ,aut minus bonæ animæ,niſi vel moribus
ſecundum liberũ voluntatis arbitriũ,vel differentia tẽ-
peraturæ corporum,dum aliæ magis alię minus grauan
Sapien.9. tur corpore,quod corrumpitur & aggrauat animã?Sed
neque actio erat aliqua ſingularum quarumque anima-
rum, qua earum mores diſcernerentur antequam veni-
rent ad corpora:nec ex corpore minus grauante potuit
Sapien.8. iſte dicere animam ſuam bonã,qui ait:Sortitus ſum ani
mam bonam,& cũ eſſem magis bonus, veni ad corpus
C incoinquinatũ.Acceſsiſſe enim dixit bonitati, quia bo-
nus erat,ſortitus videlicet animam bonam, vt etiam ad
corpus incoinquinatũ veniret. Aliũde ergo bonus an-
tequam veniret ad corpus.Sed vtique nõ differẽtia mo
rum,quia nullum antea vitæ geſtæ meritum:non diffe-
rẽtia corporis,quia prius bonus quàm veniret ad cor-
pus:Vnde igitur?Hoc autẽ illis qui ex traduce animę il-
lius præuaricatricis animas creari aſſerũt,quãuis pro eis
ſonare non videatur,quod dictum eſt, Veni ad corpus:
tamen in cæteris non incongrue coaptatur:vt cum di-
xiſſet,Puer autẽ eram ingenioſus,idipſum explicãs qui-
bus cauſis ingenioſus eſſet,cõtinuo ſubiungeret,Et ſor-
titus ſum animã bonam, videlicet ex paterno ingenio
vel corporali temperamento. Denique cum eſſem, in-
quit,magis bonus,veni ad corpus incoinquinatũ:quod
ſi maternum intelligatur, ne hoc quidem quod dictũ
eſt,veni ad corpus, huic opinioni refragabitur,cum ex
anima & corpore paterno veniſſe ad maternum cor-
pus accipitur incoinquinatũ:videlicet vel à cruore mẽ-
ſtruo:dicuntur enim ex hoc ingenia grauari:vel à con-
taminatione adulterina.Ita & hæc verba libri huius,aut
magis eis fauent qui animarum traducem loquuntur,
aut ſi & iſti ea poſſunt pro ſe interpretari, inter vtroſq; D
alternant. Quæ ſi de domino ſecundum humanã *Anima Chriſti.*
quæ à verbo aſſumpta eſt creaturam velimus accipere,
ſunt quidem in eadem circunſtantia lectionis, quę illi *Ca.XVIII.*
excellentiæ non conueniant:maxime illud,quia idẽ ip-
ſe qui hoc in eodem libro loquitur, aliquanto ſuperius
cum iſta verba de quibus nunc agimus diceret, confeſ- *Sapien.7.*
ſus eſt ſe ex ſemine viri in ſanguine coagulatum:à quo
naſcẽdi modo vtique alienus eſt Virginis partus,quam
non ex ſemine viri carnẽ concepiſſe Chriſti,nullus am-
bigit Chriſtianus.Sed quia in Pſalmis,vbi ait: Foderũt *Pſal.21.*
manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia oſ-
ſa mea:Ipſi vero conſiderauerunt & conſpexerũt me,di
uiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meã mi-
ſerunt ſortem:quæ proprie illi vni congruunt:ibi etiam
dixit,Deus deus meus reſpice in me, vt quid me dereli-
quiſti,longe à ſalute mea verba delictorum meorũ:quę
rurſus ei non conueniunt,niſi trãſfiguranti in ſe corp⁹
humilitatis noſtræ, quoniam membra ſumus corporis *Philip.3.*
eius.Et quia in ipſo Euangelio,puer proficiebat ętate &
ſapientia: ſic poſſunt etiam iſta quæ circa hanc ſenten-
tiam in libro ſapientiæ leguntur,propter humilem for- E
mam ſerui,& vnitatem corporis Eccleſię cũ capite ſuo, *Luca.2.*
eidem ipſi domino coaptari.Quid ingenioſius illo pue
ro, cuius in annis duodecim ſeniores ſapientiam mira-
bantur?Et quid illa anima melius?Quę etiam ſi vincant
non certando,ſed probando, qui animarũ traducẽ af-
firmant:non erit conſequens vt etiam ipſa ex illius prę-
uaricatoris traduce veniſſe credẽda ſit:ne per illius ho- *Roma.5.*
minis inobedientiam etiam ipſe peccator conſtituatur,
per cuius vnius obedientiã ab illo reatu liberati,iuſti cõ
ſtituũtur multi.Et quid incoinquinatius illo vtero Vir-
ginis, cuius caro etiã ſi de peccati propagatione venit,
non tamen de peccati propagine concepit:vt ne ipſum
quidẽ corpus Chriſti ea lex ſeuerit in vtero Mariæ,quæ
in membris poſita corporis mortis,repugnat legi men-
tis:quam ſancti patres coniugati refrenantes, nõ quidẽ
niſi quouſque licebat,in concubitũ relaxauerunt,nec ta
men tãtummodo quouſque licebat eius impetũ pertu-
lerũt.Proinde corpus Chriſti quanuis ex carne fœminę
aſſumptum eſt,quæ de illa carnis peccati propagine cõ
cepta fuerat:tamen quia non ſic in ea conceptũ eſt,quo
modo fuerat illa cõcepta,nec ipſa erat caro peccati,ſed
ſimilitudò carnis peccati.Non enim accepit inde reatũ
moriẽdi,qui apparet in motu carnis nõ volũtario,quã- F
uis volũtate ſuperando,aduerſus quem ſpiritus cõcupi- *Galat.5.*
ſcit:ſed accepit inde nõ quod contagioni præuaricatio
nis:ſed quod exoluendæ indebitæ morti,& oſtendẽdæ
promiſſæ reſurrectioni ſufficeret: quorum vnum nobis
ad non timendum,alterum ad ſperandum valeret.De-
niq; ſi à me quæratur,vnde acceperit animã Ieſus Chri-
ſtus,mallem quidẽ hinc audire meliores atq; doctiores,
ſed tamen pro meo captu libentius reſponderim,nõ de
Adam,quàm de Adam.Si enim puluis aſſumptus ex ter
ra in qua nullus hominum fuerat operatus meruit diui-
nitus animari,quanto magis corpus aſſumptum ex car-
ne in qua itidem nullus hominũ fuerat operatus, ſorti-
tum eſt animam bonã,cum illic erigeretur caſurus, hic
deſcenderet leuaturus.Et fortaſſe ideo ait, Sortitus ſum
animã bonã:ſi tamen hoc de illo oportet intelligi,quia *Sapien.8.*
ſolẽt quæ ſorte dantur diuinitus dari:aut quod fideliter
dicẽdũ eſt, ne vel illa anima aliquibus operibus præce-
dẽtibus ad tãtum apicẽ ſubuecta putaretur,vt cũ ea ver-
bũ caro fieret,& habitaret in nobis,ad auferendã ſuſpi- *Ioan.1.*
cionẽ præcedentium meritorũ, ſortis nomen acceſsit.

Anima Chriſti non ex traduce Adam.
Cap. XIX.
Hebr. 7.

G Eſt in epiſtola quę inſcribitur ad Hebręos locus quidam diligenti conſideratione dignißimus. Cum enim per Melchiſedech in quo huius rei futurę figura pręceſſerat diſcerneretur ſacerdotiũ Chriſti à ſacerdotio Leui. Videte ergo, inquit, qualis hic eſt cui & decimã partem Abrahã dedit de primitiis Patriarcha. Et ij quidẽ qui de filiis ſunt Leui ſacerdotiũ accipientes, mãdatum habent à decimis populi ſecũdum legem, hoc eſt à fratribus ſuis, quãuis & ipſi ex lumbis Abrahę exierint. Qui autem nõ eſt ex genere eorum, decimauit Abraham, & habentem promiſsionẽ benedixit. Sine vlla autem cõtradictione qui minor eſt à maiore benedicitur: & hic quidem decimas moriẽtes homines accipiunt, ibi autẽ qui teſtificatur ſe viuere, & ſicut oportet dicere, propter Abraham & Leui accipiẽs decimam decimatus eſt: adhuc enim in lumbis patris ſui fuit. Si ergo etiam hoc valet ad iſtam diſtantiam quantum præemineat ſacerdotio Leuitico ſacerdotium Chriſti, quòd ſacerdos Chriſtus per illum præfiguratus eſt, qui decimauit Abrahã, in quo & ipſe Leui decimatus eſt, profecto Chriſtus ab eo non eſt decimatus. At ſi propterea decimatus eſt Leui, quia erat in lumbis Abrahæ, & propterea nõ eſt decimatus Chriſtus, quia non erat in lumbis Abrahę. H Porrò autem ſi non ſecundum animam, ſed tantum ſecũdum carnem accipimus Leui fuiſſe in Abrahã, ibi erat & Chriſtus, quia & Chriſtus ſecundum carnẽ ex ſemine eſt Abrahæ, & ipſe itaque decimatus eſt. Quid eſt ergo quod affertur pro magna differẽtia ſacerdotij Chriſti à ſacerdotio Leui, quòd Leui decimatus eſt à Melchiſedech cum eſſet in lũbis Abrahæ, vbi & Chriſtus erat, vnde pariter decimati ſunt, niſi quia neceſſe eſt, intelligamus ſecũdum aliquem modum ibi Chriſtũ non fuiſſe? Quis autem neget eum ſecundum carnem ibi fuiſſe? Ergo ſecundum animam ibi nõ fuit. Nõ eſt igitur anima Chriſti de traduce præuaricationis Adæ, alioquin etiã ipſa ibi fuiſſet.

An Chriſtus in lũbis Abrahæ ſecundũ animam.
Cap. XX.

Hinc exiſtũt illi qui traducẽ animarũ defendunt, & dicunt confirmatam eſſe ſententiã ſuam, ſi Leui conſtat etiam ſecundum animam fuiſſe in lumbis Abrahæ, in quo eum decimauit Melchiſedech, vt poſsit ab eo Chriſt⁹ in iſta decimatione diſcerni: qui quoniam decimatus non eſt, & tamen in lumbis Abrahæ ſecundum carnem fuit, reſtat vt ſecundum animam ibi non fuerit, & ideo ſit conſequẽs vt ibi Leui ſecundũ I animam fuerit. Hoc ad me non multũ attinet, qui vtrorumque collationem adhuc audire ſum paratior, quàm vtrorumlibet iam confirmare ſententiã. Interim Chriſti animam ab origine huius traducis per hoc teſtimoniũ ſecernere volui. Inueniẽt iſti qui eis pro cæteris fortaſſe reſpondeant, & dicant quod etiam me nõ parum mouet, quanuis nullius hominis anima ſit in lumbis patris ſui, ſecundum carnem tamen in lumbis Abrahę cõſtitutum Leui decimatum, & ibi conſtitutum ſecundũ carnem Chriſtum non decimatum.

3. ſen. di. 3. ca. cũ antẽ.

Secũdum rationẽ quippe illam ſeminalẽ ibi fuit Leui, qua ratione per cõcubitum vẽturus erat in matrem, ſecundũ quam rationem non ibi erat Chriſti caro, quanuis ſecũdum ipſam ibi fuerit Marię caro. Quapropter nec Leui nec Chriſt⁹ in lumbis Abrahæ ſecũdum animam, ſecundum carnẽ vero & Leui & Chriſtus: ſed Leui ſecundũ concupiſcẽtiam carnalem, Chriſtus autem ſecundum ſolã ſubſtãtiam corporalem. Cũ enim ſit in ſemine & viſibilis corpulentia & inuiſibilis ratio, vtrunq; cõcurrit† ex Abraham vel etiã ex ipſo Adam vſque ad corpus Marię, quia & ipſum eo modo cõceptum & exortũ eſt: Chriſtus autem viſibilem carnis ſubſtantiã de carne Virginis ſumpſit, ratio vero cõceptionis eius non à ſemine virili, ſed K lõge aliter ac deſuper venit.

†concurrit.

Proinde ſecũdũ hoc quod de matre accepit, etiam in lũbis Abrahę fuit. Ille eſt igitur decimatus in Abraham, qui licet ſecundum carnem tantum ſic tamen fuit in lumbis eius, quemadmodũ in ſui patris etiam ipſe Abraham: id eſt qui ſic eſt natus de patre Abrahã quemadmodum de ſuo patre natus eſt Abrahã: per legem ſcilicet in membris repugnantem legi mentis & inuiſibilem concupiſcentiam, quanuis eã caſta & bona iura nuptiarum non ſinant valere, niſi quãtum ex ea poſſunt generi ſubſtituẽdo proſpicere. Nõ autem & ille ibi decimatus eſt, cuius caro inde non feruorem vulneris, ſed materiam medicaminis traxit. Nam cum ipſa decimatio ad præfigurãdam medicinam pertinuerit, illud in Abrahę carne decimabatur quod curabatur, non illud vnde curabatur. Eadem nãque caro nõ Abrahæ tãtum, ſed ipſius primi terrenique hominis ſimul habebat & vulnus pręuaricationis & medicamẽtũ vulneris. Vulnus pręuaricationis in lege membrorũ repugnãte legi mentis, quæ per omnem inde propagatã carnẽ ſeminali ratione quaſi tranſſcribitur: Medicamẽtum autem vulneris in eo quod inde ſine opere cõcupi L ſcentiali in ſola materia corporali per diuinam conceptionis formationiſque rationem de virgine aſſumptũ eſt, propter mortis ſine iniquitate cõſortium, & ſine falſitate reſurrectionis exemplũ. Quapropter quòd anima Chriſti nõ ſit ex traduce animæ illius primæ præuaricatricis, puto ꝙ etiam ipſi qui animarum traducem defendunt, conſentiant: Per ſemẽ quippe concũbentis patris tranſfundi etiam ſemẽ animæ volunt, à quo genere cõceptionis Chriſtus alienus eſt, & ꝙ in Abrahã ſi ſecundum animã fuiſſet, etiam ipſe decimatus eſſet. Non eſſe autem decimatum ſcriptura teſtatur, quę hinc quoq; ſacerdotium eius à Leuitico ſacerdotio diſtinguit.

An anima habeat rationem ſeminis occultam.
Cap. XXI.

An forte dicent ſicut potuit ibi eſſe ſecundũ carnem & nõ decimari, cur non etiam ſecundum animam ſine decimatione potuerit? An hoc reſpondetur, Quia vtiq; ſimplicem animę ſubſtantiã incremẽtis augeri corporalibus nec illi putauerũt qui eam corpus exiſtimãt, quorũ in parte ſunt maxime, qui eã ex parẽtibus creari opinãtur. Proinde in corporis ſemine poteſt eſſe vis inuiſibilis, quę incorporaliter numeros agit, nõ oculis ſed intellectu diſcernẽda ab ea corpulẽtia quæ viſu tactúq; ſen- M titur: & ipſa quãtitas corporis humani, quę vtiq; modulum ſeminis incõparabiliter excedit, ſatis oſtẽdit poſſe inde aliquid ſumi, quod non habeat illam vim ſeminalem, ſed tantũ corporalem ſubſtantiã, quæ diuinitus nõ de propagine cõcumbẽtium in carnẽ Chriſti aſſumpta atq; formata eſt. Hoc autẽ de anima quis valeat affirmare, ꝙ vtrunque habeat, & materiã ſeminis manifeſtã, & rationẽ ſeminis occultã? Sed quid laborẽ in re, quę perſuaderi verbis nemini forſitan poteſt, niſi ſi tantũ ac tale ingeniũ ſit, quod poſsit loquẽtis pręualere conatũ, nec totum expectare à ſermone? Breuiter itaq; colligã, ſi potuit & de anima fieri, quod cũ de carne dicerem⁹ forſitã intellectũ ſit, ita eſt de traduce anima Chriſti, vt non ſecũ labẽ pręuaricationis attraxerit. Si autẽ ſine iſto reatu nõ poſſet inde eſſe, non eſt inde. Iã de cęterarum animarũ aduentu, vtrũ ex parentibus an deſuper ſit, vincãt qui poterũt. Ego adhuc inter vtroſque ambigo & moueor, aliquando ſic, aliquãdo autẽ ſic, ſaluo eo dũtaxat, vt vel corpus eſſe animã, vel aliquã corporeã qualitatẽ ſiue coaptationẽ, ſi ita dicenda eſt, quam Græci harmoniã vocant: non credam, nec quolibet iſta garriente me crediturum eſſe confidam, adiuuante deo mẽtem meã.

ἁρμονίαν.

Eſt aliud

A Eſt aliud teſtimonium non negligẽdum quod pro
Anima ori ſe poſſunt proferre, qui venire deſuper animas credũt,
go dubia. dicẽte ipſo domino, Quod natum eſt ex carne caro eſt,
Cap.XXII. quod natũ eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. Quid, hac, inquiũt,
Ioan.3. ſententia determinatius, non poſſe ex carne animã naſci,
& quid enim eſt aliud anima q̃ ſpiritus vitæ, creatus
itaque non creator? Cõtra quos illi alij: Quid enim, inquiunt,
nos aliud ſentimus, qui dicimus carnem ex carne,
animam ex anima? Nam ex vtroque conſtat homo,
de quo vtrunque venire ſentimus, carnem de carne operantis,
ſpiritũ de ſpiritu concupiſcentis: vt interim omittatur
quòd illud dominus nõ de carnali generatio-
Rẽ eſſe in- ne, ſed de ſpiritali regeneratione dicebat. His igi-
certã de a- tur quãtum pro tempore potuimus pertractatis, omnia
nima. paria vel penè paria ex vtroque latere rationũ teſtimo-
Ca.XXIII. niorúmque monumenta pronũciarem, niſi eorũ ſentẽ-
tia qui animas ex parentibus creari putant, de baptiſmo
paruulorum præponderaret. De quibus quid eis reſpõ-
2.Retrac. deri poſsit, nondum mihi interim occurrit. Si quid for
cap.33. te poſtea deus dederit, ſi quam etiam ſcribendi conceſſerit
facultatem ſtudioſis talium non grauabor. Nũc tamen
non eſſe contemnẽdum teſtimonium paruulorũ,
vt quaſi refelli ſi veritas contra eſt negligatur, ante de-
B nuncio. Aut enim de hac re nihil quærẽdum eſt, vt ſufficiat
fidei noſtrę ſcire nos quò pie viuendo venturi ſumus,
& ſi neſciamus vnde venerimus: Aut ſi non impudenter
ęſtuat anima rationalis, etiam hoc noſſe de ſeipſa,
abſit peruicacia contendẽdi, aſsit diligentia requirẽdi,
humilitas petendi, perſeuerantia pulſandi: vt ſi nobis
Math.7. hoc expedire nouit, qui meli⁹ quàm nos quid nobis ex-
pediat vtique nouit, det etiã hoc, qui nouit dare bona
Conſuetudo data filiis ſuis. Cõſuetudo tamẽ matris Eccleſię in bap-
Eccleſiæ. tizandis paruulis nequaquam ſpernenda eſt, neq; vllo
modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda niſi
Apoſtolica eſſet traditio. Habet enim & illa parua ætas
magnũ teſtimonij pondus, quę prima pro Chriſto me-
Opinatores ruit ſanguinem fundere. Admoneo ſanè quantum
monentur. valeo, ſi quos iſta præoccupauit opinio, vt animas ex pa
C.XXIIII. rentibus credant propagari, quantũ poſſunt ſeipſos cõ-
ſiderẽt, & interim ſapiant corpora nõ eſſe animas ſuas.
Nulla enim proprior natura eſt, qua diligẽter inſpecta
poſsit etiam deus qui ſupra omnem creaturam ſuã incommutabilis
permanet, incorporaliter cogitari, quàm
ea quæ ad ipſius imaginẽ facta eſt: & nihil vicinius, aut
C fortaſſe nihil tã cõſequẽs, quàm vt credito quòd anima
corpus ſit, etiã deus corpus eſſe credatur. Propter hoc enim
corporalibus aſſuefacti & affecti ſenſibus, nolũt animã
credere aliud eſſe quàm corpus, ne ſi corpus non
fuerit nihil ſit. Ac per hoc tanto magis timent etiam de
deo credere quòd corpus non ſit, quanto magis timent
deum credere nihil eſſe. Ita enim feruntur in phantaſias
vel phantaſmata imaginũ, quę cogitatio de corporibus
verſat, vt his ſubtractis tanquam per inane pereundum
ſit reformident: Ita neceſſe eſt vt & iuſticiam & ſapientiam
pingãt quodam modo in cordibus ſuis cũ formis
& colorib⁹ quas nõ poſſunt incorporeas cogitare. Nec
tamen dicunt quando iuſticia vel ſapientia monentur,
vt vel laudent eas, vel ſecundũ eas aliquid agant, quem
colorem, quam ſtaturã, quæ liniamenta vel quales formas
cõſpexerint. Sed de his aliàs & multa iã diximus, &
ſi deus voluerit, vbi res videbitur poſtulare, dicemus.
Nũc quod dicere cœperamus, ſi de traduce animarũ à
parẽtibus vel nõ dubitant quidã quòd ita ſit, vel dubitãt
an ita ſit, animã tamen corpus eſſe nõ audeãt credere
aut dicere: maxime propter quod dixi, ne deum quo-

que ipſum nihil aliud opinentur eſſe quàm corpus etſi D
excellentiſsimũ, etſi naturæ cuiuſdã propriæ cætera ſu- *Error*
pergredientis, corpus tamen. Denique Tertullianus *Tertulliani*
quia corpus eſſe animã credidit, nõ ob aliud niſi quòd *de anima.*
eam incorpoream cogitare nõ potuit, & ideo timuit ne *Cap.XXV.*
nihil eſſet ſi corpus nõ eſſet, nec de deo valuit aliter ſa- *Sup.ca.23.*
pere: qui ſanè quoniam acutus eſt, interdum cõtra opinionem
ſuã viſa veritate ſuperatur. Quid enim verius
dicere potuit quàm id quod ait quodã loco, omne corporale
paſsibile eſt? Debuit ergo mutare ſentẽtiam, qua
paulo ſuperius dixerat etiam deum corpus eſſe. Neque
enim arbitror eum ita deſipuiſſe, vt etiam dei naturam
paſsibilem crederet, vt iam Chriſtus non in carne tantũ,
neque in carne & anima, ſed in ipſo verbo per quod
facta ſunt omnia, paſsibilis & commutabilis eſſe credatur,
quod abſit à corde Chriſtiano. Itẽ cum animæ etiã
colorem daret aëreum ac lucidum, ventum eſt ad ſenſus
quibus eam membratim quaſi corpus inſtituere conatus
eſt, & ait, Hic erit homo interior, ali⁹ exterior, dupliciter
vnus, habens & ille oculos & aures ſuas quibus
populus deum audire & videre debuerat, habens & cæteros
artus per quos in cogitationib⁹ vtitur, & in ſomnis
fungitur. Ecce quibus aurib⁹ & quibus oculis debuit E
audire & videre deum populus, quibus anima in ſomnis
fungitur: cum ſi ipſum Tertullianum quiſquam videret
in ſomnis, nũquã ſe diceret ab eo viſum & cũ eo
locutũ, quem viciſsim ipſe nõ vidiſſet. Poſtremo ſi anima
ſeipſam videt in ſomnis, cũ iacentibus vtique vno
in loco membris corporis ſui, ipſa per varias imagines
euagatur quas videt, quis eã vidit aliquando in ſomnis
aërei coloris ac lucidi, niſi forte vt cætera quæ ſimiliter
falſo videt? Nã & hoc poteſt videre, ſed abſit vt eã talẽ
cũ euigilauerit credat: Alioquin quãdo ſe aliter viderit,
quod magis crebrũ eſt, aut mutata erit anima ei⁹, aut
nec tunc animæ videtur ſubſtãtia, ſed imago corporis
incorporea, quę miro modo ſic in cogitatione formatũ.
Quis enim Aethiops non penè ſemper nigrũ ſe videt
in ſomnis: aut ſi in alio colore ſe vidit, non magis miratus
eſt, ſi ſuit cũ illo memoria? Aëreo tamen colore ac
lucido neſcio vtrũ ſe vnquã vidiſſet, ſi nunquã iſtũ legiſſet
vel audiſſet. Quid quòd ducũtur homines talibus
viſis, & de ſcripturis nobis volunt præſcribere, tale aliquid
eſſe, nõ animã, ſed ipſum deũ, qualis figuraliter ſanctorũ
ſpiritibus demõſtratus eſt, qualis etiã in ſermone
allegorico ponitur. Similia quippe ſunt illa viſa talibus F
dictis: ac ſic errãt cõſtituẽtes in corde ſuo ſimulacra vanę
opinionis, nec intelligẽtes ita ſanctos de ſuis viſis talibus
iudicaſſe, qualiter iudicarẽt ſi talia diuinitus in fi-
guris dicta legerent vel audirent: ſicut ſeptẽ ſpicæ & ſe- *Gene.41.*
ptẽ boues, ſeptẽ anni ſunt: ſicut linteũ quatuor lineis al- *Acto.10.*
ligatũ, velut diſcus plenus variis animalib⁹, orbis terrarum
eſt cũ omnibus gẽtibus: ſic omnia cętera, & multo
magis quæ de rebus incorporeis, corporalibus ſignificantur
non rebus ſed imaginibus. Noluit tamẽ Tertul- *Subſtantiã*
lianus animã creſcere ſubſtãtia ſicut corpus: aſſerẽs etiã *animæ non*
timoris ſui cauſã, ne etiã decreſcere ſubſtãtia dicatur, *creſcere aut*
inquit, atque ita & defectura credatur. Et tamẽ quia per *decreſcere.*
corpus eam localiter tendit, nõ inuenit exitũ incremen *Ca.XXVI.*
torũ eius, quam vult de ſemine exiguo æquari corporis
quãtitati, & ait, Sed vis eius in quo naturalia peculia cõ
ſita retinẽtur, ſaluo ſubſtãtiæ modulo, quo à primordio
inflata eſt, paulatim cũ carne producitur i mẽbris. Hoc
forte nõ intelligeremus, niſi adhibita ſimilitudine eorũ
quę videmus planũ faceret quod dicebat, Cõſtitue, inquit,
certũ pondus auri vel argẽti rudẽ adhuc maſſam:

G Collectus habit⁹ eſt illi & futuro, interim minor tamē, continēs intra lineam moduli totū quod natura eſt auri vel argenti. Dehinc cum in laminam maſſa laxatur, maior efficitur initio ſuo, per dilatationē ponderis certi, non per adiectionem, dum extēditur, nōdum augetur, etſi ſic quoque augetur dū extēditur. Licet enim & habitu augeri, cum ſtatu non licet. Tunc & ſplēdor ipſe perhibetur auri vel argenti, qui prius fuerat quidē & in maſſa, ſed obſcurior, non tamen nullus. Tunc & alij atque alij habitus accedūt pro facilitate materię, qua duxerit eam qui agit, nihil cōferens modulo niſi effigiem. Ita & animę incrementa reputanda, non ſubſtātiua, ſed prouocatiua. Quis hunc crederet cum iſto corde tā diſertum eſſe potuiſſe? Sed tremenda iſta ſunt, non ridenda. Ad hoc enim nūquam cogeretur, ſi aliquid cogitare poſſet, quod & ſit & corpus non ſit. Quid autē abſurdius quàm putare maſſam cuiuſpiam metalli ex aliqua parte creſcere poſſe dum tūditur, niſi decreſcat ex altera: vel augeri latitudine niſi craſsitudine minuatur? Aut vllum eſſe corpus manente naturæ ſuæ quātitate, quod vndique creſcat niſi rareſcat? Quo modo igitur implebit
H anima ex illa ſtilla ſeminis magnitudinē corporis quod animat, ſi & ipſa corpus eſt, cu⁹ ſubſtātia nullo acceſſu creſcat? Quo modo, inquā, implebit carnē quam viuificat, niſi tanto rarior fuerit, quāto grādius quod animauerit? Timuit videlicet, ne deficeret etiam minuendo ſi creſceret: & nō timuit vt deficeret rareſcendo cum nō creſceret. Sed quid amplius immorer, quando & ſermo pergit in prolixiorem modum quàm petit terminandi neceſsitas, & ſententia mea iam ſatis ſit nota, vel quid certum teneā, vel vnde adhuc dubitem, & quare dubitem? Proinde & hoc volumen iam concludatur, vt quę ſequuntur deinde videamus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Geneſi ad literam Liber vndecimus.

Serpētis dolus & perſuaſio. Ca. I

ET erant nudi Adam & mulier eius, & non pudebat illos. Serpēs autem erat prudētiſsimus omnium beſtiarum quæ ſunt ſuper terram, quas fecit dominus deus. Et dixit ſerpens mulieri: Quid, quia dixit dominus
I deus, non edetis ab illo ligno paradiſi? Et dixit mulier ſerpenti, A fructu ligni quod eſt in paradiſo edemus, de fructu autē ligni quod eſt in medio paradiſi, dixit deus, non edetis ex eo neque tangetis illud, ne moriamini. Et dixit ſerpens mulieri, Non morte moriemini: Scit enim deus, quoniam qua die manducaueritis de eo, aperiētur vobis oculi, & eritis tanquā dij, ſcientes bonū & malum. Et vidit mulier quia bonū eſt lignum ad eſcam, & quia placet oculis videre, & decorum eſt cognoſcere. Et ſumens de fructu eius edit, & dedit viro ſuo ſecum, & ederūt. Et aperti ſunt oculi amborum, & agnouerunt quia nudi erant, & conſuerūt folia fici, & fecerunt ſibi campeſtria. Et audierūt vocē domini dei deambulantis in paradiſo ad veſperam, & abſconderūt ſe Adam & mulier eius à facie domini dei in medio ligni paradiſi. Et vocauit dominus deus Adā, & dixit illi, Vbi es? Et dixit ei, Vocem tuā audiui deambulantis in paradiſo, & timui, quia nudus ſum, & abſcōdi me. Et dixit illi: Quis nūciauit tibi quia nudus es, niſi à ligno quod præceperam tibi tātum ne ex eo māducares, ab eo ediſti? Et dixit Adam: Mulier quam dediſti mecū *ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ.*
hæc mihi dedit de ligno, & edi. Et dixit dominus deus K
mulieri: Quid hoc feciſti? Et dixit mulier: Serpens ſeduxit me, & manducaui. Et dixit dominus deus ſerpenti: Quia feciſti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus beſtiis quæ ſunt ſuper omnem terrā. Super pectus tuum & ventrem tuum ambulabis, & terram edes omnes dies vitę tuę, Et inimicicias ponam inter te & inter mulierem, & inter ſemen tuū & ſemen eius: Ipſa tibi ſeruabit caput, & tu ſeruabis eius calcaneum. Et mulieri dixit: Multiplicās multiplicabo triſticias tuas & gemitum tuum. In triſticiis paries filios, & ad virum tuum cōuerſio tua, & ipſe tui dominabitur. Adæ autem dixit: Quia audiſti vocem mulieris tuæ, & ediſti de ligno de quo præceperam tibi de eo ſolo non edere, maledicta terra in operib⁹ tuis. In triſticiis edes illam omnes dies vitę tuę, ſpinas & tribulos germinabit tibi, & edes fœnū agri: In ſudore vultus tui edes panem tuum, donec cōuertaris in terram ex qua ſumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Et vocauit Adam nomen mulieris ſuę Eua, id eſt Vita, quoniam hæc eſt mater omnium viuentiū. Et fecit dominus deus Adā & mulieri eius tunicas pel-
liceas, & induit eos. Et dixit dominus deus: Ecce Adam L
factus eſt tanquam vnus ex nobis in cognoſcēdo bonū & malum. Et nūc ne aliquando extendat manum ſuam & ſumat de ligno vitæ & edat & viuat in æternū. Et dimiſit illum dominus deus de paradiſo voluptatis operari terram, ex qua ſumptus eſt. Et eiecit Adam, & collocauit eū cōtra paradiſum voluptatis, & ordinauit Cherubim, & flammeam romphęam quę vertitur, cuſtodire viam ligni vitæ. Antequā huius propoſitę ſcripturæ textum ex ordine pertractemus, admonendum arbitror quod iam me & alibi in hoc opere memini prælocutū, illud à nobis eſſe flagitādum, vt ad proprietatem literæ defendatur, quod geſtū narrat ipſe qui ſcripſit. Si autē in verbis dei vel cuiuſquam perſonæ in officiū propheticum aſſumptæ dicitur aliquid quod ad literā niſi abſurde non poſsit intelligi, proculdubio figurate dictū ob aliquam ſignificationem accipi debet: dictum tamē dubitare fas non eſt: hoc enim à fide narratoris & pollicitatione expoſitoris exigitur. Erant ergo ambo nudi: verum eſt, omnino nuda erant corpora duorum homi-
num in paradiſo cōuerſantium, nec pudebat eos. Quid *Nuditas*
enim puderet quando nullam legem ſenſerāt in mem- *Roma. 7.*
bris ſuis repugnantē legi mētis ſuæ, quæ illos pœna pec-
cati poſt perpetrationē præuaricationis ſecuta eſt, vſur M
pante inobedientia prohibitum, & iuſticia puniēte cōmiſſum? Quod antequam fieret, nudi erant vt dictum eſt, & nō confundebantur. Nullus erat motus in corpore cui verecundia deberetur: nihil putabant velandum, quia nihil ſenſerant refrēnādum, quemadmodum propagaturi filios iam antea diſputatum eſt. Nō tamen eo modo credēdum eſt quo propagauerunt poſteaquā crimen admiſſum prædicta vltio conſecuta eſt: cum priuſquam morerentur, iam in corpore inobedientiam hominum iuſtiſsimo reciprocatu inobedientiū membrorum tumultum mors concepta verſaret: Nondum erāt tales Adam & Eua, cum nudi eſſent & non confundebantur. Serpens autem erat ibi prudentiſſimus qui- *Sapientia*
dem, ſed omnium beſtiarum quæ erāt ſuper terrā quas *ſerpentis.*
fecerat dominus deus. Trāſlato enim verbo dictū eſt, *Cap. II.*
prudentiſsimus, vel ſicut plures Latini codices habent, ſapientiſsimus, nō proprio quo in bonum accipi ſolet ſapientia vel dei vel angelorum vel animæ rationalis:
tanquam ſi ſapientes apes etiam formicáſque dicamus, *a. ſen. d. 21.*
propter opera velut imitantia ſapientiam. Quanquam *cap. 2.*
iſte

A iſte ſerpens non irrationali anima ſua, ſed alieno iam ſpiritu, id eſt diabolico, poſſet ſapientiſsimus dici omnium beſtiarum. Quantúlibet enim prævaricatores angeli de ſupernis ſedib⁹ ſuæ perverſitatis & ſuperbię merito deiecti ſint, natura tamen excellentiores ſunt omnibus beſtiis propter rationis eminentiam. Quid ergo mirum ſi ſuo inſtinctu diabolus iam implẽs ſerpẽtem, eiq; ſpiritum ſuum miſcens, eo more quo vates dæmoniorum implere ſolet, ſapientiſsimum eum reddiderat omnium beſtiarum ſecundum animam vivam, irrationalémq; viventium? Abuſione quippe nominis ita ſapientia dicitur in malo, quemadmodum in bono aſtutia: cum proprie magíſq; vſitate in Latina duntaxat lingua ſapientes laodabiliter appellentur: aſtuti autem male cordati intelligantur. Vnde nonnulli ſicut in pleriſq; codicibus invenimus, ad vſum Latinæ locutionis, non verbum ſed potius ſententiã transferentes, aſtutiorem omnibus beſtiis iſtum ſerpentem quàm ſapientiorẽ dicere maluerũt. Quid autem habeat Hebræa proprietas, vtrũ illic in malos, non abuſive ſed proprie poſſint dici

Tẽ probe. & intelligi ſapientes, viderint qui ea proprie noverũt.

B Nos tamen aperte legimus alio ſcripturarum ſanctarũ

Hiere. 4. loco, ſapientes ad malum non ad bonum: Et dominus

Lucæ. 16. dicit ſapientiores eſſe filios ſeculi filiis lucis, ad conſulendum ſibimet in poſterum, quamvis fraude non iure.

Diabolus in ſerpente. Cap. III. 2. ſentẽ. di. 21. ca. 2. Nec ſanè debemus opinari quòd ſerpentẽ ſibi per quem tentaret perſuaderétq; peccatum diabolus eligeret: ſed cum eſſet in illo propter perverſam & invidam voluntatem decipiendi cupiditas, nõ niſi per illud animal potuit per quod poſſe permiſſus eſt. Nocẽdi enim voluntas poteſt eſſe à ſuo quoq; animo prava, nõ eſt autẽ poteſtas niſi à deo, & hoc abdita aliáq; iuſticia, quo-

Roma 9. niam non eſt iniquitas apud deum.

Tẽtatio hominis quare permiſſa. Cap. IIII. 2. ſentẽ. di. 23. c. 1. Si ergo quæritur, cur deus tentari permiſerit hominem quem tentatori conſenſurum eſſe præſciebat. Altitudinem quidem conſilij eius penetrare non poſſum, & longe ſupra vires meas hoc eſſe confiteor. Eſt ergo aliqua cauſa fortaſsis occultior, quæ melioribus ſanctioribúſq; reſervatur, illius gratia potius quàm meritis eorum: ſed tamẽ quantum vel donat ſapere vel ſinit dicere, non mihi videtur magnæ laudis futurum fuiſſe hominẽ ſi propterea poſſet bene vivere, quia nemo male vivere ſuaderet: cũ &

C in natura poſſe, & in poteſtate habeat velle non cõſen-

Iacobi. 4. tire ſuadenti, adiuvãte tamen illo qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Cur itaq; tentari non ſineret quem cõſenſurum eſſe ipſe præſciebat altitudine quidem conſilij eius, cum id facturus eſſet propria voluntate per culpam, & ordinandus eſſet illius æquitate per pœnam: vt etiam ſic oſtenderet animæ ſuperbæ ad eruditionem futurorum ſanctorũ, quàm recte ipſe vteretur animarũ voluntatibus etiam malis, cum illæ perverſe vterentur naturis bonis.

Quare tẽtatur hominẽ deiecerit. Cap. V. Nec arbitrandũ eſt quòd eſſet hominem deiecturus iſte tentator, niſi præceſsiſſet in anima hominis quædam elatio comprimẽda, vt per humiliationem peccati, quam de ſe falſo pręſumpſerit diſceret.

Prover. 16. Veriſsime quippe dictum eſt: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriã humiliatur. Et hu-

Pſal. 29. ius forte hominis vox eſt in Pſalmo: Ego dixi in abundantia mea, nõ movebor in æternom. Deinde iam expertus quid mali habeat ſuperba præſumptio ꝓpriæ poteſtatis, & quid boni adiutoriũ gratiæ dei: Domine, inquit, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: Avertiſti autem faciem tuam à me, & factus ſum cõturbatus. Sed ſive illud de hoc homine ſive de alio dictum ſit, extollenti ſe tamen animæ, & nimium tanquam de propria virtute præſidenti, etiã experimento pœnæ fue- D rat demonſtrandum, quoniam non bene ſe habeat facta natura ſi à faciente receſſerit. Hinc enim etiam maxime commendatur, quale bonum ſit deus, quando nulli ab eo recedenti bene eſt: quia & qui gaudent in mortiferis voluptatibus, eſſe ſine dolorum timore non poſſunt: & qui omnino malum deſertionis ſuæ maiore ſuperbiæ ſtupore non ſentiũt, aliis qui hęc diſcernere noverunt, miſeriores prorſus apparẽt: vt ſi noluerint recipere medicinam talia devitandi, valeant ad exemplum quo poſſunt talia devitari. Sicut enim Apoſtolus Iacob⁹ dicit: Vnuſquiſq; tentatur à concupiſcẽtia ſua abſtract⁹ *Iaco. 1.*
& illectus. Deinde concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, peccatum autem cum cõſummatum fuerit generat mortem. Vnde ſanato ſuperbiæ tumore reſurgitur, ſi voluntas quæ ante experimentum defuit vt permaneretur cum deo, ſaltem poſt experimẽtum aſsit vt redeatur ad deum.

Sic autem quidam movẽtur *Quare iniquè eſſe permittatur. Ca. VI.*
de hac primi hominis tentatione, quòd eam fieri permiſerit deus, quaſi nunc non videant vniverſum genus humanum diaboli inſidiis ſine ceſſatione tẽtari. Cur & hoc permittit deus? An quia probatur & exercetur vir- E
tus, & eſt palma glorioſior nõ cõſenſiſſe tentatũ quàm non potuiſſe tentari: cum etiam ipſi qui deſerto creatore eunt poſt tentatorẽ, magis magiſq; tẽtent eos qui in verbo dei permanent, prębeantq; illis contra cupiditatem devitationis exemplũ, & incutiant contra ſuperbiã timorem piũ? Vnde dicit Apoſtolus: Intendens teipſum *Galat. 6.*
ne & tu tenteris. Mirum eſt enim quãtum iſta humilitas qua ſubdimur creatori, ne tanquã cuius adiutorio nõ egentes, de noſtris viribus præſumamus, per ſcripturas omnes divinas cura continua omnibus commẽdatur. Cum ergo etiã per iniuſtos iuſti, ac per impios pij proficiũt, fruſtra dicitur: Non crearet deus quos præſciebat *2. ſenten. d. 23. cap.*
malos futuros. Cur enim non crearet quos præſciebat bonis profuturos, vt & vtiles eorum bonis volũtatibus exercendis admonendiſq; naſcãtur, & iuſte pro ſua mala voluntate puniantur?

Talem, inquiũt, faceret ho- *Cur deus nõ ademerit peccãdi voluntatem. Cap. VII.*
minem qui nollet omnino peccare. Ecce nos concedimus meliorẽ eſſe naturam quæ omnino peccare nolit: concedant & ipſi non eſſe malã naturam, quæ ſic facta eſt vt poſſet non peccare ſi vellet, & iuſtam eſſe ſententiã qua punita eſt quę voluntate non neceſsitate pecca- F
vit. Sicut ergo ratio vera docet meliorem eſſe naturam quam prorſus nihil delectat illicitum: ita ratio vera nihilominus docet etiam illam bonam eſſe, quæ habet in poteſtate illicitã delectationem ſi extiterit ita cohibere, vt non ſolum de cæteris licitis rectéq; factis, verũetiam de ipſius pravæ delectationis cohibitione lætetur. Cum ergo hęc natura bona ſit, illa melior, cur illam ſolam & non vtranq; potius faceret deus? Ac per hoc qui parati erant de illa ſola deum laudare, vberius eum debẽt laudare de vtraq;. Illa quippe eſt in ſanctis angelis, hæc in ſanctis hominibus. Qui autẽ ſibi partes iniquitatis elegerunt, laudabilémq; naturàm culpabili voluntate depravarunt, num quia præſciti ſunt ideo creari minime debuerunt? Habent enim & ipſi locum ſuum quẽ in rebus impleãt pro vtilitate ſanctorum. Nam deus nec iuſticia cuiuſquam recti hominis eget, quanto minus iniquitate perverſi.

Quis autem ſobria conſideratio-
ne dicat, melius non crearet, quem præſciebat ex alte- *Bonorũ & malorũ creatio. C. VIII*
rius iniquitate poſſe corrigi, quàm crearet, quẽ præſciebat pro ſua iniquitate debere damnari? Hoc eſt enim dicere, melius non eſſe qui alterius malo bene vtendo miſericorditer coronaretur, quàm eſſe etiam malum qui

pro

G pro ſuo merito iuſte puniretur. Cum enim ratio certa
demonſtrat duo quædam non æqualia bona, ſed vnũ
ſuperius, alterum inferius, non intelligunt tardi corde
cum dicũt, vtrunq; tale eſſet, nihil ſe aliud dicere quàm
ſolum illud eſſet. Ac ſic cum æquare volunt genera bo-
norum, numerum minuunt, & immoderate augendo
vnum genus, alterum tollunt. Quis autem hos audiret,
ſi dicerent, quoniam excellentior ſenſus eſt videndi q̃
audiendi, quatuor oculi eſſent & aures non eſſent? Ita ſi
excellentior eſt creatura illa rationalis, quæ ſine vllius
pœnæ cõparatione, ſine vlla ſuperbia deo ſubditur: ali-
qua vero in hominibus ita creata eſt, vt in ſe dei bene-
ficium non poſsit agnoſcere, niſi alterius videndo ſup-
Roma. 11. plicium, vt non altum ſapiat, ſed timeat, id eſt, nõ de ſe
præfidat, ſed confidat in deum: quis recte intelligẽs di-
cat, talis eſſet iſta qualis illa, nec videat ſe nihil aliud di
cere, quàm non eſſet iſta, ſed ſola eſſet illa? Quòd ſi in-
erudite atq; inſipiẽter dicitur, cur ergo non crearet de⁹
Roma. 9. etiam quos malos futuros eſſe præſciebat, volens oſten-
dere iram & demonſtrare potentiam ſuam, & ob hoc
ſuſtinens in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt
in perditionem, vt notas faceret diuitias gloriæ ſuæ in
H vaſa miſericordiæ quæ præparauit in gloriã? Sic enim
1. Cor. 1. qui gloriatur nõ niſi in domino gloriatur, cum cogno
ſcit non ſuum ſed illius eſſe, non ſolum vt ſit, verũetiã
vt non niſi ab alio bene ſibi ſit à quo habet vt ſit. Nimis
itaq; importune dicitur, Non eſſent quibus deus tãtam
beneficentiam miſericordiæ ſuæ tribueret, ſi aliter eſſe
non poſſent, niſi eſſent & hi in quibus vindictæ iuſticiã
Præſcientia dei de malis. demonſtraret. Cur enim non vtriq; potius eſſent,
quando in vtriſq; & bonitas dei & æquitas iure prædi-
catur? At enim ſi deus vellet etiã iſti boni eſſent. Quan-
Cap. IX. to melius hoc deus voluit, vt quod vellẽt eſſent: ſed bo-
2. ſen. d. 23. ni infructuoſe, mali autem impune nõ eſſent, & in eo-
cap. 1. ipſo aliis vtiles eſſent. Sed præſciebat quid eorum factu-
ra eſſet voluntas mala. Præſciebat ſanè, & quia falli nõ
poteſt eius præſcientia, ideo nõ ipſius, ſed eorum eſt vo
luntas mala. Cur ergo eos creauit quos tales futuros eſ-
ſe præſciebat? Quia ſicut præuidit quid mali eſſent factu
ri, ſic etiam præuidit de malis factis eorum quid boni
eſſet ipſe facturus. Sic enim eos fecit vt eis relinqueret
vnde & ipſi aliquid facerẽt, quo quicquid etiam culpa-
biliter eligerent, illum de ſe laudabiliter operãtem in-
uenirent. A ſe quippe habent voluntatem malam, ab il-
I lo autem & naturam bonam, & iuſtam pœnam: ſibi de-
bitum locum, aliis exercitationis adminiculũ & timo-
Volũtas dei in malos. ris exemplum. Sed poſſet, inquit, etiam ipſorũ vo-
luntatem in bonum conuertere, quoniam omnipotens
Cap. X. eſt. Poſſet planè. Cur ergo nõ fecit? Quia noluit. Cur no
Roma. 12. luerit, penes ipſum eſt. Debemus enim non plus ſapere
quàm oportet ſapere. Puto autẽ pauloante ſatis nos oſtẽ
diſſe non parui boni eſſe rationalem creaturam, etiam
iſtam quæ malorum comparatione cauet malũ. Quod
genus bonæ creaturæ vtiq; non eſſet, ſi omnium malas
voluntates in bonum deus conuertiſſet, & nulli iniqui-
tati pœnam debitam infligeret: ac ſic non eſſet niſi ſolũ
illud genus quod nulla vel peccati vel ſupplicij malorũ
cõparatione proficeret. Ita velut aucta numeroſitate ex-
cellẽtioris generis, ipſorum generum bonorum nume-
Bonũ mali ſubſidio nõ indiget. rus minueretur. Ergo, inquiunt, eſt aliquid in operi-
bus dei quod alteri⁹ malo indigeat quo proficiat ad bo
num? Ita ne obſurduerũt & excæcati ſunt homines, ne-
Cap. XI. ſcio quo ſtudio contẽtionis, vt non audiant vel videãt
quibuſdã punitis, quàm plurimi corrigãtur? Quis enim
paganus, quis Iudæus, quis hæreticus non hoc in domo
ſua quotidie probet? Verum cũ venitur ad diſputatio- K
nem inquiſitionemq; veritatis, nolunt aduertere ſenſus
ſuos homines, ex quo opere diuinæ prouidentiæ in eos
veniat imponendæ commotio diſciplinæ: vt ſi nõ cor-
riguntur qui puniuntur, eorum tamen exemplo cæteri
metuãt, valeatq; ad eorum ſalutem iuſta pernicies alio-
rum. Nunquid enim maliciæ eorũ vel nequiciæ de⁹ au-
thor eſt, de quorum iuſta pœna cõſulit, quibus hoc mo-
do conſulendum eſſe conſtituit? Non vtiq;: ſed cum eos
viciis propriis malos futuros eſſe præſciret, non eos ta-
men creare deſtitit, vtilitati deputans eorũ quos in hoc
genere ita creauit, vt ad bonum proficere, niſi malorũ
cooperatione non poſſent. Si enim non eſſent, nulli rei
vtiq; prodeſſent, parum ne boni eſt actũ vt ſint, qui cer-
te illi generi vtiles ſunt: quod genus quiſquis nõ vult vt
ſit, nihil aliud agit niſi vt ipſe in eo nõ ſit? Magna opera Pſal. 110.
domini exquiſita in omnes volũtates eius: præuidet bo-
nos futuros & creat: præuidet malos futuros & creat.
Seipſum ad fruẽdum præbens bonis, multa munerum
ſuorum largiens & malis, miſericorditer ignoſcens, iu-
ſte vlciſcens. Itemq; miſericorditer vlciſcẽs, iuſte igno-
ſcens: nihil metuens de cuiuſquam malicia, nihil indi-
gens de cuiuſquam iuſticia: nihil ſibi conſulens nec de L
operibus bonorum, & bonis conſulens etiam de pœnis
malorum. Cur ergo non permitteret tentari hominem
illa tentatione probandum, conuincendum, puniendũ,
cum ſuperba cõcupiſcentia propriæ poteſtatis quod cõ
ceperat pareret, ſuóq; fœtu confunderetur, iuſtóq; ſup-
plicio à ſuperbiæ atq; inobediẽtiæ malo poſteros deter-
reret, quibus ea conſcribẽda & annunciãda parabãtur?
Si autem quæritur, cur potiſsimum per ſerpentem Cur tẽtatio per ſerpẽtẽ.
diabolus tentare permiſſus ſit, iam hoc ſignificãdi gra- Cap. XII.
tia factum eſſe quem non admoneat ſcriptura tantæ au 2. ſentẽ. diſ.
thoritatis, tantis diuinitatis documentis agens in pro- 21. ca. 2.
phetando, quantis effectis iam mũdus impletus eſt? Nõ
quòd diabolus aliquid ad inſtructionem noſtrã ſigni-
ficare voluerit, ſed cũ accedere ad tentandum non poſ-
ſet niſi permiſſus, nũ per aliud poſſet niſi per quod per-
mittebatur accedere? Quicquid igitur ſerpẽs ille ſigni-
ficauit, ei prouidentiæ tribuendũ eſt, ſub qua & ipſe dia-
bolus ſuam quidem habet cupiditatem nocẽdi, faculta-
tem autẽ non niſi quæ datur, vel ad ſubuertẽda ac per-
denda vaſa iræ, vel ad humilianda ſiue probanda vaſa
miſericordiæ. Natura itaq; ſerpentis vnde ſit nouimus:
produxit enim terra in verbo dei omnia pecora & be- M
ſtias & ſerpentes: quæ vniuerſa creatura habẽs in ſe ani-
mam viuam irrationalem, vniuerſæ rationali creaturæ
ſiue bonæ ſiue malæ voluntatis, lege diuini ordinis ſub-
dita eſt. Quid ergo mirum ſi per ſerpentem mali quid
agere permiſſus eſt diabolus, cum dæmonia in porcos Matth. 8.
intrare Chriſtus ipſe permiſerit? Magis de ipſa na- In eos qui diabolo ſeparatim poteſtatẽ quãdã tribuũt.
tura diaboli ſcrupuloſius quæri ſolet, quam totam qui-
dã hæretici, offenſi moleſtia malæ voluntatis eius, alie-
nare conantur à creatura ſummi & veri dei, & alterum
ei dare principium quod ſit cõtra deum. Non enim va-
lent intelligere omne quod eſt, inquantũ aliqua ſubſtã Cap. XIII.
tia eſt, & bonum eſſe, & niſi ab illo vero deo à quo om-
ne bonum eſt eſſe non poſſe: malam vero voluntatem
inordinate moueri, bona inferiora ſuperioribus præpo-
nendo: atq; ita factum eſſe vt rationalis creaturæ ſpiri-
tus, ſua poteſtate propter excellentiam delectatus, tume
ſceret ſuperbia, per quã caderet à beatitudine ſpiritalis
paradiſi, & inuidẽtia cõtabeſceret. In quo tamẽ bonum
eſt hoc ipſum quod viuit & viuificat corpus: ſiue aëreũ
ſicut ipſius diaboli, vel dæmonum ſpiritus: ſiue terrenũ,
ſicut

A ſicut hominis anima, cuiuſuis etiam maligni atq; per-
uerſi. Ita dum volũt aliquid quod deus fecerit, propria
voluntate peccare, ipſius dei ſubſtantiam dicunt primo
neceſsitate, & poſt inexpiabiliter volũtate corruptã atq;
peruerſam. Sed de iſtorum dementiſsimo errore aliâs
Cauſa rui- iam diximus multa. In hoc autem opere quærendum
næ angeli- eſt ſecundum ſanctam ſcripturam, quid de diabolo di-
cę.C.XIIII. cendum ſit. Primo, vtrum ab initio ipſius mõdi ſua po-
teſtate delectatus abſtiterit ab illa ſocietate & charitate
qua beati ſunt angeli qui fruuntur deo, an aliquo tẽpo-
re in ſancto cœtu fuerit angelorum, etiam ipſe pariter
2.ſen.d.42 iuſtus, & pariter beati. Noonulli enim dicunt ipſum ei
c.ex ſuper- fuiſſe caſum à ſupernis ſedibus, quòd inuiderit homini
bia. facto ad imaginem dei. Porrò hęc inuidia ſequitur ſu-
perbiam, non præcedit: non enim cauſa ſuperbiẽdi eſt
inuidentia, ſed cauſa inuidendi ſuperbia. Cum igitur ſu
Superbia. perbia ſit amor excellẽtię propriæ, inuidia vero ſit odiũ
Inuidia. fœlicitatis alienæ, quid inde naſcatur ſatis in promptu
eſt. Amando enim quiſq; excellentiã ſuam, vel paribus
inuidet quòd ei coæquãtur: vel inferioribus, ne ſibi co-
æquentur: vel ſuperioribus, quòd eis nõ coæquetur. Su-
B perbiendo igitur inuidus, non inuidẽdo quiſq; ſuperb⁹
Superbia eſt. Merito initium omnis peccati ſuperbiam ſcrip-
& cupidi- tura definiuit, dicens: Initium omnis peccati ſuperbia.
tas fontes Cui teſtimonio non inconueoiẽter aptatur etiam illud
malorum. quod Apoſtolus ait: Radix omnium malorũ eſt auari-
Cap.XV. cia: ſi auariciam generalem intelligamus, qua quiſq; ap-
Eccle.10. petit aliquid amplius quàm oportet, propter excellẽtiã
1.Timo.6. ſuam, & quendam propriæ rei amorem: cui ſapiẽter no
mẽ Latina lingua indidit, cum appellauit priuatũ, quod
potius à detrimento quam ab incremento dictum elu-
cet. Omnis enim priuatio minuit: vnde itaq; vult emi-
nere ſuperbia, inde in anguſtias egeſtatẽmq; contrudi-
tur, cum ex communi ad proprium damnoſo ſui amo-
re redigitur. Specialis eſt autẽ auaricia, quæ vſitatius ap-
pellatur amor pecuniæ. Cuius nomine Apoſtolus per
ſpeciem genus ſignificãs, vniuerſalem auariciam vole-
bat intelligi dicẽdo: Radix omnium malorum eſt aua-
ricia. Hinc enim & diabolus cecidit, qui vtique nõ ama
uit pecuniam ſed propriã poteſtatem. Proinde peruer-
ſus ſui amor priuat ſaocta ſocietate turgidum ſpiritũ,
eũmq; coarctat miſeria iam per iniquitatem ſatiari cu-
2.Timo.3. pientem. Hinc alio loco cum dixiſſet, Erũt enim homi-
C nes ſeipſos amantes: continuo ſubiecit, amatores pecu-
niæ, ab illa geoerali auaricia cuius ſuperbia caput eſt, ad
hanc ſpecialem deſcendens quę propria hominum eſt.
Neq; enim eſſent etiã homioes amatores pecuniæ, niſi
eo ſe putarent excellentiores quo ditiores. Cui morbo
1.Cor.13. contraria charitas non quærit quæ ſua ſunt, id eſt, non
priuata excellẽtia lætatur. Merito ergo & non inflatur.
Hi duo amores, quorum alter ſanctus eſt, alter immun-
dus: alter ſocialis, alter priuatus: alter communi vtilita-
ti conſulens propter ſupernam ſocietatem, alter etiam
rem cõmunem in poteſtatem propriam redigẽs prop-
ter arrogantẽ dominationẽ: alter ſubditus, alter æmu-
lus deo: alter trãquillus, alter turbulẽtus: alter pacificus,
alter ſeditioſus: alter veritatem laudibus errantiũ præ-
ferens, alter quoquo modo laudis auidus: alter amicabi
lis, alter inuidus: alter hoc volens proximo quod ſibi: al
ter ſubiicere proximum ſibi: alter propter proximi vti-
litatem regens proximum, alter propter ſuam: præceſſe
runt in angelis, alter in bonis, alter in malis, & diſtin-
Ciuitas bo- xerunt conditas in genere humano ciuitates duas, ſub
norũ & ma admirabili & ineffabili prouidentia dei, cũcta quę crea-
lorum. ta ſunt adminiſtrantis & ordinãtis, alteram iuſtorũ, al-
teram iniquorum. Quarum etiam quadam tẽporali cõ D
mixtione peragitur ſeculum, donec vltimo iudicio ſe-
pareutur: & altera coniuncta angelis bonis, in rege ſuo
vitam conſequatur æternam, altera coniuncta aogelis
malis, in ignem cum rege ſuo mittatur æternũ. De qui-
bus duabus ciuitatibus latius fortaſſe alio loco ſi domi-
nus voluerit diſſeremus. Quando ergo deiecerit ſu- *Diabolus*
perbia diabolum, vt oaturam ſuam bonam praua volũ- *homicida.*
tate peruerteret, ſcriptura non dicit: ante tamẽ factum *Cap.XVI.*
fuiſſe, & ex hac eum homini inuidiſſe, ratio manifeſta
declarat. In prõptu eſt enim omnibus hoc intuentibus,
non ex inuideotia ſuperbiã naſci, ſed ex ſuperbia potius
inuidẽtiã. Nec fruſtra putari poteſt ab ioino tẽporis dia
bolum ſuperbia cecidiſſe, nec fuiſſe vllum antea tẽpus *2.ſen.diſ.3.*
quo cum angelis ſanctis pacatus vixerit & beat⁹: ſed ab *c.putaue-*
ipſo primordio creaturę à ſuo creatore apoſtataſſe, vt *runt.*
illud quod dominus ait: Ille homicida fuit ab initio, & *Ioan.8.*
io veritate ooo ſtetit: vtrunq; ab initio intelligamus, nõ
ſolum quòd homicida fuit, verũetiam quia in veritate
non ſtetit. Et homicida quidẽ ab illo initio ex quo ho-
mo potuit occidi: non autem potuit occidere antequã
eſſet qui occideretur. Ab initio ergo homicida diabo- E
lus, quia ipſe occidit hominẽ primum, ante quem null⁹
homioum fuit. In veritate autem ooo ſtetit, & hoc ab
initio ex quo ipſe creatus eſt, qui ſtaret ſi ſtare voluiſſet.

Quo modo enim duxiſſe vitam beatam inter bea- *Praſcientia*
tos angelos credi poteſt, qui futuri ſui peccati atq; ſup- *angelorum.*
plicij, id eſt, deſertioois & ignis æterni ti præſcius non *Cap.XVII.*
fuit, merito quæritur cur oon fuerit? Neque enim ſancti *2.ſen.di.4.*
angeli æternæ ſuæ vitæ ac beatitudinis incerti ſunt. Nã *c.1.& 2.*
quo modo beati ſi incerti? An dicimus hoc deum dia-
bolo reuelare noluiſſe, cum adhuc eſſet angelus boous:
vel quid facturus vel quid paſſur⁹ eſſet: cęteris vero hoc
reuelaſſe qui eſſent in æternum in eius veritate manſu-
ri? Quod ſi ita eſt, ideo iam nõ æqualiter beatus, immo
iã nec planè beatus fuit, quandoquidem planè beati de
ſua beatitudine certi ſunt vt eam nullus perturbet me-
tus. Quo autem malo merito ita diſcernebatur à cæte-
ris, vt ei deus nec ea quæ ad ipſum pertinerẽt, futura re-
uelaret? Nũquid ille prius vltor: quàm iſte peccator? Ab-
ſit, Neque enim deus dãnat innocẽtes. An forte ex alio
genere angelorum fuit, quibus deus nõ dedit vel de ſe-
ipſis pręſcientiam futurorũ: qui quonã modo beati poſ
ſent eſſe, nõ video, quibus incerta eſt ipſa ſua beatitudo: F
nam & hoc quidã ſenſerũt noo fuiſſe diabolum in illa
ſublimi natura angelorum quæ ſupercœleſtis eſt, ſed in
eorũ qui aliquaodo inferius io mundo facti ſunt, & per
ſua officia diſtriburi. Tales enim fortaſſe poſſet aliquid
etiam illicitũ delectare: quam tamen delectationem ſi
peccare noluiſſent libero arbitrio cohiberent: ſicut ho-
mo, maxime ille primus qui peccati pœnam noodum
habebat io membris, quandoquidem & ipſa à ſanctis
viris deo ſubditis per eius gratiam pietate ſuperatur.

Porrò iſta quęſtio de beata vita, vtrũ eam quiſquã *An Adã*
iam habere dicendus ſit, cui incertum eſt vtrum ſecum *& Eua*
permanſura ſit, an ei miſeria quãdoque ſuccedat, poteſt *præſcierint*
& de ipſo primo homine oriri. Nam ſi futuri ſui pecca- *caſum ſuũ.*
ri præſcius erat diuinęq; vindictæ, beatus eſſe vnde po- *Ca.XVIII.*
terat? Ergo erat in paradiſo noo beatus. Si autẽ nõ erat
futuri peccati ſui præſcius: ergo per hanc ignorantiam
aut eiuſdem beatitudinis incertus, & quo modo iã vere
beatus? aut falſa ſpe certus nõ ſcientia, & quo modo nõ
ſtultus? Sed tamen hominis adhuc in corpore animali
conſtituti, cui obediẽter viuenti dãdum adhuc eſſet an-
gelorum cõſortium, & mutatio corporis ex animali in
ſpiritale,

G ſpiritale,poſſumus intelligere beatam vitam ſecundum
quendam modum,etiam ſi non erat præſcius futuri ſui
peccati. Neq; enim & illi præſcij fuerũt quibus Apoſto-
Galat.6. lus dicit, Vos qui ſpiritales eſtis,inſtruite huiuſmodi in
ſpiritu lenitatis,intendens teipſum, ne & tu tenteris. Nõ
abſurde tamen nec improbe dicimus, beatos iam fuiſſe
hoc ipſo quòd ſpiritales eſſent, nõ corpore ſed iuſticia
Roma.1. fidei,ſpe gaudẽtes,in tribulatione patiẽtes. Quanto ma-
gis ergo & ampliore modo beatus erat homo in para-
diſo ante peccatũ,quanuis incertus futuri ſui caſus, qui
ſpe ita gaudebat propter præmiũ futuræ cõmutationis,
vt nulla eſſet tribulatio cui tolerandæ patientia milita-
ret. Quanuis enim non vana præſumptione de incerto
certus velut ſtultus,ſed ſpe non infidelis,antequam ap-
prehenderet illã vitam,vbi certiſsimus ipſius æternę vi
tæ ſuę futurus eſſet,poſſet exultare, quẽadmodũ ſcriptũ
eſt,cum tremore & exultatione,multo abundantius in
paradiſo quàm ſancti in his terris, beatus eſſet modo
quodã inferiore quàm in illa vita ęterna ſanctorum ſu
Angelorũ percœleſtiũmq; angelorũ, non tamen nullo. Dice-
conditio. re autẽ de aliquibus angelis quòd in ſuo quodam gene-
Cap.XIX. re beati eſſe poſsint,futuræ ſuę iniquitatis & damnatio-
2.ſentẽ.diſ. nis,vel certe perpetuę ſalutis incerti,quib⁹ nec ſpes ſub-
4.c.ſed hoc. eſſet,quod aliquãdo & ipſi aliqua in melius mutatione
H certi de hac re futuri eſſent,vix ferenda pręſumptio eſt:
niſi forte & hoc dicatur,ita creatos iſtos angelos mũda
nis miniſteriis diſtributos ſub aliis ſublimiorib⁹ & bea
tioribus,vt pro recte geſtis præpoſituris ſuis accipiãt il-
lam vitam beatã ac ſublimiorẽ,de qua poſsint eſſe cer-
tiſsimi,cuius vtiq; ſpe gaudentes poſsint non incõgrue
dici iã beati. Ex quorum numero ſi diabolus cecidit cũ
ſocijs iniquitatis ſuę:ſimile hoc eſt ei quòd cadũt à iu-
ſticia fidei etiam homines ſimili ſuperbia præuaricati,
vel ſeipſos ſeducentes, vel illi ſeductori conſentientes.
Sed aſſerant hęc duo genera bonorum angelorum qui
potuerint, vnum ſupercœleſtium in quibus nũquã fuit
qui cadendo diabolus factus eſt:alterum autẽ mũdano-
rum in quibus fuit:mihi autem fateor vnde hoc ſecun-
dum ſcripturas aſſeram,non interim occurrit,ſed coar
ctatus quæſtione illa qua quæritur, vtrum ſui caſus prę-
ſcius antequã caderet fuerit, ne ſuæ beatitudinis incer-
tos eſſe vel aliquando fuiſſe angelos dicerem, non ſine
cauſa putaui poſſe dici diabolũ ab ipſo creaturę,hoc eſt
I ab ipſo vel temporis vel ſuæ cõditionis initio cecidiſ-
Opinio de ſe,nec aliquando in veritate ſtetiſſe. Vnde nonnul-
diabolo cre li eũ nõ in hanc maliciã libero voluntatis arbitrio eſſe
ato ad ma deflexum,ſed in hac omnino creatum putant, quanuis
lũ. Ca.XX. à domino deo ſummo & vero naturarũ omniũ creato-
2.ſen.diſ.3. re:adhibẽtq; teſtimoniũ de libro Iob,quoniã ibi ſcriptũ
c.putauerũt eſt cum de illo ſermo eſſet, Hoc eſt initiũ figmenti do-
Iob.40. mini quod fecit vt illudatur ab angelis eius. Cui ſentẽ-
Pſal.103. tiæ cõgruit quod in Pſalmo ſcriptũ eſt, Draco iſte quẽ
finxiſti ad illudẽdum ei:niſi quòd hic quem finxiſti di-
xit:non autem ſicut ibi, hoc eſt initium figmẽti domi-
ni:tanquã in initio eum ita finxiſſet, vt malus, vt inui-
dus,vt ſeductor,vt omnino diabolus eſſet,non volũta-
te deprauatus,ſed ita creatus. Hæc opinio quo mo-
Diabolum do non ſit aduerſa ei quod ſcriptum eſt,Fecit deus om-
creaturam nia bona valde:vbi inuenitur diabolus nõ propria vo-
fuiſſe bonã. luntate deprauatus,ſed ab ipſo domino deo factus ma-
Cap.XXI. lus valde. Quanuis conentur oſtẽdere vt inſulſe etiam
Gene.1. vel inerudite aſſeratur,non tantum conditione prima,
2.ſenten.d. ſed etiã nunc deprauatis tot volũtatibus: in ſummã ta-
3.c.ideoq. men omnia quæ creata ſunt,id eſt, vniuerſam omnino
creaturam bonã eſſe valde,non quo boni ſint in ea ma

li,ſed quòd non efficiant malicia ſua,vt ſub dei admini K
ſtratoris imperio,virtute,ſapientia, & decus & ordo v-
niuerſitatis aliqua ex parte turbetur ſiue turpetur,cũ ſuis
quibuſq; voluntatibus etiã malis tribuantur certi & cõ-
grui limites poteſtatum & pondera meritorũ, vt etiam
cum ipſis conueniẽter iuſtẽq; ordinatis vniuerſitas pul-
chra ſit:tamen quia cuilibet occurrit & verum eſt atque
manifeſtum,iuſticię ipſi eſſe contrarium,vt nullo præ-
cedẽte merito, hoc ipſum in quoquã deus dãnet quod
in eo ipſe creauit, certáq; & euidens damnatio diaboli
& angelorũ eius ex Euãgelio recitatur,vbi ſe dicturum
dominus pręnunciauit eis dicens qui à ſiniſtris ſunt,Ite *Matth.25.*
in ignem æternũ qui præparatus eſt diabolo & angelis
eiũs,nullo modo in eo naturam quam deus creauit,ſed
malam propriam voluntatẽ pœna ignis æterni plectẽ-
dam eſſe credendum eſt. Nec eius naturam eſſe ſi- *Cur diabo-*
gnificatam quod dictum eſt,Hoc eſt initiũ figmẽti do- *lum fecerit*
mini,quod fecit vt illudatur ab angelis ei⁹:ſed vel cor- *deus.*
pus aëreum quod tali voluntati congruẽter aptauit,vel *Cap.XXII.*
ipſam ordinationem in qua eum fecit etiam nolentem
vtilem bonis:vel quòd præſciens eum propria volũtate
malum futurum,fecit tamen,non abſtinens bonitatem
ſuam in præbenda vita atq; ſubſtantia futurę etiam no- L
xiæ voluntati,ſimul præuidens quanta de illo bona eſ-
ſet ſua mirabili bonitate ac poteſtate facturus. Initiũ au-
tem figmenti domini dictus eſt, quod fecit vt illudatur
ab angelis eius,non quia ipſum primitus condidit, vel
initio malum cõdidit, ſed quia cum ſciret eum ad hoc
propria volũtate malum futurũ vt bonis noceret, crea-
uit eum ad hoc vt de illo bonis ipſe prodeſſet: hoc eſt
enim vt illudatur ab angelis,quoniam ſic illuditur cum
ſanctis proſunt tẽtationes eius,quibus eos deprauare co
natur,vt malicia in qua ipſe eſſe voluit,eo nolẽte ſit vti
lis ſeruus dei,quia hoc præuidens eum finxit. Ideo initiũ
ad illudẽdum, quia & mali homines vaſa eiuſdem dia-
boli,& tanquam capitis corpus,quos nihilominus deus
malos futuros præuidens, creauit tamen ad vtilitatem
ſanctorum,ſimiliter illuduntur,cum & ipſis nocere vo
lentibus,præſtatur ſanctis ex eorum comparatione cau
tela,& pia ſub deo humilitatis & intelligentię gratia,&
exercitatio ad tolerandos malos,& probatio ad diligẽ-
dos inimicos. Sed ille eſt initium figmenti quod ſic il-
luditur, quia præcedit iſtos & temporis antiquitate &
principatu maliciæ. Hoc autem deus per ſanctos ange- M
los facit illo opere prouidẽtiæ quo creatas naturas ad-
miniſtrat,ſubdens videlicet angelos malos angelis bo-
nis,vt malorum improbitas,non quantum nititur, ſed
quantum ſinitur poſsit:nec tãtorum angelorũ malorũ, *Roma.1.*
verũetiam & hominum donec etiã iſta iuſticia qua vi- *Matth.19.*
uitur ex fide,quæ nunc patienter in hominibus exerce- *1.Cor.6.*
tur,conuertatur in iudicium,vt poſsint & ipſi non ſolũ
duodecim tribus Iſraël, ſed etiam angelos iudicare.
Quòd ergo putatur nunquam diabolus in veritate *Diabolũ in*
ſtetiſſe,nunquã cum angelis beatam duxiſſe vitã,ſed ab *veritate nõ*
ipſo ſuæ conditionis initio cecidiſſe,nõ ſic accipiendũ *ſtetiſſe. Ca.*
eſt vt non propria volũtate deprauatus,ſed malus à bo- *XXIII.*
no deo creatus putetur, alioquin nõ ab initio cecidiſſe *Ioan.8.*
diceretur. Neq; enim cecidit ſi talis eſt factus:ſed factus
continuo ſe à luce veritatis auertit,ſuperbia tumidus,&
propriæ poteſtatis delectatione corruptus: vnde beatæ
atq; angelicæ vitæ dulcedinem non guſtauit,quam nõ
vtique acceptam faſtidiuit, ſed nolendo accipere deſe-
ruit & amiſit. Proinde nec ſui caſus pręſcius eſſe potuit,
quæ ſapientia pietatis eſt fructus. Ille autẽ continuo im
pius,conſequenter & mentę cæcus, non ex eo quod ac-
ceperat

A ceperat cecidit, ſed ex eo quod acciperet ſi ſubdi voluiſſet deo, quod profecto quia noluit, & ab eo quod accepturus erat cecidit, & poteſtatem illius ſub quo eſſe noluit non euaſit, factúmq; in illo eſt põdere meritorum, vt nec iuſticię poſsit lumine delectari, nec ab eius ſententia liberari.

Vocabulũ diaboli. C.XXIIII. *Eſaiæ,14.*

Quod ergo per Eſaiam Prophetam in eũ dicitur, Quo modo cecidit de cœlo Lucifer mane oriẽs, contritus eſt in terram qui mittebat ad omnes gentes. Tu autem dixiſti ſenſu tuo, In cœlũ aſcendam, ſuper ſydera cœli ponam thronum meum, ſedebo in monte excelſo ſuper montes excelſos qui ſunt ad Aquilonem, aſcendam ſuper nubes, ero ſimilis altiſsimo: nũc autem ad inferos deſcendes: & cætera. Quæ in figura regis velut Babylonis in diabolum dicta intelligũtur, plura in eius corpus conueniũt, quod etiã de humano genere cõgruebat†: & in eos maxime qui ei per ſuperbiã cohęrẽt, apoſtatãdo à mãdatis dei. Sicut enim qui erat diabolus homo dict⁹ eſt, vt in Euãgelio, Inimic⁹ homo hoc fecit: ita qui homo erat diabol⁹ dict⁹ eſt, vt rurſus ĩ Euãgelio, Nõnne ego vos duodecim elegi, & vn⁹ ex vobis diabo-

†cõgregat. *Matth.13.* *Ioan.6.*

B lus eſt? Et ſicut corpus Chriſti quod in eccleſia dicitur Chriſtus, ſicut illud eſt, Vos Abrahæ ſemen eſtis: cũ paulo ſuperius dixiſſet, Abrahę dictæ ſunt promiſsiones & ſemini eius. Non dicit in ſeminibus tanquã in multis, ſed tãquã in vno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus. Et iterũ, Sicut enim corpus vnum eſt & mẽbra habet multa, omnia autem mẽbra corporis cum ſint multa vnũ eſt corpus, ita & Chriſtus. Eo modo etiam corpus diaboli, cui caput eſt diabolus, id eſt, ipſa impiorum multitudo, maximèq; eorum qui à Chriſto vel de eccleſia ſicut de cœlo decidunt, dicitur diabolus, & in ipſum corpus figurate multa dicuntur, quæ non tam capiti quàm corporis mẽbris conueniant. Itaq; Lucifer qui mane oriebatur & cecidit, poteſt intelligi apoſtatarum genus, vel à Chriſto vel ab eccleſia: quod ita conuertitur ad tenebras amiſſa luce quam portabat, quemadmodũ qui conuertuntur ad deum, à tenebris ad lucem tranſeũt, id eſt, qui fuerunt tenebræ lux ſunt.

Coloſſ.2. *Galat.3.* *1.Cor.12.* *Corp⁹ Chriſti.* *Corpus diaboli.*

Item in figura principis Tyri per Ezechielem Prophetam in diabolum dicta intelliguntur, Tu es ſignaculum ſimilitudinis & corona decoris, in deliciis paradiſi fuiſti, omni lapide precioſo ornatus es: & cætera quæ non tam in ipſum principem nequiciæ quàm in corpus eius dicta conueniũt.

Princeps Tyri diabolũ ſignificat Cap.XXV. *Ezech.28.*

C Paradiſus enim dicta eſt eccleſia, ſicut in Cantico canticorum legitur, Hortus cõcluſus, fons ſignatus, puteus aquæ viuæ, paradiſus cum fructu pomorũ. Inde ceciderũt vel aperta & corporali ſeparatione omnes hæretici: vel occulta & ſpiritali, quanuis in ea corporaliter eſſe videantur omnes conuerſi ad vomitum ſuum, cum poſt remiſsionem omnium peccatorum paululũ ambulaſſent in via iuſticiæ, in quib⁹ facta ſunt poſteriora deteriora prioribus, & quibus expediebat nõ cognoſcere viã iuſticię, quàm cognoſcẽtibus retrorſum reflecti, tradito ſibi ſancto mandato. Hanc peſsimã generationem dominus deſcribit, cũ dicit ſpiritum nequã exire ab homine, & cum aliis ſeptẽ redire, & in domo quam mundatam iã inuenerat inhabitare, vt ſint nouiſsima hominis illius peiora prioribus. Tali enim generi hominum quod iã factũ eſt corpus diaboli, poſſunt hæc verba cõgruere, A die qua creatus es tu cum cherub, id eſt, cũ ſede dei, quę interpretatur multiplicata ſcientia: & poſuit te in monte ſancto ſuo, hoc eſt in eccleſia: Vnde eſt, Et exaudiuit me de mõte ſancto ſuo: Fuiſti in medio lapidum flãmeorum, id eſt, ſanctorum ſpiritu feruentiũ lapidum viuorum: ambulaſti ſine vicio, in diebus tuis ex quo die creatus es tu, donec inuenta ſunt delicta tua in

Paradiſus eccleſia. *Cantic.4.* *2.Petri.2.* *Matth.12.* *Pſalm.3.*

D te. Poſſunt diligentius iſta tractari, vt fortaſsis oſtendatur non ſolum & hunc intellectũ eſſe in his verbis poſſe, ſed omnino alium eſſe non poſſe.

Rurſus per repetitionẽ de diaboli conditione. Ca.XXVI.

Verũ quia lõgum eſt & alium ſermonem exigit eidem tãtum quæſtioni deputatũ, nunc ſufficiat iſta complexio: aut ab initio creationis ſuæ diabolum à beatitudine, quam ſi voluiſſet percepturus fuerat, impia ſuperbiã cecidiſſe: aut alios eſſe angelos inferioris miniſterij in hoc mundo, inter quos ſecũdum eorum quandã nõ pręſciam beatitudinem vixerat, & à quorum ſocietate cum ſibi ſubditis angelis ſuis tanquam archangelus cecidit per ſuperbiæ impietatem: ſed hoc nullo modo aſſeri poteſt, illud mirum ſi poteſt. Aut certe ratio eſt requirenda, quẽadmodum omnes ſancti angeli, ſi inter illos aliquãdo pariter beatus, cum ſuis angelis diabolus vixit, nõdum habuerint etiam ipſi certam præſcientiam perpetuę fœlicitatis ſuæ, ſed eam poſt caſum eius acceperint. Aut quo merito ante ſuum peccatũ diabolus cum ſociis ſuis à cęteris angelis diſcretus fuerit, vt ipſe ſui caſus futuri eſſet ignarus, illi autem certi permanſionis ſuæ: dũ tamẽ

E & peccatores angelos minime dubitemus detruſos tãquam in carcerem caliginis huius aërec circa terras, ſecundum Apoſtolicam fidem in iudicio puniendos ſeruari: & in illa ſuperna beatitudine ſanctorum angelorũ non eſſe incertam vitam æternam, nec nobis ſecũdum dei miſericordiã & gratiam & fideliſsimam pollicitationem incertam futuram, cũ fuerimus eis poſt reſurrectionem & iſtorũ mutationem corporũ copulati. Ad hãc enim ſpem viuimus, & eius promiſsionis gratia recreamur. Quicquid autem etiã de diabolo dici poteſt, cur eum deus creauit cũ talem præſcirẽt futurum, & cur omnipotens eius volũtatem non conuertit in bonum, ſecundum ea quæ diſſeruimus cum de malis hominib⁹ ſimiliter quæreremus, ſiue intelligatur, ſiue credatur, ſiue quid melius inueniri poteſt inueniatur.

2.ſenten.d. 6.c.nõ eſt. *2.Petri.2.*

Ab illo ergo cui⁹ ſuper omnia quæ creauit ſumma poteſtas eſt, per angelos ſuos à quibus illuditur diabolus, cũ & de ipſius maleuolentia conſulatur eccleſiæ dei, non eſt permiſſus tentare fœminã niſi per ſerpentem, nec virũ niſi per fœminam: ſed in ſerpente ipſe locutus eſt, vtens eo velut organo, mouẽnſq; eius naturam eo modo, quo modo vere ille mouere & moueri illa potuit, ad expri-

Tẽtatio diaboli per ſerpentẽ. Cap. XXVII.

F mẽdos verborũ ſonos & ſigna corporalia, per quę mulier ſuadentis intelligeret voluntatem. In ipſa vero muliere quia illa rationalis creatura erat, quę motu ſuo poſſet vti ad verba faciẽda, nõ ipſe locut⁹ eſt, ſed eius operatio atq; perſuaſio, quãuis occulto inſtinctu adiuuaret interius, quod exterius egerat per ſerpẽtem. Quod quidem ſi ſolo inſtinctu occultius ageret, ſicut egit in Iuda vt traderet Chriſtũ, poſſet efficere in animo ſuperbo amore ſuæ poteſtatis inducto: ſed ſicut iam dixi, tentãdi voluntatem habet diabolus: in poteſtate autẽ nec vt faciat habet, nec quo modo faciat. Quia permiſſus eſt ergo tentauit, & quo modo permiſſus eſt ita tentauit. Cui autẽ generi hominũ prodeſſet quod faciebat, neq; ſciebat, neque volebat, & eo ipſo illudebatur ab angelis.

1.Ioan.3.

Non itaq; ſerpens verborũ ſonos intelligebat, qui ex illo fiebant ad mulierẽ. Neq; enim conuerſa credenda eſt anima eius in naturam rationalem: quandoquidem nec ipſi homines quorũ rationalis natura eſt, cum dæmon in eis loquitur ea paſsione cui exorciſta requiritur, ſciunt quid loquantur. Quanto minus ille intelligeret verborũ ſonos, quos per eũ & ex eo diabolus illo modo faciebat, qui hominem loquentẽ nõ intelligeret, ſi eum

An ſerpens verba prolata intellexerit. C.XXVIII. *2.ſen.d.21. ca.2.*

G ſi eum à diabolica paſsione immunis audiret. Nã & q̃
putantur audire & intelligere ſerpẽtes verba Marſorũ,
vt eis incantantibus proſiliant plerunq; de latebris, etiã
illic diabolica vis operatur, ad cognoſcẽdã vbiq; pro-
uidentiam, quam rem cui rei naturali ordine ſubiiciat,
& quid etiam voluntatibus malis ſapientiſsima poteſta
te permittat, & hoc magis habeat vſus, ſerpentes moue-
ri carminibus hominum, quàm vllum aliud genus ani-
mantium. Etiam hoc enim non parua teſtatio eſt, natu
ram primitus humanam ſerpentis ſeductam eſſe collo-
quio. Gaudent enim dæmones hãc ſibi poteſtatem da-
ri, vt ad incantationem hominum ſerpentes moueant,
vt quolibet modo fallãt quos poſſunt, Hoc autem per-
mittuntur ad primi facti memoriam commendandã,
quòd ſit eis quædam cum hoc genere familiaritas. Por-
rò ipſum primum factũ ad hoc permiſſum eſt, vt per na
turam ſerpẽtis ſignificaretur generi hominum, cui eru-
diendo hæc geſta cõſcribi oportebat, omnis diabolicæ
tentationis ſimilitudo, quod apparebit cũ in ſerpentem
Serpẽs pru- proferri cœperit diuina ſententia. Proinde pruden-
dẽtiſsimus. tiſsimus omniũ beſtiarum, hoc eſt aſtutiſsimus, ita di-
Ca. XXIX. ctus eſt ſerpens propter aſtutiã diaboli qui in illo & de
H illo agebat dolum, quemadmodum dicitur prudẽs vel
aſtuta lingua, quã prudens vel aſtutus mouet ad aliquid
prudenter aſtutéq; ſuadendũ. Non enim eſt hæc vis ſeu
virtus mẽbri corporalis quod vocatur lingua, ſed vti-
que mentis quæ vtitur ea. Ita etiam dictus eſt ſtylus mẽ-
dax ſcribarum. Neq; enim eſſe mendacem pertinet niſi
ad viuentem atq; ſentientẽ: ſed ſtylus mẽdax dictus eſt,
quòd per eum mendax mendaciter operetur, quemad-
modum ſi & iſte ſerpens mẽdax diceretur, quòd eo dia
bolus tanquã ſtylo mendaciter vteretur. Hoc ideo cõ-
mendandũ putaui, ne quiſquam exiſtimans animantia
rationis expertia humanũ habere intellectũ, vel in ani-
mal rationale repente mutari, ſeducatur in illã opinio-
nem ridiculam & noxiam reuolutionis animarum vel
2. ſen. d. 21. hominũ in beſtias, vel in homines beſtiarum. Sic ergo
ca. 2. locutus eſt ſerpẽs homini, ſicut aſina in qua ſedebat Ba-
Nume. 22. laam locuta eſt homini, niſi quòd illud fuit opus diabo
licum, hoc angelicũ. Habent enim quędam boni & ma
Exod. 7. li angeli opera ſimilia, Sicut Moyſes & magis Pharao-
nis. Verũ in his etiam boni angeli potentiores ſunt, nec
mali angeli etiam talium operũ quicquam poſſunt, niſi
I quòd per bonos angelos permiſerit deus, vt retribuatur
vnicuiq; ſecũdum cor eius, vel ſecundum gratiam dei,
Roma. 11. vtrunq; iuſte ac benigne per altitudinem diuitiarum ſa
Verba tẽta pientiæ & ſcientiæ dei. Dixit ergo ſerpens mulie-
toris. Caput ri, Quid? quia dixit deus, Non edetis ab omni ligno pa-
XXX. radiſi? Et dixit mulier ſerpenti: A fructu ligni quod eſt
Gene. 3. in paradiſo edim*, de fructu autẽ ligni quod eſt in me-
dio paradiſi dixit deus, non edetis ex eo, neq; continge
tis illud ne moriamini. Ideo prius interrogauit ſerpens,
& reſpondit hæc mulier, vt præuaricatio eſſet inexcuſa
bilis, neque vllo modo dici poſſet, id quod præceperat
deus oblitam fuiſſe mulierem, quãquam & obliuio prę-
Obliuio præ cepti, maxime vnius & tam neceſſarij, ad maximã cul-
cepti. pam damnabilis negligentiæ pertineret: verũtamẽ eui-
dentior eius trãſgreſsio eſt cum memoria retinetur, &
tanquam in illo deus aſsiſtẽs præſenſq; contẽnitur. Vn-
Pſal. 102. de neceſſarium fuit cũ in Pſalmo diceretur: Et memo-
ria retinentibus mandata eius, addere, vt faciãt ea. Mul
ti enim retinent memoria, vt contẽnant ea, præuarica-
tionis maiore peccato, vbi obliuionis nulla eſt excuſa-
tio. Dixit ergo ſerpẽs mulieri: Non morte moriemini.
Scit enim deus quoniam qua die mãducaueritis de eo,

adaperientur vobis oculi, & eritis ſicut dij cognoſcẽtes K
bonum & malũ. Quando his verbis crederet mulier à
bona atq; vtili re diuinitus ſe fuiſſe prohibitos, niſi iam
ineſſet menti amor ille propriæ poteſtatis, & quædã de
ſe ſuperba præſumptio, quæ per illam tentationem fue-
rat conuincenda & humilianda. Deniq; verbis nõ con *2. ſen. d. 22.*
tenta ſerpentis conſiderauit lignũ, viditq; bonũ ad eſcã *cap. 2.*
& decorum ad aſpectum, & non credens poſſe inde ſe
mori, arbitror quòd putauerit deum alicuius ſignifica-
tionis cauſa dixiſſe, ſi manducaueritis morte moriemi-
ni: atq; ideo ſumpſit de fructu eius & mãducauit, & de-
dit etiam viro ſuo ſecũ. Fortaſsis etiam cum verbo ſua-
ſorio, quod ſcriptura tacens intelligẽdũ reliquit. An for
te nec ſuaderi iam opus erat viro, quãdo illam eo cibo
mortuam non eſſe cernebat? Ergo ederunt, & aper- *Quo modo*
ti ſunt oculi amborum. Quo modo niſi ad inuicem cõ- *aperti oculi*
cupiſcendũ ad peccati pœnam carnis ipſi morte conce- *Ca. XXXI.*
ptam: vt iam eſſet corpus non animale tantũ, quod po-
terat, ſi obedientiam conſeruarent, in meliorem ſpirita
lẽmq; habitũ ſine morte mutari: ſed iam corpus mortis
in quo lex in membris repugnaret legi mentis. Neque
enim clauſis oculis facti erãt & in paradiſo deliciarum
cæci palpantẽſq; oberrabãt, vt vetitum lignũ etiam ne- L
ſcientes attingerent, palpãtẽſq; fructus prohibitos igno *Gene. 2.*
rando decerperent. Quo modo autem animalia & vo-
latilia adducta ſunt ad Adam, vt videret quid ea voca-
ret ſi nõ videbat? Et quo modo ipſa mulier ad virũ ad-
ducta eſt, quando facta eſt vt de illa quam non videbat
diceret: Hoc nunc os de oſsibus meis, & caro de carne *Ibidem.*
mea: & cætera. Poſtremo quo modo vidit mulier quia
bonũ eſt lignum in eſcam, & quia placet oculis ad vidẽ *Ge. 3.*
dum, & decorum eſt cognoſcere, ſi eorum clauſi erant
oculi? Nec tamen ideo propter vnius verbi trãſlationẽ
totum figurate accipiẽdum eſt. Viderit enim quẽadmo
dum dixerit ſerpens: Aperientur vobis oculi. Hoc enim
eũ ſcriptor libri dixiſſe narrauit: in qua vero ſignifica-
tione vel ſententia dixerit, lectori cõſiderare permiſit.
Hoc autẽ quod ſcriptũ eſt: Et aperti ſunt oculi eorũ, &
cognouerũt quia nudi erant: ita ſcriptũ eſt quemadmo
dũ omnia quę geſta narrantur, nec tamen ideo in alle-
goricam narrationem nos debẽt ducere. Neq; enim &
Euangeliſta narrator dicta cuiuſquam figurata ex eius
perſona inſerebat, ac non ex perſona ſua quæ fuerãt ge-
ſta narrabat, cum diceret de illis duobus, quorum vnus M
erat Cleophas, quòd cum fregiſſet eis dominus panem,
aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum quẽ per *Lucæ. 24.*
viam non cognouerant: nõ vtique clauſis oculis ambu-
lantes, ſed eum cognoſcere non valentibus. Sicut ergo
ibi, ſic [nec] in iſto loco narratio figurata eſt, quãuis trãſ
lato verbo ſcriptura vſa videatur, vt apertos diceret o-
culos qui & antea patebãt. Apertos vtiq; ad aliquid in-
tuẽdum & cogitandũ, quod antea nũquam aduerterãt.
Vbi enim ad tranſgrediendum præceptũ audax curio-
ſitas mota eſt, auida experiri latẽtia, quid nam tacto ve-
tito ſequeretur, & noxia libertate habenas ꝓhibitionis
rumpere delectata, probabilius exiſtimans nõ eſſe mor-
tem quam timuerant ſecuturam. Tale quippe pomũ cre
dendum eſt fuiſſe in illa arbore, cuius generis poma iã
in aliis arboribus innoxia ſenſerant: vnde magis credi-
derunt deum poſſe peccantibus facile ignoſcere, quòd
patienter tulerint non cognoſcere, quid nam eſſet, vel
cur eos inde cibum ſumere vetuiſſet. Mox vt ergo præ-
ceptũ tranſgreſsi ſunt, intrinſecus gratia deſerente om-
nino nudati, quam typho quodam & ſuperbo amore
ſuæ poteſtatis offenderant, in ſua membra oculos inie-
cerunt,

A cerunt,eáq; motu quem non nouerant cócupiuerút. Ad
hoc ergo aperti ſuot oculi ad quod antea non patebāt,
Quando cõ quanuis ad alia paterent. Hæc mors ea die accidit
tracta mor- qua factū eſt quod deus vetuit. Amiſſo quippe ſtatu mi-
talitas. Ca. rabili,corpus ipſum cui ſtatus etiam de ligno vitæ vir-
XXXII. tute myſtica præbebatur, per quem nec morbo tentari
nec mutari ætate potuiſſent, vt hoc io eorū carne,quā-
uis adhuc animali,& in melius poſtea commutanda,iā
tamen ſignificaretur per eſcam ligni vitæ,quod ex ipſo
ſpiritali alimento(ſapientiæ,)cuius ſacrameotū illud li-
goum erat, fit in bonis angelis per æternitatis partici-
Origo libi- pationem vt in deterius noo mutentur. Hoc ergo amiſ
dinis. ſo ſtatu corpus eorum duxit morbidam & mortiferam
qualitatem,quæ ioeſt etiam pecorum carni,ac per hoc
etiam eundem motum qui fit in pecoribus concumbē-
di appetitus,vt ſuccedant naſcentia morientibus. Sed ta-
men etiam in ipſa pœna ſuæ generoſitatis vindex ani-
mæ rationalis beſtialem motum in membris ſuæ carnis
erubuit,eíq; incuſsit pudorē,nó ſolum quia hoc ibi ſeo-
tiebat vbi nunquam antea tale aliquid ſenſerat, verum-
etiam quòd ille pudendus motus de pręcepti tranſgreſ-
ſione veniebat. Ibi eoim ſeoſit qua prius gratia veſtire-
B tur, quādo in ſua nuditate nihil indecēs patiebatur. Ibi
Pſal.29. completum eſt. Domine in voluntate tua prętitiſti de-
cori meo virtutem: Auertiſti autem faciem tuam à me,
& factus ſum conturbatus. Deniq; illa cóturbatione ad
folia ficulnea cucurrerunt, ſuccinctoria coſueruot,&
quia glorianda deſeruerant,pudenda texerunt. Nec ar-
bitror eos cogitaſſe aliquid in illis folijs quod talib^9 cō
grueret cótegi iam membra pruriſentia,ſed occulto io-
ſtinctu ad hoc illa cóturbatione compulſi ſunt, vt etiā
talis pœoæ ſuæ ſigoificatio à neſciētibus fieret quę pec-
catorem factū cóuinceret & doceret ſcriptura lectorē.
Vox dei am Et audierunt vocem domini dei ambulantis in pa-
bulãns.Ca. radiſo ad veſperam. Ea quippe hora tales iam conuene-
XXXIII. rat viſitare qui defecerāt à luce veritatis. Fortaſsis enim
io aliis intrinſecus vel ineffabilibus modis deus cum il-
lis antea loquebatur, ſicut etiā cū angelis loquitur ipſa
incommutabili veritate,illuſtrans mētes eorum vbi eſt
intellectus ooſſe ſimul quæcunq; etiam per tempora nō
fiunt ſimul. Forte,inquam,ſic cū eis loquebatur,etſi non
tanta participatione diuinæ ſapientiæ quaotum capiūt
angeli:tameo pro humano modulo quantumlibet mi-
nus,ſed ipſo genere viſitationis & locutiooís, fortaſsis
C etiā illo qui fit per creaturā,ſiue io ecſtaſi ſpiritus corpo
ralibus imaginib^9,ſiue ipſis ſenſib^9 corporis aliqua ſpe-
cie præſentata vel ad videndum vel ad audiendum, ſi-
cut io aogelis ſuis ſolet videri deus vel ſonare per nu-
bem. Nunc tameo quòd audierunt vocem dei ambulā-
tis in paradiſo ad veſperam, nō niſi per creaturam vi-
ſibiliter factum eſt,ne ſubſtantia illa inuiſibilis & vbiq;
tota quæ eſt patris & filij & ſpiritus ſancti corporalibus
eorum ſenſibus locali & tēporali motu apparuiſſe cre-
datur. Et abſcooderunt ſe Adam & mulier eius à facie
domini in medio ligno quod eſt io paradiſo. Cum de^9
auertit intrinſecus faciem ſuam & fit homo conturba-
tus:non miremur hæc fieri quæ ſimilia ſunt dementiæ
per nimium pudorem ac timorem, illo quoq; occulto
inſtinctu non quieſcente, vt ea neſcientes facerent quæ
aliquid ſignificarēt, quandoq; ſciuris poſteris propter
Quare inter- quos iſta conſcripta ſunt. Et vocauit dominus deus
rogat^9 prius Adam,& dixit illi, Vbi es? Increpantis vox eſt, nó igno-
Adam.C. rātis. Et hoc ſanè ad aliquam pertinet ſignificationem:
XXXIIII. quòd ſicut pręceptum viro datum eſt per quem veniret
ad fœminam,ita vir prior interrogatur. Pręceptū enim
à domino per virum vſq; ad fœminam: peccatum autē D
à diabolo per fœminam vſq; ad virum:hęc myſticis ſi-
gnificationibus plena ſuot,non id agentibus io quibus
facta ſunt,ſed de his illud agente potentiſsima ſapiētia
dei. Noo autem nūc ſigoificata referamus,ſed geſta de-
fendimus. Reſpondit ergo Adam, Vocem tuam audiui
in paradiſo & timui,quia oudus ſum & abſcōdi me. Sa
tis probabile eſt ſolere deum per creaturam tali actioni
cōgruam in forma humana primis illis hominibus ap-
parere:quos tamen nuoquam permiſit aduertere nudi-
tatem ſuam, eorum intentionem in ſuperna ſuſtollens,
niſi cum poſt peccatum pudēdum in membris motum
pœnali membrorū lege ſenſiſſent. Sic ergo affecti ſunt *Nuditas*
vt ſolēt affici homines ſub oculis hominum, & talis af- *carnis.*
fectio de peccati pœna erat, cum latere vellent quem la
tere nihil poteſt, & ab eo carnem occultare qui cordis
inſpector eſt. Sed quid mirum ſi ſuperbi volētes eſſe ſi- *Roma.1.*
cut dij,euanuerunt io cogitationibus ſuis, & obſcuratū
eſt inſipiens cor eorum. Se quippe dixerunt eſſe ſapien-
tes in abundantia ſua,& illo auertente faciem ſtulti fa-
cti ſuot. Quod enim iam ipſos pudebat erga ſeipſos, vn
de ſibi & ſuccinctoria fecerant, multo vehementius ab
illo etiam ſic ſuccincti videri verebantur, qui tanquam E
familiari temperamento ad eos videndos,per creaturā
viſibilē,velut humanos oculos afferebat. Si enim prop-
terea ſic apparebat vt homines tanquam cum homine
loquerentur, quemadmodum Abraham ad quercū Mā *Gene.18.*
brę,illa ipſa propè amicicia pudorē ooerabat poſt pec-
catum,quæ fiduciam dabat ante peccatum:nec iam il-
lam nuditatem audebant oſtendere talibus oculis,quæ
diſplicebat & ſuis. Domions ergo volens iam pec- *Excuſatio*
catores more iuſticię interrogatos punire,ampli^9 quàm *Adam.C.*
erat illa pœna de qua iam cogebantur erubeſcere, quis *XXXV.*
nūciauit,inquit,tibi quia nud^9 es,niſi à ligno quod prę-
ceperam tibi tantum ne ex eo manducares ab eo edi-
ſti? Hinc enim mors concepta propter dei ſententiam
qui ſic fuerat comminatus,fecit aduerti concupiſcētia-
liter membra: & ibi dicti ſunt aperti oculi, & ſecutū eſt
quòd puderēt. Et dixit Adā, Mulier quam dediſti me-
cum,hæc mihi dedit à ligno & edi:nunquid dixit,pec- *2.ſen.d.22.*
caui? Superbia habet confuſionis deformitatem,& non *c.ſed hoc.*
habet confeſsionis humilitatem. Ad hæc iſta cōſcripta *Superbia.*
ſunt, quia & ipſæ interrogationes nimirum ad hoc fa-
ctæ ſunt,vt & veraciter & vtiliter ſcriberentur : quia ſi
mendaciter,nō vtique vtiliter:vt aduertamus quo mor F
bo ſoperbiæ laborent homines hodie, non niſi in crea-
torem conaotes referre ſi quid egerint mali, tamen ſi-
bi velint tribui ſi quid egerint boni. Mulier,inquit,quā
dediſti mecum,id eſt, quam dediſti vt eſſet mecū, hæc
mihi dedit à ligno & edi:quaſi ad hoc data ſit,vt nō ip-
ſa potius obediret viro,& ambo deo. Et dixit dominus
deus mulieri:Quid hoc feciſti? Et dixit mulier:Serpens
ſeduxit me & māducaui. Nec iſta confitetur peccatum,
ſed in alterū refert,impari ſexu,pari faſtu. Ex his tamē *Pſalm.*
natus eſt,nec eos imitatus eſt, ſed planè pluribus malis
exercitatus,qui dicit,& dicet vſq; ad terminum ſeculi:
Ego dixi domine miſerere mei, ſana animam meam *Pſal. 40.*
quia peccaui tibi. Quanto melius ſic & iſti. Sed adhuc
ceruices peccatorum non conſiderat dominus: Reſta- *Pſal.128.*
bant labores,dolores mortis,& omnis contritio ſeculi,
& gratia dei qua tēpore opportuno ſubuenit homini-
bus, quos afflictos docuit non de ſeipſis debere præſu-
mere. Serpens,inquit, ſeduxit me & manducaui : quaſi *Maledict^9*
cuiuſquam ſuaſio, præcepto dei debuerit anteponi. *perpētu.Ca.*
Et dixit dominus deus ſerpenti : Quia feciſti hoc, *XXXVI.*
maledictus

G maledictus tu ab omnibus pecoribus,& ab omnibus be
ſtiis quę ſunt ſuper terram. Super pectus tuum & ventrē
tuum ambulabis,& terram edes omnes dies vitę tuæ:&
inimicicias ponam inter te & mulierem, & inter ſemē
tuum & ſemē illius. Ipſa tibi ſeruabit caput,& tu ſerua-
bis eius calcaneum. Tota iſta ſententia figurata eſt, nec
aliquid debet ei ſcriptoris fides narrationiſque veritas,
niſi ne illam dictam fuiſſe dubitemus, Quod enim po-
ſitum eſt, Et dixit dominus deus ſerpēti:verba ſola ſcri-
bentis ſunt,& hæc exigēda ſunt per proprietatem. Hoc
ergo vere eſt dictum ſerpenti. Iā cætera verba dei ſunt,
quę libero lectoris intellectui relinquuntur, vtrum pro-
prie an figurate accipi debeant,ſicut in exordio volumi
nis huius noſtri prælocuti ſumus. Proinde quòd ſerpēs
cur hoc fecerit nō eſt interrogatus,poteſt videri, quòd
non ipſe vtiq; id in ſua natura & voluntate fecerat: ſed
diabol⁹ de illo & per illū & in illo fuerat operatus, qui
iam ex peccato impietatis & ſuperbiæ ſuę igni deſtina-
tus fuerat ſempiterno. Nunc ergo quòd ſerpēti dicitur,
& ad eum qui per ſerpentem operatus eſt, vtique refer-
tur,proculdubio figuratum eſt: nam in his verbis tēta-
tor ille deſcribitur,qualis generi humano futurus eſſet:
H quod genus humanum propagari tunc cœpit, quando
hęc in diabolum eſt tanquam in ſerpētem prolata ſen-
tentia. Hęc itaq; verba quo modo figuris expoſitis acci-
piēda ſint,& in illis duobus aduerſum Manichæos edi-
tis libris de Geneſi quantum potuimus diſſeruimus: &
ſi quid diligentius & congruētius aliàs potuerimus,de⁹
aderit vt efficiamus. Nunc tamen noſtra intentio in a-
liud tendit, & quod ſuſcepimus nullo exigēte aduertē-
Pœna mu- da eſt. Et mulieri dixit:Multiplicans multiplicabo
lieris Cap. triſticias tuas & gemitum tuū: in triſti..is paries filios,
XXXVII. & ad virum tuū conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur.
Gene.3. Hæc quoq; in mulierem,dei verba,figurate ac prophe-
tice multo commodius intelliguntur: verūtamen quia
nondum pepererat fœmina, nec dolor & gemitus pa-
rientis,niſi ex corpore mortis, quæ illa præcepti tranſ-
greſsione concepta eſt, animalibus quidem etiam tunc
membris,ſed ſi homo non peccaſſet,non vtiq; moritu-
ris,& alio quodam ſtatu fœliciore victuris, donec poſt
vitam bene geſtam in melius mutari mererentur, ſicut
iam ſupra pluribus locis inſinuauimus refertur hæc pœ-
na & ad proprietatem literæ: niſi quia id quod dictum
eſt,Et ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe dominabi-
I tur tui,vidēdum eſt quemadmodum proprie poſsit ac-
cipi. Neq; enim & ante peccatū, aliter factum fuiſſe de-
cet credere mulierem,niſi vt vir ei dominaretur, & ad
eum ipſa ſeruiendo conuerteretur. Sed recte accipi po-
teſt hanc ſeruitutem ſignificatam, quæ cuiuſdam cōdi-
tionis eſt potius quàm dilectionis: vt etiā ipſa talis ſer-
uitus qua homines hominib⁹ poſtea eſſe ſerui cœperūt,
de pœna peccati reperiatur exorta. Dixit quidē Apoſto
Galat.5. lus:Per charitatem ſeruite inuicem:ſed nequaquā dice-
ret,inuicē dominamini. Poſſunt itaq; cōiuges per cha-
1.Timo.2. ritatem ſeruire inuicem, ſed mulierem non permittit
Apoſtolus dominari in virū. Huc enim viro potius dei
Imperium ſententia detulit,& maritum habere dominum meruit
mariti. mulieris non natura,ſed culpa. Quod tamen niſi ſerue-
tur,deprauabitur amplius natura,& augebitur culpa.
Labores A- Dixit ergo ad virum eius,quia audiſti vocem mu-
dam.Cap. lieris tuæ,& ediſti de ligno de quo pręceperā tibi de eo
XXXVIII. ſolo non edere, maledicta terra in operibus tuis:in tri-
ſticiis edes illā omnes dies vitæ tuæ: ſpinas & tribulos
germinabit tibi,& edes fœnū agri: in ſudore faciei tuæ
edes panem tuum,donec conuertaris in terram ex qua
ſumptus es,quia terra es & in terrā ibis. Hos eſſe in ter- K
ra labores humani generis,quis ignorat? Et quia non eſ
ſent ſi fœlicitas quæ in paradiſo fuerat teneretur, nō eſt
vtique dubitādum,ac per hoc etiam proprie verba hæc
primitus accipere ne pigeat. Seruanda tamen eſt & ex-
pectanda ſignificatio prophetiæ,quam maxime hic in-
tuetur dei loquētis intentio. Neque enim fruſtra & ipſe
Adam maiori †quodam inſtinctu tunc vocauit nomen *†miro.*
mulieris ſuæ Vitam,ſubiiciens etiā,quoniā iſta eſt ma-
ter omnium viuentium. Nā & hæc non ſcriptoris nar-
rantis vel affirmantis, ſed ipſius primi hominis verba
intelligenda ſunt,vt diceret,quoniā hæc eſt mater om-
nium viuentium:tāquam nominis à ſe impoſiti cauſam
inferens,cur eam vocauerit Vitam. Et fecit domi- *Tunica pel-*
nus deus Adę & mulieri eius tunicas pelliceas & induit *licee. Caput*
eos. Et hoc ſignificationis gratia factum eſt, ſed tamen *XXXIX.*
factū:ſicut illa quæ ſignificationis gratia dicta ſunt, ſed
tamen dicta ſunt. Hoc enim,quod ſæpe dixi, nec me ſæ
pius piget dicere,à narratore rerum proprie geſtarū ex-
igendum eſt,vt ea narret facta eſſe quæ facta ſunt,& di
cta eſſe quę dicta ſunt. Sicut autē in factis quęritur quid
factum ſit & quid ſignificet, ita in verbis quid dictum
ſit & quid ſignificet. Siue enim figurate ſiue proprie di- L
ctum ſit quod dictum eſſe narratur, dictum tamen eſſe
non debet putari figuratum. Et dixit deus:Ecce Adam
factus eſt tanquā vnus ex nobis in cognoſcēdo bonum
& malū, Quoniā hoc, per quodlibet & quomodolibet
dictum ſit,deus tamen dixit, non aliter intelligendum
eſt & quod ait,vnus ex nobis, niſi propter trinitatē nu-
merus pluralis accipiatur:ſicut dictū erat,faciamus ho- *Gene.1.*
minem, ſicut etiā dominus de ſe & de patre:Veniemus *Ioan.14.*
ad eum & māſionem apud eum faciemus. Replicatum
eſt igitur in caput ſuperbi quo exitu cōcupiuerit quod
à ſerpēte ſuggeſtum eſt:Eritis ſicut dij. Ecce,inquit, Adā *Gene.1.*
factus eſt tanquam vnus ex nobis. Verba enim ſunt hęc
dei non tā huic inſultantis, quàm cæteros ne ita ſuper-
biant deterrentis, propter quos iſta conſcripta ſunt. Fa-
ctus eſt,inquit,tāquā vnus ex nobis in cognoſcēdo bo-
num & malum. Quid aliud intelligēdum niſi exemplū
timoris incutiendi eſſe propoſitū, quòd non ſolum nō
fuerit factus,qualis fieri voluit,ſed nec illud quod fact⁹
fuerat conſeruauit. Et nunc,inquit deus,ne aliquā- *Expulſio e*
do extendat manum, & ſumat de ligno vitæ & edat & *paradiſo.*
viuat in æternū:& dimiſit illum dominus deus de para *Cap.XL.*
diſo voluptatis operari terrā ex qua ſumptus eſt. Supe- *Gene.3.*
riora verba dei ſunt:hoc autem factū propter ipſa ver- M
ba ſecutum eſt. Alienatus enim à vita,non ſolum quam
fuerat ſi præceptum ſeruaſſet cū angelis accepturus, ſed
ab illa etiā quā ducebat in paradiſo, fœlici quodā cor-
poris ſtatu,ſeparari vtique debuit à ligno vitæ. Siue ꝙ
ex ipſo illo ſubſiſteret fœlix ille ipſe ſtatus corporis, ex
re viſibili,virtute inuiſibili. Siue quòd in eo eſſet ſacra-
mentum viſibile inuiſibilis ſapientiæ: alienandus inde
vtique fuerat,vel iā moriturus, vel etiam tanquā excō-
municatus,ſicut etiā in hoc paradiſo,id eſt,eccleſia,ſo- *Excommu-*
lent à ſacramentis altaris viſibilibus homines diſcipli- *nicatio.*
na eccleſiaſtica remoueri. Et eiecit Adam,& collocauit
eum contra paradiſum voluptatis. Et hoc ſignificandi
gratia factum eſt,ſed tamen factum, vt contra paradi-
ſum quo beata vita etiam ſpiritaliter ſignificatur, habi-
taret peccator vtiq; in miſeria. Et ordinauit Cherubim, *2.ſen.d.29*
& flammeam romphæam quę vertitur,cuſtodire viam *c.ne vero.*
ligni vitæ. Hoc per cœleſtes vtique poteſtates etiam in
paradiſo viſibili factum eſſe credendum eſt, vt per an-
gelicum miniſterium eſſet illic ignea quædā cuſtodia
non ta-

A non tamen fruſtra factum eſſe, niſi quia ſignificat aliquid etiam de paradiſo ſpiritali, non eſt vnque dubitandum. Non tamen ignoro quibuſdam eſſe viſum feſtinatione peruertiſſe † illos homines appetitum ſcientiæ boni & mali, & immaniro tempore percipere voluiſſe, quod eis dilatum opportunius ſeruabatur: idque egiſſe tentatorem, vt præoccupando quod nondum talibus congruebat, offenderent deum, & ab eius rei vtilitate alienarentur excluſi atq; damnati, ad quam ſi ſuo tempore ſicut deus volebat accederent, poſſent ea ſalubriter perfrui. Hoc ſi forte per lignum illud non ad proprietatem vt verum lignum & vera poma eius, ſed ad figuram velint accipere, habeat exitum aliquem, rectæ fidei veritatiq; probabilem. Viſum eſt & quibuſdam, duos illos primos homines nuptias ſuas fuiſſe furatos, & antè mixtos concubitu, quàm eos qui creauerat copulaſſet. Quam rem nomine ligni fuiſſe ſignificatam, vnde prohibiri erant, donec opportuno tempore iungerentur. Quaſi vero in ea ætate facti eſſe credendi ſint, et expectanda eſſet maturitas pubertatis: aut non illud tunc legitimum eſſet, cum primum fieri po-
B tuiſſet: cum autem non potuiſſet, non vtique fieret: niſi forte ſponſa erat à patre tradenda, & expectanda erat votorum ſolennitas, & conuiuij celebritas, & dotis æſtimatio, & conſcriptio tabularum. Ridiculum iſtud eſt, propter quod à rerum geſtarum proprietate diſcedat, quam ſuſcepimus aſſerendam, & quantum deus donare voluit, aſſeruimus. Illud magis mouet, ſi iam ſpiritalis erat Adam, quanuis mente non corpore, quo modo credere potuerit quod per ſerpētem dictum eſt, ideo deum prohibuiſſe ne fructu ligni illius veſcerentur, quia ſciebat eos ſi feciſſent futuros vt deos propter dignoſcentiam boni & mali, tanquam hoc tantum bonum creaturæ ſuæ creator inuiderit: hoc mirum ſi homo ſpiritali mente præditus credere potuiſſet. An quia hoc credere ipſe non poſſet, propterea mulier addita eſt, quæ parui intellectus eſſet, & adhuc fortaſſe ſecundum ſenſum carnis, non ſecundum ſpiritum mentis viueret, & hoc eſt quòd ei Apoſtolus non tribuit imaginem dei. Sic enim ait: Vir quidem non debet velare caput, cum ſit imago & gloria dei: mulier autem gloria viri eſt. Non quod mens fœminæ eandem imaginem
C capere non poſſit, cum in illa gratia nos dicat nec maſculum eſſe nec fœminam: Sed quòd fortaſſis illa hoc nondum perceperat quod fit in agnitione dei, & viro regēte ac diſpenſante paulatim fuerat perceptura. Neq; enim fruſtra eſt illud quod Apoſtolus ait: Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua: & Adam non eſt ſeductus, mulier autem ſeducta in præuaricatione facta eſt, id eſt, vt per illam etiam vir præuaricaretur. Nam & ipſum dicit præuaricatorem, vbi ait: In ſimilitudinem præuaricationis Adæ qui eſt forma futuri. Seductum tamen negat. Nam & interrogatus non ait: Mulier quam dediſti mecum ſeduxit me, & manducaui: ſed ipſa mihi, inquit, dedit à ligno, & manducaui. Illa vero: Serpēs, inquit, ſeduxit me. Ita Salomon vir tantæ ſapientiæ, nūquid nam credendum eſt quòd in ſimulachrorum cultu credidit eſſe aliquid vtilitatis? ſed mulierum amori ad hoc malum trahenti reſiſtere non eualuit, faciens quod ſciebat non eſſe faciendum, ne ſuas quibus deperibat atque diffluebat mortiferas delicias contriſtaret. Ita & Adam, poſteaquam de ligno prohibito ſeducta mulier manducauit, eique dedit vt ſimul ederent, noluit eam contriſtari, quam credebat poſſe ſine ſuo ſolatio contabeſcere, ſi ab eius alienaretur animo, & omnino illa interire diſcordia. Non quidem carnis victus
D concupiſcentia quam nondum ſenſerat in reſiſtente lege membrorū legi mentis ſuæ: ſed amicali quadam beneuolentia, qua plerunq; fit vt offendatur deus, ne homo ex amico fiat inimicus: quod eum facere non debuiſſe, diuinæ ſentētiæ iuſtus exitus indicauit. Ergo alio quodam modo etiā ipſe deceptus eſt, ſed dolo illo ſerpentino quo mulier ſeducta eſt, nullo modo illum arbitror potuiſſe ſeduci in illo modo quo illa potuit: Hanc autem proprie ſeductionē appellauit Apoſtolus, qua id quod ſuadebatur cum falſum eſſet, verum eſſe putatum eſt, id eſt quòd deus ideo lignū illud tangere prohibuerit, quòd ſciebat eos ſi tetigiſſent velut deos futuros, tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. Sed etiam ſi virum propter aliquam mentis elationem, quæ deum internorum ſcrutatorem latere non poterat, ſolicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa eſca non eſſe mortuam, ſecundum ea quæ ſuperius tractauimus, non tamen eum arbitror ſi iam ſpiritali mente præditus erat, vllo modo credere potuiſſe, quòd eos deus ab eſca illius ligni inui-
E dendo vetuiſſet. Sed quid plura? Perſuaſum eſt illud peccatum ſicut perſuaderi talibus poſſet: cōſcriptum eſt autem ſicut legi ab omnibus oporteret, etſi à paucis hæc intelligerentur ſicut oportet.

Marginalia: *Opiniones de tempore percipiendæ ſcientiæ bonus & mali.* — *Cap. XLI.* — *† præuertiſſe* — *Ceremoniæ nuptiales.* — *Qui potuerit Adā credere ſerpēti.* — *Cap. XLII.* — *1. Cor. 11.* — *1. Timo. 2.* — *2. ſen. d. 22. cap. ſolet.* — *Roma. 5.* — *Salomonis idololatria.* — *3. Reg. 11.* — *2. ſen. d. 22. cap. ex quo.* — *2. ſen. d. 29. c. præterea.*

DIVI AVRELII AVGVSTINI de Geneſi ad literam Liber Duodecimus.

AB exordio ſcripturæ ſanctæ quæ inſcribitur Geneſis, donec homo primus de paradiſo dimiſſus eſt, vndecim libris ſiue aſſerēdo atque defendendo quæ certa nobis ſunt, ſiue inquirēdo & ambigendo de incertis, quæ potuimus & ſicut potuimus diſſeruimus atque conſcripſimus, non tam præſcribētes de rebus obſcuris vnicuique quid ſentiat, quàm nos docendos in quibus dubitauimus oſtendentes, temeritatemq; affirmandi amouentes à lectore, vbi nō valuimus præbere ſcientiæ* firmitatem. Iſte autem duodecimus liber
F ea iam cura expeditus, qua nos pertractandus textus ſacrarū literarum occupabat, liberius atq; prolixius verſabit de paradiſo quæſtionem: ne putemur euitaſſe, quod videtur Apoſtolus in tertio cœlo inſinuare paradiſum, vbi ait: Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit, raptum eiuſmodi vſque in tertium cœlum: & ſcio eiuſmodi hominem ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit quia raptus eſt in paradiſum, & audiuit ineffabilia verba quæ non licet homini loqui. In his verbis primum quæri ſolet, quid dicat tertium cœlum: deinde vtrum illic intelligi voluerit paradiſum: an poſteaquam raptus eſt in tertium cœlum, raptum eſſe & in paradiſum, vbicunque ſit paradiſus: non vt hoc fuerit rapi in tertium cœlum quod in paradiſum, ſed prius in tertium cœlum, & poſt inde in paradiſum. Et hoc ſic ambiguum eſt vt non mihi videatur poſſe diſſolui, niſi aliquis non ex præſentibus Apoſtoli verbis, ſed ex alijs forte ſcripturarum locis vel ratione perſpicua inueniat aliquid quo doceat ſiue in tertio cœlo eſſe paradiſum, ſiue non: eſſe cum & ipſum tertium cœlum quid ſit non liquido appareat, vtrum in

Marginalia: *Tertiū cœlū ex Paulo. Cap. I.* — **al. ſentētiæ* — *2. Cor. 12.*

G rebus corporalibus, an forte in ſpiritalibus intelligen-
dum ſit. Poſſet quidem dici non niſi in locum aliquem
corporalem hominem rapi potuiſſe cum corpore: ſed
quia & hoc ita poſuit vt neſcire ſe dixerit, vtrum in cor-
pore, an extra corpus raptus ſit, quis audeat dicere ſe
ſcire, quod ſe neſcire Apoſtolus dixit? Veruntamen ſi
neque ſpiritus ſine corpore ad loca corporalia rapi po-
teſt, nec corpus ad ſpiritalia, hæc ipſa dubitatio eius ve-
lut cogit intelligi, ſiquidem de ſeipſo hæc eum ſcripſiſ-
ſe nemo ambigit, tale fuiſſe illud quod raptus eſt, quod
vtrum corporale an ſpiritale eſſet, dignoſci diſcerniq;
Imagines non poſſet. Cum enim vel in ſomnis vel in ec-
in ſomno ſtaſi corporum exprimuntur imagines, non diſcernun-
aut ecſtaſi. tur omnino à corporibus, niſi cum homo redditus ſen-
Cap. II. ſibus corporis, recognoſcit ſe in illis fuiſſe imaginibus,
quas non per ſenſum corporis hauriebat. Quis enim
cum à ſomno euigilauerit, non continuo ſentiat ima-
ginaria fuiſſe quæ videbat, quamuis cum ea videret dor
miens à vigilantium corporalibus viſis diſcernere non
valebat? Quanquam mihi accidiſſe ſcio, & ob hoc e-
tiam aliis accidere potuiſſe vel poſſe non dubito, vt in
H ſomnis videns in ſomnis me videre ſentirem, illáſque
imagines quę ipſam noſtram conſuetudinem ludifica-
re conſueuerunt, non eſſe vera corpora, ſed in ſomnis
ea præſentari firmiſſime etiam dormiens tenerem at-
que ſentirem. Hoc tamen fallebar aliquãdo, quòd ami-
co meo quē ſimiliter in ſomnis videbam, idipſum per-
ſuadere conabar, non eſſe illa corpora quæ videbamus,
ſed eſſe imagines ſomniantium, cum & ipſe vtique in-
ter illos ſic mihi appareret quo modo illa. Cui autem
& hoc dicebam, neque id verum eſſe quod pariter lo-
queremur, ſed etiam ipſum tunc aliud aliquid videre
dormientem, & vtrum iſta ego viderem omnino non
ſcire: verum cum eidem ipſi perſuadere moliebar quòd
ipſe non eſſet, adducebar ex parte etiam ipſum putare
eſſe, cui profectò non loquerer, ſi omnimodo ſic affice-
rer quòd ipſe non eſſet: Ita non poterat, quamuis mira-
biliter vigilans anima dormientis, niſi duci imagini-
bus corporum, ac ſi corpora ipſa eſſent. In ecſtaſi autem
vnum audire potui, & eum ruſticanum virũ valentem
quod ſentiebat exprimere, qui & vigilare ſe ſciret & vi-
dere quiddam non oculis corporeis. Nam vt eius ver-
I bis vtar, quantum recolere poſſum, anima mea, inquit,
vidēbat eum, non oculi mei. Non tamen ſciebat vtrum
corpus eſſet aut imago corporis. Non enim erat talis vt
iſta diſcerneret, verumetiam ſimpliciter fidelis, vt eum
ſic audirem, ac ſi illud quod ſe vidiſſe narrabat ipſe vi-
diſſem. Ac per hoc ſi paradiſum Paulus ita vidit vt appa
Acto. 10. ruit Petro ille diſcus ſubmiſſus è cœlo, vt Ioanni quic-
Apoca. 1. quid in Apocalypſi ſe vidiſſe conſcripſit, vt Ezechieli
Ezech. 37. campus ille cum oſſibus mortuorum, & illa eorum re-
Eſaia. 6. ſurrectio, vt Eſaiæ ſedens deus, in conſpectu eius Sera-
phin, & ara vnde carbo aſſumptus Prophetæ labia mũ-
dauit, manifeſtum eſt eum ignorare potuiſſe, vtrum in
Quid ſit qđ corpore an extra corpus ea viderit. Sed ſi extra cor-
viderit Pau pus viſa ſint, & corpora non fuerunt, adhuc quæri po-
lus. Ca. III. teſt vtrum imagines corporum fuerint, an ea ſubſtantia
quæ nullam corporis ſimilitudinem gerit, ſicut deus, ſi-
cut ipſa mens hominis vel intelligentia vel ratio, ſicut
virtutes, prudentia, iuſticia, caſtitas, charitas, pietas, &
quæcunque aliæ ſunt quas intelligendo atque cogitan-
do enumeramus, diſcernimus, definimus: nõ vtique in-
tuentes liniamenta earum vel colores, aut quo modo
ſonent, aut quid redoleant, aut quid in ore ſapiant, aut
quid contrectantibus de calore ſeu frigore, mollitudi-
ne ſeu duricia, lenitate ſeu aſperitate renuncient, ſed a- K
lia quadam viſione, alia luce, alia rerum euidentia, & ea
longe cæteris præſtantiore atque certiore. Rurſus igi-
tur ad eadem ipſa Apoſtoli verba redeamus, & vt ea
diligentius perſcrutemur, hoc ſine dubitatione primi-
tus conſtituto, multo magis atque incomparabiliter am
plius Apoſtolum ſciſſe, quod de incorporea corporeá-
que natura nos vę ſciamus vtcunque conamur. Si ergo
ſciebat, ſpiritalia per corpus, corporalia extra corpus vi-
deri omnino non poſſe, cur non per eaipſa quæ vidit
quo modo etiam potuerit videre diſcernit? Si enim cer
tus erat ille eſſe ſpiritalia, cur non conſequenter extra
corpus ea ſe vidiſſe certus nihilominus erat? Si autem
corporalia eſſe nouerat, non niſi per corpus videri po-
tuiſſe, cur nõ etiam nouerat? vnde ergo dubitat vtrum
in corpore an extra corpus ea viderit, niſi forte ita e-
tiam dubitet, vtrum illa corpora an ſimilitudines cor-
porum fuerint? Prius itaque videamus quid ſit in ver-
borum iſtorum connexione vnde non dubitet, atque
ita cum remanſerit vnde dubitet, fortaſſis ex his de
quibus non dubitat, quo modo etiam illud dubitet ap-
parebit: Scio, inquit, hominem in Chriſto ante annos
quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra cor- L
pus neſcio, deus ſcit, raptum eiuſmodi vſque in tertium *2. Cor. 12.*
cœlum. Scit ergo ante annos quatuordecim in Chriſto
raptum hominem vſque ad tertium cœlum, hoc omni-
no non dubitat, nec nos ergo dubitemus: ſed vtrum
in corpore an extra corpus, dubitat: vnde illo dubitan-
te, quis noſtrum certus eſſe audeat? Num forte hinc e-
tiam illud conſequens erit, vt tertium cœlum fuiſſe du-
bitemus, quo raptum hominem dixit? Si enim res ipſa
demonſtrata eſt, tertium cœlum demonſtratum eſt. Si
autem imago aliqua corporalium ſimilis facta eſt, non
erat illud tertium cœlum, ſed illa oſtenſio ſic ordina-
ta eſt, vt videretur ſibi aſcendere primum cœlum, ſuper
quod videret alterum, quò rurſus aſcendens iterum al-
terum videret ſuperius, quò cum perueniſſet, poſſet di-
cere ſe in tertium cœlum raptum. Sed illud quod ter-
tium cœlum eſſet quo raptus eſt, neque dubitauit, ne-
que dubitare nos voluit. Ad hoc enim præmiſit, ſcio:
& inde cœpit, vt id quod ſe ſcire Apoſtolus dicit, ſolus
ille non credat verum eſſe qui non credit Apoſtolo. M

Scit ergo hominem raptum eſſe vſque in tertium *Quid fuerit*
cœlum: proinde illud in quod raptus eſt vere tertium *cœlũ tertiũ.*
cœlum eſt: non ſignum aliquod corporale, quod cum *Cap. IIII.*
oſtenderetur Moyſi, vſqueadeo ſentiebat aliud eſſe ip-
ſam dei ſubſtantiam, aliud viſibilem creaturam, in qua
ſe deus humanis & corporalibus ſenſibus præſentabat
vt diceret, Oſtende mihi temetipſum: nec aliqua ima- *Exod. 33.*
go rei corporalis, quam cum Ioannes videret in ſpiri-
tu, quærebat quid eſſet, eique reſpondebatur, vel ciuitas
eſt, vel populi ſunt, vel aliquid aliud, cum videret ille be
ſtiam ſiue mulierem, ſiue aquas, ſiue quid eiuſmodi: Sed *2. Cor. 12.*
ſcio, inquit, hominem raptum vſque in tertium cœlum.
Quòd ſi, ſpiritalem imaginē corporali ſimilem cœlum
appellare voluiſſet, ſic erat etiam imago corporis eius
in qua illuc raptus aſcenderat. Sic ergo & ſuum corpus
appellaret, quamuis imaginem corporis, quo modo il-
lud cœlum, quamuis imaginem cœli: neque curaret di-
ſcernere quid ſciret & quid neſciret, id eſt quia ſciret
raptum vſque ad tertium cœlum, neſciret autem vtrum
in corpore an extra corpus, ſed ſimpliciter narraret vi-
ſionem: earum rerum nominibus appellans illa quæ
vidit, quarum erant ſimilia. Nam & nos dicimus cum
ſomnia noſtra narramus, vel aliquam in eis reuelatio-
nem,

A nem, vidi montem, vidi fluuium, vidi tres homines, & ſi quid eiuſmodi, ea nomina tribuentes illis imaginibus, quæ babent res ipſæ quarum ſimiles erant, Apoſtolus autem illud, inquit, ſcio, illud neſcio. At ſi vtrunque imaginaliter apparuit, vtrunque pariter ſcitur paritèrve neſcitur. Si autem proprie cœlum, & ideo ſcitur, quo modo potuit imaginaliter corpus illius hominis apparere? Nam ſi cœlum corporeum videbatur, quare latebat vtrum corporeis oculis videretur? Si autem incertum erat, vtrum oculis corporeis an ſpiritu videretur, & ideo dictum eſt, Siue in corpore ſiue extra corpus, neſcio: quo modo nõ incertum erat & illud, vtrum vere cœlum corporeum videretur, an imaginaliter oſtenderetur? Itemq; ſi ſubſtantia incorporea videbatur non in aliqua imagine corporis, ſed ſicut videtur iuſticia, ſapientia, & ſi quid eiuſmodi, & hoc erat cœlum, id quoque manifeſtum eſt, oculis huius corporis videri aliquid tale non poſſe: ac per hoc ſi aliquid tale ſe vidiſſe ſciebat, non per corpus ſe vidiſſe dubitare non poterat, Scio, inquit, hominem in Cbriſto ante annos quatuordecim, Hoc ſcio, nemo dubitet qui mihi credit,
B ſed vtrum in corpore an extra corpus, neſcio, deus ſcit.

An vere viderit cœlũ. Cap. V.

Quid ergo ſcis quod diſcernis ab eo quod neſcis, ne credentes fallantur: Raptum, inquit, eundem hominem vſque in tertium cœlum: At illud cœlum aut corpus erat, aut ſpiritus? Si corpus erat, & corporeis oculis viſum eſt, cur illud cœlum eſſe ſcitur, & in corpore viſum eſſe neſcitur, Si autẽ ſpiritus erat, aut corporis imaginem præbuit, & tam incertum eſt vtrum corpus fuerit, quàm incertum eſt vtrum in corpore viſum ſit: aut ſic viſum eſt, quo modo videtur mente ſapientia ſine vllis imaginibus corporum, & nihilominus certũ eſt videri non potuiſſe per corpus: aut ergo vtrũque certum eſt, aut vtrunque incertum: aut quo modo certum quod viſum eſt: incertum autem per quod viſum eſt? Manifeſtum eſt enim incorpoream naturam ab eo videri non potuiſſe per corpus, Corpora vero etiam ſi poſſunt videri ſine corpore, non vtique ſic videntur per corpus, ſed longe ille diſpar modus eſt ſi quis eſt. Vnde mirũ ſi poſſet Apoſtolum tanquam ſimili modo fallere, aut ad dubitationem cogere, vt ſi corporeum cœlum incorporeis oculis vidit, incertum ſibi eſſe diceret vtrum in
C corpore an extra corpus id viderit. Reſtat ergo fortaſſe vt quoniam mentiri non poſſet Apoſtolus, qui tanta cura egit vt diſcerneret quid ſciret & quid neſciret, hocipſum eum ignoraſſe intelligamus, vtrũ quando in tertium cœlum raptus eſt, in corpore fuerit, quo modo eſt anima in corpore, cum corpus viuere dicitur, ſiue vigilantis, ſiue dormientis, ſiue in ecſtaſi à ſenſibus corpoporis alienata: an omnino de corpore exierit vt mortuum? corpus iaceret, donec peracta illa demonſtratione membris mortuis anima redderetur, & nõ quaſi dormiens euigilaret, aut ecſtaſi alienatus denuo rediret in ſenſus, ſed mortuus omnino reuiuiſceret. Proinde quòd vidit raptus vſq; in tertiũ cœlum, quod etiã ſe ſcire confirmat, proprie vidit non imaginaliter. Sed quia ipſa à corpore alienatio vtrum omnino mortuum corpus reliquerit, an ſecundum modum quendam viuentis corporis ibi anima fuerit, ſed mens eius ad videnda vel audienda ineffabilia illius viſionis arrepta ſit, hoc incertum erat, ideo forſitan dixit, Siue in corpore ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit.

Viſorum genera tria. Cap. VI.

Quod autem non imaginaliter ſed proprie videtur & non per corpus videtur, hoc ea viſione videtur quæ omnes cæteras ſuperat. Harum ſpecies atque differentias quantum me dominus adiuuerit explicare curabo. Ecce in hoc vno
D præcepto cum legitur, Diliges proximum tuum tanquã teipſum, tria genera viſionum occurrunt. *Matth. 22.* Vnum per oculos, quibus ipſæ literæ videntur: alterum per ſpiritum hominis, quo proximus & abſens cogitatur: tertium per contuitum mentis, quo ipſa dilectio intellecta conſpicitur. In bis tribus generibus illud primum manifeſtum eſt omnibus: in hoc enim videtur cœlum & terra & omnia quæ in eis conſpicua ſunt oculis noſtris. Nec illud alterum, quo abſentia corporalia cogitantur, inſinuare difficile eſt: ipſum quippe cœlum & terram, & ea quæ in eis videre poſſumus, etiam in tenebris conſtituti cogitamus: vbi nihil videntes oculis corporis, animo tamen corporales imagines intuemur: ſeu veras, ſicut ipſa corpora videmus & memoria retinemus: ſeu fictas, ſicut cogitatio imaginari potuerit, Aliter enim cogitamus Carthaginem quam nouimus, aliter Alexandriam quam non nouimus. Tertium vero illud, quo dilectio intellecta conſpicitur, eas res continet quæ non habent imagines ſui ſimiles, quæ non ſunt quod ipſæ. Nam homo vel arbor vel ſol, & quæcunq;
E alia corpora, ſiue cœleſtia ſiue terreſtria, & præſentia videntur in ſuis formis, & abſentia cogitantur imaginibus animo impreſſis, & faciunt duo genera viſorum, vnum per corporis ſenſus, alterum per ſpiritum quo illæ imagines continentur. Dilectio autem nunquid aliter videtur præſens in ſpecie qua eſt, & alter abſens in aliqua imagine ſui ſimilis? Non vtique, ſed quantum mente cerni poteſt, ab alio magis, ab alio minus ipſa cernitur, Si autem aliquid corporalis imaginis cogitatur, non ipſa cernitur.

Viſio corporalis, ſpiritalis, intellectualis. Cap. VII.

Hæc ſunt tria genera viſionum, de quibus & in ſuperioribus libris aliquid diximus ſicut res poſtulare videbatur, non tamen earum numerum commemorauimus: & nunc breuiter eis inſinuatis, quoniam ſuſcepta quæſtio flagitat, vt de his aliquanto vberius diſſeramus, debemus ea certis & congruis ſignare nominibus, ne aſſidue circumloquendo moras faciamus. Primum ergo appellemus corporale, quia per corpus percipitur & corporis ſenſibus exhibetur. Secundum ſpiritale, quicquid enim corpus non eſt, & tamen aliquid eſt, iam recte ſpiritus dicitur: & vtique non eſt corpus, quamuis corpori ſimilis ſit imago abſentis corporis, nec ille ipſe
F obtutus quo cernitur. Tertium vero intellectuale, ab intellectu, quia mentale à mente, ipſa vocabuli nouitate nimis abſurdum eſt vt dicamus. Horum vocabulorum rationem ſi ſubtilius reddam, & prolixior & perplexior ſermo erit, cum hoc vel nulla, vel certe non tanta neceſſitas exigat: ſatis eſt ergo ſcire corporale aliquid vel proprie dici cum de corporibus agitur, vel etiam tranſlato vocabulo, ſicut dictum eſt, quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *Coloſ. 2.* Neque enim diuinitas corpus eſt, ſed quia ſacramenta veteris teſtamenti appellat vmbras futuri, propter vmbrarum comparationem corporaliter dixit habitare in Chriſto plenitudinem diuinitatis: quòd in illo impleantur omnia quæ in illis vmbris figurata ſunt, ac ſic quodam modo vmbrarum illarum ipſe ſit corpus, hoc eſt, figurarum & ſignificationum illarum ipſe ſit veritas. Sicut ergo ipſæ figuræ ſignificatiuæ, tranſlato vtiq; vocabulo, non proprie dictæ ſunt vmbræ, ita & quod ait plenitudinem diuinitatis corporaliter habitare, tranſlato verbo vſus eſt. Spiritale autem pluribus modis dicitur, Nam & corpus quod futurum eſt in reſurrectione ſanctorũ, ſpiritale appellat Apoſtolus: vbi ait, Semi- *1. Cor. 15.*

G natur corpus animale, reſurget corpus ſpiritale: eo quòd
miris modis ad omnem facilitatem & incorruptionẽ
ſpiritui ſubdatur, & ſine vlla indigentia corporalium
alimentorum ſolo viuificetur ſpiritu, non quòd incor-
poream ſubſtantiam ſit habiturum: neque enim & hoc
corpus quale nũc habemus, animæ habet ſubſtantiam,
Spiritus vo & hoc eſt quod anima, quia dictum eſt animale. Item
cabulũ πο- ſpiritus dicitur, vel aër iſte, vel flatus eius, id eſt, mo-
λύσημον. tus eius, ſicut dictum eſt: Ignis, grando, nix, glacies,
Pſal.148. ſpiritus tempeſtatis. Dicitur etiam ſpiritus anima, ſiue
Eccles.3. pecoris ſiue hominis, ſicut ſcriptum eſt, Et quis ſcit, ſpi-
ritus filiorum hominis ſi aſcendat ipſe ſurſum, & ſpiri-
tus pecoris, ſi deſcendat ipſe deorſum in terram? Dici-
tur ſpiritus & ipſa mens rationalis, vbi eſt quidam tan-
quam oculus animæ ad quem pertinet imago & agni-
Ephe.4. tio dei. Vnde dicit Apoſtolus, Renouamini ſpiritu mẽ-
tis veſtræ, & induite nouum hominem qui ſecundum
deum creatus eſt: Cum & alibi dicat de interiore ho-
Coloſſ.3. mine, Qui renouatur in agnitione dei ſecundum ima-
ginem eius qui creauit eum. Item cum dixiſſet, Igitur
ipſe ego mente ſeruio legi dei, carne autem legi pecca-
Roma.7. ti: Alio loco eandem ſententiam commemorans, Ca-
Gala.5. ro, inquit, concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus ad-
H uerſus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis: quam di-
xit mentem, hanc etiam ſpiritum appellauit. Dicitur ſpi
ritus etiam deus, ſicut ait dominus in Euangelio, Spi-
Ioan.4. ritus eſt deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ve-
Differentia ritate oportet adorare. Ex his omnibus modis quos
ſpiritus & commemorauimus quibus appellatur ſpiritus, non tra-
mentis. Ca. ximus hoc vocabulum quo appellauimus ſpiritale hoc
VIII. viſionis genus de quo nunc agimus, ſed ex illo vno mo
do quem inuenimus in epiſtola ad Corinthios, quo ſpi
1.Cor.14. ritus à mente diſtinguitur euidentiſſimo teſtimonio. Si
enim orauero, inquit, lingua, ſpiritus meus orat, mens
autem mea infructuoſa eſt. Cum ergo lingua intelli-
gatur hoc loco dicere obſcuras & myſticas ſignifica-
tiones, à quibus ſi intellectum mentis remoueas, nemo
ædificatur, audiendo quod non intelligit, Vnde etiam
dicit, Qui enim loquitur lingua, non hominibus lo-
quitur ſed deo: nemo enim audit, ſpiritus autem lo-
quitur myſteria: ſatis indicat eam ſe linguam hoc lo-
co appellare, vbi ſunt ſignificationes velut imagines
rerum ac ſimilitudines, quæ vt intelligantur, indigent
mentis intuitu. Cum autem non intelliguntur, in ſpi-
I ritu eas dicit eſſe, non in mente. Vnde apertius ait, Si
benedixeris ſpiritu, quis ſupplet locum idiotæ? Quo
modo dicet amen ſuper tuam benedictionem, quan-
doquidem neſcit quid dicas? Quia ergo etiam lingua,
id eſt membro corporis quod mouemus in ore cum lo
quimur, ſigna vtique rerum dantur, non res ipſæ pro-
feruntur: propterea tranſlato verbo linguam appella-
uit quamlibet ſignorum prolationem priuſquam intel-
ligantur: quò cum intellectus acceſſerit, qui mentis eſt
proprius, fit reuelatio vel agnitio, vel prophetia vel do-
ctrina, Proinde ait, Si venero ad vos linguis loquens,
quid vobis prodero niſi loquar vobis in reuelatione
aut in agnitione aut in prophetia aut in doctrina? id
eſt cum ſignis hoc eſt linguæ acceſſerit intellectus, vt
non ſpiritu tantum, ſed etiam mente agatur quod a-
Prophetia. gitur. Proinde quibus ſigna per aliquas rerum
Cap.IX. corporalium ſimilitudines demonſtrabantur in ſpiri-
tu, niſi acceſſiſſet mentis officium, vt etiam intellige-
rentur, nondum erat propheta, Magiſque propheta e-
rat qui interpretabatur quod alius vidiſſet quàm ipſe
qui vidiſſet. Vnde apparet magis ad mentem pertinere
prophetiam, quàm ad iſtum ſpiritum qui modo quo- K
dam proprio vocatur ſpiritus, vis animæ quædam men
te inferior, vbi corporalium rerum ſimilitudines expri-
muntur. Itaque magis Ioſeph propheta, qui intellexit *Gene.41.*
quid ſignificarent ſeptem ſpicæ & ſeptem boues, quàm
Pharao qui eas vidit in ſomnis. Illius enim ſpiritus in-
formatus eſt vt videret, huius mens illuminata vt in-
telligeret: Ac per hoc in illo erat lingua, in iſto pro-
phetia, quia in illo rerum imaginatio, in iſto imagi-
nationum interpretatio. Minus ergo propheta qui re-
rum quæ ſignificantur ſola ipſa ſigna in ſpiritu per re-
rum corporalium imagines videt: & magis propheta
qui ſolo earum intellectu præditus eſt: ſed & maxime
propheta, qui vtroque præcellit, vt & videat in ſpiri-
tu corporalium rerum ſignificatiuas ſimilitudines, & *Daniel.2.*
eas viuacitate mentis intelligat, ſicut Danielis excellen- *& 4.*
tia tentata & probata, qui regi & ſomnium quod vi-
derat dixit, & quid ſignificaret aperuit, Et ipſe quip-
pe imagines corporales in ſpiritu eius expreſſæ ſunt, &
earum intellectus reuelatus in mente. Ex hoc ergo mo
do quo appellatur in iſta diſtinctione ſpiritus, ſecun-
dum quem dixit Apoſtolus, Orabo ſpiritu, orabo au- *1.Cor.14.*
tem & mente, vt & ſigna rerum formarentur in ſpiri- L
tu, & eorum refulgeret intellectus in mente, ſecun-
dum hanc, inquam, diſtinctionem ſpiritale nunc ap-
pellauimus tale genus viſorum quali etiam corporum
abſentium imagines cogitamus. Intellectuale au- *Intellectua-*
tem illud excellentius quod mentis eſt proprium. Nec *le.Cap.X.*
mihi occurrit omnino ita pluribus modis dici poſſe
intellectum, ſicut ſpiritum multis modis appellatum
eſſe comperimus. Siue autem intellectuale dicamus ſi-
ue intelligibile, hoc idem ſignificamus. Quanquam
nonnihil intereſſe nonnulli voluerunt, vt intelligibi-
lis ſit res ipſa quæ ſolo intellectu percipi poteſt, intel-
lectualis autem mens quæ intelligit: ſed eſſe aliquam
rem quæ ſolo intellectu cerni poſſit, ac non etiam in-
telligat, magna & difficilis quæſtio eſt: Eſſe autem rem
quæ intellectu percipiat, & non etiam intellectu per-
cipi poſſit, non arbitror quenquam vel putare vel dice-
re: Mens quippe non videtur niſi mente. Quia ergo vi-
deri poteſt, intelligibilis, quia & videre, intellectualis
eſt, ſecundum illam diſtinctionem. Quapropter ſeque-
ſtrata illa difficillima quæſtione, vtrũ ſit aliquid quod
tantum intelligatur nec intelligat, nunc intellectuale M
& intelligibile ſub eadem ſignificatione appellamus.

Tria igitur iſta genera viſorum, corporale, ſpiri- *Exempla vi*
tale & intellectuale ſingillatim conſideranda ſunt, vt *ſionũ.C.XI.*
ab inferioribus ratio ad ſuperiora conſcendat: Iam
quidem ſuperius exemplum propoſuimus, quo in vna
ſententia omnia tria videantur genera. Cum enim le-
gitur, Diliges proximum tuum tanquam teipſum: cor- *Matth.22.*
poraliter literæ videntur, ſpiritaliter proximus cogi-
tatur, intellectualiter dilectio conſpicitur. Sed & li-
teræ abſentes poſſunt ſpiritaliter cogitari, & proxi-
mus præſens poteſt corporaliter videri: dilectio au-
tem nec per ſubſtantiam ſuam poteſt oculis corporis
cerni, nec per imaginem corpori ſimilem ſpiritu co-
gitari, ſed ſola mente, id eſt intellectu cognoſci & per-
cipi. Corporalis ſanè viſio nulli horum generi præſi-
det, ſed quod per eam ſentitur, illi ſpiritali tanquam
præſidenti nunciatur. Nam cum aliquid oculis cerni-
tur, continuo fit imago eius in ſpiritu, ſed non digno-
ſcitur facta, niſi cũ ablatis oculis ab eo quod per oculos
videbamus, imaginem eius in animo inuenerimus. Et
ſi quidem ſpiritus irrationalis eſt veluti pecoris, huc vſ-
que ocu-

A que oculi nunciant. Si autem anima rationalis eſt, etiam intellectui nunciatur qui & ſpiritui præſidet, vt ſi illud quod hauſerunt oculi atque id ſpiritui vt eius illic imago fieret nunciauerunt, alicuius rei ſignum eſt, aut intelligatur continuo quid ſignificet, aut quæratur, quoniam nec intelligi nec requiri niſi officio mentis
Danie. 5. poteſt. Vidit rex Balthaſar articulos manus ſcribentis in pariete, continnóque per corporis ſenſum imago rei corporaliter factæ ſpiritui eius impreſſa eſt, atque ipſo viſo facto ac præterito illa in cogitatione permanſit: videbatur in ſpiritu, & nondum intelligebatur, nec tunc intellectum erat hoc ſignum cum corporaliter fieret, atque oculis corporalibus appareret, iam tamen ſignum eſſe intelligebatur, id habens ex mentis officio. Et quia requirebatur quid ſignificaret, etiam ipſam inquiſitionem vtique mens agebat. Quo non comperto Daniel acceſſit, & ſpiritu prophetico mente illuſtrata, perturbato regi quid illo ſigno portenderetur aperuit, ipſe potius propheta per hoc genus viſionis, quod mentis eſt proprium, quàm ille qui & ſignum corporaliter factum viderat, & tranſacti eius imaginem in
B ſpiritu cogitando cernebat, nec aliquid intellectu poterat, niſi noſſe ſignum eſſe, & quid ſignificaret inqui-
Acto. 10. rere. Vidit Petrus in alienatione mentis vas quatuor lineis alligatum ſubmitti de cœlo plenum variis animalibus, cum audiuit vocem, macta & manduca. Qui cum redditus ſenſibus de viſu diſceptaret, ecce quos Cornelius miſerat, nunciauit ei ſpiritus dicens, Ecce viri quærunt te: ſed ſurge deſcende & vade cum illis, quia ego miſi eos. Qui cum veniſſet ad Cornelium, quid in illa viſione intellexerit, vbi audierat, Quæ deus mundauit, tu ne communia dixeris: ipſe indicauit dicens, Sed mihi deus oſtendit neminem communem aut immundum hominem dicere. Cur ergo illum diſcum videret, alienatus à corporis ſenſibus, & illas voces, macta & manduca, & quæ deus mundauit, tu communia ne dixeris: in ſpiritu audiebat? Redditus autem corporis ſenſibus, idipſum quod viſum atque auditum memoria tenuerat, in eodem ſpiritu cogitando cernebat. Quæ omnia non corporalia, ſed corporalium imagines erant, ſiue cum primum in ipſa alienatione viſæ
C ſunt, ſiue cum poſtea recordatæ atque cogitatæ. Cum vero diſceptabatur & requirebatur vt illa ſigna intelligerentur, mentis erat actio conantis, ſed deerat effectus donec nunciati ſunt qui venerant à Cornelio: hac vero corporali etiam accedente viſione, cum & ſpiritus ſanctus rurſus ei in ſpiritu diceret, Vade cum eis, vbi & illud ſignum oſtenderat & impreſſerat voces, adiuta diuinitus mens intellexit, quid illis ſignis omnibus ageretur. His atque huiuſmodi rebus diligenter conſideratis, ſatis apparet corporalem viſionem referri ad ſpiritalem, eámque ſpiritalem referri ad intellectualem.
Imaginationes vigilantium. Cap. XII. Sed cum vigilantes, neque mente à ſenſibus corporis alienata in viſione corporali ſumus, diſcernimus ab ea viſionem ſpiritalem qua corpora abſentia imaginaliter cogitamus, ſiue memoriter recordantes quæ nouimus, ſiue que non nouimus, & tamen ſunt, in ipſa ſpiritus cogitatione vtcunque formantes, ſiue quæ omnino nuſquam ſunt, pro arbitrio vel opinatione fingentes, Ab his omnibus ita diſcernimus illa corporalia quæ videmus, & in quibus præſentibus ſunt ſenſus corporis noſtri, vt non dubitemus hæc eſſe corpora, illas vero imagines corporum. Cum autem vel nimia cogitationis intentione, vel aliqua vi morbi, vt in phreneticis & per febrem accidere ſolet, vel cōmixtione cuiuſquam

alterius ſpiritus ſeu mali ſeu boni, ita corporalium re- D
rum in ſpiritu exprimuntur imagines, tanquam ipſis corporis ſenſibus corpora præſententur, manente tamen etiam in ſenſibus corporis intentione, ſic videntur quæ in ſpiritu fiunt imagines corporum, quemadmodum corpora ipſa per corpus: ita vt ſimul cernatur & homo aliquis præſens oculis, & abſens alius ſpiritu tanquam oculis, Nam experti ſumus ſic affectos, & cum eis locutos qui vere aderant, & cum eis qui non aderant tanquam adeſſent, Reſipiſcentes autem aliqui referunt quod vidiſſent, aliqui non poſſunt, Sic enim & ſomnia quidam obliuiſcuntur, quidam meminerunt. Quando autem penitus auertitur atque abripitur animi intentio à ſenſibus corporis, tunc magis ecſtaſis dici ſolet, Tunc omnino quæcunque ſint præſentia corpora, etiam patentibus oculis non videntur, nec vllæ voces prorſus audiuntur: totus animi contuitus aut in corporum imaginibus eſt per ſpiritalem, aut in rebus incorporeis nulla corporis imagine figuratis per intellectualem viſionem. Sed cum ſpiritalis viſio penitus alienato à ſenſibus corporis animo imaginibus corporalium detinetur, ſiue in ſomnis ſiue in ecſtaſi, ſi nihil ſi- E
gnificant quæ videntur ipſius animæ ſunt imaginationes, Sicut etiam vigilantes & ſani, & nulla alienatione moti multorum corporum quæ non aſſunt ſenſibus corporis, cogitatione imagines verſant, Verum hoc intereſt, quòd eas à præſentibus veriſque corporibus conſtanti affectione diſcernunt. Si autem aliquid ſignificant, ſiue dormientibus exhibeantur ſiue vigilantibus, cum & oculis vident præſentia corpora, & abſentium imagines cernunt ſpiritu tanquam oculis præſto ſint, ſiue illa quæ ecſtaſis dicitur alienato prorſus animo à ſenſibus corporis mirus modus eſt. Si commixtione alterius ſpiritus fieri poteſt vt ea quæ ipſe ſcit per huiuſmodi imagines ei cui miſcetur oſtendat, ſiue intelligenti, ſiue vt ab alio intellecta pandantur. Si enim demonſtrantur hæc, non vtique à corpore demonſtrari poſſunt, quid reſtat niſi vt aliquo ſpiritu demonſtrentur?

An inſit in anima vis diuinationis. Cap. XIII. Nónulli quidem volunt animam humanam habere vim quandam diuinationis in ſeipſa. Sed ſi ita eſt, cur non ſemper poteſt cum ſemper velit? An quia non ſemper adiuuatur vt poſſit? Cum ergó adiuuatur, nunquid à nullo aut à corpore ad hoc adiuuari poteſt? Proinde
reſtat vt à ſpiritu adiuuetur, Deinde quo modo adiuua- F
tur, vtrum in corpore fit aliquid, vt inde quaſi relaxetur & emicet eius intentio, quo in id veniat vbi in ſeipſa videat ſignificantes ſimilitudines quę ibi iam erant nec videbantur, ſicut multa habemus & in memoria quæ non ſemper intuemur. An fiunt illic quæ ante non fuerant, vel in aliquo ſpiritu ſunt, quo illa erumpens & emergens ibi eas videat? Sed ſi iam in illa erant quaſi proprie, cur eas non etiam conſequenter intelligit? Aliquando enim, imino plerunque non intelligit. An ſicut ſpiritus eius adiutus eſt vt eas in ſe videret, ita & mens niſi adiuuetur, ea quæ habet ſpiritus intelligere non poteſt? An forte non corporea remouentur, vel quaſi relaxantur impedimenta, vt ſuo impetu anima in ea quæ videnda ſunt exeratur: ſed ipſa prorſus in hæc aſſumitur, ſiue tantum ſpiritaliter cernenda, ſiue etiam intellectualiter coguoſcenda? An aliquando in ſeipſa videt iſta: aliquando per alterius ſpiritus commixtionem? Quicquid horum eſt temere affirmari non oportet. Illud tamen dubium eſſe non debet, corporales imagines quæ ſpiritu cernuntur non ſemper ſigna eſſe aliarum rerum, ſiue in vigilantibus, ſiue in dormiennbus,

G ſiue in ægrotaotibus. Mirum eſt autem ſi aliquando ecſtaſis fieri poteſt, vt noo illæ corporalium rerum ſimilitudines aliquid ſignificent: oon ſanè mirum eſt ſi etiam dæmooum habentes aliquando vera dicunt quæ abſunt à præſentium ſenſibus: quod certe neſcio qua occulta mixtura eiuſdem ſpiritus fit, vt tanquam vnus ſit patieotis atque vexantis. Cum autem ſpiritus bonus in hæc viſa humanum ſpiritum aſſumit aut rapit, nullo modo illas imagioes ſigna rerum aliarum eſſe dubitandum eſt, & earum quas noſſe vtile eſt, dei enim muous eſt, Diſcretio ſanè difficillima eſt, cum ſpiritus malignus quaſi tranquillus agit, ac ſioe aliqua vexatione corporis aſſumpto humano ſpiritu dicit quod poteſt: quando etiam vera dicit & vtilia prædi-
1.Cor.11. cat, traosfigurans ſe ſicut ſcriptum eſt, velut io angelum lucis, ad hoc vt cum illi in manifeſtis bonis creditum fuerit, ſeducat ad ſua. Huoc diſcerni non arbitror niſi
1.Cor.12. dono illo de quo ait Apoſtolus, cum de diuerſis dei
†diiudicatio. muneribus loqueretur, alij diſcretio ſpirituum. Non enim magnum eſt tunc eum diſcernere † cum ad ali-
Apparitiones ſpirituū C.XIIII. qua peruenerit vel produxerit quæ ſunt contra bonos mores vel regulam fidei: Tuoc enim à multis diſcerni- H
tur. Illo autem dooo in ipſo primordio quo multis ad-
† dignoſcere. huc bonus apparet, cootinuo diiudicatur ao malus ſit, Tamen & per corporalem viſiooem & per imagines corporalium quæ demonſtrantur in ſpiritu, & boni inſtruunt & mali fallunt, Intellectualis autem viſio non fallitur, Aut eoim non intelligit qui aliud opinatur quàm eſt, aut ſi intelligit continuo verum eſt. Quid enim faciant oculi non habeot, cum ſimile corpus viderint, quod ab alio diſcernere noo poſsiot: aut quid faciat animi inteotio cum ſpiritu facta fuerit corporis ſimilitudo quam non valeat diſtinguere à corpore? Sed adhibetur intellectus quærens quid illa ſigoificent vel vtile doceant: & aut inueniens ad fructum ſuum peruenit, aut oon iouenieus in diſceptatione ſe tenet, oe aliqua perniccioſa temeritate prolabatur in exitiabilem errorem. Iudicat autem ſobrius intellectus diuinitus adiutus, quæ vel quanta ſint in quibus etiam aliud putare quàm eſt non ſit animæ pernicioſum. Nec enim putantium periculo, & noo potius exitio ſuo quiſque à boois putatur bonus, etiam ſi occultus ſit malus, ſi in rebus ipſis, id eſt, in ipſo booo quo fit quiſque bonus oon
I erretur. Aut aliquid obeſt oomnibus hominibus, quòd
Acto.12. cum dormiunt vera corpora eſſe arbitrantur, quorum ſimilitudines in ſomnis vident, Aut aliquid obfuit Petro, quòd ſoluto ſe à vinculis, ſeq; angelo deduceote factum eſt repentino miraculo, vt putaret ſe viſum vi-
Acto.10. dere. Vel cum in illa ecſtaſi reſpondit, oequaquam domine, quia nuoquam manducaui omne commune & immundum, putans ea ipſa quæ in diſco demooſtrabantur tanquam vera aoimalia: hæc quando aliter inuenta fuerint quàm putata ſunt cum viderentur, noo nos pœnitet ita oobis fuiſſe viſa, ſi noo arguatur vel infidelitas dura, vel opioatio vaoa ſiue ſacrilega. Quapropter & cum viſis corporalibus diabolus fallit, nihil obeſt quòd ludificantur oculi, ſi non erratur in veritate fidei, & intelligentiæ ſanitate, quæ docet deus ſubie-
† ſubditos. ctos† ſibi, Aut ſi ludificet aoimam ſpiritali viſione ima-
Somnia ginibus corporum, vt putet corpus eſſe quod non eſt,
Venerea. non aliquid obeſt animæ, ſi pernicioſæ ſuaſioni non
Cap. XV. conſeotiat. Vnde aliquando fit quæſtio de conſenſionibus ſomniantium, cum etiam concumbere ſibi videotur vel contra propoſitum ſuum, vel cõtra etiam licitos mores. Quod non cõtingit niſi cum ea quæ vigilaotes etiam cogitamus, non complacito conſenſio- K
nis, ſed ſicut etiam talia propter aliquid loquimur, ſic admouentur io ſomnis, & exprimuntur vt eis naturaliter etiam caro moueatur, & quod naturaliter colligit, per genitales vias emittat: ſicut hoc ipſum dicere voq; noo poſſem niſi etiam cogitarem. Porrò imagines rerum corporalium quas oeceſſario cogitaui vt hoc dicerem, ſi tanta expreſsione præſentẽtur in ſomnis quanta præſentantur corpora vigilaoobus, fieret illud quod ſine peccato fieri à vigilante non poſſet. Quis enim vel cum loquitur, & poſtulante neceſsitate ſermonis de ſuo concubitu aliquid dicit, poſsit ooo cogitare quod dicit? Porrò ipſa phãtaſia quæ fit io cogitatione ſermocinantis, cum ita expreſſa fuerit io viſione ſomniaotis, vt inter illam & veram commixtiooem corporũ noo diſceroatur, cõtinuo mouetur caro, & ſequitur quod eum motũ ſequi ſolet: cum hoc tam ſine peccato fiat, quàm ſioe peccato à vigilante dicitur, quod vt diceretur, ſioe dubio cogitatũ eſt. Verũtamen propter animę affectionem bonam quæ deſiderio meliore muodata multas interficit cupiditates, quæ ad naturalem carois motum noo pertineot, quem caſti vigilantes cohibent & refręnant, dormientes autem ideo ooo poſſunt, quia non L
habeot io poteſtate quæ admoueatur expreſsio corporalis imaginis, quæ diſcerni noo poſsit à corpore, Propter illam ergo affectionem animæ bonam, etiam in ſomnis quædam eius merita clarent. Nam etiam dormiens Salomon, ſapientiam prærpoſuit omnibus rebus, *3.Reg.3.*
eámque oeglectis cæteris eſt precatus à domino. Et ſicut ſcriptura teſtatur, placuit hoc coram domino, nec diſtulit retributionem bonam pro deſiderio bono.

Quinque ſenſus. Cap.XVI.

Quæ cum ita ſiot, pertioet corporis ſeoſus ad viſa corporalia, qui per quinque quaſi riuulos diſtanter valentes diſtribuitur: cum illud quod eſt ſubtiliſsimum in corpore, & ob hoc animæ vicinius quàm cætera, id eſt lux, primum per oculos ſola diffunditur, emicátque io radiis oculorum ad viſibilia contuenda: deiode mixtura quadam, primum cum aëre puro, ſecundo cum aëre caliginoſo atque nebuloſo, tertio cum corpuleotiore humore, quarto cum terrena craſsitudine, quioque ſenſus cum ipſo, vbi ſola excellit, oculorum ſenſu efficit, ſicut in libro quarto, itémque in ſeptimo diſſeruiſſe me recolo. Eſt autem hoc cœlum oculis cõſpicuum, vnde lumioaria & ſydera effulgent excellen- M
tius vtique omnibus corporeis elementis, ſicut oculorum ſenſus excellit in corpore. Quia vero ſpiritus omnis omni eſt corpore ſine dubitatiooe præſtantior, ſequitur vt non loci poſitiooe, ſed naturæ dignitate præſtaotior ſit natura ſpiritalis iſto corporeo cœlo: etiam illa vbi rerum corporalium exprimuotur imagines. Hic exiſtit quiddam mirabile, vt cum prior ſit corpore ſpiritus, & poſterior corporalis imago quàm corpus, tamen quia illud quod tempore poſterius eſt, fit in eo quod natura prius eſt, præſtantior ſit imago corporis io ſpiritu, quàm ipſum corpus in ſubſtantia ſua. Nec ſanè putandum eſt facere aliquid corpus in ſpiritu, tanquam ſpiritus corpori facienti, materiæ vice ſubdatur. Omni enim modo præſtantior eſt qui facit, ea re de qua aliquid facit: neque vllo modo ſpiritu præſtantius eſt corpus, immo perſpicuo modo ſpiritus corpore: *Spiritus corpore præſtãtior.*
quanuis ergo prius videamus aliquod corpus quod antea noo videramus, atque inde incipiat imago eius eſſe in ſpiritu noſtro, quo illud cum abſens fuerit recordemur, tameo eandem eius imaginem non corpus in ſpiritu, ſed ipſe ſpiritus in ſeipſo facit celeritate

A ritate mirabili, quæ ineffabiliter longe eſt à corporis tarditate: cuius imago mox vt oculis viſum fuerit, in ſpiritu videntis nullius puncti temporalis interpoſitione formatur. Itémque in auditu, niſi in auribus perceptæ vocis imaginem continuo ſpiritus in ſeipſo formaret ac memoria retineret, ignoraretur ſecunda ſyllaba vtrum ſecunda eſſet, cum iam prima vtique nulla eſſet, quę percuſſa aure tranſiret: ac ſic locutionis vſus omnis cantandi ſuauitas, omnis poſtremò in actibus noſtris corporalis motus dilapſus occideret, neque vllum progreſſum nanciſceretur, ſi tranſactos corporis motus memoriter ſpiritus non teneret, quibus conſequentes in agendo connecteret, Quos vtique non tenet niſi imaginaliter à ſe factos in ſe. Ipſarum etiam futurarum motionum imagines præueniũt fines actuum noſtrorum: quid enim agimus per corpus quod non cogitando præoccupauerit ſpiritus, omniumq; viſibilium operum ſimilitudines in ſeipſo primitus viderit, & quodam modo diſpoſuerit?

Perſpicacia dæmonũ & præſentia. *Cap. XVII.*

Quæ ſpiritales corporalium ſimilitudines in animo noſtro, quemadmodum innoteſcant ſpiritibus etiã immundis, vel quid obſtaculi patiatur anima noſtra ex iſto terreno corpore, vt eos in-

B uicem in noſtro ſpiritu videre nequeamus, inuenire & explicare difficile eſt. Certiſsimis tamen indiciis apud nos conſtitit enunciatas à dæmonibus cogitationes hominum, qui tamen ſi virtutum internam ſpeciem poſſent in hominibus cernere, non tentarent, Sicut illam in Iob nobilem ac mirabilem patientiam proculdubio ſi poſſet diabolus cernere, nollet à tentato vtique ſuperari. *Iob. 1.* Cæterum alicubi longe iam facta quòd nunciant, quæ poſt aliquot dies vera eſſe firmentur, non eſt mirandum. Poſſunt enim hoc efficere, non ſolum acrimonia cernendi etiam corporalia incomparabiliter præſtantiore quàm noſtra eſt, ſed etiam ipſorum corporum lõge vtique ſubtiliorum mira velocitate. Comperimus etiam in domo cõſtitutum patiẽtem ſpiritum immũdum, dicere ſolere quando ad eum venire cœpiſſet ex duodecim milibus presbyter, & per omnia loca itineris vbi eſſet, & quàm propinquaret, & quando ingrederetur & fundũ & domũ & cubiculum, donec in conſpectu eius aſtaret. Quæ omnia etſi non oculis pa-

C tiens ille cernebat, tamen niſi aliquo modo cerneret, non tam veraciter enunciaret. Erat autem iſte febriens, & tanquam in phreneſi iſta dicebat. Et forte reuera phreneticus erat, ſed propter iſta dæmonium pati putabatur. Nullum refectionis cibum accipiebat à ſuis, ſed à ſolo presbytero, Reſiſtebat etiam ſuis violenter quàm valebat, ſolo presbytero veniente quieſcebat, illi tantum ſubditus erat, & ſubdite reſpondebat, Nec tamen eidem ſaltem presbytero illa ceſsit mentis alienatio ſiue dæmonium, niſi cum ſanus eſſet à febribus, ſicut phrenetici ſanari ſolent, nec aliquando poſtea tale aliquid paſſus eſt.

Phrenetici. Nouimus etiam ſine dubitatione phreneticum futuram mortem cuiuſdam fœminæ prædixiſſe, non ſanè ſpecie diuinandi, ſed tanquam factum ac præteritum recolentem. Nam cum eius apud eum commemoratio fieret, mortua eſt, inquit, ego eam vidi efferri, hàc cum eius corpore tranſierunt, cum illa incolumis viueret. Poſt paucos autem dies repente defuncta & per eum locum elata eſt, quà ille prædixerat.

Puer ægrotans. Fuit tunc apud nos puer, qui in exordio pubertatis dolorem acerrimum genitalium patiebatur, medicis nequaquam valentibus quid illud eſſet agnoſcere, niſi quòd neruus ipſe introrſum reconditus erat: ita vt nec præciſo præputio quod immoderata longitudine pro-

pendebat apparere potuerit, ſed poſtea vix eſſet inuentus, Humor autem viſcoſus & acer exudans teſtes & inguina vrebat. D Sed acutum dolorem non continuum patiebatur, & tum patiebatur, eiulabat vehemẽter cum iactatione membrorum mente ſaniſsima, ſicut in cruciatibus corporalium dolorum fieri ſolet. Deinde inter voces ſuas abripiebatur ab omnibus ſenſibus, & iacebat patentibus oculis neminem circunſtantium vidẽs, ad nullam vellicationem ſe mouens. Poſt aliquantum euigilans, nec iam dolens, quæ viderat indicabat. Tum interpoſitis paucis diebus eadem patiebatur. In omnibus ſanè vel penè omnibus viſionibus ſuis, duos ſe dicebat videre, vnum prouectioris ætatis, alterum puerum, à quibus ei dicebantur vel demonſtrabantur quæ ſe audiſſe & vidiſſe narrabat. Vidit quodam die chorum piorum pſallentium, lætantium in luce mirabili, & impiorum in tenebris diuerſas & atrociſſimas pœnas, illis ducentibus & oſtendentibus, fœlicitatis aliorum, aliorúmque infœlicitatis meritum inſinuantibus. Hoc autem vidit die dominico Paſchæ, cum per totam quadrageſimam nihil doluiſſet, qui vix interuallo tridui antea patiebatur. Viderat autem in

E ipſo ingreſſu quadrageſimę illos promittẽtes ſibi quòd per quadraginta dies nullum ſenſurus eſſet dolorem, poſtea ipſi ei dederunt tanquam medicinale cõſilium, vt ei præpucij longitudo præcideretur, quo facto diu non doluit. Cum verò iterum ſimiliter doleret, & ſimilia videre cœpiſſet, accepit ab eis rurſus conſilium, vt in mare pubetenus intraret, ac poſt aliquantam moram inde diſcederet, promittentibus ſanè quòd iam deinceps vehementem illum dolotem non eſſet paſſurus, ſed ſolius illius viſcoſi bumoris moleſtiam, atque ita ſecutum eſt, Nec vnquam talem aliquam poſtea paſſus eſt auerſionem mentis à ſenſibus, nec tale aliquid vidit quale antea cum in mediis doloribus & horrendis vocibus repente obmuteſcens abriperetur. Poſtea tamen medicis cætera curantibus & ſanantibus non permanſit in propoſito ſanctitatis.

Cauſæ viſionum. Cap. XVIII.

Iſtarum viſionum & diuinationum cauſas & modos veſtigare ſi quis poteſt certóque comprehendere, eum magis audire vellem quàm de me expectari vt ipſe diſſeram. F Quid tamen putem ita vt nec docti me tanquam confirmantem derideant, nec indocti tanquam docentem accipiant, ſed vtrique diſceptantem & quærentem potius quàm ſcientem, non occultabo, Ego viſa iſta omnia viſis comparo ſomniantium. Sicut enim aliquando & hæc falſa, aliquando autem vera ſunt, aliquando perturbata, aliquando tranquilla: ipſa autem vera aliquando futuris omnino ſimilia, vel aperte dicta, aliquando obſcuris ſignificationibus & quaſi figuratis locutionibus prænunciata: ſic etiam illa omnia. Sed amant homines inexperta mirari & cauſas inſolitorum requirere, cum quotidiana plerunque talia ſæpe etiam latentioris originis noſſe non cureot. Nam quemadmodum in vocibus, hoc eſt, ſignis quibus loquendo vtimur, audito verbo inuſitato, quærunt primo quid ſit hoc, & quid ſignificet: quo cognito deinde quærunt vnde ita dictum ſit, cum tam multa ſine cura neſciant quæ in vſu ſermonis habent, vnde ita ſint dicta: ſic cum aliquid inuſitatum in rebus acciderit, ſiue corporalibus ſiue ſpiritalibus, cauſas rationèmque ſoliciti inquirunt, & ſibi reddi à doctoribus flagitant. Soleo autem cum me quiſque interrogat verbi gratia, quid ſit cautus, & reſpondeo, prudens vel acutus, nec ei ſufficit, ſed pergit quærere vnde dictus

G ſit cautus, viciſſim referre & quærere vnde dictus ſit acutus, quod nihilominus vtique ignorabat, ſed quia viſitatum nomen erat, patienter eius originem neſciebat, Quod autem nouum inſonuit auribus, parū putat noſſe quid ſignificando valet, niſi etiam vnde dicatur exquirat. Quiſquis ergo ex me quærit vnde viſa corporalibus ſimilia in ecſtaſi appareant, quæ raro accidit animæ, viciſſim quæro vnde appareant dormientibus quę quotidie ſentit anima, & nemo iſtud multum curat inquirere. Quaſi vero ideo minus mira ſit talium natura viſorum, quia quotidiana eſt, aut ideo minus curanda, quia omnium eſt: aut ſi recte faciunt qui iſta non quærunt, non rectius fecerint ſi nec in illa curioſi ſint. Ego vero multo amplius admiror, multóq; maxime ſtupeo quanta celeritate ac facilitate in ſe anima fabricet imagines corporū, quæ per corporis oculos viderit, quàm ſomniantium vel etiam in ecſtaſi viſiones. Quæcūque tamē illa natura viſorum eſt, proculdubio corpus non eſt. Hoc noſſe cui non ſufficit, vnde etiam exiſtant, inquirat ab aliis, me ignorare confiteor.

Vnde naſcātur viſiones. Cap. XIX.

Illud planè exemplorum experimētis colligi datur, ſicut corporum pallor, rubor, tremor, vel etiā morbus aliquando à corpore habet cauſas, aliquando ab anima,

H A corpore quidem, cum vel humor ſuffunditur, vel cibus vel aliquid aliud corpori iniectū extrinſecus, Ab anima vero cum vel timore turbatur, vel pudore cōfunditur, vel iraſcitur, vel amat, vel ſi quid eiuſmodi, nec immerito ſi id quod amat & regit etiam cum vehementius [mouetur, vehementius] exagitat: ita & ipſi animæ vt in ea viſa pergat quæ non ei per ſenſus corporis nunciantur, ſed per incorporalem ſubſtantiam, & ita pergat vt non diſcernat vtrū corpora ſint an ſimilitudines corporum, aliquando à corpore accidit, aliquando à ſpiritu. Et à corpore quidem: ſiue naturali viciſsitudine†, vt ſunt viſa ſomniātium, dormire quippe à corpore eſt homini, ſiue aliqua mala valetudine ſenſibus perturbatis, vt cum à phreneticis ſimul & corpora videntur, & viſa ſimilia corporibus, tanquam & ipſa præ oculis aſsint: aut penitus interclusis, ſicut ſæpe male affecti morbo aliquo ingraueſcente præſente corpore diu abſentes, deinde hominibus redditi multa ſe vidiſſe dixerunt.

†aliàs, valetudine.

A ſpiritu vero cum omnino ſano atque integro corpore in alienationem rapiuntur: ſiue ita vt & per ſenſus corporis corpora videant, & in ſpiritu quædam ſimilia quæ à corporibus non diſcernant:

I ſiue penitus auertantur à ſenſibus corporis, & nihil per eos omnino ſentientes, illa ſpiritali viſione habitent in ſimilitudinibus corporum. Sed cum malus in hæc arripit ſpiritus aut dæmoniacos facit, aut arreptitios, aut falſos prophetas: Cum autem bonus, fideles myſteria loquentes, aut accedente etiam intelligentia veros prophetas, aut ad tempus quod per eos oportet oſtendi, videntes atque narrantes.

Diuerſitas viſionum. Cap. XX.

Sed cum à corpore cauſa eſt vt talia viſa cernantur, non ea corpus exhibet, neque enim habet eam vim vt formet aliquid ſpiritale: ſed ſopito aut perturbato, aut etiā intercluſo itinere intentionis à cerebro, quà dirigitur ſentiendi motus, anima ipſa quæ motu proprio ceſſare ab hoc opere non poteſt, quia per corpus non ſinitur, vel non plene ſinitur corporalia ſentire, vel ad corporalia vim ſuæ intentionis dirigere, ſpiritu corporalium ſimilitudines agit, aut intuetur obiectas. Et ſiquidē eas ipſa agit, phantaſiæ tantum ſunt, ſi autem obiectas intuetur, oſtenſiones ſunt. Denique cum oculi dolent vel extincti ſunt, quia nō eſt cauſa in ſede cerebri, vnde ipſa dirigitur intentio ſentiendi, tamen fiunt huiuſmodi viſiones, quamuis cernēdis corporalibus obſtaculum exiſtat à corpore. K Magis enim cæci aliquid dormientes quàm vigilantes vident: Dormientibus quippe in cerebro conſopitur via ſentiendi quæ intentionem ad oculos ducit, ideoq; ipſa intentio in aliud auerſa cernit viſa ſomniorum tanquam ſpecies corporales aſsint, vt ſibi dormiens vigilare videatur, & non ſimilia corporibus ſed ipſa corpora intueri ſe putet: Cum autem vigilant cæci, ducitūr per illa itinera intentio cernendi, quæ cum ad loca venerit oculorum, non exeritur foras, ſed ibi remanet, vt vigilare ſe ſentiant, potiusq; eſſe in tenebris vigilando etiam per diem quàm dormiendo ſiue per diem ſiue noctem. Nam & qui cæci non ſunt, plerique patentibus oculis dormiunt nihil per eos videntes, ſed non ideo nihil videntes cum ſpiritu cernāt viſa ſomniorum. Si autem clauſis oculis vigilent, neq; dormiētium præſto ſunt viſionibus neque vigilātium. Tātum tamen valet quòd vſque ad oculos eorum nec ſopita nec perturbata nec intercluſa peruenit à cerebro via ſentiēdi, & animæ intētionem vſque ad ipſas quamuis clauſas fores corporis ducit, vt cogitentur quidem imagines corporum, ſed nullo modo pro eis habeantur corporibus quæ per oculos ſentiuntur. L Tantum intereſt vbi fiat impedimētum ſentiendi corporalia cum fit in corpore: Si enim non fit niſi in ipſis aditibus & quaſi ianuis ſenſuum, velut in oculis, in auribus, cæteriſque ſenſibus corporalibus, ſola impeditur perceptio corporalium: non autem animæ intētio in aliud ſic auertitur, vt pro corporalibus habeat imagines corporū. Si autem cauſa eſt intus in cerebro vnde dirigūtur viæ ad ea quæ foris ſunt ſentienda, ipſius intentionis vaſa ſopiuntur vel turbantur vel intercluduntur, quibus nititur anima in ea quæ foris ſunt intuenda vel ſentienda. Quem viſum quoniam non amittit†, tanta expreſſione format ſimilia, vt imagines corporalium à corporalibus diſcernere non valens, vtrum in illis an in iſtis ſit neſciat: & cum ſcit, longe alio modo ſciat quàm dum in cogitando verſantur, dum occurrunt ſimilitudines corporum.

†al. cum nō admittit.

Qui modus niſi ab expertis capi vtcunque non poteſt. Hinc enim erat quòd me dormiēs in ſomnis videre ſciebam, nec tamē illas corporalium rerum ſimilitudines quas videbam, ſic ab ipſis corporalibus diſcernebam, quemadmodum eas cogitantes etiam clauſis oculis vel in tenebris conſtituti diſcernere ſolemus. M Tantum valet, ipſa animi intentio vtrum perducatur vſque ad ſenſus licet clauſos, an in ipſo cerebro, vnde in hæc nititur aliqua cauſa exiſtente in aliud auertatur: vt quamuis aliquādo ſe nouerit non corpora ſed corporum ſimilitudines cernere, vel minus erudita etiam ipſa eſſe corpora exiſtimans, ſentiat ſe non ea corpore, ſed ſpiritu videre, longe ſit tamen ab affectione qua ſuo corpori præſentatur: vnde ſe norūt & cæci vigilare, cum ſimilitudines corporum cogitatas à corporibus quæ videre non poſſunt certa notione diſcernunt.

Cauſa viſo nū diuerſa. Cap. XXI.

Cum autem ſano corpore, nec ſomno ſenſibus conſopitis, aliquo occulto opere ſpiritali in ea viſa quæ ſimilia ſunt corporalibus anima rapitur: non quia modus diuerſus eſt, ideo eſt etiam diuerſa natura viſorum, cum & in illis cauſis quæ de corpore exiſtunt, ſit vtiq; differentia & aliquando à cōtrario. Nam phrenetici non dormiendo potius perturbatas habent ſentiendi vias in capite, vt talia videant qualia ſomniantes vident, quorum dormiendo auertitur intentio à ſenſu vigilandi, & in ea videnda conuertitur. Cum ergo illud fiat non dormiendo, hoc autem dormiēdo, non

tamen

A tamen ea quæ vidẽtur ex alio genere ſunt quàm ex natura ſpiritus, de quo vel in quo fiunt ſimilitudines corporum. Ita quamuis diuerſa ſit cauſa intentiõnis alienatæ, quando ſano corpore vigilantis occulta quadam vi ſpiritali anima rapitur, vt vice corporum expreſſas corporalium rerum ſimilitudines in ſpiritu videat, eadem tamẽ eſt natura viſorum. Neque enim dici poteſt, cum cauſa in corpore eſt, tunc animam ſine vlla præſenſione futurorum ex ſeipſa verſare imagines corporũ, ſicut etiam cogitando eas ſolet. Cum vero in ea vidẽda ſpiritus aſſumitur, diuinitus hæc demonſtrari, quãdoquidem aperte ſcriptura dicit, Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & iuuenes viſa videbunt, & ſenes ſomnia ſomniabunt, diuinæ operationi vtrunque tribuens. Et angelus domini apparuit Ioſeph in ſomnis dicens, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Et iterum, Tolle puerum & vade in Aegyptum. Itaque bono quidem ſpiritu aſſumi ſpiritum hominis ad has videndas imagines, niſi aliquid ſignificent non puto. Cum vero in corpore cauſa eſt vt in eas expreſſius intuendas humanus intendatur ſpiritus, non ſemper

Ioel.2.

Mat.1.et 2.

Occulto inſtinctu & caſu facta diuinatiões

Cap. XXII.

B aliquid ſignificare credendum eſt: ſed tunc ſignificant cum inſpirantur à demonſtrante ſpiritu, ſiue dormiẽti, ſiue aliquid aliud ex corpore, vt à carnis ſenſib⁹ alienaretur patienti. Vigilantibus etiam neque vllo morbo afflictis nec furore exagitatis, occulto quodam inſtinctu ingeſtas eſſe cogitationes quas promendo diuinarent, non ſolum aliud agentes, ſicut Caiphas pontifex prophetauit, cum eius intentio non haberet volũtatem prophetandi, verumetiam id ſuſcipientes vt diuinandi modo aliquid dicerent, nouimus. Nam quidã iuuenes iocando vt fallerent vbi peregrini iter agebãt, mathematicos ſe eſſe finxerunt, ignorantes omnino vtrum duodecim ſigna dicerentur. Qui cum hoſpitem ſuum mirari cernerent quæ dicebant, atteſtari eſſe veriſsima, audacius in plura progreſſi ſunt. At ille atteſtãs ad omnia mirabatũ. Poſtremo ab eis de filij ſalute quæſiuit, quem diu abſentem deſiderabat, & quòd inopinate tardaret, ne quid ei accidiſſet ſolicitus erat. At illi nõ curantes quid poſt eorum abſceſſum veri cognoſceretur, dum tamen in præſentia lætum hominem redderent, mox profecturi reſponderunt, ſaluum ac propin-

Ioan.11.

C quantem, & eoipſo die quo hæc loquebantur, eſſe venturum: neque enim metuebant, ne cum dies peractus eſſet, eos ille redarguendos poſtridie ſequeretur. Quid multa? Dum iam abire diſponerent, ecce ſubito adhuc eis illic poſitis venit. Item alius ante ſymphoniacũ ſaltabat, vbi erant multa idola per quandam Paganorũ ſolennitatem, non aliquo ſpiritu arreptus, ſed imitatione ludicra arrepticios æmulatus ſcientibus, circunſtantibus & ſpectantibus, Moris enim erat vt ante prandium peractis ſacrificiis agitatisq; phanaticis, ſi qui adoleſcẽtes poſt prandium vellent eo more ludere, nullus prohiberetur. Ille ergo inter ſaltandum facto ſibi ſilentio, iocabundus, & ridente multitudine circũſeptus, ea nocte quæ impendebat, in ea ſylua, quæ iuxta erat, hominẽ à leone interemptum iri, ad cuius cadauer ſpectãdum, illuceſcente die confluxuram turbam, & illius ſolennitatis locum deſerturam, prædixit. Et factum eſt. Cum ſatis cunctis qui aderant in omnibus eius motibus claruiſſet, hòc eum ludendo & iocando nuſquam perturbata vel alienata mente dixiſſe: ipſo etiam tanto amplius mirante quod accidit, quanto magis noſſet quo id animo atque ore protulerit. Quo nã modo hæc viſa in ſpiritum hominis veniant: vtrum ibi primitus formentur, an formata ingerantur, & quadam cõiunctio-

D ne cernantur: vt ſic hominibus angeli oſtendant cogitationes ſuas, & corporalium rerum ſimilitudines, quas in ſuo ſpiritu futurorum cognitione præformant, quẽadmodum & ipſi noſtras cogitationes non vtique oculis, quia non corpore ſed ſpiritu vident: verum hoc intereſt, quòd illi noſtras, etiam ſi nolumus, nouerunt: nos autem ipſorum, niſi oſtendantur, noſſe non poſſumus: quia ſic eas, vt opinor, habent in poteſtate occultare ſpiritalibus modis, quemadmodum nos quibuſdã interiectis obſtaculis, noſtra corpora ne aliorum oculis videantur, abſcondimus: & quid fiat in ſpiritu noſtro, vt aliquando cernantur, tantummodo ſignificantes imagines, & vtrum aliquid ſignificent ignoretur: aliquando autem aliquid ſignificare ſentiantur, ſed quid ſignificent neſciatur: aliquando vero tanquam pleniore demonſtratione anima humana & ſpiritu ipſas & mente quid ſignificent videat, & ſcire difficillimum eſt, & ſi iam ſciamus, diſſerere atque explicare operoſiſsimũ eſt. Quod autem nunc inſinuare ſatis arbitror, certum eſt eſſe ſpiritalem quandam naturam in nobis, vbi corporalium rerum formantur ſimilitudines: ſiue cum aliquod corpus ſenſu corporis tãgimus, & cõtinuo formatur eius ſimilitudo in ſpiritu, memoriaq; recõditur:

Formatiões ſimilitudinũ in aĩo.

Ca. XXIII.

E ſiue cum abſentia corpora iam nota cogitamus, vt ex eis formetur quidam ſpiritalis aſpectus, quæ iam erant in ſpiritu & antequam ea cogitaremus: ſiue cum eorum corporum, quæ non nouimus, ſed tamen eſſe non dubitamus, ſimilitudines, non ita vt ſunt illa, ſed vt occurrit intuemur: ſiue cum alia, quæ vel non ſunt, vel eſſe neſciuntur, pro arbitrio vel opinatione cogitamus: ſiue vnde neque id agentibus, neque volẽtibus nobis variæ formæ corporalium ſimilitudinum verſantur in animo: ſiue cum aliquid corporaliter acturi, eaipſa diſponimus, quæ in illa actione futura ſunt, & omnia cogitatione antecedimus: ſiue iam in ipſo actu, vel cum loquimur, vel cum facimus, omnes corporales motus, vt exeri poſsint præueniuntur ſimilitudinibus ſuis intus in ſpiritu: neque enim vlla vel breuiſsima ſyllaba in ordine ſuo niſi proſpecta ſonuiſſet: ſiue cum à dormientibus ſomnia videntur, vel nihil vel aliquid ſignificantia: ſiue cum valitudine corporali turbatis intrinſecus itineribus ſentiendi, imagines corporum ſpiritus veris

F corporibus ita miſcet, vt internoſci vel vix poſsint, vel omnino non poſsint: & aut ſignificent aliquid, aut ſine vlla ſignificatione oboriantur: ſiue prorſus ingraueſcente aliquo morbo vel dolore corporis, & intercludente intus vias, quibus animæ, vt per carnem ſentiret, exerebatur ac intelligebatur † interio, altius quàm ſomno abſentato ſpiritu, corporalium rerum exiſtunt aut monſtrantur imagines, vel ſignificantes aliquid, vel ſine vlla ſignificatione apparẽtes: ſiue nulla ex corpore cauſa exiſtente, ſed aſſumente atque rapiente aliquo ſpiritu tollitur anima in huiuſmodi videndi ſimilitudines corporum, miſcens eis viſa corporalia, cum ſimul etiam corporis ſenſibus vtitur: ſiue ita ſpiritu aſſumente alienatur ab omni corporis ſenſu, & auertitur, vt ſolis ſimilitudinibus corporum ſpiritali viſione teneatur, vbi neſcio vtrum poſsint aliqua nihil ſignificantia videri. Hæc igitur natura ſpiritalis, in qua non corpora, ſed corporum ſimilitudines exprimuntur, inferioris generis viſiones habet, quàm illud mentis atque intelligẽtiæ lumen, quo & iſta inferiora diiudicantur & ea cernuntur, quæ neque ſunt corpora, neque vllas gerunt formas ſimiles corporum, velut ipſa mens

† nitebatur

Viſio ſpiritalis, intellectualis, corporalis.

Ca. XXIIII

G mens & omnis animę affectio bona,cui contraria ſunt
eius vicia, quæ rectè culpantur atque damnantur in ho
minibus. Quo enim alio modo ipſe intellectus niſi in-
Galat.5. telligendo conſpicitur? Ita & charitas, gaudium, pax,
longanimitas, benignitas,bonitas, fides, manſuetudo,
cōtinentia,& cætera huiuſmodi, quibus propinquatur
Roma.11. deo:& ipſe deus,ex quo omnia, per quē omnia, in quo
omnia. Quanquam itaque in eadem anima fiant viſio-
nes ſiue quæ ſentiūtur per corpus, ſicut hoc corporeum
cœlum, terra, & quæcunque in eis nota eſſe poſſunt,
quemadmodum poſſunt: ſiue quæ ſpiritu videntur ſi-
milia corporum,de quibus multa iā diximus: ſiue cum
mente intelliguntur,quæ nec corpora ſunt, nec ſimili-
tudines corporum,habent vtique ordinem ſuum,& eſt
aliud alio præcellentius. Præſtantior eſt enim viſio ſpi-
ritalis quàm corporalis, & rurſus præſtantior intelle-
ctualis quàm ſpiritalis. Corporalis enim ſine ſpiritali
eſſe non poteſt,quandoquidem momento eodem quo
corpus ſenſu corporis tangitur, fit etiam in animo tale
aliquid: non quod hoc ſit,ſed quod ſimile ſit:quod ſi nō
H fieret,nec ſenſus ille eſſet, quo ea quæ extrinſecus adia-
cent,ſentiuntur. Neque enim corpus ſentit,ſed anima
per corpus, quo velut nuncio vtitur ad formandum in
ſeipſa quod extrinſecus nunciatur. Non poteſt itaq; fie
ri viſio corporalis,niſi etiā ſpiritalis ſimul fiat: ſed non
diſcernitur,niſi cum fuerit ſenſus ablatus à corpore: vt
id quod per corpus videbatur,inueniatur in ſpiritu. At
vero ſpiritalis viſio etiā ſine corporali fieri poteſt, cum
abſentium corporum ſimilitudines in ſpiritu apparēt:
& finguntur multæ pro arbitrio, vel præter arbitrium
demōſtrantur. Item ſpiritalis viſio indiget intellectua-
li vt diiudicetur, intellectualis autem iſta ſpiritali infe-
riore non indiget:ac per hoc ſpiritali corporalis,intel-
lectuali autem vtraque ſubiecta eſt. Cum ergo legimus,
1.Cor.2. Spiritalis omnia iudicat, ipſe autem à nemine diiudi-
catur:non ſecundū ſpiritum,à quo mens diſcernitur,ſi-
1.Cor.14. cut illud quod dictum eſt, Orabo ſpiritu,orabo & mē-
Ephe.4. te: ſed ex illa notione debemus accipere qua dictū eſt,
Renouamini autem ſpiritu mētis veſtræ. Iam enim ſu-
pra docuimus alio modo & ipſam mētem ſpiritum di-
ci,ſecundū quam ſpiritalis omnia diiudicat. Quaprop-
ter non abſurde neque inconuenienter arbitror ſpiri-
I talem viſionem inter intellectualem & corporalē tan-
quam medietatem quandam obtinere. Puto enim non
incongruenter medium dici, quod corpus quidem nō
eſt,ſed ſimile eſt corpori, inter illud quod vere corpus
eſt,& illud quod nec corpus eſt, nec ſimile corpori.

Sola viſio intellectualis certa. Cap. XXV. Illuditur autem anima ſimilitudinibus rerum,non
earum vicio, ſed opinionis ſuæ, cū approbat quæ ſimi-
lia ſunt pro iis quibus ſimilia ſunt,ab intelligentia defi-
ciens. Fallitur ergo in viſione corporali,cū in ipſis cor-
poribus fieri putat quod fit in corporis ſenſibus. Sicut
nauigantibus vidētur in terra moueri quæ ſtant, & in-
tuentibus cœlum,ſtare ſydera quę mouentur,& diuari-
catis radiis oculorum, duas lucernæ ſpecies apparere,
& in aqua remus infractus,& multa huiuſmodi. Aut cū
putat aliquid hoc eſſe, quod ſimiliter coloratū eſt, vel
ſimiliter ſonat,vel olet,vel ſapit, vel tangitur. Hinc e-
nim & medicamentum aliquod ceratū coctum in ca-
cabo putatur legumen, & ſonitus tranſeuntis vehiculi
putatur ex tonitruo: & ſi nullis aliis ſenſib⁹ exploretur,
ſed ſoli adiaceat olfactui,citriū putatur herba, quæ vo-
catur apiaria, & cibus aliquo dulciculo ſucco affectus
putatur melle conditus:& ignotus annulus contrecta-
tus in tenebris,putatur aureus, cum ſit æreus aut argen-
teus,aut cum repentinis inopinatiſq; corporalibus viſis K
anima turbata vel in ſomnis videre ſe putat, vel aliquo
huiuſmodi ſpiritali viſo affici: vnde in omnibus corpo
ralibus viſis,& aliorum ſenſuum cōteſtatio, & maxime
ipſius mentis atque rationis adhibetur, vt quod in hoc
rerum genere verum eſt, inueniatur quantum inueniri
poteſt. In viſione autem ſpiritali,id eſt, in corporum ſi-
militudinibus,quæ ſpiritu vidētur,fallitur anima, cum
ea quæ ſic videt, ipſa corpora eſſe arbitratur: vel quod
ſibi ſuſpicione falſaq; coniectura finxerit, hoc etiam in
corporibus putat,quę non viſa coniectat. At vero in il-
lis intellectualibus viſis non fallitur: aut enim intelli-
git & verum eſt, aut ſi verum non eſt, non intelligit:
vnde aliud eſt in his errare quæ videt, aliud ideo erra-
re quia non videt. Quapropter cum rapitur anima *Ala rapta*
in ea viſa quæ ſpiritu cernūtur ſimilia corporalibus, ita *viſione ſpi-*
vt omnino à ſenſib⁹ corporis auertatur amplius quàm *ritali & in-*
in ſomno ſolet,ſed minus quàm in morte: iam diuinæ *tellectuali.*
admonitionis eſt & adiutorij,vt ſe nō corpora, ſed vi- *Ca. XXVI.*
ſa corporum ſimilia ſpiritaliter nouerit cernere, ſicuti
quæ in ſomnis videre, etiam antequam euigilent,ſciūt. L
Ibi ſi etiam videntur futura, ita vt omnino futura no-
ſcantur,quorum imagines præſentes videntur, ſiue ip-
ſa hominis mente diuinitus adiuta, ſiue aliquo inter
ipſa viſa quid ſignificent exponente,ſicut in Apocalyp-
ſi Ioannis exponebatur,magna reuelatio eſt:etiam ſi for
te ignoret ille cui hæc demonſtrantur, vtrum ex cor-
pore exierit,an adhuc ſit in corpore, ſed ſpiritu à ſenſi-
bus corporis alienato iſta videat: poteſt enim ſic raptus
id ignorare,ſi ei & hoc non oſtendatur. Porrò autem ſi
quemadmodum raptus eſt à ſenſibus corporis, vt eſſet
in iſtis ſimilitudinibus corporum, quæ ſpiritu vidētur:
ita & ab ipſis rapiatur, vt in illam quaſi regionem intel
lectualium vel intelligibilium ſubuehatur, ibi ſine vlla
corporis ſimilitudine perſpicua veritas cernitur, nul-
lis opinionum falſarum nebulis obfuſcatur, ibi virtu-
tes animæ non ſunt operoſæ ac laborioſæ: neque enim
opere temperantiæ libido frænatur,aut opere fortitudi
nis tolerantur aduerſa, aut opere iuſticiæ iniqua puni-
untur,aut opere prudentiæ mala deuitantur: Vna ibi &
tota virtus eſt amare quod videas, & ſumma fœlicitas
habere quod amas. Ibi enim beata vita in fonte ſuo bi-
bitur,vnde aſpergitur aliquid huic humanæ vitæ, vt in M
tentationibus huius ſeculi, temperanter, fortiter, iuſte,
prudenterq; viuatur. Propter illud quippe adipiſcendū,
vbi ſecura quies erit, & ineffabilis viſio veritatis, labor
ſuſcipitur,& continendi à voluptate, & ſuſtinendi ad-
uerſitates,& ſubueniendi indigentibus, & reſiſtēdi de-
cipientibus. Ibi videtur claritas domini, non per viſio- *Exo.19.*
nem ſignificantem: ſiue corporalem, ſicut viſa eſt in *Eſa.6.*
monte Sina:ſiue ſpiritalem, ſicut vidit Eſaias vel Ioan- *Apoc.1.*
nes in Apocalypſi: ſed per ſpeciem,non per ænigmata, *1.Cor.13.*
quantum ea capere mens humana poteſt, ſecundum *Exo.33.*
aſſumentis dei gratiam, vt os ad os loquatur ei, quem
dignum tali deus colloquio fecerit:nō os corporis,ſed
mentis. Sic intelligendum arbitror quod de Moyſe *Quo modo*
ſcriptum eſt, Cōcupiuerat enim, vt in Exodo legimus, *Moyſes vi-*
videre deum,non vtique ſicut viderat in monte,nec ſi- *derit deū.*
cut videbat in tabernaculo,ſed in ea ſubſtātia qua deus *Ca.XXVII.*
eſt,nulla aſſumpta corporali creatura,quæ mortalis car *Exod.19.*
nis ſenſibus præſentetur:neque in ſpiritu figuratis ſimi- *& 33.*
litudinibus corporum: ſed per ſpeciem ſuam quantum
eam capere creatura rationalis & intellectualis poteſt,
ſeuocata ab omni corporis ſenſu,& ab omni ſignifica-
tiuo ænigmate ſpiritus. Sic enim ſcriptum eſt, Si ergo *Exo.33.*
inueni

A inueni gratiam in conſpectu tuo,oſtende mihi temet-
ipſum manifeſte, vt videam te : cum paulo ſuperius le-
gatur locutus dominus ad Moyſem facie ad faciem,ſi-
cut quis loquitur ad amicum ſuum. Sẽtiebat ergo quid
videbat,& quod oon videbat deſiderabat. Nam & pau
lo poſt cum dixiſſet ei deus , Inueniſti gratiam in con-
ſpectu meo,& ſcio te prę omnibus. Reſpoodit ei, Oſtẽ-
de mihi claritatem tuam . Et tunc quidem reſponſum
accepit à domino figuratum, de quo nunc loogum eſt
diſputare, quaodo ei dixit , Non poteris videre faciem
meam & viuere : Non enim videbit homo faciem me-
am & viuet . Deiode ſubiecit & ait illi , Ecce locus pe-
nes me eſt, & ſtabis ſuper petram , ſtatim vt trãſiet mea
maieſtas,& ponam te in ſpelunca petræ , & tegam ma-
num meam ſuper te donec tranſeam , & auferam ma-
num meam, & tũc videbis poſteriora mea : nam facies
mea non apparebit tibi. Nec tamẽ ſecuta ſcriptura hoc
etiam corporaliter factum eſſe narrauit, ſatisq; per hoc
demonſtratum eſt figurate dictum eſſe in Eccleſiæ ſi-
gnificatione, Ipſa eſt enim locus penes dominum,quia
Eccleſia eſt templum eius, & ipſa ædificata eſt ſuper pe-
B tram , & cætera quæ ibi dicta ſunt,eidem intelligentiæ
congruunt. Niſi tamen concupitam & deſideratam dei
Nume.12. claritatem Moyſes videre meruiſſet , non in libro Nu-
merorum diceret deus ad Aaron, & Mariam fratres e-
ius, Audite verba mea , Si fuerit propheta inter vos do-
mino,in viſione illi cognoſcar, & io ſomnio loquar il
li , nõ ita quo modo famulus meus Moyſes in tota do-
mo mea fidelis eſt , Os ad os loquar ad illum in ſpecie,
& oon per ænigmata,& claritatem domini vidit . Ne-
que enim hoc ſecũdum ſubſtantiam corporis,quæ car-
nis ſenſibus præſentatur, intelligendum eſt:nam vtique
ſic loquebatur ad Moyſem facie ad faciem , contra in
contra : Quando tamen dixit ei, Oſtende mihi temet-
ipſum:& nunc etiam ad ipſos quos obiurgabat, & qui-
bus Moyſi meritum ita præferebat , ſic loquebatur per
creaturam corporalem præſentatam ſenſibus carnis.
Illo ergo modo , in illa ſpecie qua deus eſt, longe ineſ-
fabiliter ſecretius & præſeotius loquitur locutiooe in-
effabili , vbi eum nemo videns viuet vita iſta qua mor-
taliter viuitur in iſtis ſenſibus corporis , Sed niſi ab hac
vita quiſque quodam modo moriatur, ſiue omnino ex-
C iens de corpore , ſiue ita auerſus & alienatus à carnali-
bus ſenſibus,vt merito oeſciat , ſicut Apoſtolus ait,vtrũ
in corpore an extra corpus ſit , cum in illam rapitur &
Tertiũ cæ- ſubuehitur viſionem. Quapropter ſi hoc tertium
lũ quid ſi- viſionis genus,quod ſuperius eſt,non ſolum omni cor-
gnificet. porali,quo per corporis ſenſus corpora ſentiuntur, ve-
C.XXVIII. rumetiam omni illo ſpiritali,quo ſimilitudines corpo-
rum ſpiritu & noo mente ceruuntur , tertium cœlum
appellauit Apoſtolus : in hoc videtur claritas dei , cui
Matt.5. videndæ corda mũdantur, vnde dictum eſt, Beati mũ-
do corde , quia ipſi deum videbunt : non per aliquam
corporaliter vel ſpiritaliter figuratam ſignificationem
1.Cor.13. taoquam per ſpeculum io ænigmate , ſed facie ad faci-
Exo.33. em : quod de Moyſe dictum eſt , os ad os, per ſpeciem
ſcilicet, qua eſt deus quicquid eſt:quantulumcũque eum
mens,quæ non eſt quod ipſe eſt,etiam ab omni corpo-
re,& ab omni terrena labe mundata, [ab omni corpo-
re] & ſimilitudine corporis alienata & abrepta capere
Sap.9. poteſt:à quo peregrinamur mortali & corruptibili one
2.Cor.5. re grauati , quandiu per fidem ambulamus, nõ per ſpe-
ciem,& cum hic iuſte viuimus. Cur autem non creda-
mus,quod tanto Apoſtolo doctori gentium,rapto vſq;
ad iſtam excellentiſsimam viſionem,voluerit deus de-
monſtrare vitam , in qua poſt hanc vitam viuẽdum eſt D
in æternum ? Et cur non dicatur iſte paradiſus,excepto
illo in quo corporaliter vixit Adam inter ligna nemo-
roſa atque fructuoſa , quandoquidem & Eccleſia , quæ *Canti.4.*
nos cõgregat in charitatis ſino, paradiſus dicta eſt cum
fructu pomorum? Sed hoc figurate dictom eſt,tãquam
illo paradiſo , vbi proprie fuit Adam , Eccleſia figurata *Roma.5.*
ſit per formam futuri. Quanquam diligentius conſide-
rantibus fortaſsis occurrat illo paradiſo corporali , in
quo Adam corporaliter fuit , & iſtam vitam ſaocto-
rum ſignificatam,quæ nuoc agitur in Eccleſia, & illam
quæ poſt hanc erit in æternum : ſicut Hieruſalem quæ
iotepretatur viſio pacis , & tamen quædam terrena ci-
uitas demonſtratur, quę ſignificat Hieruſalem matrem
noſtram æternam in cœlis : ſiue in iis qui ſpe ſalui facti *Roma.8.*
ſunt,& quod non vident, ſperantes per patientiam ex- *Galat.4.*
pectant, ſecundum quos multi filij deſertę magis quàm
eius , quæ habet virum : ſiue in ipſis angelis ſanctis per
Eccleſiam multiformis ſapientiæ dei , cum quibus poſt
hanc peregrinationem ſine labore & ſine fioe viden-
dum eſt. Si autem ſic accipimus tertium cœlum, quò *Cœli multi*
Apoſtolus raptus eſt,vt quartum etiam,& aliquot vltra *ſecũdũ quoſ*
ſuperius cœlos eſſe credamus , infra quos eſt hoc tertiũ *dam. Cap.*
cœlum : ſicut eos alij ſeptem , alij octo , alij nouem vel E *XXIX.*
etiam decem perhibent:& in ipſo vno,quod dicitur fir *Ephe.3.*
mamentum , multos gradatim eſſe confirmant: ac per
hoc corporeos eſſe vel ratiocioaotur vel opinantur,de
quorum ratione ſiue opinione nuoc diſſerere longum
eſt , Poteſt autem fieri vt etiam in ſpiritalibus vel intel-
lectualibus multos quoſdam gradus quiſquam eſſe cõ-
tendat,aut ſi poſsit oſtendat , eoſq; diſtinctos iuxta ali-
quem prouectum magis vel minus illuſtrium reuela-
tionum . Sed vtcunque ſe iſta habeant, & accipiũtur vt
libet ab alio ſic , ab alio autem ſic , ego viſorum vel vi-
ſionum præter iſta tria genera, aut corpore , aut ſpiritu
aut mente , vſque adhuc vel noſſe vel docere noo poſ-
ſum. Sed quot & quantę ſingulorum generum ſint diſ-
fereotiæ,vt in vnoquoque aliud alio gradatim ſuperfe-
ratur, ignorare me fateor. Sicut autem in iſta luce *Spiritalis*
corporea eſt cœlum,quod ſuper terras ſuſpicimus, vn- *viſio quo*
de luminaria clarent & ſydera, quæ corpora lõge ſunt *modo acci-*
meliora terreſtribus : ſic in illo genere ſpiritali , io quo *pienda.*
videntur corporum ſimilitudines luce quadam incor- *Cap.XXX.*
porali ac ſua, ſunt quędam excellentia & merito diuina F
quæ demonſtrant angeli miris modis : vtrum viſa ſua
facili quadam & præpotenti coniunctiooe vel cõmix-
tione etiam noſtra eſſe facientes , an ſciẽtes neſcio quo
modo noſtram in ſpiritu noſtro informare viſionem,
difficilis perceptu,& difficilior dictu res eſt . Sũt autem
alia viſa vſitata humana,quæ ſiue ex ipſo ſpiritu noſtro
multipliciter exiſtunt , ſiue ex corpore ſpiritui quodam
modo ſuggeruntur, ſicut fuerimus affecti vel carne vel
animo. Non ſolum enim vigilantes homines curas ſu-
as cogitãdo verſant in ſimilitudinibus corporum , ve-
rumetiam dormientes hoc ſæpe ſomniant quo indi-
gent : nam & negocia ſua gerunt ex animi cupiditate,
& epulis poculiſq; inhiaotes inſiſtunt, ſi forte eſurientes
ſitienteſq; dormierunt . Quæ omnia puto comparata
illis angelicis demonſtrationibus, ſic habenda , ac ſi in
iſta natura corporum terrena cœleſtibus cõparentur.

Sic etiam in illo genere intellectualium viſorum *Virtutes in*
alia ſunt quæ in ipſa anima videntur , velut virtutes *anima.*
quibus vicia ſunt contraria : ſiue permanſuræ vt pietas: *Ca. XXXI.*
ſiue vtiles huic vitæ,& poſtea nõ futuræ , ſicut fides qua
credimus ea quæ nondum videmus: & ſpes qua futura
cum

G cum patientia expectamus, & ipſa patientia qua omnia
toleramus aduerſa, donec quò volumus veniamus. Iſtæ
quippe & huiuſmodi virtutes, quæ nunc propter tran-
ſigendam iſtam peregrinationẽ valde neceſſariæ ſunt,
non erunt in illa vita, propter quam adipiſcẽdam ſunt
neceſſariæ, & tameo etiam ipſæ intellectualiter viden-
tur, neque enim aut corpora ſuot, aut ſpecies habent ſi-
Lumẽ aĩæ. miles corporum. Aliud autem eſt ipſum lumen, quo il-
luſtratur anima, vt omnia vel in ſe vel in illo veraciter
intellecta cõſpiciat: nam illud ipſe deus eſt, hoc autem
creatura: quanuis ratiooalis & intellectualis ad eius
imaginem facta, quæ cum conatur lumen illud intue-
ri, palpitat infirmitate, & minus valet. Inde eſt tamen
quicquid intelligit ſicut valet. Cum ergo illuc rapitur,
& à carnalibus ſubtracta ſenſibus, illi viſioni expreſ-
ſius præſentatur non ſpaciis localibus, ſed modo quo-
dam ſuo etiam ſupra ſe videt illud, quo adiuta videt
Aĩa corpo- quicquid etiam ſe iotelligendo videt. Si autem
re exuta, quæritur cum anima de corpore exierit, vtrum ad ali-
quò ferat. qua loca corporalia feratur, an ad incorporalia corpo-
Ca.XXXII. ralibus ſimilia: an vero nec ad ipſa, ſed ad illud quod
H & corporibus & ſimilitudinibus corporum eſt excel-
lentius. Cito quidem reſponderim, ad corporalia loca
eam vel non ferri, niſi cum aliquo corpore, vel non
localiter ferri. Iam vtrum habeat aliquod corpus, cum
de hoc corpore exierit, oſtendat qui poteſt, ego autem
non puto: ſpiritalem enim arbitror eſſe, non corpora-
lem. Ad ſpiritalia vero pro meritis fertur, aut ad loca
pœnalia ſimilia corporibus. Qualia ſæpe demonſtra-
ta ſunt iis qui rapti ſunt à corporis ſenſibus, & mortuis
ſimiles iacuerunt, & infernales pœnas viderunt, cum
& ipſi in ſeipſis gererent quandam ſimilitudioem cor-
poris ſui, per quam poſſent ad illa ferri, & talia ſimili-
tudinibus ſenſuum experiri. Neque enim video cur ha-
beat anima ſimilitudioem corporis ſui, cum iaceote
ſine ſenſu ipſo corpore, nondum tamen penitus mor-
tuo, videt talia, qualia multi ex illa ſubductione viuis
redditi narrauerunt, & non habeat cum perfecta mor-
te penitus de corpore exierit. Aut ergo ad illa fertur
pœoalia, aut ad alia itidem ſimilia corporalibus, oec
tamen pœnarum, ſed quietis atque gaudiorum. Neque
eoim rectè dici poteſt, vel illas falſas eſſe pœnas, vel il-
I lam falſam requiem atque lætitiam: tunc enim hæc
falſa ſunt, quando per opinationis errorem alia pro a-
Acto.10. liis putantur. Nam Petrus non ſolum cum diſcũ illum
videbat, & in eo non ſimilitudines corporum, ſed cor-
pora putabat, in hoc vtique fallebatur: verumtiam cum
Acto.12. alio tempore ab angelo ſolutus, è vinculis ibat in cor-
pore ambulans, & præſentatus corporalibus formis, &
putabat ſe viſum videre, oihilominus fallebatur: nam
& illæ in diſco erant ſpiritales formæ corporalibus ſi-
miles: & iſta corporalis expreſſio ſoluta de vinculis,
propter miraculum ſpiritalis ſimilis erat. Fallebatur
autem anima in vtriſque, non oiſi cum alia pro aliis
approbaret. Quanuis ergo oon ſint corporalia, ſed ſi-
milia corporalibus, quibus animæ corporibus exutę af-
ficiuntur, ſeu beoe ſeu male, cum ipſæ corporibus ſuis
ſimiles, ſibimet appareant: ſunt tamen & vera læti-
cia & vera moleſtia facta de ſubſtantia ſpiritali: oam
& in ſomnis magni intereſt vtrum in lætis an triſti-
bus ſimus. Vnde quidam in rebus quas concupiuerant
conſtituti, ſe euigilaſſe doluerunt: & rurſus grauibus
terroribus atque cruciatibus exagitati atque vexati, cum
expergefacti eſſent, dormire timuerunt, ne in eadem
mala reuocarentur. Et vtique dubitandum non eſt,
quòd expreſſiora ſint illa quæ inferna dicuntur, atque K
ob hoc vehementius ſentiantur. Nam & qui ſubtracti
ſuot ſenſibus corporis, minus quidem quàm ſi omni-
modo morerentur, ſed tameo amplius quàm ſi dor-
mirent, expreſſiora ſe vidiſſe narrauerũt, quàm ſi ſom-
nia narrauiſſent. Eſt ergo prorſus inferorum ſubſtan-
tia, ſed eam ſpiritalem arbitror eſſe, non corporalem.
Nec audiendi ſunt qui affirmant inferos in hac vi- *De inferis*
ta explicari, nec eſſe poſt mortem. Viderint enim quẽ- *quæſtio.*
admodum poëtica figmenta interpretentur, nos ab au- *C.XXXIII.*
thoritate diuinarum ſcripturarum, quibus ſolis de hac
re fides habenda eſt, recedere non debemus. Quan-
quam poſſimus oſtendere illorum quoque ſapiẽtes de
inferorum ſubſtantia minime dubitaſſe, quæ poſt hanc
vitam excipit animas mortuorum. Vnde autem ſub *1. Retract.*
terris eſſe dicantur inferi, ſi corporalia loca non ſunt. *cap.24.*
Aut vode inferi appellantur, ſi ſub terris non ſunt, me-
rito quæritur, Animam vero non eſſe corpoream non
me putare, ſed planè ſcire audeo profiteri: tamen ha-
bere poſſe ſimilitudinem corporis, & corporalium
omnino membrorum quiſquis negat, poteſt negare
animam quæ io ſomnis videt, vel ſe ambulare, vel ſe- L
dere, vel hac atque illac egreſſu aut etiam volatu fer-
ri ac referri, quod ſine quadam ſimilitudine corporis *4. fine. diſt.*
noo fit. Proinde ſi hanc ſimilitudinem etiam apud in- *44. cap. cũ*
feros gerit, non corporalem, ſed corpori ſimilem: ita *autem.*
etiam io locis videtur eſſe noo corporalibus, ſed cor-
poralium ſimilibus, ſiue in requie, ſiue in doloribus.
Quanquam & illud me nondum inueoiſſe confiteor,
inferos appellatos, vbi iuſtorum animæ requieſcunt.
Et Chriſti quidem animam veniſſe vſque ad ea loca,
in quibus peccatores cruciantur, vt eos ſolueret à tor-
meotis, quos eſſe ſoluendos occulta nobis ſua iuſti-
cia iudicabat, non immerito creditur. Quo modo e-
nim aliter accipiendum ſit quod dictum eſt, Quem *Acto.2.*
deus ſuſcitauit ex mortuis, ſolutis doloribus inferorum,
quia non poterat teneri ab eis: non video, niſi vt quo-
rundam dolores apud inferos eum ſoluiſſe accipia-
mus, ea poteſtate qua dominus eſt, cui omne genu fle-
ctitur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, per quam *Philip.2.*
poteſtatem etiam illis doloribus quos ſoluit, non po-
tuit teneri. Neque enim Abraham, vel ille pauper in *Sinus A-*
ſinu eius, hoc eſt in ſecreto quietis eius, in doloribus *braha.*
erat, inter quorum requiem & alia inferni tormenta *Luc.16.*
legimus magnum chaos firmatum: ſed nec apud infe- M
ros eſſe dicti ſuot. Contigit enim, inquit, mori inopem
illum, & afferri ab angelis in ſinum Abrahæ: mortuus
eſt autem & diues, & ſepultus eſt. Et cum apud iofe-
ros in tormentis eſſet, & cætera. Videmus itaque infe-
rorum mentionem non eſſe factam in requie paupe-
ris, ſed in ſupplicio diuitis. Illud etiam quod Iacob di-
cit ad filios ſuos, Deducetis ſenectutem meam cum *Gene.44.*
triſticia ad inferos: videtur hoc magis timuiſſe, ne ni-
mia triſticia ſic perturbaretur, vt non ad requiem bea-
torum iret, ſed ad ioferos peccatorum. Neque enim
paruum animæ malum eſt triſticia, cum etiam Apoſto- *2.Cor.2.*
lus cuidam tam ſolicite timuerit, ne maiore triſticia
abſorberetur. Proinde, vt dixi, nondum inueni, & ad-
huc quæro: nec mihi occurrit inferos alicubi in bono
poſuiſſe ſcripturam duntaxat canonicam: Non autem
in booo accipiẽdum, ſinum Abrahæ, & illam requiem,
quo ab angelis pius pauper ablatus eſt, neſcio vtrum
quiſquã poſſit audire: & ideo quo modo eum apud in- *Paradiſi vo*
feros credamus eſſe, non video. Verum hoc dum *cabulũ Ca.*
quærimus, & aut inuenimus, aut non iouenimus, vr- *XXXIIII.*

get nos

A get nos longitudo libri huius eum aliquando conclu-
dere. Quapropter quoniam de paradiſo ſermonem in-
ſtituimus, propter illud quod Apoſtol⁹ ait, ſcire ſe rap-
2. Cor. 12. tum hominem vſque in tertium cælum, neſcire autem
ſiue in corpore ſiue extra corpus: & quia raptus eſt in pa
radiſum, & audiuit ineffabilia verba, quæ non licet ho-
mini loqui: non temere affirmamus, vtrum in tertio cæ
lo ſit paradiſus, an etiam in tertium cœlum, & inde rur-
ſus in paradiſum raptus ſit. Si enim proprie quidem eſt
nemoroſus locus, tranſlato autem verbo, omnis etiam
ſpiritalis quaſi regio, vbi animæ bene eſt, merito para-
diſus dici poteſt, non ſolum tertium cælum, quicquid
illud eſt, quod profecto magnum ſublimiterque præ-
clarum eſt, verumetiam in ipſo homine lætitia quædā
bonę conſcientiæ paradiſus eſt. Vnde & Eccleſia in ſan
ctis temperāter & iuſte & pie viuentibus paradiſus re-
ctè dicitur, pollens affluentia gratiarum, caſtiſque de-
liciis: quandoquidem & in tribulationibus gloriatur
de ipſa patientia plurimum gaudens, quia ſecundum
Pſal 93. multitudinem dolorum in corde conſolationes dei io
B cundant animam eius. Quanto magis ergo poſt hanc
vitam etiam ſinus ille Abrahæ paradiſus dici poteſt,
vbi iam nulla tentatio, vbi tanta requies poſt omnes
dolores vitæ huius? Neque enim & lux ibi non eſt pro-
pria quædam & ſui generis, & profecto magna, quam
diues ille de tormentis & tenebris inferorum, tam vti-
Tchaſma. que de lōginquo cum magnum chaos † eſſet in medio,
ſic tamen vidit vt ibi illum quondam cōtemptum pau
perem agnoſceret. Quæ ſi ita ſunt, ideo ſub terris dicū-
tur inferi vel creduntur, quia congruenter in ſpiritu
per illas corporalium rerum ſimilitudines ſic demon-
ſtrantur, vt quoniam defunctorum animæ inferis di-
gnæ, carnis amore peccauerunt, hoc eis per illas corpo-
ralium rerum ſimilitudines exhibeatur, quod ipſi car-
ni mortuæ ſolet, vt ſub terram recōdatur. Denique in-
feri eo quòd infra ſint, Latine appellantur: ſicut autem
ſecundum corpus ſi ponderis ſui ordinem teneant, in-
feriora ſunt omnia grauiora, ita ſecundum ſpiritum
inferiora ſunt omnia triſtiora: Vnde & in Græca lin-
ἀδης. gua origo nominis quo appellantur inferi, ex eo quod
nihil ſuaue habeant, reſonare perhibetur. Nec ipſam ta
men rerum partem noſter ſaluator mortuus pro nobis
C viſitare contempſit, vt inde ſolueret quos eſſe ſoluen-
dos ſecundum diuinam ſecretamq; iuſticiam ignorare
non potuit. Quapropter animę illius latronis cui dixit,
Lucæ 23. Hodie mecum eris in paradiſo: non vtique inferos
præſtitit vbi pœnæ ſunt peccatorum: ſed aut illam re-
quiem ſinus Abrahæ: non enim alicubi non eſt Chri-
Sapien. 7. ſtus, cum ipſe ſit ſapientia dei attingens vbique propter
ſuam mundiciam: aut illum paradiſum, ſiue in tertio
cœlo, ſiue vbicunque alibi, quò poſt tertium cœlum eſt
2. Cor. 12. raptus Apoſtolus: ſi tamen non aliquid vnum eſt di-
uerſis nominibus appellatū vbi ſunt animæ beatorum.
Si ergo cœlum primū rectè accipimus, hoc omne cor-
poreum generali nomine quicquid eſt ſuper aquas &
terram. Secundum autē in ſimilitudine corporali quod
ſpiritu cernitur, ſicut illud vnde animalibus plenus in
Acto. 10. ecſtaſi Petro diſcus ille ſubmiſſus eſt. Tertiū vero quod
mente cōſpicitur ita ſecreta & remota & omnino ab-
repta à ſenſibus carnis atque mundata, vt ea quæ in illo
cœlo ſunt, & ipſam dei ſubſtantiam verbūmque deum
Ioan. 1. per quod facta ſunt omnia in charitate ſpiritus ſancti
ineffabiliter valeat videre & audire: non incongruen-
ter arbitramur, & illuc eſſe Apoſtolum raptum, & ibi
fortaſſis eſſe paradiſum omnibus meliorem, & ſi dici

oportet paradiſum paradiſorum. Si enim animæ bonæ D
lætitia in rebus bonis eſt in omni creatura, quid ea læ-
ticia præſtantius quæ in verbo dei eſt per quod facta
ſunt omnia? Sed ſi quem mouet, quid opus ſit ſpi- Reſurrectio
ritibus defunctorum corpora ſua in reſurrectione reci corporum.
pere, ſi poteſt eis etiam ſine corporibus ſumma illa bea- Ca. XXXV.
titudo præberi: difficilior quidem quæſtio eſt, quàm vt
perfectè poſsit hoc ſermone finiri. Sed tamen minime
dubitandum eſt, & raptā hominis à carnis ſenſibus mē
tem, & poſt mortem ipſam carne depoſitā, & tranſcen-
ſis etiam ſimilitudinibus corporalium, non ſic videre
poſſe incommutabilem ſubſtātiam vt ſancti angeli vi-
dent: ſiue alia latentiore cauſa, ſiue ideo, quia ineſt ei na
turalis quidam appetitus corpus adminiſtrādi: quo ap-
petitu retardatur quodā modo ne tota intentione per-
gat in illud ſummum cœlum, quandiu non ſubeſt cor-
pus cuius adminiſtratione appetitus ille conquieſcat.
Porrò autē ſi tale ſit corpus cuius ſit difficilis & grauis Sap. 9.
adminiſtratio, ſicut hæc caro quæ corrumpitur & ag-
grauat animam, de propagine tranſgreſsionis exiſtens,
multo magis auertitur mens ab illa viſione ſummi cœ-
li: vnde neceſſario abripienda erat ab eiuſdem carnis E
ſenſibus, vt ei quo modo capere poſſet illud oſtendere-
tur. Proinde cum hoc corpus iam non animale, ſed per
futuram cōmutationem ſpiritale receperit angelis co-
æquata, perfectum habebit naturæ ſuæ modū, obediens
& imperans, viuificata & viuificans, tam ineffabili faci-
litate, vt ſit ei gloriæ quod ſarcinæ fuit. Nimirum Beatorū vi
enim erunt & tunc iſta tria genera viſionum, ſed nulla ſio poſt mor
falſitate aliud pro alio approbabitur, nec in corporali- tem. Cap.
bus, nec in ſpiritalib⁹ viſis: multo minus in intellectua- XXXVI.
libus, quibus ita præſentatis & perſpicuis perfruetur, vt
longe minore euidentia nunc nobis adiaceāt iſtæ ſpe-
cies corporales, quas ſenſu carnis attingim⁹, & eis mul-
ti ita ſunt dediti, vt ſolas eſſe arbitrentur, & quicquid
tale non eſt putant omnino non eſſe. Sapientes autem
ita ſunt in his corporalibus viſis, vt quamuis eis præſen-
tiora videantur, certiores ſint tamen in illis quæ præ-
ter corporis ſpeciem præterq; corporis ſimilitudinem
intelligendo vtcunque perſpiciunt, quamuis ea non va
leant ita mente conſpicere, vt hæc ſenſu corporis in-
tuentur. Sancti vero angeli & his corporalibus iudicā-
dis atque adminiſtrandis præſunt, nec eis tanquam F
præſentioribus familiarius inclinātur: & eorum ſigni-
ficatiuas ſimilitudines in ſpiritu ita diſcernunt, & tan-
ta potentia quodam modo tractant, vt eas poſſint etiā
hominum ſpiritibus reuelando inſerere: & illam incō-
mutabilem ſubſtantiam creatoris ita conſpiciunt, vt
viſione atque amore & eam præponant omnibus, &
ſecundum eam iudicent de omnibus, & in eam diri-
gantur vt agantur, & ex ea dirigant quicquid agunt.
Denique quamuis abrepto Apoſtolo à carnis ſenſibus 2. Cor. 12.
in tertium cœlum & paradiſum: hoc ipſum certè defuit
ad plenam perfectamque cognitionem rerum, quę an-
gelis ineſt, quòd ſiue in corpore ſiue extra corpus eſſet,
neſciebat. Hoc vtique non deerit, cum receptis corpo-
ribus in reſurrectione mortuorum corruptibile hoc 1. Cor. 15.
induetur incorruptione, & mortale hoc induetur im-
mortalitate. Omnia enim euidentia erunt ſine vlla fal-
ſitate, ſine vlla ignorantia ſuis ordinibus diſtributa, &
corporalia & ſpiritalia & intellectualia in natura inte-
gra & beatitate perfecta. Scio quidem nonnullos Sētētia quo
eorum, qui ſcripturas ſanctas ante nos in fide catholi- rūdā de ter
ca tractaſſe laudantur, etiam ſic expoſuiſſe quod ait tio cœlo.
Apoſtolus, tertium cœlum, vt corporalis & animalis & C. XXXVII
ſpiritalis

G ſpiritalis hominis hic differentias accipi vellent, atque
ad illud incorporearum rerum genus excellenti euidē-
tia contemplandum eſſe Apoſtolum raptum: quod ge-
nus etiam in hac vita ſpiritales homines præ cęteris re-
bus diligunt, eòque perfrui concupiſcunt, Ego autem
cur maluerim ſpiritale & intellectuale dicere, quod illi
fortaſſe animale & ſpiritale dixerũt, vt earundē rerum
alia tantummodo nomina ponerem, iam in primis hu
ius libri partib⁹ me diſſeruiſſe ſuffecerit: Quæ ſi rite pro
modulo noſtro diſputauimus, aut ſpiritalis lector hæc
† aut etiam vt ſit. approbabit, aut etiam non ſic†ſpiritalis, adiuuante ſpi-
ritu ſancto aliquid ex iſta lectione proficiet. Sed iam
vniuerſum hoc opus, quod duodecim voluminibus cō
tinetur, iſto tandem fine concludimus.

Libri duodecimi finis.

AD LECTOREM.

H HOC *opus quum nec epiſtola ſit nec tractatus popularis, nuſquam tamen recenſeatur in libro Retractationum, ad hæc nec ſtylo nec ingenio referens Auguſtinum, non dubitauimus in nothorum claſſem referre. Habet & vocabula quædam, de vulgo, vt opinor, hauſta, veluti cap. 7. Taxones & ſeſquiuolos animalia quædam appellat: ibidem commemorat lupos, porcos ſylueſtres: & vulpes, quum hoc genus animantis nec in Hybernia dicatur inueniri, nec in Anglia, niſi forte importatum. In eodem acceſſum ac receſſum maris appellat Ledonem ac Malinam, idque frequenter. Item cap. 24. Nagarbam appellat, quod in ſummo mari natāt.*

DE MIRABILIBVS SACRAE SCRIPTVRæ, Liber Primus.

Creatio mūdi. Cap. I. CVM omnipotētis dei auxilio de
† al. cupimus tractare ſermonem. mirabilibus rerum in primis tra
ctare ſermo eſt†, vnde repeten-
dum aptius, & ſumendum vide-
tur exordium, quàm ab ipſo re-
I rum omnium creatore, de quo
ſæpe ſcriptura atteſtatur dicens,
Iob. 9. Qui facit magna & inſcrutabi-
lia & mirabilia, quorum non eſt numerus. Quorum
omnium mirabilium velut principale quoddam fun-
damentum inſtituit, quando omnia condidit ex crea-
† quando oēs quas cō didit creaturas ex nihilo fecit. tura ex qua fecit†. Aeternus ergo & omnipotens crea-
tor rerum, trinus & indiuiduus ſemper manens, ſine
vllo potentiæ ſuæ detrimento, ſolus ſine tempore cun-
ctas præcellit † creaturas. Ac deinde vt immenſam bo-
nitatem ac potentiam & beneuolentiam, quas in ſe ſo-
† præceſſit. lo prius habuit, etiam per creaturas oſtenderet, ex in-
formi materia, quam ipſe prius ex nihilo condidit,
[omnes creaturæ habent materiam] cunctarum viſi-
bilium [& inuiſibilium] rerum, hoc eſt ſenſibilium &
inſenſibilium, intellectualium & intellectu carentium,
ſpecies multiformes diuiſit, Quod, vt libri Geneſeos au
thoritas confirmat, per ſeptem dierum alternationem
† ſexto. effectum fuiſſe monſtratur, ita vt in die ſeptima † cun-
cta conſummaſſe quæ ad inſtitutionem & inſtructio-
nem pertinent creaturæ, firmiſſime declaretur. Sic e-
Gene. 2. nim ſcribitur, Et conſummauit deus omnia opera ſua
† ſexto. in die ſeptimo†, & benedixit diem ſeptimum, quòd in
ipſo requieuit ab omnibus operibus ſuis. Ex quo intel- K
ligitur, deum in die ſexto omnia perfeciſſe, vt in die
ſeptimo, non à labore, ſed ab opere videatur ceſſaſſe.
Sed quòd dominus Ieſus Iudæis de ſabbati requie que-
rentibus reſpondit, Pater meus vſque modo operatur, *Ioan. 5.*
& ego operor: illum quidem die [ſexto cuncta perfe-
ciſſe & in] ſeptimo requieuiſſe credimus, & vſque mo-
do operari non dubitamus. Sed quemadmodum tunc
conſummaſſe & nunc operari idem deus intelligitur,
ſubtilius inueſtigatur. In die enim ſeptimo†creaturæ na *† ſexto.*
turas perfecit quas gubernare etiam nunc non deſinit,
Et in die ſeptimo requieuit ab opere creationis, qui nū-
quam ceſſat à gubernationis regimine. Tūc ergo crea-
tor, nunc gubernator deus intelligēdus eſt: Ac per hoc
etiam ſi noui aliquid in creaturis exoriri videamus, nō
creare ibi nouam naturā, ſed gubernare olim creatam
deus putandus eſt. Sed ita potens eſt in gubernatione
creaturæ qui condidit, vt veluti naturam nouam crea-
re videatur, cum abditis naturæ finibus, quod in illa la-
tebat, depromit. Illa igitur inuſitata gubernatione, cum
res per voluntatem potentiam gubernatoris oſtendunt,
quod per efficaciam quotidianæ adminiſtrationis non L
faciunt, in ſcripturis mirabilia memorantur. Sed de his
mirabilibus latius poſtmodum, quādo ad eorum loca
venerimus, diſſeremus. Hoc fixum interim permane-
at, quòd aſſimilatis†naturarū creationibus, in die ſepti- *† conſummatis.*
mo deus ab opere ſuo requieuit, & nōc poſtmodum per
omne tempus à creaturę totius gubernatione non ceſ-
ſat. Sed quāuis per ſeptem†dierum alternationem, om- *† ſex.*
nis inſtituta fuiſſe creatura perhibetur, non tamen hæc
dierum alternatio per ſpacium tēporis intelligitur, ſed
in his operum viciſſitudo declaratur. Pius† nanq; hiſto *† Poſtea.*
riæ narrator diuiſit in ſermone, quod deus non diuiſit
operis perfectione. Simul enim cuncta quæ condidit
deus creauit, dum vna voluntate multiplicem omnium
ſpecierum varietatem fieri diſpoſuit, in qua voluntate
vna omnia ſimul ſine tēpore eſſe fecit, quæ ab ipſo ortu
ſuo per tempus diſpenſare non deſinit. In hac ergo [re-
rum] omnium diuiſione †, primo ſpiritalis creatura & *† cōditione.*
inuiſibilis originaliter [præceſſit,] & deinde ne quod
interius erat, hoc exterius non eſſet, ideo in corporibus M
etiam† corporalis & viſibilis creatura fieri cœpit: in qua *† al. eſſet, in dei operib⁹ etiam.*
vtique principali rerum vniuerſarum generaliq; diui-
ſione, duas rationales, vnam in ſpiritali, alterā in cor-
porali inſtituit creator naturas, angelorum videlicet &
hominum, quibus prout naturarum differentia expetit,
etiam habitationum loca diſtinxit. Cœlum nanque an-
gelis, terram hominibus [habitādam] præſtitit. Quibus
inſtitutis, vtriuſque naturæ peccatum, angelorum ſcili-
cet & hominum conſequitur. Sed mandati tranſgreſ-
ſionem quæ in hominibus facta erat, libri Geneſeos hi-
ſtoria narrat. Quæſtionem vero non minimam in- *Caſus angelorū & hominu.*
tuētibus præſtat, qua cauſa angelorum delictum ſcrip-
turæ teſtimoniis qualiter factum eſt reticetur. Quanuis
nanque ſub perſona Babylonici regis illius angelicæ *Cap. II.*
ruinę verba per Prophetam declarentur dicentem, Se-
debo in mōte teſtamenti in lateribus Aquilonis, aſcen- *Eſa. 14.*
dam ſuper altitudinem nubium, & ędificabo thronum
meum ad Aquilonem, & erò ſimilis altiſſimo. Hæc de
rege Babylonis hiſtorica expoſitione facillime poſſunt
intelligi, niſi forte figurali expoſitione de corpore ad
caput verba per allegoriā transferantur: Vnde aſſump-
ta [quæſtio] in hoc libro non diſſoluitur, dum hiſtoria-
liter in ipſo Euāgelio cauſa ruinæ & ſentētia & vindi-
cta nō manifeſtatur. Niſi forte vt cæteri exiſtimant, ori-
ginale

A ginale illius peccatum in ſeductione hominis per ſer-
pentem eſſe aliquis dicat, per quem & ſententiam ani-
Gene.3. maduerſionis acceperat, dicente domino, Maledictus
tu inter omnia animantia & beſtias terræ, ſuper pectus
tuum gradieris, & terram comedes omnibus dieb⁹ vi-
tæ tuæ. Sed abſit hoc, vt ſentiamus angelum poſſe ſua-
dere homini peccatum in terra, niſi prius ipſe peccaret
Luca 10. in cœlo, dicente domino, Vidi ſatanam ſicut fulgur de
cœlo cadentem. Vnde enim potuiſſet & ipſe inuidere
fœlicitati humanæ, niſi prius amiſiſſet beatitudinem pri
†propriam. mam†? Non ſolum ergo peccatum hominis præceſſiſ-
ſe diabolica ruina credenda eſt, ſed etiam perfectio-
†ſexta. nem creaturarum illarũ quæ in die ſeptima† facta eſt.
Damnandis in nouiſsimo die domino pronunciante
Matt.25. dicitur, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,
quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius.
Quando ergo præparatus eſt ille ignis niſi perfectione
creaturarum omnium? niſi forte dicamus poſt ſexti diei
perfectionem deum aliquid creaſſe: quod abſit, ne men-
dacem ſcripturã, imò noſmetipſos faciamus. Cui ergo
carcer in illa creaturarum conditione præparatus eſt,
B illius peccatum originaliter illas creaturas præceſsit.
Ioan.8. Quoniam vt ſcriptura inquit, Ipſe ab initio mẽdax eſt,
& in veritate non ſtetit. Reſtat ergo vt ruina angelica,
qua cauſa à domino tacita eſt, exponamus, dum illum
creaturarum dei primum angelum cecidiſſe non am-
bigamus. Angelicum vero vulnus verus medicus qua-
liter factum ſit, indicare noluit, dum illud poſtea cura-
re non deſtinauit. Et qualiter ſit eiectus per ſententiam
vindictæ, reticuit, quem per pœnitentiam nullo modo
reuocauit. Peccatum vero hominis quo modo factum
fuerit, profertur: Ipſum nanque quandoque promereri
veniam non deſperatur. Et qualiter eiectus ſit homo,
indicare deus maluit, quem ad ſtatum priſtinum in no-
uiſsimo iterũ reuocauit. Et quo modo animaduerſio-
nis ſententiam accepit, non occultauit, à quo aliquãdo
per clementiæ ſuæ veniam ſatisfactionem accipere nõ
recuſauit. Hanc ergo differẽtiam in hominibus & an-
Hebr.2. gelis Apoſtolus cõſiderans, ait, Non enim angelos, ſed
Abrahæ ſemen apprehendit deus. Cũ enim creator cle-
mẽs & miſericors in ſumma illa & incommutabili dei
Philip.2. patris manens ſubſtantia, in ſerui formam ſemetipſum
C exinanire voluit, nõ angelicam naturã, ſed humanam
apprehẽdit. Sed in hoc quæſtio naſcitur, Cum deus an-
gelis peccantibus non pepercit, & tamen peccanti ho-
mini per aſſumptionem humanæ carnis veniam rela-
xauit: quare ergo irremediabili vindicta ſummus an-
gelus eſt percuſſus, cum peccans & mandatum ſui con-
ditoris homo tranſgrediens, venialiter poſtmodum ad
Luca 3. pœnitẽtiam reuocatus ſit, Ioanne, domino, & Petro cla-
Matt.4. mantibus, Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim re-
Acto.2. gnum cœlorũ: Angelus ergo in ſummo honoris ſui or-
†excelſiorẽ. dine conſtitutus, immutationẽ ad excellentiorem† ſta-
tum non habuit, niſi per cõtemplationem ſui creatoris
confirmatus, in eo ſtatu permaneret vbi conditus fuit:
& idcirco prolapſus, iterũ reuocari minime potuit, qui
de ſublimiſsimo ſui ordinis ſtatu proruit: Homo vero
adhuc in terra poſitus, generandi officio deſtinatus, ci-
†eſui. borumq; alimoniæ† deputatus, immutationem in ſubli-
miorem & meliorem, ſpiritalèmque vitam ſine morte
reciperet, ſi quandiu in hac conuerſatione poſitus eſſet
in mandati cuſtodia permaneret. Huic antequã ad ſta-
†al. Hunc tum veniret ſublimiorẽ, delictum ſubruit†, & ideo de
&c. deli- inferiori illo [ſuo ordine] id eſt, immortalitate ſui cor-
ctũ ſripuit. poris confeſtim ruit, dicẽte domino, Terra es, & in ter-
ram ibis. Clementia ergo conditoris homo ad illã bea- D
titudinem, ad quam peccans adhuc non peruenit, per *Gene.3.*
paſsionẽ domini reuocatur, qui ſi inde cecidiſſet ſicut
angelus, nũquam iterum reuocaretur: quoniã ad illum
ordinem, id eſt, immortalitatem ſui corporis nũquam
peruenit iterum, niſi peracta omnium morte, illa beati-
tudo ad quam reuocamur: per reſurrectionem reſtau-
retur. Non ad illum tamen ordinem, aut ad ſtatũ vnde
primus homo ceciderat, ſed ad aliũ ſublimiorem, quẽ
ſperauit, reſtitutio fiet, dicente domino, Erunt ſicut an- *Matt.22.*
geli dei in cœlo. Præterea quoque ad cumulum diabo-
lici peccati illud accedit, quod ſtatim poſtquam pecca-
uit, foueam deſperationis incurrit. Si enim de ſuo deli-
cto habere veniam non deſperaſſet, nunquam conſen-
tiẽti ſibi homini damnum ſalutis ſuæ procuraret†. Qui *†præſtaret.*
enim de priori peccato habere veniam deſiderat, nul-
lo modo augmentare aliud præparat. Per hanc ergo
non ſolum ſibimetipſi foueam perditionis inuenit, ſed
etiam per ſe peccanti homini cauſa perditionis extitit.
Hoc autem ad leuigandum hominis delictum occur-
rit, quòd nõ ſolum per ſemetipſum mandati tranſgreſ-
ſionem non reperit, ſed ſerpentinæ ſuaſioni conſenſit, E
verumetiam aliam creaturam rationabilem in dei of-
fenſam non induxit: ac per hoc facilius pœnitentiæ ia-
nuam adinuenit apertam, quam qui non ingreſſus fue-
rit, damno perpetuæ vitæ ſubiacebit. Qui vero per pœ-
nitentiam peccata diluerit, angelicæ fœlicitatis con-
ſors in æternum erit. Vt autem ab ipſo humani ge- *Abel & Enoch. Cap.III.*
neris poſt peccatũ originale primordio homines quã-
doque promereri veniam deus oſtenderet, paucos ho-
mines elegit quibus notitiam ſuæ amicitiæ demõſtra-
ret: quos proceſſu tẽporis paulatim plures vſque ad ſuæ
præſentiæ viſitaret aduentum, quouſque in aduentu ſuo
omne genus humanum per totum orbem illuminaret.
Ex quibus paucis primus Abel totius humanæ iuſticiæ
princeps, & poſt [ſecundus] hunc Enoch inſigniſsimus
ante diluuium eligitur, quibus ſumma iuſticiæ in initio
ipſo mundi, & fine cõmittitur. Vnus enim ſtatim in iu- *Gene.4.*
ſticiæ ſuæ initio, in ipſo etiã mundi principio, ſangui-
nis ſui tripudio coronat⁹, martyrio arripitur. Alter ad- *Gene.5.*
huc ſine morte, in teſtimonium nouiſsimi temporis re-
ſeruatur. Sed huic Abel dominus Ieſus Chriſtus prima- F
tum iuſticiæ hominum cõmiſit, ita inquiens, A ſangui- *Matt.23.*
ne Abel iuſti, vſq; ad ſanguinem Zachariæ: [in eo enim
quòd dicit, A ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinẽ Za-
chariæ] & non addidit, iuſti, hæreditatem iuſticiæ Abel
tenere Zachariam oſtendit. Sicut etiam in genealogia
ſaluatoris ſcribitur, Ieſſe autem genuit Dauid regẽ, Da- *Matt.1.*
uid autem [rex] genuit Salomonem: cui nõ additur re-
gem, cum Salomon patris regno teneret maius impe-
rium, Sed ex hoc intelligitur patris ſui Dauid regnum
Salomon hæreditario iure poſsidere, & ad Dauid ho-
norem regni plus pertinere, quod & Abel in iuſticia homi-
num primatum tenuit, quod primus in terra† iuſtus fie- *†al. primus*
ri cœpit, Vnde quaſi hæreditario iure patrum ſuccedũt. *martyrum.*
Sic omnes iuſti, veſtigia Abel in cunctis iuſticiæ parti-
bus cupiunt. Sed iſta inueſtigatione rectè incitatus ali-
quis fortaſſe interrogabit, Cur ergo, inquiẽs, dum Abel *Quæſtio.*
iuſticiæ primatum tenuit, non hunc deus ſine morte ad
teſtimonium nouiſsimi temporis reſeruauit, vt in mun-
di fine ipſe doctor exiſteret veritatis, qui in principio
erat author perfecti operis? Attamen huic reſponſioni *Reſponſio.*
congrue obuiare poterit, qui iuſticiam in tribus parti-
bus conſtare nouit, Tota enim iuſticia hæc eſt, virgini- *Triplex iu-*
tas, ſacerdotium, & martyrium. Quæ triplex iuſticia in *ſticia.*
Abel

G Abel primo fuit, qui & munera deo placita obtulit, proſapiam generis in ſeculo non reliquit, & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit. Si ergo longiori tempore vt Enoch Abel maneret, ſine vlla dubitatione coniugium iniret. Quippe qui in tempore illius legis viueret quæ dixit, Creſcite & multiplicamini, & implete terram: Et ſi illud mandatum expleret, pro certo nequaquam virgo eſſet: & ſi illum deus ſine morte ſeruaret, martyrij primatum nequaquam acciperet. Rectè ergo competebat, vt qui primus in terra iuſtus eligitur, in eo totius iuſticiæ forma ſeruaretur, cuique primo in hominibus poſt delictum geſtare figuram cõceditur ſaluatoris, qui virgo & caput, & ſacerdos, & martyr eſſe videtur. Enoch vero ſine morte, per totius penè ſeculi tempus remotus ab hominum conuerſatione cuſtoditur, vt in eo qualiter homines ſi non peccarent, generata prole commutarentur in vitam ſpiritalem ſine morte, oſtenderetur. Sed licet longo ſeruanis tempore adhuc viuat: mortis tamen debitum, quod omnes in Adam ſumpſimus, vitare non poterit.

Gene. 1.

H Certè in hoc etiam illud occurrit, vnde ſcribendi occaſio ſumpta videtur, quare circa naturam † extra humani æui metas huius vita tam longo admodum tempore diſtenditur. Attamen in hoc nõ noua natura vni homini gignitur: ſed priſtina & generalis omnium hominum gubernatur. Inſitum enim omni homini in prima conditione Geneſeos libri hiſtoriam conſiderantibus eſſe apparet, vt non ſolum longo tempore, ſed etiam perpetuo viueret, niſi peccati aculeo mors naturæ metas exterminaret.

† quare quaſi contra naturam.

Diluuium. Cap. IIII. Inde proceſſu temporis hominibus poſt † originale peccatum per propria ſtudia in dei offenſam procedẽtibus, & in obliuionem ſui conditoris decidentibus, cum per enorme peccatum, grandi corporis mole gigantes eſſent exorti, totius terræ facinus aquis diluere parat: & viro perfecto in genere ſuo reperto, Noë videlicet Lamech filio, myſterium conſilij ſui ſoli inſinuat, eiq; arcam per longi temporis ſpacium fabricare commendat: vt vel ille per hoc factum morte imminente cum domo ſua liberaretur, vel videntes imminens exitium pertimeſcentes ad delictorum pœnitudinem reuocarentur. Sed illo contumaciter & negligenter iudicio contempto, ex I inſperato tempore deus offenſus, ad cõmune totius orbis excidium, aquis vniuerſa terræ ſpacia pariter obtexit: & exceptis quæ arca clauſerat, cuncta quæ in terra tãtum viuere poſſunt, homines & cætera animantia ab ipſo cœlo aqua conducta deleuit. Sed vniuerſa quæ in aquis viuere poſſunt plaga illa non tetigit, terrena tantũ animalia mortificauit.

† præter.

Quæſtio. Quo in loco aſtute quærentibus, ac ſolutione indigẽs quæſtio ſubuenit, Quamobrem terrena animalia humanæ vindictæ pluſquam aquatica ſuccumbũt, quorum nec plura peccaminum geſta ſubueniunt. In peccato tamen primi hominis, terra de qua guſtauerat, ſtatim maledicitur. Per diuinum nanq; miraculum † ita infertur, Maledicta terra in opere tuo, &c. Qua in re notandum, ipſa animalia, quæ maledictam terram manducauerunt, expertia maledictionis eſſe nõ poſſe, præſertim cum terra cum ſuis animalibus maledicta erat. Iterum ergo alia adhuc quæſtio ſurgit, Quare deus etiam aquis in Adæ maledicto non maledixit? Cui facillime reſpondetur, quòd non aquam cõtra interdictum domini bibit, ſed de terræ fructu homo comedit. Exceptis quoque his rationibus, aquis à maledicto Adæ deus pepercit, quoniam per aquam diluere maledictionem illam parauerat, quod in diluuio eſt factum, & nunc per baptiſmum indulgetur * †: nã in aqua K & ſpiritu cuncta humana corporalia (crimina ſimul) & ſpiritalia purgantur. Aquatilia enim maledicto vindictæ non ſuccumbunt, quia in maledictionis participatione non ſunt. Ac per hoc & dominus, cum mortis humanæ maledictum reſurgendo depoſuerat, non terreſtrium, ſed aquatilium carnem animaliũ comedebat, cum ad cõfirmationem reſurrectionis coram diſcipulis piſcis aſſi partem & fauum mellis accipiens manducauit.

† oraculũ. Gene. 3.

**† al. intelligitur. Animalia aquatica. Luc. 24.*

Animalia ἀμφίβια. Cap. V. De animalibus quoq;, quæ nec in terra tãtum, nec in aqua tãtum viuere poſſunt, quæſtio vertitur, quo modo diluuium euaſerunt, quales ſunt lutri, vituli marini, & multa animalium genera, quæ in aquis eſcarum ſuarum victum requirunt, ſed in arena dormiũt, & nutriuntur & requieſcunt. Si ergo arca includerẽtur, ſine aquarum adiumento viuere non poſſent, & ſi extra arcam remanerent, aquis vniuerſa tegentibus, vbi requieſcerent quo modo haberent? De his ergo, vt ſupra dixi, quæſtio vertitur, Vtrum per virtutẽ ſuam interius † earum naturam, donec diluuium tranſiret, deus temperauit, vt aut humore tantum, aut in arida tantũ (illis tunc) vita eſſe potuerit. Sed qui Noë cum domo ſua per arcã, L nõ per virtutem ſeruare voluerat, qualiter hoc per virtutem cuſtodire vellet? An his alicubi ſcopulorum aliqua refugia eſſe poterãt? Sed etiam illa quo modo ſubuenirent, dum omnes montes, quibus duodecim cubitis altior fuit, aqua tegeret? An etiam in arcæ tecto foris requies his eſſe aliqua valebat, quòd à trecentis cubitis lõgitudinis, & altitudinis triginta, & latitudinis quinquaginta cubitis in vnum cubitum vndiq; contractũ latum & ſtabile ſpacium faciebat, vt quod intus manentes, ſimul pariter † conſeruaret, etiam per profundi periculum nauigantibus † refugium foret?

† vtrannis.

† ſine periculo. † vagãtib⁹.

Gene. 7. Eruptio aquarum. Cap. VI. De eruptione aquarum diluuij ita refertur, Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractę cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Poſtea ſubinfertur, Clauſi ſunt fontes abyſſi, & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo. Huius rei difficultatem fixa ſententia explanare, ſcientiæ noſtræ paruitate prohibemur: Veruntamen in his magiſtrorum quid intẽtio potuit excogitare, indifferenti ſermone proferamus, nulli ex diuerſis opinionibus certiorem tribuentes authoritatem: de quibus narrationibus, de ſingulis electioni- M bus arbitrium probandi ſeu reprobandi concedimus libertatem. Fluuij enim de fontibus, vtrum ante diluuiũ fuerunt, inquiſitio profertur: de quibus nulla in principio creaturę certa definitio, vtrũ facti an non facti ſunt oſtenditur, niſi quòd fons vnus aſcendens de terra, & diuiſus in quatuor capita, regiones irrigabat. Niſi forte de illo fonte cæteros per totum terræ ſpacium vbiq; ebullire etiam, tũc aliquis dicat, propter quorũ omnium ſingillatim aſsignationem originalis illius magni fontis commemoratio ſufficeret. An etiam ante diluuium nõ erant, donec illa aquarum abundantiſsima eruptione vniuerſorum fontium venæ, vbi antè non fuerunt, quod etiam ſæpe nunc fieri cernimus, erumperent? Attamen non de fontibus terræ, ſed de fontibus abyſſi dicitur, Et rupti ſunt fontes abyſſi. Sed hoc generaliter de fontib⁹ poteſt ſentiri. Vnde enim terra potuiſſet habere, niſi ſubiacente abyſſo per occultos meatus fontium venas ſuſciperet? Et idcirco abyſſi fontes etiã terræ fontes poſſunt nominari. Sed qui hoc ita ſentiunt, quid dicẽt in eo quod paulo poſt cõſummata quadraginta dierũ inundatione ſubinfertur. Et clauſi ſunt fontes abyſſi magnæ, & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo. Si fontes illi, qui

Gene. 2.

A li,qui nunc per terras fluunt,in diluuio aperti ſunt,quo
modo iterum clauſi pronunciantur?niſi nõ omnes fon
tes clauſos eſſe denunciẽt,pręter eos tantummodo per
quos exitus huius aditus adminiſtrabatur. Verumetiã
hoc pro tempore ſolummodo eſſe dictum confirmãt.
Fontes enim qui clauſi erant,cum illa inſolens eruptio
prohiberetur,poſtea apertos fuiſſe ſequẽs ratio pronũ-
ciat,dum aquę ibant & reuertebantur. Quò ergo reuer
tebantur,niſi vnde venerant? Per fontes igitur apertos
aquæ irruperãt, qui poſt vt ceſſaret eruptio,clauſi erãt.
Sed cũ iterum aquæ reuocaretur, etiã fontes qui clauſi
fuerant reſerãtur: Aquæ enim quæ clauſis ianuis venire
non poterant, quo modo retro niſi apertis aditis rein-
Gene. 7. trabant? De eo autem quod dicitur, Et cataractæ cœli
apertæ ſunt,& facta eſt pluuia: nõ minori diligẽtia in-
† quæſtio. digens,quoniam † diuerſis inquiſitorum ſentẽtiis ven-
tilata dignoſcitur. Quibuſdam nanq; placet,vt iſtæ ca-
taractæ in nubibus apertę fuiſſe putentur,quę ſæpe cœ-
li nomine per ſcripturas diuinas nuncupãtur,quo mo-
Hiere. 14. do eſt illud,Et cœli dabunt imbrem,& terra dabit fru-
Pſal. 77. ctum ſuũ:Et,Panẽ cœli dedit eis: Et, Poſsint aues cœli
Marci. 4. habitare: Et, Volucres cœli nidos habent vbi requieſ-
Lucæ 9. cunt. Cataractas ergo in cœlo & in nubibus videlicet
B [factas]vt pluuia veniret, illi prædicti æſtimant,quem-
admodum etiam nunc tale miniſterium per nubes fie-
ri totus mundus non ambigit. Sed tunc cataractas cœ-
li apertas ſcriptura ſancta cõmemorat, quòd ſolito pl⁹
ingẽs effuſio pluuialis facta erat. Cæteri vero iſtas cata-
ractas in ſummo illo firmamẽto,quod vt diuideret in-
ter aquas & aquas,deus in principio fecerat, factas pri⁹
eſſe dicunt:qui dum illas aquas factas ſupra firmamen-
tum poſuerat,ad tale miniſterium præparaſſe dicũt: &
in hac cõditione & ſuperioris & inferioris aquæ, ſacri
baptiſmatis miniſteriũ figurali expoſitione inſpiciunt,
dum per cœleſtem pluuiã ſpiritum ſanctum, per abyſsi
vndam, aquam baptiſmatis intelligunt: Vt ſicut aqua
† prima. ſuperior & inferior, propriæ† vitę mũdi peccamina di-
luit,ſic ſpiritus ſanctus & aqua,noſtræ vitę prioris deli
C cta remittat. Sed dum in hoc opere intellectum potius
rerum geſtarum, quàm figuralẽ expoſitionem aſſump-
ſimus,quod ad rem præſentem pertinet, proſequamur.
Hi ergo qui firmamẽti aquas ante diluuium venire po-
nunt, etiam ante diluuium pluuias in mundo fuiſſe nõ
æſtimant, occaſione illius arcus, qui poſt diluuium in
Gene. 9. nubibus eſt conſtitutus, in hanc æſtimationem ducti,
ex ipſarum creaturarum natura inueſtigantes, quòd ſi
vlla ſerena ante diluuium pluuia fieret, iris,id eſt, arcus
ille in nubibus ſerenis appareret, qui per ſolem ſemper
& humectas ſerenáſque nubes efficitur, & non à ſole
tantum fieri, ſed etiam per lunam aliquotiens in ſere-
nis nubibus videtur. Poterat ergo ipſa mundi nuper
creati prima ætas ſine vllis turbulenti aëris immutatio-
nibus & pluuiis per matutinum & veſpertinum rorem
fieri:vt in ipſa ſua fortitudine ſicut homines longæuos
& ſanitate corporũ alacres habuerit, ita & mũdus ipſe
nullis adhuc perturbationibus agitatus aptos naſcenti-
bus ferẽs fructus conſiſteret,& à ſecũda ætate ſicut tur-
bulẽtis motibus,ita turbidis rerum tempeſtatibus viue-
re & vigere inciperet. Quemadmodũ in terra Aegyp-
ti etiam nunc nequaquam nubium imbribus,ſed terræ
ipſius ſudore & aëris cõmoditate, & Nili fluminis in-
Acceſſus crementis fouetur. Sed hæc inueſtigatio qualiter acci-
& receſſus pienda ſit pro certo, eruditi & Catholici viri videant.
diluuij. Iterum de receſſu aquarum diluuij quid docti & in-
Cap. VII. genioſi magiſtri ſentiunt, ſine vlla noſtræ authoritatis

præſumptione proferamus:vbi nodoſa quęſtio ſtudio- D
ſis mentibus oſtenditur,ſi aliquem locum vacuum reli-
querãt, cum terræ ſpacium[aquæ diluuij occupabãt &
ſi nullum ſpacium] tale habuerant quando receſſerant
quod implebant. De qua inquiſitione in illis aquis quæ
de cataractis cœli defluxerunt, bina magiſtrorum æſti-
matio eſt: Aut enim vt nonnulli æſtimant, per eaſdem
cataractas reuocãtur, & quemadmodum de mari [ari-
dæ] nubes lymphaticos imbres conſueſcunt attrahere,
ita & ſuperni illius firmamenti ſpaciũ, aquas quas emi-
ſerat de nubib⁹ poſſet reuocare. Aquæ eni,inquit ſcrip-
tura, ibant & decreſcebant. † Quò ergo ibant,niſi vnde † reuertebã
venerant? Si ergo de excelſo illo firmamẽto iuxta quo- tur.
rundam æſtimationẽ dixerimus, aquæ deſuper fluxiſ-
ſent,& ſpacium quod occupabãt, dimiſerũt, ſi illuc re-
uocatæ ſunt,quid mirum ſi eadem quæ deſeruerãt ſpa-
cia complebant. Vel certe ſi de nubibus eadem nimbo-
rum copia fuiſſe monſtrata conceditur, quid intelligẽ-
tibus mentibus repugnat,ſi ad nubes iterum ipſę retror
ſum verterẽtur, quemadmodum in quotidiana rerum
adminiſtratione fieri cernitur,vt pluuia de nubib⁹ emiſ
ſa & reſumpta videatur. Cæterum ij quoq; qui ante di-
luuium[pluuiam]eſſe non permittũt,de receſſu aquarũ
alter ſentiunt. Ipſi enim cum aquarũ diffuſionẽ de fir- E
mamento factam pronunciant, in nubes tamen tantũ-
modo eas redire confirmant:& ſuperfluum illud quod
aqua deſuper fluens præbuerat, etiã nunc per omne tẽ-
pus turbulẽtos aëris motus, & hemiſphæras diuerſas in
nubibus gignit,quòd reciprocis immutationibus idem
aër nubiloſus nunc in inferiores partes mundi, hoc eſt
terram & mare dimittit, nunc de eiſdem, mari ſcilicet
& terra recolligit, quo modo in pectore humano hali-
tus reciprocis mutationibus eodẽ modo quo dimitti-
tur,iterũ† exigitur vt reſumatur. In his autẽ quálibet di- † tantundẽ.
uerſis opinionibus & magiſtrorũ pluribus ambagibus,
hoc animo fixum ſuſcipimus, quòd aquarũ quodcunq;
deſuper venerat,vt terra aquis nudaretur, vẽtus lambe-
bat. Sic enim ſcribitur,Immiſit dominus ventum ſupér Gene. 8.
terram,& diminutæ ſunt aquæ. Vtrũ vero in nubes vẽ-
tus lymphata æquora collegerat, an illa ſuperni firma- F
mẽti ſpacium reſumpſerat, pro certo eruditi vidẽrint.
Aquæ autẽ illę quę abyſsi fontibus diruptis largiter de-
fluxerunt,per eaſdẽ vias vnde venerant,rurſum domi-
nico iuſſu remeabãt. Sed adhuc nobis cõmunis quęſtio
in his renaſcitur, quæ in reliquis velut curata videbat:
Si quando inundauerant,aliquod ſpaciũ relinquebant
[& ſi hoc non habuerant quãdo reuerſæ ſunt quid im-
plebãt?] Cæteri hanc quæſtionẽ ita diſſerunt, quòd ma
re tunc dei iuſſu de ſuo modo cõſueto,per illorum fon
tium apertionẽ creſcere,& vltra metas ſuas inundatio-
ne inſolita,per cũcta terræ ſpacia tranſfundare poterat,
& in ſe iterũ quod amiſerat reſumere, vel etiam in ſpa-
ciũ terræ deportare, quod ad inferiores aquas pertine-
bat,quę terra ſemper ſuperpoſitas lymphas niſi de fon-
tib⁹ aſſumere, & in ſemetipſam redigere cõſueſcit, quo
niã non contra conſuetudinẽ videmus etiã per aquas † † paruas.
res in maius creſcere:Nec cõtra naturã terræ eſt,ſuper-
poſitos humores ſemper cõſumere: præſertim cum hęc
de⁹ in poteſtate etiã ſanctis ſuis tribuit,quẽadmodũ He
lię & Heliſæo dedit ĩ nubecula. † Maria quoq; extra ter- † in viduas
minos antiquos creſcere cõſueſcũt, & terrarũ ſpacia di
minuũt atq; pręſcidũt,ſicut & ſenes noſtro adhuc tẽpo
re viuẽtes,vidiſſe ſe cõfirmãt. Vnde etiã inſulas quæ ab
ĩitio cõditi orbis,vt multi affirmãt, nõ fuerãt, proceſſu
tẽporis faciũt,dũ ꝓpinqua promõtoria marinis finib⁹ à

G contingēti † terra diuidūt. Per quod intelligitur, quòd illæ feræ quæ inſularū orbibus includuntur, nō huntana diligeotia deuectæ, ſed in illa diuiſione inſularum à continenti terra repertæ eſſe probātur. Quis enim, verbi grana, lupos, ceruos & ſyluaticos porcos, & vulpes, taxones & lepuſculos, & ſeſquiuolos in Hiberniā deueheret? Vel qualiter tūc domeſticam manum † porrantis ita effugerant, vt omnia genera hæc per ſyluas nunc oberrare videantur? Sed nonnulli authores genera hęc beſtiarum & ferarum animalium ipſam terram gignere dicunt, qui hæc aoimalia quæ in inſulis includūtur, noo ex arca, ſed ex ipſa terra procreata eſſe exiſtimant. Hanc vero putationem eorundem, quibus diximus de receſſu aquarum diluuij, & ſi aliquis acceptam & ſufficientem eſſe crediderit, noſtris tamen adhuc mentibus illa quęſtio innouata reſidet. Quotidianis etenim inundationibus & receſsibus Oceani, hæc ſemper quæſtio renaſcitur: Quemadmodum hanc iouodationē vnde venit, aut quò recedit neſcimus: ita etiam receſſum diluuij ignoramus. Hæc nāque quotidiána inundatio bis [in die] à tempore ad tempus, per horas vigintiquatuor ſemper peragitur, & per alternatas hebdomadas Ledonis & Malinæ viciſsitudo comitatur: Sed Ledo ſex horas inundationis, & totidem receſſus habet: Malina vero grandis per quinque horas ebullit, & per ſeptem horas litorum dorſa retegit. Quæ tantam coocordiam cum luna oſtendit, vt antequam luna naſcatur, tribus diebus & ſeptem † horis ſemper incipiat, & poſt naſcentis lunæ principia alios tres dies & ſeptem † horas conſueſcit habere, ſimiliter & aote plenilunium tribus diebus & duodecim horis incipit, & poſt totidem temporis curſus ſui terminum conſumit. Sex vero vniuſcuiuſque temporis Malinas Veris ſcilicet & æſtatis, autumni & hyemis, ſecundum lunarem ſupputationem, hoc eſt ſimul omnes vigintiquatuor vouſquiſq; cōmunis annus habet, exceptis videlicet emboliſmis, qui vigintiſex Malinas retinent: & vniuſcuiuſq; de prædictis temporibus mediæ duę, videlicet æquinoctiales, & aliæ quando vel dies vel nox curſus ſui terminum conſumit, ſolito validior ac inundatione altior fieri cooſueſcit. Interpoſitis vero ſpaciis iterum tantundem ſemper Ledo intermittitur. Ac vero rationabilis huius perſeuerantię inundatio, quò recedit, mentibus noſtris occultata eſt: I noo minorem profectum neſcientibus præparat ſcientia hominis. Nam qui veram ſapientiam cupit, ad æternum regnum vbi nulla eſt ignorantia, feſtinare contēdat, & interim cum inſigni gentium magiſtro dicat, Ex parte cogooſcimus, & ex parte prophetamus. Etenim omnes res quas poſsidemus, ex parte vix nouimus. Terræ nāq; ſuperficies in qua laboramus, alimur, viuimus, ſuſtentamur, noſtris apparet obtutibus, ſed tamen quo modo illa ſuſtētatur, adhuc ignoramus. Sol in miniſterium noſtræ neceſsitatis per diem traditur, ſed qualem in nocte profectum exequitur, à noſtra ſcientia occultatur. Lunæ duodecim diebus creſcentis & totidem tēporis decreſcētis totius viciſsitudinis cauſas quis intelligere ſufficiet? Maris inundantis tumores conſiderare permittimur, ſed recedentis intelligentia priuamur. In nobiſmetipſis diē noſtræ natiuitatis ſcimus & immoramur: † diem mortis quando veniet, cum certe ventura ſit, neſcimus. Res etiam corporales quas videmus ex parte tantum conſiderare poſſumus. Ex parte ergo cognoſcimus quādiu in hoc ſeculo ſumus: Sed ſi ad illam lucem patris luminū venerimus, nihil in creaturis erit quod neſciamus. At vero vt noſtrum ſequamur propoſitum, in iſto diluuij tam magno videri † creaturis miraculo, nihil contra naturam factū eſſe oſtēditur: quoniam nihil quod deus in creaturarum prima cōditione non fecerat, ſuperinductū eſſe videtur, niſi quòd ſolito abundantior maris copia, & imbriū ducta congregatur. Nihil in his authoritate firmauerim, vt in defenſione alicuius contentioſus ſim: Sed ſi quid alterius ingenio forte meliori intelligētia horum ſurrexerit, † hoc meo ingeniolo forſitā cōplacebit. Ego enim quod in hoc magiſtrorum quorumcūque eruditio contulit, literis his intimaui, in quibus ſi quid vicioſum, & minus ſanæ intentionis apparet, non illorum, ſed mea titubauit intentio. K

† continēti. *† al. ſi tunc domeſtica erāt, manū.* *Maris fluxus & refluxus* *† al. duodecim.* *1. Corin. 13.* *† memoramur.* *† in deo.* *† ſuccurreris.*

Curſus ſolis & lunæ Cap. VIII.

De terminis, de recurſu ſolis & lunæ in diluuio, quanuis famoſa, plurimorū mentes quæſtio pulſat: nihil in luminarium aut ſyderum conſuētis miniſtrationibus diluuiū commutaſſe, ipſius anni quo diluuium eſt factū, curſus manifeſtat. Noë enim ſecūdi decimoſeptimo die menſis cū vniuerſis quæ ad eū pertinebāt, arcam intrauit, [Poſt centū quinquaginta dies menſe] ſeptimo viceſimoſeptimo die menſis, in montibus Armeniæ eadem arca requieuit. Prima die decimi cacumina montiū apparuerunt. Et prima die mēſis primi, aquæ minutæ ſuot. Atq; euoluto anni circulo, mēſe L ſecundo, viceſimaſeptima die mēſis arefacta terra conſpicitur, qua die domini iuſſu Noë cū omni domo ſua de arca egreſſus eſt. Ex quibus indiciis manifeſtiſsime oſtenditur, quòd in iis quæ ad anni circulū peragēdum pertinebant, in luminarium miniſtrationibus dierū ac noctiū plenitudine decurſa, nihil decedere videtur. Si enim luminarium ſolis ſcilicet & lunę curſus in aliquo titubaret, dierū ac noctiū primitus viciſsitudo, & deinde totus anni circulus impeditus appareret: Dum vero nullo modo turbatus in ſe anni circulus reuertitur, manifeſtum eſt, quòd in anno præcedente luminariū curſus non turbabatur. *Gene. 7.*

Cōfuſio linguarum. Cap. IX.

Iā generali totius orbis purgatione per aquam deo gubernāte perfecta, atq; aquis iterum terra eodē iuſſu retecta, egreſſa de arca Noë ſolius tunc iuſti proſapia, totius mundi partes cōpletura, cito ſuccreuit. Sed antequā in omnes terras eſſent diuiſi, impia cunctorū mētibus & ſuperba cogitatio ſubrepſit, vt in cōmune magnificare nomen ſuū, non dei creatoris, per excellētiſsimæ turris ad cœlum vſq; ædificationem decernerēt, & in memoria poſteritatis per omnes poſt- M ea generationes, gubernationes, & totius ſeculi tempus indelebili cunctorū præconio celebres forent. Sed hac temeritate & ſuperba præſumptione rurſus deus offenſus, per totius generis communē culpā indiuidua omniū ſtrage, quod in hominibus nuper erat expertꝰ, præſertim cum nullus repertus eſt iuſtus qui reſiduus eſſet, totā funditus gentem delere voluit. Veruntamen cū illud vſq; tēpus eſſet vnius linguæ cunctus populus vniuerſorū qui ad tale opus venerat, linguas in diuerſa verba diuiſit, ſcilicet vt rectiſsimo iuſti arbitri iudicio, qui alto ſuperbiæ tumore mēbra contempſerat, in fragiliſſimæ ſubſtantiæ ſuę modo ſermonis vtiq; pœnā ſentiebat. Et hoc nō in ipſis tātū patribus quod euenerat fiebat, ſed per omnes filiorum propagines talis vindictæ conditio pertranſibat: vt qui æternā ſibi poſteritatis famā quærerēt, manſurā in illis poſteritatibus ipſius præſumptioois per vniuerſa venturi ſeculi tēpora animaduerſionē inuenirent. Poſt quoq; hāc linguarū diuiſionē dei diſpenſatione euenerat, vt diuinarū ſcripturarū myſteriū, vſq; ad maturum tēpus vnius electi ex multis populis propriam linguā cuſtodiret: donec præfinito tempore, quando vniuerſis gentibus ſacramentū ſuæ diſpē-

ſationis

A ſationis aperire voluit, ſpiritum ſanctum de excelſo linguarum omnium ſcientiam afferentem, eiuſdem ſacramenti præordinatis miniſtris transmiſit: qui dei magnalia ad illud vſq; ad vnam linguam continuãt,† velut ad conſecrationem omnium linguarũ in ipſo ſuo primo aduentu per angelos † prædicabat. Sic enim illi quos de vniuerſis gentibus velut ad huius rei cõprobationem Hieruſalem tunc temporis collegerat deus, dicebãt: Audiuimus eos linguis noſtris loquẽtes magnalia dei. Sic Apoſtolica humilitas ſpiritus ſancti munere colligebat, quod ſuperbę pręſumptionis & vanę glorię cupido diſperſerat. Linguas autẽ illas ſeptuaginta duas eſſe, plurimi authores conſentiunt, quia in ędificationẽ turris illius in terra Sennaar: quæ nunc [eſt Babylõ, tot partes congregatas fuiſſe dicũt.† Vnde &] dominus ſeptuagintaduos diſcipulos, exceptis illis primariis Apoſtolis, elegiſſe ſermone Euãgelij refertur, per quos poſtea in omnes gentes idem Euangelium prædicaretur In quorum præfiguratione etiã ipſe ſpiritus Moyſi in ſeptuaginta ſeniores [diſtribuitur:] & aliis duobus qui in caſtris reſederãt, Heldad videlicet & Medad, eius ſpiritus prophetiæ donum condonatur. Quorum quaſi hæ-

Acto.2.

† al. per vnã linguã cãtauerat.

† Apoſtolos

† al. tot partes cõgregatos fuiſſe dicunt.

Nume.11.

B reditarij ſucceſſores, ad Ptolemæum Philadelphũ Alexandriæ regem, à pontificibus Eleazaro ſcilicet & cæteris qui eodem tẽpore Iudæorum populo & tẽplo præerant, ſeptuaginta ſapientes, qui ex Iſraël ſtirpe deſcẽderant miſsi ſunt, & ſcripturas antiquæ legis in Græcum eloquium tranſtulerunt. Harum vero omnium linguarum noui teſtamenti tempore, tribus linguis, Hebraicæ vtiq;, Græcæ & Latinæ, principatus cõmittitur, quia in eis crucis Chriſti titulus literis Hebraicis, Græcis & Latinis ſcriptus, Euangelica authoritate perhibetur. At vero deus in hoc contra naturam humani eloquij quam olim diſpoſuit nil diuidendo & conſumendo† linguas hominum & ſermones fecit, quãdo eadem loquelę natura in hominibus permanet, niſi conſuetudo diuerſa deuiare ab alterutro linguas, non naturaliter, ſed conſuetudinarie docet. Latinus nanq; vel Grę cus inter Barbaricos genit⁹ vel nutritus, Barbarice loquitur, verſaq; vice, Barbari filius à Græcis aut Latinis edoctus, venuſto ſermone fatur. Ex quo intelligitur deum non naturam hominum mutaſſe, nõ nouum in eis aliquid cõ-

Lingua Hebraica, Gręca, Latina.

Ioan.19.

† confundẽdo.

C didiſſe, ſed dicendi tantum modos & formas in diuerſis generibus diuiſiſſe. Magno deinde temporis interuallo peracto, in confinio Arabię & Paleſtinæ, quinque ciuitates poſitę, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim, & Segor, fœcundiſsimi ſoli habitatione, & rerum omnium abundantia perfruentes, inconueniente luxuriæ cupidine, contractione conuincti, † dominicæ vindictæ aditum præbuerunt, ita vt imbribus ignis & ſulphuris ſuperfuſa tota cum habitatoribus ſuis & animãtibus & vrbibus regio flagrans arderet. Hoc nãque modo cõueniebat, vt qui communi ſtudio deum offenderunt, communis vindictæ impetu eodem perirẽt: & qui contra conſuetudinem hominum intemperatę† concupiſcentiæ perpetratione exaſſerant, cõtra conſuetã hominum mortem, non terrena vindicta, ſed cœleſtium ignium infuſione arderent: & qui peccatum ſuum non ſolum faciendo, ſed etiam prædicando palàm fecerãt, infamem vitam famoſa pœna conſumerent, Quæ vindicta & hactenus eorundem terram non deſeruit, dum quali pœnæ qui talia agunt ſubiacebunt oſtendit. Inter iſtas vero duas primarias in ſeculo pœnas, diluuij ſcilicet & Sodomitanam, talis differentia deprehenditur, quòd vna aqua terra, altera igni punita videatur:

De Sodomitica vindicta Cap.X.

† al. ĩ cõtractatione vitici, conuenienti.

† in turpis.

vna cœli rore & abyſsi vnda diluitur, altera igneo imbre & ſulphuris ſuperfuſione damnatur. Anni vna circulo vnius permanẽte terra retegitur, per alteram terra adhuc ſine ceſſatione maceratur. In vna naturale ſcelus in hominibus punitur, per alteram adinuentio concupiſcentiæ cõtra conſuetudinem facta vindicatur. In iſta vero Sodomitana pœna nil cõtra naturam deus facere cernitur, cum deſuper aëreo ignito illo ſpacio, inſuliti deſiderij ardor inflammatur. De qua peccatorum plaga Loth dei ſeruus per angelos eruitur, ſed illius vxor ne retro reſpiceret iuſſa, dum reſpiceret, in ſalis ſtatuam ſolidatur, vt cuius viſus non erat immunis ex culpæ conſortio, mortem effugere non poſſet, quanuis propter iuſti contuberniũ eruta ſit de incendio. Sed dum hæc aſſumpſimus, quòd nihil in dei creatura contra naturam ſit, ſed inſita natura ſemper in omnibus gubernetur, qualiter vxor Loth in ſalis ſtatuã vertitur cõtra humanam corporis naturam. In hac mutatione gubernationem ſalis naturæ in humano corpore eſſe nullus ambigit, qui lachrymarũ ſalſitudinem comprobauit, quæ à turbato felle, vt dicunt medici, egredientes, ſalis naturam quam in recondito naturæ ſinu concipiũt, de oculis flentes, etiam ſaporis comprobationem oſtẽ-

D

Vxor Loth in petram ſalis. C. XI.

Lachrymæ vndę ſalſæ

E dunt. Et non ſolum in lachrymis, ſed etiã in phlegmate, & tuſsi expreſſo ſputo pectoris ſapitur, quòd ſalis natura per humanum corpus inſeratur. Potens ergo rerũ gubernator, cum totum in partem vertere cupit, quod in modica parte latebat, per totum infundit. Atque hac ex cauſa, cum vxorem Loth in ſtatuam ſalis vertere voluit, pars illa tenuiſsima ſalis quę carni inerat, totũ corpus infecit. Et ita factum eſt, vt qui ſexto die omnes naturas conſtituere conſummauit, nil ex aliqua natura in aliam congeſsit, ſed vnamquanque in ſemetipſa gubernat quam in prima conditione conſtituebat. Eodẽ ferè tempore Abrahæ illius ex multitudine gentium in dei amiciciam electi, Sara ſterilis vxor filium Iſaac nomine iam nonagenaria peperit, cum illam vſq; ætatem per totum vitæ ſuæ ſpacium ſterilis fuit. Sed hoc valde cõueniebat, vt quoniam filius quem parturiebat ipſam figuram Chriſti, qui ex ſola virgine ſine aliqua humanæ vuluptatis cupiditate naſceretur, pertulit, illum non ætate qua ſolẽt fœminæ pârere, id eſt à duodecimo an-

De Sara nonagenaria pariẽte filiũ Cap. XII.

F no vſq; ad quadrageſimumnonum annum, ſed contra illius conſuetudinis metas parturiret: vt ſcilicet ille infans non ſolum vltra quinquageſimum annũ deſinẽte ſcilicet partus officio, ſed etiam nonageſimo anno naſceretur deſinente voluptatis deſiderio. Et hoc quanuis contra conſuetudinem, nõ tamen aduerſus naturam factum eſt: quoniam etſi contra conſuetudinem eſt vt pariat à materia, † aduerſus tamen naturam non eſt vt in vtero fœminali naſcatur quandoq; filius. Quo naſcente filio & ablactato, ancilla Agar cum filio ſuo Hiſmaël, qui prior natus eſt, eiicitur, quæ per deſertum deficiente aqua, & ſiti moriente cum puero vadẽs lachrymatur. Sed angelo eam compellante & dicente, Exaudiuit dominus vocẽ pueri, aperti ſunt oculi eius, & vidit puteum in ſolitudine. De quo puteo ita refertur, vt aut tunc erumpẽs à terra prodatur, aut ſi ibi ante fuerit tunc Agar oculi vt videret aperiuntur, quem ante non poterat videre. Vt autem appareret etiam hominibus quàm fidelis in dei amicicia permaneret Abrahã, filium ſuũ Iſaac cum eſſet iam adultus, offerre ſibi in holocauſtũ ſuper vnum montium quem ei monſtrauerat, deus pręcepit. Qui obediens ad locum illum quẽ oſtẽderat ei deus, cito perrexit, & aſſumptum filiũ iã iamq;

† pariat annus.

De puteo quem vidit Agar eiecta cũ filio. Cap. XIII. Gene.16.

De ariete quẽ Abrahã obtulit p filio. Ca. XIIII. Gene.22.

G immolare cœpit:ſed clamāte angelo, filio ſuo quicquā
mali ne faceret, iam inter vepres hærentem cornibus
arietem vidit,quē angelo iubente holocauſtum ſtatim
pro filio obtulit.Sed iſte aries requiritur vnde in ſolitu
dine fuit: Vtrum vt quidam aſſerunt,hunc in illa hora
terra protulit, quo modo & in pricipio pecora gignit?
An etiam, ne illud opus poſt diem ſextum condidiſſe
deus de terra dicatur, iſtum arietem detuliſſe angelum
Acto.8. aliunde credimus,quo modo & Philippum angelus ab
Danie.14. Eunucho tranſtulit in Azotum,& ad Daniëlem in Ba-
bylonem Abacuk trāſtuliſſe ad lacū leonum fertur an-
Sepultura gelus. Inde Iſaac generante filios Iacob & Eſaū, Ia-
Iacob & Io cob duodecim Patriarchas generāte, decem fratres in-
ſeph.C.XV. uidentes Ioſeph vendiderunt in Aegyptum: qui in ter-
ra peregrinationis & captiuitatis ſuæ ſalutem gentibus
præſtans ad quas peruenit, totius regni Aegyptiorum
diſpēſationem,& dominium terræ Aegypti accepit,ita
vt & patrem cum omni domo ſua in Aegyptum inui-
tauerit:vbi cum annis ſedecim vixiſſet, die mortis iam
inſtante,filium ſuum Ioſeph adiurauit,vt ad ſepulchrū
patrum ſuorum in terram repromiſsionis,in qua Abra
ham & Iſaac,cum Sara & Rebecca iacebāt, ibi etiā Lia
H condita fuerat,illum deportaret. Quam adiurationem
Ioſeph opere compleuit:Patrum enim ſuorum ad ſepul
chra paternum corpus deuexit.Et tamē ille in Aegypto
poſtea moriens,ſtatim poſt mortem deuehi ad paternū
ſepulchrū noluit,ſed in Aegypto interim ſepulturæ lo-
cum ſuſcepit, & poſtea de oſsibus ſuis pergenti de Ae-
Gene.50. gypto populo mandauit,dicēs, Efferte oſſa mea vobiſ-
cum hinc. Quare ergo alter ad ſepulchrum Abraham
in terrā repromiſsionis protinus portatur, alter adhuc
in terra Aegypti quandoque deportandus ſepelitur?Ia-
cob nanque nequaquam externæ gētis fœminis, niſi iis
quæ de Meſopotamia ſecum venerant miſcebatur, id-
circo ad paternū ſepulchrū integro corpore poſt mor-
tē ſtatim deuehitur.Ioſeph vero Aſſenez Phutifaris ſa-
cerdotis Heliopoleos filiam vxorem accipiens, exter-
no ſanguini fuerat mixtus, & ideo poſt mortem in ex-
traneo terræ limo conditus eſt: Quare ad terram poſt-
modum repromiſsionis vehi voluit, dum primitus in
Aegypto conditus fuit.Ioſeph ergo vt vir propheticus,
præuidit quòd Aegyptiorum gens idololatriæ dedita,
ipſum qui terrenæ munificentiæ illis author fuiſſet, &
ipſos [de famis] periculo liberaſſet,aliquando adorare
I vellet,quod & fecerunt: Nam bouis ſimulacrum iuxta
† cooperāt. [ſepulchrum] Ioſeph ſtatuerunt,eo quòd bos viro in a-
gricultura comparatur.†Qua etiam cauſa filij Iſraël cū
Gene.32. in deſerto idolum adorare vellent,non aliam aliquam
ſtatuam quàm vitulū,id eſt bouem fecerunt:hac vel ma
xime cauſa,quòd ipſe [in Aegypto] iuxta ſepulchrū Io-
ſeph adoraretur.Ne ergo Ioſeph Aegyptiorum ſuccū-
beret idololatriæ, profectionem filiorum Iſraël præui-
Gene.50. dens,dixit, Viſitatione viſitabit vos deus, & efferte oſſa
mea hinc vobiſcū. Hanc ergo cauſam in hoc loco po-
ſui,nō quòd inter mirabilia deputaretur, ſed ne tā ma-
gnum inter Abrahā & Moyſem ſine aliquo quod com
memoratione dignum ſit, ſpaciū omitterem. Poſt
Rubus ar- mortem autē Ioſeph, duriſsimæ ſeruitutis iugo Aegyp-
dens.Cap. tiorum gens filios Iſraël cœpit opprimere, ita vt mares
XVI. eorū paruulos,ne vltra modū gens ſuccreſceret, in flu-
mine proiicere,& diuerſa iuberet morte mactare.Quo
tempore Moyſes Amræ filius, in illa tempeſtate gene-
† vir. ratus,Leuiticæ ſtirpis pater,†in vltionem ſuæ gētis ſur-
rexit: Et videns virum Aegyptiū Iſraëlitam opprimen
tem,occidit. Quę res vt Aegyptiorum regi qualiter fa-
cta eſſet,innotuit,ipſe de Aegypto fugiens,per quadra- K
ginta annos in terra Madiā oues paſcens exul fuit. Cui
euoluto tempore promiſsionis,quæ facta eſt ad patres,
minanti per paſcua gregē[in mōte] Oreb rubus ardēs,
& igni ſuo non comburi apparuit.Et cum talem viſio-
nem explorare cuperet, cur rubus non cōbureretur cū
arderet,dominꝰ de medio rubi,Egu,inquit,ſum domi- *Exod.3.*
nus deus patrum tuorum.In Aegyptū mittā te, vt in-
de ſeruitutis iogo oppreſſum ſoluas ſemen eorū.In hac
terribili viſione,hoc noſtro operi primū occurrit, quo
modo ignis videbatur ardere, & tamē illud in quo ar-
ſerat,nō comburi. Si ergo de iſta materia ignis alimo-
niā ſumpſerat,quare illud vnde creuerat nō conſume-
bat?Et ſi non de hac materia flāma quæ videbatur ſur-
rexerat,vt in rubo oſtēderetur quid neceſſe erat?Cuiuſ-
dam ergo virgulti cōſuetudo eſt,†quod quanto plus ar *† refertur.*
ſerit,non tantū nō conſumitur,ſed ardendo purgatius
redditur.De quo ligno ſanctus Hieronymus in expla-
natione altaris lignei, quod in ciuitate per viſionē do-
mini in Ezechiële oſtēditur, refert quòd quaſi lini co-
lorē habeat,attamen de huius nomine reticuit,cū illius
naturam indicauit. Si ergo in illius arboris rubo ignis
ille Moyſi oſtenſus arſerat,quid mirū ſi nequaquā illud L
comburebatur?Seruatur ergo in vtroq; natura,igne ſci
licet & arbore cōſideratis, dum & ignis naturaliter de
arbore ardet,& arbor ardens igni naturaliter nō con-
ſumitur.Certe in illo rubo non ille ignis arboris inimi
cus videbatur,ſed potius ignis ille ibi fuit,de quo dici-
tur, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos *Pſal.103.*
ignē vrentem.Ignis ergo incorporeus in rubo declara-
tur,qui dum corporali homini oſtenſus eſt,neceſſe fuit
vt aliqua corporea materia monſtraretur. Deinde *Maūˢ lepro*
pergenti in Aegyptum, bifarium condonatur ſignum, *ſa ſinui im*
ſcilicet, vt in tribus teſtibus, in ſe & in duobus [ſignis] *miſſa.Cap.*
conſiſteret verbū. Nam virga quam Moyſes adhuc o- *XVII.*
uium paſtor manu portauerat, cum in terram proiice- *Exod.4.*
ret,ſerpens fiebat: Et manum illius in proprium ſinum
ſuū miſſam, prima vice leproſam protulerat, & ſecun-
da vice in eundem ſinum cōuerſa, ſana apparebat [ſed
in manu aut in ligno contra naturam eſſe aliquid non
apparet:] Lepræ enim ſanitatem inſitam vt alternatim
ſæpe probatur,carnis humanæ natura retinet. Sed cre-
bra talis mutatio, vt in eodem momento ſana manus
& lepra candēs & rurſum ſana appareret, miraculū in-
ſigniſsimi ſigni intuentibus præbet. Virga igitur in an- M
guem verſa,& rurſus ſerpens in arborem mutatus labo
rem naturæ inquiſitoribus parat. Niſi quia vtrunq;,vir
ga ſcilicet & ſerpens, factum eſſe manifeſte docetur ex *Virga in*
terra.Quod ergo ex eadem materia oritur,gubernato- *ſerpentem.*
ris dei potentia viciſsim in alterutrum mutatur.Si om-
nia quæ de terra facta ſunt,in alterutrum mutari viciſ-
ſim concedūtur,hoc eſt, vt animal in arborem,& panis
in lapidem, homo in volucrem verti poſſe cōcedatur,
nihil ex his firmiter poſsit intra naturæ ſuæ terminos
permanere, & ridiculoſis magorum fabulationibus di-
centium manuum†ſubſtantia maiores ſuos ſecula per- *† in aniū.*
uagaſſe,aſſenſum pręſtare videbimur:ac per hoc deum
in his nō gubernatorem ſed mutatorem eſſe dicemus,
quod abſit: nec illum poſt primam naturarum omniū
conditionē,aliud nouū,quod non propria natura reti-
neat,facere credamˢ:Nihil enim ſub ſole nouū.Nec va
let quiſquam dicere.Ecce hoc recēs eſt:Et ideo plurimi
doctores,plus dicūt illā virgā verā,quæ ſemper Moyſi
manibˢ cōprehēſa virgultū manebat, imaginarie tamē
in ſerpētis formā aliquoties ꝑ ſigno fuiſſe verſam,præ-
ſertim

A ſertim cum ad nonnullos vſus niſi ad ſigni oſtenſionẽ
neceſſaria eſſet. Si enim verus ſerpẽs fuiſſet, ſerpẽs ſem-
per [poſt ſigna] maneret: etenim vera virga fuerat qua
Moyſes Aegyptum plagis flagellare cœperat, nũquam
in ſerpentẽ mutata, ſemper virga permanſerat. De qua
mare diuiditur, & petræ in Oreb & in Cades percutiũ-
tur. Si ergo imagioarius ſerpens ille per ſigna tantum
oſteoditur, cur coram Pharaooe cæteri magorũ ſerpẽ-
†obiectioni tes per eum deuorãtur? Cui reſpõſioni †facile docti reſ-
pondere poteruot, quòd & ipſi ſerpẽtes qui per eũ de-
uoraotur, imaginarij fuerunt, & ideo diuioi ſigni ima-
gioatio deuorare poterat quod per magorum diaboli-
cas iocantatiooes imaginatum fiebat. Iuxta ergo hanc
æſtimaoonem oõ in naturam ſerpentis virga vertitur,
ſed pro ſigno imaginarie commutatur. Nihil enim io
arboris natura quod facere ſerpẽtem poſsit, inuenitur:
& idcirco oiſi in hora ſigoi, quæ erat virga oaturaliter
†ſpecialiter ſemper. ſerpens ſpiritaliter †videtur. Pergens igitur in Ae-
gyptum Moyſes, cum corã Pharaooe vt ſibi domious
Aqua ĩ ſã guinẽ. Cap. XVIII. imperauerat, ſigoa faceret, & dei ſenteotiam, vt Iſraëli-
ticum populũ dimitteret, regi indicaſſet, & ipſe rex dei
præcepto nullo modo conſentiret, & iubente domino
B decem plagis terrã Aegypti flagellaret, primo percuſſu
Exod. 7. in ſanguinem vertit aquas, ita vt omnes aquæ per totã
Aegyptum mutatæ in ſanguinem, animantibus quæ in
ipſis erant, mortem præſtarent, & per interitum ſitis ho
De cõuenientia decẽ præceptorũ & decẽ plagarum cap. 1. minibus pœnale facerẽt exitium. Hæc autem primitus
vindicta Aegyptiis cum rege ſuo cooueoienter eueoe-
rat, vt qui dei populi iofaotes io fluoien iactare præce-
perat, eiuſdem fluminis aqua in ſanguinem verſa, exi-
tium bibentibus inſereret, † & noo bibeotibus pœnam
†inferret. præſtaret. At vero & hoc requirẽdum eſt, quod ad præ-
ſentis operis propoſitum reſpicit, quo modo deus natu
ræ gubernator naturaliter aquam in ſanguinem muta-
Oĩs liquor ex aqua. uit. Aqua igitur cũcti liquoris materia, quotidie per ip-
ſarum rerum miniſtrationes in diuerſa mutatur, dũ in
vniuſcuiuſq; naturæ paſtum & refectiooẽ indeſioenter
& naturaliter cõtrahitur. Cum enim per vitis arborem
infunditur, io vioi ſaporem & colorem mutatur. Et cũ
oliuæ ligni ad excelſas ſummitates aſcendit, eadẽ aqua
olei pinguedioem facit: & cum ab apibus in fauos con-
geritur, mellis dulcedinem operatur: & cũ per palmarũ
robora digeritur, dactylos gignit, & ad ficeræ ſuauitatẽ
C expreſſa peruenit: Et cum in animalium diuerſorũ pa-
ſtũ deputatur, in ſanguinis [ſubſtãtias diuerſas] per ean-
dem carnem diſtinguitur. Nam & outriendis fœtibus,
albi coloris & ſuauiſsimæ dulcediois io vberib⁹ lac præ
parat, & per cuncta reliqua carois membra rubicundũ
ſanguinis colorem fuſcat. Multa ſunt præterea ſangui-
ois geoera per eandem carnem, quæ vſque ad viginti-
tria phyſiologi dioumeraot, ex quibus vrinam, ſemeo,
fel nigrum & rufum, ſalinas & lachrymas, & cætera eſ-
ſe denunciãt: hæc quotidianis adminiſtrationibus na-
†per res varias. turæ ſuæ varias per partes †aqua præparat. Quid ergo ca
pacibus mentibus obſtat, ſi illud quod per tempus lon-
gius facit, in momeoto per iuſſum potentiſsimi guber-
natoris oaturaliter efficiat? Aqua io ſanguioem verſa,
non cõtra naturam facit, ſed quod aliis rebus per tem-
pus efficeret, iubente domino in ſemetipſo protinus o-
Plagæ Aegypti. Cap. XIX. peratur. De cæteris vero plagis quib⁹ deus per Moy-
ſem, & Moyſes per Aaron, Pharaonem & terram eius
& ſeruos eius caſtigauerat, nil exceſsiſſe terminos [natu
Exod. 8. ræ,] ipſa plagarũ ſimplex oarratio manifeſtat: quooiã,
etſi tuoc ſolito plures, ſemper tamẽ de aquis ranæ oaſ-
cuntur, & cynifes æſtatis tempore calore ſolis de pul-

uere oriuntur, locuſtæ & muſcæ ſolis feruore ſolidatæ D
vndique cooueniunt, & iumenta diuerſis cauſis morta
ſolita vitæ ſuæ termioum peragunt: puluis quoque cõ-
turbatus de terra ſæpe aërẽ [ſereoum] obſcurat, & veſi-
cas & vlcera io hominibus & iumentis infectus aër ge-
nerat: graodo etiam & fulgura de coogelantibus & va
hementer turbatis nubibus ruuot, & abſentia lucis ocu-
lorum obtutus quaodocũque lux receſsit, tenebræ plus
præpediunt: mors quoque in Adam ſeminata primitus,
omoibus filiis eius dominatur, per quam tunc in Ae-
gypto primogenita ſoboles cunctorũ arctius damna-
tur. Sed quanuis hæc omnia io rerum materiis † inſita †naturis.
erant, Aegyptiis tamen plagali conditione, ad eorum
perfidiaoi compeſcendam, & ſubito & plus ſolito acci
derunt, quarum ordo plagarum ſicut in differentia re-
rum, ita & mioiſtrorum creuit. Primæ oãque ex omni-
bus tres plagæ per Aaron efficiuntur. Qui primo cum
percuſsiſſet aquam, io ſanguinem ſtatim vertitur. Et cũ Exod. 7.
iterum exteodiſſet eandem virgam ſuper aquam, rana- Exod. 8.
ruoi inundatio aquarum repleuit terrã. Et cum tertio Ibidem.
extendiſſet virgam ſuper puluerem terræ, cyniſes ebul-
liuot. Et per Aaron iſtæ tres plagæ fiunt, & ſequẽtes tres
aliæ per verbum Moyſi miniſtrantur. Nam illo iuben- Exod. 10.
te, locuſtæ & muſcæ veniunt, & mors iumentorum cõ- E
ſequitur. At vero tres aliæ non ſermone tantummodo
imperaotur, ſed per Moyſi opus comitaotur. † Moyſes †cõnectũtur
eoim ſumptum de camino puluerem in cœlum ſparſit, Exod. 9.
& veſicæ io hominibus & iumentis, & vlcera manan-
tia, vt puluis io omni terra Aegypti naſcuotur. Et poſt-
ea aſſumens virgam io cœlum extendit, & grandinis Exod. 10.
fulgurúmque inſolens copia in terram ruit. Iterúmque
idem Moyſes eandem virgam in cœlum direxit, & tri-
bus diebus totidémque noctibus permanẽtes tenebras
craſsitudine palpabiles, & admodum ferales ſuper ter-
ram induxit. Vltima autem plaga oeque per Moyſem, Exod. 12.
neque per Aaroo accidit, ſed angelus domini per Ae-
gyptum tranſiens, cuncta Aegyptiorũ primogenita de-
leuit. Quotiens ergo de terra vindicta colligitur, per
Aaron velut inferioris ordinis mioiſtrum: quæ vero de
volatilibus & morte iumentorum, qoæ & ipſa velut in
terra volant, pœna contrahitur, per Moyſi imperium
agitur: Quando autem de ſuperois nubibus caſtigatio
cõuocatur, per extenſionem in altum Moſaicæ manus
cooducitur: At vero quando humanæ mortis exitus à
deo diſpenſatur, noo homini, ſed angelo miniſterium F
illud committitur: vt qui illud vſque tempus per rerũ
quas poſsidebant flagella minus terrebãtur, ſaltem per
ſuæ inſignisſimæ partis detrimentũ, communem, quod
ſequebatur, interitum vererentur. Iſtarum quoque mo-
dus plagarum vndiq;, hoc eſt terra, aquis, animantibus,
aëre, igne, nubibus, cœlo & angelis conuenerat, vt oſtẽ-
deretur, quòd contra deo rebelles & cõtumaces ſeſe pa
riter vniuerſus orbis armat. Sicut autem iis quos deus Sapien. 5.
punire voluit, omnis creatura iraſcitur, ſic & illis quib⁹
auxilium præbuit, omnis creatura ſuffragatur. Etenim
hos ambos populos mare rubrum diuiſit: Vbi eorum al
teri totius preſſuræ finis, initium alteri cunctæ fœlici-
tatis fuit. Cum dimiſſum, tot plagis attriti, Iſraëli- Mare ſiccatũ. Ca. XX.
ticum populum Aegyptij à ſe exire compuliſſent, ma-
la rurſus pœoitudine acti, cuncti cum rege ſuo exerci- Exod. 14.
tus peragunt, vt quos dimiſerant, iterum ad ſeruitutem
retraherent. Tum Iſraël io anguſto maris rubri ſinu co
arctato, Moyſe virgam ſuper pelagus extendente, ſubi-
to maris vnda rubricidis diuiditur: & ingrediente po-
pulo pedibus ſiccis, hoſtibus ſuccedentibus, via dilata-

G tur: immiſſoq; vento, per totam noctem deus mare diuiſum, etiam in ſiccū vertit, & inter ambos populos nubem, quæ diuideret, tenebroſam, & noctem ipſam illuminantem columnam, immiſit: Nam & Pharaonis exercitus mare poſt Iſraël intrauit: Sed vni refugium, alteri laqueus fuit. Quapropter & illa nubes media Aegyptiis erat tenebroſa, vt per totam noctem præcedentibus coniungi non valerent: Iſraëli vero noctem ipſam illu-

†marmore. minabat, vt profundi maris † lucida via incederēt. Orto autem diluculo, defenſus vtroq; periculo, hoſtiū &

† rura. pelagi, totus dei populus euaſit ad ima† deſerti, cū totus (ſiue ſaltē nuncio euadente) exercitus Pharaonis, tumētibus vndis ad ſuas metas reuertētibus, concidit in glarea profundi. In hoc tam inſigni in dei operibus miraculo, iſtud de pręſenti actus noſtri intentione exigitur, quo modo in ſiccato & recedēti de littoribus mari, na-

† ratio. tura† conſeruatur. Sed ipſum non tā difficulter deo auxiliante nos inuenire credimus, qui congelantibus vndis ſtagnorum dorſa glacie ſuperſtrata ſæpiſsime conſideramus. Quòd ergo venti & deſinente pluuiarū turbine aëris inferiores partes gelu obtinente, in aquis ſæpiſsime naturaliter efficitur, illud tūc dei iuſſu per gla-

H cialem ventum ſubito vrgente pelago factum fuiſſe cōprobatur. Sed ſicut repente mare ſiccum domino imperante redditur, ita eodem iubente liquefactum, in fluidas vndas de ſicco reſoluitur. De receſſu vero illi⁹ quotidiana adminiſtratione, iam ante pręediximus, quia per Oceani maris æſtuaria indeſinēter fieri videre ſolem⁹. Ex quo colligere poſſum⁹, quòd mare naturaliter quotidie deſerit littora, non contra naturam, quanuis lōge aliter diſsimili modo, deo tunc gubernāte propria lit-

Canticū Iſraelitarū. Ca. XXI. Exod. 15. tora detexit. Conſiderātes igitur filij Iſraël validiſſimam poteſtatem quam in ſui liberatione dominus fecit, Moyſe præcinēte conſono carmine canticum domino vniuerſi pariter decātabāt. Vbi enormi ſatis admiratione accidit dignom miraculum, vt cuncti pariter ſenes cum pueris, & omnes ætates eodem inſpirati flamine, vno quaſi ex ore, nulla præmunitione edocti, eaſdem concinenter literas decantarent in vnum. Sed naturæ inquiſitor in hoc loco (ſecurus) efficitur, vbi nō conſuetudine humani ingenij, ſed diuino ſpiritu crea-

† canturum torum †pectora & ora inſpirātur. Sed in his tamen cātoribus nil idem ſpiritus cōtra naturā effeciſſe dignoſcitur, in quib⁹ per ora & linguas halitus & vox ad ver-

I ba mouetur. Et quod per verbum & ſtudium ipſi facere potuerunt, conſonum omnes carmen decātare in vno momento dominus illis donauit. Et qui pauloante in profundo coram eis apparuerat, ipſe poſtmodum in tali cantico eorum linguas & ingenia gubernabat.

Aquę edulcatę. Caput XXII. Exod. 15. Inde per infœcundæ auium digreſsi ſolitudinis triū dierum continuo fatigati labore, querulosi ardore ſitis, in Morath aquas amariſsimas inuenerunt, quarum ſalſitate prohibiti, ſuæ ſitis ſolamē minime habere valuerunt. Sed Moyſi à domino lignum oſtēditur, cuius tactu amara fluminis aqua indulcoratur, eiúſque dehinc

†deporat⁹. †furor. (dulci) ſapore populus ſitis ardorem debriatus † depoſuit, quem illuc vſq; inceſſabiliter furor † fatigauit. Sed qualiter naturæ inueſtigator naturaliter eſſe factum approbabit, quòd amaræ aquæ in momento ligni attactu protinus indulcantur? Cuius ergo naturæ, vt tantæ dulcedinis lignum fuiſſe videretur, quo ſemel intincta fluminis vnda amariſsima, ſuauis & ſapida fit? Etenim ſi fauum mellis aliquis nunc in amaram vndam iecerit, nonne potius fauus amarus quàm vnda ſapida erit? Ex quo intelligitur, non tūc lignum contra naturam tu aquā

effeciſſe dulcem, ſed præcepto cōditoris & naturæ gu- K

bernatoris lympham mutauit in ſaporem. Nam & virga illa qua à Moyſe mare rubrum percutitur, & flumen & cœlum & terra flagellantur, quādo terra Aegypti diuerſis plagis maceratur, non hāc in ſe naturæ virtūtem habuit, cum eam Moyſes vel Aaron ad hæc facienda eleuauit, vel vt aquam fluminis in ſanguinem verteret, vel etiam cyniphes de puluere ſuſcitaret, vel tenebras duceret de cœlo. Si enim aliquis præter Moyſem, & nō cum dei præcepto mare iterum ex illa virga percuſsiſſet, pro certo eius percuſsioni Tethys nequaquā ceder-

ret: Et ſi iterum aquas fortuitu percuteret, profecto illas *Tethys dea marina pro mari.*

nunquam in ſanguinem mutaret. Sic & illam arborem per quam in Marath aqua ſalſa indulcatur, ſi in amarū liquorem aliquis intingeret, & non idem deus vt primitus imperaret, pro certo nō illam ſalſuginem in ſuauem ſaporem cōmutaret. Vnde peruidēdum eſt, quòd (non) ideo deus hæc ligna, vel etiam de fornace puluerem in his mirabilibus intereſſe præceperat, vt aliquid in illis per eorum naturam vel adminiſtrationem effectum fuiſſe quis credat. Sed per hæc futurorum myſteria præſignata eſſe inſtituit, vt quid in his nunc merge-

re† prouectibus iſta faciant, ſapiens doctor figurali ex- L *† ecclesia.*

poſitione decernat.† Dum autem lignum nihil in hoc *† diſcernat.*

(naturaliter) feciſſe probauimus, reſtat nunc vt quo modo per naturam factum ſit exponamus. Quodcunq; ergo per ſtudium quāuis longi temporis in re aliqua inuenitur, non aliunde in eadem per induſtriam ex aliena natura conducitur, ſed cum in naturæ abdito receſſu occultatur, prius hoc perplexi temporis induſtria, & alterius naturæ adiumentū reddit: Et quod per humanum ſeu etiam rerum effectum lōgo cultu efficitur, hoc dei voluntate cum neceſſe habet ipſa natura operatur.

Aquas igitur amaras, vel etiam ipſas ſalſiſsimas in dul- *Aqua quo modo dulceſcant.*

cem ſaporem verti poſſe, frequenter nautæ cōprobant, qui illas per homum optimæ terræ infuſas, & hoc artificio etiam indulcoratas, ſæpe ſitim temperant. Nubes quoque de marinis finibus vapores leuant ſalſi liquoris, ſed eaſdē dulces quando pluunt, terrenis vſibus miniſtrāt, quoniam ſalſuginis vicium quod in ſemetipſis aquæ inſitum cupiūt, per infuſionem terræ aut nubium deponunt. Similiter quoque & dulces aquæ, cū eas homines per marinorum olerum cineres hauriūt, ſalſum & plus quàm Oceani ſaporem reddunt. Hāc ergo im-

mutationem inſitam ſibi naturaliter aquæ habent, ſed M

celerius per præceptum conditoris illam quàm per efficaciam humanæ diligentiæ, & ipſarum rerum miniſtrationem exhibent. Per alterius enim rei adiumētum humana diligentia, vel ipſa cuiuſq; rei miniſtratio ali-

cuius naturæ † ſuperficiem mutat. Ipſe vero creaturarū *† rei.*

cōditor & gubernator, naturam occultam quę per aliā rem manifeſtanda fieret, in re ipſa ſola denudat. Sic & nunc amara aqua vt dulcedinem quam in occulto ſuæ naturæ continuerat, per humum aut nubem ab amaritudine purgata oſtenderet, ita iuſſu gubernatoris potētiſsimi naturam per ſe ſolam, abſq; alterius rei iuuamine exhibet.

Ingreſsi ergo ſolitudinem ſexcenta fermè milia pedinum pugnatorum, excepto purgamento extāti, † id eſt innumerabili & promiſcuo vulgo quod de Aegypto conſcenderat, deus per annos quadraginta, manna, id eſt cœleſti pane ſaturauit. Denique de illo pane & Pſalmiſta poſtmodum commemorās, dixit, Panem cœli dedit eis, panē angelorum manducauit homo. Qui per noctem ſemper, excepta nocte ſabbati, cū rore deſcendēs, circa caſtrorum locum candorē niuis oſtenderet. *Manna. Ca. XXIII. Exod. 16. † exercitus. Pſal. 77.*

A oſtenderet. Erat enim, inquit ſcriptura, quaſi ſemen coriãdri, & coloris bdelij, album quaſi nix. Hoc autem ſolis ortum ſufferre ooo poterat, ſed cõtinuo liqueſiebat, cum verſa vice collectum & mola confractum, io condendis panibus ignis ardorem ſuſteotabat. Et ſi quis in mane alterius diei reſiduum aliquid ex eo relinqueret, vermibus ſcatebat. Cum tamen Gomor mẽſura mãna ſaoum per looga poſtmodum tempora plena arca reſeruabat. Io quo & mirabili & neceſſario tũc ſigoo, exceptis iis quæ ad figuralem expoſitiooem pertinent, ſtudioſis mentibus ſubueniunt, quæ ſuę explanationis illuminationem domini adiutorio exigũt. Primum enim, vtrum panis ſit quæritur: Et quo modo panis angelorũ vocatur: Et ſi cib⁹ ille oihil terrenę naturæ habuiſſe deſcribitur, quo modo adhuc in terra poſiti, & viciis carnalibus ſubiecti ex eo homines ſuſtentãtur? Panis eoim io Pſalmiſtæ prędicto verſiculo, vt dixim⁹, cœleſtis eſſe deſcribitur, qui de nubibus pariter cũ pluuia tribuitur: Quę oubes vt antè iam diximus, per ſcripturas cœlorũ nomine vocitãtur. Panis enim angelorum cibus ille dicitur, noo quòd illo angeli qui cibo ooo egent, ſaturẽ-

B tur, ſed quòd per angelorum miniſteriũ tale officium,

Galat. 3. ſicut lex & cętera populo prębebãtur, quę diſpoſita per angelos in manu mediatoris tribuitur. Qualiter ergo homines qualeſcunque ſuſtentare potuiſſet, niſi terrenum aliquid in ſua ſubſtantia haberet? Sed vode nubibus maona pluens terrenam ſubſtaotiam habere monſtrabitur, Niſi forte aëris ipſius inferior pars, terrenam aliquam naturã retinere oſtendatur? Quo modo enim auium volantium corpora ſufferre valuiſſet, ſi ooo terrenæ ſoliditatis aliquid aër cõtineret? Quapropter illa ſubſtãtia & oubes fultę terrę ipſius natura, & in niues & grãdines congelaſcũt, qui penè duriciã lapidũ contrahuot. Quid igitur hoc capacibus animis repugoat, ſi ſicut nubes grandinis lapillos coocipiunt, ſic & mannæ grana gignere potuerunt, præſertim cum ad terrã veniens, veluti cũ cognito rore, ſi illud ſol ortus inueniret, quaſi grando in terra liqueſcens deperiret? Atq; ita fieri poterit, vt mãna in terreni aëris huius partibus genitum, terrenis hominibus præbuerit cibalem paſtum. Iſta etenim pars inferior aëris, terra etiam io ſcriptura diuina nominatur, dũ in centeſimo quadrageſimooctauo Pſalmo, Prophetali ſpiritu io domini creatoris lau-

C dem omnes creaturæ iocitãtur. Sic naoq; conſummatis his quæ ad ſuperiorem ornatum cœli pertinẽt, cum ad partes aëris huius inferiores veoitur, taliter ſubinfer-

Pſal. 148. tur, Laudate dominum de terra &c. vſq; verbum eius. Ecce nũc craſsiorem nubibus & vaporibus inſertũ aërem, terram Propheta oominauit, & antequam ad inferioris [terræ] quę poſtea ſubinfertur ſpacia perueniat. In illa ergo ſuperiori parte terrę, vbi grando & oix gignitur, naſcebatur [manna,] & in cibũ inferioris terræ partis hominibus per angelos adminiſtrabatur. Ex quo facile dignoſcitur, ooo aliuode extra naturã quæſiſſe, ſed de terra deus victum pręparaſſe: ooo quòd deus quotidie illis paoem illum communẽ etiam in deſerto præſtare oon poſſet, ſed vt homo paſtus de oubibus ſciret,

Deut. 8. quia nõ iu ſolo pane viuit, ſed in omni verbo quod de dei ore procedit. Sicut enim naturæ imperauit vt homo ſaturaretur pane, ita etiam de omni quacunq; re, ſi ita illi iuſſerit, quo modo habebat, & tũc de oubib⁹ plu-

Aqua ex petra. Cap. XXIIII. Exod. 17. uiam victum incolumem. Idem quoq; populus in deſerto ſitiens potameoti refocillatiooẽ poſtulauit. Vnde Moyſes prioceps deo imperãte virga percuſſa petra in Oreb, aquam de petra produxit. In hoc naturę inue-

D ſtigaſtor in aoguſtũ redigitur, quo modo aquæ natura io duro lapide occultatur. De aqua vero in pricipio lapides factos, qualiter ignorat, qui cryſtalli naturam, niue per multum temporis coogelãte, incommutabilem lapidis duriciam procedere ooo ambigat: pręſertim cũ glebas oon de terræ ipſius humo, ſed de fœni primitus incremento io ſummis arboribus vel ſcopulis ſępe cõſideramus: In quibus iam lapillos per pluuiarũ infuſiooem & ipſius in fœni humum motionem genitos inuenimus. Nonnullas quoq; terras argilloſas transfluentiũ aquarum aſſueto curſu ſuperfuſas io duriciam lapidũ vidimus conuerſas, io quibus etiam duriores velut antiquioris ætatis [lapides,] quos ipſa humus in prius ſe habuerat aoimaduertimus inſertos. *Secũdũ naturã aqua vertitur in lapides.* Qualiter iam nõoullis lapidibus quoq; coocauos oſtreos, quos quãdo mollis humus fuerat, ooterpoſitos habebat, veluti ſine naturali duricie nũc inſertos videmus. In cęteris quoq; quos lõgæ admodũ ætatis mare ad terras proiecit, ſuperpoſitæ more nagarbę videntur, quas oon de maris glarea eleuatas, ſed ex ipſa marini humoris qualitate, & eorũ extrema corporum indurata cute admodum eſſe cõcretas, ipſa conſideratione probauimus. Plurima etiam ma-

E rina reptilia teſtudinis cortaneis induũtur, io quib⁹ duricies plus quàm plurimorũ lapidũ videtur. Ex quibos omnibus manifeſtis approbationibus, lapides ex aqua tantũ nuoc, & nõnullos ex aqua & humo oũc genitos eſſe, doctus quiſq; noo oegat: Sicut & lachrymoſi marmoris oatura & conſuetudo iodicat: ſalis etiam natura de liquore in lapidis duriciã concreta vertitur, & iterũ in liquorẽ ſolui cõtuetur. Lapis quoq; vt Iob libri narrat hiſtoria, reſolutus calore in æs cõuertitur, quod nõ poteſt niſi prius in liquoris naoiram moueatur. *Iob. 28.* Prętereà quoq; omne metallum quantæcunq; duriciæ fuerit, quanuis lapideę eſſe naturæ pateat, † igoe reſolutum liqueſcit. *† quatenus liquida natura eſſe pateat.* Dum ergo ex aquę humore lapidum naturã gigoi cõprobatur, quid obſtat ſi dei gubernatoris volũtate lapis io aquam verſa vice mutetur, dum oatura ad ſuam originem redire feſtinet, cum deus aquam de petra populo ſuo præberi iubet? Poſt hęc quoq; Moyſi cognatus, cuius Sephoram illius Moyſi vxorẽ & duos filios eius detulerat, ocy⁹ ipſi io occurſum Moyſes per deſertum exire feſtinat, cuius conſilio quanuis geotilis, tamen cum ad caſtrorum locum venitur, tribuoi & cẽ- *Fi'ij Moyſi Cap. XXV. Exod. 18.*

F turiones, & quinquagenarij & decuriooes io dei populo cõſtituũtur. Sed de Moyſi filiis quæſtio naſcitur, cur patris ſui io ducatu populi hęredes oõ ſunt, ſacerdotio ſaltem priuantur, dum per Pſalmiſtam dicitur: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. *Pſal. 98.* Hoc tamẽ quodam modo mẽtitur, † cũ filij Moyſi de geotili matre peregrinatioois cauſa generãtur. Sic etenim de Moyſe cũ primogenitum genuiſſet refertur, Et vocauit oomen eius Gerſan, dicens, quia aduena fui in terra alieoa. *† al. hac tamẽ quæſtio dãdo vicit*

Iotereà inuitatus dei famioe Moyſes, quadraginta dies ieiunauit, & liberato dei populo de Aegyptiorum decẽ plagis, quinquageſimo die ex quo in Aegypto Paſcha celebratum eſt, decem mandatorum legẽ de monte Sinai io duabus lapideis tabulis detulit. Quas cũ offenſus eſſet populi peccantis piaculo, ad montis radices coofregit. Reſtauratiſque totidem numeri eiuſdem [materię] tabulis, rurſus quadraginta diebus ieiuoous dei largitoris munere, eadẽ præcepta recipere meruit. Sed per hoc tempus cootra conſuetudinem humani moris, taliter, vt prædixi, nullo fatigatus inediæ labore, nullã terrenæ conuerſationis eſcam maoducauit, quoniam diuini ſermonis conſortio fultus, tam lõgam ioediam *Ieiunium quadraginta dierum. Ca. XXVI. Exod. 25. & 34.*

G ſine eſurie ſuſtinere potuit. Præterea carnium concupiſcentia infidelis populi pars flagrans murmurauit, & mannæ cœleſti ollas carnium Aegyptiorum præpoſuit. Sed & Moyſi cum eſſet intoleráda res viſa, dominus populũ, inquit, ſanctifica craſtino: Ego enim illos menſe integro carnibus paſcam†. Cui imbecillitate incitatus humana Moyſes, ſexcenta milia reſpondit peditum pugnatorum, excepto innumerabili vulgo hui⁹ populi oumerantur: nunquid boum & ouium imméſa multitudo cędetur ad ſaturationem, aut innumerabilis turbæ piſces maris in vnum congregabuntur? Et idcirco vt oihil de iis quæ Moyſi mẽs fragilis, vt puta humana arripuit, in paſtum populi cederet, vẽtus à domino egrediẽs, arreptas trans mare coturnices, ad caſtrorum loca detulit, eaſq; duobus cubitis in aëre volantes circa caſtrorum loca, quantũ voa die cõfici poteſt, ortygometrã inſeruit: Quam populus colligẽs, méſe integro, id eſt triginta diebus comedit. Sed incredulos trãſmutationis† vltio conſequitur: Nam in illo loco priuſquã populus egrederetur, qui cócupierãt, ira dominica mactati ſepeliuntur. Certe in hoc nihil nouũ vel cõtra naturam à domino cõtribuitur, qui olim creaturam auiũ conditam, & in abdito mundi quodam angulo recõditam, in neceſsitate populi ſui præſtare videtur: Quãuis

De populo carnes poſtulãte in ſolitudine. Ca. XXVII. Nume. 11.
† ſaturabo.
ὀρτυγόμητρα genus coturnicis inſigni magnitudine aliarũ coturnicum dux
† murmurationis.

H in libro ſapientiæ ſcribitur, Nouam creaturam auiũ viderunt: vtiq; oſtenſam, nõ nuper creatam. Quod olim deus cum cæteris creaturis in principio cõdidit, hoc in tempore neceſsitatis plebi ſuæ miniſtrauit. Sed tũ idcirco coturnices ad tale miniſterium, quę prius cũ manna contributæ, nil aduerſi edentibus contulerant, iſta vice iterum detulit, ne quiſquam putaret, quòd eſca auium ſine murmurationis culpa morté populo pręſtitit: quoniam in hac vindicta ſana conſciẽtia comedentes incolumes ſeruauit, & quando cum manna data eſt, toti multitudini nihil incommodi prębuit. Poſtmodũ propter Aethiopiſſam vxorem eius, Aaron & Maria cõtra Moyſem inſolẽtia verba depromunt, quem omniũ qui tunc in terra morabantur, mitiſsimum hominũ ſpiritus ſancti dona† deſcribunt. Sed cũ tres tantum illos ſta tabernaculum vocaſſet, Aarõ caſtigatus dei ſermone, oleo vnctionis à vindicta defenditur, Mariæ vero leprę cãdore corpus laceratur, quapropter etiã extra caſtra manere præcipitur. Sed orãte pro ea Moyſe, ſeptimo die iterum reuocatur ſana. At vero Moyſi de iſta

Sapien. 16.
De Aethiopiſſa vxore Moyſi, & lepra murmuratricis Marię. Ca. XXVIII. Nume. 12.
† dicta.

I Aethiopiſſa coniuge, duplex magiſtrorũ inuenitur intẽtio. Vtrum de Aethiopia cum eſſet in domo Pharaonis, de qua quadragenari⁹ egreditur, acceperit, quæ per multos peregrinationis dies illũ expectauit, an ſignorum tempore, cum poſt peregrinationem in Aegyptũ reuerſus eſt, Aethiopiſſam vxorem ſibi iunxerat, quam de Aethiopia ſecum & per deſertũ ducebat, quod æque de Sephora dicitur quòd Aethiopiſſa ſit, quã ad Aquilonem maris rubri, vbi prius Aethiopes fuerũt, Aethiopiam alteram eſſe in multis locis hiſtoriarum ſcripturæ deſcribũt. De qua in Eccleſiaſtica hiſtoria ſcribitur, quòd ex parte Indię adhęret. Et in chronicis canonicis Euſebij refertur, quòd Aethiopes ad Indo flumine conſurgentes iuxta Aethiopiam[conſederunt.] Ex quo intelligitur, quòd terra illa in qua primitus Aethiopes habitauerũt, Aethiopia dicta eſſe potuerit, ex qua Aethiopia ſi Moyſes vxoré ſuam acceperat, ideo Aethiopiſſa dicta fuerat. Chore quoq; filius Iſuar de tribu Leui, patruelis Moyſi & Aarõ: & Dathan, & Abyron filij Eliab: & Hon, filius Pheleth de tribu Ruben, & præterea ducẽti quinquaginta viri proceres ſynagogæ, qui tempore conſilij per nomina vocitabãtur, ſuperciliosſo ſu- K perbiæ tumore contra Moyſem & Aaron ſteterunt. Etenim Chore vẽdicare ſibi ſacerdotium voluerat, & reliqui alij de principatu populi contendebãt. Sed illum qui igoẽ holocauſti deo oon præcipiente offerre appetiuit, holocauſti tempore cœleſtis ignis cum his qui ad eũ pertinebant, abſumpſit: & eos qui ſe in excelſum eleuantes dei ordinationi reſiſtere cœperant, ſub pedibus eorum terra dehiſcens, aperto ore in infernum deglutiens, vorauit. In quibus manifeſte oſtenditur quòd tantundẽ ſeoſibiles & inſeoſibiles creaturæ dei dicto obedijt, dum quemadmodum viueotes celeriter cum eius imperio veniunt, ita & quæ non viuunt, velut viuentes quæ præcipiũtur peraguot. Sed quanuis quaſi viuẽs terra illud vindictæ officium peragit, contra naturam tamen in illo nequaquam aliquid fit: vitam enim inſenſibilem terra habere indubitãter dignoſcitur, per quam in ſe creſcentia arborum & olerum fruteta moueri videntur. Vnde quaſi in viuente carne palpitantes venæ ſanguinis diſcurrunt, ita etiam per terram viuentium aquarum riui profluunt: per quam vitam inſenſibilem deo imperante terra os ſuum aperuit, qoando hominũ peccatorum quaſi ſeruiẽs in miniſterio vindictæ, tabernacula[peccatorum]vorauit. Sequẽti itidem die totus populus contra Moyſem & Aarõ vt ſanguinis reos conſurrexit, eoſq; in eorundem vltionem occidere voluit. Sed bic vterq;, Moyſes & Aarõ videlicet, ad tabernaculum dei diffugiunt, & iterum in rebelli populo cœleſtis flãma deſæuit. Ruſumq; Aaroo imperante Moyſe, impleto altaris igne thuribulo [foras] in populũ venit, & inter viuos & mortuos digrediẽtis veſtigiũ vindicta non tranſiuit. Recto in vtroq; moderamine[effecto] vt qui contra iuſtos principes iracũdiæ igne intus exarſerãt, foris iuſtiſsimæ vindictę flãma conflagrarẽt. Et qui in corde proximorũ culpas venialiter dimiſerat, ei⁹ veſtigio defenſos ignis de cœlo miſſus vrere nõ audebat. Illa autẽ die quatuordecim milia ignis ille cõſumpſerat. Quos etiam rebellionis reatus grauius perurgebat: attamen ceſſante tumultu, vt ſinguli[manifeſtius]ſcirent, quem ſibi dominus in ſacerdotiũ eligeret, ſingulorũ ex duabus & decẽ tribubus principũ virgas inſertis nominibus Moyſes poſtulauerat, & pro ſorte Leuiticæ tribus Aaron virgã inſerto nomine acceperat, quas in conſpectu ſub tabernaculi tecto vna nocte recondit. Craſtino autem[mane]Aaron virga gẽmulas M amygdalini floris oſtẽdit, quo patebat Aaron præ omnibus in ſacerdotium dominum elegiſſe. Nec tamẽ in boc cõtra naturam virga monſtratur aliquid effeciſſe.

Chore & aliorũ caſ⁹. Ca. XXIX. Nume. 16.
Sapien. 5.
L
Rebelles cõſumpti igni Cap. XXX. Nume. 16.
Virga Aaron. Cap. XXXI. Nume. 17.

Ioteriecto tempore dehinc populus ſitiens in Cades deſerti Sin, iniuriis† cõtra Moyſem & Aaron grauiter† tumultuabat. Quæ res dũ ad dominũ per Moyſem refertur, virga percuti petra præcipit. Sed Moyſes infidelis populi murmure permotus, etiã de præcepto domini fide titubauit, coramq; populo cum Aaron bis petram percuſsit, largiterq; fluẽtes aquas ſitiẽs populus bibit. Sed hac cauſa Moyſes terrã promiſsionis nõ intrauit. Semel io Oreb petra percutiiur, vbi tantũ populi infidelitas notatur. In Cades autem deſerti Sin ſaxũ bis cæſum pulſatur: ibi nãq; infidelitas in populo & in duce dignoſcitur. Ibidẽ murmurante populo ignitos ſerpentes flatuq; adurentes in eum dominus immiſit, quorũ flatu adulteros† plurimos murmuratorũ necauit. Cæteri autẽ intereuntium pœna territi, & animo pœnitente ad ſatisfactionẽ inclinati, ad Moyſem & ad dominum clamauerunt, vt hæc ab eis plaga ceſſaret. Et

Aquę contradictiõis C. XXXII. Nume. 20.
† in murmure.
† graui.
Exod. 17. Nume. 20.
Serpẽs aeneus. Caput XXXIII. Nume. 21.
† adustos.

idcirco

A idcirco flexus pœnitentium lachrymis dominus Moyſi
† al. virga iubet, vt ſerpentē æneum in virga extenſum† coram po-
in excelſū. pulo eleuaret. Quo facto ſtatim ſerpens æneus erigitur, & per illius aſpectum priorum ſerpentiū vulnera curabantur. Attamen quēadmodum & de virga diximus & arbore qua amara aqua indulcatur, (non) in ſerpēte ſalus, ſed in domini imperio tenebatur. Quicqoid enim ipſe præcepiſſet, illud tunc in populo ſalus eſſet. Sed hiſtoria præcedentiū rerum figura, (virtus) nunc in Chri-
Nume.22. ſto & in eccleſia continetur. Balach filius Sephor cū
Aſina Ba- in terram ſuam Iſraël veniſſe comperiſſet, nūcios miſit
laā. Cap. vt Balaam hariolum inuitaret, vt populum Iſraël male-
XXXIIII. diceret. Qui cum ſedens ſuper aſinam pergeret, & aſina angelum in anguſtiis ſtantem euaginato gladio videns timuiſſet, ter cæſa demum domino ſubſiſtit. Vnde amplius flagellata, humano more & ſermone quaſi querulosa ancilla loquitur. Et illa loquente, ſtatim Balaā oculi vt angelum cerneret aperiuntur. In hoc admirabili ſigno quanuis aſina cōpetentia ſibi verba profanir, non tamen ſua mente nec affectu ſuo loquitur: ſed dominua de quo dicitur, Et aperuit dominus os aſinę, ſicut ad loquēdum os aperuit, ita etiā linguam & palatum in ver-
B ba gubernauit. Aſina enim quid & quo modo diceret, & ſi aliquid diceret, omnino neſciebat, quoniā & homines qui alieno inflati ſpiritu loquuntur, & adhuc cū loquuntur quid dicūt neſciunt, & nihil ex eo recordātur
† reſpiciant. cum reſipiſcant†: ſed qui loquēdi modos & in nubibus & in igne ſæpe inuenit, & in ore muti animalis linguæ plectrum in verba gubernauit. Ex quo intelligimus nihil in natura dominium aſinæ cōmutaſſe, ſed per ſērem oris eius illa etiā ignorante, Prophetæ ignorantiā compeſcuiſſe: quatenus domini ſpiritus & ſi in ſe loqueretur, elatus in ſuperbiam nō eſſet, qui frequēter & per res inſenſibiles, & brutum & mutum & ſubiectū ſibi animal eundem loqui cōperiſſet: quoniam ſpiritus dei vbi vult
Ioan.3. ſpirat, etiam ſi voluntati eius qui loquitur minus cōue-
1.Reg.19. niat: ſicut & Saül Prophetas occidere volens, mala incitatus volūtate venerat, & tamē ſpiritu domini arreptus inter eos quos perſequebatur prophetabat. Vnde & ipſe Balaam ad maledicēdum deductus, & illud volens implere, nō maledicere dei populo potuit, ſed cōtra voluntatē ſuam à domini ſpiritu coactus eſt benedicere. His ergo duabus cauſis Balaā venire à domino permiſ-
C ſus eſt, vt per mutum animal eius inſipientia confutaretur, & aduentus Chriſti per Prophetam gētilem, qoi futurus erat gentiū ſaluator, in lege dei ſcriberetur. In om-
Exod.13. ni populi Iſraël itinere colūna nubis per diē nunquam defuit, nec coram populo columna ignis per noctē: vt in noctis frigore defenſi, & à tenebris illuminati perge-
Pſal.120. rent cum igne: & à calore ſolis protecti fuerunt in die ſub nube: quem dominus cuſtos Iſraël vere protegit, nec ſol per diem nec vnquam luna per noctem exurit.
Moyſi ſepul Quadrageſimo anno egreſsionis filiorum Iſraël de
tura quare Aegypto, quadrageſimaſecunda manſione in cāpeſtri-
ignota. Ca. bus Moab ſuper Iordanem populus ſedit, vbi Moyſes
XXXV. Deuteronomium, hoc eſt, iterationem legis prędicauit,
Δευτερο- & poſt cōſtituto pro ſe in ducatu populi Ieſu filio Nun
νόμιον. ex tribu Efraim, imperio diuino montē Abarim† tranſi-
† al. Gai. uit, in montē Nebo ſolus aſcendit, vbi centeſimo & viceſimo ætatis ſuæ anno, nec motis dētibus nec caligantibus oculis, integro corpore totius humani generis cōmune debitum ſoluit. Duabus autem cauſis, vt ſapientes aiunt, mortis eius & ſepulchri nemo conſcius erat, quatenus illam faciem quæ conſortio ſermonis domini rutilauerat, mortis mœrore repreſſam, nullus videret. Et ne ſepulchrum eius populus Iſraël, ſi cognouiſſet vbi eſ- D
ſet, adoraret. Vnde & virgā in qua ſigna fecerat, vt plurimi putāt, ne adoraretur ſecum abſtulerat, quoniam & ſerpentem quem fecerat, filij Iſraël poſtmodum adorabant. Omnis autē illius ætas in tres quadragenarias partes diuiditur. Quadraginta enim annis in Aegypto in domo Pharaonis ab infantia literas didicit. Quadraginta annis exul ab Aegypto in domo ſacerdotis Madian fuit. Et quadraginta annis per deſertum ducatum populo præbuit. Certe & nos conſummatis his quæ de pentateucho hiſtorica narratione cōprehendimus, primi libri finem de mirabilibus hic facere cōueniat, vt ſecundus de Prophetia ſcilicet exceptus, ab Ieſu filio Nun & Iordane initium ſumat.

DE MIRABILIBVS SAcræ ſcripturæ, Liber ſecundus.

CVM autem Moyſe egrediente, dei populi gubernationē Ieſus filius Nū *Ioſue ſucceſ-*
ſuſcepiſſet, cōfortatus de ſermone *ſor Moyſi.* *Cap. I.*
domini, de campeſtribus (Moab) E
ad Iordanis fluuium caſtra moueri iubet: ac deinde cum arcę onere teſtamēti decorati reliquam plebem, primas vndas præcedentes ſacerdotes ingrederētur, ab
illo loco vbi ſteterunt vſque ad mare omnis fluminis *Iordanis*
alueus aquis ſuis cōfeſtim nudatus, ſuperiorq; aquarum *ſiccatus.*
moles quæ de fontibus augebatur, ſurſum in aëra montabat, quouſque omnis Iſraël ſiccis pedibus alueum fluminis trāſierat. In cuius miraculi teſtimonio duodecim lapides quātos duodecim viri portare poterant de ima glarea Iordanis portati ſunt in loca caſtrorum, & totidem tanti ex his quos terra ſicca cōtinuerat, poſiti ſunt in eorū locū. Certe & in hoc ſigno propoſiti operis noſtri cauſa requiritur, qualiter arcā domini fluuius naturaliter pręterire nō permittit. Ita enim aliqua pars aquarū quæ ad mare perrexit, naturæ ſuæ curſum cōſuetum conſequitur, dū altiora deſerēs, per prona proprio more fluminis paulatim delabitur. At vero humana induſtria alueos fluminū nudatos legimus & andiuimus, quo modo Cyrus imperator per ſiccū exercitus ſuper Gyn-
dem† fluuium, qui ſecundæ poſt Eufraten quātitatis illa F
expeditione qua Babyloniam expugnauit, dicitur eſſe *† Gangē.*
caſtrametatus. Vbi chariſsimū virorum & equitū, equitem tranſmeandi fluminis audacia perſuaſum, rapacis aluei vortex demerſit. Quo facto, rex incredibiliter iracundiæ furore aduerſus fluuiū permotus, velut inſenſibilē creaturam vlciſci ſtatuit. Ac immenſum amnē perpeti anno totis viribus in quatercentas ſexaginta foſſas diuiſit: nudatoq; alueo, meabilem vix genua tingētibus fœminis reliquit. Vnde eodē exercitu & rege eadem expeditione Babyloniā obſidente, excelſiſsimo murorum obiectu ab expugnādi molimine repulſi, ad Eufratis fluminis per fluentia ſuperiora vada cōuertunt. Illa autem prædicta arte edocti, per alienum limitē diuertētes, per eius nudatum (alueum) Babylonis murum ſubintrātes, vrbem capiunt. Quod ergo humana induſtria laborio-
ſo certamine† potuit, hoc deus potētiæ ſuæ virtute faci- *† conamine.*
lius peregit. Sed forſitan quiſquā diſpariter reſpōdebit hoc factum eſſe: dicēs, Illic enim foſſuræ opus alueos aquarū per humiliora diuertit: hic vero ſtans aqua, nullo renitente ad aëris ſublimia cōſcendit. Sed & hoc nōnne humana diligentia ſæpe efficit, vt ab oppoſitis vallibus

G bus aquas in excelſum montare, & ad fontes redire offenſas compellit: Quod vero homines velut terreni, de terrena craſſa materia frequẽter faciunt, quo modo angeli tunc quorũ officiis hæc omnia mirabilia peraguntur, per amnem †facere nõ potuerunt? cũ ſit naturale aëris opus & propriũ officium aquas retinere in nubibus, & vt docti indoctiq; pariter norunt, quotidiana adminiſtratione retinet: Ita tunc deo iubẽte fluminis curſum prohibuit, vt per illius fluẽta arca dei & ſacerdotes trãſirent.

† aerem.

Veſtes non detritæ. Cap. II. Ioſue. 5. Deute. 29.

Terram igitur repromiſsionis poſt longi laborẽ itineris ingreſsi, de fructibus Chananitidis regionis populi turba comedit, & mannæ de nubibus eſca miniſtrari deſinit. In hoc tam longo itinere admiratione dignũ accidit illud, quòd per quadraginta annos nullius ex omni populo calciamẽtum aut veſtis defecit. In quo dominus nõ naturam nouã in calceamentis & veſtibus condidit, ſed olim conditam conſeruauit.

De ſubuerſiõe Hiericho. Cap. III. Ioſue. 6.

Inde Iordanis ripã egreſsis, Hiericho prima ex Chananitidis ciuitatibus occurrit. Quæ luſtrata circuitu dierũ ſeptem, quaſi arcę dominicę & exercitus expaueſcens aduẽtum, cito corruit. In quo circuitu nullo armorum ſuffragio vſus eſt victor populus, ſed ad clamorẽ in gyro ſonante murus erat vſq; ad fundamenta dirutus. Vbi nihil extra

H naturam eſſe factum geſta res oſtendit. Si quidẽ & hoc terręmotibus eſſe factũ frequenter ſcriptura denunciat. Quo modo & in famoſo illo terræmotu centum Libyæ vrbes corruerunt, & in terræmotu dominicæ paſsionis vndecim in Thracia ſubuerſæ ſunt. Præterea quoque quod humani actus efficacia congerit, hoc alterius deſtruentis vel etiã ſenectutis tempus conſumit. Attamen hęc dicẽtes, non caſu accidiſſe murorum Hiericho ruinam, oſtendimus. Sed ne contra naturã ſicut aliquid in miraculis factum oſtendimus, hoc enim ſicut & cætera miniſtrari angelico opere deſignauimus, dei iuſſu effectum fuiſſe non dubitamus.

Terræmot⁹ in Africa & Thracia.

De ſtatione ſolis & lunæ. Ca. IIII. Ioſue. 10. † cõcederet.

Poſt hæc quoq; Chananæorum quinque regibus in vnum congregatis vt pugnarẽt aduerſus filios Iſraël, cum ex aduerſo miſcerentur cohortes, & victoria in dei populo partẽ contenderet†, Ieſus filius Nun princeps populi Iſraël ſoli in medio die præcepit, vt ne ſe moueret, & lunę vbi fuerat ſtaret, donec ſe dei populus de inimicis vindicaret. Quod & factum eſt. Nam ſol duos dies in vno concluſit, & luna diei ſpacio non occurrit. In qua iuſsione nõ humani

I imperij authoritate luminaria requieſcunt, ſed domini imperãtis vt ſtarẽt iuſſui obediunt. Nihil enim propter iubentis hominis verbũ dei creaturæ faciunt, ſed quod dominus ſerui ſui ordinationi †obediẽs pręcepit, hoc faciunt. Sic enim perhibetur, Sol ſtetit contra Gabaon, & luna ad vallẽ Hailon, obediẽte domino voci hominis. Ex quo intelligitur deũ ſeruorũ ſuorum precibus obedire, & ad eorum neceſsitatẽ creaturas ſuas opportune gubernare. Hæc luminariũ [mora] nihil nouum in natura cõmiſit, etſi in miniſterio aliquid nouum aliquando natũ †oſtendit. Sed & illa varietas nihil in anni curſu & reliquorũ dierum cõmouit, dum pariter ſol & luna vnũquodque in ſuo ordine requieuit. Si enim vnum luminare curreret, dum alterum interim requieſceret, dierum & menſium & annorũ aſſuetum curſum cõturbaſet. Dum autem vtrunque moram hanc habuit, quaſi poſt conſuetũ diem in occaſus ſui limitẽ perrexit. Non enim quòd ad belli illuminationẽ luna tunc in præſentia ſolis proficeret, ſtare imperatur: ſed ne quid incongrue luminariũ meatu per vtiius quietẽ & alterius curſum deſtrueretur. Sed quoniam & maris curſum lunari conuenientẽ eſſe in omnibus euidenter monſtrauimus,

† orationi.

† varium.

& illum tũc requieuiſſe, etſi ſcripturæ vocibus reticetur, K
nónne ipſe illarum rerum pronunciat obſeruabilis cõmeatus? Luna vero nõ tantum in hac ſtatione requieuit, ſed & incremẽti vel detrimenti ſui interim cõſuetudinem agere nõ potuit. Si enim dũ ſtetit luna, licet ſtans ſua incrementa vel detrimenta ageret, illud incrementum lunare vltra ſolis curſum in cyclorum rationibus aliquid turbaret. Dum vero nihil in circuli in ſe reuertentis curſu dies illa ſolito lõgior præbuit, tunc manifeſtum eſt, quod in illa ſuperueniente veſpera, vnius diei incrementum luna, ſicut quotidie ſolet, geſsit. Vt enim hoc manifeſtis approbationibus pateat, cyclorum etiã ab initio cõditi orbis recurſus in ſe breuiter digeremus, quos ſemper poſt quingentos triginta duos annos ſolet in †principio & luna per omnia conuenientibus nullis ſubuenientibus impedimẽtis in id vnde cœperãt redire oſtẽdemus. Quinto nanq; cyclo à mundi principio anno, cẽteſimo quartodecimo, generale totius mũdi diluuium ſub Noë venit, qui poſt diluuiũ quadringẽteſimo decimooctauo anno deceſsit†: & inde alius incipiẽs, id eſt ſextus, in octauo ætatis Abrahæ anno finitur. Et nono eius anno ſeptimus incipiens, triceſimoquinto anno L
egreſsionis filiorum Iſraël de Aegypto in quinquennio ante mortẽ Moyſi cõcluditur. Poſt quẽ octauus, in quo eſt illud ſignũ in ſole & luna factum, triceſimoſexto anno egreſsionis Iſraël de Aegypto incipiẽs, in triceſimũ [primum] annum Aſæ regis Iuda incedit. Cuius triceſimoſecundo anno nonus exordium capiẽs, in quo & aliud ſignum in ſole, Ezechiæ regis tempore, de quo paulisper dicemus, factũ legitur, cẽteſimooctauo anno poſt templi reſtaurationẽ quæ ſub Dario facta eſt, ſui curſus ſpacium cõſummauit: donec decimus inde oriens nonageſimoſecũdo anno poſt paſsionẽ ſaluatoris Allia & Sparſa conſulibus peractis curſibus conſummatur. Poſt quẽ vndecimus à cõſulatu Paterni & Torquati ad noſtra vſque tempora decurrẽs extremo anno Hibernenſium moriẽte Manichæo inter cæteros ſapientes peragitur. Et duodecimus nũc tertium annum agens ad futurorum ſcientiam ſe pręſtans, ſed [à nobis] qualem finem ſit habiturus ignoratur: quorum vnuſquiſque vniformi ſtatu, peractis quingentis triginta duob⁹ annis in ſemetipſum, id eſt, in ſequẽtis initium reuoluitur, cõpletis videlicet in vnoquoq; ſolaribus octouicenis nonodecies, & in lunaribus decẽnouenalibus vigeſieſocties circu- M
lis. Poſt quos in lunari ſupputatione per cõmunes duodecim & emboliſmos ſeptem, per Ogdoadem & Hendecadem & incrementum lunare, quod cõputantes ſaltum nominant. & ſolari per quadrantes & biſſextos diligenter dinumeratos: demum duobus luminaribus †totidem dies habẽtibus, & per curſus ſui omnes lineas cõcordi ratione cõuenientibus, veluti primus conditi orbis annus innouatur. Dum ergo hi circulorum totales † recurſus in ſe cõgrue, & poſt illos cyclos quibus in ſole & luna mora vel reditus ſigna, quo modo ſub Ieſu vel Ezechia factum legitur, apparuiſſe deſcribitur, ſine vlla varietate redeũt: manifeſte intelligitur, quòd non mora illa aut reuerſio aliquid in luminariũ & tẽporum aſſueto curſu præpeditũ vel inſolitum reliquerunt: ſed quaſi per diem omnem in occaſus ſui, vt ſupra dixi, limitem currunt poſtquã illius ſolito lõgioris diei ſpacium peregerunt. Per quod videtur quòd nihil ad ſequentis noctis longitudinem temporis illa dies longa contulerit, cuius princeps pariter in die cum ſole diei præpoſito luna requieuit.

† annos ſole vt ĩ &c.

† deſeuit.

† lunarib⁹.

† totales.

Ioſue. 10. 4. Reg. 20.

De Gedeone & duobus ſignis. Cap. V.

Itaque purgata funeſtis habitatoribus Chananitidis regione, in dei populi dedicationẽ † ipſa

† deditionẽ

à domino

A à domino terra tribuitur. Qui poſtmodũ pacis ocio reſolutus, in idolorum terrę illius & reliquarũ in circuitu nationum cultũ peruagatur. Propter quod gẽtibus ſępe, quorum idola ipſe colebat poteſtate à domino cõceſſa, mancipium ſeruire tribuitur. Sed captiuitatũ & ſeruitutum laboribus duriſsimis afflictus, frequenter à deo per pœnitentiã veniam precabatur: ad cuius liberationem pœnitentium lachrymis ſedatus, ille iudices ſuſcitabat, qui de ſeruitutis iugo plebem eruẽtes, nequaquã pœnitentiæ domino, †ſed arbitrorum iure præſiebant. Quorum tẽporibus dũ Madianitis ſeruiret populus, Gedeoni filio Ochaz cœleſtis nũcius apparuit, illumq; deſtructo idololatriæ ritu, de plebis ſuæ liberatione cõmonuit. In cuius cõſpectu dnm Gedeõ oblationem cõponeret, deſuper carnis ius fundẽs, cœleſtis ignis holocauſtum abſumpſit. Et iterum poſtulanti ſignũ, ſiccitas in omni terra, & ros in ſolo vellere, & rurſum ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra fuit. Sed hæc quamuis ſociantur numero mirabilium, nihil tamen velut nouum oſtẽdere videntur in miniſtratione rerum: quoniã & cœleſtis ignis res terrenas, vt ſæpe diximus & dicemus, frequenter deuorat, & alternatim in mũdo per partes nubibus

†potẽtiæ domini.

B rorat. Sed tamen multa talia de mirabilibus ſcripturarum ſubueniunt, quę etſi in rebus geſtis diligentẽ explanationem nõ exigunt, figurarum tamen prægnatione in rerum ſpiritalium intelligẽtia referta ſunt. Sed quoniam in opere iſto [rerum] tãtummodo geſtarum intellectum proſequi diſponimus, hoc licet memoriæ cauſa ſtatim hiſtorialiter numero mirabiliũ inſeremus. Quæ etiã ſi ſæpe fortuito caſu dei volũtate in rebus prouenerunt, terribilius tamẽ & celerius & certius & mirabilius inſigni alicuius oſtẽſione per domini imperium gubernata & oſtẽſa fuerunt. Vnde cum hiſtorialiter in holocauſti hac cõcrematione, non terreſtri igne, ſed cœleſti flãma hoc oſtendebatur, quòd futurum tunc bellum, nõ humanis viribus, ſed cœleſti auxilio proficeret, & ros prius demõſtrabat in ſolo vellere oſtẽſus, quòd diuina miſeratio, quæ tũc in Iſraël fragili & molli populo fuerat, ignitas gentium iras ſicut aqua ignem poſsit extinguere. Iterum cum Philiſtęis ſeruiret Iſraëlitica plebs, Manue filij Saruch de tribu Dan, ſterili vxori primo, deinde ipſi Manue dei angelus prophetali habitu apparuit, eoſq; de filio qui illis eſſet naſciturus, qualiter fieret

De Sampſonis fortitudine in capillis. Cap. VI.

C educãdus edocuit, quatenus, ne vnquã nouacula caput ipſius tranſiret, & ſiceram & vinum & omne quod inebriare poteſt nõ biberet. Cui cum Manue neſciens eſſe angelum, prandium voluiſſet præbere, angelus, inquit, De cibis tuis nõ comedam, ſed domino ſi vis holocauſtum cõpone. Quod cum Manue illo præcipiente compoſuit, cum igne holocauſti coram eis ſtatim angelus in cœlum [aſcẽdit. Et hic terreſtris holocauſti ignis de terra in cœlum] abſcendens demõſtrauerat, quòd per naſcituri hominis fortitudinẽ deus populi liberationem pręparauerat. Natus igitur Sampſon, iuxtaq; imperium [domini] nutritus, maximã fortitudinem in ſeptem ſui capitis crinibus habuit. Quod pro certo probatũ eſt, dũ eiſdem nudatus aliquando etiam virtutem amiſit. Nam cum Dalilam in valle Sorecti mulierẽ de regione Philiſtinorum alienigenã adamaret, & illa pecuniã à Philiſtinis principibus, pro quibus multa fecerat, perditionis †eiuſdem mercedem accepiſſet, ipſe poſcenti fortitudinis ſuæ myſteria in capillorum ſuorum cõſeruatione fieri indicauit. Et illa dormientis in ſinu ſuõ vocato raſore, caput totondit. Perductuſq; Sampſon à Philiſtæis, oculis orbatus, molam manu vertebat, donec capilli il-

Iudicũ. 13.

Iudicũ. 16.

† Principibus quibus Sãpſon multa mala fecerat proditionis.

D lius ad priorem longitudinem creuerunt. Deinde Philiſtæis epulantibus, vt inter epulas Sampſon illuderetur, adducitur, & ipſe puero retinẽti †greſſus dixerat, vt ſe ad duas colũnas perduceret, quibus tota domus imminebat, quatenus ſuper illas veluti laſſus reclinaretur. Quibus ambabus vtraque manu apprehẽſis, inuocato in auxilium deo totã domum concuſsit. Quæ cito corruens, tria Philiſtinorũ milia pariter cũ ipſo Sampſone proſtrauit. Sed naturas inueſtigantibus, ſolutionem †nõ minimã incutit, quo modo totum ſenſibile corpus in inſenſibili capillo motum fortitudinis habuit: cuius damnum doloris ſenſum nequaquã intulit, cum illo tonſor à reliquo corpore ferramẽti aculeo diuiſit. De Sampſone ergo priuſquam naſceretur, à domino præcipitur, vt capillus illius nunquã ferri acumine vel alicuius aculei tonderetur. Quandiu igitur in mãdati diuini cuſtodia permanſerat, ſpiritus ſancti munere maximã fortitudinem habebat. Vnde cum muliebri perſuaſione præcepti dominici tranſgreſsionẽ adinuenit, etiam ſpiritale fortitudinis donũ quod habuerat, ſtatim receſsit. Nõ quia inſenſibili capillo oſsium, & carnis & ſanguinis, qui nihil ex his habet, [virt⁹] inerat, ſed mãdati dominici obſeruatio donũ fortitudinis obſeruabat. Sed fortaſſe ali-

† regenti.

† queſtionẽ.

Iudicũ. 13.

E quis dicet, Quare ergo cum capillis iterũ fortitudo illius ſuccreuit, ſi nõ in capillis priorẽ fortitudinem †habuit? Attamen etiã in hac vita †, non tam in lõgo capillo amiſſam virtutem recuperabat, quàm donum ſpeciale† quod negligens amiſit: afflictus pœnitẽtia creſcentibus capillis paulatim impetrabat: præſertim cum in huius mandati tranſgreſsione ex parte licet aliqua excuſabatur, quãuis ſuæ virtutis Dalilæ petẽti myſterium licere nõ negauit, non tamen ſe imperante vel concedente. vel ſentiente †tondetur. Vnde afflictus poſtea à deo impetrauit facilius, quod nõ ſponte ſed dormiẽs ſeductus amiſerat. Inde poſt non multum temporis, filiis Iſraël mandatorum trãſgreſsione deum offendẽtibus, incitata Philiſtinorum agmina, ad bellandum cõtra eos conueniunt. Et filij Iſraël de ſe nihil cõfidentes, arcam teſtamẽti domini in exercitu ſuo in pugnã contra aduerſarios conducunt. Sed legis trãſgreſſores nequaquã legis arca tuetur, victo potius & deleto [ex parte] populo, ab alienigenis ipſa capitur. Qui victoriæ munere lætantes, in terram ſuam eandẽ captã perducũt, & veluti triumphi

†pri⁹ robur

† hac vice.

† ſpiritale.

†cõſentiẽte.

Capta arca & reſtituta Cap. VII.

1. Reg. 4.

F phi huius adhuc iuxta †Dagõ deum ſuum, arcam dei Iſraël in templo ſtatuerũt. Sed primo die Dagon coram arca proſtratus, repercuſſus tamen in †loco ſuo reſtituitur. Craſtina vero fractus ad limen in cẽtum partes, capite & manibus, ſpina dorſi eius trũcata reperitur. Quod fugere idololatriæ in aduentu dominicæ legis cultum mõſtrabat. Qui enim fugiunt, perſequẽti dorſum dant. Præterea quoq; tota Philiſtæa fœda admodũ plaga percutitur: nam & extales eorum foras prominebant, & ingens ſoricum & inſolens copia per totã prouinciã diffundebatur. Conuenienter quippe dominus illis vtranque pœnam parauerat, qualẽ rerum ipſarum cõueniens ratio exigebat: quatenus qui miſera animalia diuino cultu venerabantur, per miſerrima animalia in aduentu dominicæ legis caſtigarẽtur: Et qui tabernaculi domini interiora, id eſt, arcam extra limites ſuos protraxẽre, hi interiorum ſuorum foras prominentium fœda affligerentur clade. Quapropter eam plauſtro nouo impoſitam duabus fœtis vaccis vehendam, quæ iugum antea non cognouerunt †, teneris domi vitulis mugiẽtibus, ad fines ſuos redire arcam permiſerunt. Quinque mures & totidẽ annulos aureos indices plagarum ſuarũ, ne eam

1. Reg. 5.

†triũphi huius authorẽ iuxta.

† repertus iterum in.

† portantẽrum.

vacuam

G vacuam dimitterent, iuxta eã in capſella poſuerunt. Sed
in his multiplex figurarum intelligentia latet, quæ pro-
Fragore cæ prij operis induſtria, & tempore indiget & ocio. Ite-
li fugati bo rumq; infinita Philiſtinorũ agmina quaſi arenæ maris
ſtes. Cap. innumerabilia, per plana ſe terræ Iſraël effuderunt, quæ
VIII. dominus Samuele orante à facie filiorum Iſraël ingenti
1.Reg.7. cœli fragore perterrebat, quatenus per hoc [& Iſraël] nõ
propria virtute viciſſe intelligerent, & hoſtes dei prote-
ctionem & auxilium erga hunc [eſſe] populum ſcirent.
Rex prim⁹ Itidem quoq; Samuele inuocante dominum, cũ po-
Saul. Cap. pulus ſibi regẽ peteret, & Saül filiũ Cis de tribu Benia-
IX. min in dei famine iuſſus Propheta ordinaret, dominus
1.Reg.12. per pluuias & horribiles voces intonuit, quibus plebs
quæ audierat, ſe dominũ repuliſſe, ne regnaret ſibi in-
telligeret: quos fragores per Samuelis iterũ dominus de-
precationem cõpeſcuit, poſtquam populi de hac re pœ-
Saul ꝓphe- nitudinem intus aſpexit. Saül inuidiæ ſtimulo ſuſci-
tãs. Ca.X. tatus, & malo ſpiritu [ſępe] arreptus, cum Dauid occide-
1.Reg.19. re vellet, & ipſe Dauid tunc cum Samuele & [cæterorũ
prophetarum] cuneo prophetaret, miſit Saül nuncios &
ipſum interficiẽdum de medio Prophetarum rapere iu-
H bet. Sed illos protinus vt veniebant, ſpiritus qui in Pro-
phetis loquebatur, arripiebat. Ipſe quoq; Saül quaſi inui-
tum famulis opus, ſtricto arcu poſt eos exiens, cũ inter
Prophetas venerat, prophetabat. Diximus autẽ cum de
Balaam & aſina eius diſſeruimus, quoniã ſpiritus ſancti
verba, nõ dicentium merita pẽſantur, ſed ipſius volun-
tate vbicunq; voluerit, proferuntur: per quod tamẽ pro-
ferentium ea merita nõ in melius augentur, ſi bona non
habent opera, ſicut in Balaam, & Saül, & Caipha ponti-
Matth.7. fice. Vnde tales Prophetæ in iudicio dicent, Nõnne in
tuo nomine prophetauimus? damnati domino reſpon-
debunt, & tamen æterni ignis cõſortium inter cæteros
impios ſubibunt. At vero & hoc loco quidã æſtimant,
quòd Saül nõ diuino ſpiritu, ſed malo illo quo ſæpe ar-
ripiebatur, per totum illum diẽ prophetaret, donec Da-
uid etiam imminens mortis periculum, ipſo ſuo ſpiritu
arreptus, domini diſpenſatione euaderet. Sed qualiter
1.Reg.19. hoc ſentiri poteſt dum ita ſcribitur, Et factus eſt ſuper
eum ſpiritus domini, & ambulãs prophetabat? Niſi for-
te ſic in hoc loco accipitur, ſpiritus domini, quo modo
1.Reg.16. & alio loco, ſpiritus domini malus Saül arripiebat, Ve-
runtamen vbicunque ſine additamento ſpiritus dei, vel
I ſpiritus domini, vel ſpiritus Chriſti, vel ſpiritus Ieſu, in
ſcripturis ſanctis inuenitur, ſpiritus ſanctus eſſe à nullo
ſano ſenſu dubitatur: Vbicunq; vero cũ additamẽto di-
citur eſſe ſpirit⁹ domini malus, vt eſt in libro Samuelis,
intelligitur diabolus eſſe, qui domini propter miniſte-
riũ, malus propter viciũ dictus videtur. Sæpe quoq; cum
ſingulariter ſpiritus tantum, & non addito ſanctus, aut
dei, aut aliquid quodcunq; ex his quæ ad ſignãdum aut
demonſtrandum ſpiritum ſanctũ pertinent, deprehen-
ditur, contrarius ſpiritus qui eſt diabolus, aut ſubiectus
quiſq; ſibi ex his qui miniſtrãt dæmonibus, dignoſcitur.
Samuelis Poſt etiam in anguſtia cõſtitutus hoſtili ſe premente
apparitio. impetu, cum neq; per Prophetas, neque per ſacerdotes,
Cap.XI. neque per ſomnia, petenti ſibi dominus vllum reſpon-
ſum daret. Saül rex ad pythoniſſam perrexit, vt ex mor-
tuis aliquem ſibi per ſuæ artis incantationes ſuſcitaret.
Quæ cum quæreret ex eo, quẽ mortuum de ſomno cu-
peret reſolui, ille ſibi Samuelem velle reſpõdit ſuſcitari.
Suſcitatus vero Samuel, Saüli quid eueniret prænũciat.
1.Reg.18. Hac inquiens hora tu & filij tui mecum eritis, ſed & Iſ-
raël tradam tecum in manum inimicorum eius. Quali-
ter ergo Samuel à pythoniſſa ſuſcitare dicitur, dum py-

thoniſſa dęmoniacis incãtationibus & pręſtigijs vti vi- K
detur? Et quo modo Saül qui in viuẽtib⁹ Prophetis dei
reſpõſum nõ inuenit, reſuſcitatum à morte Prophetam
audire meruit? Vnde non hunc eſſe Samuelẽ illum Pro-
phetã, per factum facilius intelligitur, ſed diabolus qui *2. Corin.11.*
ſe transfert in angelum lucis, in phãtaſia Samuelis con-
ſideretur. Quod ex ſermonibus eius recte dignoſcitur,
quoniã funeſto Saüli dicebat, Tu & filij tui mecum eri-
tis. Etenim ſi verus hic Samuel oſtenſus eſſet, nullo mo-
do iniquum regem conſortem ſui meriti poſt mortem
diceret. Si ergo à pythoniſſa diabolus oſtenditur, quare
Samuel in diuina ſcriptura dicitur ſuſcitatus? In multis *Quæſtio.*
ſacræ ſcripturæ locis imaginatis rebus verarum rerum *Solutio.*
nomina ſæpe aſcribũtur. Quo modo & prædicta virga
in ſimilitudinẽ ſerpentis imaginata, & phantaſtica illa
magorum ſerpentiũ in Aegypto, & ille æneus [in deſer-
to] ſerpẽs nominatur. Duo quoq; Cherubin pro ſimili- *Nume.21.*
tudine obumbrare propiciatorium nunciatur. † Quinq; *Exod.25.*
mures, vel quinq; annuli de terra Philiſtiim in capſella *1.Reg.6.*
cum arca domini deferũtur, [Duodecim boues ſub ma- *† memora-*
ri æneo, & quatuordecim leones in throno Salomonis *tur.*
eburneo ſtatuũtur.] Cherubin quoq; & palmæ, & mala L
granata, & retia in tẽpli ædificio depicta deſcribuntur,
cum hæc omnia non ipſa rerum veritate, ſed pro ſimili-
tudine iſta nomina recipiunt: ipſæ tamen ſcripturę vlla
incertitudinis regula † quaſi res veras hæc nominatim *† vllo reſpe-*
ponũt. Phãtaſma igitur Samuelis velut ipſe Samuel, o- *ctu.*
ſtenſum pronunciatur, ſicut & in viſibus prophetarũ, &
in Apocalypſi Ioãnis oſtẽſi viri pronunciantur. Poſt *Caſus Ozæ.*
modicum deinde Dauid regnum obtinente, arca teſta- *Cap.XII.*
menti de domo Aminadab ad Hieruſalẽ à rege & om- *2.Reg.6.*
ni populo perducitur, Oza filius Aminadab ſequens ar-
cam, cum illã velut ſuſtẽtans tãgeret, ſubita morte per-
cuſſus & ſuffocatus eſt. In quo facto temeritas cum ipſo
Oza, qui cum nõ eſſet de genere Aaron [arcam] tetigit,
dãnatur, & totus populus quia caute in diuinis rebus ſe
agere deberet, admonetur. Sed quidã aliquod pręcedẽs
peccatum in Oza per hanc culpam punitum eſſe exiſti-
mant, quoniã ſæpe euenit, vt minores culpæ præceden-
tium peccatorũ vindictam incutiant. Quemadmo- *Receſſio po-*
dum cum populus Iſraël peccaſſet cõmouit dominus vt *puli. Cap.*
Dauid numeraret populum, per quod accidit, vt plebs *XIII.*
peccans per [paruam] regis culpam pœnam ſuſtineret *2. Reg.24.*
præcedentium delictorum. Angelus enim domini ſep- M
tuaginta virorum milia ex omni Iſraël vſque Berſabee
occidit, & Hieroſolymã vrbem velut delere propoſuit:
non quòd dominus ciuitatem quam nunc † diſperdidit *† quam nũ.*
delere vellet, ſed vt oſtenſus in procinctu vindictæ an-
gelus, dignã videnti regi pœnitentiã incuteret. Ex quo
intelligitur Dauid minorem culpam commiſiſſe quàm
plebs, qui peccatum ſuum per ſolam pœnitentiam dele-
uit, populi vero delictũ in authoribus ſuis mortis ſeue-
ritatem promeruit. Et deinde cum per peccatum Sa- *Dedicatio*
lomonis populi Iſraël regnũ vnum in duo diuiſit, Hie- *vitulorum*
roboam filius Nabath rex decẽ tribuum in parte aqui- *aureorum.*
lonis, metuens ne templi quod erat in Hieruſalẽ reſtau- *Cap. XIIII.*
ratio † rurſum populũ Roboam filio Salomonis iunge- *3.Reg.12.*
ret, idola & altaria in Dã & in Bethel poſuit. Sed in de- *† viſitatio.*
dicatione altaris quod fuit in Bethel, vir dei de Iuda vt
cõtra illud altare prophetaret, à domino mittitur. Quo
adueniente duo terribilia ſigna oſtẽduntur. Nam & al- *3.Reg.13.*
tare in duas partes ſtatim in hora holocauſti ſcinditur,
& integra ipſius † arida manus ſiccatur. Quæ duo ſigna *† al. ex regis*
rei & operi ſuo apte cõuenerunt, dum quid in ipſo tunc *ipſius.*
rege ſit factum euidenter oſtẽdunt. Aptum enim vide-
batur,

.:ſt.1

A batur, vt qui dei cultum qui illuc vſque in vno altari &
templo erat, diuiſiſſet, ipſius altare quod ipſe ſibimet fe-
cerat,ſic ſciſſum diſſecaret. Et qui populi dei manum ne
domino ſuo oblationẽ & holocauſta immolaret aridã
feciſſet,in ſchiſmatico illo holocauſto manus illius ari-
Siccitas cœli. Ca.XV. da appareret. Præterea quoq; Achab filio Amri inci-
tante, cum Iezabel vxore ſua plura agente † ſcelera, He-
3.Reg.17. lias Theſbites de Galaad in ſermone dei dixit, Si ros &
† augente. pluuia,niſi iuxta oris mei verba his annis erũt:cuius ora-
† prohibita. tione prophetica † pluuia tribus annis & ſex mẽſibus nõ
pluit: quatenus qui deũ per mala in terra exacerbaſſent,
cœli clementia & aëris cõmoditate carerẽt. Verum hęc
plaga vt multi magiſtri putãt, tantum terram Iſraël ca-
Omnis terra in ſcripturis. ſtigauerat. Sed moris eſt ſcripturarum, vt illam prouin-
ciam de qua dicunt, omnẽ terram indifferenter nomi-
nent,quod cõuenienter cum Helia poſtmodum Achab
ſermone demõſtratur. Cum enim Heliam ipſe vidiſſet,
3.Reg.18. Tu quis es qui cõturbas populũ Iſraël? Achab dixiſſe re-
fertur. Cui reſpõdẽs Helias, in Iſraël tantummodo cul-
pam quę hanc plagã incitauerat,fuiſſe denunciat. Non,
inquit Helias,ego cõturbo Iſraël,ſed tu & domus patris
tui,quia dereliquiſti legem domini,& ſeruis Baal. Qui-
B bus vtriſque dictionibus in Iſraël tãtummodo culpam
& plagam cõuenientia verborum eſſe demõſtrat. Si et-
enim totum mundũ plaga illa flagellaret,non qui con-
turbas Iſraël tantummodo, ſed qui cõturbas totum or-
3.Reg.17. bem, Achab dixiſſet. In tẽpore autem ſiccitatis à domi-
no Heliæ dicitur, vt in ſpelunca torrentis Carith ſe ab-
ſconderet,vbi coruis miniſtrãtibus pane & carnibus &
aqua torrentis illum ſatiaret, duplici ſcilicet occaſione,
quatenus & tẽpore famis haberet alimoniã, & perſecu-
† rabidam. torum auide ſe quærentium, turbidam † effugeret iram.
Coruus Heliæ. A coruis vero miniſtrari Prophetæ præcipitur, vt ſcili-
cet culpam quam in diluuio cõmiſerat in terra, purgare
auis illa videretur,dũ vt fidelis miniſter efficitur Heliæ,
qui negligens & fallax erat antea Noë. Pręterea quoque
in hoc miniſterio illud etiã oſtenditur, qualiter homo
ſi nõ peccaſſet,etiam infructuoſorum animalium nunc
miniſteriis vteretur. Vnde vero eas carnes & panes ille
coruus detulerit, ipſe viderit qui tale officium cõmitte-
bat. In quo tamen intuendũ eſt, quòd ex aliquorum ho-
minum ſcientium aut neſcientium induſtria, corui hæc
acciperẽt, qui coctos panes & carnes quaſlibet qualiter-
C cunque præparabant. Cumq; de torrente propter ni-
Vidua Heliã paſcẽs. Cap.XVI. miam ſiccitatem aqua deficeret, ad viduã in Sareptam
vt ibi paſceretur,exire Heliã deus iubet. Quæ cum eum
in domo ſua victu quotidiano ſatiaret, familiariter re-
3.Reg.17. ceptum, lecythus olei,& farinæ hydria, in quibus vnius
diei refectionem in aduentu ſuo inuenerat, nõ minuta
ſunt,donec viſitauit dominus populũ ſuum. Et hoc ac-
cidit, non quòd inualida manus domini eſſet, vt etiam
poſtquã torrentis vnda defeciſſet, aquam illi cum pani-
bus aliunde & carne donaret. Sed idcirco ad Sareptam
Sidoniorum ſaturãdus Propheta mittitur, vt per illum
bona & fidelis vidua paſceretur. Ne vero quẽ moueat,
quòd Sidoniorum terra hanc eandem plagam pariter
cum Iſraël perpeſſa erat, dum inde Iezabel perſecutrix
prophetarum, & totius vindictæ & facinoris cauſa Si-
doniorum regis filia paternã originem ducebat. Certe
etiam hoc ſigno nõ noua à domino, ſed cõdita natura
immundica, nõ modica ſubſtãtia gubernatur, quo modo
Excitatio pueri mortui. Cap. XVII. de calciamentis & Iſraël veſtibus prædictum memora-
tur. Nã in cæteris prædictis omnibus miraculis nil na-
turæ rationem refugit, ſicut ipſe rerum euẽtus frequen-
ter oſtendit. Huius viduę filius illo tempore quo He-
lias in domo eius morabatur,graui ęgritudine mortuus D
fuit. Sed hunc Helias oratione ſua ad vitã iterum reuo-
cauit,de quo tradunt Hebræi, quòd ipſe Ionas Prophe-
ta poſtea fuerit, quem de ventre ceti glutientis,euolutis
tribus diebus dominus abſoluit, quia dominus qui ini-
micum ſuum in quocunque tuto loco poteſt occidere,
ſeruum ſuum quẽ vult eruere,de qualicunq; anguſtia li-
berare valet. At vero illa famoſa quæſtio, quæ de mor-
tuis reſuſcitatis agitur, vſq; ad Lazarum à nobis reſerua-
tur. Euoluto autem tempore ſiccitatis,cum dominus *De holocauſto in monte Carmeli.*
ſuper terrã vellet pluuiam dare, Prophetam Heliam in
occurſum regis Achab iuſsit exire, qui omnem Iſraël &
idolorum Prophetas quadringentos † quinquaginta in *Ca.XVIII.*
montem Carmeli cõgregauit. Quibus congregatis,ſan- *3.Reg.18.*
ctus Helias duos boues, vnũ domino, & alterum Baal, *† octingẽtos*
per ſe & per Prophetas idolorum mactari in holocau-
ſtum rogauit, vt dominus † qui per ignẽ exaudierit, ipſe *† deus.*
totius populi deus ſit. Quo impetrato, ſacerdotes bouẽ
ſuum [prius occidentes, vſque ad mediã diẽ triſtes Baal]
vt per ignem conſumeret holocauſtum, rogabant. Sed
Baal qui potius igni in poteſtatem traditus eſt, ſuper ho
locauſtum ignem dare non poterat, Helias vero bouem
ſuum in fruſta cõminuens,per membra diuidens, ſuper E
altare quod cõſtructum fuerat, & quod ipſe curauerat,
tunc ſtatuit, Eumq; aqua abunde ſuperfudit, oranteq; il-
lo,ſubito ignis de cœlo cecidit, qui bouẽ cum altari &
lapidibus & aqua ſimul cõſumpſit, Ac deinde ſacerdo-
tes Baal in poteſtatem ſibi traditos, in torrẽte Ciſon in-
terfecit, & omnis populus deum eſſe cõfeſſus credidit.
In hoc etiam extra naturam ignis nequaquã aliquid fe-
cit,qui deſuper aëris ignito ſpacio deſcendens, cum dei
gubernantis imperio, alimenti ſui naturam †, quã in ter- *† materiam*
ra recepit, cõſumpſit. In ſuperiore enim illo ſpacio ignis
[naturam abundantius eſſe, etiam ignis] in terra ardens
pronunciat,qui ad ſuperiora vbi eſt natura illius, ardẽ-
ter contemnere † tentat. Sicut enim aquę natura deſcen- *† cõſcẽdere.*
dere ſemper ad inferiora, ſic ignis proprium eſt appete-
re [ſurſum ſiue] excelſa: non tamen cõtra naturam ſuam
etiam aqua ſępe in excelſa videtur cõſcendere: quod nõ
ſubſtantia ſua quę grauis eſt, per ſemetipſam, ſed per aë-
ris leuiorem naturam, qua aquarum minutiſsimæ guttę
ad altiora aëris vaporabiliter cõtrahuntur, ſolet facere:
quæ minutiſsimæ guttæ, ad aëris altiora fumali modo
conſcendentes, cum in denſioribus nubibus in ſe cõue- F
niunt, aëris natura ſuperferri nõ poſſunt, ſed motu † co- *† vento.*
agente gyruſcula mole ad terram dilabuntur. Et ſi illas
in nubibus priuſquã lapſæ fuerint gelu præripuerit, eaſ-
dem guttas concretas in grandinum lapillos glacialiter
ſolidatos frigoris rigor conuertit †: & ſi remiſsiores & *† deducit.*
nec dũ denſatas eas gelu inuenerit, niuem facit: & ſi has
gelidum frigus nõ perſtrinxerit, aquæ ſtillicidium libe-
rum, ad inferiores partes vnde ierat redit. Sicut aqua au- *Gene.19.*
tem per ſemetipſam, niſi per aliam ſubſtantiã, vt oſten-
dimus, non aſcendit: ſic & ignis niſi per aliam ſubſtan-
tiam inferius ſe non deſcendit. Vnde cum & dominus
ſuper quinq; ciuitates de quib⁹ in primo libro diximus,
igneos imbres plueret, hoc idem per ſulphur fiebat, qua-
tenus & in ſulphure ignis arderet, & per grauiorem ſul-
phuris naturam idem ad terram laberetur. In hoc ergo
loco vbi ſuper altare ad holocauſtũ ignis deſcendit, aut
per aërem aut per ſulphur deſcendit: quoniam ignis per
ſemetipſum nõ poteſt deſcendere, niſi ſe alicui mãteriæ
grauiori deus iuſſerit immiſceri. Sacerdotes ergo idolo
rum ſine homicidij culpa Helias dei ſeruus interfecit.
Quippe qui erat in illa lege quę dicit, Blaſphemum non *Leui.24.*
patieris

G pa[t]ieris viuere: Nullus hominũ ergo idolum colit, niſi dei blaſphemus extiterit. Ac per hoc qui idololatrię cultores mactauerat, blaſphemos & ſacrilegos de terra purgabat. Et poſt hæc omnia, qui imbres à terræ perfuſione tribus annis & ſex menſibus orãdo prohibuerat, in modico tẽporis ſpacio eodem orationis ſuæ officio, ſitienti terræ abundantem pluuiã & placidã à deo impetrabat. Quæ in terram prius nequaquã veniſſet, niſi eam à cultoribus Baal occidendo mundaret.

Ieiunium Heliæ Cap. XIX. 3. Reg. 19.

Quos cum Iezabel ab Helia interfectos eſſe cõperiſſet, illum de morte propria minacibus verbis Prophetã terret, Vnde pergẽs in terrã Iuda querulus Helias, in vmbra iuniperi ſedens obdormiuit. Quem angelus domini tangens de ſomno ſuſcitauit, & pane & aqua eſurientem ſaturans & ſitientem refecit. Quo cibo refectus, in eius fortitudine quadraginta diebus & quadraginta noctibus nil comedẽs, vſque ad Oreb dei mõtem ambulauit. Vnde verbi domini fruitus cõſortio, rurſum in terram Iſraël rediit. De iſto vero pane & aqua angelico officio miniſtratis, quorum fortitudo paſtũ famis labore Prophetã quadraginta diebus peruexit, ſciẽtibus [vim naturæ], vnde fuit, intelligentiã differendã, patefacta† reſeruamus. In quo pa-

†pace facta

H ne cum quaſi humanæ induſtriæ, quòd panis coctus ſit, operis ſimilitudinẽ conſpiciamus, nõ terreni panis virtutẽ, quòd vna ſanitate quadraginta dierũ neceſsitatem impleuerit, eſſe intelligimus. Niſi forte angelico opere de quacunq; terrena materia factus in terra degentis animam hominis paſtum validiorẽ hominum pane effecit. Sed hic panis erſi propriã occultando naturã ſolicitum lectorẽ facit, de quadraginta tamen dierum ieiunio quo modo illud tempus ieiunus [propheta] pertulerit, ſecurum reddit, dum per vnius virtutẽ nullo egẽs cibo tanto tempore vixit.

De igne deſcẽdente ſuper quinquagenarios. Cap. XX. 4. Reg. 1.

Inde internallo quodã tẽporis interiecto, ipſo Propheta in mõte [ſedente] quinquagenarium principẽ cum iis qui ſub eo erant, vt eum ad ſe ducerent rex iuſsit. Qui ſupercilio, id eſt ſuperbo tumore inflatus animo dixit: Homo dei vt ad illum nobiſcũ exeas rex Ochozias, id eſt, filius Achab iuſsit. Cui Helias, vt inquis, Si homo dei ego ſum, reſpondit Propheta, in te nũc & in eos qui tecum ſunt, cœleſtis flamma ardebit. Quo facto, & alium eiuſdem ordinis virum cum tot comitibus ad eundẽ redire† præcepit. Quẽ cõſona priori proferentẽ, ſimili ſequentia†, eadẽ vindicta conſumpſit.

†rex ire. †ſententia.

I Quo facto, tertius ad idem deſtinatus periculũ quinquagenarius cum ſuis corã domini Propheta ſuppliciter genu flexit, & per verba precatoria illum regis adire cõſpectum rogauit. Sed huic, aſſociare Heliæ angelus domini dixit, Qui cito ſurgens, & greſſum ſociãs, ſuperbis interemptis, cum humiliato & ſupplice ad regẽ perrexit. Ignis autẽ in hoc loco, ſicut & in prędicto holocauſto dei, dicto Prophetę verbo obediẽs, quod iubebatur impleuit. Et in his grauioris forſitã ante cõmiſſi crimen peccati, ſicut & in Oza & numero populi prędiximus, vltrix flãma numerum† puniuit.

†nimirum.

De tranſitu Iordanis Heliæ & Heliſæi. Cap. XXI. 4. Reg. 2.

Demum vero cum dominus Heliam eleuare voluiſſet, ipſe & Heliſæus [filius] Saphan miniſter ſuus Iordanis flumẽ diuiſit pallio Heliæ, pede ſicco, ſicut in tranſitu filiorum Iſraël factũ prædiximus, tranſierunt. Ad cuius rei explanationem, de libro Ieſu prædicta huic operi ſatis ſufficiunt. Quoniã dum in multis his mirabilibus virtutum geſtis prædicta conueniunt his rebus miracula facta, etſi in figurali explanatione deuiauerunt, eandem tamen rationem in rerum geſtarũ hiſtorico intellectu expoſitiones neceſſe† exigunt. Antequã de mirabilibus diuinæ totius ſcripturæ ſermonis noſtri cœperimus texere coronulã, operęprecium eſt etiam ea in quibus propter pręcedentium ſimilitudinem explanare aliquid non eſt neceſſe, prout geſta ſunt exponã, præſertim cum ex mirabilibus ſcripturæ [dominicæ] nil præterire diſpoſui, in quibus à miniſterio quotidiano excellere in aliis videntur.

†naturæ.

K

De aſcenſu Heliæ in curru igneo Cap. XXII. 4. Reg. 2.

Igitur ambobus his ripa Iordanis egreſsis, Helias miniſtro ſuo dicebat, Poſtula à me quod vis priuſquam me deus à te tranſire & recipi iubeat. Cui Heliſæus, Spiritus, inquit, tuus duplex obſecro in me requieſcat. Rurſumq; Helias, Duriter dicẽs poſtulaſti, ſed tamẽ ſi hora receptionis meæ mihi pręſens aſtiteris & videris, hãc petitionem euentus complebit. Hoc vero poſtulans Heliſæus, nõ elationis affectum ſuper magiſtrum ſuum voluit, ſed videns peccata populi innumera, à Propheta qui relinqueretur, non ſimplici Heliæ ſpiritu, ſed duplici cõpeſci poſſe pręuidit. Si enim illud quod petiuit vicio volentis ſe eleuare animo poſtulaſſet, nequaquã à domino & ab ipſo Helia quod petebat impetraret. Igitur his dictis, iã iamq; Helias igneo curru receptus velut ad cœlum cõſiderãte Heliſæo rapitur. Et hacten⁹ ipſe ſicut & Enoch in teſtimonium nouiſsimi temporis adhuc ſine morte ſeruatur, vt ſcilicet borũ in ore duorum teſtium, nouiſſimi teſtimonij ſermo cõſiſtat, quando in extremo tem-

L pore pauloante quàm damnetur ſatanas, qui humanum genus aperto bello deprimat†. Cõcitrebat† ergo [vt] Helias, quem diuini amoris zelus ignito in animo ſuo flagraſſet ardore, & per ignem miranda multa ſigna faceret, & per currum igneum ab omnibus cõmutatum dominus ad ſublimiorem ſtatum eueheret. Cæterum vero quod de Enoch in primo libro prædiximus, Heliæ etiã conuenire videamus.

† Deeſt hic ſinus ſentẽtia. †Conueniebat.

De quibuſdam virtutibus Heliſæi. Cap. XXII. Exod. 15.

Interea labẽtia in terram veſtimenta Heliæ mœſtus hæres Heliſæus colligebat, & Iordanem itẽ dominum Heliæ inuocans, pede ſicco trãſierat. Veniens in Hiericho, amaras & ſteriles aquas, immiſſo in fontem ſale, ſicut per lignum in eremo Moyſes ſanabat. De qua etiam re in loco illo diſſeruiſſe ſufficit.

4. Reg. 2.

Inde veniens in Bethel, à pueris paruis caluus Heliſæus illudebatur. Quibus cum in nomine domini malediceret, duobus vrſis de ſylua venientibus, quadragintaduo pueri lacerantur. In hoc loco nõ propter proprium cõuicium Propheta in iracundiam cõmotus pueris maledixit, ſed auerſatorũ à domino & lege patrum, filios qui in Bethel idolis immolabant, cum fortaſſe & ipſi parui pueri, vt moris tunc erat, idolis ſunt cõſecrati, iuſta vin-

M dicta plexit. In Bethel nanque vnus ex duobus vitulis, quos Hieroboam filius Nabaoth fecerat, qui peccare fecit Iſraël, rex fuit conſtitutus. In quibus decẽ tribuum Iſraël à domino idola colẽdo diuertẽs, peccauit populus. Præterea etiã Propheta præuidẽs quid [longa poſt tempora illudẽs] Chriſto in Caluariæ crucifixo Iudæorum peculiaris† popul⁹ eſſet paſſurus, quod eis figurali ratione cõpetebat, interim eſt operatus.

†petulans. 4. Reg. 3.

Deinde in illa expeditione qua Ioram rex Iſraël, & Ioſaphat rex Iuda, & rex Edom ad filios Moab exierant, cũ in deſerto totus exercitus ſitis labore fieret fatigat⁹, Heliſæus aquas per ſiccatum torrẽtem ſine pluuia venire à deo impetrauerat. Vbi foſſas & puteos populũ facere iuſsit propter Iſraëlitas & gentiles qui in eodem [exercitu] erant.

4. Reg. 4.

Cumq; ex illa expeditione reuerſus in terrã Iſraël veniſſet, mulier vidua vnius ex prophetis, lachrymabiliter ad eum clamauit dicens, Ecce inquiens, creditor meus duos filios quos ſeruo tuo viro meo genui, ad ſeruiẽdum ſibi, quia reddere aliud vltra non habeã tollere cupit. Cui Heliſæus, Dic inquit, quã rem in domo tua potes habere? Parum, reſpondens ait, olei quo vngar reconditum penes

me habeo

A me habeo in vaſe. Pete ergo, inquit Heliſæus, mutuo à
vicinis tuis vaſa vacua nó pauca. Quod cum feciſſet, de
paruo illo olei creſcēte, ipſa repleuit omnia. Hęc exigua
olei particula per virtutem Prophetæ in maius creſcere
non contra naturam potuit. Omnem enim magnitudi-
nem creaturarũ de paruitate ſemper creſcere conuenit,
cum preſertim ſpecialius hoc in liquoris natura pincer-
naria arte fit, vt quędam poculorũ genera de parua ma-
teria in abundātiam liquoris exundare & feruescere ſa-
4. Reg. 4. nè comprobentur. Per Sunam quoq; ciuitatē ſæpe idem
vir egrediens, cum à quadam diuite fœmina ſed ſterili,
bono frequenter hoſpitio receptus fuerat, prædixítque
quòd de viro ſuo proprio conciperet. Sed ille natus &
nutritus, graui & ſolita doloris ægritudine, adhuc puer
percuſſus obiit. Quē tamen Heliſæus figurali ordine re-
ſuſcitans, matri viuum aſsignauit. Quodã etiam tēpore
[fame] coacti filij prophetarũ, inter cęteras herbas agre-
4. Reg. 4. ſtes coloquintidas, mortiferas [& valde amaras] non a-
gnoſcentes, in pulmēto coxerunt, Quod cum vnuſquiſ-
piam eorum guſtaſſet, in olla mortē eſſe clamauit. Sed
dum Heliſæus farinę parum in eandē ollam manu pro-
pria tuliſſet, illius virtus per illius farinulæ ſapidũ & ſua-
B uem & ſanum ſaporem, inſipidum & mortiferũ colo-
quintidarum agreſtium vicit. Viginti quoque panes in
centũ viros diuidi præcipiens, turbam ſaturauerunt, &
ſuperabundantē copiam fragmētorum colligentes mi-
Matth. 14. & 15. niſtri habuerũt. Sed & de huius virtutis intelligētia di-
ligentius explanabimus, cum de quinq; panibus & duo-
bus piſcibus, & rurſus de ſeptē panibus & piſciculis pau
cis in Euangelio ſi dominus permiſerit, diſſeremus.

Lepra Naaman. Cap. XXIIII. 4. Reg. 5. Poſt hæc Naaman princeps exercitus regis Syriæ le-
proſus, cũ mirabilem prophetam & ſanitatũ gratia cõ-
donatum in terra Iſraël cõperiiſſet, comitũ ſtipatus tur-
ba militũ, ſumptis à domino ſuo muneribus & epiſto-
lis primitus ad regem Iſraël pergit, & ipſe illum ad do-
mum Heliſæi tendere monet. Vbi præ foribus ſtante il-
lo, Heliſæus per puerũ iuſsit, vt ſepties in Iordane ſe la-
uaret. Sed ipſe ſuperciliose nunciũ omnino deſpiceret;
niſi ſociorum ſuorũ ſermonibus, vt hanc facilē rem fa-
ceret ſuaſus foret: quibus acquieſcēs, ſepties vt Heliſæus
præceperat, in Iordane lauatur, eiuſq; cutis tota mollis
& tenera quaſi pueri ſanata redditur. Vnde pro ſalutis
beneficio viro dei munera offerre tentabat. Quæ ille re-
C cuſans, quod gratis acceperat, gratis impertiri malebat.
Ex hac re manifeſtiſsime declaratur quod prędixi, quòd
in ſermone imperantis dei, ſecundum imperiũ prophe-
tæ, nõ in re aliqua virtutis ſacramentũ cõtinetur: Quo-
niam ſi ſine imperio prophetæ, immo dei per prophetã,
Naaman in Iordane ſe lauaret, ſuæ lepræ purgationem
nullo modo tam cito reciperet. Cogitans ergo apud ſe
Giezi miniſter viri dei, quòd quaſi ſine cauſa Naaman
dominus ſuus Heliſęus pepercerat, duobus aſſumptis ſe-
cum pueris, feſtinãtius poſt eũ exire, ac ſi à domino ſuo
miſſus properat. Acceptamq; ab eo cõpoſito mendacio
pecuniã, in equis ex parte reportabat, quã Heliſęus acci-
Giezi fallacia & lepra. pere totam, & nequaquã habere voluerat. Deinde vero
interrogatus Giezi à domino ſuo quò iſſet, nõ quoquã
ſe iſſe falſo ſimulauit. Sed occultum mendaciũ euidenti
iudicio propheta cõuincēs, Nònne, inquit, ſpiritus meus
tibi præſens erat, quando homo in occurſum tui de ſuo
curru deſcendit? Dum igitur infelix te cupiditatis co-
gitatio vt hoc ageres & diceres fefellit, lepra Naamã cũ
ſua pecunia tibi & ſemini tuo vſque in ſeculũ adhære-
bit. Ecce eadem poteſtate Heliſæus propheta lepram
Naaman corpori depoſuerat, qua Giezi eandem adhæ-
rere carni & domui imperabat. Vnde peruidēdum eſt D
iſtas omnes virtutes nõ rerũ temporaliũ effectibus†, ſed *† rerum ipſarum effectibus.*
imperantis præcepto peragi, quanuis cõtra naturã nihil
in illarum vel harum effectione certũ eſt perfici. In qua-
rum tamen perfectione ipſa dei imperãtis voluntas, ſeu
per ſe, ſeu per angelos, ſeu per homines illas requirit,
quas futurorum figuris aperte per omnia cõuenire præ-
nouit. Quodam quoque tempore filiis prophetarum *De ferri ſupernatatione. C. XXV. 4. Reg. 6.*
coram Heliſæo faciētibus ſibi locum, manu vnius ex il-
lis ſecuris ferrum manubrio lapſum excidens, in Iorda-
nis fluuiũ cecidit. Qui amiſſo ferramēto quod mutuatũ
acceperat omnino† grauiter doluit. Vnde Heliſæus viri *† animo.*
clamore motus, affectu dolētis locum vbi ferrum ceci-
derat demerſum, requirebat. Quo aduocato, & à ſe illuc
ligno immiſſo, ferrũ de profundo ad ſuperiora aquæ na
tãs reuocat, Grauem vero ferri naturã tenuis aquæ ſub-
ſtantia ferre non valet. Sed tamen qui poſtmodum ſub
Petri pedibus maris ſolidauerat naturam, ante illam de
profundo ferrum leuare iubet. Aquæ enim natura quã-
uis terra fragilior, tamē aëre ſolidior videtur. Hoc enim
à terra minus habere virtutis oſtēditur, quòd ab ea me-
talla & lapides minus ſufferuntur. Apte vero† illud plus *† Ab aere vero.*
retinet, quòd hominũ & cæterorum animalium corpo-
ra & ligna ſupernatantia ſufferre valet. Vnde etſi metal- E
lum ad integrum aqua nõ ſupportat, ex parte cum por-
tãtibus tolerat: quoniam lapidē, vt ſæpe probatur, quem
vix duo viri in aëre poſſunt leuare, in aqua cũ de fune
pependerit, vnus homo poterit retinere. Vnde apparet
aquam etſi nõ per totum, ex parte tamen ſufferre poſſe,
& quod ex parte res habet, deũ per totum poſſe: & quod
ex parte res habet, deum per totũ vt ſequatur naturali-
ter imperare. Propter quod aquæ natura natans ferrum
ſufferre poterat, quia deus quod ex parte per ſemetipſam
creatura conſueſcit, vt ad integrum faceret, imperabat.
Belli quoque tempore regi Iſraël in multis locis rex *Victoria per Heliſæum. Ca. XXVI. 4. Reg. 6.*
Syriæ inſidias cõponebat, quas Heliſæus propheta regi
Iſraël ſemper vt ſe caute in his ageret, manifeſtabat. Sed
dum hoc rex Syrię per Heliſęum fieri pro certo digno-
ſceret, ad totam ciuitatē Heliſæi miſit copioſum curri-
bus & equis inſtructum exercitum. Quod cũ viri dei mi
niſter nocte ſurgens videret, territus & pauore confuſus
ad Heliſęum venit. Quem confortans Propheta, plures,
inquit, auxiliatores noſtri quàm hoſtes. Et ne vltra mo-
dum pueri mens perterrita fieret, videntis inimicorum F
multitudinem copioſam: ei angelorum igneis curribus
& equis inſtructas per totum mõtem in eius circumitu
aſtantes phalãgas fecit eſſe viſibiles. Vnde ad hoſtes di-
grediens hoc à domino impetrabat, vt illam gentem ſi-
cut antea in forib᷑ Loth cęcitate percuteret. Hoſtes igi- *Gene. 19.*
tur obcæcatos demonſtraturum ſe virũ quem quærerēt
promittens, in Samariã vrbem perduxit, eorumq; ocu-
los aperuit ibi: Quos rex Iſraël videns, ab Heliſæo quæ-
ſiuit, vtrum occideret eos an non. Cui vir dei, nõ vt in-
terficeret imperauit, ſed verſa vice inimicos cibis refi-
ceret, & abirent. Nõ ita igitur vt lucem dei non videret
hic populus cęcitate percutitur, ſed præſentis Heliſæi &
locorum per quos ambulabant agnitio ab illorum ocu-
lis occultatur. Si etenim cæcata diei lucem non conſpi-
ceret, nequaquã tanta multitudo ſolũ Heliſæum ſequi
ducentē in Samariam potuiſſet. Ipſa igitur cæcitate per-
cuſſi ſunt, dum quem viderunt nullo modo intellexe-
runt. Vnde ſimili modo vir dei ſuo miniſtro, nõ ad vi-
dendam lucem diei per quam hoſtes viderat oculos a-
peruit, ſed in angelorum cõſideratione quos ante non
videbat, eius intuitum direxit. Hoc etiã bello Benadab
rex

G rex Syriæ in terram Iſraël cum infinita multitudine ve-
Fames in niens,Samariã multis modis†obſedit, & ad tantam an-
obſidione. guſtiam incluſos,vt matres filios ſuos comederent, ob-
†diebus. ſidionis neceſsitate coërcuit. Vnde rex Iſraël tã obſcœ-
na infamia permotus,ad domum Heliſęi furore plenus
venit,& vt preſentem anguſtiam valentẽ abſoluere,de-
4.Reg.7. collare deſtinauit. Quapropter ipſe Propheta velut de
animæ periculo curans,fixo ſermone reſpõdit,Cras ea-
dem hora hac, ſtatere modius ſimilæ, & hordei modij
mercabũtur in huius introitu vrbis vno ſtatere. At vnus
ex duobus ducibus regis infida mẽte garriẽs. Si, inquit,
cataractas dominus in cœlum faceret, verũ quod dicis
eſſe valebit? Cui Heliſæus ait, Tu hæc oculis tuis vide-
bis,ſed cauſa huius infidelitatis ex his comedere nõ po-
teris. Sequenti dehinc nocte, ſonitum aërei fragoris in
Syrorũ caſtris dominus audiri fecerat, qui cunctas ini-
micorum cateruas pariter verſas in fugam diuertebat.
Quo explorato, cateruatim populus per portã ciuitatis
prorumpens,infidelem illum ducem ſuffocauit. Qui vi-
dens iſta,iuxta Heliſæi verbum, eis veſci nõ potuit. His
omnibus virtutibus quas propter mirabilium diuinæ
ſcripturæ originẽ ſeruandam perſtrinximus, aut in pri-
H mo libro ſimilia quædã annotauimus, aut etiam tertio,
quo de Euãgelio & nouo teſtamẽto diſſerem*,ſi domi-
nus vitam & adiutorium dederit, quædam explananda
4.Reg.13. reſeruamus.Interea poſt mortẽ Heliſæi famuli dei, cum
quadam die familiares eius mortuum quendã portan-
tes, latrunculos videntes pertimuiſſent, in ſepulchrum
Heliſæi quod prope erat, mortui cadauer proiecerunt.
4.Reg.2. Quod dum tangeret oſſa Heliſæi, reuixit & ambulauit.
Vnde quidam præſcriptũ ſermonem in hoc ſigno im-
pletũ fuiſſe dicunt,hoc eſt, Spiritus qui in te eſt,fiat du-
plex in me:quod neceſſario impleri debuit.Helias ergo
in vita ſua priuſquam reciperetur mortuum reſuſcitaſſe
4.Reg.17. vnũ ſcribitur, quod ſimiliter & Heliſæus feciſſe iã cer-
4.Reg.4. nitur. Sed & alium,id eſt iſtũ poſt mortem ſuam,videli-
4.Reg.13. cet in ſepulchro reuiuificaſſe videtur. Sed etiã hoc du-
plex gratia facto eſſe nõ apparet. Quippe quod enim He
lias ſemel fecerat, bis ac ter ſi neceſſe eſſet iterare poſſet.
Sed potius hoc duplicem gratiam Helię eſſe in Heliſęo
pronunciat,quòd Heliſęus imperãdo[præcipiebar],quę
Helias orando & poſtulando impetrabat. Siue vt cęteri
I dicunt,quòd Heliſęus cum magno honore & ſeculi di-
gnitate,virtutũ & prophetiæ donum habuit, quod He-
lias profugus & perſequutus in mõtibus & ſpelũcis de-
Iſraelitarũ gens, & eiectus ab hominibus retinebat. Per lõgum
calamitas. deinde tẽpus populus Iſraël cum dei legẽ & propheta-
Ca.XXVII. rum dicta tranſgrediens,idola colendo dominũ ipſum
cõtemneret,qui patres ſuos de terra Aegypti duxerat,in
manus gẽtium traditus,poſt plurimas populi ſtrages, &
vrbium obſeſſarum euerſiones, decẽ tribus quæ in par-
tibus Samarię fuerunt,à facie ſua penitus proiiciebat:&
reges Aſſyriorũ, Salmanaſar ſcilicet & Teglatphalaſar,
quibus eos captiuandos & tranſlatos tradiderat, Sama-
ritas pro eis cuſtodes videlicet ex multis gentibus & vr-
4. Reg 17. bibus,ne eſſet inculta terra,congregabant. Quos leones
iubente domino,quòd eum nõ metuiſſent, dilacerabãt.
Vnde ad regẽ Teglatphalaſar cito per nuncios ſermo
deuenerat,quòd gentes quas ſtatuerat in terra iſta,†cul-
†al. Iſrael. tum dei terræ ignorantes,leones lacerabãt. Quapropter
rex vnum de ſacerdotibus Leuiticæ ſtirpis [mittẽs,]illas
gentes deum colere fecit. Quo accepto quamuis gentili
ſuperſtitione minus relicta, [leonũ] plaga ceſſauit. Tri-
bum autem Iuda & ciuitatem Hieruſalem quam elegit
dominus, & omnes qui ad eos pertinebant adhuc deus
tunc reſeruauit. Cuius regnũ ipſo tempore Ezechias rex K
iuſtus[deumq; timens]gubernauit. Sed Sennacherib rex *Sennache-*
Aſſyriorum, vidẽs quòd patres ſui Samariæ regnum & *rib.*
imperium Iſraël deſtruxiſſent,& ipſe ad terrã Iuda,duce
Rapſace,quem Hebræi Eſaiæ Prophetę filium dicunt &
profugum Iudæum ad Aſſyrios cõmigraſſe, exercitum
cõuocat,& Hieruſalem vrbem expugnare iubet. Sed in *4.Reg.19.*
ipſo conamine deus populi defenſor & ſuperborum hu
miliator, de cœleſti exercitu militem, angelũ videlicet
ad Aſſyriorum caſtra miſit, qui opere vnius noctis cen-
tum octogintaquinque milia ab exercitu Sennacherib
interfecit. Qui ſic fugatus de terra Iuda, cum paucis ad
Niniuem vrbẽ ſuam fugiẽs vix euaſit. Vbi in idolorum
phano repertus, ab vno filiorum ſuorum quos ipſe ge-
nuit,interfectus eſt.† Paruo tempore interiecto,Eze- *†vulnere*
chias rex Iuda,ne de tanta victoria eſſet eleuatus,& for- *corruit.*
ſitan etiam gratiarũ actione exiguus, in grauiſsimi lan- *Infirmitas*
guoris morbum incidit, Ad quem in ipſo languore vi- *Ezechiæ.*
ſitandũ Eſaias Propheta veniens dixit, Diſpone domui *C.XXVIII.*
tuæ,quia nõ viues vltra, ſed morte morieris. Quo triſti *4. Reg.20.*
admodũ nuncio protinus rex ipſe permotus, ad parie-
tem faciẽ ſuam cõuertit, lachrymabilemq; pro vita ſua
in conſpectu clementiſsimi & miſericordiſsimi domi- L
ni precem fudit. Nõ quòd de ſuo, vtpote perfectus, me-
rito in cõſpectu conditoris ſui incertus fuit, ſed quia in
Chriſti venturi generatione ſui generis proſapiam in
throno Dauid lucernam non dereliquit. Sed cum ſup-
plicãtis fletibus regis,& famuli ſui pius dominus ad mi
ſericordiã eſſet flexus, rurſus Eſaias Propheta puro agi-
tatus lumine†mittitur, vix mediũ atrij digreſſus, qui ſa- *†numine.*
nitatem & regnum & pacem vndique regi ipſi & ciui-
tati fore denũciat,& quindecim annos vitæ ſuæ ab ipſo
[die]dei ſermone addi confirmat. Sed dum Eſaias duas
prophetias ſibimetinuicem cõtrarias eadem hora pro-
tuliſſet, neceſſe erat vt alteram quæ facienda eſſet, ſigni
oſtenſione firmaret. Vnde vt rex quod dicebatur indu- *Sol retroce-*
bitanter crederet,ſolis in ortũ ab occaſu per decem ho- *dit.*
ras curſum recidiuo deus tramite retorquet, quatenus
inde veluti mane iterum feſtinare inciperet, qui diei to
tius,exceptis duabus horis,ſpacium conſummaſſet. Per
quas duas horas,vt multi ęſtimãt,cœli†curſu de occaſu *†celeri.*
in ortũ reuertitur,vt dies integra rurſũ ſine interueniẽ-
te nocte in ortu innouaretur,vt ſcilicet dies duos etiam M
in hac vice in[vna]luce concluderet. Quo modo & ſub *Ioſue.10.*
Ieſu filio Nun,in illo prædicto bello moram feciſſet,in-
dubitanter & hac vice luna reuerti minime dubitatur,
quatenus ne quicquã vt prædiximus in cyclorum cur-
ſibus conturbaretur. Propter quod & maris ipſa viciſsi-
tudo impedita fuiſſe non denegatur, vt de cætero con-
uenienter qualiter quotidie fieri ſolet,cum lunæ curſibus
comitaretur naturam. Vnde in hac reuerſione cõuenit
ſolem nõ mutaſſe, ſed ſuo cõditori in omnibus natura-
liter[præcepto]obedire. Sicut enim lucere & calere na-
turæ ſuæ inſitũ ſol poſsidet:ita quicquid præciperet do-
minicę iuſsioni ſeu currere ſeu ſtare ſeu recurrere natu-
raliter habet. Conuenienter autem tale ſignum regi in
mortis expectatione poſito aptiſsimũ euenit, quòd do-
minus per ſolem fieri taliter, per ſolem cõgrua diſpen-
ſatione diſpoſuit,quoniã ſicut ſol in procinctu occaſus
ſui poſitus in diei initiũ reducitur, ſic rex in mortis ex-
pectatione conſtitutus, quaſi ad incipientis vitæ gaudia
reuocatur. Tantum quoque temporis,id eſt quindecim
annos eius vitæ ſe dominus dixit addere, quatenus na-
ſciturus tunc filius conſumpto illo tẽpore, regnum[de-
functi]patris valeret gubernare. Cæterũ illã quam non
exiguam

A exiguam quæſtionem de iſto, vtrum ſuæ vitæ finem húc
ſi non fleret fieri deus diſpoſuit, muliti doctores habue-
re, quando de Lazaro illo quatriduano mortuo aliquid
dicemus, ſi dominus permiſerit, ex ipſa Euangelij au-
thoritate cupimus intimaré. Eadem quippe de iſto ex
† ex mortis ianua. mortuis iam † reuocato ſententia, quæ de reſuſcitatis ex
mortis ipſius ſomno iterum quandoque abeuntibus eſt
Captiuitas Babylonica. proferenda. Hoc quoque defuncto, cum reges Iuda
& reliquus populus multiplicarent ſcelera, & per Pro-
phetas traditurum ſe Chaldęis Hieruſalem cum regibus
Ca. XXIX. & populis ad deſtruendum dominus prædiceret, quod
poſtea ipſius euentus, dum dicta Prophetarum tota pa-
4. Reg. 23. riter plebs cótempſerat, comprobabat. Nam cum Pha-
† Aſſyrios. rao rex Aegypti contra Darium † & Chaldæos pugna-
turus venerat, Ioſias rex Iuda ſatis iuſtus, in campo Ma-
geddo illi cum exercitu obuiauit. In quo conflictu dum
Ioſias victus & vulneratus occiditur, Ioachaz filius eius
à populo terræ Iuda pro ipſo ordinatur. Nechao vero
Aſſyriorum & Chaldæorum deuicto exercitu, velut ad
tuendum regnum quod ceperat, conſtitutis in Carcha-
mis oppido ducibus, cũ exercitu copioſo poſt tres men-
B ſes ex quo Ioſias occiſus eſt, Hieruſalem reuertitur. Vn-
de inconſulto ordinatus rex Ioachaz Ioſiæ filius inuen-
tus, Ioachim fratre ſuo in loco eius conſtituto, catenis
vinctus in Aegyptũ ſecum trahebatur. Sed mortuo Ne-
chaone & ducibus qui in Carchamis relicti fuerant bel-
lo victis, tertio anno Ioachim regis Iuda, qui illuc vſque
Nechaoni adhæſerat, Nabuchodonoſor rex Babylonis
per exercitum Hieruſalem velut Aegypti coloniam ob-
ſidebat. Cui ſe Ioachim ſponte tradens, datis obſidibus
Daniele videlicet, Anania, Azaria, Miſaële, & parte va-
ſorum templi domini, adhuc in regno ſuo relinquitur,
donec grauiſsimæ ſeruitutis onere depreſſus, ad Aegyp-
tiorum regem iterum diuertens, miſſo rurſum [de Baby
lone] exercitu comprehenſus & tractus, priuſquam ad
vrbem veniret in campo Babylonis vndecimo anno re
gni ſui interficitur. Et interim dum hæc aguntur, in eius
locum Ioachim qui dicitur & Iechonias, filius eius, pro
patre ſuo à populo in Hieruſalem [iterum] rex cõſtitui-
tur. Cuius regni tertio menſe, Chaldæorum reuerſo ex-
ercitu, & ciuitatem Hieruſalem obſidente, monẽte Hie-
remia propheta, ne ciuitas combureretur, rex Ioachim
cũ Noeſcha matre eius, & cunctis populi tribubus, mili-
tibus & fabris, & incluſoribus, Chaldæorũ populo ſe tra
C didit, qui illũ cum omni terra, ſcilicet generatione ſua,
in terram Chaldæorum, id eſt in Babylonem deduxit.
Poſt quem [conſtitutus] à Chaldæis Sedechias patruus
ſuus filius Ioſię regis Iuda, regnum Hieruſalem obtinuit.
Qui & ipſe nono regni ſui anno, deficiens à Chaldæis,
ad Aegypti regem venit: Nabuchodonoſori occaſionẽ
dedit, vt ipſo ſedente in Reblatha in terra Emath, quæ
nũc eſt Antiochia, per exercitum ſuũ obſideret & expu-
gnaret. Et cum ipſum regem vndecimo anno regni ſui
cepiſſet, incenſo tẽplo & tota vrbe, plurimis occiſis, &
reliquis captiuis, eundem filiis, pariter & oculis orba-
De Daniele ſomnia interpretante. tum, ſecum in Babylonem perduxit. Quo tempore
Daniel quem in primordio captiuitatis vnum de obſi-
dum numero poſuimus, in Babylone ex Iudæorum ſtir
Cap. XXX. pe, illuſtri fama clarebat. Quoniam cum eſſet ſpiritu dei
plenus, & prophetiæ munere condonatus, quæ homini-
bus [cęteris] fiebant incognita, ipſi deus demonſtrabat.
Vnde accidit vt Nabuchodonoſor rex ſomnium vide-
ret, euigilantiq; etiam ex parte aliqua ſomnij memoria
† memoria nulla. in illo † remaneret, Deus Danieli, non ſolum ſomnium
ipſum, ſed etiam ſomnij ipſam occaſionem, quæ eſſet

antequam rex dormiret, indicauerat. Hoc vero factum D
eſt, vt regi Daniel ſummi creatoris noticiam inſinua-
ret, & plebs in ſeruitute & captiuitate poſita, aliquod *Daniel. 3.*
quamuis paruum auxilium & ſolatium haberet. Sed *De trib' pueris in ignẽ proiectis & liberatis.*
rex ille ita in dei obliuionem animo euectus† incidit, vt
ſtatuam auream altitudinis nimiæ in cãpo Duran pro-
uinciæ Babylonis erigens, proprio nomine conſecrari
diuino cultu præceperit. In cuius ſtatuæ dedicationem *Ca. XXXI.*
omnes vndique prouinciarum populorúmque prępoſi- *† effectus.*
ti conuocati communi decreto, ipſam imaginem, vel-
lent nollent coacti ſunt adorare, propoſita recuſanti-
bus præſente pœna, quòd non parua fornacis flamma
vrendum quiſq; agere nolens ſemetipſum præſciret. Vn
de accidit, vt præpoſiti Babylonicæ regionis tres viri, † *† numero.*
Sidrach, Miſac, Abdenago, ex Iudæorum ſtirpe pro-
geniti, de quibus in initio captiuitatis pariter cum Da-
niele Babylonem deductis, diximus, à Chaldæis accu-
ſati ſunt coram rege, quòd nec deos patronos ipſius re-
gis, nec illam tunc conſecratam nuper voluiſſent ima-
ginem adorare. Quos ne accuſatio alicuius odij cauſa,
& non iuſta querela poſſet prouenire, ipſe rex ad ſe vo-
cari iuſsit, & vtrum deos ſuos & ſtatuam auream ado- E
rare vellent, † interrogauit, Augénſque interrogata, Suf- *† al. & verũ ve alterum ſamnibus aure traxerat, ita certare haberetur.*
ficiat, inquit, de præterito narratum, nunc in mei præ-
ſentia iuſſa complete, & auream quam erexi ſtatuam
adorate. Si vero quod iubetur, exequi non vultis, ope-
re neceſſario camini ignis ardores experiendos ſubire
debetis. Sed illi vnanimi reſpondentes ſententia, Deos
quoſcunque tuos, non tantum non colimus, verume-
tiam aſtantem pręſentialiter ſtatuam nuper ædificatam,
inquiunt, nequaquam adoramus. Solum enim vniuer-
ſitatis authorem cœleſtem tantummodo libenti volun-
tate & cõmuni priuatóque ſtudio veneramur. Cuius po
tentia quicunque ſibi puram, nullo prauo opere læſam
conſeruat fidem, à qualicunque anguſti protegit. Ideo-
que ô rex, nec præſentis camini flammas pertimeſci-
mus, nec in vllo aliquo poteſtatis minas & ſupplicia
formidamus, quoniam potentiſsimus rerum conditor
& gubernator, ſeruos ſuos de ignis ardore, & qualicun-
que quam manus tua intulerit plaga, per omnia poteſt
liberare. Vnde [rex] incredibiliter ira ſuccenſus, & for-
nacem plus ſolito ſuccendi præceperat, & hos per for-
tiſsimos de ſuo agmine viros, cum veſtimentis & orna-
mentis in igenem proiici, feroci ſententia iubebat. Sed F
ipſi in fornacem proiecti, cum in flammarum medio
ceciderant, nullo modo ignis ardorẽ ſibi in aliquo ad-
uerſantem ſentiebant. Nanque dei angelus, cum in for-
nacem miſsis eadem hora pariter in ignem condeſcen
dit, qui foras ignis ardores [& flammas] de fornace ex-
cuſsit, & intus manentes velut placido rore ſuperfuſos,
ſine vlla moleſtia incolumes conſeruauit: atq; in circui-
tu fornacis inimicos quoſcunque Chaldæos proditio-
nis † & interfectionis eorum reos reperit, ignis ille con- *† perditionis.*
ſumpſit. Vnde rex Nabuchodonoſor caminũ introſpi-
ciẽs, ait, Ecce ego quatuor video viros expeditos in me-
dio flammæ, ſed quartus cæteris excellit eminentia for
mæ, Illóſque tres quos in ignem miſerat, de fornace ſta-
tim per propria nomina vocat. Quibus nihil aduerſi de
fornacis conſortio accidiſſe, cuncti videntes populi cõ-
ſiderabant: ita vt non ſolũ corpora ardoris vulnera, ſed
& penè vlla veſtigia non pertulerãt: ſed etiã ſana veſtis
aut capillus, nullum aduſtionis aut ignis ardorem ſaltẽ
habebat. In hoc mirabili facto, naturæ tutor, † qualiter *† ſeruator.*
ignis leuiter fornace incluſos fouit, inquirit, cum [in-
terim eodem igne] viri circunſtantes euſdẽ ſubſtantię,

G eadem hora cóburuntur. Vnde ergo leuitatem hanc in
vna ſui parte tunc igois habuit, cum ex altera inimicos
regnorum dei ferox illius ardor interfecit? Ignis igitur
ſubſtãtia vel natura in nulla niſi aqua vel alicuius liquo-
ris ſubſtantia poteſt viuere, cum ipſe incorporeæ intelli
gitur eſſe naturę, Ex quo accidit, vt dum in lignis ardẽs,
totum quod in eis ad humorẽ pertinet conſumit, in ari
†cinere. do curreret† qui rurſum terrę fuerat redditus, liquoris pe
nuria ignem extinguit: eandẽ quoque liquoris naturam
ardoris voracitas conſumeodo noo totum deuorat, ſed
dum in ſuperiora vbi illius naturæ eſt copia, pergere ni-
titur, rurſuoi ſe in aëra eleuat. Vnde familiaris vapor il-
le, cum ad aëris excelſa ſuſtollitur, oebuloſa facie con-
cretus, terris iterum vnde ierat, per pluuias miniſtratur.
Quod ſæpe vaſtatarum aduſtionibus prouinciarum cõ-
probatur, & incẽſorum montium crebro vaporibus ro-
reas copias deducentibus declaratur. Tãdiu igitur ignis
in quacunque terrena materia perſeuerat, quoadúſque li
quorem omoẽ qui in ea eſt vel ipſe conſumat, vel quod
ex ſuo paſtu ſupereſt, ſurſum io aëra mittat. Si vero exi-
guus ignis ſatis humidam materiam inuenerit, ipſe ve-
lut infirotior validiore victus, humoris abundantiæ ce-
H dit. Pręterea quoque cum lymphatica, vt ſupra dixi, ſub-
ſtantia paſcitur, ipſius natura nequaquam in aliquo tuta
niſi per aërem cõſeruatur. Etenim ſi in oleo vel in quo-
cunque fomento incendatur, ſi circũfuſus per aërem to-
tum non contigerit, iam iamque extinguitur. Quandiu
ergo io aliqua terrena materia arſerit, ipſius vita in aëre
& humore conſiſtit. Vnde potens gubernator, ignis na
turam inter inimicos & ſeruos ſuos diuidere voluit, ar-
dorem inimicis, flabilem & humidam aquę & aëris ſub-
ſtantiam famulis ſuis conuertit: vt & illi per comburen-
tem naturam [accenſi] arderent, & hi io flabili & lym-
phatico vapore nihil aduerſitatis perpeti ſentirẽt. Qua-
Danie. 3. propter ita ſcriptura dicit, Angelus domini deſcẽdit cũ
Azaria & ſociis eius in caminum, & excuſsit flammam
ignis de camino, & fecit medium fornacis quaſi vẽtum
roris flantem. Ex aëre eoim ſpiritum, & ex aqua in ipſo
igne inueoit rorem. [Ecce hanc diuiſionem] ſicut & cæ
tera mirabilia per angelum effecit, qui pariter cum ſeruis
De Daniele dei, vt ſupra dixi, in ignem deſcendit. Daniel quoque
in lacũ miſ [veri] dei cultor, de quo in captiuitatis principio dixi-
ſo leonum. mus, cum de tribus principib⁹ regni Perſarũ & Medo-
C.XXXII. rum vnus fuiſſet cõſtitutus, regi Dario Aſtyagis filio do
Danie. 6. mino præſtante, præ omnibus factus fuerat charus. Sed
I quoniam dilectionẽ honor ſequitur, & honor maxim⁹
inuidiam ſuſcitat, ipſi cæteri Medorum & Perſarũ prin-
cipes grauiter inuidebant. Et idcirco nõ valentes niſi in
lege dei ſui occaſionem illi aliquã vnde eum morti tra-
derent inuenire, legem ex regis edicto talem fallaciam
neſciẽtis, Perſarum & Medorum authoritate firmatam
ſtatuere, quatenus ne quiſquam petitionem quãcunque
à quoquã deo vel homine per triginta dies poſtulaſſet,
niſi à rege. Cui decreto ſi quis iam inueniretur eſſe con-
trarius, illum abſque vlla miſericordia aut clemẽtia, de-
uorandum leonum reciperet lacus. Quo cõfirmato edi-
cto, dum diligentiſsima cura non deuoerent obſeruare
Danielem, in domo ſua ter io omni die more cõſueto,
vero deo ſuo deprehendebãt genua flectere. Vnde gra-
uiter ab his accuſatum, de manibus eorum eruere voluit
rex. Sed hoc lex cõſtituta Medorum atque Perſarum nõ
permiſit. Quapropter mœſto animo dolente rege deuo
randus Daniel in lacum leooibus decernitur, Sed à dei
angelo ne in lacu inſons periret, ora leonũ clauduntur.
Vnde rex tranſacta inſomni nocte, mane lachrymabilis

ad lacum veoit, vbi incolumem cubantem inter leones, K
ſecura mente Danielẽ reperit. Imperante ergo rege, iam
iamq; Daniel de lacu leonum abſtrahitur, quo prodito-
res illius protinus deuorandi pro eo mittuntur. Et quos
inedia Danielis eſurientes fecerat, reorum ſanguinis il-
lius criminoſa corpora leooes recipiebãt. In hoc etiam
tam inſigni facto, non natura in leotibus mutatur, ſed
inſita à conditionis initio, ſua parte per angelum à deo
gubernatur, Blandiciem enim & lenitatem, quas catulis
ſuis leones oſteodunt, in Danielem exercebant: & ſæui-
ciam & ferocitatem quam in prædam faciuot, io deuo-
ratis peccatoribus reddebant. Vnde certum eſt quòd nõ
contra naturæ ſuæ terminos vllam creaturam dominus
aliquid facere, ſed naturarum partes qualitercunque ne-
ceſſe habetur, aut in defenſionem in ſolatium eorũ quos
protegit, aut in detrimentum eorum quos premit, guber
nare diſponit. De lacu vero iterum & Abacuk tranſla-
to in Belis & draconis fabula, idcirco in hoc ordine nõ Danie. 13.
ponitur, quod in authoritate diuinæ ſcripturæ non ha-
bentur. Interea captiuitatis tempore completo, quod De Eſdra
dominus per prophetas implendum eſſe prædixerat, re- legem inno
uerſionem populi ſui & captiuitatis ſolutionem, per Cy uante Cap.
ri regis clementiam præparabat. Quo tempore Eſdras XXXIII.
dei ſacerdos combuſtam à Chaldæis in archiuis templi L
reſtituit legem. Nempe qui eodem ſpiritu qui in ſcriptu- † quo ante
ra fuerat, † plenus fuit. Sanctæ ſcripturæ veteris teſta- ſcripta fue-
menti, legis ſcilicet & prophetarum mirabilium ordi- rat.
nem in duob⁹ his libellis hiſtorica expoſitione ſumma- De bellis pr-
tim poſui. Quibus ſi quid alicuius forte melioris ingenij cipuis quæ
ſagax inueſtigatio addiderit, adhuc non me recuſo di- domini au
ſcipulum fieri. Præcipua vero bella tantum auxilio do- xilio pera-
mini peracta [quæ textui diuinæ ſcripturæ inſerta ſunt] cta ſunt.
in his idcirco omiuimus, quoniam & ſi propter de cœlo Cap. XXX
auxilium admiratione digna ſunt, & figurali ratione cõ IIII.
tineant multa myſteria, tamen io rerum geſtarum intel
lectibus nihil relinquũt incerti. Scimus quòd Amalech Exod. 17.
orante Moyſe, Ieſus filius Nun ſuperabat, & Seon regem
Amorrhęorum, & Og regem Baſan, procerę altitudinis
viros populus Iſraël interficiebat. Balach filium Sephor
regem Madian, cũ Balaam illo præcipuo aſtrologo, Phi Nume. 22.
nees filius Eleazar cum exercitu occidit. Et Ieſus Bennõ Ioſue. 12.
vnum & trigiota reges Chananitides, multis conflicti-
bus proſtrauit. Gedeon filius Ioas in trecentis viris ionu
mera Madianitarum milia per tubas & lucernas occi- Iudic. 7.
dit. Iepte Galaadites populum de gentium poteſtate bel Iudic. 11.
li iure ſuperauit. † Sampſon ille fortiſsimus Hebræorũ, Iudic. 14.
leonem ſibi occurrentem nihil habenti in maoibus, cõ- M
fregit. De cuius poſtea ore & capite fauum mellis acce- † liberauit.
pit & comedit, trecentáſque vulpes capiens igoèque ſuc Iudic. 15.
cenſas in Philiſtinorum ſegetes dimiſit. De quibus ille
mille viros in ſpecu † vno aſini mandibula ſolus inter- † viros im-
fecit & mortificauit: & vndique ſedentibus circa ciuita- petu.
tem in qua dormitauerat Philiſtæis, ambas portæ fores Iudic. 16.
cum oſtiis & ſuperliminaribus & ferreis vectibus com-
prehendens, in vertice montis qui reſpicit Berſabee de-
reliquit. Tribum quoque Beniamin propter cõmiſſum Iudic. 19.
piaculom totam, exceptis ſexcentis viris, omnes filij Iſ- & 20.
raël populus poſt tria bella deleuit. Iooathas filius Saül 1. Reg. 14.
& armiger ſuus ſtationem Philiſtinorum percuſsit. Da- 1. Reg. 17.
uid filius Ieſſe adhuc puer & paſtor ouium, vrſi & leo-
nis ioterfecti prędam de ore eripuit, Goliad Philiſtæum
de fundibula [lapide] proſtrauit, Qui poſtea patientiæ 1. Reg. 24.
virtute Saül bis deprehenſo inimico ſuo pepercit, Et rex & 26.
poſtmodum factus, tribus grauiſsimis prælis proſtra- 2. Reg. 8.
ta Philiſtinorum agmina, tributaria fecit. Dauid ſolus 2. Reg. 23.
octingentos

A oƈtingentos interfecit impetu vno. Abiſai filius Saruiæ
2.Reg.23. leuauit haſtam ſuam contra trecentos, & interfecit eos.
Tres robuſtiſsimi ruperunt agmina Philiſtinorũ, vt po
tum darẽt regi Dauid de ciſterna Bathleem, quæ in me-
dio hoſtium erat. Banaias filius Ioiadæ interfecit duos
leones in Moab, & leonem in ciſterna in diebus niuis.
Ipſe quoque virgam tenens manu, Aegyptium ſpectacu
lo dignum haſtam habẽtem occidit, Bellum quoque ro
buſtorum in Gabaan exercitui Dauid ceſsit in proſpe-
rum, Præter hæc maxima regis Dauid aduerſus in cir-
2.Reg.18. cuitu regiones bella [proſpere] dei auxilio fauente, ſeu
per ſemetipſum ſeu per exercitum ſæpe peracta ſunt. Bel
lum vero ciuile in ſaltu Effraim in ipſo Iſraël: in teſtimo
nium Dauid reſtituit in regnum Samariæ regnũ. Con-
tra Syros & reges Damaſci, nunc huc, nũc illuc alterno
prouentu vergentia certamina multa fuerunt. Hæc om
nia propterea de cœlo auxilia mirabiliter geſta, prouene
runt. Sed illi operi noſtro conueniens additamentum
conferre non poſſunt, quoniam nihil in quotidianam
rerum adminiſtrationem inuitatum oſtẽdunt, dum per
hominum & ipſorum etiam angelorum diſpenſationes
B & fortitudines effecta ſunt. In Maccabæorum libris, etſi
†al. etſi ali- ad miraculum numero inferendum † conueniens fuiſſe
quid mira- huic ordini inueniatur, de hoc tamen nulla cura fatiga-
biliũ nume bimur: quia tantum agere propoſuimus, vt de diuini ca-
ro inferen- nonis mirabilibus exiguã, quanuis ingenioli noſtri mo
dum. dulum excedẽtem hiſtoricã expoſitionẽ ex parte aliqua
tãgeremus. Ideo & præſens libellus in hoc loco finẽ ſuũ
cõtingat, vt tertius de nouo teſtamẽto ab Euangelij ini-
tio [Ioanne] videlicet & domino primordium ſumat.

DE MIRABILIBVS SACRAE ſcripturæ, Liber tertius.

Natiuitas Ioannis. Cap. I. Lucæ. 1.
OCTAVIANI Auguſti Cæſaris
quadrageſimoprimo anno, Zacha
rias ſacerdos de vice Abia, cum in
ordine ſuo holocauſtum [in tem-
plo] offerebat, angelus Gabriel vnus
de illorum numero qui ſtant in cõ-
†celeri nun cio. ſpectu domini, cœli nũcius † ipſi re-
ſponſa deferebat: quibus ſubnectens, Vxor, inquit, tua
C hucuſque ſterilis Elizabet grandæua ſatis concipiet fi-
lium, quem Ioannem nomine, altiſsimi prophetam &
præcurſorem tibi pariet. Sed incredula mente ſacerdos,
parum his dictis [animo] fidem accõmodans, quo mo-
do reſpondit hoc fieri poterit, cum ego ſim ſatis ſenex,
& vxor mea iſto officio in iuuentute priuata, in diebus
†procidit. ſuis prouecta ætate proceſsit. † Attamen angelus in iſta
nequaquam excuſatione depulſus, non cauſa ó inuidiæ
vel ó perfidię illatum munus retraxit, ſed quò à domino
quod dicebatur, impleretur, conuenientiori ſuæ vindi-
ctæ ſubiectum mutum ſacerdotem dereliquit: donec na
ſcente poſtmodum puero, ligatæ linguę vinculum ſolu-
tum eſt, cui nomen filij ſcribere tẽtans, Ioannes dixit eſt
nomen eius. Conueniente autem diſpenſatione factum
eſt, vt Ioannes qui poſtea hominibus victu & veſtitu &
loco, exempla pœnitentiæ præberet, & pœnitẽtiam præ-
dicans, etiam conceptionis eius tempore pater pœniten
tiæ modum ſibi ab angelo impoſitum donec ille naſce-
retur, ſuſtineret. Alter quoque congrue hoc ſignum eue
nerat, vti dum [qui] regnum cœlorum [prędicaret] na-
ſciturus cõciperetur, antiquæ legis & prophetarum præ-
Math. 11. dicator ſacerdos ſilentio damnaretur: quoniam lex &
prophetæ vſque ad Ioannem fuerunt, ex eo autem re-

gnum dei euangelizatur. Qui conceptus adhuc in ma- D
tris vtero manens, priuſquã naſceretur, cum Mariæ ma-
tris domini introitum in domum vbi fuerat ſenſit, ſpi-
ritali famine per os matris de naſcituro ex ea Chriſto do
mino prophetauit. Dum enim Moyſi ſpiritus in ſeptua- Nume. 11.
gintaduos conſiliarios diſtribuitur, quid mirum ſi pueri
adhuc in vtero manentis ſpiritus per matrem loquere-
tur? Interea nuncius ad ſponſam Ioſeph Mariam vir- Natiuitas
ginem de ſtirpe Dauid talia dicta detulit, cui ſine viri co Chriſti.
gnitione parturire filium ſpiritus ſancti munere prædi- Cap. II.
xit. Hic inquiens natus quem omnium ſpondent oracu
la prophetarum, magnus erit † in conſpectu domini, & † eſt.
in æternum filius [ore cunctorum] credentium vocabi
tur altiſsimi. Huic enim præcepto munere patris ſui Da
uid ſedem dictauit, † & regni domus Iacob abſque fine †donauit.
imperium [ſine] ſuccedente hærede in ſempiternum te-
nebit. Quibus verbis auditis, orans virgo accommoda-
ta fide, ſine vllo incredulitatis aut inobedientię obiectu
conſenſit. Sed mentem Ioſeph, coniugis tumentem vte-
rum videntis, quam ipſe non † cognouerat, iſta res ſoli- †aliàs, non
citam reddidit. Quem quidem ne hac cogitatione fati- quam.
garetur, idem angelus de concepto puero & naſcituro, E
& accipienda virgine cõmonuit. Quòd † ergo poſtmo- † Quæ.
dum inſtante tempore filium quem ſine viri ſemine, &
carnalis oblectamento voluptatis concepit, ſine dam-
no ſuæ virginitatis reperit. † In qua re quanuis præter
cunctorum hominum conceptionis cõſuetudinem abſ-
que viri ſemine factum opus oſtenditur, non tamen ex-
tra naturam de muliebri vtero ſumpta ſubſtãtia carnis
naſcebatur. Ex natura naturaliter naturam ſuſcepit, qui
cooperante ſpiritu ſancto ex materna quanuis ſola car-
ne veram carnis ſubſtantiam humanæ, exceptis vicio-
rum paſsionibus integram contulit. Quam rem ne ſine
exemplo naturæ alicuius, velut nouam in dei creaturis,
dimittamus, multa animantia abſque parentum coitu
progigni comprobamus. Qualiter apes ſine patribus,
fotu materni corporis tantummodo creſcunt, & om-
nia illiuſmodi volatilia, fœtus ſuos totaliter concipiunt.
Sed & multæ aues abſque maribus oua gignere poſſunt.
Et tale conceptum in multis piſcium generibus oua gi-
gnere poſſunt, vt Philoſophi † aiunt: In ſola quoque car- †Phyſiologi
ne ſine patre vermis naſcitur, cui ſe dominus hac de cau
ſa ſimilem dicere per Prophetam nõ dedignatur. Quod F
ergo in multis rebus conſueto more dominus opera-
tur, quid naturæ contrarium dicendum eſt, ſi quando ip
ſe voluit, vt in virginali vtero ſpiritus ſancti diſpenſa-
tione filius ſine viri coitu naſceretur? Quo naſcente Paſtores.
in Bethleem ciuitate Dauid, paſtores cuſtodiæ gregum Cap. III.
deſtinati, ab angelis imbuuntur, quòd rex cœli in terra Lucæ. 2.
cum hominibus ex homine carnem naſcendi lege aſſu-
mere tunc dignaretur. Et deinde cum hoc nuncio con-
ueniens aduenientibus † paſtoribus carmen concinunt, †audien-
ad cœlum rurſum conſcendentes angeli redeunt. Et in tibus.
hoc conueniens ab angelis peractus ordo conſpicitur,
[vt prius paſtoribus] natus agnus, & gregibus paſtor nũ-
ciaretur. In his duobus pueris Ieſu & Ioanne, præcurſo-
re & domino, non ſine hiſtorica ratione natiuitatis or-
do intenditur, quòd de anu vnus, alter de virgine puel-
la generatur. Chriſti enim domini præcurſor per om-
nia Ioannes idcirco de vetula matre debuit naſci, (dum
ipſe veteris legis finis quaſi nouiſsimus filius fuit:) Chri-
ſtus vero de puella virgine corpus aſſumpſit. Ipſe eſt enim
noui teſtamenti principium filiorũmque qui ex noua le
ge naſcerentur, exordium extitit. Igitur quadrageſimo-
ſecundo anno Octauiani Auguſti Cæſaris, temporibus

G Herodis regis Iudæorum, ablata ex Iudæis omni domi-
nandi poteſtate, in oppido Iudææ Bethleem de Dauid
ſtirpe ex virgine Maria Ieſus Chriſtus dominus naſci-
tur. Quod competenter euenerat, vt cum regum & pon
tificum ex Iacob ſtirpe deſcendentiū ſucceſsio conſump
† *maneret.* ta fuerat, qui in æternum rex eſt † & pontifex tunc na-
Stella ma- ſceretur. Naſcente ergo illo puero, quem Iſraëlita-
gorum. rum & gentium prophetę vtriuſque populi Saluatorem
Cap. IIII. fore prædixerant, Magi de terra Euilath ducti ſtella, ad
Matth. 2. eum cum muneribus longo admodum itinere venerãt.
Qui oblatis muneribus & adorato per tempus puero re-
uerſi ſunt, non eadem tamen via qua venerunt, ſed per
aliam ad patriæ loca remeare moniti diuino famine cu-
rabant. De hac autem ſtella, quòd ab Hieruſalem pergē-
† *dux.* tibus Magis vſque ad Bethleem lux † itineris fuit, Euan-
gelij dicta exponūt. Cæterum vero qui de terra ſua vſq;
Hieruſalem hãc ducem ſui itineris habuiſſe Magos exi-
ſtimant, ex Euangelica authoritate firmare nō poſſunt:
quoniam Magi in terra ſua cum eſſent, excellentem ſy-
deribus ſtellam videntes, dei eſſe & regis, qui iuxta pro-
phetias, tam ipſorum quàm eccleſiaſticas ex Iſraël naſce
retur, ſeu ex propria eorum ſcientia, ſeu angelica admo-
H nitione intelligentes, ad terrã Iſraël venerunt, & ad Hie
roſolymam, vbi totius prouinciæ principatus fuerat ve-
nientes, de rege nato & pariter deo perquirūt. Vnde in
† *al. Vnde* veteribus † Iſraëlitarum oraculis vatum de eodem nato
inuentus. vbi naſcendi locū acciperet, monēte ſubdolo ſermone,
reges alacres pergunt. Egreſsiq; vrbem mox ducem iti-
neris ad Chriſtum ſtellam ſequentes deueniunt. De iſta
vero ſtella dubitatur, vtrum ſtella ſimplex, an angelus,
an ſpiritus ſanctus accipiatur. Et ſi catholico ſenſui nihil
repugnat, cum de ſingulis diſputatū fuerit, arbitris maio
ribus eligendi liberam voluntatē ingenioli noſtri men-
ſura concedet. Si enim ſimpliciter ſtellam accipiendam
eſſe quis maluerit, à cęteris ſtellis in hoc ducatu quo mo
do deuiauit? Quarum natura ab initio cōdita in firma-
mento cœli conſtituta fuiſſe dignoſcitur, ſicut libri Ge-
neſeos authoritate manifeſtatur. Si ergo in firmamen-
to cœli maneret inter Bethleem & Hieruſalem, dux fie-
I ri ambulantibus qualiter poſſet? Et ſi per aëra ſagittæ mo
re, quamuis paulo lentiore curſu propter ſequentes per-
uolaret, aſſuetum in firmamento locum & curſum in-
terim deſereret. Quod nec maioribus quidem lumina-
ribus accidiſſe ſcripturæ deſcribūt, cum in ſignis aut ſte-
terunt, aut reuerſa ſunt: niſi forte aëreus ille ignis qui ta-
le miniſterium accepit propter ſimilitudinem, ſicut in
multis diximus, ſtellæ vocabulum accepit. Aut ſi ange-
lus habitu ſtellæ hoc miniſterium fecit, quod non repu-
gnat, dum ſe angeli quãdo ſe hominibus oſtendunt, in
Exod. 3. multos transformant habitus. Quo modo & Moyſi in
Oreb de rubo angelus ignita facie loquebatur, & velut
Ioſue. 5. miles armatus Ioſue filio Nun, extra caſtra in Galgalis
4. Reg. 2. oſtenditur. Sicut currū & equos igneos aſcenſione He-
4. Reg. 6. liæ angeli funguntur. Et quando Heliſæus pueri ſui ocu
los aperuit, in eiſdem habitudinibus angeli manifeſtan
Gene. 18. tur. In forma hoſpitum Abrahæ & Loth conſpectibus ſe
Gene. 19. præbuerunt: & Manue & vxor eius prophetali habitu lo
Iudic. 13. quentem ad eos angelum viderunt. Nimirum & iſta vi
ce angelus dux Magorum efficitur, qui aſtrologis in ſtel
læ ſimilitudinem & clariſsimi ſyderis fulgorem tranſ-
formatur. Licet enim per imaginem rerum, quæ Ioan-
ni in Apocalypſi ſua per viſionem dicuntur, huic tamen
Apoca. 1. intellectui non contra facit, Stellæ ſeptem eccleſiarum
ſeptem angeli ſunt, Vnde quãuis in ſpiritu, dum tamen
ſtellæ angeli dicuntur, quid repugnat, ſi etiam in hoc lo-
co ſtella angelus dictus eſſe ſentiatur. Vel certe ſi neque K
angelus neque ſtella [firmamenti, neque alius quiſpiam
ignis hæc ſtella] fuiſſe [dignoſcitur,] ſpiritus ergo ſan-
ctus hæc ſtella fieri cōcedatur. Qui ſicut poſtmodū cor- *Matth. 3.*
porali ſpecie columbæ deſcēdit ſuper Ieſum dominum
in Iordane, ſic gentes adoratrices, ſtellæ ſpecie duxit ad
cunabula domini naſcentis in carne. De quo ſpiritu per
parabolam Balaam aſtrologus loquebatur: Orietur ſtel- *Nume. 24.*
la ex Iacub, rutilum ſcilicet lumen ſpiritalis gratiæ Chri
ſti, qua nox infidelitatis gentium illuminatur. Sicut er-
go in igne ſuper Apoſtolos poſtea in cœnaculo Siō de- *Acto. 2.*
ſcendit, ita in ſpecie ſtellæ magos ad dominum ſpiritus
ſanctus deduxit. Hic igitur puer ſcientia præibat æta- *Baptizatur*
tem, donec triceſimum annum agens ad Iordanem ve- *Chriſtus.*
nit, & ab Ioanne, de quo ſupra diximus, Zachariæ filio, *Cap. V.*
qui tunc populum in eum crediturum qui venturus erat *Matth. 3.*
baptizabat, & ipſe baptiſmum ab agnoſcente ſuſcepit, &
confitendum vnda Iordanis lauabat. In ſpecie colum- *Ibidem.*
bæ ſpiritus ſanctus ſuper eum deſcendit, & patrē de cœ-
lis loquentem de ſe audiuit: Hic eſt filius meus dilectus,
in quo ſibi anima mea bene complacuit. Cum his ſignis
cœlum apertum vidit, & ita baptizatus de fluminis laua- L
cro aſcendit. Ad baptiſmum vero deſcendit † dominus † *exiuit.*
Ieſus, non quòd baptiſmi ſacramento [& lauacro] ege-
ret, qui proprij aut originalis peccati nullam culpam ha
beret, ſed vt aquas quas quamuis in delicto Adæ deus nō
maledixerat, terrę qua continebantur maledictione in-
fectas purgaret. Et ne quiſquam baptiſmi ſacramentum
negligeret, dum qui ſine peccato fuerat, baptiſmi aquas
intiuit. Et ne quiſquam ab inferiori baptizari paruipēde-
ret, dum deus dominus à ſeruo ſuo mergi vndis baptiſ-
mi appeteret. Et quatenus adhuc à diabolo ſe donec tē-
tatio perficeretur, occultaret, qui illum velut lauacro in-
digentē, vt inter pollutos peccaminibus ablui aquis cō-
ſpiceret. Spiritū vero ſanctum ſuper ſe in baptiſmo de-
ſcendentem vidit, & vocem patris de cœlo ſe confiten-
tem filium ſuum audiuit, & cœlum coram ſe apertū con
ſpexit. Non quòd ante baptiſmum ſuum hęc omnia dei
filius nō haberet, ſed vt baptiſmi ſacramentum quid va-
leat, oſtenderet. Non enim tunc ſpiritum ille cœpit acci
pere, qui eandem cum ſpiritu ſancto ſubſtantiam habe-
re creditur. Nec tūc illum pater filium [ſuum primitus]
profeſſus eſt eſſe cui dixit: Ex vtero ante Luciferum ge- *Pſal. 109.*
nui te: ante videlicet omnem angelicam creaturam, quę
Luciferi appellationem per ſcripturas ſępe tenet. Neque M
tunc illi aperiri cœperat thalamus cœlorū, qui ait: Cœlū *Eſa. 66.*
mihi ſedes, terra autē ſcabellum pedū meorum. Sed id-
circo hęc omnia ſancta trinitas in baptiſmo domini cō
geſsit, vt ſciret vnuſquiſq;, quid muneris in ſacri baptiſ-
matis myſterio ſuſcepit. Tūc enim ſpiritū ſanctū quiſq;
peccatorū ſordibus ablutus accipit, & à deo patre profite
ri filius adoptionis gratia incipit, & tūc ſibi regni cœlorū
ianuā aperiri, & ciuē ſe cœleſtis patrię angelorū ſancto-
rum conſors intelligit. Quãuis vero corporali ſpecie ſpi
ritus ſanctus ſuper dominū deſcēdere dicitur, nō tamē
de auibus ſumpſiſſe columbã, ſed ex aëre minime dubi-
tatur. Nequaquã enim ex auibus ſpiritū ſanctum neceſſe
fuit corpus aſſumere, dum aues ſibi connexæ [ſtatutam]
in nullo tranſgreſſæ ſunt legem naturæ: ſed ſi in aliquo
tranſgrederentur, in hoc tanti meriti tranſgredi nō ha-
berent, vtpote nec æterna, nec rationabili creatura, vt à
ſpiritu aſſumptione carnis à delicti vindicta ſoluerētur.
Sed quod filij perſona corpore carnis humanę induebatur,
cōueniens erat vt ſpiritus ſancti perſona per corporalē
ſpeciem ſuper eum deſcenderet, & vox patris corporalis
de nube

A de nube per aërem corporeis auribus audiretur. Præter-
ea quoque idcirco in nube & columbę imagine pater &
ſpiritus ſanctus ad baptiſmum veniũt, quoniam aquati-
cæ naturæ res illæ aliquid haberent. Dum enim in terra
filius ad baptiſmi myſterium aquæ creaturam elegiſſet,
neceſſe fuit vt & pater per aquaticam nubem intonaret,
& ſpiritus ſanctus illud corpus quod de aqua in princi-
pio factum eſt, ex illa nube acceptum ſimularet, vt ſic to
ta trinitas eandem voluntatem ſicut haberet oſtẽderet.

Tẽtatio & ieiunium. Cap. VI. † antra. Matth. 4.

Cum ergo de aqua dominus Ieſus baptizatus, confe-
ſtim aſcendit, vt diabolo daret occaſionem tentandi,
antra † deſerti petiuit, vbi & quadraginta dies, & totidẽ
noctes nullo humani paſtus ſuffragio fultus ieiunauit.
Ibique per tria eſt tentatus, in quibus primus homo ſedu
ctus eſt, tentantem ſatanam tribus reſponſionibus vicit.
In diaboli tribus propoſitionibus tota iniquitas: in Chri
ſti vero tribus reſponſionibus, quibus diabolus repu-
gnatur, tota iuſticia fuit. Cum inimicus dãnatur & vin-
citur, & humano generi libertas & redemptio præpara-
tur. In hoc nanque conſpectu† ſatanas dum ſupra autho
rem ſe eleuare † voluit, qui ſub eo illuc vſq; fuerat, id eſt
homo, per domini victoris auxilium vltra ipſum excre
uit. Et dum illum qui ab omni impedimẽto liber fuerat

† conflictu. † al. dñi ſu- pra ſe altio rẽ eleuare.

B alligare tentabat, interim vinctus ille quem ipſe tenebat
in carcere, quibus tenebatur vincula deponit. Et dum cõ
tra ſe fortiorẽ pugnare nititur, interim ipſe qui erat in-
firmior aduerſus eum roboratur. Etenim qui hucuſq; de
cœlo tantum in terram eiectus fuerat, terrore etiam de
terra ad inferna eum migrare dominus iubebat. Qua-
draginta dierum inediam domini incarnatio ſuſtinere
ſine vitæ periculo poterat, quoniam ſermo dominicus
qui Moyſem per aëra quadraginta diebus bis renouaue-
rat, hic Chriſti artus & neruos intus irrigabat. Quare igi
tur cõſummatis quadraginta diebus & quadraginta no
ctibus eſurire dominus Ieſus deſcribitur, cum Moyſes &
Helias tanti temporis ſpacio per ieiunium famem pati
non memorantur: famem vero & laborem redemptor
noſter conſummato tanto dierũ numero ſuſtinet, qua-
tenus & tentatori occaſionem tentandi inferret, & no-
ſceretur quàm veram humanæ carnis ſubſtãtiam geſta-
ret. Vnde nec extra humanũ opus & in hoc ieiunio ali-
C quid egit noui, dum temporis quod prius homines ieiu
nauerunt, ſpacium non exceſsit.

Apoſtoli & miracula. Cap. VII. Matth. 14.

Deuicto ergo aduer-
ſario & quadraginta dierum perfecto ieiunio, per Iudęã
& Galilæam Iſraëliticum populum ad viam ſalutis vo-
cabat, & primarios duodecim ſibimet mites ex omnibus
ſpeciali electionis munere ſegregabat. Qui vt de vitæ
æternæ ſubſtantia, animarum † videlicet ſanitate, face-
ret fida omnium corda, etiam in ſerui† poteſtate viſibi-
liter nulla reſiſtente vi languoris curata reddebat cor-
pora, Vnde cum prædicans Euangelium regni dei, Ga-
lilæam circumiret, & promiſcuum vulgus varia [ægritu
dine] preſſum cerneret, quoſdam quorum pręſentis de-
fectio lucis læticia priuabat, alios perfuſa per totius cor-
poris ſuperficiem lepra fœdauerat, nonnullos pedum
fruſtratos habita forma, curauit. In paralytico autem à
quatuor viris portato, quatuor diuina opera cernun-
tur: Dum dimittuntur ei peccata, & præſentis ægritudi-
nis plaga verbo tunc ſoluitur, & cogitationibus in ore
dei omnia ſcrutantis reſpondetur. Et in hoc viro oſten-
ditur quoſdam propter animę maculas dolore graſſari.
Mutus loqui non poterat verbum, vt dei prophetes reſ-
ponſa † ab illo poſtularet qui in ore aſinæ facundiam re-
pererat, quo modo humanam linguam quanuis mutam
ad verba non ſolidaret? & cum iuſticiæ lux quæ in mun

† aliàs, & quatenus de vniuerſæ et æternæ ſubſtantia animarum. † etiam in ferni.

† al. pote- rat, ſed cũ verbũ dei patris reſpõ ſa. &c.

dum venit, appareret, qualiter cæcus non videret? & qua D
poteſtate diabolus in homine permaneret, ad quem eii-
ciendum quo modo illum peccantem de cœlo expule-
rat, Chriſtus veniret? In quinque panibus & duobus pi-
ſcibus quinque milia ſaturantibus, continẽtur miratio-
ne digna tria, ſcilicet materiæ paucitas, & populi ſatura- *Matth. 14.*
ti multitudo, & fragmentorum copia.

Ambulatio ſuper aquas. Cap. VIII.

De ambulante
domino ſuper vndas, Dominus de terra diſcipulos pe-
tens, neceſſe habuit in vndis ambulare. Cauſa huius Pe-
trus fuit, id eſt, ne ſi eſſet † Chriſtus ſolus, veritatem car-
nis dubiam relinqueret, Dum autem Petrus filius viri & *† al. ipſe.*
mulieris hoc faceret, per imperantis Chriſti auxilium,
nullã de carne virginis filij dubitationẽ admittit. [Sed
quæri poteſt,] Vtrum domini & Petri corporum lęui-
gata eſt natura, vt illa aqua ſuſtineret: an aquæ ſubſtan-
tia ſolidata eſt, vt corpora humana fulcire poſſet? Quã-
uis ergo vtrunque hoc faceret, non contra naturam do
mino pręcipiẽte eſſet, ſi aut aquam ſolidaret, aut huma-
nam domini iuſsio carnem lęuigaret, vbi militantes in-
ſtitorum foris, † vt antiqui ferunt, & ſuper equorum au-
ribus proludant: natãdi arte quoque imbuti, merſo me-
dio in profundá vix ſubeunt. Hominibus ergo illud va-
lentibus, quid mirum ſi domino imperante caro lęuiga-
retur, præſertim cum reſurrectionis corpora intantum
lęuigabuntur, vt non ſolum craſſa aqua ſed etiam nubi-
bus & aëre ſuſtineantur, vt Apoſtolus ait, Rapiemur ad
occurrendum Chriſto in aëra. Aliter ſi aquæ naturã ſo-
lidatam eſſe quiſquam elegerit, quoniam aqua terrenam
habet craſsitudinem, vt cum ſe gelu perſtrinxerit, in du- E
riorem quàm terræ ipſius ſoliditatem rigeat, & multitu *1. Theſſ. 4.*
dinem ſuſtinere valeat, & poſtea calida aura reſoluat.

† Locus eſt corrupt⁹ vt pleraq; oĩa. videtur le- gi debere, Vbi militã tes in Scy- tharum o- ris. &c.

Vel certe, ſi liquidas vndas non perſtrinxerit, natura quę
aquis inſerta eſt, ligna quanuis grandia, & humana, &
cæterorum animalium corpora, & naues Liburnicas ſu
pernatantes ſuſtinere conſueſcit. Illa ſoliditas domino
imperante facta, nec mirum ſi etiam Petrum diffidẽtem
non ſuſtinet, cum infideles domino volente, etiam ter- *Numer. 16.*
ra non ſuſtẽtabat, vt Dathan & Abiron. In naturali re-
rum adminiſtratione binæ rationes deprehenduntur.
Deinde inferior ratio quotidiana rerum adminiſtratio
intelligitur, vt de aqua in animalibus ſanguis fit, & vn-
da ſalſa per nubes aut terræ infuſionem dulceſcit. Et ra-
tio ſuperior inuſitata gubernatio ſit, quę in miraculis re- *Exod. 17.*
rum dignoſcitur, vt in ſanguinem aquam in Aegypto *Exod. 15.*
in momento, & in tincto ligno in dulcedinem deus cõ F
mutauit.

Paſcitur turba quin q; panibus. Cap. IX. Ioan. 6.

Quapropter & panem de paruo ſemine iux-
ta inferiorem rationem in magnam ſegetem per longi
temporis adminiſtrationem innumerabilium hominũ
paſtum procreat, quem ſecũdum ſuperiorem rationem
de materia modica in momento per benedictionẽ mul
tiplicat. Sic & piſces per primam benedictionem mul-
tiplicat, quando dictum eſt, Creſcite & multiplicamini, *Gene. 1.*
& replete aquas maris. Quorum nunc carnes per ſupe-
rioris rationis cauſam, ad turbarum ſaturitatem pręſen-
ti benedictione multiplicantur.

Transfiguratio. Cap. X. Matth. 17.

De viſione domini
in monte cum Moyſe & Helia colloquentibus. Licet in
hac oſtenſione domini facies ſolari ſplendore fulſerit,
non ipſa caro ſplenduit, ſed diuinitas latens in corpore,
luminis ſui portiunculam [conſpiciendam] foris viden
tibus quantum poterant, conceſsit. Vnde ergo veſtimẽ-
ta candorem niuis habuerunt, dum neque de carne, ne-
que de diuinitate erant: Niſi forte vt per carnem diuini-
tas foris illuxit, ſic & caro illuminata de diuinitate, per
veſtimenta radiauit. Moyſes autem & Helias ſpecialiter
ad talem viſionem, † velut legis & prophetiæ principes, *† oſtenſionẽ.*

G ad finẽ conducũtur. Vel ideo vt Moyſi cornuta facies,
in quam nõ poterant filij Iſraël intẽdere, & Helias curru
igneo raptus, comparato Chriſto obſcurarentur. Et ta-
men iſti quadraginta diebus ieiunaſſe ſcripturę vocibus
memorantur. De Ieſu tantum domino his præſentibus,
patris ſe illis pronunciantis teſtimonium. Sed dum He-
lias manens in corpore vel ad talem conductionem ve
nerat, quid de Moyſe dicendum eſt: vtrum in corpore
iterum ad hanc oſtenſionem aderat: an ex aëre ſimula-
tum, ſicut Samuel viſus eſt, habitũ fingebat: & ſi ſuo cor-
pore venit indutus, ſi hac vice reſurrectionem ſuam quę
cæteris non niſi in oouiſsimo eſt futura, compleuit? De
qua quęſtione authores vna eadẽmque ſententia prola-
ta non differenter dicunt, quòd dum dominus cum tri-
bus diſcipulis ſuis & Helia, non cum imaginatis ſed ve-
ris corporibus conueniſſe non dubitantur, & ipſe Moy-
ſes in ſuo vero corpore de ſepulchro reſumpto videtur.
Sed dominus Ieſus primogenitus mortuorum, recte cre
ditur Moyſi iterum poſt hanc viſionem corpus ſepultu-
ræ commeodaſſe, vt ipſum in nouiſsimo die quãdo re-
De Lazaro ſurgent mortui, aſſumere ſperetur. ❡ De Lazaro & cæ
& cæteris teris mortuis. ❡ Immobili ergo voluntate deus vniuer-
reſuſcitatis ſorum vitas certo fini & termino præordinauit: quorun
mortuis. dam igitur vita non vt moriantur, morte interfici vi-
Cap.XI. detur, ſed vt per hoc qui reſuſcitãt clariores vtpote deo
H cum hominibus etiam habeantur. Vnde de ipſo Lazaro
Ioan.11. diſcipulis à domino dicitur, Hæc infirmitas non eſt ad
mortẽ, ſed vt filius hominis per eam clarificetur. Quar-
to die reſuſcitatur, quod non ſpacium vitæ eius poſuit,
ſed quod ſine mutatione dominus diſpoſuit facere, ſæ-
pe retrahere ſimulat, vt partim vxoribus Abraham &
Iſaac diſtulit vt gratius foret. Et dominus occaſiones
† alieni. præſtat, vt quod ipſe aliter† donare cupit, indulgere ro-
getur, Si etenim ea quæ nõ diſpoſuit aliquis ſanctorum
Deute.34. rogauerit, nullo modo fieri permittit, vt quòd Moyſes
2.Cor.12. terram repromiſsionis ingrederetur, & Paulus vt ab eo
angelus ſatanę recederet, & petentes non impetrauerũt.
De omnib⁹ ergo generaliter mortuis tale quid ſentitur,
quòd de prima vice moriuntur, vt per illos digni clari-
ficentur. In his enim octo mortuis quos diuina ſcriptu-
ra veteris & noui teſtamenti reſuſcitatos commemorat,
hoc conſiderandum eſt, quòd de eorum primo, id eſt,
3.Reg.17. filio viduæ, quem Helias reſuſcitauerat ita refertur, Re-
Acto.20. uertatur obſecro anima pueri. De nouiſsimo, id eſt, de
I Eutycho in actibus Apoſtolorum, Et ſublatus repertus
eſt mortuus. Ad quem cum deſcẽdiſſet Paulus, incubuit
ſuper eum, & complexus dixit, Nolite turbari, anima e-
nim eius in eo eſt. Caute vtrunque intelligendum eſt,
quòd viduæ filius mortuus eſt, atque anima eius reuerti
à propheta poſtulatur: alter vero mortuus eſt, & in eo e-
ius eſſe animam Paulus dixit. In vtroque nanque ſcriptu
ra vera eſt, quia mentiri nõ poteſt. Sed qua ratiooe per-
cipi poteſt, vbi in mẽbris occultari corporis poſſet mor-
tui anima? Niſi forte anima, quæ incorporalis [eſt,] cor-
pori ineſſe occulte creditur. Sed quidam intelligendi la
borem vitantes, dicunt de Eutycho, quòd emittens ani
mam ita mortuus eſt: vt poſt modicum interuallum ani
ma reuertente Paulum dixiſſe putent, Anima illius in eo
eſt. Sed tamẽ ſcriptura tacet, ſi egreſſa eſt aut reuerſa ani
ma. Cæteri vero ſex mortui, quibus nec egreſſæ animæ,
nec reuerſæ nuociantur, ſine vlla hic ambiguitate præ-
ſtant quòd mortui ſint, & diuina operatione reſuſcitati
Tenebræ. ſint. Solis defectio iuxta crucem non vt ſolet quan-
Cap.XII. do luna accenditur facta erat: ſed in plena luna, ſcilicet
quintadecima die menſis, ne caſu putaretur fuiſſe, quod
euenerat, & tantum lucem ſolis media die tenebræ ob- K
ſcurauerunt, vt per tres illas horas defectionis ſtellæ in
cœlo viſæ ſint. De corporibus ſanctorum veniẽtibus *Sepulchra*
de mooumentis ſuis poſt reſurrectionem domini: ſed *aperta.*
rurſum in monumenta quo modo & de Moyſe memi- *Cap.XIII.*
ni reintrarunt, vbi reſurrectionẽ omoium nouiſsimam
expectant, vt Apoſtolus ait, Hi omoes teſtimonio fidei *Hebr.11.*
probati inuenti ſunt, noo acceperunt repromiſsionem
à deo pro nobis melius aliud prouideote, vti ne ſine no
bis conſummarẽtur. Si igitur iſti & Moyſes his reſurge-
re in hac oſtenſione vtique & in nouiſsima cunctorum
reſurrectione credendi ſunt? Sed hoc abſit à catholica fi
de, vt ſemel morientẽ bis credat quis reſurgere. Niſi for-
te bis mori Moyſem & iſtos aliquis dicat: ſed nuſquam
de his ſcribitur qui ſic apparuerunt, reſurrexiſſe: ſed aut
viuere aut apparuiſſe, vel de ſepulchris exiſſe. Nomen au
tem reſurrectionis in iis qui poſt mortem in vita hac cõ
uerſati ſunt, aut in communi, † aut in futura omoium *† domini.*
reſurrectione pooitur. Talis autem apparitio iſtorum,
nec ad vitam humaoam, neque ad reſurrectionem futu-
ram pertinet, ſed ad conſummationem dominicæ reſur
rectionis: & ad credulitatem reſurrectionis animarum
ex inferis, talis apparitio animos mouet ſicut in reſuſci- L
tatis mortuis ſimilitudo tantum, noo mors cõtinuo fie-
ri cernitur. Ita & io his ſimilitudo reſurrectionis, non ip
ſa reſurrectio oſtendebatur. De continua morte nullus
ad vitam indeciduam, niſi domious vſque ad oouiſsi-
mum diem reuertitur, & à vera reſurrectione nunquam *† detrudẽ.*
in mortem iterum aliquis detrahitur.† De cibo do- *De cibo do-*
mini poſt reſurrectionem, hunc autem carnalem cibum *mini poſt re*
qualiter reſurrectionis caro ſuſceperit, docti requirunt, *ſurrectionẽ*
dum reſurrectura corpora ſpiritalia eſſe cuncti fideles *Cap.XIIII.*
ſciunt, vt dicitur, Reſurget corpus ſpiritale. Quapropter *Luca.24.*
reſurgent corpora non guſtatura, ſano ſenſu creditur *1.Cori.14.*
poſsibilitatẽ edendi cibos, ſi neceſſe foret, habitura. Hæc *Gene.18.*
dei exempla minime denegant, vt angeli iuxta ilicem
Mambræ. Sed hoc non vt nos rumioatos cibos ſtoma-
cho & inteſtinis conferunt, ſed ſtatim, vt accepta velut
videntur deguſtent, in ſpiritalem naturam, oõ ex parte,
ſed tota transformant. Conuenientia de ſpiritu ſan- *Petrus pa-*
cto in columba ſuper Chriſtum, & in igne ſuper Apo- *ralyticum*
ſtolos perſcripta ſunt: & quando diximus de diuiſione *reſtituit.*
linguarum & de virtutibus Apoſtolorum poſt acceptũ *Cap.XV.*
ſpiritum io excuſatione eleemoſynæ & paupertatis pro- *Matth.3.*
feſsione, quando Petrus paralytico dixit, Surge & ambu *Acto.2.*
la, magiſtri præceptum ſeruans, Nolite habere aurum, *Acto.3.*
neque argentum, dum ſoli deo ſeruiens de iniquo mam M
mona expeditus fuerat, verbo imperij morbo ligatum *Matth.10.*
cito ſoluebat. Ecce quanta eſt Apoſtolica virtus in *Virt⁹ Petri.*
Chriſto, ſanũ Ananiã dum Petrus arguit per ſermoois *Cap.XVI.*
tantum imperiũ, morte ligauit, & Tabithã mortis vin-
culo ligatam, eadem imperij poteſtate diſſoluit. Ideoq;
prius Ananias & Saphira in cõſpectu Eccleſię cito mor- *Acto.5.*
tui ſunt, vt Apoſtolica authoritas quanta eſſet oſtende-
retur, & quàm magnum peccatum eſſet, quod oblatum *Acto.9.*
eſt iterum ab eccleſia retrahere, monſtraretur, & cæteri
exemplo huius caſtigarentur.

LIBRI TERTII DE MI-
rabilibus ſcripturæ,
Finis.

DIVI

A

DIVI AVRELII AVGVSTINI LIBER DE agone Chriſtiano.

Corona certantibus datur. Cap. I.

CORONA victoriæ non promittitur niſi certantibus. In diuinis autem ſcripturis aſsiduè inuenimus promitti nobis coronam ſi vicerimus. Sed ne longũ ſit multa commemorare, apud Apoſtolum Paulum manifeſtiſsime legitur, *2.Timot.4.* Opus perfeci, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, iam ſupereſt mihi corona iuſticiæ. Debemus ergo cognoſcere *Aduerſarius noſter.* quis ſit ille aduerſarius, quẽ ſi vicerimus coronabimur. *1.Corin.2. Ioan.1.* Ipſe eſt enim quem dominus noſter prior vicit, vt etiã nos in illo permanẽtes vincamus per ipſum. Et dei quidem virtus atque ſapientia, & verbum per quod facta ſunt omnia, qui filius dei vnicus eſt, ſuper omnem creaturam B ſemper incommutabilis manet. Et quoniam ſub illo eſt etiam creatura quæ non peccauit, quanto magis ſub illo eſt omnis creatura peccatrix? Ergo quoniã ſub illo ſunt omnes ſancti angeli, multo magis ſub illo ſunt omnes præuaricatores angeli, quorum diabolus princeps eſt. Sed quia naturam noſtram deceperat, dignatus eſt vnigenitus dei filius ipſam naturam noſtram ſuſcipere, vt de ipſa diabolus vinceretur, & quem ſemper ipſe ſub ſe habet, etiam ſub nobis eum eſſe faceret, ipſum ſignificat dicens, *Ioan.12.* Princeps huius mundi miſſus eſt foras, Non quia extra mundum miſſus eſt quo modo quidam hæretici putant, ſed foras ab animis eorum qui cohærẽt verbo dei, & non diligunt mundum, cuius ille princeps eſt, quia dominatur eis qui diligunt tẽporalia bona quæ hoc viſibili mundo continentur, non quia ipſe dominus eſt huius mundi, ſed princeps cupiditatum earum quibus concupiſcitur omne quod tranſit, vt ei ſubiaceãt qui negligunt æternum deum, & diligunt inſtabilia & mutabilia, *1.Timot.6.* Radix enim eſt omnium malorum cupiditas, Quam quidam appetentes à fide errauerunt, & inſeruerũt ſe doloribus multis. Per hãc cupiditatem regnat C in homine diabolus & cor eius tenet. Tales ſunt omnes qui diligunt iſtum mundum. Mittitur autẽ diabolus foras, quando ex toto corde huic mundo renunciatur. Sic enim renunciatur diabolo, qui princeps eſt huius mundi, cum renũciatur corruptelis & pompis & angelis eius. Ideoque ipſe dominus iam triumphantem naturam hominis portans, *Ioan.16.* Scitote, inquit, quia ego vici mundum.

Quod vincamus diabolum vincendo concupiſcentias. Cap. II.

Multi autem dicũt quo modo poſſumus vincere diabolum quem non videmus? Sed habemus magiſtrũ qui nobis demonſtrare dignatus eſt, quo modo à nobis inuiſibiles hoſtes vincãtur. De illo enim dixit Apoſtolus, *Coloſ.2.* Exuens ſe carne principatus & poteſtates exemplauit fiducialiter triũphans eos in ſemetipſo. Ibi ergo vincũtur inimicæ nobis inuiſibiles poteſtates, vbi vincuntur inuiſibiles cupiditates. *3.ſen.d.19. c. nũc ergo.* Et ideo qui in nobiſipſis vincimus tẽporalium rerum cupiditates, neceſſe eſt vt in nobiſipſis vincamus & illũ, qui per ipſas cupiditates regnat in homine. *Gene.3.* Quando enim dictum eſt diabolo, Terram manducabis: dictum eſt peccatori, Terra es, & in terram ibis. Datus eſt ergo in cibum diabolo peccator. Non ſimus terra, ſi nolumus manducari à ſerpẽte. Sicut enim quod manducamus, in noſtrum corpus conuertimus, vt cibus ipſe ſecundum corpus hoc efficiatur quod nos ſu-

mus: ſic malis moribus per nequiciam & ſuperbiã & impietatem D hoc efficitur quiſque quod diabolus eſt, id eſt ſimilis eius: & ſubiicitur ei, ſicut ſubiectum eſt nobis corpus noſtrũ. Et hoc eſt quod dicitur, manducari à ſerpente. Quiſquis itaq; timet illum ignem, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, *Matth.25.* det operã triumphare de illo in ſemetipſo. Eos enim qui foris nos oppugnant, intus vincimus, vincendo cõcupiſcentias per quas nobis dominantur. Et quos inuenerint ſui ſimiles, ſecum ad pœnas trahunt. Sic & Apoſtolus dicit, quòd in ſemetipſo pugnet aduerſus poteſtates exteriores. *Epheſ.6.* Ait enim, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates huius mundi, rectores harũ tenebrarum, aduerſus ſpiritalia nequiciæ in cœleſtibus.

Vocabulũ cœli. C. III.

Cœlum enim dicitur & iſte aër, vbi venti & nubes & procellæ & turbines fiunt, ſicut etiam ſcriptura dicit in multis locis. *Pſal.17.* Et intonuit de cœlo dominus: Et aues cœli & volatilia cœli: *Marci.4.* cum manifeſtũ ſit aues in aëre volare. Et nos in conſuetudine hunc aërem cœlum appellamus: nam cum de ſereno vel nubilo quærimus, aliquãdo dicimus, Qualis eſt aër? aliquando, Quale eſt cœlum? Hoc dixi, ne quis exiſtimet ibi habitare mala dæmonia, vbi ſolem & lunam & ſtellas deus ordinauit: quæ mala E dæmonia ideo Apoſtolus appellat ſpiritalia, *Locus dæmonum.* quia etiam mali angeli in ſcripturis ſpiritus appellãtur. Ideo autem rectores harum tenebrarum eos dicit, quoniam peccatores homines tenebras appellat, quibus iſti dominantur. *Epheſ.5.* Ideo & alio loco dicit, Fuiſtis enim aliquãdo tenebræ, nunc autem lux in domino: quia ex peccatoribus iuſtificati erant. Non ergo arbitremur in ſummo cœlo habitare diabolum cum angelis ſuis vnde lapſum eſſe credimus.

Sũnia Manichæorũ. Cap. IIII.

Sic enim errauerunt Manichæi, qui dicunt ante mundi conſtitutionem fuiſſe gentem tenebrarum, quæ contra deum rebellauit, in quo bello credunt miſeri omnipotentem deum nõ ſibi aliter potuiſſe ſuccurrere, niſi partem ſuam contra eam gentem mitteret. Cuius gentis principes, ſicut illi dicunt, deuorauerunt partem dei, & temperati ſunt vt poſſet mundus de illis fabricari. Sic dicũt deum perueniſſe ad victoriam cum magnis calamitatibus & cruciatibus & miſeriis membrorũ ſuorum, quæ membra dicunt eſſe commixta tenebroſis viſceribus principum illorum, vt eos temperarent & à furore compeſcerent. Et non intelligunt tam ſacrilegã eſ- F ſe ſuam ſectam, vt credant omnipotentẽ deum non per creaturam quam fecerit, ſed per ipſam naturã ſuam bellaſſe cum tenebris, quod nefas eſt credere. Neque hoc ſolũ, ſed etiã illos qui victi ſunt, factos eſſe meliores, quia furor eorum compreſſus eſt: dei autem naturam, quę vicit, factam eſſe miſerrimam. Dicunt etiã eam per ipſam cõmixtionem perdidiſſe intellectũ & beatitudinẽ ſuam, & magnis erroribus & cladibus eſſe implicatam. Quam ſi aliquando vel totam purgari dicerent, magnam tamẽ impietatem contra omnipotentem deũ affirmarent, cuius partem crederent tanto tempore in erroribus & pœnis eſſe iactatam ſine aliquo peccati crimine. Nunc vero infœlices audent adhuc dicere, nec totam poſſe purgari: & ipſam partem quæ purgari non potuerit, proficere ad vinculum, vt inde inuoluatur, & illigetur maliciæ ſepulchro: & ſic ibi ſemper ſit pars ipſa dei miſera, quæ nihil peccauit, & affligatur in æternum carcere tenebrarum. Hoc illi dicũt, vt ſimplices animas fallant. Sed quis tam ſimplex eſt, vt iſta non ſentiat eſſe ſacrilega, quibus affirmant omnipotentem deum neceſsitate oppreſſum eſſe, vt partem ſuam bonam & innocentem tantis cladibus obruendam, & tanta immundicia inquinãdam da-

G ret,& non totam liberare poſſet: & quod liberare nō po
terat,æternis vinculis colligaret? Quis ergo iſta non ex-
ecretur? Quis non intelligat impia eſſe & nefanda? Sed
illi quando capiunt homines,noo iſta prius dicunt:quę
† omnibus. ſi dicerent, riderētur aut fugarētur ab hominibus. † Sed
eligūt capitula de ſcripturis, quæ ſimplices homines nō
intelligunt,& per illa decipiunt animas imperitas,quæ-
rendo vnde ſit malum.Sicut in iſto capitulo faciūt, quo
Epheſ.6. ab Apoſtolo dictum eſt, Rectores harum tenebrarum,
& ſpiritalia nequiciæ io cœleſtibus. Quærunt enim de-
ceptores illi, & interrogāt hominem ſcripturas diuinas
noo intelligentem, vnde ſint in cœlo rectores tenebra-
rum,vt cum reſpondere noo potuerit, traducatur ab eis
per curioſitatem: quia omnis anima indocta curioſa eſt.
Qui autem fidem catholicā bene didicit, & bonis mo-
ribus & vera pietate munitus eſt, quanuis eorum hære-
ſim neſciat,reſpondet illis tamen. Nec enim decipi po-
teſt, qui iam nouit quid pertineat ad Chriſtianā fidem,
quæ catholica dicitur, per orbem terrarum ſparſam, &
contra omnes impios,& peccatores,negligentes autem
Illud ſpiri- ſui domino gubernante ſecuram. Quoniam ergo di
talia nequi- cebamus apoſtolum Paulum dixiſſe habere nos collu-
ciæ,quo mo- ctationem aduerſus rectores harum tenebrarū, & ſpiri-
do accipien- talia nequiciæ in cœleſtibus:& probauimus etiam iſtum
dum. H aërem terræ proximum cœlum vocari, oportet credere
Cap.V. aduerſum diabolum & angelos eius nos dimicare, qui
gaudent perturbationibus noſtris: nam & ipſe Apoſto-
Ephe.2. lus alio loco diabolum principem poteſtatis aëris huius
Epheſ.6. appellat. Quanuis ille locus,vbi ait, Spiritalia nequiciæ
in cœleſtibus: poſsit & aliter intelligi, vt noo ipſos præ-
uaricatores angelos in cœleſtibus eſſe dixerit, ſed non
Philip.3. potius,de quibus alio loco dicit, Conuerſatio noſtra in
cœlis eſt: vt & nos in cœleſtibus conſtituti, id eſt in ſpi-
ritalibus præceptis dei ambulantes, dimicemus aduer-
ſus ſpiritalia nequiciæ,quæ nos inde conantur abſtrahe-
re. Magis ergo illud quærēdum eſt,quo modo aduerſus
1.Corint.9. eos,quos nō videmus, pugnare poſsimus,& vincere, ne
In quo A- putent ſtulti aduerſus aërem debere nos certare. Do-
poſtol⁹ imi- cet itaque Apoſtolus ipſe, dicens, Noo ſic pugno quaſi
tandus ſit. aërem cædens: ſed caſtigō corpus meum, & in ſeruitu-
Cap.VI. tem redigo,ne forte alijs prædicans, ipſe reprobus inue-
1.Corin.4. niar. Item dicit, Imitatores mei eſtote,ſicut & ego Chri-
ſti. Qua in re intelligēdum eſt, etiam ipſum Apoſtolum
I in ſemetipſo triumphaſſe de poteſtatibus huius mondi,
ſicut de domino dixerat,cuius ſe imitatorem profitetur
eſſe. Imitemur ergo & nos illum,ſicut hortatur,& caſti-
gemus corpus noſtrum, & in ſeruitutem redigamus, ſi
mūdum volumus vincere: quia per illicitas delectatio-
nes ſuas & pompas, & pernicioſam curioſitatē nobis do
minari poteſt hic mundus, id eſt ea quæ in hoc mundo
pernicioſa delectatione colligant amatores rerum tem
poralium, & diabolo atque angelis eius ſeruire cogunt.
Quibus omnibus ſi renūciamus,redigimus in ſeruitu-
Omnē crea- tem corpus noſtrum. Sed ne quis forte hoc ipſum
turam ſer- quęrat,quo modo fiat vt corp⁹ noſtrū ſeruituti ſubiicia-
uire deo. mus:facile intelligi & fieri poteſt, ſi prius nos ipſos ſubii-
Cap.VII. ciamus deo bona volūtate & charitate ſyncera:nam om
nis creatura, velit nolit, vni deo & domino ſuo ſubie-
cta eſt. Sed hoc admonemur,vt tota volūtate ſeruiamus
domino deo noſtro:quoniā iuſtus liberaliter ſeruit,iniu
ſtus autem compeditus ſeruit. Omnes tamē diuinæ pro-
uidentiæ ſeruiunt, ſed alij obediunt tanquam filij, & fa-
ciunt cum ea quod bonum eſt:alij vero ligantur tanquā
ſerui,& fit de illis quod iuſtum eſt. Ita deus omnipotens,
dominus vniuerſę creaturę qui fecit omnia,ſicut ſcriptū

eſt,bona valde,ſic ea ordinauit,vt & de bonis & de ma- K
lis benefaciat. Quod enim iuſte fit,bene fit: Iuſtè aūt ſunt *Gene.1.*
beati boni,& iuſtè mali pœnas patiūtur. Ergo & de bo-
nis & de malis benefacit deus,quoniā iuſte omnia facit.
Boni autē ſunt,qui tota volūtate deo ſeruiunt, mali au-
tem neceſsitate ſeruiunt: nemo enim leges omnipotētis
euadit. Sed aliud eſt facere quod lex iubet, aliud pati qđ
lex iubet. Quapropter boni ſecūdum leges faciunt,mali
ſecundum leges patiuntur. Nec enim nos moueat,quòd
in hac vita ſecundum carnem, quam portāt iuſti,multa
grauia & aſpera tolerāt:nihil enim mali patiuntur,quia
iam poſſunt dicere quod ille vir ſpiritalis exultat & præ-
dicat Apoſtolus Paulus,dicēs, Gloriamur io tribulatio- *Roma.5.*
nibus, ſcientes quoniam tribulatio patiētiam operatur,
patientia probationem,probatio vero ſpem, ſpes autem
non confundit: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus
noſtris per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Si ergo
in hac vita,vbi tanta tormenta ſunt,poſſunt boni & iu-
ſti viri,cum talia patiuntur,non ſolū æquo animo tole-
rare,ſed etiam charitate in deo gloriari:quid cogitandū
eſt de illa vita,quæ nobis promittitur, vbi nullā de cor-
pore moleſtiā ſentiemus? Quoniam nō ad hoc reſurget
corpus iuſtorum,ad quod reſurget corpus impiorū,ſicut L
ſcriptum eſt,Omnes reſurgemus,ſed non omnes immu *1.Cor.15.*
tabimur. Et ne quiſquam putet nō iuſtis immutationem
iſtam promitti, ſed potius iniuſtis, & eam æſtimet eſſe
pœnalem, ſequitur & dicit, Et mortui reſurgent incor-
rupti,& nos immutabimur. Quicunque ergo mali ſunt,
ſic ordinati ſunt: quia & vnuſquiſque ſibi,& omnes in-
uicem ſibi nocent. Hoc enim appetunt quod pernicioſe
diligitur,& quod eis facile auferri poteſt, & hoc ſibi au-
ferunt inuicem,quādo ſe perſequuntur. Et ideo crucian
tur quibus auferūtur temporalia,quia diligūt ea, Illi autē
qui auferunt,gaudēt. Sed talis læticia cæcitas eſt,& ſum-
ma miſeria: ipſa enim magis implicat animā, & ad ma-
iora tormēta perducit (diaboli). Nam gaudet & piſcis,
quando hamum nō videns,eſcam deuorat: ſed cum pi-
ſcator eum adducere cœperit,viſcera eius torquētur pri M
mo,deinde ab omni læticia ſua per ipſam eſcam,de qua
lætatus eſt,ad cōſumptionem trahitur. Sic ſunt omnes,
qui de bonis temporalibus beatus ſe eſſe putant:hamum
enim acceperunt,& cum illo ſibi vagantur. Veniet tem
pus vt ſentiant quāta tormēta cum auiditate deuorauе-
rint. Et ideo bonis nihil nocent, quia hoc eis auferunt,
quod non diligunt: nam quod diligunt, & vnde beati
ſunt, auferre illis nemo poteſt. Cruciatus vero corporis
malas animas miſerabiliter affligit, bonos autē fortiter
purgat. Sic fit vt & malus homo & malus angel⁹ diuinæ
prouidentiæ militēt,ſed neſciunt quid boni de illis ope
retur deus. Noo itaque pro meritis officij, ſed pro meri- *Omnia di-*
tis maliciæ ſtipendiantur. Sed vt hæ animæ, quæ ha- *uina proui-*
bent voluntatē nocendi & rationē cogitādi,ſub diuinis *dentia gu-*
legibus ordinatæ ſunt,ne aliquid iniuſtum quiſq; patia- *bernari.*
tur:ita & omnia animalia & corporalia io genere ſuo & *Cap.VIII.*
ordine ſuo diuinę prouidētię legib⁹ ſubdita adminiſtrā *Matth.10.*
tur. Ideo dominus dicit,Nōne duo paſſeres aſſe veneūt,
& vnus eorū noo cadit ſuper terrā ſine volūtate patris
veſtri? Hoc enī dixit, volēs oſtēdere quicquid viliſsimū
homines putāt,omnipotētia domini gubernari. Sic enī
& volatilia cœli ab eo paſci, & lilia agri ab eo veſtiri,ve *Matth.6.*
ritas loquitur,quæ capillos etiam noſtros numeratos eſ- *Matth.10.*
ſe dicit. Sed quoniam mundas animas rationales per ſe-
ipſe deus curat,ſiue in optimis & magnis angelis,ſiue in
hominibus tota ſibi voluntate ſeruientibus,cætera vero
per ipſos gubernat, veriſsime dici potuit etiam illud ab
Apoſtolo,

A Apoſtolo, Non enim de bobus cura eſt deo. In ſcriptu-
1. Corint. 9. ris enim ſanctis deus homines docet, quo modo cū ho-
minibus agant, & ipſi deo ſeruiant: quo modo autē agāt
cum pecoribus ſuis, ipſi ſciunt: id eſt quo modo ſalutem
pecorum ſuorū gubernent vſu & perītia & ratione na-
turali: quæ quidē omnia de magnis ſui creatoris operi-
† opibus. bus† acceperunt. Qui ergo poteſt intelligere quo modo
vniuerſæ creaturę conditor deus gubernet eam per ani-
mas ſanctas, quæ myſteria eius ſunt in cœlis & in terris,
Matth. 25. quia & ipſæ ſanctæ animæ ab ipſo factæ ſunt, & in eius
creatura primatum tenent: qui ergo poteſt intelligere,
Hortatio intelligat, & intret in gaudium domini ſui. Si autem
ad diligen hoc non poſſumus, quandiu ſumus in corpore, & pere-
dum deū. grinamur à domino, guſtemus ſaltem quàm ſuauis eſt
Cap. IX. dominus, qui dedit nobis pignus ſpiritū, in quo ſentia-
2. Corint. 5. mus eius dulcedinem, & deſideremus ipſum vitæ fon-
Pſal. 33. tem, vbi ſobria ebrietate inundemur & irrigemur ſicut
2. Corint. 1. lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, &
& 5. dat fructum in tempore ſuo, & folia eius non decident.
Pſal. 1. Dicit enim ſpiritus ſanctus, Filij autem hominū in teg-
Pſal. 35. mine alarum tuarum ſperabunt: Inebriabuntur ab vber-
tate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos:
B Quoniam apud te eſt fons vitæ. Talis ebrietas nō euer-
tit mentem, ſed tamen rapit ſurſum, & obliuionem prę-
ſtat omniū terrenorū. Sed ſi poſſumus toto affectu iam
Pſal. 41. dicere, Quēadmodum deſiderat ceruus ad fontes aqua-
Fides. C. X. rum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Quòd ſi
forte adhuc propter ægritudines animæ, quas de ſeculi
Pſal. 33. amore concepit, nec guſtare ſumus idonei quàm dulcis
eſt dominus: vel credamus diuinæ authoritati, quam vo
luit eſſe in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei
Roma. 1. ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ſicut Apoſtolus lo
Ioan. 1. quitur: Omnia enim per ipſum facta ſunt, ſicut in Euan-
gelio ſcriptum eſt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Qui no-
ſtræ imbecillitati miſertus eſt, quam imbecillitatem nō
eius opere, ſed noſtra volūtate meruimus: nam deus ho-
Liberū ar- minem inexterminabilem fecit, & ei liberum volunta-
bitrium. tis arbitrium dedit. Non enim eſſet optimus, ſi dei præ-
ceptis neceſsitate non voluntate ſeruiret. Facile eſt om-
nino, quantum exiſtimo, quod intelligere nolūt, qui ca-
tholicam deſerunt fidem, & Chriſtiani vocari volunt:
nam ſi nobiſcum fatentur naturam noſtram non poſſe
ſanari, niſi recte faciendo: fateantur eam non infirma-
ri, niſi peccando. Et ideo non eſt credendum animam
C noſtram hoc eſſe quod deus eſt: quia ſi hoc eſſet, nec ſua
voluntate, nec aliqua neceſsitate in deterius mutaretur,
quoniam omnimodo incōmutabilis intelligitur deus:
Roma. 13. ſed ab eis qui non in contentione & æmulatione & va-
næ glorię cupiditate amant loqui quod neſciūt, ſed hu-
Sapien. 1. militate Chriſtiana ſentiunt de domino, & in bonitate
& in ſimplicitate cordis quærunt eum. Hanc ergo im-
becillitatem noſtram ſuſcipere dignatus eſt filius dei, &
Ioan. 1. verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: non quia
æternitas illa mutata eſt, ſed quia mutabilem creaturam
mutabilibus hominum oculis oſtēdit, quam incommu-
Cur de⁹ fa- tabili maieſtate ſuſcepit. Sunt autem ſtulti qui di-
ctus homo. cunt, Non poterat aliter ſapientia dei homines libera-
Cap. XI. re, niſi ſuſciperet hominem, & naſceretur ex fœmina, &
à peccatoribus omnia illa pateretur? Quibus dicimus,
Poterat omnino, ſed ſi aliter faceret, ſimiliter veſtræ ſtul
ticiæ diſpliceret. Si enim non appareret oculis peccato-
rum, lumen eius vtiq; æternum, quod per interiores ocu
los videtur, inquinatis mentibus videri nō poſſet. Nunc
autem quia viſibiliter nos commonere dignatus eſt, vt
ad inuiſibilia prępararet, diſplicet auaris, quia non aureū

corpus habuit: diſplicet impudicis, quia ex fœmina natus D
eſt. Multum enim oderunt impudici, quòd cōcipiunt & *Impudici*
pariunt fœminæ: diſplicet ſuperbis, quòd cōtumelias pa *oſores na-*
tientiſsime pertulit: diſplicet delicatis, quia cruciatus eſt: *turæ.*
diſplicet timidis, quia mortuus eſt. Et vt non vicia ſua
videantur defendere, non in homine dicūt ſibi hoc diſ-
plicere, ſed in filio dei. Non enim intelligunt quid ſit æ-
ternitas dei, quæ hominē aſſumpſit: & quid ipſa huma-
na creatura, quę mutationibus ſuis in priſtinam firmita-
tem reuocabatur, vt diſceremus, docente ipſo domino,
infirmitates, quas peccando collegimus, recte faciendo
poſſe ſanari. Oſtendebatur enim nobis ad quam fragili-
tatem homo ſua culpa peruenerit, & ex qua fragilitate
diuino auxilio liberaretur. Itaque filius dei hominem aſ
ſumpſit, & in illo humana perpeſſus eſt. Hæc medicina
hominum tanta eſt, quanta nō poteſt cogitari: nam quæ
ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filij dei non ſanatur?
Quæ auaricia ſanari poteſt, ſi paupertate filij dei non ſa-
natur? Quę iracundia ſanari poteſt, ſi patiētia filij dei nō
ſanatur? Quæ impietas ſanari poteſt, quæ charitate filij
dei non ſanatur? Poſtremo quæ timiditas ſanari poteſt,
ſi reſurrectione corporis nō ſanatur? Erigat ſpem ſuam
genus humanum, & recognoſcat naturam ſuam, & vi- E
deat quātum locum habeat in operibus dei. Nolite voſ-
ipſos contemnere viri, filius dei virum ſuſcepit. Nolite
voſipſas contemnere fœminæ, filius dei natus ex fœmi-
na eſt. Nolite tamen amare carnalia, quia in filio dei nec *Galat. 3.*
maſculus nec fœmina ſumus. Nolite amare temporalia,
quia ſi bene amarentur, amaret ea homo quem ſuſcepit
filius dei. Nolite timere contumelias & cruces & mor-
tem, quia ſi nocerent homini, non ea pateretur homo
quem ſuſcepit filius dei. Hæc omnis hortatio, quæ iam
vbiq; prædicatur, vbiq; veneratur, quæ omnem obediē-
tem animam ſanat, non eſſet in rebus humanis, ſi non
eſſent facta illa omnia quæ ſtultiſsimis diſplicēt. Quem
dignatur imitari vicioſa iactantia, vt ad virtutem perci-
piendam poſsit adduci, ſi erubeſcit imitari eum, de quo
dictum eſt antequā naſceretur, quòd filius altiſsimi vo- *Luca. 1.*
caretur, & per omnes iam gētes, quod negare nemo po-
teſt, filius altiſsimi vocatur? Si multum de nobis ſenti-
mus, dignemur imitari eum qui filius altiſsimi vocatur.
Si parum de nobis ſentimus, audeamus imitari piſcato-
res & publicanos, qui eum imitati ſunt. O medicinā om
nibus conſulentem, omnia tumentia comprimentem, F
omnia tabeſcentia reficientē, omnia ſuperflua reſecan-
tem, omnia neceſſaria cuſtodientem, omnia perdita re-
parantem, omnia deprauata corrigentem. Quis iam ſe
extollet contra filium dei? Quis de ſe deſperet, pro quo
tam humilis eſſe voluit filius dei? Quis beatam vitam eſ-
ſe arbitretur in iis quæ contemnenda eſſe docuit filius
dei? Quibus aduerſitatibus cedat, qui naturam hominis
à tantis perſecutionibus cuſtoditam credit in filio dei?
Quis ſibi eſſe clauſum regnum cœlorum putet, qui co-
gnoſcit publicanos & meretrices imitatores eſſe filij *Matth. 21.*
dei?† Qua peruerſitate non careat, qui facta & dicta in- *† imitatores eſ*
tuetur & diligit & ſectatur illius hominis, in quo ſe no- *ſe filiū dei.*
bis ad exemplum vitæ præbuit filius dei? Itaque iam *De effectu*
& maſculi & fœminæ, & omnis ætas, & omnis huius ſe- *humanita-*
culi dignitas ad ſpem vitæ æternæ commota† eſt. Alij *tis. Ca. XII.*
neglectis temporalibus bonis conuolant ad diuina. Alij *† cōmutata.*
cedunt eorum virtutibus qui hæc faciūt, & laudāt quod
imitari non audent. Pauci autem adhuc murmurant, &
inani liuore torquentur: aut qui ſua quærunt in eccleſia,
quamuis videantur catholici: aut ex ipſo Chriſti nomi-
ne gloriam quærentes, hæretici: aut peccatum impieta-
tis ſuæ

G tis ſuæ defendere cupientes, Iudæi: aut curioſitatem va-
næ licentiæ perdere timentes, Pagani. Sed eccleſia catho
lica per totum orbem longe lateq; diffuſa, impetus eorũ
prioribus temporibus frangẽs, magis magiſq; roborata
eſt: non reſiſteodo, ſed perferendo. Nunc vero inſidio-
ſas eorũ quæſtiones fide irridet, diligẽtia diſcutit, intel-
Matth. 3. & 13. ligentia diſſoluit: criminatores palearum ſuarũ non cu-
rat, quia tempus meſsis, & tempus arearum, & tempus
horreorum cautè diligenterq; diſtinguit. Criminatores
autem frumenti ſui, aut errantes corrigit, aut inuidentes
inter ſpinas & zizania computat. Subiiciamus ergo ani-
mam deo, ſi volumus ſeruituti ſubiicere corpus noſtrũ,
De fide & operatione. Cap. XIII. & de diabolo triumphare. Fides eſt prima quæ ſub-
iugat animam deo, deinde præcepta viuendi, quibus cu
ſtoditis ſpes noſtra firmatur, & nutritur charitas, & lu-
cere incipit quod antea tantummodo credebatur. Cum
eoim cognitio & actio dona ſint dei, & beatum homi-
nem faciant: ſicut in cognitiooe cauendus eſt error, ſic
Mẽs veritatis capax nõ eſt, niſi vicijs libera. in actione cauenda eſt nequicia. Errat autẽ quiſquis pu-
tat veritatem ſe poſſe cognoſcere, cum adhuc nequiter
viuat. Nequicia eſt autem mundum iſtum diligere, & ea
quæ naſcuntur & tranſeunt, pro magno habere: & ea cõ
H cupiſcere, & pro his laborare, vt acquirantur: & lætari,
cum abundauerint: & timere, ne pereant: & contriſtari,
cum pereunt. Talis vita non poteſt puram illam & ſyn-
ceram & incommutabilem videre veritatem, & inhęre-
Iṅ æternũ iã nõ mori. re illi, & in æternum oon moueri. I Itaq; priuſquã mens
noſtra purgetur, debemus credere quod intelligere nõ-
dum valemus: quoniam veriſsime dictum eſt per Pro-
Eſaia. 7. phetam, Niſi credideritis, non intelligetis. Fides in ec-
cleſia breuiſsime traditur, in qua commendantur æter-
na, quæ intelligi à carnalibus nondum poſſont: & tẽpo-
ralia præterita & futura, quę pro ſalute hominum geſsit,
& geſtura eſt æternitas diuinæ prouidentiæ. Credamus
ergo in patrem & filium & ſpiritum ſanctum: hæc æter-
na ſunt & incommutabilia, id eſt vnus deus vnius ſub-
ſtantiæ trioitas æterna: deus ex quo omnia, per quẽ om-
Contra eos qui tres pſonas negãt. Cap. XIIII. Roma. 11. nia, in quo omnia. Nec eos audiamus qui dicunt pa-
trem tantummodo eſſe, nec habere filium, nec eſſe cum
eo ſpiritum ſanctum: ſed ipſum patrẽ aliquando appel-
lari filium, aliquando ſpiritum ſanctum. Neſciunt enim
principium, ex quo ſunt omnia: & imaginẽ eius, per quã
I formantur omnia: & ſanctitatem eius, in qua ordinan-
Contra eos qui ĩducũt tres deos. Cap. XV. tur omnia. Nec eos audiamus, qui indignantur & ſto
machantur, quia non tres deos colendos dicimus, Ne-
ſciunt enim quòd ſit vna eademque ſubſtantia, & phan
taſmatibus ſuis illuduntur: quia ſolẽt videre corporali-
ter vel animalia tria, vel quęcunq; corpora tria locis ſuis
eſſe ſeparata. Sic putant intelligendam ſubſtantiam dei:
& multum errãt: quoniam ſuperbi ſuot, & non poſſunt
Contra eos qui ĩducũt diuerſitatẽ in ſanctam trinitatem. Cap. XVI. diſcere, quia nolunt credere. Nec eos audiamus, qui
patrem ſolum verum deum & ſempiternum eſſe dicũt:
filium autem non de ipſo geoitum, ſed ab ipſo factũ de
nihilo, & fuiſſe tempus quando noo erat, ſed tamen pri
mum locum tenere in omni creatura: & ſpiritũ ſanctum
minoris maieſtatis eſſe quàm filium, & ipſum factum eſ
ſe poſt filium: & horum trium diuerſas eſſe ſubſtantias,
tanquam aurum & argentum & æramentum: Neſciont
enim quid loquãtur, & de his rebus quas per oculos car-
neos videre conſueuerunt, vanas imagines ad diſputa-
tationes ſuas transferunt. Quia reuera magnũ eſt men-
te conſpicere generationem, quæ non fit ex aliquo tem-
pore, ſed æterna eſt: & ipſam charitatem & ſanctitatem,
qua generator & generatus ineffabiliter ſibi copulãtur,
Magnum & difficile eſt hæc mente conſpicere, etiam ſi
pacata & tranquilla ſit. Non poteſt ergo fieri vt illi hæc K
videant, qui terrenas generatiooes nimis intuentur, &
ad iſtas tenebras addunt adhoc fumum, quem ſibi con-
tentionibus & certaminibus quotidianis excitare non
ceſſant: habentes animas carnis affectibus defluentes, tã-
quam ligna humore ſaginata, in quibus ignis fumũ ſo-
lum vomit, & habere flãmas lucidas non poteſt. Et hoc
quidẽ de omoibus hæreticis rectiſsime dici poteſt. Cre-
dẽtes ergo incommutabilem trinitatẽ, credamus etiam
in diſpenſatiooem temporalem pro ſalute generis hu-
mani eſſe natum deum. Nec eos audiamus, qui fi- *Chriſtũ eſſe deum.*
lium dei Ieſum Chriſtum nihil eſſe aliud quàm homi-
nem dicunt: ſed ita iuſtum, vt dignus ſit appellari filius *Cap. XVII.*
dei. Et hos enim catholica diſciplina miſit foras, quo- *1. Corin. 1.*
niam vanæ gloriæ cupiditate decepti, cõtentioſe diſpu-
tare voluerunt, antequam intelligerent quid ſit dei vir-
tus & dei ſapientia: & in principio verbum, per quod fa *Ioan. 1.*
cta ſunt omnia: & quo modo verbum caro factum eſt,
& habitauit in nobis. Nec eos audiamus, qui non ve *Chriſtũ corpus induiſſe verum.*
rum hominem ſuſcepiſſe dicuot filium dei, neq; natum
eſſe de fœmina, ſed falſam carnem & imaginem ſimu-
latam corporis humani oſtendiſſe videntibus. Neſciunt *Ca. XVIII.*
enim quo modo ſubſtãtia dei adminiſtrans vniuerſam *3. ſen. d. 4.*
creaturã, inquinari omnino non poſsit: & tamen prędi- *c. aſſumpſit.*
cans iſtum viſibilem ſolem, radios ſuos per omnes fe- L
ces & ſordes corporum ſpargere, & eos mundos & ſyn-
ceros vbiq; ſeruare. Si ergo viſibilia munda viſibilibus *1. ſen. d. 37.*
immuodis contingi poſſunt, & non inquinari: quanto *c. ſolet etiã.*
magis inuiſibilis & incommutabilis veritas per ſpiritum
aoimam, & per animam corpus ſuſcipiens, toto homioe
aſſumpto ab omnibus eũ infirmitatibus nulla ſua conta
mioatione liberauit? Itaq; magnas patiuntur anguſtias:
& cum timent quod fieri non poteſt, ne humana carne
veritas inquinetur, veritatem dicunt eſſe mentitam. Et
cum ille præceperit, dicens, Sit in ore veſtro, eſt eſt, non *Matth. 5.*
non: & Apoſtolus clamet, Non erat in illo eſt & nõ, ſed *2. Corint. 1.*
eſt in illo erat: iſti totum corpus eius falſam carnem fuiſ
ſe contendont, vt non ſibi videãtur imitari Chriſtum,
ſi non ſuis auditoribus mentiantur. Nec eos audia- *Deum habuiſſe iam mẽtẽ quàm animã hominis.*
mus, qui trinitatem quidem in vna æterna ſubſtantia cõ
fitentur, ſed homioem ipſum, qui temporali diſpẽſatio-
ne ſuſceptus eſt, audent dicere oõ habuiſſe hominis mẽ-
tem, ſed ſolã animam & corpus: hoc eſt dicere, non fuit
homo, ſed membra corporis habebat humana. Animã *Cap. XIX.*
enim & corpus habent & beſtiæ, ſed rationem non ha- M
bent, quæ mentis eſt propria. Sed ſi execrãdi ſunt illi qui
eum negãt humanum corpus habuiſſe, quod eſt infimũ
in homine, miror quòd iſti non erubeſcũt, qui hoc eum
negãt habuiſſe quod eſt optimum in homine. Multum
enim lugenda eſt mens humana, ſi vincitur à corpore
ſuo, Siquidem in illo homine non reformata eſt, in quo
ipſum corpus humanũ iam dignitatem formæ cœleſtis
accepit. Sed abſit vt hoc credamus, quod cõfinxit teme-
raria cæcitas & ſuperba loquacitas. Nec eos audia- *Chriſtũ eſſe ſapientiam dei. C. XX.*
mus, qui ſic dicunt ab illa æterna ſapientia ſuſceptũ eſſe
hominẽ, qui de virgine nat' eſt, quo modo & alij homi
nes ab ea ſapientes fiunt, qui perfecte ſapientes ſunt. Ne-
ſciunt enim propriũ illius hominis ſacramẽtum, & pu-
tant hoc ſolum eum amplius habuiſſe ioter cæteros bea
tiſsimos, quod de virgine natus eſt. Quod ipſum ſi be-
ne conſiderent, fortaſsis credant ideo illum hoc præter
cæteros meruiſſe, quòd aliquid proprium pręter cęteros
habet etiam ipſa ſuſceptio. Aliud eſt enim ſapientẽ tan-
tum fieri per ſapientiã dei, & aliud eſt ipſam perſonam
ſuſtinere ſapientiæ dei: quamuis enim eadem natura ſit
corporis

A corporis eccleſiæ, multum tamen diſtare inter caput &
membra cætera quis non intelligat? Si enim eccleſiæ ca
Ioan.1. put eſt homo ille, cuius ſuſceptione verbum caro factū
eſt, & habitauit in nobis, membra cætera ſunt omnes
ſancti, quibus perficitur & completur eccleſia. Quo mo
do ergo anima totum corpus noſtrum aoimat & viuifi-
cat, ſed in capite & videndo ſentit, & audiendo & odo
rando & guſtando & tangendo, in cæteris autem mem
bris tangendo tantū: & ideo capiti cuncta ſubiecta ſunt
ad operandum, illud autem ſupra collocatum eſt ad cō-
ſulendum: quia ipſius animæ, quę conſulit corpori, quo-
dam modo perſonā ſuſtinet caput, ibi enim omnes ſen
ſus apparent, Sic vniuerſo populo ſanctorum tanquam
1.Theſſ.2. vni corpori caput eſt mediator dei & hominum, homo
Chriſtus Ieſus. Et propterea ſapientia dei & verbum in
Ioan.1. principio, per quod facta ſunt omnia, oon ſic aſſumpſit
illum hominem vt cęteros ſanctos, ſed multo excellen-
tius, multóque ſublimius: quooiam ipſum ſolum aſſumi
oportuit, in quo ſapiētia dei patris homioibus appareret,
ſicut eam viſibiliter decebat oſtendi. Quapropter aliter
ſunt ſapientes cæteri homines, quicunq; ſunt vel eſſe po
tuerunt vel poterunt: & aliter ille vnus mediator dei &
B hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui ſapientiæ ipſius, per
quam ſapientes fiunt quicunque homines, nō ſolum be-
neficium habet, ſed etiam perſonam gerit. De cæteris
enim ſapiētibus & ſpiritalibus animis recte dici poteſt,
quòd habeant in ſe verbum dei per quod facta ſunt om
nia: ſed in nullo eorum recte dici poteſt, quòd verbum
caro factum eſt & habitauit in nobis: quod in ſolo do-
Chriſtū non mino noſtro Ieſu Chriſto rectiſsime dicitur. Nec eos
ſolū corpus audiamus, qui ſolum corpus humanum ſuſceptum eſſe
habuiſſe dicunt à verbo dei, & ſic audiunt quod dictū eſt, Et ver-
hominis. bum caro factum eſt, vt negēt illum hominem vel ani-
Cap.XXI. mam vel aliquid hominis habuiſſe, niſi carnē ſolam. Er-
Ioan.1. rant enim multum, nec intelligunt ideo carnem ſolam
nominatā eſſe in eo quod dictum eſt, Verbum caro fa-
ctum eſt, quia hominum oculis propter quos facta eſt il
la ſuſceptio, caro ſola potuit apparere. Nam ſi abſurdum
eſt & valde indignum vt humanū ſpiritum homo ille
non habuerit, ſicut ſuperius tractauimus: quanto magis
abſurdum & indigoum eſt, vt nec ſpiritum nec animā
habuerit, ſed hoc ſolum habuerit, quod etiam in pecori-
bus vilius eſt, & extremius, id eſt, corpus? A noſtra ergo
fide etiam iſta impietas excludatur, totumq; hominem
C atque perfectum à verbo dei ſuſceptum eſſe credamus.
Corp⁹ Chri Nec eos audiamus, qui tale corpus dominum noſtrū
ſtinō fuiſſe habuiſſe dicunt, quale apparuit in columba, quam vidit
imagina- Ioannes baptiſta deſcendentem de cœlo & manentem
rium. ſuper cū io ſigoo ſpiritus ſancti. Ita enim perſuadere co-
Cap.XXII. nantur filium dei natū non eſſe de fœmina, Quia ſi car-
nalibus oculis eum oportebat oſtendi, potuit, ioquiunt,
ſic aſſumere corp⁹ quo modo ſpiritus ſanctus. Nō eoim
& columba illa de ouo nata eſt, aiunt: & tamen huma-
nis oculis potuit apparere. Quibus primum illud reſpon
deodum eſt, quòd ibi legimus in ſpecie columbæ appa-
ruiſſe Ioāoi ſpiritum ſanctū, vbi legimus etiā Chriſtum
natū eſſe de fœmina, & nō oportet in parte credere Euā-
gelio, & in parte non credere. Vnde enim credis in co-
lumbę ſpecie demonſtratū eſſe ſpiritum ſanctū, niſi quia
in Euangelio legiſti? Ergo & ego inde credo Chriſtum
natum de virgine eſſe, quia in Euangelio legi. Quare au
tem ſpiritus ſanctus nō eſt natus de columba, queadmo
dum Chriſtus de fœmina? Illa cauſa eſt, quia nō colum-
bas liberare venerat ſpiritus ſanctus, ſed hominibus ſi-
gnificare innocentiam & amorem ſpiritalem, quod in
columbæ ſpecie viſibiliter figuratum eſt. Dominus au- D
tem Ieſus Chriſtus qui venerat ad homines liberandos,
in quibus & mares & fœmina pertinent ad ſalutem: nec
mares faſtidiuit quia marem ſuſcepit: nec fœminas, quia
de fœoiina natus eſt. Huc accedit magonm ſacramen-
tum, vt quoniam per fœminam nobis mors acciderat,
vita nobis per fœminam naſceretur: vt de vtraque natu
ra, id eſt fœmina & maſculina victus diabolus crucia-
retur, quoniam de ambarum ſubuerſione lætabatur: cui
parum fuerat ad pœnam ſi ambæ naturæ in nobis libe-
rarentur, niſi etiam per ambas liberaremur. Neque hoc
ita dicimus, vt dominum Ieſum Chriſtum dicamus ſo-
lum verum corpus habuiſſe: ſpiritum ſanctū autem fal-
laciter apparuiſſe oculis hominum, ſed ambo illa cor-
pora, vera corpora credimus. Sicut enim oon oporte-
bat vt homines falleret filius dei, ſic non decebat vt ho-
mines falleret ſpiritus ſanctus. Sed omnipotēti deo qui
vniuerſam creaturam de nihilo fabricauit, non erat dif
ficile verum corpus columbę ſine aliarum columbarum
miniſterio figurare, ſicut ei non fuit difficile verum cor-
pus in vtero Mariæ ſine virili ſemioe fabricare: cum na-
tura corporea & in viſceribus fœminæ ad formandum
hominem, & in ipſo mūdo ad formandam columbam E
imperio domini, voluntatique ſeruiret. Sed ſtulti homi-
nes & miſeri, quod aut ipſi facere non poſſunt, aut in vi-
ta ſua nunquam viderunt, etiam ab omnipotēti deo fie-
ri potuiſſe nō credunt. Nec eos audiamus, qui prop- *Filium dei*
terea volunt cogere, vt inter creaturas filium dei nume- *paſſionē nō*
remus quia paſſus eſt. Dicunt enim, Si paſſus eſt, muta- *fuiſſe mu-*
bilis eſt: & ſi mutabilis eſt, creatura eſt, quia dei ſubſtan- *tatum.*
tia non poteſt immutari. Cum quibus etiā nos dicimus, *Ca. XXIII.*
& dei ſubſtantiam cōmutari non poſſe, & creaturam eſ
ſe mutabilem. Sed aliud eſt eſſe creaturā, & aliud ſuſci-
pere creaturam. Filius ergo vnigenitus dei, qui eſt virtus
& ſapientia dei, & verbum per quod facta ſunt omnia, *1.Corint. 1.*
quia immutari non poteſt omnino, ſuſcepit humanam *Ioan.1.*
creaturam, quā lapſam erigere, atque inueteratam reno-
uare dignatus eſt. Nec in ea per paſsioonem ipſe in dete-
rius cōmutatus eſt, ſed eam potius per reſurrectionē in
melius commutauit. Nec propterea verbū patris, id eſt
vnicum dei filium, per quem facta ſunt omnia, negan-
dum eſt natū & paſſum eſſe pro nobis. Et martyres enim
paſſos dicimus & mortuos propter regna cœlorum, nec
tamen in ea paſsiooe & morte animæ eorū occiſæ ſunt.
Dicit enim dominus, Nolite timere eos qui corpus oc- *Matth. 10.*
cidunt, animæ autē nihil poſſunt facere. Sicut ergo mar F
tyres paſſos & mortuos dicimus in corporibus quę por-
tabāt, ſine animarum interfectione vel morte: ſic filium
dei paſſum & mortuum dicimus in homine quem por-
tabat, ſine diuinitatis aliqua commutatione vel morte.
Nec eos audiamus qui negant tale corpus domini *Corp⁹ ſemp*
reſurrexiſſe, quale poſitum eſt in monumento. Si enim *māſiſſe id&.*
tale noo fuiſſet, non ipſe dixiſſet poſt reſurrectionem di *C. XXIIII.*
ſcipulis, Palpate & videte, quoniam ſpiritus oſſa & car- *Lucæ 24.*
nem non habet, ſicut me videtis habere. Sacrilegum eſt
enim credere dominum noſtrū, cuoi ipſe ſit veritas, in
aliquo fuiſſe mentitum. Nec nos moueat quòd clauſis
oſtiis ſubito eū apparuiſſe diſcipulis ſcriptū eſt, vt prop- *Ioan.14.*
terea negemus illud fuiſſe corpus humanum, quia con- *Ioan.20.*
tra naturā huius corporis videmus illud per clauſa oſtia
intrare, Omnia enim poſsibilia ſunt deo: nam & ambu-
lare ſuper aquas contra naturā huius corporis eſſe ma-
nifeſtum eſt, & tamen non ſolū ipſe dominus ante paſ-
ſionem ambulauit, ſed etiam Petrum ambulare fecit. Ita *Matth. 14.*
ergo & poſt reſurrectionem ſuam de corpore ſuo fecit
quod

G quod voluit. Si enim potuit ante paſsionem clarificare
Matth. 17. illud ſicut ſplendorem ſolis, quare non potuit & poſt
paſsionem ad quantam vellet ſubtilitatem in temporis
momento redigere, vt per clauſa oſtia poſſet intrare?
Corp⁹ ſubla Nec eos audiamus, qui negant ipſum corpus ſecum
tũ in cœlũ. leuaſſe in cœlum dominum noſtrum, & commemo-
Cap. XXV. rant in Euangelio quod ſcriptum eſt, Nemo aſcendit in
Ioan. 3. cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit: & dicunt, quia cor-
Matth. 16. pus non deſcendit de cœlo, non potuiſſe aſcendere in
Act. 1. cœlum. Non enim intelligunt, quoniã corpus nõ aſcen
dit in cœlum. Dominus enim aſcendit, corpus autem
non aſcendit, ſed leuatum eſt in cœlum, illo leuante qui
aſcendit. Si enim quiſque deſcendat, verbi gratia, de
monte nudus, cum autẽ deſcẽderit, veſtiat ſe, & veſtitus
iterum aſcendat, recte vtique dicimus, Nemo aſcendit,
niſi qui deſcendit: nec veſtem conſideramus quam ſe-
cum leuauit, ſed ipſum qui veſtitus eſt, ſolum dicimus
Chriſt⁹ ad aſcendiſſe. Nec eos audiamus, qui negant ad dexte-
dexteram ram patris ſedere filium. Dicunt enim, Nunquid deus
patris. pater habet latus dexterum aut ſiniſtrum ſicuti corpora?
C. XXVI. Nec nos hoc de deo patre ſentimus: nulla enim forma
Marc. 16. corporis deus definitur atque concluditur. Sed dextera
Dextera patris eſt beatitudo perpetua, quæ ſanctis datur: ſicut ſi-
patris. niſtra eius rectiſsime dicitur miſeria perpetua, quæ im-
H piis datur: vt non in ipſo deo, ſed in creaturis hoc mo-
do, quo diximus, intelligatur dextera & ſiniſtra: quia &
corpus Chriſti, quod eſt eccleſia, in ipſa dextera, hoc eſt
Ephe. 2. in ipſa beatitudine futurũ eſt, ſicut Apoſtolus dicit, quia
& ſimul nos ſuſcitauit, & ſimul nos ſedere fecit in cœle-
ſtibus. Quamuis enim corpus noſtrum nondum ibi ſit,
Ioan. 21. tamẽ ſpes noſtra iam ibi eſt. Propterea & ipſe dominus
poſt reſurrectionem ſuam iuſsit diſcipulis, quos piſcan-
tes inuenit, vt in dexteram partem mitterẽt retia. Quod
cum feciſſent, ceperunt piſces, qui omnes magni erant:
& omnes iuſtos ſignificabant, quibus dextera promitti-
tur. Hoc ſignificabat quòd etiã in iudicio dixit ſe agnos
Matth. 26. ad dexteram, hædos autem ad ſiniſtram eſſe poſiturum.
Iudiciũ fu- Nec eos audiamus, qui negant diem iudicij futurum,
turũ. Caput & commemorant, quod in Euãgelio ſcriptum eſt, eum
XXVII. qui credit in Chriſtum, non iudicari: qui autem nõ cre-
Ioan. 3. dit in illum, iam iudicatum eſſe. Dicunt enim, Si & ille
qui credit, non veniet in iudicium: & ille qui non cre-
dit, iam iudicatus eſt, vbi ſunt quos iudicatur⁹ eſt in die
iudicij? Non intelligunt ſic loqui ſcripturas: vt præteri-
tum tempus pro futuro tempore inſinuẽt: ſicut ſupra di-
I ximus, quod Apoſtolus dixit de nobis, quòd ſimul nos
Epheſ. 2. ſedere fecit in cœleſtibus, nondum factum eſt: ſed quia
certum eſt futurum, ita dictum eſt quaſi iam factum ſit:
Ioan. 15. ſicut & ipſe dominus diſcipulis dixit, Omnia quæ audi-
Ioan. 16. ui à patre meo nota feci vobis. Et paulo poſt dicit, Mul-
ta habeo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare mo-
do. Quo modo ergo dixerat, Omnia quæ audiui à pa-
tre meo, nota feci vobis: niſi quia illud quod per ſpiri-
tum ſanctum certiſsime facturus erat, quaſi iam feciſſet
Ioan. 3. locutus eſt? Sic ergo cum audimus, Qui credit in Chri-
ſtum, non veniet in iudicium: intelligamus quia non
veniet ad damnationem. Dicitur enim iudicium pro
Roma. 14. damnatione, ſicut dicit Apoſtolus, Qui non mandu-
cat, manducantem non iudicet: id eſt, non de illo male
Matth. 7. exiſtimet. Et dominus dicit, Nolite iudicare, ne iudice-
tur de vobis. Non enim tollit nobis intelligentiam iu-
Pſal. 57. dicandi, cum & Propheta dicat, Si vere iuſticiam dili-
Ioan. 7. gitis, recte iudicate filij hominum. Et ipſe dominus di-
cat, Nolite iudicare perſonaliter, ſed iuſtum iudicium
iudicate. Sed illo loco vbi vetat iudicare, illud admo-
net, ne damnemus aliquẽ, cuius vel cogitatio nobis non K
eſt aperta, vel neſcimus qualis poſtea ſit futurus. Sic er-
gò cum dixit, Ad iudicium non veniet: hoc dixit, quia
non veniet ad damnationem. Qui autẽ non credit iam *Ioan. 3.*
iudicatus eſt: hoc dixit, quia iam dãnatus eſt præſcientia
dei, qui nouit quid immineat non credentibus. Nec *Spirit⁹ ſan*
eos audiamus, qui dicunt ſpiritũ ſanctum, quẽ in Euan- *ctus. Caput*
gelio dominus promiſit diſcipulis, aut in Paulo Apoſto *XXVIII.*
lo veniſſe, aut in Montano & Priſcilla, ſicut Cataphry- *Ioan. 14.*
ges dicunt, aut in neſcio quo Manite vel Manichæo, ſi- *Act. 9.*
cut Manichæi dicunt. Tam enim cæci ſunt iſti, vt ſcrip-
turas manifeſtas non intelligant, aut tam negligẽtes ſa-
lutis ſuæ, vt omnino non legant. Quis enim cum lege-
rit, non intelligit, vel in Euangelio quod poſt domini
reſurrectionem ſcriptum eſt, dicente domino, Ego mit *Luca. 24.*
tam promiſſum patris mei in vos, vos autem ſedete hic
in ciuitate, quouſq; induamini virtute ab alto? Et in acti-
bus Apoſtolorum, poſtea quàm dominus abſceſsit à di- *Act. 1.*
ſcipulorum oculis in cœlum, decem diebus peractis, die *& 2.*
Pentecoſtes, non attẽdunt apertiſsime veniſſe ſpiritum
ſanctum: & cum eſſent illi in ciuitate ſicut eos ante mo
nuerat, impleuiſſe illos, ita vt loquerentur variis linguis.
Nam diuerſæ nationes quæ tunc aderant, vnuſquiſque
audientium ſuam linguam intelligebant. Sed iſti homi L
nes decipiunt eos qui negligẽtes ſunt in catholica fide,
& ipſam fidem ſuam quæ in ſcripturis manifeſta eſt, no-
lunt diſcere, & quod eſt grauius & multum dolendum,
cum in catholica fide negligẽter verſentur, hæreticis di-
ligenter aures accommodant. Nec eos audiamus, qui *Eccleſia ca*
ſanctam Eccleſiam, quę vna catholica eſt, negant per or *tholica.*
bẽ eſſe diffuſam, ſed in ſola Africa, hoc eſt, in parte Do- *Ca. XXIX.*
nati pollere arbitrantur. Ita ſurdi ſunt aduerſus Prophe-
tam dicentem, Filius meus es tu, ego hodie genui te: po- *Pſal. 2.*
ſtula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & poſ-
ſeſsionem tuam terminos terrę. Et alia multa ſiue in ve-
teris ſiue in noui teſtamenti libris, quæ ſcripta ſunt, vt a-
pertiſsime declarent Eccleſiam Chriſti per orbem terræ
eſſe diffuſam. Quod cum eis obiicimus, dicunt iam iſta
omnia fuiſſe completa, antequam eſſet pars Donati, ſed
poſtea totam Eccleſiam periſſe, & in ſola Donati parte
reliquias eius remanſiſſe contendunt. O linguam ſuper-
bam & nefariam: nec vere ſic viuerent, vt vel inter ſe pa
cem poſtea cuſtodirent. Nunc autẽ non attendunt iam
in ipſo Donato completum eſſe quod dictũ eſt, In qua *Matth. 7.*
menſura menſi fueritis, in ea remetietur vobis. Sicut enĩ M
Chriſtum diuidere conatus eſt, ſic ipſe à ſuis quotidiana
conciſione diuiditur. Ad hoc etiã pertinet illud quod
dominus dicit, Qui enim gladio percuſſerit, gladio mo
rietur. Gladius enim illo loco, ſiquidem in malo poſitus *Matth. 26.*
eſt, diſcordioſam linguam ſignificat, qua tunc ille infœ-
lix Eccleſiam percuſsit, ſed non occidit. Non autem di
xit dominus, qui occiderit gladio, gladio morietur, ſed
qui gladio vſus fuerit, inquit, gladio morietur. Ergo il-
le percuſsit Eccleſiam lingua litigioſa, qua nunc ipſe cõ
ciditur, vt omnino diſpereat atq; moriatur. Et tamen il
lud tunc Apoſtolus Petrus, nõ ſuperbia ſua, ſed quamuis
carnali tamen amore domini fecerat. Itaque admonitus
recõdit gladium: iſte autem nec victus hoc fecit. Siqui-
dem cũ Epiſcopo Cęciliano cauſam cum diceret, audiẽ-
tibus Epiſcopis Romæ, quos ipſe petiuerat, nihil eorum
quæ intenderat potuit probare: & ſic remanſit in ſchiſ-
mate, vt ſuo gladio moreretur. Populus autẽ ipſius, quan
do non audit Prophetas & Euangelium, in quibus aper
tiſsime ſcriptum eſt, Eccleſiam Chriſti per omnes gen-
tes eſſe diffuſam, & audit ſchiſmaticos, non dei gloriam
quærentes

A querentes ſed ſuam,ſatis ſignificat ſeruum ſe eſſe non li-
berum , & aurem dexteram ſe habere præciſam . Petrus
enim errans in amore domini, ſeruo non libero aurem
dexterã præcidit, Ex quo ſignificat eos qui gladio ſchiſ-
matis feriuntur,ſeruos eſſe carnalium deſideriorũ,non-
dum eductos in libertatẽ ſpiritus ſancti,vt iam non cõ-
fidant in homine:& nõ audire quod dextrum eſt,id eſt,
domini gloriam per catholicam Eccleſiã latiſsime per-
uagatam , & audire ſiniſtrũ humanæ inflationis errorẽ.
Sed tamen cum dominus dicat in Euangelio , cum per
Matth.24. omnes gentes Euangelium fuerit prædicatum tunc finẽ
eſſe venturum:quo modo iſti dicunt, quòd iam cæteræ
omnes gentes ceciderunt à fide,& in ſola parte Donati
remãſit Eccleſia, cum manifeſtum ſit ex quo iſta pars ab
vnitare præciſa eſt , nonnullas gentes poſtea credidiſſe:
& adhuc eſſe aliquas,quæ nondum crediderunt,quibus
quotidie non ceſſatur Euangelium prędicari? Quis non
miretur eſſe aliquem , qui ſe Chriſtianum dici velit , &
†armetur. aduerſus Chriſti gloriam tanta impietate rapiatur,† vt
audeat dicere omnes populos gentium , qui modo ad-
huc accedunt Eccleſiæ dei,& in dei filiũ feſtinanter cre-
B dunt,inaniter facere, quia nõ eos aliquis Donatiſta bap
tizat? Sine dubio iſta execrarentur homines, & eos ſine
dilatione relinquerent,ſi Chriſtum quærerent, ſi Eccle-
ſiam diligerent, ſi liberi eſſent, ſi aurem dexteram inte-
Reſipiſcẽtes gram retinerent. Nec eos audiamus , qui quamuis ne-
eſſe recipiẽ- minem rebaptizent , præcidere ſe tamen ab vnitate, &
dos. Luciferiani magis dici quàm catholici maluerunt. In eo
Cap.XXX. enim quòd intelligunt baptiſma Chriſti non eſſe repe-
tendum,recte faciunt: ſentiunt enim ſacramentũ ſancti
lauacri nuſquam eſſe, niſi ex catholica Eccleſia: ſed eam
formam ſecum habere ſarmenta præciſa , quam in ipſa
† vite. vnitate,† antequam præciderentur, acceperant. Hi ſunt
2.Timot.3. enim de quibus Apoſtolus dicit, habentes ſpeciem pieta
tis,virtutem autem eius abnegãtes. Eſt enim magna vir-
tus pietatis,pax & vnitas,quia vnus eſt deus:hanc illi nõ
habent,quia præciſi ab vnitate ſunt. Itaque ſi qui ex ipſis
ad catholicam veniunt,non iterant ſpeciem pietatis quã
habent , ſed accipiunt virtutem pietatis quam non ha-
Roma.11. bent.Nam & amputatos ramos denuo poſſe inſeri,ſi nõ
permãſerint in incredulitate,apertiſsime Apoſtolus do-
cet.Quod cum Luciferiani intelligunt, & non rebapti-
zant,non improbamus:ſed quòd etiam ipſi præcidi à ra
dice voluerunt, quis non deteſtandum eſſe cognoſcat?
C Et ideo maxime,quia hoc eis diſplicuit in Eccleſia catho
lica,quod vere catholicæ ſanctitatis eſt. Nuſquam enim
tam vigere debẽt viſcera miſericordiæ, quàm in catho-
lica Eccleſia, vt tanquam vera mater nec peccantibus fi
liis ſuperbe inſultet,nec correctis difficile ignoſcat. Nõ
enim ſine cauſa inter omnes Apoſtolos huius Eccleſiæ
Matth.16. catholicæ perſonam ſuſtinet Petrus:huic enim Eccleſiæ
Ioan.21. claues regni cœlorũ datæ ſunt, {cum Petro datæ ſunt.}
Et cũ ei dicitur, ad omnes dicitur, Amas me, paſce oues
meas. Debet ergo Eccleſia catholica correctis, & pieta-
Matth.14. te firmatis filiis libenter ignoſcere,cum ipſi Petro perſo-
16.& 26. nam eius geſtandi,& cum in mari titubaſſet,& cum do-
minum carnaliter à paſsione reuocaſſet , & cum aurem
ſerui gladio pręcidiſſet,& cum ipſum dominum ter ne-
Galat.2. gaſſet , & cum in ſimulationẽ poſtea ſuperſtitioſam lap-
ſus eſſet,videamus veniam eſſe conceſſam,eúmque cor-
rectum atque firmatum vſque ad dominicæ paſsionis
gloriam perueniſſe. Itaque poſt perſecutionem quæ per
Arrianos hæreticos facta eſt: & poſt ea quàm pax, quam
quidem catholica in domino tenet,etiam à principibus
ſeculi reddita eſt:epiſcopi , qui perfidiæ Arrianorum in
illa perturbatione †conſenſerant, multi correcti, redire D
in catholicam delegerunt,damnãtes ſiue quod credide- *† perſecu-*
rant,ſiue quod ſe crediduiſſe ſimulauerant . Hos Eccleſia *tione.*
catholica materno recipit ſinu,tanquã Petrum poſt fle-
tum negationis per galli cantum admonitum : aut tan- *Matth.26.*
quam eũdem poſt prauam ſimulationẽ Pauli voce cor- *Galat.2.*
rectum. Hanc illi matris charitatem ſuperbe accipiẽtes,
& impie reprehendentes , quia Petro poſt galli cantum
ſurgenti,non gratulati ſunt,cum Lucifero, qui mane o- *Eſaie.14.*
riebatur , cadere meruerunt. Nec eos audiamus , qui *Remiſsio*
negãt Eccleſiam dei omnia peccata poſſe dimittere. Ita- *peccatorũ.*
que miſeri,dum in Petro petram non intelligunt, & no *Ca. XXXI.*
lunt credere datas Eccleſiæ claues regni cœlorum , ipſi *Matth.16.*
eas de manibus amiſerunt . Iſti ſunt qui viduas ſi nupſe- *1.Timo.5.*
rint, tanquam adulteras damnant , & ſuper doctrinam
Apoſtolicam ſe prædicant eſſe mundiores. Qui nomen
ſuum ſi vellent agnoſcere , mundanos ſe potius quàm
mundos vocarent. Nolentes enim ſi peccauerint corri-
gi,nihil aliud delegerunt,niſi cum hoc mundo damna-
ri.Nam quibus veniam peccatorum negant, nõ eos ali-
qua ſanitate cuſtodiunt , ſed ægris ſubtrahunt medici-
nam,& viduas ſuas vri cogunt,quas nubere non permit E
tunt. Non enim prudentiores habendi ſunt,quàm Pau- *1.Corin.7.*
lus Apoſtolus,qui ait,Malo eas nubere quàm vri. Nec *Reſurre-*
eos audiamus,qui carnis reſurrectionem futurã negant, *ctio carnis.*
& commemorant quod ait Apoſtolus,Caro & ſanguis *C.XXXII.*
regnum dei non poſsidebunt, Non intelligentes quod *1.Corint.5.*
ipſe dicit Apoſtolus . Oportet corruptibile hoc induere
incorruptionem , & mortale hoc induere immortalita-
tem. Cum enim hoc factum fuerit, iam non erit caro &
ſanguis, ſed cœleſte corpus . Quod & dominus promittit
cum dicit,Neque nubent,neq; vxores ducent, ſed erunt
æquales angelis dei. Non enim iam hominibus,ſed deo *Matth.22.*
viuent,cum æquales angelis facti fuerint . Immutabitur
ergo caro & ſanguis , & fiet corpus cœleſte & angelicũ. *1.Corin.15.*
Et mortui enim reſurgent incorrupti,& nos immutabi-
mur:vt & illud verum ſit,quòd reſurget caro,& illud ve
rum ſit, quòd & caro & ſanguis regnum dei non poſsi-
debunt. Iſta fidei ſimplicitate & ſynceritate lactati *Fidei ſim-*
nutriamur in Chriſto, & cum paruuli ſumus, maiorũ ci *plicitas.*
bos non appetamus,ſed nutrimẽtis ſaluberrimis creſca- *Caput*
mus in Chriſto, accedẽtibus bonis moribus & Chriſtia- *XXXIII.*
na iuſticia, in qua eſt charitas dei & proximi perfecta & *1.Cor.3.*
firmata:vt vnuſquiſque noſtrum de diabolo inimico &
angelis eius triumphet in ſemetipſo in Chriſto quẽ in- *Coloſſ.2.*
duit:quia perfecta charitas,nec cupiditatem habet ſecu- F
li, nec timorem ſeculi, id eſt, nec cupiditatem vt acqui- *Charitas.*
rat res temporales , nec timorem ne amittat res tempo-
rales. Per quas duas ianuas intrat & regnat inimicus,qui
primo dei timore,deinde charitate pellendus eſt. Debe-
mus itaque tanto auidius appetere apertiſsimam & eui-
dentiſsimam cognitionem veritatis , quanto nos vide- *Cognitio ve*
mus in charitate proficere, & in eius ſimplicitate cor ha *ritatis.*
bere mundatum,quia ipſo interiore oculo videtur veri-
tas. Beati enim mundo corde,inquit, quia ipſi deum vi- *Matth.5.*
debunt, Vt in charitate radicati & fundati pręualeamus
comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit latitudo *Ephes.3.*
& altitudo & longitudo & profundum: Scire etiam ſu-
pereminentem ſcientiam charitatis Chriſti, vt implea-
mur in omnem plenitudinem dei, & poſt iſta cum inui
ſibili hoſte certamina , quoniam volentibus & amanti-
bus iugum Chriſti lene eſt, & ſarcina eius leuis , coronã
victoriæ mereamur. Amen. *Matth.11.*

LIBRI DE AGONE
Chriſtiano, Finis.

DIVI

G

DIVI AVRELII AVGVSTINI LIBER DE OPERE MONACHORVM AD AVrelium Epiſcopum Carthaginenſem.

Quo modo defendant ocium ſuũ monachi. Cap.I.

IVSSIONI tuę ſanctę frater Aureli, tanto deuotius obtemperare me oportuit, quanto magis mihi quis ex te iuſſerit, claruit. Dominus noſter Ieſus Chriſtus habitans in interiori [homine] nio, tibiq; ſolicitudinem paternę & fraternę charitatis inſpirans, vtrum

2.Theſſ.3.

filiis & fratribus noſtris monachis, qui beato Paulo Apoſtolo obedire negligũt, dicenti, Qui non vult operari non mãducet: permittenda ſit iſta licentia, voluntatem ac linguam tuam aſſumens in opus ſuum imperauit mihi ex te, vt hinc ad te aliquid ſcriberem. Adſit itaque ipſe etiam mihi ipſe quo ita paream, vt ei me parere ex eius

H munere ipſa vtilitate fructuoſi laboris intelligam. Primum ergo videndum quid dicãt illius profeſsionis homines qui operari nolunt, Deinde ſi eos non recte ſentire inuenerimus, ad eorum correctionem quid dicendum. Non, inquiunt, de hoc opere corporali, in quo vel agricolæ vel opifices laborant præcepit hoc Apoſtolus cum diceret, Qui non vult operari non manducet. Neque enim Euangelio potuit eſſe contrarius, vbi ait ipſe

Math.6.

dominus, Ideo dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini, Nõnne anima plus eſt quàm eſca, & corpus quàm indumentum? Conſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nõnne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitãs, poteſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quo modo creſcunt, non laborant neque nent, Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autẽ fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo Nolite ſoliciti eſſe, dicentes,

I quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit autem pater veſter cœleſtis quia his omnibus indigetis. Quærite autem primum regnum dei & iuſticiam eius, & hęc omnia apponentur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum, craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibiipſi. Sufficit diei malicia ſua. Ecce inquiunt, vbi nos dominus iubet de victu & tegumento noſtro eſſe ſecuros, Quo modo ergo Apoſtolus ſentire aduerſus dominũ poſſet, vt nos præciperet ita eſſe debere ſolicitos, quid manducemus & quid bibamus, & vnde cooperiamur, vt nos etiã opificum artibus, curis, laboribus oneraret? Quapropter in

2.Theſſ.3.

eo quod ait, Qui non vult operari, non manducet: opera ſpiritalia, inquiunt, debemus accipere: de quibus alio

1.Corint.3.

loco dicit, Vnicuique ſicut dominus dedit: Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. Et paulo poſt, Vnuſquiſq; ſuam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Dei enim ſumus cooperarij, dei agricultura, dei ædificatio eſtis, ſecundum gratiam quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui. Sicut ergo Apoſtolus operatur plantando, rigando, ædificando, & fundamentum ponendo: ita qui non vult operari, non manducet. Quid enim prodeſt manducare ſpiritaliter, id eſt, paſci verbo dei, ſi non inde operatur K

Math.25.

aliorum ædificationem: ſicut illi pigro ſeruo, quid profuit accipere talentum & abſcondere, nec operari lucra dominica? An vt ei auferetur in fine, & ipſe in exteriores tenebras mitteretur? Sic, inquiunt, & nos facimus. Legimus cum fratribus, qui ad nos ab æſtu ſeculi veniũt fatigati, vt apud nos in verbo dei & in orationibus, pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritalibus requieſcant. Alloquimur eos, conſolamur, exhortamur ædificantes in eis, ſi quid eorum vitæ pro ſuo gradu deeſſe perſpicimus. Talia opera ſi non faceremus, periculoſe à domino alimenta ipſa ſpiritalia ſumeremus. Hoc enim dicit

2.Theſſ.3.

Apoſtolus, Qui non vult operari, non manducet. Ita ſe iſti arbitrantur apoſtolicæ & euangelicæ obtemperare ſententiæ, cum & Euangelium credunt de non curanda corporali & temporali vitæ huius indigẽtia præcepiſſe, & Apoſtolum de cibo & opere ſpiritali dixiſſe, Qui non vult operari, non manducet.

Aliud figurate, aliud proprie loqui. Ca.II.

Nec attendunt, quia ſi alius diceret dominum quidem in parabolis & in ſimilitudinibus loquentem de victu & tegumẽto ſpiritali monuiſſe, vt non inde ſint ſoliciti ſerui eius,

Math.10.

ſicut dicit, Cum vos attraxerint ad iudicia, nolite co-

L gitare quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Sermo quippe ſapientiæ ſpiritalis eſt, de quo illos noluit cogitare, promittens quod eis nihil inde ſolicitus præſtaretur: Apoſtolum autem iam more Apoſtolico apertius diſſerentem, & magis proprie quàm figurate loquẽtem, ſicut multa ac penè omnia ſeſe habent in epiſtolis Apoſtolicis, proprie de opere corporali ciböque dixiſſe, Qui non vult operari, non manducet: redderetur illis dubia ſententia eorum, niſi cætera dominica verba conſiderantes, inuenirent aliquid vnde probarent eum de victu & veſtitu corporali non elocutum fuiſſe, cum

Math.6.

diceret, Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis, & quid bibatis, & quo veſtiamini: velut ſi animo aduerterent, quod ait, Hæc enim omnia gentes inquirunt. Ibi enim oſtendit de ipſis corporalibus & temporalibus ſe dixiſſe. Ita ergo ſi hoc ſolum de hac re dixiſſet Apoſtolus, Qui non vult operari, non manducet: poſſent hæc verba in aliam traduci ſententiam. Cum vero multis aliis

2.Theſſ.3.

M locis epiſtolarum ſuarum quid hinc ſentiat, apertiſsime doceat, ſuperfluo conantur & ſibi & cæteris caliginem obducere, vt quod vtiliter illa charitas monet, nõ ſolum facere nolint, ſed nec intelligere ipſi, aut ab aliis intelligi velint, non timentes quod ſcriptum eſt, Noluit intelligere vt bene ageret.

Pſal.35.

Paulũ manifeſte laborem præcepiſſe Chriſtianis. Cap.III.

Prius ergo demonſtrare debemus beatum Apoſtolum Paulum opera corporalia ſeruos dei operari voluiſſe, quæ finem haberent magnam mercedem ſpiritalem, ad hoc vt ipſo victu & tegumento à nullo indigerent, ſed manibus ſuis hæc ſibi procurarent. Deinde oſtendere Euangelica illa præcepta, de quibus nõnulli nõ ſolum pigriciam, ſed etiam arrogantiam ſuam fouent, Apoſtolico præcepto & exemplo non eſſe contraria. Videamus itaq; vnde ad hoc venerit Apoſtolus, vt diceret, Si quis non vult operari, non manducet: & quid deinde contexat, vt ex ipſa circunſtantia lectionis appareat declarata ſentẽtia.

2.Theſſ.3.

Denunciamus, inquit, vobis fratres in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inquiete ambulante, & non ſecundum traditionem quàm acceperunt à nobis. Ipſi enim ſcitis quo modo [vos] oporteat imitari nos, quia non fuimus inquieti inter vos, neque

panem

A panem ab aliquo gratis manducauimus,ſed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quem veſtrum grauaremus,non quia non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis qua nos imitaremini.Nam & cum apud vos eſſemus, hoc vobis præcipiebamus,quoniam ſi quis non vult operari,non manducet. Audiuimus enim quoſdã inter vos ambulare inquiete,nihil operantes,ſed curioſe agentes. His autẽ qui eiuſmodi ſunt,pręcipimus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto,vt cum ſilentio operantes panem ſuum manducent.Quid ad hæc dici poteſt, quandoquidẽ ne cuiq; poſtea liceret hoc pro voluntate, non pro charitate interpretari exemplo ſuo docuit quid pręceperit.Illi enim tanquam Apoſtolo prædicatori Euangelij, militi Chriſti, plantatori vineæ, paſtori gregis conſtituerat dominus vt de Euangelio viueret, & tamen ipſe ſtipendium ſibi debitum non exegit,vt ſe formam daret eis qui exigere indebita cupiebant:ſicut ad Corinthios dicit,Quis

1. Corint. 9. militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem & de lacte gregis nõ percipit? Ergo quod ſibi debebatur noluit accipere,vt exemplo eius coërcerentur qui ſibi non ita or-

B dinatis in Eccleſia talia deberi arbitrabantur. Quid eſt

2. Theſſ. 3. enim quod ait, Neq; panem gratis ab aliquo manducauimus, ſed in labore & fatigatione die ac nocte operantes,ne quem veſtrum grauaremus, non quia non habuerimus poteſtatem, ſed vt nos formã daremus vobis qua nos imitaremini? Audiant ergo quibus hoc præcepit, id eſt,qui non habent hanc poteſtatem quam ille habebat, vt tantummodo ſpiritaliter operantes manducent panem à corporali labore gratuitum, & quemadmodũ dicit,præcipimus & obſecramus in Chriſto,vt cum ſilentio operantes panem ſuum manducent, non diſputent contra manifeſtiſsima verba Apoſtoli, quia & hoc pertinet ad ſilentium,cum quo debent operãtes manducare panem ſuum.

Paulũ ſententiam ſuam de laborando comprobaſſe ipſo facto. Enucleatius autem & diligentius adhuc iſta verba conſiderarem atque tractarem, niſi haberem alia loca epiſtolarum eius multo manifeſtiora, quibus collatis & iſta liquidius manifeſtantur, & ſi iſta non eſſent,illa ſufficerent. Ad Corinthios enim ſcribẽs de hac eadem re,ita dicit,Non ſum liber? non ſum Apo-

Cap. IIII. ſtolus? nõnne Chriſtum Ieſum dominum noſtrum vi-

1. Corint. 9. di? Nõnne opus meum vos eſtis in domino? Si aliis non

C ſum Apoſtolus,verũ vobis tamen ſum. Signaculũ enim Apoſtolatus mei vos eſtis in domino. Mea defenſio ad eos qui me interrogant hæc eſt, Nunquid nõ habemus

† poteſtatẽ. licentiam † manducandi & bibendi? Nunquid nõ habemus poteſtatem ſororem mulierem circũducendi ſicut & cæteri Apoſtoli & fratres domini & Cephas? Vide quemadmodũ primum oſtẽdat quid ſibi liceat, & ideo liceat,quia Apoſtolus eſt,inde enim cœpit, Non ſum liber? non ſum Apoſtolus? Et probat ſe Apoſtolum eſſe,dicens,Nõnne Chriſtum Ieſum dominum noſtrum vidi? Nõnne opus meum vos eſtis in domino? Quo probato oſtendit ſibi licere quod cæteris Apoſtolis,id eſt,vt non operetur manibus ſuis,ſed ex Euangelio viuat, ſicut dominus conſtituit eis, quod in conſequentibus apertiſsime demõſtrauit: ad hoc enim & fideles mulieres habentes terrenam ſubſtantiam ibant cum eis: & miniſtrabãt [eis] de ſubſtantia ſua,vt nullius indigerent horum quę ad neceſſaria vitæ huius pertinent. Quod beatus Paulus licere quidem ſibi demonſtrat, ſicut & cæteri Apoſtoli faciebant,ſed ea poteſtate ſe vti noluiſſe poſtea commemorat. Hoc quidam non intelligentes,nõ ſororem mulierem, cum ille diceret, Nunquid non habemus pote-

ſtatem ſororem mulierem circunducendi, ſed vxorem D interpretati ſunt. Fefellit eos verbi Græci ambiguitas, quòd & vxor & mulier eodẽ verbo Græce dicitur: quan *γυνή.* quã hoc ita poſuerit Apoſtol⁹ vt falli nõ debuerint,quia neq; mulierem tantummodo ait, ſed ſororem mulierẽ, neq; ducendi ſed circunducẽdi: verũtamen alios interpretes non fefellit hæc ambiguitas,& mulierẽ non vxorem interpretati ſunt.

De mulieribus miniſtrantibus Chriſto. Cap. V. Quod quiſquis putat non potuiſſe ab Apoſtolis fieri, vt cum eis ſanctæ conuerſationis mulieres circuirent quacunque Euangelium prædicabant, vt eis de ſua ſubſtantia miniſtrarent neceſſaria, Euangelium audiant,& cognoſcant quemadmodũ hoc ipſius domini exemplo faciebãt. Dominus enim noſter more miſericordiæ ſuæ infirmioribus compatiens,cum ei poſſent angeli miniſtrare,& loculos habebat quò mit *Matth. 4.* teretur pecunia,quæ conferebatur vtique à bonis fidelibus eorum victui neceſſaria: quos loculos Iudæ cõmen *Ioan. 12.* dauit, vt etiam fures ſi euitare non poſſemus,tolerare in Eccleſia diſceremus: ille enim ea quæ mittebantur, ſicut de illo ſcriptum eſt, auferebat. Et mulieres voluit vt ſe ad præparanda & miniſtranda neceſſaria ſequerentur, oſtendens quid Euãgeliſtis & miniſtris dei tanquã militibus, à plebibus dei tanquam prouincialibus debere- E tur,vt ſi quis eo quod ſibi deberetur vti nollet,ſicut Apoſtolus Paulus vti noluit,amplius impẽderet Eccleſiæ,nõ *Luca. 8.* exigendo ſtipendium debitum, ſed quotidianum victum de ſuis laboribus tranſigendo. Audierat enim ſtabularius,ad quem vulneratus ille perductus eſt, Si quid *Luca. 10.* amplius erogaueris,in redeundo reddam tibi. Amplius ergo erogabat Apoſtolus Paulus,qui ſuis vt ipſe teſtatur ſtipendiis militabat. In Euãgelio enim ſcriptũ eſt, Dein- *Luca. 8.* ceps & ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella prædicans & euangelizans regnum dei,& duodecim cum illo,& mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus,Maria quæ vocabatur Magdalena, de qua dæmonia ſeptem eiecerat: & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis,& Suſanna,& aliæ multæ quæ miniſtrabãt eis de facultatibus ſuis. Hoc exemplum domini imitabantur Apoſtoli ad accipiendum ſibi debitum cibum: de quo idem dominus apertiſsime loquitur,Euntes,inquit,prædicate dicẽtes,quia appropinquauit regnum cœlorum: Infirmos curate,mortuos ſuſcita- *Matth. 10.* te,leproſos mundate,dæmonia eiicite. Gratis accepiſtis, *Luca. 10.* gratis date, Nolite poſsidere aurum,neq; argentum, neque pecuniam in zonis veſtris,neq; peram in via, neque F duas tunicas,neq; calciamenta,neq; virgam. Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Ecce vbi conſtituit dominus quod idem Apoſtolus commemorat. Ad hoc enim dixit illa omnia ne portarent,vt vbi opus eſſet,ab eis acciperent quibus annunciabant regnum dei.

Chriſti permiſſu licere de Euangelio viuere. Cap. VI. Ne quis autem arbitretur ſolis duodecim hoc fuiſſe permiſſum: vide etiam quid Lucas narret, Poſt hæc, inquit, deſignauit dominus & alios ſeptuagintaduos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipſe venturus. Et dicebat illis, Meſsis quidẽ mul *Luca. 10.* ta,operarij autem pauci: Rogate ergo dominum meſsis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ite, Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare ſacculum neque peram neque calciamenta,& neminem per viam ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui, & ſi ibi fuerit filius pacis, *Ibidem.* requieſcet ſuper illam pax veſtra, ſinautem, ad vos re- *Matth. 10.* uertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bi- *Lib. 2. de cõ* bentes quæ apud illos ſunt. Dignus eſt enim operarius *ſenſu Euangel. cap. 30.* mercede ſua. Hic apparet nõ eſſe illa iuſſa, ſed permiſſa,

vt quiſquis

G vt quiſquis vti vellet, eo vteretur quod ſibi liceret ex domini conſtitutione: ſi quis autem vti nollet, non contra iuſſum faceret, ſed de ſuo iure cedens miſericordius & laborioſius conuerſaretur in Euangelio, in quo & debitam mercedem nollet accipere. Alioquin contra iuſſum domini fecit Apoſtolus, qui poſteaquam oſtendit
1.Corint.9. ſibi licere, ſtatim ſubiecit. Sed tamen ego non ſum vſus
Apoſtolis permiſſum eſſe non laborare. hac poteſtate. Sed ad ordinem redeamus, ac totum ipſum epiſtolæ locum diligenter conſideremus. Nunquid, inquit, non habemus licentiam manducandi & bibendi? Nunquid non habemus licentiam ſororem mu-
Cap.VII. lierem circunducendi? Quam licẽtiam dixit, niſi quam
1.Corint 9. dominus dedit eis quos ad prædicandum regnum cœ-
Lucæ.10. lorum miſit, dicens, Ea quæ apud ipſos ſunt manduca-
Matth.10. te. Dignus eſt enim operarius mercede ſua: & ſeipſum præponens ad eiuſdem poteſtatis exemplum, cui fideliſſimæ mulieres talia neceſſaria de ſuis facultatibus miniſtrabant. Amplius autem fecit Apoſtolus Paulus, vt de coapoſtolis ſuis documentum adhiberet huius licentiæ à domino permiſſæ. Neque enim reprehendens, ſubie-
1.Corin.9. cit, Sicut & cæteri Apoſtoli & fratres domini & Cefas: ſed vt hinc oſtenderet hoc ſe accipere noluiſſe, quod
H ei liceret accipere, cæterorum etiam commilitonum eius more probaretur. An ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem non operandi? Ecce abſtulit omnẽ dubitationem, etiam tardiſſimis cordibus, vt intelligãt de qua operatione dicat. Vt quid enim ait, An ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem nõ operandi, niſi quia omnes Euangeliſtæ & miniſtri verbi dei habebant poteſtatem à domino acceptam, vt nõ operarentur manibus ſuis, ſed ex Euangelio viuerent, operãtes tantummodo ſpiritalia in prædicatione regni cœlorũ, & ædificatione pacis Eccleſiæ. Neque enim quiſquam poteſt dicere de ipſa ſpiritali operatione dixiſſe Apoſtolum, An ego ſolus & Barnabas nõ habemus poteſtatem non operandi. Hanc enim poteſtatem non operandi omnes illi habebant. Dicat ergo qui conatur præcepta Apoſtolica in ſententiam ſuam deprauare atque peruertere: Dicat ſi audet, omnes Euangeliſtas à domino accepiſſe poteſtatem non euãgelizandi. At ſi hoc abſurdiſſimum atque inſaniſſimum eſt dicere, cur nolũt intelligere quod omnibus patet, accepiſſe quidem illos poteſtatem non operandi, ſed opera corporalia quibus victũ quęrerent,
Lucæ.10. quia dignus eſt operarius cibo ſuo & mercede ſua, ſicut
Matth.10. Euãgelium loquitur. Non ergo ſoli Paulus & Barnabas
I non habebant poteſtatem non operandi, ſed omnes pariter habebant hanc poteſtatem, qua iſti non vtebantur, amplius impendẽtes Eccleſiæ, ſicut in illis locis vbi euangelizabant infirmis congruere iudicabant. Et ideo ne coapoſtolos ſuos reprehẽdiſſe videretur, ſubiungit & di-
1.Corint.9. cit, Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non percipit? Nunquid ſecundum hominẽ hæc loquor? An & lex non hæc dicit? in lege enim
Deute.25. ſcriptum eſt, Boui trituranti os non infręnabis? Nũquid
† omnino. de bobus pertinet ad deum? An propter nos hæc † dicit? Propter nos enim ſcriptũ eſt, quia debet in ſpe qui arat arare, & triturans in ſpe fructus participandi. His verbis ſatis indicat Apoſtolus Paulus non ſibi aliquid vſurpaſſe vltra debitum coapoſtolos ſuos, qui nõ operaban-
† haberent victui neceſſaria. tur corporaliter vnde haberent huic vitæ neceſſaria, † ſed ſicut dominus conſtituit ex Euangelio viuentes panem gratuitum manducarent ab eis quibus gratuitam gratiam prędicabant. Stipendium enim ſuum tanquam milites accipiebant, & de vineæ per eos plantatæ fructu, quod opus erat libere decerpebant, & de gregis quẽ K
paſcebant lacte potabant, & ex area quam triturabant cibum ſumebant. Apertius autem cætera connectit
Apoſtolum ſenſiſſe de labore manuum. & omnino aufert omnes dubitationis ambages. Si nos vobis, inquit, ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ſi veſtra carnalia metamus? Quæ ſunt ſpiritalia quæ ſeminauit, niſi verbum & myſterium ſacramenti regni cœlo- *Cap.VIII.*
rum? Quæ autem carnalia quæ ſibi licere metere dicit, *1.Cor.9.*
niſi hæc temporalia quæ vitæ atque indigentiæ carnis indulta ſunt? Hæc autem ſibi debita ſe ab eis non quæſiſſe nec accepiſſe manifeſtat, ne quod impedimentum daret Euangelio Chriſti. Quid reſtat vt intelligamus eũ operatum eſſe vnde victum haberet, niſi corporale opus corporalibus & viſibilibus manibus ſuis? Nam ſi de ſpiritali opere victum & tegumentum quæreret, id eſt, vt ab eis hæc acciperet quos in Euangelio ædificabat, non
conſequenter diceret: Si alij poteſtatis veſtrę participãt, *Ibidem.*
cur non magis nos? Sed nõ ſumus vſi hac poteſtate, ſed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus Euangelio Chriſti. Qua poteſtate ſe dicit non vſum niſi quam habebat in eos à domino acceptam, vt eorum carnalia meteret ad victum vitæ huius quę in carne agitur:
cuius poteſtatis participes erant etiam alij qui non eis L
primo Euangelium annunciauerunt, ſed ad eorum Eccleſiam idipſum prædicantes poſtea venerãt. Ideo cum dixiſſet, Si nos vobis ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus: ſubiecit, Si alij poteſtatis veſtræ participant, cur non magis nos? Et cum demonſtraſſet quid eius poteſtatis eſſet: Sed non ſumus vſi, inquit hac poteſtate, ſed omnia toleramus ne quod impedimentum demus Euangelio Chriſti. Dicant ergo iſti, quo modo de opere ſpiritali carnalem victum habebat Apoſtolus, cum aperte ipſe dicat, non ſe vſum eſſe hac poteſtate. At ſi de opere ſpiritali carnalem victum non habebat, reſtat vt de opere carnali habuerit, & inde di-
cat, Neque panem gratis ab aliquo manducauimus, ſed *2.Theſſ.3.*
in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus: non quia non habuerimus poteſtatem, ſed vt nos formam daręmus vobis qua nos imitaremini. Omnia, inquit, toleramus, ne quod impedimẽ-
tum daremus Euangelio Chriſti. Et redit rurſus, *1.Corint.9.*
modiſq; omnibus etiam atque etiam commendat quid *Paulum nõ*
ſibi liceat, & tamẽ non faciat. Neſcitis, inquit, quoniam *fuiſſe vſum*
qui in templo operantur, quæ de templo ſunt edunt? *libertate*
Qui altario deſeruiunt, altario comperticiuntur. Sic & *conceſſa.*
dominus ordinauit iis qui Euangelium annunciant, de *Cap.IX.*
Euangelio viuere: Ego autem nullo horum vſus ſum. *1.Corint.9.*
Quid hoc apertius? quid clarius? Vereor ne forte cum M
diſſero volẽs id exponere, obſcurum reddam quod per ſe lucet & clamat. Qui enim hęc verba non intelligunt, aut ſe non intelligere fingunt, mea multo minus intelligunt vel ſe intelligere profitentur: niſi forte propterea cito intelligant noſtra, quia conceditur eis intellecta deridere, de Apoſtoli autem verbis non ita conceditur. Propterea vbi aliter ea ſecundum ſuam ſententiam interpretari non poſſunt, etiam clara & manifeſta, obſcura & incerta eſſe reſpondent, quia & praua &
peruerſa dicere non audent. Clamat homo dei, Domi- *Ibidem.*
nus ordinauit iis qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere: Ego autem nullius horum vſus ſum: & conatur caro & ſanguis recta deprauare, aperta claudere, ſerena obnubilare. Spiritale, inquit, opus faciebat & inde viuebat. Si ita eſt de Euangelio viuebat: Cur ergo dicit, Dominus ordinauit iis qui Euangelium an-
nunciant, de Euãgelio viuere, ego autem nullo horum *1.Corint.9.*
vſus

A vſus ſum: aut ſi & hocipſum quod hic dictum eſt viuere, ſecundum ſpiritalem vitam volunt interpretari, nullam ſpem habebat Apoſtolus ad deum qui de Euangelio non viuebat, quia dixit, nullo horum vſus ſum. Quapropter vt ſpes illi certa eſſet vitæ æternæ, de Euangelio vtique ſpiritaliter viuebat Apoſtolus. Quod autem ait, Ego autem nullius horum vſus ſum, de vita iſta quæ in carne agitur ſine dubitatione facit intelligi, quod dixit dominum ordinaſſe iis qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere, id eſt, vitam iſtam cui opus eſt victu & tegumento de Euangelio tranſigere: ſicut ſuperius de ſuis coapoſtolis dixit, vnde ipſe dominus ait, Dignus eſt operarius cibo ſuo, & dignus eſt operarius mercede ſua. Hunc itaque cibum & hanc mercedem, ſuſtentandæ huic vitæ debitum concesſum Euangeliſtis, ab eis quibus Euangelizabat non accepit Apoſtolus, verum dicens, Ego autem nullius horum vſus ſum. Et ſequitur & adiungit, ne forte quiſquam arbitretur ideo eum non accepiſſe, quia illi non dederant. Non autem ſcripſi hæc vt ita fiant in me: bonum eſt mihi magis mori quàm gloriam meam quiſquam inanem faciat. Quam gloriam, niſi quam B habere voluit apud deum in Chriſto compatiens infirmis, ſicut mox apertiſſime dicturus eſt: Si enim euangelizauero, inquit, non eſt mihi gloria. Neceſsitas enim mihi incumbit, id eſt, ſuſtentandæ vitæ huius. Væ enim erit mihi, inquit, ſi non euangelizauero, id eſt, malo meo non euangelizabo, quia fame cruciabor, & vnde viuam nõ habebo. Nam ſequitur & dicit, Si enim volens hoc facio, mercedem habeo. Volentem ſe dicit facere, ſi nulla vitæ huius fulciendæ neceſſitate compulſus facit, & ob hoc habere mercedem vtique apud deum gloriæ ſempiternam. Si autem inuitus, inquit, diſpenſatio mihi credita eſt, id eſt, ſi neceſſitate tranſigendæ huius vitæ inuitus cogor euangelizare, diſpenſatio mihi credita eſt, vt ſcilicet ex diſpenſatione mea, quia Chriſtum, quia veritatem prædico, quamuis ex occaſione, quamuis mea quærens, quãuis terreni emolumenti neceſſitate compulſus, alij proficiant, ego autem apud deum mercedem glorioſam illam ſempiternámque non habeam. Quæ ergo, inquit, merces mihi erit? Interrogans dixit, propterea ſuſpen- C denda eſt pronunciatio donec reſpondeat. Quod vt facilius intelligatur, tanquam nos eum interrogemus: Quæ ergo tibi merces erit Apoſtole, quando mercedem iſtam terrenam etiam Euangeliſtis bonis debitam, non propter hoc euangelizantibus, ſed tamen conſequentem & oblatam ex domini ordinatione ſumentibus, tu non accipis? Quæ ergo tibi merces erit? Vide quid reſpondeat, Vt euangelizans, inquit, ſine ſumptu ponam Euangelium, id eſt, vt non ſit credentibus ſumptuoſum Euangelium, ne putent ad hoc ſibi euangelizari, vt id Euangeliſtæ quaſi vendere videantur. Et tamen redit etiam atque etiam vt oſtendat quid ſibi iure dominico liceat, & tamen non faciat: Vt non abutar, inquit, poteſtate mea in Euangelio. Iam vero quia infirmitati hominum compatiens id faciebat, audiamus ſequentia. Cum enim liber ſim, inquit, ex omnibus omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem: iis qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege cum non ſim ipſe ſub lege, vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem: iis qui ſine lege ſunt quaſi ſine lege, cum ſine lege dei non ſim ſed ſim in lege Chriſti, vt lucrifacerem eos qui ſine lege [dei] ſunt. Quod non ſimulandi verſutia faciebat, ſed compatiente miſericordia, id eſt,

Lucæ.10.
Matth.10.
Neceßitas prædicandi verbi Paulo.C.X.
1.Cor.9.
1.Cor.9.
Simulatio Pauli.C.XI
1.Cor.9.

non quaſi vt ſe fingeret Iudæum, ſicut nonnulli puta- D uerunt, quia legitima vetera Hieroſolymis obſeruauit. Fecit enim hoc ſecundum liberam & manifeſtam ſententiam ſuam, in qua dicit, circuncíſus quis vocatus eſt, non adducat præputium: id eſt, non ſic viuat quaſi præputium adduxerit, & id quod nudauerat texerit: ſicut alio loco dicit, Circuncíſio tua præputium facta eſt. Secundum hanc ergo ſententiam ſuam, qua dicit, Circuncíſus quis vocatus eſt, non adducat præputium: In præputio quis vocatus eſt, non circuncidatur: fecit illa quæ non intelligentibus & parum attendentibus finxiſſe putatus eſt. Iudæus enim erat & circuncíſus vocatus, adducere noluit præputium, id eſt, noluit ita viuere ac ſi circuncíſus non eſſet. Hoc enim iam in poteſtate habebat: & ſub lege quidem non erat ſicut illi qui eã ſeruiliter operabantur, ſed tamen in lege dei & Chriſti. Non enim alia lex erat illa & alia lex dei, ſicut perditi Manichæi ſolent dicere: Alioquin ſi cum illa fecit, finxiſſe putandus eſt: finxit & Paganum & ſacrificauit idolis, quia dicit factum ſe fuiſſe iis qui ſine lege ſunt quaſi ſine lege. Quos vtique non niſi Gentiles, quos Paganos dicimus, vult intelligi? Aliud eſt ergo eſſe ſub lege, aliud in lege, aliud ſine lege. Sub E lege carnales Iudæi, in lege ſpiritales & Iudæi & Chriſtiani. Vnde illi ſeruauerunt morem illum patrium, ſed onera inſolita credentibus gentibus non impoſuerunt, & ideo nec illi circuncíſi ſunt. Sine lege autem gentes quæ nondum crediderunt, quibus tamen ſe Apoſtolus cõgruiſſe teſtatur per miſericordem compaſſionem, non per verſipellem ſimulationem, id eſt, vt eo modo ſubueniret carnali Iudæo vel Pagano, quo modo ſibi ipſe ſi hoc eſſet, ſubueniri voluiſſet: portans vtique eorum infirmitatem in compaſsionis ſimilitudine, non fallens in mendacij fictione, ſicut continuo ſequitur, & dicit, Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: hinc enim loquebatur vt etiam omnia illa diceret. Sicut ergo quod factus eſt infirmis infirmus, non erat mendacium, ſic & cætera illa ſuperius. Quam enim dicit infirmitatem ſuam erga infirmos fuiſſe niſi compatiendi eis, intantum vt ne videretur venditor Euangelij, & verbi dei curſum apud imperitos in malam ſuſpicionem decidens impediret, nollet accipere quod iure dominico debebatur, quod F ſi vellet, non vtique mentiretur, quia vere† debebatur: & quia noluit, non vtique mentitus eſt. Neque enim dixit, non ſibi deberi, ſed deberi oſtendit, & debito ſe vſum non eſſe, nec omnino vti velle profeſſus eſt, eoipſo factus infirmus, quòd poteſtate ſua vti noluit: tam miſericordi ſcilicet inductus affectu, vt cogitaret quem admodum ſecum agi vellet, ſi & ipſe ita infirmaretur, vt poſſet de illis per quos ſibi Euangelium prædicaretur, ſi eos videret ſumptus accipere, quaſi mercimoniorum nundinas ſuſpicari. De hac infirmitate ſua dicit alio loco, Facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. Nam eius circunſtantia lectionis hoc indicat: Neque enim, inquit, aliquando in ſermone adulationis fuimus ſicut ſcitis, neque in occaſione cupiditatis, deus teſtis eſt, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, cum poſſemus oneri vobis eſſe vt Chriſti Apoſtoli, ſed facti ſumus paruuli in medio veſtrum tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. Quod ergo & ad Corinthios dixit habere ſe poteſtatem Apoſtolatus ſui ſicut & cæteri Apoſtoli, qua poteſtate vſum ſe non eſſe teſtatur, hoc etiam in iſto loco ad Theſſalonicen-

1.Cor.7.
Roma.2.
1.Cor.7.
Eſſe ſub lege, in lege, et ſine lege.
1.Cor.9.
† iure.
Quare mercedem fugerit Paulus. Cap. XII.
1.Thess.2.
1.Cor.9.

G ſes ait, Cum poſſemus oneri vobis eſſe ſicut & Chriſti
1.Theſſ.2. Apoſtoli, ſecundum quod dominus dicit, Dignus eſt
Matth.10. operarius mercede ſua: Nam hinc cum dicere, illud indicat quod ſupra poſuit: Neque in occaſione cupiditatis, deus teſtis eſt. Per hoc enim quod iure dominico debebatur bonis Euangeliſtis, non propter hoc euangelizantibus, ſed quærentibus regnum dei, vt hæc om-
Matth.6. nia apponerentur eis, inueniebant alij occaſionem, de quibus idem dicit, Neque enim iſti deo ſeruiũt, ſed ſuo
Roma.16. ventri: quibus hanc occaſionem amputare volebat Apoſtolus, vt etiam quod ſibi iuſte debebatur omineret. Aperte quippe hoc ipſe oſtendit in ſecunda ad Corinthios, ab alus Eccleſiis ſuppletas dicens neceſſitates ſuas. Venerat enim ſicut apparet ad tantam indigentiam, vt de longinquis Eccleſiis ei neceſſaria mineren-tur, dum tamen ab eis apud quos erat nihil tale accipe-
2.Cor.11. ret. Nunquid peccatum, inquit, feci meipſum humiliando vt vos exaltaremini, quoniam gratis Euangelium dei euangelizaui vobis? Alias Eccleſias expoliaui accipiens ſtipendium ab eis ad veſtram miniſtrationem, & cum apud vos fuiſſem & egerem, nemini gra-
H uis fui: Nam id quod deerat mihi adimpleuerunt fratres qui venerunt á Macedonia, & in omnibus ingrauate me in vobis cuſtodiui & cuſtodiã. Eſt veritas Chriſti in me, quia gloria hæc non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? Quia non vos diligo? deus ſcit. Quod autem facio & facturus ſum, vt amputem occaſionem eorum qui volunt occaſionẽ, vt in eo quo gloriantur inueniantur ſicut & nos. De hac igitur occaſione quam hic ſe dicit velle amputare, voluit intel-
1.Theſſ.2. ligi quod ibi ait: Neque in occaſione cupiditatis, deus
2.Cor.11. teſtis eſt. Et quod hic dicit, Meipſum humiliando vt
1.Cor.9. vos exaltáremini: hoc in prima ad eoſdem Corinthi-
1.Theſſ.2. os, Factus ſum infirmis infirmus: hoc ad Theſſalonicenſes, Factus ſum paruulus in medio veſtrum, tanquã ſi nutrix foueat filios ſuos. Proinde attende ſequentia, Ita, inquit, deſiderantes vos, placet impertire vobis, non ſolum Euangelium dei, verumetiam animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. Recordamini autem fratres laborem noſtrum & ærumnã, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Hoc enim ſuperius ait, Cum poſſemus oneri vobis eſſe vt Chri-
I ſti Apoſtoli. Infirmorum igitur periculis ne falſis ſuſpicionibus agitati odiſſent quaſi venale Euangelium, tanquam paternis materniſque viſceribus tremefactus hoc fecit. Sic etiam in actibus Apoſtolorum idem lo-
Acto.20. quitur, cum à Mileto mittens Epheſum, vocaſſet inde presbyteros Eccleſiæ, quibus inter multa: Argentum, inquit, & aurum vel veſtem nullius concupiui, ipſi ſcitis, quoniam neceſſitatibus meis & eorum qui mecum
† ſeruierũt. fuerunt hæ manus miniſtrauerunt†. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet iuuare infirmos; memores etiam eſſe verborum domini Ieſu, quia ipſe
Opificum et agricolarũ labor honeſtus & ſanctꝰ. C. XIII. dixit, Beatius eſt magis dare quàm accipere. Hic fortaſſe aliquis dicat, Si corporale opus faciebat Apoſtolus, vnde vitam iſtam ſuſtentaret: quod erat ipſum opus, & quando ei vacabat & operari & Euangelium prædicare? Cui reſpondeo, puto me neſcire, corporaliter tamen operatum eſſe, & inde in carne vixiſſe, non autem vſum poteſtate quam dominus Apoſtolis dederat, vt Euangelium annuncians de Euangelio viueret, ea quæ ſupra dicta ſunt ſine vlla dubitatione teſtantur. Neque enim aut vno loco aut breuiter dictum eſt, vt poſſit cuiuſuis aſtutiſſimi tergiuerſatione in aliam traduci peruertíque ſententiam. Cum igitur tantæ autho-

ritatis tam magnis & crebris molibus contradicen- K
tium conteratur aduerſitas, quid à me quærunt, vel quale opus faciebat, vel quando faciebat? Vnum ſcio, quia nec furta faciebat, nec effractor aut latro erat, nec auriga aut venator aut hiſtrio aut turpilucrus: ſed innocenter & honeſte quæ apta ſunt humanis vſibus operabatur, ſicut ſeſe habent opera fabrorum, ſtructorum, ſutorum, ruſticorum, & his ſimilia. Neque enim hone- »
ſtas ipſa reprehendit, quod reprehendit ſuperbia eo- »
rum qui vocari honeſti amant, ſed eſſe nó amant. Non »
igitur dedignaretur Apoſtolus ſiue ruſticanum opus aliquod aggredi, ſiue in opificum labore verſari. Qui enim ait, Siue offenſione eſtote Iudæis & Græcis & Ec- *1.Cor.10.*
cleſiæ dei, quos in hac cauſa revereri poſſet ignoro. Si Iudæos dixerint, Patriarchæ pecora pauerunt. Si Græ- *Gene.46.*
cos, quos etiam Paganos dicimus, etiam Philoſophos, multum ſibi honorabiles, ſutores habuerunt. Si Eccleſiam dei, homo ille iuſtus & ad teſtimonium coniuga- *Matth.1.*
lis ſemper manſuræ virginitatis electus, cui deſponſata erat virgo Maria quæ peperit Chriſtum, faber fuit. *Luca.2.*
Quicquid ergo horum cum innocentia & ſine fraude *Matth.13.*
homines operantur, bonum eſt. Nam præcauet hoc & L
ipſe Apoſtolus, ne quiſquam ex neceſſitate ſuſtentandæ vitę in mala opera dilabatur. Qui furabatur, inquit, iam *Ephe.4.*
nó furetur: magis autem laboret manibus ſuis bonum, vt habeat vnde tribuat cui opus eſt. Hoc ergo ſcire ſufficit, quia & in ipſo opere corporali id quod bonum eſt operabatur Apoſtolus. Quando autem ſoleret operari, id eſt, quibus temporum ſpaciis ne ab euangelizando impediretur, quis poſſit comprehendere? ſané quia & diurnis & nocturnis horis operabatur, ipſe non tacuit. Veruntamen iſti qui tam † multum nego- *In monachos ocioſos. Ca. XIIII.*
cioſi & occupati, de tempore operationis inquirunt, quid agunt? Nunquid ipſi ab Hieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum terras Euangelio repleuerunt? *† tanquam.*
Aut quicquid gentium Barbararum remanſit adhuc obeundum & implendum de pace Eccleſiæ, ſuſceperunt? Nouimus eos in quandam ſocietatem ſanctam ocioſiſſime congregatos. Mirandam rem fecit Apoſtolus qui reuera in tanta ſolicitudine omnium Eccleſiarum, & propagatarum & propagandarum, ad eius curam laborémque pertinentium etiam manibus opera- M
batur, propterea tamen cum apud Corinthios eſſet & *2.Cor.11.*
egeret, nemini quidem eorum apud quos erat, grauis fuit, ſed plané quod illi deerat, ſuppleuerunt fratres qui venerunt ex Macedonia. Nam & ipſe propter *Quare laborandũ monachis. Ca. XV.*
eiuſmodi neceſſitates ſanctorum, qui quamuis præceptis eius obtemperent, vt cum ſilentio operantes panem ſuum manducent, poſſent tamen multis ex cauſis indigere ſuppleméto aliquo talium ſuſtentationum, *2.Theſſ.3.*
& cum dixiſſet talia docens & præmonens, His autem qui eiuſmodi ſunt, præcipimus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operãtes panem ſuum manducent: ne illi qui habebant vnde neceſſaria ſeruis dei præberent, hac occaſione pigreſcerent, prouidens cótinuo ſubiecit: Vos autem fratres nolite infirmari benefacientes. Et ad Titum cum ſcriberet, dicens, Zenam *Ad Tit.3.*
legiſperitum & Apollo ſolicite præmitte, vt nihil illis deſit. Et vt oſtenderet vnde illis nihil deeſſe deberet, continuo ſubiunxit, Diſcant autem & veſtri bonis operibus præeſſe ad neceſſarios vſus, ne ſint infructuoſi. Ti- *Timotheus valetudinarius.*
motheum etiã quem dicit germaniſſimum filium: quẽ ſciebat corpore infirmum, ſicut oſtendit, monens eum ne aquã biberet, ſed modico vino vteretur propter ſtomachum, & frequentes eius infirmitates: quia in opere *1.Timo.5.*
corpora-

A corporali laborare non poterat, ne forte cum indigeret & nollet vti victu quotidiano ab eis quibus Euangelium miniſtrabat, aliqua ſibi negocia quæreret quibus animi eius implicaretur intentio. Aliud eſt enim corpore laborare animo libero, ſicut opifex poteſt ſi non ſit fraudulentus & auarus, & priuatæ rei auidus: *Laborantiũ duplex genus.* Aliud autem ipſum animum occupare curis, colligendæ ſine corporis labore pecuniæ, ſicut ſunt vel negociatores vel procuratores vel conductores. Cura enim præſunt, non manibus operantur, ideo ipſum animum ſuum occupant habendi ſolicitudine. Timotheum ergo ne in talia incideret, quia per infirmitatem corporis manibus operari non poterat, ſic exhortatur, monet & conſolatur. *2.Timo.2.* Labora, inquit, ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans deo implicat ſe negociis ſecularibus, vt ei placeat cui ſe probauit: Nam qui in agone contendit, non coronatur niſi legitime certauerit. Hic ne ille pateretur anguſtias, dicens, *Luca.16.* Fodere non poſſum, mendicare confundor: *2.Timo.2.* adiunxit, Laborantem agricolam primum oportet de fructibus percipere, ſecundum illud quod ad Corinthios dixerat, *1.Cor.9.* Quis militat ſuis B ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non percipit? Fecit itaque ſecurum caſtum Euangeliſtam, non ad hoc euangelizantem vt venderet Euangelium, ſed tamen huic vitæ neceſſaria ſuis ſibi exhibere manibus non valentem: vt intelligeret quod neceſſarium ſibi ſumebat ab eis quibus tanquam prouincialibus militabat, & quos tanquam vineam cultura exercebat, vel tanquam gregem paſcebat, non eſſe mendicitatem ſed poteſtatem.

Solicitudo Pauli de Eccleſia. Cap. XVI. Propter has igitur vel occupationes ſeruorum dei, vel infirmitates corporales quæ omnino deeſſe non poſſunt, non ſolum permittit Apoſtolus ſanctorum indigentias ſuppleri à bonis fidelibus, ſed etiam ſaluberrime hortatur. Excepta enim illa poteſtate qua ſe dicit ipſe non vſum, cui tamen ſeruiendum eſſe à fidelibus præcipit, dicens, *Gala.6.* Communicet qui catechizatur verbo ei † qui ſe catechizat in omnibus bonis. *† verbum dei, ſi.* Excepta ergo hac poteſtate, quam verbi dei prædicatores habere in eos quibus prædicant, ſæpe teſtatur, etiam ſanctis qui omnia ſua vendita diſtribuebant & Hieroſolymis habi- *Actor.2. & 4.* C tabant in ſancta communione vitæ, non dicentes aliquid proprium quibus erant omnia communia & anima & cor vnum in deum, ab Eccleſiis gentium neceſſaria conferri præcipit & hortatur. Inde eſt & illud ad Romanos, *Roma.15.* Nunc, inquit, pergam Hieruſalem miniſtrare ſanctis: Placuit enim Macedoniæ & Achaiæ communionem aliquam facere in pauperes ſanctorum qui ſunt Hieruſalem. Placuit enim illis & debitores eorum ſunt. Si enim ſpiritalibus eorum communicauerunt gentes, debent & in carnalibus miniſtrare eis. Hoc ſimile eſt illi, quod ait ad Corinthios. *1.Cor.9.* Si nos vobis ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? Item ad Corinthios in ſecunda: *2.Cor.8.* Notum autem, inquit, vobis facimus fratres gratiam dei quæ data eſt Eccleſiis Macedoniæ, quia in multa probatione tribulationis, abundantia gaudij eorum & profunda paupertas eorum abundauit in diuitiis ſimplicitatis eorum: quia ſecundum vires teſtimonium perhibeo illis, & ſupra vires voluntarij fuerunt, cum multis precibus obſecrantes nos gratiam & communionem miniſtrationis quæ fit in ſanctos: & non quo modo ſperauimus, ſed ſeipſos tradiderũt primum domino, & nobis per voluntatem dei ad deprecan-

dum Titum, vt quo modo cœpit, ſic & conſummet in D vos etiam gratiam iſtam. Sed quo modo ſemper abundatis in omnibus fide & verbo & ſcientia, & omni ſtudio, & ea quæ ex nobis eſt in vos charitate; vt & in hac gratia abundetis. Non ſecundum imperium dico, ſed propter aliorum ſtudium etiam veſtræ charitatis chariſsimum probans. Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos pauper factus eſt cum diues eſſet, vt illius paupertate vos ditaremini. Et conſilium in hoc do: hoc enim vobis prodeſt, qui non ſolum facere, ſed etiam velle cœpiſtis ab anno priore: Nunc autem & facto perficite, vt quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod quiſque habet. Si enim promptus eſt animus, ſecundum id quod habet aeeeptabilis eſt, non ſecundum id quod non habet: non enim vt aliis ſit refectio, vobis autem anguſtia, ſed pro æqualitate in hoc tempore: vt veſtra abundantia ſit ad illorum inopiam, vt & illorum abundantia fiat in veſtram inopiam, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt, Qui multum, *Exod.16.* non abundauit, & qui modicum, non defuit illi. Gratias autem deo qui dedit idem ſtudium pro vobis in E corde Titi, quia conſolationem quidem ſuſcepit. Studioſior autem cum eſſet, ſponte exiit ad vos. Miſimus autem cum eo fratrem, cuius laus in Euangelio eſt per omnes Eccleſias. Non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ, cum hac gratia quæ miniſtratur à nobis ad domini gloriam & promptum animum noſtrum: deuitantes hoc, ne quis nos reprehendat in hac plenitudine quæ miniſtratur à nobis. Prouidemus enim bona non ſolum coram deo, ſed etiam cotam hominibus. In his verbis apparet quantum non ſolum curam ſanctarum plebium eſſe voluerit, miniſtrare neceſſaria ſanctis dei ſeruis, conſilium in hoc dans, quia hoc magis ipſis qui hæc faciebant proderat quàm illis erga quos faciebant. Illis enim aliud proderat, id eſt, hoc erga ſe obſequio fratrum ſuorum ſancte vti, nec propter hoc deo ſeruire, nec iſta ſumere niſi ad ſupplendam neceſſitatem, non ad paſcendam pigriciam: ſed etiam ſuam curam beatus Apoſtolus tantam dicit in hac miniſtratione, quæ nunc per Titum tranſmittebatur, vt comitem peregrinationis ſuæ propter hoc commemoraret ordinatum ab F Eccleſiis, boni teſtimonij hominem dei, cuius laus, inquit, in Euangelio eſt per omnes Eccleſias. Et ad hoc *2.Cor.8.* dicit illum ordinatum comitem ſibi, vt deuitaret hominum reprehenſiones, ne ſine teſtimonio ſanctorum in hoc miniſterio ſociorum, tanquam ſibi accipere, & in ſuos ſinus conuertere ab infirmis vel impiis putaretur, quæ accipiebat ad ſupplendas neceſſitates ſanctorum per ſe afferenda vel diſtribuenda indigentibus: Et paulopoſt dicit, Nam de miniſterio quod fit in *2.Cor.9.* ſanctos, ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis: Scio enim promptum animum veſtrum, de quo glorior pro vobis apud Macedones, quoniam Achaia parata eſt ab anno priore, & quæ ex vobis eſt æmulatio irritauit plures. Miſimus autem fratres, ne gloria noſtra quam habemus in vobis euacuetur in hac parte, vt ſicut dixi parati ſitis, ne cum venerint mecum Macedones, & inuenerint vos imparatos, confundamur nos, vt non dicam vos, in hac ſubſtantia. Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præcedant ad vos, & præparent iampridem repromiſſam hanc benedictionem veſtram, vt parata ſit, ſic quaſi benedictionem, non quaſi auariciam. Hoc autem dico, Quia qui parce ſemi-

G nat, parce & metet: & qui ſeminat io benedictione, in benedictiooe & metet. Vnuſquiſque ſecundum quòd propoſuit io corde ſuo, noo ex triſticia aut ex neceſſitate: Hilarem eoim datorem diligit deus. Poteos eſt enim deus omnem gratiam abundantem facere io vobis, vt in omnibus ſemper omoem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt, Diſperſit dedit pauperibus, iuſticia eius manet io æternum. Qui autem ſubminiſtrat ſemen ſemioanti, & panem in eſcam ſubminiſtrabit, & multiplicabit ſemioationem veſtram, & augebit creſcentes fruges iuſticiæ veſtræ, vt io omnibus ditati abundetis in omoem ſimplicitatem quæ operatur per nos gratiarum actionem deo: quoniam miniſterium functionis huius non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed abundare facit per multorum gratiarum actionem deo, per probaoonem miniſtrationis huius glorificantes deum in obſequio confeſſionis veſtræ io Euangelio Chriſti, & ſimplicitate communoicationis io illos & in omoes & in ipſorum precaoone pro vobis, deſiderantium vos propter excellentem gratiam dei in vobis: Gratias deo ſuper

Hilaritas in dando. *Eccli.35. & 2.Corin.9.* *Pſal.111.*

H ioenarrabili dooo eius. Quanta pinguedine ſanctæ lætitiæ ſit perfuſus Apoſtolus dũ loquitur de alterno ſupplemento indigentiæ prouincialium & militum Chriſti, hinc de rebus carnalibus in illos, inde autem de ſpiritalibus in iſtos: vt exclamaret, & taoquam ſanctorum gaudiorum ſagina eructaret, diceos: Gratias deo ſuper inenarrabili dono eius. Sicut ergo non ceſſauit Apoſtolus, immo ſpiritus dei poſſidens & implens & agẽs cor eius, exhortari fideles qui haberent huiuſmodi ſubſtantiam, vt nihil deeſſet neceſſitaobus ſeruorum dei, qui celſiorem ſanctitatis gradum in Eccleſia teoere voluerunt, vt ſpei ſecularis vincula cuncta præciderent, & animum liberum diuinæ militiæ dedicareot: ſic debent & ipſi præceptis eius obedire, vt compatiantur infirmis, & amore priuatæ rei ooo illigati manibus ſuis in communi labore, præpoſitis ſuis ſine murmure obtemperare: vt hoc ſuppleatur ex oblationibus booorum fidelium, quod laborantibus & aliquid vnde victum tranſigant operantibus, propter infirmitates tamen corporales aliquorum, & propter Eccleſiaſticas occupationes

I vel eruditionem doctrinæ ſalutaris, deeſſe potuerit †.

† putauerit.

Quid enim agant qui operari corporaliter oolunt, cui rei vacent, ſcire deſidero. Orationibus, ioquiunt, & pſalmis & lectioni & verbo dei. Sancta planè vita & in Chriſti ſuauitate laudabilis: ſed ſi ab his auocandi noo ſumus, oec manducandum eſt, oec ipſæ eſcæ quotidie præparandæ, vt poſſint apponi & aſſumi. Si autem ad iſta vacare ſeruos dei certis iotervallis temporum ipſius infirmitatis neceſſitas cogit, cur oon & Apoſtolicis præceptis obſeruandis aliquas partes temporum deputamus? Citius enim exauditur vna obedientis oratio, quàm decem milia cootemptoris. Cantica vero diuina cantare, etiam manibus operantes, facile poſſunt, & ipſum laborem tanquam diuino celeumate cooſolari. An ignoramus opifices, quibus vanitatibus & plerunque etiam turpitudinibus theatricarum fabularum donent corda & linguas ſuas, cum manus ab opere nõ recedant? Quid ergo impedit ſeruum dei manibus operantem in lege domini meditari & pſallere nomini domini altiſſimi: ita ſanè vt ad ea diſcenda, quæ memoriter recolat, habeat ſepoſita tempora? Ad hoc enim & illa bona opera fidelium, ſubſidio ſupplendorum neceſſariorum deeſſe oon debent, vt horæ quibus ad erudiendum aoimum ita vacatur, vt illa ope-

Inter laborãdũ licere orare et pſallere. Caput XVII. *κέλευμα, cantus nautarũ & remigũ quo ſe mutuo ad laborandũ excitant.*

ra corporalia geri oon poſſint, non opprimant egeſta- K
te. Qui autem ſe dicunt vacare lectioni, nónne illic inueniunt quod præcipit Apoſtolus? Quæ eſt iſta ergo peruerſitas lectioni oolle obtemperare, dum vult ei vacare, & vt quod bonum eſt diutius legatur, ideo facere oolle quod legitur? Quis eoim oeſciat tanto citius quenque proficere cum bona legit, quanto citius facit quod legit? Si autem alicui ſermo erogandus eſt, & ita occupatur vt manibus operari non vacet, nunquid hoc omnes io monaſterio poſſunt, venientibus ad ſe ex alio genere vitæ fratribus, vel diuinas lectiones exponere, vel de aliquibus lectiooibus † ſalubriter diſputare? Quando ergo non omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omoes vacare volunt: quanquam etſi omnes poſſent, viciſſim facere deberent, non ſolum ne cæteri à neceſſariis operibus occuparentur, ſed etiam quia ſufficit vt audientibus pluribus vous loquatur. Deinde ipſi Apoſtolo quo modo vacaret operari manibus ſuis, niſi ad erogandum verbum dei certa tempora conſtitueret? Neque enim & hoc deus latere nos voluit, nam & cuius artis opifex fuerit, & quibus temporibus vacaret diſpenſando Euangelio, ſan- L
cta ſcriptura non tacuit: Nam cum eum dies profectionis vrgeret io Troade conſtitutum, etiam io vna ſabbati congregatis fratribus ad frangendum panem, tanta fuit intentio & tam neceſſaria diſputatio, vt ſermo produceretur vſque ad medium noctis, tanquam excidiſſet eis quòd eo die non eſſet ieiunium: quando autem in aliquo loco immoratus quotidie diſputabat, quis dubitauerit horas eum habuiſſe ad hoc officium deputatas? Nanque apud Athenas cum eſſet, quia ſtudioſiſſimos rerum ioquiſitores inuenerat, ita de illo ſcriptum eſt, Diſputabat igitur cum Iudæis in ſynagoga & gentibus ſingulis in foro † per omnem diem ad omnes qui aderant. Non enim in ſynagoga per omnem diem, vbi mos erat ſabbato ſermocinari, ſed in foro, ioquit, per omnem diem, propter ſtudia vtique Atheniensium: Sic eoim ſequitur, Quidam vero Epicureorum & Stoicorum Philoſophorum conferebant cum illo. Et paulo poſt dicit, Athenienſes autem & aduenæ & hoſpites ad oihil aliud vacabant, quàm dicere aliquid noui aut audire. Putemus Apoſtolum illis M
omnibus diebus quibus fuit Athenis, non fuiſſe operatum, Propter hoc eoim & ex Macedonia ſupplebatur eius indigentia, ſicut dicit in ſecunda ad Corinthios: quanquam & aliis horis & noctibus poterat, quia ita valebat & animo & corpore. Sed cum ab Athenis exiſſet, videamus quid ait ſcriptura, Diſputabat, ioquit, in ſynagogis per omne ſabbatum, hoc apud Corinthum: In Troade vero vbi neceſſitate imminentis profectionis vſque ad medium noctis ſermo protractus eſt, vna ſabbati erat quæ dies dominicus dicitur, Vnde intelligimus eum oon fuiſſe cum Iudæis ſed cum Chriſtianis, quando etiam dicit ipſe narrator ad frangendum panem ſe fuiſſe collectos. Et ipſa eſt optima gubernatio, vt omnia ſuis temporibus diſtributa ex ordine gerantur, ne animum humanum turbulentis implicationibus inuoluta perturbent: Ibi etiam dicitur quid operabatur Apoſtolus. Poſt hæc, ioquit, egreſſus ab Athenis venit Corinthum, & cum inueniſſet quendam Iudæum oomine Aquilam, Ponticum geoere, recens aduenientem ab Italia, & Priſcillam vxorem ipſius, propterea quòd iuſſiſſet Claudius diſcedere omnes Iudeos à Roma, acceſſit ad illos, & propter artis ſimilitudinem manſit apud illos opus faciens: Erant enim taber-

Diſputatio Pauli Athenis. Caput XVIII. *† quæſtionibus.* *Acto.20.* *Acto.17.* *† In vinculis & foro.* *2.Cor.11.* *Acto.20.* *Ordo in laborando.* *Laborat manibus Corinthi Paulus. Cap.XIX.* *Acto.18.*

A tabernaculorum artifices. Hoc ſi conati fuerint allego- *[margin, partly cut off]* rice interpretari, oſtẽdant quo modo proficiant in Eccleſiaſticis literis quibus ſe vacare gloriantur, & cætera illa quæ ſupra dicta ſunt, *1.Cor.9.* Nunquid ego ſolus & Barnabas non habemus poteſtatem non operandi, & non ſumus vſi hac poteſtate: & cũ poſſemus vobis oneri eſſe vt Chriſti Apoſtoli: *1.Theſſ.2.* & nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus: & dominus ordinauit eos qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere, ego autem nullius horum vſus ſum: & cætera huiuſmodi. Aut exponant aliter, aut ſi præclariſſima luce veritatis vrgentur, intelligant & obediant. Aut ſi obedire vel nolunt vel non poſſunt, ſaltem illos qui volunt meliores, *Infirmi.* qui autem & poſſunt fœliciores eſſe fateantur. Aliud eſt enim corporis infirmitatem, vel veram allegare vel falſam prætendere: aliud autem ſic decipi & ſic decipere, vt inſuper ideo videatur in ſeruis dei maior eſſe iuſticia, quia potuit inter imperitos regnare pigricia: qui enim veram corporis oſtendit infirmitatem, humane tractandus eſt: qui autem falſam prætendit & conuinci B non poteſt, deo dimittendus eſt: neuter tamen eorum *†figat.* pernicioſam regulam fingat†: quia bonus ſeruus dei & manifeſto infirmo fratri ſuo ſeruit, & fallenti cum credit, quia malum eum non putat, non imitatur vt malus ſit: & ſi non ei credit, fallacem eum putat, ac nihilominus non imitatur. Ab illo vero qui dicit, Hæc eſt vera iuſticia, vt nihil corporaliter operando imitemur volatilia cœli, quoniam qui tale aliquid fuerit operatus *Matth.6.* contra Euangelium facit, quiſquis animo infirmus hoc audit & credit, non quia ſic vacat ſed quia ſic errat lugendus eſt.

An cæteri Apoſtoli nõ laborantes peccarint. Cap.XX. Hinc oritur alia quæſtio: Fortaſſe enim dicant, quid ergo cæteri Apoſtoli & fratres domini & Cephas, quia non operabantur, peccabant: aut afferebãt impedimentum Euangelio: quia dicit beatus Paulus, ideo ſe non vſum hac poteſtate, ne quod impedimentum daret Euangelio Chriſti? Si enim peccauerunt, quia non operati ſunt, non ergo acceperant poteſtatem non operandi nec de Euangelio viuendi. Si autem acceperant hanc poteſtatem ordinante domino, vt qui Euangelium annunciarent, de Euangelio viuerent, & *Matth.10.* dicente, Dignus eſt operarius cibo ſuo: qua poteſtate Paulus amplius aliquid erogans vti noluerit, non vti- C que peccauerunt. Si non peccauerunt, nullum impedimentum dederunt: Neque enim nullum peccatum eſt impedire Euangelium. Quod ſi ita eſt, & nobis, inquiũt, liberum eſt, & vti & non vti hac poteſtate. Hanc quæſtionem breuiter ſoluerem, ſi dicerem, quia & iuſte dicerem, credendum eſſe Apoſtolo. Ipſe enim ſciebat cur *†portari.* in Eccleſiis gentium non oporteret putari† venale Euangelium, non culpans coapoſtolos ſuos, ſed diſtinguens miniſterium ſuum, quia ita inter ſe diſtribuerãt, proculdubio admonente ſpiritu ſancto, euangelizandi prouincias, vt Paulus & Barnabas ad gentes irent, illi autem in circunciſionem. Hoc tamen eum præcepiſſe iis qui non habebant eiuſmodi poteſtatem, ea quæ iam multa dicta ſunt manifeſtant.

Quibus otium concedi poſſit. Cap.XXI. Iſti autem fratres noſtri temere ſibi arrogant quantum exiſtimo, quòd eiuſmodi habeãt poteſtatem. Si enim Euangeliſtæ ſunt, fateor habent: ſi miniſtri altaris, diſpenſatores ſacramentorũ, bene ſibi iſtam non arrogant, ſed planè vendicant poteſtatem: ſi ſaltem habebant aliquid in hoc ſeculo, quo facile ſine opificio ſuſtentarent iſtam vitam, quod conuerſi ad deum indigentibus diſpertiti ſunt, & credenda eſt eorum infirmitas & ferenda. Solent enim tales, non melius ſicut multi putant, ſed quod

eſt verum languidius educati laborem operum corpo- D ralium ſuſtinere non poſſe. Tales fortaſſe multi erant in Hieroſolyma: Nam & ſcriptum eſt, quòd prædia ſua *Acto.2.& 4.* vendiderint, & precia eorum ante pedes Apoſtolorum poſuerint, vt diſtribueretur vnicuique prout opus erat, quapropter † inuenti ſunt fideles & vtiles fuerunt genti *†quia ope.* bus, quæ ab idolorum cultu ex longinquo vocabantur, ſecundum illud quod dictum eſt, Ex Sion prodiet lex, *Eſaiæ.2.* & verbum domini ex Hieruſalem. Debitores eorum dixit Apoſtolus ex gentibus Chriſtianos: Debitores eorũ, *Roma.15.* inquit, ſunt. Et addidit quare: Si enim ſpiritalibus eorũ, inquit, communicauerunt gentes, debent & in carnalibus miniſtrare eis.

Monachatũ amplectẽtes ſpe viuẽdi ocioſè. Cap. XXII. Nunc autem veniunt plerũque ad hanc profeſſionem ſeruitutis dei & ex conditione ſeruili vel etiam liberti, vel propter hoc à dominis liberati ſiue liberãdi, & ex vita ruſticana & ex opificum exercitatione & plebeio labore, tanto vtiq; fœlicius quanto fortius educati, qui ſi non admittantur graue peccatum eſt. Multi enim ex eo numero vere magni & imitandi extiterunt. Nam propterea & infirma mundi ele- *1.Cor.1.* git deus, vt confunderet fortia: & ſtulta mundi elegit, E vt confunderet ſapientes: & ignobilia mundi & ea quę non ſunt tanquam ſint, vt ea quæ ſunt euacuentur: vt non glorietur omnis caro coram deo. Hæc itaque pia & ſancta cogitatio facit, vt etiam tales admittantur qui nullum afferant mutatæ in melius vitæ documentum. Neque enim apparet, vtrum ex propoſito ſeruitutis dei venerint, an vitam inopem & laborioſam fugientes, vacui paſci atque veſtiri voluerint, & inſuper honorari ab eis à quibus contemni conterique conſueuerant. Tales ergo quoniam ſe quò minus operentur, de infirmitate corporis excuſare nõ poſſunt, præteritæ quippe vitæ conſuetudine conuincuntur, vmbraculo malæ diſciplinæ ſe contegunt, vt ex male intellecto Euangelio, præcepta Apoſtolica peruertere meditentur, vere volatilia cœli, ſed per ſuperbiam in altum ſe extollendo, & fœnum agri, ſed carnaliter ſentiendo. Contingit enim eis quod in viduis iunioribus indiſciplinatis cauendum idem Apoſtolus dicit, Simul autem & o- *1.Timo.5.* cioſæ eſſe diſcunt, non ſolum autem ocioſæ, ſed etiam curioſæ & verboſæ, loquentes quæ nõ oportet. Hoc ille de malis fœminis dicebat, quod nos etiam in malis viris dolemus & plangimus, qui aduerſus eum ipſum F in cuius epiſtolis legimus iſta, ocioſi & verboſi, quæ nõ oportet loquuntur. Et qui ſunt inter eos qui eo propoſito ad ſanctam militiam venerunt, vt placeant cui ſe probauerunt, cum ita vigeant viribus corporis & integritate valetudinis, vt non ſolum erudiri, ſed etiam ſecundum Apoſtolum operari poſſint, exceptis iſtorum ocioſis corruptiſq; ſermonibus quos iudicare per imperitum tyrocinium non valent, in eandem labem peſtifera contagione imitantur: non ſolum non imitantes obedientiam ſanctorum quiete operantium, & aliorum monaſteriorũ in ſaluberrima diſciplina ſecundum Apoſtolicam normam viuentium, ſed etiam inſultantes melioribus, tanquam conſeruatricem Euangelij prædicantes pigriciam, tanquam præuaricatricem accuſantes miſericordiam. Multo enim miſericordius operatur erga animas infirmorum, qui bonæ famæ ſeruorum dei conſuluit, quam erga corpora egentium qui panem eſurientibus frangit. Quapropter vtinam iſti qui vacare vo- *Euangeliũ nõ recte intellectũ ab ocioſis Cap. XXIII.* lunt manibus, omnino vacarent & linguis. Neque enim tam multos ad imitationem inuitarent, ſi eis non tantum exempla pigra, ſed etiam muta proponerent.

Nunc vero cõtra Apoſtolum Chriſti recitant Euan-

G gelium Chriſti. Ita enim mirabilia ſunt opera pigrorũ,
vt impedire velint Euangelium, quod Apoſtolus ideo
præcepit & fecit, ne impediretur ipſum Euangelium.
Et tamen ſi eos ex ipſis Euangelij verbis ſecundum eo-
rum intellectum viuere cogamus, priores nobis ſuade-
re conabuntur quàm non ita ſint intelligenda vt intel-
ligunt. Certe enim propterea ſe dicunt operari nõ de-
Matth. 6. bere, quia nec volucres cœli ſeminãt neque metunt, de
quibus nobis dominus ſimilitudinem dedit ne de tali-
bus neceſſariis cogitemus. Cur ergo nõ attendũt quod
ſequitur? Neq; enim tantummodo hoc dictum eſt, quia
non ſeminant neque metunt, ſed adiectum eſt, neque
ἀποθήκας. congregant in apothecas. Apothecæ autem horrea, vel
verbum ex verbo Græco, repoſitoria dici poſſunt. Cur
ergo iſti manus ocioſas & plena repoſitoria volunt ha-
bere? Cur ea quæ ſumunt ex laboribus aliorum, recon-
dunt & ſeruant vnde quotidie proferatur? Cur denique
molunt & coquũt? Hoc enim aues nõ faciunt. Aut ſi re-
periunt quibus hoc opus quoq; perſuadeãt, vt eis per ſin
gulos dies eſcas afferant præparatas, ſaltem vel ſibi aquã
H de fontibus afferũt, vel de ciſternis aut puteis hauriunt
& reponunt? Hoc volatilia non faciunt. Sed ſi hoc pla-
cet, ſtudeant etiã boni fideles, & regis æterni deuotiſſi-
mi prouinciales, fortiſſimis eius militibus vſq; ad iſta ſer
†al. ſi iam uire, vt ſibi nec aquã implere cogantur, fermè etiã † * il-
los qui tunc erant Hieroſolymæ nouo gradu iuſticiæ
Acto. 11. * ſupergreſſi ſunt. Nam illis fame imminente, & per Pro-
phetas qui tunc erãt ante prædicta, boni fideles ex Græ
cia frumenta miſerũt, ex quibus credo quòd illi panem
ſibi fecerunt, aut certe faciendum curauerunt, quod a-
ues nõ faciunt. Sed ſi iam iſti vt dicere cœperam, etiam
illos aliquo gradu iuſticiæ tranſierunt, & omnino in iis
quæ ad tranſigendam vitam iſtam pertinent, ſicut vo-
lucres agunt, oſtendant nobis homines ſeruire volu-
cribus, ſicut ſibi ſeruiri volunt, niſi captis & incluſis, qui-
bus fides non habetur, ne volentes non redeant: & ta-
men illæ malunt frui libertate, & ex agris quãtum ſatis
eſt capere, quàm ab hominibus appoſita & appparata ſu
Iocoſe deri- mere. Proinde rurſus iſtos alio ſublimiore gradu iuſti-
detur igna- ciæ ſuperabunt, qui ſe ita inſtituerunt, vt quotidie in a-
ui. gros tanquam in paſtum pergant, & quo tempore in-
I uenerint carpant, ac ſopita fame reuertantur. Sed pla-
nè propter agrorum cuſtodes quàm bonum eſſet, ſi e-
tiam pennas dominus largiri dignaretur, vt ſerui dei
in agris alienis inuenti non tanquam fures comprehen
derentur, ſed tanquam ſturni fugarentur: Nunc vero
ille quantum poterit, imitabitur auem quam capere ve-
nator non potuerit. Sed ecce concedant omnes ſerui †
† ſeruis. dei, vt cum volunt in eorum agros exeant, atq; inde ſe-
curi refectique diſcedant: ſicut populo Iſraël per legem
Deut. 23. præceptum eſt, vt in agris ſuis furem nullus teneret, niſi
qui ſecum aliquid vellet auferre: nam qui nihil aliud at-
tigiſſet quàm id quod comediſſet, liberũ impunitumq;
Matth. 12. abire ſinerent: Vnde etiam ſpicas vellentibus diſcipulis
domini, de ſabbato potius quàm de furto Iudæi calum-
niati ſunt. Sed quid erit agendum de his tẽporibus an-
ni quibus eſca quæ ſtatim ſumi poſſit, in agris non inue
nitur? Quiſquis aliquid domũ quod ſibi coquendo præ-
paret, auferre tentauerit, ſecũdum iſtorum intellectum
audiet ex Euangelio, Pone, hoc enim aues non faciunt.
Ioci feſtiui. Verum & hoc concedamus, toto vertente anno poſſe
in agris reperiri vel ex arbore vel ex herbis, vel ex qui-
buſque radicibus quod in eſcam ſumi poſſit incoctum,
aut certe tãta exercitatio corporis adhibeatur, vt ea quę
coquenda ſunt, etiam cruda aſſumpta nõ noceant, poſ-
ſitq; etiam hyemalibus quibuſlibet aſperitatibus ad pa- K
bula procedi, atque ita fiat vt nihil præparandum aufe-
ratur, nihil in craſtinum reponatur, non poterunt iſta
ſeruare qui ſe per multos dies à conſpectu hominum
ſeparatos, & nulli ad ſe præbentes acceſſum includunt
ſeipſos viuentes in magna intentione orationum. Hi e-
nim facillima quidem atque viliſſima, ſecum tamen a-
limenta includere conſueuerunt, quæ in illos dies quibus
à nullo videri ſtatuerunt, ſufficiant: quod aues non fa-
ciunt. Et horum quidem exercitationem in tam mira-
bili continentia, quandoquidem habẽt ocium quo hæc
agant, ſeq; imitandos non ſuperba elatione, ſed miſeri-
cordi ſanctitate proponant, non ſolum non reprehen-
do, ſed quantum dignum eſt laudare nõ poſſum. Quid
tamen de his dicimus ſecundum hiſtoriæ intellectum
ex Euangelicis verbis? An forte quò ſunt ſanctiores, eo
ſunt volucribus diſſimiliores, quia niſi reponant ſibi e-
ſcas in plurimos dies, includere ſe ita vt faciunt, non
valebunt. Et vtique nobiſcum audiunt, Nolite ergo co
gitare in craſtinũ. Quapropter vt breuiter complectar,
iſti qui ex Euangelio peruerſe intellecto, tam manife- L
ſta Apoſtolica præcepta peruertere moliuntur, aut non
cogitent in craſtinum, ſicut volatilia cœli, aut obtem-
perent Apoſtolo ſicut filij dilecti: immo vtrunque fa-
ciant, quia vtrunque concordat. Neque enim contra-
ria domino ſuo moneret Apoſtolus Paulus ſeruus Chri
ſti Ieſu. Hoc enim iſtis aperte dicimus, Si volatilia cœli
ſic intelligitis in Euangelio vt nolitis operando mani-
bus veſtris victum tegumentúmque procurare, nihil e-
tiam reponatis in craſtinum, ſicut nihil reponunt vola-
tilia cœli. Si autem aliquid reponere aliquando in cra-
ſtinum poteſt non eſſe contra Euangelium, vbi dictum
eſt, Reſpicite volatilia cœli quia neque ſeminant neq; *Matth. 6.*
metunt, neque congregant in apothecas: poteſt etiam
non eſſe contra Euangelium nec contra ſimilitudinem
volatilium cœli, vitam iſtam carnis corporalis opera-
tionis labore tranſigere. Si enim vrgeãtur ex Euan *Prouidẽtia*
gelio, vt nihil reponant in craſtinum, rectiſſime reſpon *piorũ in re-*
dent. Cur ergo ipſe dominus loculos habuit vbi pecu- *bus externis.*
niam collectam reponeret? Cur tanto ante fame immi- *Ca. XXIIII*
nente frumẽta ſanctis patribus miſſa ſunt? Cur Apoſto- *Matth. 6.*
li ſic indigentiæ ſanctorum neceſſaria procurarunt, ne *Ioan. 12.*
deeſſet in poſterum, vt beatiſsimus Apoſtolus ad Co- *Acto. 11.*
rinthios in Epiſtola ſcriberet. De collectis autẽ in ſan- M
ctos ſicut ordinaui in Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite *1. Cor. 16.*
ſecundum vnam ſabbati, vnuſquiſque veſtrum apud ſe
reponat theſaurizans quod ei placuerit, vt non cum ve
nero tunc collectæ fiant. Cum autem aduenero, quoſ-
cunque probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre
gratiam veſtram in Hieruſalem. Quòd ſi dignum fue-
rit vt & ego eam, mecum ibunt. Hæc & alia multa co-
pioſiſſime & veriſſime proferunt. Quibus reſponde-
mus, Videtis ergo, quamuis dominus dixerit, Nolite co-
gitare in craſtinum: non vos tamen iſtis verbis cogit,
vt nihil in craſtinum reſeruetis. Cur ergo iiſdem ver-
bis vos cogi dicitis vt vacetis? Cur volatilia cœli non
vobis ſunt exemplo ad nihil reſeruandum, & vultis vt
ſint exemplo ad nihil operandum? Dicet ali- *Quare labo*
quis, Quid ergo prodeſt ſeruo dei quòd prioribus a- *randũ ma-*
ctibus quos in ſeculo habebat relictis, ad hanc ſpirita- *nibus. Cap.*
lem vitam militiamq; conuertitur, ſi eum adhuc opor- *XXV.*
tet tanquam opificis exercere negocia? Quaſi vero faci-
le poſſit verbis explicari quantum proſit quod domi-
nus diuiti conſilium capiendæ vitæ æternæ requirenti,
ait quid faceret, ſi vellet eſſe perfectus, vt venderet quæ

habebat

A habebat, & indigentiæ pauperum diſtributis eum ſequeretur. *Matth. 19.* Aut quis tam expedito curſu ſecutus eſt dominum, quàm ille qui ait, *Philip. 3.* Non in vacuum cucurri nec in vacuum laboraui, qui tamen opera iſta & præcepit & fecit? Hoc nobis tanta authoritate doctis & informatis ſufficere debuit ad exemplum derelinquendi priſtinas facultates & manibus operandi. Sed & nos ab ipſo domino adiuti, poſſumus fortaſſe vtcũque cognoſcere, etiam ſic operantibus ſeruis dei, priora tamen negocia reliquiſſe quid proſit. Si enim ad hanc vitam ex diuite quiſque conuertitur, & nulla infirmitate corporis impeditur, ita ne deſipimus à ſapore Christi, vt non intelligamus quantus ſuperbiæ prioris tumor ſanetur, cum circuncisis ſuperfluis quibus ante animus exitiabiliter inflammabatur, ad modica quæ reſtant huic vitæ naturaliter neceſſaria, etiam opificis humilitas minime recuſatur? Si autem ad hanc vitam ex paupertate conuertitur, non putet ſe id agere quod agebat, ſi ab amore vel augendæ quantulæcunq; rei priuatæ, iam non quærens quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Christi, *Philip. 2.* ad communis vitæ ſe tranſtulit charitatem, in eorum ſocietate victurus, B quibus eſt anima vna & cor vnũ in deum, ita vt nemo dicat aliquid proprium, ſed ſint illis omnia communia. *Act. 2. et 4.* Si enim huius terrenæ reipublicæ antiqui principes præclariſſimo literatorum ſuorum eloquio prædicari ſolent, quòd rem communem vniuerſi populi ſuæ ciuitatis, priuatis ſuis rebus ſic anteponebãt, *In tertia regula. ca. 27. 12. quæ. 1. c. Nõ dicatis.* vt quidam eorum Africa edomita triumphator, quid nubenti filiæ daret non habuerit, niſi ex ſenatuſconſulto de publico dotaretur: quo animo debet eſſe in rempublicam ſuam ciuis æternæ illius ciuitatis Hieruſalem cœleſtis, niſi vt illud ipſum quod propriis manibus elaborat in commune habeat cum fratre, & ſi quid ei defuerit, de communi ſuppleat, dicens cum illo cuius præceptum exemplumq; ſecutus eſt, Quaſi nihil habentes & omnia poſſidentes: *2. Corin. 6.* Quamobrem etiam illi qui relicta vel diſtributa, ſiue ampla, ſiue qualicunq; opulenta facultate, inter pauperes Christi pia & ſalubri humilitate numerari voluerunt: ſi corpore ita valent, & ab Eccleſiaſticis occupationibus vacant: quanquam eis tam magnum animi ſui documentum afferentibus, & eiuſdem ſocietatis indigentiæ de his rebus quas habebant, vel plurimum C vel non parum conferentibus, vicem ſuſtentandæ vitæ eorum res ipſa communis & fraterna charitas debeat: tamen ſi & ipſi aliquid manibus operentur, vt pigris ex vita humiliore & ob hoc exercitatiore venientibus, auferant excuſationem, multo miſericordius agunt, quàm cum omnia ſua indigẽtibus diuiſerunt. Quod quidem ſi nolunt, quis audeat cogere? Quibus tamen inuenienda ſunt opera in monaſterio, etiam ſi à corporali functione liberiora, ſed vigilanti adminiſtratione curanda, vt nec ipſi panem ſuum, quoniam iam communis factus eſt, gratis manducent. Nec attendendum eſt in quibus monaſteriis, vel in quo loco indigentibus fratribus, quiſq; id quod habebat impẽderit. Omnium enim Christianorũ vna reſpublica eſt. Et ideo quiſquis Christianis neceſſaria vbilibet erogauerit, vndecunq; etiam ipſe quod ſibi neceſſarium eſt accipit, de Christi bonis accipit: quia vbicunque & ipſe talibus dedit, quis niſi Christus accepit? Illi autem qui etiam præter iſtam ſanctam ſocietatem vitam labore corporis tranſigebant, ex quorum numero plures ad monaſteria veniũt, quia & in ipſo humano genere plures ſunt, ſi nolunt operari non manducent. Neque enim propterea in militia Christiana ad pietatem diuites humiliantur, vt pauperes ad ſuperbiam extollantur: nullo modo enim decet D vt in ea vita vbi fiunt ſenatores laborioſi, ibi fiant opifices ocioſi: & quò veniunt relictis deliciis ſuis qui fuerant prædiorum domini, ibi ſint ruſtici delicati.

[*Quare præcones verbi ſtipendium accipiant. Ca. XXVI.*]

At enim dominus ait, Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori quid veſtiamini. Recte: quoniam vt ſuprà dixerat, Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ. *Matth. 6.* Qui enim propter hoc Euangelium prædicat, vt habeat vnde manducet, & vnde veſtiatur, ſimul ſe putet & deo ſeruire & mammonæ: ideo, quia Euangeliũ prędicat: & mammonæ, quia propter iſta neceſſaria prædicat. Quod dominus dicit fieri non poſſe: ac per hoc ille qui propter iſta Euãgelium prædicat, nõ deo ſed mammonæ ſeruire cõuincitur, etſi deus illo ad aliorum profectum quo modo ipſe neſcit vtatur. Nam huic ſententiæ ſubiungit dicens, Ideo dico vobis, nolite ſoliciti eſſe animæ quid manducetis, neque corpori quid veſtiamini: non vt iſta non procurent, quantum neceſſitati ſatis eſt, vnde honeſte potuerint: ſed vt non iſta intueantur, & propter iſta faciant quicquid in Euangelij præconio † facere iubentur. *† prædicatione.* Eam quippe intentionem quare quid fiat, oculum vocat. Vnde paulo ſuperius loquebatur vt ad hæc deſcenderet, E & dicebat, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. *Matth. 6.* Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si vero oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit: id eſt, talia erunt facta tua qualis fuerit intentio tua cur ea facias. Et ad hoc enim vt veniret, ſupra de eleemoſynis præceperat dicens, Nolite condere vobis theſauros in terris, *Ibidem.* vbi ærugo & tinea exterminat, & vbi fures effodiunt & furantur. Recondite vero vobis theſauros in cœlo, vbi neque tinea neque rubigo exterminat, & vbi fures non perfodiunt & furantur: vbi enim erit theſaurus tuus, ibi erit & cor tuum. Deinde ſubiunxit, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus: vt illi ſcilicet qui eleemoſynas faciunt, ne ea faciant intentione, vt vel hominibus velint placere, vel in terra ſibi quærant rependi quod faciunt. Vnde & Apoſtolus cum Timotheo diuites monendos [eſſe] præciperet, Facile, inquit, tribuant, communicent, theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, *1. Timo. 6.* vt apprehendant veram vitam. Cum vero in futuram vitam direxerit oculum dominus eleemoſynas facientium, & in cœleſtem F mercedem vt poſſint & ipſa facta eſſe lucida, cum ſimplex oculus fuerit: in illam quippe nouiſſimam retributionem valet quod alibi ait, Qui vos excipit me excipit: *Matth. 10.* & qui me excipit, excipit eum qui me miſit, Qui excipit Prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipit, & qui excipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet: & qui potum dederit vni ex iſtis minimis calicẽ aquæ frigidæ tantũ in nomine diſcipuli, amen dico vobis nõ peribit merces eius: ne forte correpto oculo eorum qui neceſſaria impendunt indigentibus & prophetis & iuſtis & diſcipulis domini, ipſorũ oculus deprauaretur in quos iſta fierent vt propter iſta accipienda vellent Christo militare. Nemo, inquit, poteſt duobus dominis ſeruire. Et paulo poſt, Non poteſtis, inquit, *Matth. 6.* deo ſeruire & mammonæ: ſtatimq; cõtexuit, Ideo dico vobis, Nolite ſoliciti eſſe animæ quid manducetis, neque corpori quid veſtiamini. Et quod ſequitur de volatilibus cœli & de liliis agri, *Quo modo accipiendũ illud, de volatilib⁹ cœli & liliis agri.* ad hoc dicit ne quiſquam deum putet ſeruorum ſuorum neceſſaria nõ curare, cum eius ſapientiſſima prouidentia vſque ad iſta creanda & gubernanda perueniat, Neque enim non ipſe paſcit & veſtit etiam eos qui manibus operantur:

G ſed ne Chriſtianam militiam ad hoc detorqueāt vt iſta conquirant, hoc ſeruos ſuos dominus præmonet, vt in eo miniſterio quod ſacramento eius debetur, non iſta, ſed regnum eius & iuſticiam cogitemus: & hæc omnia apponentur nobis, ſiue per manus operantibus, ſiue infirmitate corporis impeditis, ſiue ipſius militiæ tali occupatione diſtrictis, vt nihil aliud agere valeamus.

Vtendū induſtria noſtra ne deū tētare videamur. Ca. XXVII.

Neque enim quia dixit deus, Inuoca me in die tribulationis, & eximam te, & glorificabis me, propterea non debuit fugere Apoſtolus, & per murum in ſporta ſubmitti, vt manus perſequentium euaderet, ſed expectare potius vt comprehenderetur, & eum ſicut tres pueros de mediis ignibus liberaret. Aut propter hoc nec dominus dicere debuit, Si vos perſecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam, quia ipſe dixit, Si quid petieritis in nomine meo, dabitur vobis. Sicut ergo quiſquis perſecutionem fugientibus diſcipulis Chriſti obiiceret huiuſcemodi quæſtionem, cur non ſtetiſſent potius, & inuocato deo per eius mirabilia ſic eruerentur, vt Daniel à leonibus, & Petrus ex vinculis: Reſponderent non ſe oportuiſſe tentare deum, ſed tunc eum

Pſal. 49. Actor. 9. Daniel. 3. Matth. 10. Ioan. 14. Da. 9. et. 14 Act. 12.

H talia ſi vellet eſſe facturum, cum ipſi quid facerent non haberent. Cum vero eis fugam in poteſtatem dediſſet, etiam ſi per illam liberantur, non niſi ab ipſo liberari. Sic etiam dei ſeruis vacantibus & valentibus exemplo & præcepto Apoſtolico manibus ſuis victum tranſigere, ſi quis ex Euangelio mouerit quæſtionem de volatilibus cœli, quæ non ſeminant neq; metunt, neque congregant in apothecas, & de liliis agri, quia non laborāt neque nent: facile reſpondebunt, Si & nos per aliquam vel infirmitatem vel occupationem non poſſumus operari, ſic ille nos paſcet & veſtiet quemadmodum aues & lilia, quæ nihil operantur huiuſmodi. Cum autem poſſumus, non debemus tentare deum noſtrum, quia & hoc quod poſſumus, eius munere poſſumus. Et cum hic viuimus, illo largiente viuimus, qui largitus eſt vt poſſimus. Et ideo de iſtis neceſſariis ſoliciti nō ſumus, quia cum hæc poſſumus agere, ille nos paſcit & veſtit, à quo paſcuntur homines & veſtiuntur. Cum vero hæc nō poſſumus agere, idemipſe nos paſcit & veſtit à quo aues paſcuntur & lilia veſtiuntur, quoniam nos pluris ſumus illis. Quapropter in iſta militia noſtra, nec in

Matth. 6. Deute. 6. Matth. 4. Matth. 6.

I craſtinum cogitamus, quia non propter iſta temporalia quò pertinet craſtinus, ſed propter illa ſempiterna vbi ſemper hodiernus eſt, nos illi probauimus, vt ei nullis negociis ſecularibus implicati placeamus. Quæ cum ita ſint, ſine me paululum ſancte frater, Dat enim mihi dominus per te magnam fiduciam eos ipſos alloqui filios & fratres noſtros, quos noui quāta nobiſcum dilectione parturias, donec in eis Apoſtolica diſciplina formetur. O ſerui dei, milites Chriſti, ita ne diſſimulatis calidiſſimi hoſtis inſidias, qui bonam famam veſtram, tam bonum Chriſti odorem, ne dicant animæ bonæ, Poſt odorem vnguentorum tuorum curremus, & ſic laqueos eius euadant, omni modo cupiens obſcurare putoribus ſuis, tam multos hypocritas ſub habitu monachorum vſquequaq; diſperſit, circumeuntes prouincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos, nuſquam ſtantes, nuſquā ſedentes. Alij membra martyrum, ſi tamen martyrum, venditant: alij fimbrias & phylacteria ſua magnificant: alij parentes vel conſanguineos ſuos in illa vel in illa regione ſe audiſſe viuere, & ad eos pergere mentiuntur: & omnes petunt, omnes exigunt, aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ preciū ſanctitatis †: cum interea vbicunque in factis ſuis malis deprehenſi

2. Timo. 2. Graphice deſcribit monachos ocioſos & vagos. Cap. XXVIII. Galat. 4. 2. Cor. 2. Canti. 1. Reliquiæ. † caſtitatis.

fuerint, vel quoquo modo innotuerint, ſub generali K nomine monachorū veſtrum propoſitum blaſphematur, tam bonum, tam ſanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic per totam Africam pullulare. Nonne ergo inflammamini zelo dei? Nonne concaleſcit cor veſtrum intra vos, & in meditatione veſtra exardeſcit ignis, vt iſtorum mala opera bonis operibus perſequamini, vt eis amputetis occaſionem turpium nundinarum, quibus æſtimatio veſtra læditur, & infirmis offendiculum ponitur? Miſeremini ergo & compatimini, & oſtendite hominibus, nō vos in ocio facilem victum, ſed per anguſtam & arctam viam huius propoſiti, regnum dei quærere. Eadem vobis cauſa eſt quæ Apoſtolo fuit, vt amputetis occaſionē iis qui quærunt occaſionem, vt qui illorum putoribus præfocantur, in odore veſtro bono reficiantur. Non alligamus onera grauia & veſtris humeris imponimus quę digito attingere nolumus. Quærite & agnoſcite labores occupationum noſtrarū, & in aliquibus noſtrorum etiam corporum infirmitates, & Eccleſiarum quibus ſeruimus talem iam conſuetudinem, vt nos ad illa opera ad quæ vos hortamur vacare non ſinant. Quanquam enim dicere poſſemus, Quis militat ſuis ſtipendiis vnquā? Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem & de lacte gregis non percipit? tamen dominum Ieſum, in cuius nomine ſecurus hæc dico, teſtem inuoco ſuper animam meam, quoniam quātum attinet ad meum commodum, multo mallem per ſingulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monaſteriis conſtitutū eſt, aliquid manibus operari, & cæteras horas habere ad legendum & orādum, aut aliquid de diuinis literis agendum liberas: quàm tumultuoſiſſimas perplexitates cauſarum alienarum pati de negociis ſecularibus, vel iudicando dirimendis, vel interueniēdo præcidendis: quibus nos moleſtiis idem affixit Apoſtolus, non vtique ſuo, ſed eius qui in eo † loquebatur arbitrio, quas tamen ipſum perpeſſum fuiſſe non legimus. Aliter enim ſe habebat Apoſtolatus eius diſcurſus. Nec dixit, Secularia igitur iudicia ſi habueritis, eos deferte, aut nos conſtituite ad iudicandum: ſed eos qui contemptibiles ſunt in Eccleſia, hos, inquit, collocate. Ad reuerentiam vobis dico. Sic non eſt inter vos quiſquam ſapiens qui poſſit inter fratrem ſuum iu- M dicare, ſed frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles. Sapientes ergo qui in locis conſiſtebant fideles & ſanctos, non qui hac atque illac propter Euangelium diſcurrebant, talium negociorum examinatores eſſe voluit. Vnde nunquam de illo ſcriptum eſt, quòd aliquando talibus vacauerit, à quibus nos excuſare non poſſumus, etiam ſi contemptibiles ſimus, quia & hos collocari voluit ſi ſapientes defuiſſent, potius quàm vt negocia Chriſtianorum deferrentur in forum. Quem tamen laborem nō ſine conſolatione domini ſuſcipimus pro ſpe vitæ æternæ, vt fructum feramus cum tolerantia. Serui enim ſumus eius Eccleſiæ, & maxime infirmioribus membris, quantalibet in eodem corpore membra ſumus. Omitto alias innumerabiles Eccleſiaſticas curas, quas fortaſſe nemo credit niſi qui expertus eſt. Non ergo alligamus onera grauia, & humeris veſtris imponimus, quæ nos digito non attingimus: quandoquidē ſi officij noſtri ſalua ratione poſſemus, viderit ille qui probat corda noſtra, mallemus hæc agere, quæ vt agatis hortamur, quàm ea quæ nos agere cogimur. Sanè omnibus & nobis & vobis pro noſtro gradu & officio laborantibus, & arcta via eſt in labore & ærumna, & ta-

Pſal. 38. Matth. 7. 2. Cor. 11. Labores Auguſtini. Ca. XXIX. Matth. 23. 1. Cor. 9. † per eum. 2. Cor. 13. 1. Cor. 6. Matth. 7.

men in

A men in ſpe gaudentibus. Iugũ enim eius lene eſt & ſar-
Rom.12. cina leuis, qui nos vocauit ad requiem, qui prior tranſ-
Matt.11. itum fecit à cõualle plorationis, vbi nec ipſe ſine preſ-
Pſal.83. ſuris fuit. Si fratres, ſi filij noſtri eſtis, ſi conſerui, vel po-
tius in Chriſto ſerui veſtri ſumus, audite quæ mone-
mus, agnoſcite quæ præcipimus, ſumite quæ diſpenſa-
Matt.23. mus. Si autem Phariſæi ſumus, alligantes onera grauia,
& impoonentes humeris veſtris, quæ dicimus facite, etiã
1.Cor.4. ſi quæ facimus improbatis. Nobis autem minimum eſt
vt à vobis diiudicemur, aut ab humano die. Quàm ger
mana charitate ſit nobis cura de vobis, ille inſpiciat
qui dedit quod inſpiciendum eius oculis offeramus.
Poſtremo quod vultis, ſeotire de nobis, Paulus Apoſto
2.Theſſ.3. lus vobis pręcipit & obſecrat in domino, vt cum ſilen-
tio, id eſt, quieti & obedienter ordinati operantes ve-
ſtrum panem manducetis. Nec de illo, vt arbitror, ali-
quid mali creditis, & in illum qui per eum loquitur cre
Admonet didiſtis. Hæc mi chariſsime & in Chriſti viſceri-
bonos ne de bus venerande frater Aureli, quantum donauit vt poſ-
ſidia malo- ſem, qui per te iuſsit vt facerẽ, de opere monachorum
rũ & ipſi pi non diſtuli ſcribere, id maxime curans ne boni fratres
greſcentes Apoſtolicis præceptis obedientes, à pigris & inobedi-
corrũpant. eotibus etiam præuaricatores Euangelij dicerentur, vt
Cap. XXX. qui non operantur, ſaltem illos qui operantur, ſibi an-
B teponendos eſſe non dubitent. Cæterum quis ferat ho-
mines contumaces ſaluberrimis Apoſtoli monitis reſi-
ſtentes, non ſicut infirmiores tolerari, ſed ſicut etiam
ſanctiores prædicari, vt monaſteria doctrina ſaniore
fundata, gemina illecebra corrumpantur, & diſſoluta
licentia vacationis, & falſo nomine ſanctitatis? Sciant
ergo etiam cæteri fratres & filij noſtri, qui fauere tali-
bus, & huiuſmodi præſumptionem per ignorãtiam de-
fendere conſuêrunt, ſe potiſsime corrigendos, vt illi
corrigi poſsint, non vt infirmentur benefacere. Sanè
in eo quòd ſeruis dei prompte atque alacriter neceſſa-
ria ſubminiſtraot, non ſolum non reprehendimus, ſed
etiam ſuauiſsime amplectimur: ſed oe peruerſa miſe-
ricordia magis eorum futuræ vitæ noceant, quàm prę-
Pſal.9. ſenti ſubueniant: minus enim peccatur ſi noo laudetur
peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit be
De capite nedicatur. Quid autem iniquius, quàm velle ſibi
tonſo & co obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare ma-
mato. ioribus? Apoſtolo dico, non oobis, intantum vt etiam
Cap. XXXI iam comam nutriant. Vnde ille nec diſputari omnioo
C voluit dicens, Si autem quis vult contentioſus eſſe, nos
1.Cor.11. talem conſuetudinem non habemus, neq; Eccleſia dei.
Hoc autem præcipio, vt ſcilicet non diſſerentis ſolertia
requiratur, ſed præcipiẽtis authoritas attendatur. Nam
& hoc quò pertinet quæſo tam aperte contra Apoſtoli
† vacari. præcepta comari†? An ita vacandum eſt, vt nec tonſo-
res operentur? An quia Euangelicas volucres imitari ſe
dicunt, quaſi depilari timent ne volare nõ poſsint? Ve-
reor in hoc vicio plura dicere propter quoſdam crini-
tos fratres, quorũ præter hoc multa & penè omnia ve-
neramur. Sed quo magis eos io Chriſto diligimus, eo
ſolicitius admonemus. Neque enim metuimus oe hu-
militas eorum reſpuat admonitionem noſtram, quan-
doquidem & nos à talibus vbi forte titubamus aut ab-
erramus, cupimus admoneri. Hoc ergo admonemus
tam ſanctos viros, ne ſtultis vanorum hominum argu-
mentationibus moueantur, & eos in hac peruerſitate
imitentur, quibus ſunt in cæteris longe diſsimiles. Illi
enim venalem circunferentes hypocriſim, timent ne
vilior habeatur tonſa ſanctitas quàm comata, vt vide-
licet qui eos videt, antiquos illos quos legimus cogitet,

Samuëlem & cæteros qui non tondebantur. Nec cogi- D
tant quid interſit ioter illud Propheticum velamẽtum,
& hanc Euangelij reuelationem, de qua dicit Apoſto-
lus: Cum tranſieris ad Chriſtũ, auferetur velamẽ. Quod 2.Cor.3.
enim ſignificabat velamen interpoſitum inter faciem
Moyſi & aſpectum populi Iſraël, hoc ſignificabat illis
temporibus etiam coma ſanctorum. Nam idem Apo-
ſtolus etiam comam pro velamento eſſe dicit, cuius au
thoritate iſti vrgentur. Aperte quippe ait: Vir quidem 1.Cor.11.
ſi comatus ſit, ignominia eſt illi. Ipſam ignominiam,
inquiũt, ſuſcipimus merito peccatorum noſtrorum, ad
hoc obtendentes ſimulatæ humilitatis vmbraculum, vt
ſub eo proponaot venalem typhum, quaſi Apoſtolus ſu
perbiam doceat cum dicit, Omnis vir orans, aut pro-
phetans velato capite, cõfundit caput ſuum: Et vir qui-
dem nõ debet velare caput ſuum, cum ſit imago & glo
ria dei. Qui ergo dicit, Non debet: neſcit forte docere
humilitatem. Sed ſi hanc ignominiam tempore Euan-
gelij, quod erat ſacramentum tempore Prophetiæ, pro
humilitate iſti appetunt, tondeant, & cilicio caput ve-
lent: ſed non erit tunc ſpecies illa venalis, quia Saom- E
ſon non cilicio ſed coma velabatur. Iam illud ſi di- Iudicũ 16.
ci poteſt, quàm luctuoſe ridiculum eſt, quod rurſus in- Peruerſa i-
uenerunt ad defenſiooem criminum ſuorum. Virum, terpretatio
inquiunt, prohibuit Apoſtolus habere comam. Qui au- ſcripturæ g
tem ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cœlorum, iam monachos.
non ſunt viri, O dementiã ſingularem. Merito qui hoc Ca. XXXII
dicit, aduerſus ſanctæ ſcripture manifeſta pręconia cõ- ſpadonum.
ſilio nefandę impietatis armatur, & perſeuerat in itine-
re tortuoſo, & peſtiferam doctrinam conatur ioduce-
re, quia non eſt beatus vir qui non abiit in conſilio im- Pſal.1.
piorum, & in via peccatorum oon ſtetit, & in cathedra
peſtilentiæ non ſedit. Nam ſi in lege dei meditaretur
die ac nocte, illic inueniret ipſum Apoſtolum Paulum,
qui certè ſummam caſtitatem profeſſus dicit, Vellem 1.Cor.7.
autem omnes homines eſſe ſicut meipſum: & tamen ſe
virum oſtendit, non ſolum ita viuendo, ſed etiam ita
loquẽdo, ait enim: Cum eſſem paruulus quaſi paruulus 1.Cor.13.
loquebar, quaſi paruulus ſapiebam, quaſi paruulus cogi-
tabam: cum autem vir effectus ſum, euacuaui ea quæ e-
rãt paruuli. Sed quid Apoſtolum commemorem, cum
de ipſo domino & Saluatore noſtro neſciant quid ſen
tiant qui hæc dicunt. Nam de quo alio dicitur: Donec F
occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionem Ephe 4.
filij dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis ple-
nitudinis Chriſti, vt vltra non ſimus paruuli iactati &
circumlati omni vento doctrinæ in illuſione hominũ,
in aſtutia ad machinationẽ erroris. Qua illuſione iſti
decipiunt imperitos, qua aſtutia & machinamẽtis ini-
mici & ipſi circunferuntur, & in ſua circumlatione co-
hærentes ſibi animos ioſirmorum quodam modo ro-
tare conantur, vt pariter neſciant vbi ſint. Audierunt
enim vel legerunt quod ſcriptum eſt, Quicũque enim Gala.3.
baptizati eſtis in Chriſto, Chriſtum induiſtis, vbi oon
eſt Iudæus, neque Græcus: non ſeruus, neque liber: non
maſculus neque fœmina: & non intelligunt ſecundum
carnalis ſexus concupiſcentiam hoc eſſe dictum, quia 2.Cor.4.
in interiore homine vbi renouamur in nouitate men- Ephe.4.
tis noſtræ, nullus ſexus huiuſmodi eſt. Non ergo prop- Coloſſ.3.
terea ſe negent viros, quia maſculino ſexu nihil ope-
rantur. Nam & coniugati Chriſtiani qui hoc operan-
tur, non ſecũdum hoc vtique Chriſtiani ſunt, quod ha
bent commune cum cæteris non Chriſtianis, & cũ ip-
ſis pecoribus. Aliud eſt enim quod vel infirmitati con-
ceditur, vel mortali propagatione perſoluitur: aliud au-
tem

G tem quod ad capeſſendam incorruptam & æternã vi-
tam, fideli profeſsione ſignificatur. Illud ergo quod de
non velãdo capite viris præcipitur, in corpore quidem
figuratur, ſed in mente agi, vbi eſt imago & gloria dei,
1.Cor.11. verba ipſa indicant. Vir quidem, inquit, non debet ve-
lare caput, cum ſit imago & gloria dei. Vbi autem ſit
Coloſſ 3. hæc imago, ipſe declarat cum dicit, Nolite mentiri in-
uicem, expoliãtes vos veterem hominem cum actibus
ſuis, induite nouum, qui renouatur in agnitionem dei
ſecũdum imaginem eius qui creauit eum. Quis dubitat
hanc renouationem in mente fieri? Sed & qui dubitat,
audiat apertiorem ſententiam. Eadem quippe admo-
Ephe.4. nens ita dicit alio loco: Sicut eſt veritas in Ieſu, depo-
nite vos ſecundum priorem conuerſationem veterem
hominem eum qui corrumpitur ſecundũ concupiſcen
tias deceptionis, renouamini autem ſpiritu mentis ve-
ſtræ, & induite nouum hominem eum qui ſecundum
deum creatus eſt. Quid ergo? Mulieres non habent hãc
innouationem mentis vbi eſt imago dei? Quis hoc di-
xerit? Sed corporis ſui ſexu non eam ſignificant, prop-
terea velari iubẽtur. Illam quippe ſignificant partem, eo
H ipſo quo mulieres ſunt, quæ concupiſcentialis dici po-
teſt, cui mens dominatur, etiam ipſa ſubdita deo ſuo,
quãdo rectiſsime & ordinatiſsime viuitur. Quod ergo
eſt in vno homine, mens & concupiſcentia: illa regit,
hæc regitur: illa dominatur, hæc ſubditur: hoc in duo-
bus hominibus viro & muliere ſecũdum ſexum corpo-
ris figuratur. De quo ſacramento loquens Apoſtolus di
1.Cor.11. cit, virum non debere velari, ſed debere mulierẽ. Tan-
to enim glorioſius mẽs ad ſuperiora promouetur, quã-
to diligentius ab inferioribus concupiſcẽtia cohibetur:
donec totus homo cum ipſo etiam mortali nũc & fra-
gili corpore in reſurrectione nouiſsima incorruptione
1.Cor.15. atque immortalitate induatur, & abſorbeatur mors in
Quod mo- victoriam. Quapropter qui rectè facere nolũt, de-
rũ diuerſi- ſinãt ſaltem docere peruerſa. Sed alij ſunt quos iſto ſer-
tate pturbã mone corripimus: illos autem qui hoc vno vicio capil-
tes eccleſiã, lorum cõtra præceptum Apoſtolicum dimiſſorum, of-
cõtra frater fendunt & perturbant Eccleſiam: quia cum alij nolen-
nã charita tes de illis mali aliquid ſentire, coguntur manifeſta ver
tẽ agẽtes, ſe ba Apoſtoli in peruerſam detorquere ſentẽtiam: alij ſa-
corrigere de num intellectum ſcripturarũ defendere malunt, quàm
beant. Cap. quibuſlibet hominibus adulari: exiſtũt inter fratres in-
XXXIII. firmiores & firmiores amariſsimæ & periculoſiſsimæ
I contentiones: quod illi forte ſi ſcirent, hoc quoque ſine
dubitatione corrigerent, quorum cætera miramur &
amamus, Illos ergo non corripimus, ſed rogamus &
obſecramus per diuinitatem & humanitatem Chriſti,
& per charitatem ſpiritus ſancti, ne vltra iam ponant
1.Cor.15. hoc offendiculũ infirmis pro quibus Chriſtus mortuus
eſt, & dolorem cruciatumq; noſtri cordis exaggerent,
cum cogitamus quanto procliuius hoc malum ad de-
cipiẽdos homines imitari poſsint mali, cum in eis hoc
vident quos propter alia tãta bona debitis officiis Chri
ſtianæ dilectionis honoramus. Quòd ſi poſt hãc admo
nitionem vel potius obſecrationem noſtram in eo ſibi
perſeuerandum eſſe putauerint, nihil aliud faciemus q̃
dolebimus & gememus. Hoc nouerint, ſufficit: ſi ſerui
dei ſunt, miſerentur: ſi non miſerentur, nolo quicquam
grauius dicere. Hæc itaque omnia in quibus fortaſſe lo
quacior fui quàm vellent occupationes & tuæ & meæ,
ſi approbas, fac innoteſcere fratribus & filiis noſtris,
propter quos mihi es hoc onus dignatus imponere. Si
autem aliquid retrahendum vel emendandum vide-
tur, reſcriptis tuæ beatitudinis nouerim.

DIVI AV- K
RELII AVGVSTINI LIBER
de Spiritu & litera ad Marcellinum.

LECTIS opuſculis quę ad te nu- *Aliquid*
per elaboraui, fili chariſsime *poſſe fieri tã*
Marcelline, de baptiſmo paruu- *etſi factũ ſit*
lorum & de perfectione iuſticię *nunquam.*
hominis, quòd eã nemo in hac *Cap.I.*
vita, vel aſſecutus, vel aſſecutu-
rus videatur, excepto vno me-
diatore, qui humana perpeſſus
eſt in ſimilitudine carnis peccati, ſine vllo omnino pec
cato: reſcripſiſti te moueri, eo quòd in poſteriore duo-
rum libro fieri poſſe dixi, vt ſit homo ſine peccato, ſi
voluntas ei non deſit ope diuina adiuuante, ſed tamen
præter vnum in quo omnes viuificabuntur, neminem
fuiſſe vel fore in quo hic viuente eſſet iſta perfectio.
Abſurdũ enim tibi videtur dici aliquid fieri poſſe cuius L
deſit exemplum, cum ſicut credo non dubites, nũquam
eſſe factum, vt per foramen acus camelus tranſiret, & *Matt.19.*
tamen ille hoc quoque dixit deo eſſe poſsibile. Legas
etiam duodecim milia legiones angelorum pro Chri- *Matt.26.*
ſto ne pateretur pugnare potuiſſe, nec tamen factũ. Le-
gas fieri potuiſſe vt ſemel gentes exterminarentur à
terra quæ dabatur filiis Iſraël, deum tamen id paulatim
fieri voluiſſe: & alia ſexcenta poſſunt occurrere, quę fie-
ri, vel potuiſſe, vel poſſe fateamur, & eorum tamen exẽ-
pla quod facta ſint proferre nequeamus. Vnde nõ ideo
negare debemus, fieri poſſe vt homo ſine peccato ſit,
quia nullus eſt hominum præter illum qui non tãtum
homo ſed etiam[natura]deus eſt, in quo id perfectum
eſſe demonſtrare poſsimus. Hic fortaſſe reſpon- *Neminẽ vi*
deas, iſta quæ commemoraui facta non eſſe, & fieri po- *uere ſine*
tuiſſe, opera eſſe diuina, vt autẽ ſit homo ſine peccato, *peccato.*
ad opus ipſius hominis pertinere, idq; opus eſſe optimũ *Cap.II.*
quo fiat plena & perfecta & ex omni prorſus parte ab-
ſoluta iuſticia: & ideo non eſſe credendum neminẽ vel
fuiſſe, vel eſſe, vel fore in hac vita qui hoc opus imple-
uerit, ſi ab homine impleri poteſt. Sed cogitare debes M
quãuis ad hominem id agere pertineat, hoc quoq; mu-
nus eſſe diuinum, atque ideo non dubitare opus eſſe di
uinum. Deus eſt enim qui operatur in vobis, ait Apo- *Philip.2.*
ſtolus, & velle & operari pro bona voluntate. Proinde
nõ multum moleſti ſunt, & inſtandum eſt eis, vt ſi poſ-
ſunt oſtendant ita eſſe, qui dicunt viuere ſic hominem,
ſiue vixiſſe ſine vllo omnino peccato. Nam ſi teſtimo-
nia ſcripturarum, quibus exiſtimo definitũ nullum ho-
minem hic viuentem, quanuis vtatur libero arbitrio,
inueniri ſine peccato, ſicuti eſt. Ne intres in iudicium *Pſal.142.*
cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo
omnis viuens: & cætera talia quiſquam docere potue-
rit aliter eſſe accipienda quàm ſonant, & demonſtra-
uerit aliquem vel aliquos ſine vllo hic vixiſſe peccato,
qui non ei, nõ ſolum minime aduerſatus, verumetiam
plurimum gratulatus fuerit, non mediocribus inuiden
tiæ ſtimulis agitatur. Quinetiam ſi nemo eſt, aut fuit,
aut erit, quod magis credo, tali puritate perfectus, & ta-
men eſſe, aut fuiſſe, aut fore defenditur & putatur, quã-
tum ego iudicare poſſum, nõ multum erratur, nec per-
nicioſe, cum quadam quiſque beneuolẽtia fallitur: ſi ta-
men qui hoc putat ſeipſum, talem eſſe non putet, niſi
reuera

A reuera ac liquido talem ſe eſſe perſpexerit. Sed illis a-
cerrime ac vehementiſsime reſiſtendum eſt qui putant
Gratia. ſine adiutorio dei per ſeipſam vim voluntatis huma-
næ vel iuſticiam poſſe perficere, vel ad eam tendendo
proficere. Sed cum vrgeri cœperint, quo modo id præ-
ſumant aſſerere fieri ſine ope diuina, reprimunt ſe, nec
hanc vocem audent emittere, quoniam vident quàm
ſit impia & non ferenda. Sed aiunt, ideo iſta ſine ope
diuina non fieri, quia & hominem deus creauit cum
libero voluntatis arbitrio, & dando præcepta ipſe do-
cet quemadmodum homini ſit viuendum, & in eo vti-
que adiuuat quòd docendo aufert ignorãtiam: vt ſciat
homo in operibus ſuis quid euitare, & quid appetere
debeat, quo per liberum arbitrium naturaliter inſitum,
viam demonſtratam ingrediens, continenter & iuſte
& pie viuendo ad beatam eandèmque æternam vitam
Volũtas hu peruenire mereatur. Nos autẽ dicimus humanam
mana. voluntatem ſic diuinitus adiuuari ad faciendam iuſti-
Cap.III. ciam, vt præter quod creatus eſt homo cum libero ar-
bitrio voluntatis; prætereq; doctrinam qua ei præcipitur
quemadmodum viuere debeat, accipiat ſpiritum ſan-
B ctum quo fiat in animo eius delectatio dilectioq; ſum-
mi illius atque incommutabilis boni, quod deus eſt,
2.Cor.2. etiam nunc cum adhuc per fidem ambulatur, nõdum
per ſpeciem: vt hac ſibi velut arra data gratuiti muneris
inardeſcat inhærere creatori, atque inflammetur acce-
dere ad participationem illius veri luminis, vt ex illo
ei bene ſit à quo habet vt ſit. Nam neque liberum arbi-
trium quicquam niſi ad peccandum valet, ſi lateat ve-
ritatis via: Et cum id quod agendum & quò nitendum
eſt cœperit non latere, niſi etiam delectet & ametur, nõ
agitur, non ſuſcipitur, non bene viuitur. Vt autem dili-
Rom.5. gatur, charitas dei diffunditur in cordibus noſtris, non
per arbitrium liberum quod ſurgit ex nobis, ſed per ſpi
Litera occi- ritum ſanctum qui datus eſt nobis. Doctrina quip-
dit, viuifi- pe illa qua mandatum accipimus continenter recteq;
cat ſpirit⁹. viuendi, litera eſt occidens, niſi adſit viuificans ſpiri-
Cap.IIII. tus. Neq; enim ſolo illo modo intelligendum eſt quod
2.Cor.3. legimus, Litera occidit, ſpiritus autem viuificat: vt ali-
quid figurate ſcriptum cuius eſt abſurda proprietas, nõ
accipiamus ſicut litera ſonat, ſed aliud quod ſignificat
C intuentes, interiorem hominem ſpiritali intelligentia
Rom.8. nutriamus. Quoniam ſapere ſecundum carnem mors
eſt, ſapere autem ſecundum ſpiritum vita & pax. Velut
ſi quiſquam multa quæ ſcripta ſunt in Cantico cãtico-
rum carnaliter accipiat, non ad luminoſæ charitatis
fructum, ſed ad libidinoſæ cupiditatis affectum. Nõ er-
go iſto ſolo modo intelligendum eſt, quod ait Apoſto
2.Cor.3. lus, Litera occidit, ſpiritus autem viuificat: ſed etiam il-
lo eoq; vel maxime quod apertiſsime alio in loco dicit:
Rom.7. Concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret, Non cõ-
cupiſces. Et paulo poſt ait: Occaſione accepta peccatũ
per mandatũ fefellit me, & per illud occidit. Ecce quid
eſt, litera occidit. Et vtique non figurate aliquid dicitur
quod accipiendũ non ſit ſecundum literæ ſonum, cum
dicitur, Non concupiſces: ſed apertiſsimum ſaluberri-
mumq; præceptum eſt, quod ſi quis impleuerit nullum
habebit omnino peccatum. Nam hoc ideo elegit Apo-
ſtolus generale quiddam quo cuncta cõplexus eſt, tan-
quam hæc eſſet vox legis ab omni peccato prohiben-
tis, quod ait, Non concupiſces. Neque enim vllum pec
catum niſi concupiſcendo committitur: proinde quæ
hoc præcepit bona & laudabilis lex eſt. Sed vbi ſanctus
non adiuuat ſpiritus, inſpirans pro concupiſcentia ma
la concupiſcentiam bonam, hoc eſt, charitatem diffun-
dens in cordibus noſtris, profecto illa lex, quamuis bo- D
na, auget prohibendo deſiderium malum: ſicut aquæ *Rom.5.*
impetus ſi in eam partem non ceſſet influere; vehemẽ-
tior fit obice oppoſito, cuius molem cum euicerit ma-
iore cumulo præcipitatus violentius per prona prouol-
uitur. Neſcio quo enim modo hoc ipſum quod concu-
piſcitur, fit iucundius dum vetatur. Et hoc eſt quod fal-
lit peccatum per mandatum, & per illud occidit, cum
accedit etiã præuaricatio, quæ nulla eſt vbi lex non eſt.
Sed totum ipſum Apoſtolicæ epiſtolæ locum ſi placet
cõſideremus, & ſicut dominus adiuuerit pertractemus.
Volo enim ſi potuero demonſtrare illud quod ait *Per literam*
Apoſtolus, Litera occidit, ſpiritus autem viuificat: non *ſignificatur*
de figuratis locutionibus dictum, quamuis & illic con- *lex. Cap.V.*
gruenter accipiatur, ſed potius de lege aperte quod ma *2.Cor.3.*
lum eſt prohibente. Quod cum oſtẽdero, profecto ma
nifeſtius apparebit, bene viuere, donum eſſe diuinum:
non tãtum quia homini deus dedit liberum arbitrium,
ſine quo nec male nec bene viuitur: nec tantũ quia præ-
ceptum dedit quo doceat quemadmodũ ſit viuẽdum:
ſed quia per ſpiritum ſanctum diffundit charitatem in *Rom.5.*
cordibus eorum quos præſciuit vt prædeſtinaret, præ- E
deſtinauit vt vocaret, vocauit vt iuſtificaret, iuſtifica-
uit vt glorificaret. Hoc autem cum apparuerit, videbis
vt exiſtimo, fruſtra dici illa tantum eſſe poſsibilia ſine
exemplo, quæ dei opera ſunt: ſicut de cameli trãſitu per
foramen acus commemorauimus, & quæcunque alia *Matt.19.*
ſunt apud nos impoſsibilia, apud deum autem facilia:
& ideo non inter hæc humanam deputandum eſſe iu-
ſticiam, quòd nõ ad dei, ſed ad hominis opus pertine-
re debeat: cuius perfectio ſi eſt in hac vita poſsibilis, nul
lam eſſe cauſam cur ſine exemplo eſſe credatur. Hoc er
go fruſtra dici ſatis elucebit, cum & ipſam humanã iu-
ſticiam operationi dei tribuendam eſſe claruerit, quam-
uis non fiat ſine hominis voluntate: & ideo eius perfe-
ctionem etiam in hac vita eſſe poſsibilem, negare non
poſſumus: quia omnia poſsibilia ſunt deo, ſiue quæ facit
ſola ſua voluntate, ſiue quæ cooperantibus creaturę ſuę
voluntatibus à ſe fieri poſſe cõſtituit, Ac per hoc quic-
quid eorum non facit, ſine exemplo eſt quidem in ope-
ribus factis, ſed apud deum & in eius virtute habet cau
ſam qua fieri poſsit, & in eius ſapientia quare non factũ
ſit: quæ cauſa etiam ſi lateat hominem, non ſe obliui- F
ſcatur eſſe hominem, nec propterea deo det inſipien-
tiam, quia non plene capit eius ſapiẽtiam. Attende igi-
tur Apoſtolum ad Romanos explicantem, ſatisq; mõ-
ſtrãtem quod ſcripſit ad Corinthios, Litera occidit, ſpi *2.Cor.3.*
ritus autem viuificat: ſic magis accipiendum quemad-
modum ſupra diximus: quoniam legis litera quę docet
non eſſe peccãdum, ſi ſpiritus viuificans deſit, occidit:
ſciri enim facit peccatum potius quàm caueri, & ideo
magis augeri quàm minui, quia malæ concupiſcentiæ
etiam præuaricatio legis accedit. Volens ergo A- *Abundan*
poſtolus commendare gratiam, quæ per Ieſum Chri- *tia delicti*
ſtum omnibus gentibus venit, ne Iudæi aduerſus cæte- *per legem.*
ras gentes de accepta lege ſe extollerent, poſteaquam *Cap.VI.*
dixit peccatum & mortem per vnum hominem intraſ
ſe in genus humanum, & per vnum hominẽ iuſticiam
& vitam æternam, illum Adam, hunc Chriſtum aper-
tiſsime inſinuãs, ait, Lex autem ſubintrauit vt abunda- *Rom.5.*
ret delictum: vbi autem abũdauit delictum, ſuperabun-
dauit gratia: vt quemadmodum regnauit peccatum in
mortem, ſic & gratia regnet per iuſticiam in vitam æ-
ternam per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum. Deinde
opponens ſibiipſi quæſtionem, Quid ergo dicemus in- *Rom.6.*
quit

G quit?Permanehimus io peccato vt gratia abundet? Abſit. Vidit enim à peruerſis peruerſe poſſe accipi quod dixerat, Lex ſubiotrauit vt abũdaret delictum: vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit graria: tanquam dixerit, propter abuodantiam gratiæ prodeſſe peccatum. Hoc diluens, reſpoodit, Abſit: atque ſubiecit, Qui mortui ſumus peccato, quo modo viuemus in eo? Hoc eſt, cum id præſtiterit gratia vt moreremur peccato, quid aliud faciemus ſi viuemus in eo, niſi vt gratiæ ſimus iograti? Neque enim qui laudat beneficium medicinæ, prodeſſe morbos dicit, & vulnera à quibus illa hominem ſanat: ſed quaoto maioribus medicina laudibus prædicatur, tanto magis vituperantur & horrentur vulnera & morbi à quibus liberat quæ ita laudatur.

Gratia. Sic laus & prædicatio gratiæ, vituperatio & damnatio eſt delictorum. Demõſtranda enim fuerat homini fœditas languoris eius, cui cootra iniquitatem ſuam nec præceptum ſanctum & bonum profuit, quo magis aucta eſt iniquitas quàm miouta, quandoquidem lex ſubintrauit vt abundaret delictum, vt eo modo conuictus atque confuſus, videret non taotum doctorem ſibi eſſe
H neceſſarium, verumetiam adiutorem deum, à quo eius itioera dirigantur, ne dominetur ei omnis iniquitas, & confugiẽdo ad opem diuinæ miſericordiæ ſanetur: atque ita vbi abundauit delictum, ſuperabundaret gratia, oon peccantis merito, ſed ſubuenientis auxilio. Conſequenter eãdem medicinam in paſſione & reſurrectione Christi myſtice demonſtratam oſteodit Apoſtolus dicens: An igooratis, quoniam quicũque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?
Baptiſmus. Conſepulti ergo ſumus illi per baptiſmum in mortem, vt quemadmodum ſurrexit Chriſtus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus: boc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt euacuetur corpus peccati, vt vltra nõ ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul viuemus cum illo, ſcientes quia Chriſtus reſurgens à mortuis iam nõ moritur, & mors ei vltra nõ dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem
I viuit, viuit deo. Ita & vos exiſtimate vos mortuos eſſe peccato, viuere autem deo in Chriſto Ieſu. Nempe ſatis elucet myſterio dominicæ mortis & reſurrectionis figuratum vitæ noſtræ veteris occaſum, & exortum nouæ, demonſtratâmque iniquitatis abolitionem renouatiooẽmque iuſticiæ. Vnde igitur hoc tantum beneficium homini per literam legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti?

Bona opera ex quo fonte manent. Hæc cogitatio ſancta ſeruat filios hominum in protectione alarum dei, ſperantes vt inebrientur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis eius
Cap. VII. potentur: quoniam apud ipſum eſt fons vitæ, & in lu-
Pſal. 35. mioe eius videbimus lumen: qui prætendit miſericordiam ſuam ſcientibus eum, & iuſticiam ſuam iis qui recto ſunt corde. Neque enim quia ſciuot, ſed etiam vt ſciant eum, prætendit miſericordiam ſuam: nec quia recti ſunt corde, ſed etiam vt recti ſint corde, præten-
Rom. 4. dit iuſticiam ſuam qua iuſtificat iopium. Hæc cogita-
Superbia. tio non affert ſuperbiam†, quod vicium oritur cum ſibi
† al. effert ſuperbiam. quiſque pręſidit, ſeq; ſibi ad viuendum caput facit. Quo motu receditur ab illo foote vitæ cuius ſolius hauſtu ioſticia bibitur, booa ſcilicet vita: & ab illo iocommutabili lumine, cuius participatione anima rationalis quodam modo accenditur, vt ſit etiam ipſa factũ creatumq; lumen: ſicut erat Ioãnes lucerna ardens & lucẽs: K
qui tamen vode luceret agnoſcens, Nos, ioquit, de ple- *Ioan. 1.*
nitudioe eius accepimus: Cuius, niſi illius vtique in cuius comparatione Ioannes oon erat lumeo? Illud enim *Ioan. 1.*
erat verum lumeo quod illuminat omnem hominem *Ibidem.*
venieotem io huoc mundum, Proinde cum dixiſſet in eodem Pſalmo, Prætende miſericordiam tuam ſcien- *Pſal. 35.*
tibus te, & iuſticiam tuam his qui recto ſuot corde. Nõ veoiat, inquit, mihi pes ſuperbiæ, & maous peccatorum non moueant me: Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt oec potuerunt ſtare. Hac quippe impietate qua tribuit ſibi quiſque quod dei eſt, pellitur in tenebras ſuas quæ ſunt opera iniquitatis. Hæc enim plaoè facit ipſe qui ad hæc implenda ſibi eſt idoneus. Opera vero iuſticiæ non facit, niſi quantum ex illo fonte atque ex illo lumine percipit, vbi oullius indigens vita eſt, & vbi noo eſt commutatio, oec momen- *Iaco. 1.*
ti obumbratio. Ideo Paulus Apoſtolus qui cum Saulus *Paulus;*
prius vocaretur, non ob aliud quaotum mihi videtur *Acto. 9.*
hoc nomen elegit, oiſi vt ſe oſtenderet paruum, tanquã *1. Cor. 15.*
minimum Apoſtolorum, multum contra ſuperbos & arrogantes, & de ſuis operibus præſumentes pro com- L
mendanda iſta dei gratia fortiter atque acriter dimicans, quia reuera in illo euidentior & clarior apparuit. Qui cum talia operaretur vehementer Eccleſiam dei *1. Tim. 1.*
perſequens, pro quibus ſummo ſupplicio dignus fuit, miſericordiam pro damnatione ſuſcepit, & pro pœna cõſecutus eſt gratiam: merito pro eius defenſione præcipue clamat atque cõcertat, oec in re profunda & nimis abdita noo iotelligẽtium, & verba ſua ſana in peruerſum ſenſum detorquẽtium curat inuidiam: dum tamen incunctanter prædicet donum dei, quo vno ſalui fiunt filij promiſsionis, filij beoeficij diuini, filij gratiæ & miſericordiæ, filij teſtamenti noui. Primũ quòd omnis eius ſalutatio ſic ſe habet, Gratia vobis & pax à deo patre & domino Ieſu Chriſto: deinde ad Romanos penè ipſa quæſtio ſola verſatur, tam pugnaciter, tam multipliciter, vt fatiget quidem legentis iotentionem, ſed tamen fatigatione vtili ac ſalubri: vt ioterioris hominis magis exerceat membra, quàm frangat.

Inde *Obſeruatio*
ſunt illa quæ ſupra commemoraui, Inde eſt quòd Iu- *legis.*
dæum arguit, eumq; dicit Iudęum cognomioari, & ne- *Cap. VIII.*
quaquam id quod profitetur implere. Si autem tu, in- M
quit, Iudæus cognominaris & requieſcis in lege, & glo *Rom. 2.*
riaris in deo, & ooſti voluntatem eius, & probas diſtãtia, inſtructus in lege, cooſidis teipſum ducem eſſe cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſuot, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habẽtem formam ſcientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipſum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulteras: qui abominaris idola, ſacrilegium facis: qui io lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhoooras. Nomẽ enim *Eſa. 52.*
dei per vos blaſphematur in gẽtibus, ſicut ſcriptum eſt. Circuncíſio quidem prodeſt ſi legem cuſtodias: ſi autem præuaricator legis ſis, circuncíſio tua præpucium facta eſt. Si igitur præpucium iuſticias legis cuſtodiat, nónne præpucium eius in circunciſiooem reputabitur? Et iudicabit quod ex natura eſt præpucium, legem cõſummans, te qui per literam & circunciſiooem præuaricator legis es? Non enim qui io manifeſto Iudæus eſt, neque quæ io manifeſto in carne eſt circũciſio, ſed qui in abſcondito Iudęus eſt, & circũciſione cordis ſpiritu noo litera, cuius laus noo ex hominibus, ſed ex deo eſt. Hic manifeſtauit quemadmodum dixerit, gloriaris in deo:

A deo: nam vtique ſi vere talis Iudæus gloriaretur in deo, eo modo quo poſtulat gratia, quæ non operum meritis ſed gratuito datur, ex deo eſſet laus eius non ex hominibus: ſed ita gloriabantur in deo, velut qui ſoli meruiſſent legem eius accipere, ſecundum illam vocem *Pſal. 147.* Pſalmi qua dictum eſt, Non fecit ſic vlli genti, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Quam tamen dei legem ſua iuſticia ſe arbitrabantur implere, cum magis eius præuaricatores eſſent, Vnde illis iram operabatur abundante peccato, quod ab ſcientibus perpetrabatur: quia & quicunque faciebant quod lex iubebat non adiuuante ſpiritu gratiæ, timore pœnæ faciebant non amore iuſticiæ: ac per hoc coram deo non erat in voluntate quod coram hominibus apparebat in opere: potiúſque ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat deus malle ſi fieri poſſit impune committere. Circuncisionem *Circumciſio cordis.* autem cordis dicit, puram ſcilicet ab omni illicita concupiſcentia voluntatem: quod nō fit litera docente & minante, ſed ſpiritu adiuuante atque ſanante. Ideo laus talium non ex hominibus, ſed ex deo eſt, qui per ſuam gratiam præſtat vnde laudentur: de quo dicitur, *Pſal. 33.* In domino laudabitur anima mea: & cui dicitur, *Pſal. 21.* Apud te laus mea: non quales illi ſunt qui deum laudari *B* volunt quòd homines ſunt, ſe autem quòd iuſti ſunt. Sed laudamus, inquiunt, & deum noſtræ iuſtificationis authorem in eo quòd legem dedit, cuius intuitu nouerimus quemadmodum viuere debeamus: nec audiunt quod legunt, *Roma. 3.* Quia nō iuſtificabitur ex lege omnis caro coram deo, Poteſt enim fieri coram hominibus, non autem coram illo qui cordis ipſius & intimæ voluntatis inſpector eſt: vbi videt, etiam ſi aliud faciat qui legem timet, quid tamen mallet facere ſi liceret. Ac ne quiſquam putaret hic Apoſtolum ea lege dixiſſe neminem iuſtificari, quæ in ſacramentis veteribus multa continet figurata præcepta, vnde etiam ipſa eſt circuncifio carnis, quam die octauo accipere paruuli iuſſi ſunt, continuo ſubiunxit quam legem dixerit, & ait, *Ibidem.* Per legem enim cognitio peccati. Illa igitur lex eſt de *Rom. 7.* qua poſtea dicit, Peccatum nō cognoui niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Nō cōcupiſces: nam quid eſt aliud, per legem enim cognitio peccati? *Iuſticia dei manifeſtata per leges & pphetas Cap. IX.* Hic forte dicat illa humana præſumptio, ignorans dei iuſticiam & ſuam volens conſtituere, merito dixiſſe Apoſtolum, quia ex lege nemo iuſtificatur: oſtendit enim tantummodo lex quid faciēdum, quidve cauendum ſit, vt quod illa oſtenderit voluntas *C* impleat, ac ſic homo iuſtificetur non per legis imperiū, ſed per liberum arbitrium. Sed ô homo attende quod *Rom. 3.* ſequitur, Nunc autem, inquit, ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt, teſtificata per legem & Prophetas, Parúmne *Rom. 10.* inſonat ſurdis? Iuſticia, inquit, dei manifeſtata eſt. Hanc ignorant qui ſuam volunt conſtituere, & huic nolunt eſſe ſubiecti. Iuſticia, inquit, dei manifeſtata eſt: non dixit, iuſticia hominis, vel iuſticia propriæ voluntatis, ſed iuſticia dei, non qua deus iuſtus eſt, ſed qua induit *Rom. 4.* hominem, cum iuſtificat impium. Hæc teſtificatur per legem & Prophetas: huic quippe teſtimonium perhibent lex & Prophetæ. Lex quidem hoc ipſo, quòd iubendo & minando & neminem iuſtificādo ſatis indicat dono dei iuſtificari hominem per adiutorium ſpiritus. Prophetæ autem, quia id quod prædixerunt, Chriſti impleuit aduentus. Nam hinc ſequitur & adiungit di- *Rom. 3.* cens, Iuſticia autem dei per fidem Ieſu Chriſti, hoc eſt, per fidem qua creditur in Chriſtum. Sicut autem iſta fides Chriſti dicta eſt non qua credit Chriſtus: ſic & illa iuſticia dei non qua iuſtus eſt deus. Vtrunque enim no- *D* ſtrū eſt, ſed ideo dei & Chriſti dicitur, quòd eius nobis largitate donatur. Iuſticia ergo dei ſine lege, non ſine lege manifeſtata eſt. Quo modo enim per legem teſtificata, ſi ſine lege manifeſtata? Sed iuſticia dei ſine lege eſt, quam deus per ſpiritum gratiæ credenti confert ſine adiutorio legis, hoc eſt non adiutus à lege. Quandoquidem per legem oſtendit homini infirmitatem ſuam, vt ad eius miſericordiam per fidem confugiens, ſanetur. De ſapientia quippe eius dictum eſt, quòd legem & miſericordiam in lingua portet: legem ſcilicet qua reos faciat ſuperbos, miſericordiam vero qua iuſtificet humiliatos. Iuſticia ergo dei per fidem *Rom. 3.* Ieſu Chriſti in omnes qui credunt, Non enim eſt diſtinctio, Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, *1. Cor. 4.* non gloria ſua. Quid enim habent quod non acceperunt? Si autem acceperunt, quid gloriantur quaſi non acceperint? Egent itaque gloria dei, & vide quid ſequatur, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius: non itaque iuſtificati per legem, non iuſtificati per propriam voluntatem, ſed iuſtificati gratis per gratiam ipſius: non quòd ſine voluntate noſtra fiat, ſed voluntas noſtra o- *E* ſtenditur infirma per legem, vt ſanet gratia voluntatem, & ſanata voluntas impleat legem non conſtituta ſub lege, nec indigens lege. *Quo modo iniuſto poſita, nō iuſto poſita eſt lex. Cap. X.* Iuſto enim lex non eſt poſita, quæ tamen bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur. Hæc duo Apoſtolus velut inter ſe contraria connectens, monet mouétque lectorem, ad perſcrutādam quæſtionem atque ſoluendam: quo modo enim bona *1. Timo. 1.* eſt lex ſi quis ea legitime vtatur, ſi etiam quod ſequitur verum eſt, ſciens hoc, quia iuſto lex nō eſt poſita. Nam quis legitime vtitur lege niſi iuſtus? at ei non eſt poſi- *Ibidem.* ta, ſed iniuſto. An & iniuſtus vt iuſtificetur, id eſt, vt iuſtus fiat, legitime lege vti debet, qua tanquam pædagogo perducatur ad gratiam, per quam ſolam quod *Galat. 3.* lex iubet poſſit implere: per ipſam quippe iuſtificatur gratis, id eſt, nullis ſuorum operum præcedentibus meritis: alioquin gratia iam non eſt gratia: quandoqui- *Rom. 11.* dem ideo datur non quia bona opera fecimus, ſed vt ea facere valeamus, id eſt, non quia legem impleuimus, ſed vt legem implere poſſimus. Ille enim dixit: Non *Matt. 5.* veni ſoluere legem, ſed implere: de quo dictum eſt: Vi- *Ioan. 1.* dimus gloriam eius gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate. Hæc eſt gloria de qua di- *Rom. 3.* ctum eſt, Omnes enim peccauerunt, & egent gloria *F* dei. Et hæc eſt gratia de qua continuo dicit, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Iniuſtus ergo legitime lege vtitur vt iuſtus fiat, quod cum factus fuerit, ea iam non vtatur tanquam vehiculo cum peruenerit, vel potius vt ſupra dicta ſimilitudine Apoſtoli vtar, tanquam pædagogo cum eruditus fuerit, Quo modo enim iuſto lex non eſt poſita, ſi & iuſto eſt neceſſaria, non qua iniuſtus ad iuſtificantem gratiam perducatur, ſed qua legitime iam iuſtus vtatur? An forte, immo vero non forte, ſed certè ſic legitime vtatur lege iam iuſtus, cum eam terrendis imponit iniuſtis, vt cum & in ipſis cœperit inolitæ concupiſcentię morbus incentiuo prohibitionis & cumulo præuaricationis augeri, confugiant per fidem ad iuſtificantem gratiam, & per donum ſpiritus ſuauitate iuſticiæ delectati pœnam literæ minantis euadant. Ita non erunt contraria, neque inter ſe duo iſta pugnabunt, vt etiam iuſtus bona lege legitime vtatur, & tamen iuſto lex poſita non ſit: non enim ex ea iuſtificatus eſt, ſed ex lege fidei: qua credidit nullo modo poſſe ſuæ infirmitati ad implenda ea quæ lex facto-

rum

G rum iuberet, niſi diuina gratia ſubueniri. Ideo dicit:
Rom. 3. Vbi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt: per quam legem?
factorum? non: ſed per legem fidei. Siue gloriationem
dixerit laudabilem, quæ in domino eſt, eámque exclu-
ſam, id eſt non vt abſcederet pulſam, ſed vt emineret
Excluſores. expreſſam, Vnde & excluſores dicuntur quidam arti-
Pſal. 67. fices argentarij. Hinc eſt & illud in Pſalmis: Vt exclu-
dantur ij qui probati ſunt argento, hoc eſt vt emine-
ant qui probati ſunt eloquio domini. Nam & alibi di-
Pſal. 11. citur, Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne ex-
aminatum. Siue gloriationem vicioſam de ſuperbia
venientem commemorare voluerit, eorum ſcilicet
qui cum ſibi iuſte videntur viuere, ita gloriantur qua-
ſi non acceperint eam, quam non per legem factorum,
ſed per legem fidei dicit excluſam, id eſt eiectam & ab-
iectam: quia per legem fidei quiſque cognoſcit, ſi quid
bene viuit, dei gratia ſe habere, & vt perficiatur in dile-
Pietatē eſſe ctione iuſticiæ, non ſe aliunde conſecuturum. Quæ
ſapiētiam. cogitatio pium facit, quia pietas eſt vera ſapientia: pie-
Cap. XI. tatem dico quam Græci theoſebiam vocant: ipſa quip-
H pe commendata eſt, cum dictum eſt homini, quod in
Iob. 28. libro Iob legitur, Ecce pietas eſt ſapientia. Thenſebia
porrò ſi ad verbi originem Latine expreſſam interpre-
taretur, dei cultus dici poterat, qui in hoc maxime con-
ſtitutus eſt vt anima ei non ſit ingrata. Vnde & in ip-
ſo veriſsimo & in ſingulari ſacrificio, domino deo no-
ſtro agere gratias admonemur. Erit autem ingrata ſi
quod illi ex deo eſt ſibi tribuerit, præcipueq; iuſticiam,
cuius operibus velut propriis & velut à ſemetipſa ſibi-
met partis, non vulgariter tanquam ex diuitiis aut mē-
brorum forma aut eloquentia, cæteríſque, ſiue externis
ſiue internis, ſiue corporis ſiue animi bonis, quæ habe-
re etiam ſcelerati ſolent, ſed tanquam de iis quæ pro-
prie ſunt bona bonorum quaſi ſapienter inflatur. Quo
vicio repulſi à diuinæ ſtabilitate ſubſtantiæ etiam ma-
gni quidam viri ad idololatriæ dedecus defluxerunt.
Vnde idem Apoſtolus in eadem epiſtola in qua vehe-
mens defenſor eſt gratiæ, cum ſe dixiſſet eſſe Græcis ac
Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitorem, &
iden quod ad ipſum pertineret promptum eſſe, & in
Rom. 1. iis qui Romæ eſſent euangelizare, Non enim confun-
I dor, inquit, de Euangelio, virtus enim dei eſt in ſalu-
tem omni credenti Iudæo primum & Græco: iuſticia
enim dei in eo reuelatur ex fide io fidem, ſicut ſcriptum
Abac. 2. eſt: Iuſtus autem ex fide viuit. Hæc eſt iuſticia dei quę in
teſtamento veteri velata, io nouo reuelatur, quæ ideo
iuſticia dei dicitur quòd impertiendo eam iuſtos facit:
Pſal. 3. ſicut domini eſt ſalus qua ſaluos facit: & hæc eſt fides
ex qua & in qua reuelatur, ex fide ſcilicet annuncian-
tium in fidem obedientium: qua fide Ieſu Chriſti, id eſt,
quam nobis contulit Chriſtus, credimus ex deo nobis
eſſe, pleniúſque futurum eſſe quod iuſte viuimus, vnde
illi ea pietate qua ſolus colendus eſt gratias agimus.

Cognitio dei per creaturas. Nec immerito ſe Apoſtolus ex hoc articulo con-
uertit ad eos cum deteſtatiooe commemorandos, qui
vicio illo quod ſuperius memoraui leues & inflati, ac
Cap. XII. per ſeipſos velut per inane ſublati, vbi non requieſce-
rent ſed fracti diſsilirent, in figmenta idolorum tan-
quam in lapides deciderunt. Quia enim commenda-
uerat pietatem fidei, qua deo iuſtificati grati eſſe debe-
mus, velut cōtrarium quod deteſtaremur ſubinferens,
Rom. 1. Reuelatur enim, inquit, ira dei de cœlo ſuper omnem
impietatem & iniuſticiam hominum eorum qui veri-
tatem io iniuſticia detinent: quia quod notum eſt dei,
manifeſtum eſt in illis, deus enim illis manifeſtauit.

Inuiſibilia enim eius à creatura mundi, per ea quæ fa- K
cta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque
virtus eius ac diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles, Quia
cognoſcentes deum, non vt deum glorificauerunt aut
gratias egeruot, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis,
& obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes ſe eſ-
ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam in-
corruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corrup-
tibilis hominis & volucrum & quadrupedum & ſer-
pentium. Vide quemadmodum non eos dixerit veri-
tatis ignaros, ſed quòd veritatem in iniquitate detinue
rint: quia occurrebat animo vt quæreretur, vnde illis
eſſe potuerit cognitio veritatis, quibus deus legem non
dederat. Neque hoc tacuit vnde habere potuerint, Per
viſibilia nanque creaturæ perueniſſe eos dixit ad intel-
ligentiam inuiſibilium creatoris. Quoniam reuera ſi-
cut magna ingenia quærere perſtiterunt, ſic inuenire
potuerunt. Vbi ergo impietas? Quia videlicet cum cog-
nouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt aut
gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.
Eorum proprie vanitas morbus eſt, quo ſeipſos ſedu- L.
cunt dum videntur ſibi aliquid eſſe, cum nihil ſint. De-
nique hoc tumore ſuperbiæ ſeſe obumbrantes, cuius pe
dem ſibi ooo venire deprecatur ſanctus ille cātor, qui
dixit, In lumine tuo videbimus lumen: ab ipſo lumine *Pſal. 35.*
incoommutabilis veritatis auerſi ſunt, & obſcuratum
eſt inſipiens cor eorum. Non enim ſapiens cor quan-
uis cognouiſſent deum, ſed inſipiens potius, quia non *Iob. 28.*
ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt. Dixit
enim homini, Ecce pietas eſt ſapieotia: ac per hoc di-
centes ſe eſſe ſapientes, quod non aliter intelligendum
eſt, niſi hocipſum ſibi tribuentes, ſtulti facti ſunt. Iam
quæ ſequuntur quid opus eſt dicere? Per hanc enim im-
pietatem illi homines, illi inquam homioes qui per
creaturam creatorem cognoſcere potuerunt, quò pro-
lapſi, cum deus ſuperbis reſiſtit, atque vbi demerſi ſint, *Iaco. 4.*
melius ipſius epiſtolæ conſequentia docent, quàm hic
commemoratur à nobis. Neque enim iſto opere hanc
epiſtolam exponendam ſuſcepimus, ſed eius maxime
teſtimonio demonſtrare quantum poſſumus nitimur,
non in eo oos diuinitus adiuuari ad operandam iuſti-
ciam, quòd legem deus dedit plenam bonis ſanctiſque M
præceptis: ſed quòd ipſa voluntas noſtra, ſine qua ope-
rari bonum oon poſſumus, adiuuetur & erigatur im-
partito ſpiritu gratiæ, ſine quo adiutorio doctrina illa *2. Cor. 3.*
litera eſt occidens, quia reos potius præuaricationis te-
net quàm iuſtificat impios. Nam ſicut illis per creatu-
ram cognitoribus creatoris ea ipſa cognitio nihil pro- *Cognitio legis.*
fuit ad ſalutem, quia cognoſcentes deum, noo ſicut de-
um glorificauerunt aut gratias egerunt, dicentes ſe eſſe
ſapientes, Ita eos qui per legem dei cognoſcunt quem-
admodum ſit homini viuendum nō iuſtificat ipſa cog-
nitio, quia volentes ſuam iuſticiam conſtituere, iuſti- *Roma. 10.*
ciæ dei non ſunt ſubiecti. Lex ergo factorum, id *Lex operū*
eſt operum per quam non excluditur illa gloriatio, & *& lex fidei*
lex fidei, per quam excluditur, quo inter ſe differant o- *Cap. XIII.*
peræprecium eſt conſiderare, ſi tamen valemus aduer-
tere atque diſcernere, Cito † enim quiſque dixerit legem *† Recte.*
operum eſſe in Iudaiſmo: legem autem fidei in Chri-
ſtianiſmo, propterea quia circunciſio cæteráque opera
talia legis ſunt quæ Chriſtiana iam diſciplina non ſer-
uat. Sed quantum fallat iſta diſcretio, iam diu quidem
eſt vt molimur oſtendere, & acutis ad dignoſceodum
tibiq; potiſsimum ac talibus fortaſſe iam oſtendimus:
veruntamen quoniam res magna eſt, non incongruē-
ter in

A ter in ea manifeſtanda pluribus etiam atque etiam te-
ſtimoniis immoramur, Ipſam enim dicit legem ex qua
Rom.5. nemo iuſtificatur, quam dicit ſubintraſſe vt abundaret
delictum, quam tamen ne quiſquam ob hoc imperitus
argueret & ſacrilegus accuſaret, defendit eam dicens,
Rom.7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit, Sed pec-
catum non cognoui niſi per legem: nam concupiſcen-
Exo.20. tiam neſciebam niſi lex diceret, Non concupiſces. Oc-
caſione itaque accepta peccatum per mandatum ope-
ratum eſt in me omnem concupiſcētiam. Dicit etiam,
Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum
& bonum, ſed peccatum vt appareat peccatum, per bo-
num mihi operatum eſt mortem. Ipſa eſt litera occidēs
quæ dicit, Non concupiſces: de qua item dicit quod
paulo antè commemoraui. Per legem enim cognitio
peccati, Nunc autem ſine lege iuſticia dei manifeſtata
Rom.3. eſt, teſtificata per legem & Prophetas, iuſticia autem
dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes qui credunt, Non
enim eſt diſtinctio, Omnes enim peccauerunt & egent
gloria dei: iuſtificati gratis per gratiam ipſius per re-
demptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit
B deus propiciatorium per fidem in ſanguine ipſi*, ad o-
ſtenſionem iuſticiæ eius, propter propoſitum præcedē-
nium peccatorum in dei patientia, ad oſtendendam iu-
ſticiam ipſius in hoc tempore, vt ſit iuſtus & iuſtificans
Ibidem. eum qui ex fide eſt Ieſu. Deinde ſubinfert vnde nunc
agimus. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quā
legem? factorum? non, ſed per legem fidei. Lex ergo fa-
Exod.20. ctorum ipſa eſt quæ dicit, Non concupiſces: quia per
illam cognitio peccati eſt. Volo igitur ſcire ſi quis mi-
hi dicere audeat, vtrum lex fidei non dicat, Non con-
cupiſces: ſi enim non dicit, quid cauſæ eſt cur non in
ea poſiti ſecuri atque impune peccemus? Hoc enim &
Rom.3. illi putauerunt Apoſtolum dicere de quibus ait, Et ſicut
dicunt nos quidam dicere, faciamus mala vt veniant
†damnatio iuſta eſt. bona, quorum iudicium iuſtum eſt†. Si autem dicit
etiam ipſa, Non concupiſces: ſicut tam multa præcepta
Euangelica & Apoſtolica teſtificari & clamare nō ceſ-
ſant, quare lex factorum etiam ipſa non dicitur? neque
enim quia non habet opera veterum ſacramentorum,
circuncisionis videlicet atque cæterorum, ideo nō ſunt
opera quæ habet in ſacramentis ſuis huic iam tempori
C congruis. Aut vero de operibus ſacramentorum quæ-
ſtio fuit quando mētio legis ob hoc fiebat, quia per ip-
ſam cognitio peccati eſt, & ideo ex eo nemo iuſtifica-
tur, vnde non per illam excluſa eſt gloriatio, ſed per le-
Rom.1. gem fidei, ex qua iuſtus viuit. Sed nunquid & per iſtam
non fit cognitio peccati, cum & ipſa dicat, Non cōcu-
piſces? Quid igitur intereſt breuiter dicam. Quod ope-
rum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo im-
Exo.20. petrat: illa dicit, Non cōcupiſces: iſta dicit, Cum ſcirem
Sap.8. quia nemo eſſe poteſt continens niſi deus det, & hoc
ipſum erat ſapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum, adij
dominum & deprecatus ſum, Ipſa eſt illa ſapientia quæ
Iaco.1. pietas vocatur, qua colitur pater luminum, à quo eſt
omne datum optimum, & omne donum perfectū. Co-
2.Cor.10. litur autem ſacrificio laudis actioniſque gratiarum, vt
cultor eius non in ſeipſo, ſed in illo glorietur. Ac per
hoc lege operum dicit deus, fac quod iubeo: lege fidei
dicitur deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex vt ad-
moneat quid faciat fides: id eſt vt cui iubetur, ſi non-
dum poteſt ſciat quid petat: ſi autem continuo poteſt
& obedienter facit, debet etiam ſcire quo donāte poſ-
1.Cor.2. ſit, Non enim ſpiritum huius mundi accepimus, ait idē
ipſe conſtantiſsimus gratię prędicator, ſed ſpiritum qui
ex deo eſt, vt ſciam* quę à deo donata ſunt nobis. Quis D
eſt autem ſpiritus mundi huius, niſi ſuperbiæ ſpiritus?
Quo cor inſipiens obſcuratum eſt eorum qui cogni-
tum deum, non vt deum gratias agendo glorificaue- *Rom.1.*
runt: nec alio ſpiritu decipiuntur etiam illi qui igno-
rantes dei iuſticiam & ſuam iuſticiam volentes conſti- *Rom.10.*
tuere, iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti. Vnde mihi vide-
tur magis eſſe fidei filius qui nouit à quo ſperet quod
nondum habet, quàm qui ſibi tribuit id quod habet:
quanuis vtrique horum præferendus ſit, qui & habet, &
nouit à quo habeat, ſi tamen nō ſe credat iam eſſe quod
nondum eſt: ne incidat in vicium illius Phariſæi, qui *Luca 18.*
quanquam deo gratias ageret ex iis quæ habebat, nihil
tamen petebat dari ſibi, tāquam nihilo indigeret ad au
gendam perficiendamve iuſticiam. His igitur conſi-
deratis pertractatiſque pro viribus quas dominus do-
nare dignatur, colligimus non iuſtificari hominem
præceptis bonæ vitę niſi per fidem Ieſu Chriſti, Hoc eſt
non lege operum, ſed lege fidei: non litera, ſed ſpiritu:
non factorum meritis, ſed gratuita gratia. Quan- *Decalogus quoq; occi-dit niſi ad-ſit gratia.*
uis itaque illos quibus circūciſio perſuadebatur ita cor-
ripere atque corrigere videatur Apoſtolus, vt legis
nomine eandem circuncisionem appellet, cæteráſque
eiuſmodi legis obſeruationes, quas tanquam vmbras *Cap.XIIII.*
futuri iam nunc reſpuunt Chriſtiani, id tenentes quod E
per illas vmbras figurate promittebatur: tamen legem
ex qua neminem dicit iuſtificari, non tantum in illis
ſacramētis quæ habuerunt promiſsiuas figuras, verum-
etiam in illis operibus vult intelligi, quæ quiſquis fece-
rit, iuſte viuit: vbi eſt & illud, Non concupiſces. At- *Exod.31. & 20.*
que vt hoc quod dicimus fiat planius, ipſum decalo-
gum videamus. Certè enim legem Moyſes miniſtran-
dam populo accepit in monte, ſcriptam in lapideis ta-
bulis digito dei: hæc decem præceptis conſtringitur,
vbi nihil de circuncisione mandatum eſt, nihil de vi-
ctimis pecorum, quæ nunc à Chriſtianis non immo-
lantur. In illis igitur decem præceptis excepta ſabbati
obſeruatione, dicatur mihi quid non ſit obſeruandum F
à Chriſtiano, ſiue de non faciendis colendiſque idolis
aliiſq; vllis diis, præter vnum verum deum, ſiue de non
accipiendo nomine domini in vanum, ſiue de hono-
re parentibus deferendo, ſiue de cauendis fornicatio-
nibus, homicidiis, furtis, falſis teſtimoniis, adulteriis, re
aliena concupiſcenda? Quid horum quiſquam dixerit
Chriſtianum non debere ſeruare? An forte non iſtam
legem quæ in illis duabus tabulis ſcripta eſt, literam
occidentem appellat Apoſtolus, ſed illam circuncisio-
nis aliorúmque veterum iamq; abolitorum ſacramen-
torum? Sed quo modo putabimus, cum in ea ſit, Non
concupiſces: per quod mandatum, quanuis ſanctum &
iuſtum & bonum, fefellit me, inquit, peccatum, & per
illud occidit? Quid enim aliud eſt, Litera occidit, ſpiri-
tus autem viuificat: quanuis euidentius eo ipſo loco ad
Corinthios vbi ait, Litera occidit, ſpiritus autem viui-
ficat: nō aliam velit intelligi literam, quàm ipſum de-
calogum in illis duabus tabulis ſcriptum? Sic enim di-
cit, Quoniam eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata per nos, *2.Cor.3.*
ſcripta non atramento, ſed ſpiritu dei viui, non in ta-
bulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Confi-
dētiam autem talem habemus per Ieſum Chriſtum ad
deum, non quia idonei ſimus cogitare aliquid à nobis
quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficiēna noſtra ex deo eſt,
qui idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non
litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, ſpiritus autem vi-
uificat. Si autem miniſtratio mortis in literis figurata
in lapi-

G in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent iotende-
re filij Iſraël in faciem Moyſi, propter gloriam vultus
eius quæ euacuatur, quare oon magis miniſtratio ſpi-
ritus erit in gloria? Si enim miniſtrano damnationis
in gloria eſt, multo magis abundabit mioiſterium iu-
ſticiæ in gloria. Dici de his verba multa poſſunt, ſed
poſtea fortaſſe opportunius. Nũc autem aduerte quam
dicat literam quæ occidit, cui velut econtrario viuifi-
cantem ſpiritum ingerit. Ea certè eſt miniſtratio mor-
tis in literis figurata lapideis, & miniſtratio damna-
tionis, quia lex ſubintrauit vt abundaret delictum. Por
Roma.5. rò autem præcepta ipſa tam ſunt vtilia facienti atque
ſalubria, vt niſi quis ea fecerit, vitam habere non poſ-
ſit. An vero propter vnum præceptum quod ibi de ſab-
bato eſt poſitum, dictus eſt decalogus litera occidens,
quoniam quiſquis illum diem (nunc vſque) obſeruat ſi-
Roma.8. cut litera ſonat, carnaliter ſapit. Sapere autem ſecũdum
carnem mors eſt: & illa nouem præcepta quæ ſic rectè
obſeruantur vt ſcripta ſunt, non ad legem operum ex
qua nemo iuſtificatur, ſed ad legem fidei ex qua iuſtus
viuit, pertinere putanda ſunt? Quis tam abſurde ſen-
H tiat, miniſtratiooem mortis in literis figuratam lapi-
deis, noo dici ex omnibus decem præceptis, ſed ex vno
Roma.4. ſolo quod ad ſabbatum pertinet? Vbi ergo ponimus.
Roma.5. Lex iram operatur. Vbi enim non eſt lex, nec præuari-
catio. Et vſque ad legem peccatum in mundo fuit: Pec
catum autem non deputatur cum lex ooo eſſet. Et il-
Rom.3. lud quod iam toties commemorauimus, Per legem
cognitio peccati: maximèque illud vbi euideotius ex-
Rom.7. preſsit vnde agitur, Concupiſcentiam neſciebam, ni-
ſi lex diceret, Non concupiſces. Quem totum locum
attende, & vide vtrum quicquam propter circuncisio-
nem vel ſabbatum, vel quid aliud vmbratilis ſacramẽ-
ti, ac ooo totum propter hoc dicat, quòd litera prohi-
bens peccatum oon iuſtificat homioem, ſed potius oc-
cidit augendo concupiſcentiam & iniquitatem, præ-
uaricationem cumulando: niſi liberet gratia per le-
Rom.5. gem fidei quæ eſt io Christo Ieſu, cum diffunditur cha-
ritas in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum qui da-
Rom.7. tus eſt nobis. Cum enim dixiſſet, vt ſeruiamus in noui-
tate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ, Quid ergo di-
cemus, inquit? Lex peccatum eſt? Abſit, Sed peccatum
non cognoui, oiſi per legem. Nam concupiſcentiam
I neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Occaſio-
ne autem accepta peccatum per mandatum operatum
eſt in me omoem concupiſcentiam. Sine lege enim
peccatum mortuum erat. Ego viuebam aliquando ſine
lege, adueniente autem mãdato, peccatum reuixit. Ego
autem mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatum
quod erat in vitam, hoc eſſe in mortẽ. Peccatum enim
occaſiooe accepta per mandatum ſefellit me, & per il-
lud occidit. Itaque lex quidem ſancta, & mandatũ ſan-
ctum & iuſtum & bonum. Quod ergo bonum eſt, bo-
num eſt enim, factum eſt mihi mors? Abſit. Sed peccatũ
vt appareat peccatum, per booũ mihi operatũ eſt mor-
tem, vt fiat ſuper modum peccans peccatum per man-
datum. Scimus enim quia lex ſpiritalis eſt, ego autẽ car-
nalis ſum, venũdatus ſub peccato. Quod enim operor
ignoro, nõ enim quod volo hoc ago, ſed quod odi il-
lud facio. Si autem quod nolo hoc facio, conſentio le-
gi quoniaoi bona eſt. Nunc autem nõ iam ego operor
illud, ſed quod habitat in me peccatũ. [Scio enim quia
non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Vel-
le enim adiacet mihi, perficere autem bonum non: Nõ
enim quod volo facio bonum, ſed quod nolo malum
hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio, iam non K
ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.]
Inuenio ergo legem voleoti mihi facere bonum, quo-
niam mihi velle malum adiacet. Coodelector enim le-
gi dei ſecundum interiorem hominem, Video autem
aliam legem in membris meis repugnantem legi men
tis meæ, & captiuum me in legẽ peccati ducentem, quæ
eſt in mẽbris meis. Miſer ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius? Grana dei per Ieſum Chriſtũ
dominum noſtrũ. Igitur egoipſe mente ſeruio legi dei,
carne autem legi peccati. Apparet igitur literæ vetuſta-
tem, ſi deſit nouitas ſpiritus, reos facere poti⁹ cognitio-
ne peccati, quàm liberare à peccato. Vnde & alibi ſcrip-
tum eſt, Qui apponit ſcientiam, apponit & dolorem: Eccleſ.1.
non quia ipſa lex malum eſt, ſed quia mandatũ bonum
habet in litera demonſtrante, non in adiuuante ſpiri-
tu: quod mandatum ſi fit timore pœnæ, non amore iu-
ſticiæ, ſeruiliter fit non liberaliter, & ideo nec fit: non
enim fructus eſt bonus, qui de charitatis radice nõ ſur-
git. Porrò autem ſi adſit fides quæ per dilectionẽ ope-
ratur, incipit condelectari legi dei ſecundum interiorẽ Gala.5.
hominem, quæ delectatio non literæ, ſed ſpiritus dooũ L
eſt, etiam ſi alia lex in membris adhuc repugnat legi
meotis, dooec in nouitatem quæ de die in diem in in-
teriore homine augetur, tota vetuſtas mutata pertranſ-
eat, liberante nos de corpore mortis huius, gratia dei
per Ieſum Chriſtuoi dominum noſtrum. Hæc gra- Gratia ĩ ve
tia in teſtamento vetere velata latitabat, quæ in Chriſti teri teſtamẽ
Euangelio reuelata eſt diſpenſatione temporum ordi- to latens, in
natiſsima, ſicut deus nouit cuncta diſponere. Et fortaſ- nouo reuela
ſe ad illud ipſum eius latibulũ pertinet quod in eo de- tur. Ca. XV
calogo, qui datus eſt in monte Sina, hoc ſolum prçcep- Exo.20.
tum figurate occultatum eſt quod ad ſabbatum perti-
net. Sabbatum autem dies ſanctificationis eſt, Nec va-
cat quòd inter omnia opera quæ fecit deus, illic primo
ſanctificatio ſonuit, vbi ab omnibus operibus requie-
uit, Vnde nunc non eſt diſſerendi locus. Veruntamen Gene.2.
quod rei de qua agitur ſatis eſſe arbitror, non fruſtra il-
lo die populus ab omni opere ſeruili abſtinere præcep- Exo.31.
tus eſt, quo ſignificatur peccatum, niſi quia non peccare
ſanctificationis eſt, hoc eſt muneris dei per ſpiritũ ſan-
ctum: quod io lege quæ duabus lapideis tabulis con-
ſcripta eſt, ſolum inter cætera in vmbra figuræ poſi-
tum eſt, in qua Iudæi ſabbatum obſeruant: vt hoc ipſo M
ſignificaretur tempus tunc fuiſſe occultandæ gratiæ,
quæ nouo teſtameoto fuerat per Chriſti paſsionem tã- Matt.27.
quam ſciſsione veli reuelanda. Cum enim tranſierit,
inquit, ad Chriſtum, auferetur velamen. Deus au- 2.Cor.3.
tem ſpiritus eſt, vbi autem ſpiritus domini, ibi liber- Spũs ſan-
tas. Hic autem ſpiritus domini cuius dono iuſtifica- ctus cur di
mur, quo fit in nobis vt non peccare delectet, vbi liber- ctus ſit di-
tas eſt. Sicut præter hunc ſpiritum peccare delectat, vbi gitus dei.
ſeruitus, à cuius operibus abſtinendum, id eſt ſpiritali- Cap. XVI.
ter ſabbatizandum eſt. Hic ſpiritus ſanctus per quem 2.Cor.3.
diffunditur charitas in cordibus noſtris quæ plenitu- Rom.5.
do legis eſt, etiam digitus dei in Euãgelio dicitur. Vn- Rom.13.
de quia & illæ tabulæ digito dei conſcriptæ ſunt, & di- Luc.11.
gitus dei eſt ſpiritus dei per quem ſanctificamur, vt ex
fide viuentes per dilectionẽ beoe operemur, quem non
moueat iſta congruentia ibidemq; eadem ſubſiſtentia?
Dies enim quinquaginta computantur à celebratione
Paſchæ, quæ occaſione figuratæ ouis per Moyſem fieri
præcepta eſt, in ſignificationẽ vtique futuræ dominicæ
paſsionis, vſq; ad diem quo Moyſes legem accepit in ta
bulis digito dei conſcriptis: ſimiliter ab occiſione & re-
ſurrectione

A ſurrectione illius qui ſicut ouis ad immolãdom ductus
Eſaiæ 53. eſt, quinquaginta diebus completis, cõgregatos in vnũ
Acto. 2. fideles digitus dei, hoc eſt ſpiritus ſanctus impleuit.
Cõparatio præceptorũ decalogi cũ charitate data à ſpiritu ſancto. In hac mirabili congruentia illud certe plurimũ diſtat, quòd ibi popul⁹ accedere ad locũ vbi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem io eos ſuperuenit ſpiritus ſaoctus, qui eum promiſſum expectaotes in vnum fueraor cõgregati. Ibi in tabulis lapideis digitus dei operatus eſt, hic in cordibus humanis. Ibi ergo lex
Cap. XVII. extrinſecus poſita eſt qua ioiuſti terrerentur, hic intrin-
Exod. 19. ſecus data eſt qua iuſtificarẽtur. Nam non adulterabis,
Exod. 20. non homicidium facies, nõ concupiſces, & ſi quod eſt
Roma. 13. aliud mandatũ, quod vtiq; in illis tabulis ſcriptum eſt, in hoc, inquit, ſermone recapitulatur, io eo, quòd diliges proximum tuũ taoquã teipſum. Dilectio próximo malum non operatur. Plenitudo autem legis eſt charitas. Hæc non in tabulis conſcripta lapideis, ſed diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt
Roma. 5. nobis. Lex ergo dei eſt charitas. Huic prudentia carnis non eſt ſubiecta, neq; enim poteſt: ſed ad hanc prudentiam carnis terrendam cum in tabulis ſcribũtur opera charitatis, lex eſt operum, & litera occidens præuarica-
B torem. Cũ autem ipſa charitas diffunditur in corde credentium, lex eſt fidei, & ſpiritus viuificans dilectorem. Vide nũc quemadmodum conſonet iſta diſcretio illis Apoſtolicis verbis quæ pauloante ob aliud commemo
2. Corin. 3. rata & diligentius pertractanda diſtuleram. Manifeſtati, inquit, quoniam eſtis epiſtola Chriſti miniſtrata per nos, ſcripta nõ atramento, ſed ſpiritu dei viui, nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalib⁹. Ecce quẽadmodum oſtẽdit quia illud extra hominem ſcribitur, vt eum forinſecus terrificet: hoc in ipſo homine, vt eũ iotrinſecus iuſtificet. Carnales autem tabulas cordis dixit non carnalis prudentiæ ſed tanquam viuentis ſenſumq; habentis in comparatione lapidis qui ſine ſenſu eſt. Et quod paulopoſt dicit, quòd nõ poterant intẽdere filij Iſraël vſq; in finem vultus Moyſi, & ideo eis per velum loquebatur, hoc ſigoificat, quia litera legis neminem iuſtificat, ſed velamen poſitum eſt in lectione veteris teſtamenti donec ad Chriſtum tranſeatur, & auferatur velamẽ, id eſt tranſeatur ad gratiam, vt intelligatur ab ipſo oobis eſſe iuſtificationẽ, qua faciamus quod iubet. Qui propterea iubet vt à nobis deficientes ad il-
C lum confugiamus, Ideo vigilantiſsime cũ dixiſſet, Con
Ibidem. fidentiam talem habemus per Chriſtum ad deũ: ne noſtris hoc viribus tribueretur cõtinuo cõmendauit vnde agitur diceos, Nõ quòd idooei ſumus cogitare aliquid à nobis quaſi ex oobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui
Roma. 4. teſtamenti, nõ literæ, ſed ſpiritus, Litera eoim occidit,
Vetus lex mortẽ, noua iuſticiã miniſtrat. Ca. XVIII. ſpiritus autem viuificat. Proinde quia lex, ſicur alibi dicit, præuaricationis gratia poſita eſt, id eſt litera iſta extra hominem ſcripta, propterea eam & mioiſtrationem mortis & miniſtrationem damnationis appellat. Haoc autẽ, id eſt nouum teſtamentũ, miniſtratiooẽ ſpiritus & miniſtrationẽ iuſticiæ dicit, quia per donũ ſpiritus operamur iuſticiã & à prę̨uaricationis damnatione liberamur. Ideo illud euacuatur, hoc manet: quoniã terrenus pę̨dagogus auferetur, cũ timori ſucceſſerit cha
2. Corin. 3. ritas, Vbi enim ſpiritus domini, ibi libertas, Hãc autem miniſtrationem non ex meritis noſtris, ſed ex miſericordia eſſe ſic dicit, Propter quod habẽtes miniſtrationem hanc, ſicut miſericordiam conſecuti non infirme-
2. Corin. 4. mur ſed abiiciamus occulta confuſionis, non ambulãtes in aſtutia, neq; dolo adulterantes verbum dei Hanc

aſtutiã & dolũ hypocriſim vult intelligi, quia volũt iu- D
ſti videri ſuperbi. Vnde & in Pſalmo quẽ ad huius ipſi⁹ gratiæ teſtificationem commemorat idem Apoſtolus:
Beatus, inquit, cui non imputauit domious peccatũ, ne- *Roma. 4.*
que eſt in ore eius dolus. Hæc eſt humiliũ ſanctorũ con *Pſal. 31.*
feſsio, non ſe iactantiũ eſſe quod oõ ſunt. Et paulopoſt,
Non enim noſmetipſos, inquit, prædicamus, ſed Ieſum *2. Corin. 4.*
Chriſtum dominum noſtrum, oos autẽ ſeruos veſtros per Ieſum, quia deus qui dixit de tenebris lumen clareſcere, claruit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſciẽtiæ gloriæ eius in faciẽ Chriſti Ieſu. Hæc eſt ſciẽtia gloriæ eius qua ſcimua ipſum eſſe lumen, quo tenebræ noſtræ illuminantur. Et idipſum attẽde quemadmodum inculcet. Habemus autem, inquit, theſaurũ iſtum in vaſis fictilibus, vr eminentia virtutis ſit dei & non ex oobis. Et paulopoſt cũ eandem gratiam vberius in domino Ieſu Chriſto commendãs, vſque ad illud veniret indumentum iuſticiæ fidei, quo induti nõ nudi inueoia-
mur, & propter hoc ingemiſcimus mortalitate pregra- *2. Corin. 5.*
uati, habitaculum noſtrũ quod de cœlo eſt ſuperindui cupientes, vt abſorbeatur mortale à vita, vide quid ad-
iungat: Qui autẽ operatus eſt nos, inquit, in hoc ipſum *Ibidem.*
deus qui dedit nobis pignus ſpiritus: Et poſt pauca intu E
lit, vt nos ſimus iuſticia dei in ipſo. Hæc eſt illa iuſticia dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua oos ab eo facti.

Nemo ergo Chriſtianorum aberret ab hac fide quæ *Cõmemoratio teſtamẽti noui ex Prophetis. Cap. XIX.*
ſola Chriſtiana eſt: neq; quiſquam cum verecundatus fuerit dicere per nos ipſos fieri nos iuſtos noo in nobis hoc operãte gratia dei, quia videt hoc à fidelib⁹ & piis credi noo poſſe cum dicitur, ad hoc ſe coouertat vt dicat, ideo ſine operatione gratiæ dei nos iuſtos eſſe nõ poſſe, quia legem dedit, quia doctrinã inſtituit, quia bona præcepta mandauit. Illa enim ſine adiuuante ſpiritu proculdubio eſt litera occidens: cum vero adeſt viuificans ſpiritus, hocipſum intus conſcriptum facit diligi, quod foris ſcriptum lex faciebat timeri. Inſpice in hoc paululũ & in eo teſtimonio quod per Prophetã de hac
re præclariſsime dictũ eſt, Ecce dies veniẽt dicit domi- *Hiere. 31.*
nus, & conſummabo ſuper domũ Iſraël & ſuper domũ Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamẽtum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manũ eorum vt educerem eos de terra Aegypti: quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos
dicit dominus: quia hoc teſtamẽtum eſt quod ordina- F
bo domui Iſraël, Poſt illos dies, dicit dominus, dabo leges meas in cor illorũ, & io mente eorum ſcribam eas, & ero eis io deum, & ipſi erunt mihi in populũ: & non docebit vnuſquiſque ciuem ſuũ & vnuſquiſque fratrẽ ſuum dicẽs, cognoſce dominũ: quia omoes cognoſcẽt me à minore vſque ad maiorem eorum, quia propicius ero iniquitati eorũ, & peccata eorum oon memorabor vltra. Quid ad hęc dicemus? Nempe in veteribus libris aut nuſquã aut difficile pręter huoc Propheticũ locum legitur facta cõmemoratio teſtamẽti noui, vt omnino ipſo nomine appellaretur: Nam multis locis hoc ſignificatur & prænunciatur futurũ, ſed nõ ita vt etiam nomeo legatur expreſſum. Cõſidera igitur diligenter quã differentiã inter duo teſtamenta, id eſt vetus & nouum deus eſſe teſtatus ſit, cũ dixiſſet, Non ſecundũ teſtamentum quod feci patribus eorũ in die qua apprehendi manum eorũ vt educerẽ eos de terra Aegypti. Vide quid adiunxit, Quia ipſi non perſeuerauerunt in teſtamento moo. Vicio eorũ deputat quòd in teſtamẽto dei nõ permanſerũt, ne lex quã tunc acceperũt culpãda videatur.
Ipſa eſt enim quã nõ venit Chriſtus ſoluere ſed implere, *Matth. 5.*

G Non tameh per eandem legẽ iuſtificatis impiis, ſed per
gratiam:hoc quippe agit viuificans ſpiritus,ſine quo li-
Gala.3. tera occidit.Si enim data eſſet lex quę poſſet viuificare,
omnino ex lege eſſet iuſticia:ſed cõcluſit ſcriptura om-
nia ſub peccato, vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti dare-
tur credentibus,Ex hac promiſsione, hoc eſt ex dei be-
neficiu ipſa lex impletur, ſine qua promiſsione præua-
ricatores facit: vel vſq; ad effectũ mali operis, ſi etiã re-
pagula timoris concupiſcentiæ flamma tranſcenderit,
vel certe in ſola volũtate, ſi timor pœnæ ſuauitatem li-
bidinis vicerit.Quod enim ait,Concluſit ſcriptura om-
nia ſub peccato,vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti dare-
tur credentibus: ipſius cõcluſionis vtilitas dicta eſt, Nã
coocluſit ad quos vſus,niſi quemadmodum alibi dici-
tur,Priuſquam autẽ veniret fides, ſub lege cuſtodieba-
Lex. mur,coocluſi in eam fidem quæ poſtea reuelata eſt.Lex
Gratia. ergo data eſt,vt gratia quęreretur,Gratia data eſt,vt lex
impleretur.Neq; enim ſuo vicio nõ implebatur lex,ſed
vicio prudentiæ carnis,Quod viciũ per legem demon
ſtrandum,per gratiam ſaoandum fuit. Quod enim im
poſsibile erat legi in quo iofirmabatur per caroẽ, miſit
Roma.8. deus filiũ ſuũ in ſimilitudine carnis peccati, & de pec-
H cato damnauit peccatum in carne, vt iuſticia legis im-
pleretur in oobis,qui ooo ſecundum carnem ambula-
mus,ſed ſecuodum ſpirinim. Vnde & in iſto Propheti-
Hiere.31. co teſtimonio, Conſummabo,inquit,ſuper domum Iſ-
raël & ſuper domum Iuda teſtameotũ nouum: quid eſt
cõſummabo,niſi iõplebo, nõ ſecundũ teſtamẽtũ quod
feci patribus eorũ in die qua apprehendi maoum eorũ
vt educerem eos de terra Aegypti. Ergo illud ve-
Lex vetus. tus erat,quia hoc nouũ eſt.Vnde igitur illud venis,hoc
Lex noua. nouum,cum lex eadem impleatur per teſtamentũ oo-
Cap.XX. uum quæ dixit in veteri,Noo cõcupiſces?Quia ipſi, in-
Exod.20. quit,noo perſeuerauerunt io teſtamento nouo,† & ego
† meo. neglexi eos,dicit dominus. Ergo propter veteris homi
ois noxam quæ per literam iubentẽ & minantem mi-
oime ſanabatur,dicitur illud teſtamentũ vetus:hoc au-
tem nouum,propter oouitatem ſpiritus quæ hominem
nouum ſanat à vicio vetuſtatis. Deniq; attẽde quod ſe-
quitur,& vide quãta luce fiat perſpicuum, quod ſibi vi-
dentes oolunt homines intueri, quia hoc teſtamẽtum,
inquit,quod ordinabo domui Iſraël, Poſt dies illos di-
Hiere.31. cit dominus dabo leges meas in cor illorũ,& in mente
I eorum ſcribam eas. Ecce eſt, vnde Apoſtolus ait, quod
2.Corin.3. ſupra commemorauimus,Nõ in tabulis lapideis,ſed io
tabulis cordis,quia oon atramento,ſed ſpiritu dei viui.
Nec ob aliud arbitror in eo loco Apoſtolũ voluiſſe cõ
Ibidem. memorare teſtamentum nouum:ibi quippe ait, Qui &
idoneos nos fecit mioiſtros noui teſtamenti, noo lite-
ræ, ſed ſpiritus, niſi quia iſtam intuebatur prophetiam
cum diceret, Nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cor-
dis carnalibus, quoniã hic dictum eſt , In cordibus eo-
rum ſcribam eas: Vbi nominatim promiſſum eſt teſta-
Lex ſcripta mentum nouum. Quid ſunt ergo leges dei ab ipſo
in cordib⁹. deo ſcriptæ in cordibus, niſi ipſa præſentia ſpiritus ſan
Cap XXI. cti,qui eſt digit⁹ dei,quo præſente diffunditur charitas
in cordibus noſtris,quæ plenitudo legis eſt,& præcepti
finis,Nã quia veteris teſtamẽti promiſſa terrena ſunt, li
cet exceptis ſacramẽntis, quæ vmbra erant futurorum,
ſicut eſt circuncisio,& ſabbatum, & aliæ dierum obſer-
2.retra.ca. uationes,& quarundam eſcarum ceremooiæ,& multi-
37. plex ſacrificiorum ſacrorumq; ritus quæ vetuſtati car-
nalis legis iugoq; ſeruili congruebant,talia contineant
præcepta iuſticiæ qualia nũc quoque obſeruare præci-
pimur, quæ maxime duabus illis tabulis ſine figura ad-

umbratę ſignificatioois expreſſa ſunt,ſicut eſt,Non ad- K
ulterabis,non homicidium facies, oon concupiſces, & Exod.20.
ſi quod aliud eſt maodatum quod in hoc ſermone re- Roma.13.
capitulatur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: ta-
men quia io eo,ſicut dixi,promiſſa terreoa & tempora-
lia recitãtur,quæ bona ſunt huius corruptibilis carnis,
quaouis eis ſempiterna atque cœleſtia ad nouum ſcili-
cet teſtamentum pertioeotia figurareotur , nunc ipſius
bonum cordis promittitur,mentis bonum, ſpiritus bo
num,hoc eſt,intelligibile bonum, cũ dicitur, Dabo le-
ges meas in mente eorum, & in cordibus eorum ſcribã
eas.Vnde ſignificauit eos non forinſecus terrentem le-
gem formidaturos,ſed intrinſecus habitaotẽ ipſam le-
gis iuſticiam dilecturos. Deinde addidit & merce- Vita æter-
dem,Et ero eis in deum,& ipſi erunt mihi in populum. na.C.XXII
Hoc eſt illud quod de deo ait ille,Mihi autem adhære- Hiere.31.
re deo bonum eſt.Ero,inquit,illis in deum, & ipſi erũt Pſal.72.
mihi populus:Quid hoc bono melius, quid hac fœlici-
tate fœlicius,viuere deo apud quem eſt fons vitæ, & in Pſal.35.
cuius lumine videbimus lumeo . De hac vita dicit ipſe Ioan.17.
domious, Hæc eſt autem vita æterna vt cognoſcant te
vnum verum deũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum : id
eſt,te & quem miſiſti Ieſum Chriſtum[cognoſcãt]vnũ L
verum deum.Hoc enim & ipſe promittit dilectoribus
[ſuis]dicens, Qui diligit me mandata mea cuſtodit, & Ioan.14.
qui diligit me diligetur à patre meo,& ego diligam eũ
& oſtẽdã meipſum illi:Vtiq; in forma dei in qua ęqua- Philip.2.
lis eſt patri,oõ io forma ſerui in qua ſe & impiis oſten-
debat. Tũc enim fiet quod ſcriptũ eſt, Tollatur impius † gloriam.
vt nõ videat claritatem † domioi. Quando ibunt ſini- Eſaie. 26.
ſtri in ignem æteroũ,iuſti autem in vitam æternã.Quæ Matth. 25.
vita æterna ſicut cõmemoraui definita eſt ea eſſe,vt co-
gnoſcant vnũ verum deum.Hinc dicit & Ioannes,Di-
lectiſsimi,filij dei ſumus & nondum apparuit quid eri- 1.Ioan.3.
mus.Scimus quia cũ apparuerit ſimiles ei erimus, quo-
niã videbimus eum ſicuti eſt. Hæc ſimilitudo ounc in- 2.Corin. 4.
cipit reformari , quandiu homo interior renouatur de Coloſſ.3.
die in diem ſecundum imaginẽ eius qui creauit eum.

Sed ad illius eminentiæ perfectionem quæ tũc fu- Cõparatio
tura eſt,quid hoc,aut quantum eſt? Siquidem Apoſtol⁹ vitę præſen
ad illa ineffabilia qualecũq; adhibẽs de notis rebus ex- tis ad futu
emplum,paruulam ętatẽ virili comparauit ætati.Cũ eſ- ram. Cap.
ſem,ioquit,paruulus quaſi paruulus loquebar, quaſi par XXIII.
uulus ſapiebã,quaſi paruulus cogitabam: cum autem fa 1.Corin. 13.
ctum ſum vir,euacuaui † ea quæ paruuli eraot. Cur autẽ M
hoc dixerit,conſequẽter oſtẽdẽs,Videmus, inquit, nũc † depoſui.
per ſpeculum in ęoigmate,tunc autem facie ad faciem.
Nunc ſcio ex parte, tunc autẽ cogooſcã ſicut & cogni-
tus ſum. Proinde etiã per hunc Prophetã cuius te-
ſtimoniũ pertractamus,hoc additur : Vt in eo merces, Et nõ doce-
io eo finis, in eo perfectio fœlicitatis, in eo beatæ æter- bit vnuſ-
næq; vitæ ſumma conſiſtat . Cum eoim dixiſſet, Et ero quiſq; ciuẽ
illis in deũ,& ipſi erunt mihi populus:cõtinuo addidit, ſuũ & fra-
Et non docebit vnuſquiſq; ciuem ſuũ & vouſquiſq; fra trem ſuum.
trem ſuũ,dicens,Cognoſce dominum: quia omnes co C. XXIIII.
gnoſcent me à minore vſq; ad maiorem eorũ.Nũc cer- Hiere.31.
te iam tẽpus eſt teſtamenti noui,cuius per Prophetã fa-
cta eſt promiſsio per hęc verba quę ex illa prophetia cõ
memorauim⁹.Cur ergo adhuc dicit vouſquiſq; ciui ſuo
& fratri ſuo,cognoſce domioũ? An forte nõ dicitur cũ
Euangeliũ prædicetur, & eius ipſa ſit prędicatio vt hoc
vbiq; dicatur?Nam vode ſe Apoſtolus gentiũ dicit eſſe
doctorẽ,niſi quia hoc fit quod ipſe ait,Quo modo in- Roma. 10.
uocabunt io quẽ nõ crediderũt? Aut quo modo credẽt
ei quẽ oõ audierunt?Quo modo autẽ audient ſine præ-
dicante?

A dicante? Cũ ergo nunc iſta prædicatio vſquequaq; crebreſcat, quo modo tẽp⁹ eſt teſtamẽti noui, de quo Propheta dixit, *Hiere.31.* Et non docebit vnuſquiſq; ciuem ſuum, & vnuſquiſq; fratrem ſuum dicens, cognoſce dominum: quia omnes cognoſcẽt me à minore vſque ad maiorẽ eorum, niſi quia eiuſdem teſtamenti noui æternã mercedem, id eſt ipſius dei beatiſsimam contemplationẽ promittendo coniunxit? Quid ergo eſt, Omnes à minore vſq; ad maiorẽ eorum: niſi omnes pertinentes ſpiritaliter ad domum Iſraël & ad domũ Iuda, hoc eſt ad filios Iſaac & ad ſemen Abrahæ? Ipſa eſt enim promiſ- *Roma.9.* ſio qua ei dictum eſt, In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Nõ enĩ qui filij carnis hi filij dei, ſed filij promiſsionis deputãtur in ſemine. Promiſsionis autem verbũ hoc eſt, *Gene.18.* Ad hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non ſolum autẽ, ſed & Rebecca ex vno concubitu habens Iſaac patris noſtri: De nõdum enim natis, nec qui aliquid operati fuerant boni aut mali, vt ſecundum electionẽ propoſitum dei maneret, nõ ex operibus ſed ex vocãte di- *Gene.25.* ctũ eſt ei, quia maior ſeruiet minori. Hæc eſt domus Iſraël vel domus Iuda propter Chriſtum, qui venit ex tribu Iuda. Domus filiorũ promiſsionis hæc eſt, non ope- B rum propriorum, ſed beneficij dei, Hoc eſt enim deus promittit quod ipſe facit: non enim ipſe promittit & alius facit, quod iam non eſt promittere ſed prædicere, Ideo non ex operibus ſed ex vocante, ne ipſorũ ſit non dei, Ne merces non imputetur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum, atq; ita gratia iam nõ ſit gratia, cuius vehemens defenſor eſt atq; aſſertor minimus Apo- *1.Corin.15.* ſtolorum, qui plus omnibus illis laborauit, non ipſe autem ſed gratia dei cum illo. Omnes enim, inquit, agnoſcent me: Omnes domus Iſraël & domus Iuda. Neque enim omnes qui ex Iſraël hi ſunt Iſraël, ſed omnes quib⁹ dicitur in Pſalmo pro ſuſceptione matutina, hoc eſt pro luce noua, teſtamẽti ſcilicet noui, Vniuerſum ſe- *Pſal.21.* men Iacob magnificate eum: timeat eum omne ſemen Iſraël. Vniuerſum omnino ſemen prorſus omne ſemen promiſſorum atq; vocatorom, ſed eorum qui ſecũdum *Roma.8.* propoſitum vocati ſunt, Quos enim prædeſtinauit, illos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. Ideoque ex fide, vt ſecundum gratiã firma ſit promiſsio omni ſemini, non ei tantum quod ex lege eſt, id eſt quod ex vetere teſtamento venit ad nouum, ſed & ei quod ex fide C eſt non ſibi promiſſa lege, Ex fide autem Abraham, id *Gene.17.* eſt imitatores fidei Abraham, qui eſt pater omniũ no- *Roma.4.* ſtrum, ſicut ſcriptum eſt, quia patrem multarum gentiũ *Roma.8.* poſui te. Omnes ergo hi prędeſtinati, vocati, iuſtificati, glorificati cognoſcent deum gratia teſtamenti noui, à minore vſq; ad maiorem eorum. Sicut ergo lex factorũ ſcripta in tabulis lapideis, merceſq; eius terra illa promiſsionis, quam carnalis domus Iſraël cũ ex Aegypto liberata eſſet, accepit, pertinet ad teſtamentũ vetus: ita lex fidei ſcripta in cordibus, merceſq; eius ſpecies contemplationis, quã ſpiritalis domus Iſraël ab hoc mundo liberata percipiet, pertinet ad teſtamẽtum nouum. *1.Corin.13.* Tũc fiet quod dicit Apoſtolus. Siue prophetię euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia euacuabitur, illa ſcilicet paruulorum ſcientia in qua hic viuitur, quę ex parte per ſpeculũ in ęnigmate videtur: propter hanc enim neceſſaria eſt prophetia, cum adhuc præteritis futura ſuccedũt: propter hanc linguæ, id eſt multiplicitas ſignificationum cum ex alio atq; alio aliud atque aliud admonetur, qui nondum æternã lucem perſpicue veritatis mente purgatiſsima contemplatur. Cum autem venerit quod perfectum eſt, & totum hoc quod ex par- D te eſt fuerit euacuatum, tũc quod aſſumpta carne, carni apparuit, oſtẽdet ſeipſum dilectoribus ſuis: Tũc erit vita æterna, vt cognoſcamus vnum verum deum, tunc ſimiles ei erimus, quoniã tunc cognoſcemus ſicut & cogniti ſumus. Tunc non docebit vnuſquiſq; ciuem ſuũ, *Hiere.31.* aut fratrem ſuum dicens, cognoſce dominum. Omnes enim cognoſcent eũ à minore vſq; ad maiorem eorũ. Quod multis modis intelligi poteſt. Siue quia & illic quiſq; ſanctorum tanquam ſtella ab ſtella differt in glo- *1.Corin.15.* ria. Nec ad rem quicquã intereſt vtrum à minore vſq; ad maiorẽ, ſicut dictũ eſt, an ſi à maiore vſq; ad minorem diceretur: quod ſimiliter nihil intereſt, etiam ſi minores intellexerimus, qui tantũmodo credere, maiores autem qui etiam intelligere quantũ in hac vita fieri poteſt lumen incorporeum atq; incommutabile valuerũt. Siue minores, tempore poſteriores: maiores autem, tempore priores intelligi voluit. Simul enĩ promiſſam dei cõtẽplationẽ accepturi ſunt omnes, quia & illi pro nobis meliora prouiderũt, ne ſine nobis perfecti perficerentur. Et ideo velut minores reperiuntur priores, quia minus dilati ſunt, ſicut in illo euãgelico denario per ſimilitudinẽ dicitur, quem prius accipiunt qui poſterio- E res venerũt ad vineã. Siue quolibet alio⁹ modo, qui me *Matth.20.* in præſentia forſitan fugit, minores maioreſq; accipiẽdi ſunt. Illud tamen quantũ potes diligenter attende, quod tanto molimine conor oſtẽdere. Cũ teſtamen- *Nouæ legis veteriſq; diſcrimen. Cap. XXV.* tum nouũ Propheta promitteret, non ſecundũ teſtamẽtum quod prius factũ eſt populo Iſraël ex Aegypto liberato, nihil eum de ſacrificiorũ, vel quorũcunq; ſacramẽtorũ cõmutatione dixiſſe, quãuis & ipſa ſine dubio fuerat ſecutura, ſicut ſecutã videmus, quod multis alijs locis eadẽ prophetica ſcriptura teſtatur: ſed tantũmodo iſtam cõmendaſſe diſtantiam, quòd leges ſuas daturus eſſet deus in mentẽ eorum qui pertinerẽt ad hoc teſtamentũ, & eorũ ſcripturas in cordibus. Vnde Apoſtolus ſumpſit nõ atramento, ſed ſpiritu dei viui, non in tabu- *2.Corin.3.* lis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus, ſempiternamq; mercedẽ iuſtificationis huius, nõ terram de qua pulſi ſunt Amorræi & Zethæi, & aliæ gẽtes quæ ibi cõ- *Pſal.72.* memorãtur, ſed ipſum deum cui adhærere bonũ eſt, vt bonum dei quod diligunt, deus ſit ipſe quem diligũt. Itemq; & homines à deo niſi peccata nõ ſeparant, quę *al. diligũt inter quẽ & homines niſi peccata.* non niſi per eandem gratiã dimittuntur. Vnde cum dixiſſet: Omnes enim cognoſcẽt me à minore vſq; ad maiorem eorũ: mox addidit, Quia propicius ero iniquitati eorum, & peccata eorũ non memorabor vltra. Per le- *Hiere.31.* gem ergo factorum dicit dominus, Non concupiſces, F per legẽ fidei dicit dominus, Sine me nihil poteſtis fa- *Exod.20.* cere, Aiebat enim de bonis operibus, hoc eſt, de palmi- *Ioan.15.* tũ fructibus. Cũ igitur hæc appareat diſtantia veteris & noui teſtamenti, quòd lex ibi in tabulis, hic in cordibus ſcribitur, vt quod ibi forinſecus terret, hic delectet intrinſecus, ibiq; fiat præuaricator per occidentem literã, hic delector per viuificantem ſpiritũ: non ideo dicen- *De gẽtibus duce natura cognoſcẽtibus deũ, ac de lege ſcripta in cordibus Chriſtianorum. Cap. XXVI.* dum eſt quòd deus adiuuet nos ad operandã iuſticiam atq; operetur in nobis & velle & operari pro bona volũtate, quia præceptis iuſticiæ forinſecus inſonat ſenſibus noſtris, ſed quia intrinſecus incrementum dat diffundendo charitatem in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Videndum eſt autem quo modo dicat Apoſtolus, Cum enim gẽtes quæ legẽ non habẽt naturaliter quę legis ſunt faciunt, hi legẽ nõ habẽtes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendũt opus legis ſcriptũ in cordibus ſuis: ne videatur nõ eſſe certa diſtãtia noui *Roma.2.*

G teſtamenti,quòd leges ſuas dominus in cordibus popu
li ſui ſe ſcripturum eſſe promiſit,quandoquidē hoc gē
tes naturaliter habeant, Pertractanda igitur hæc quæ-
ſtio,quæ non mediocris exorta eſt. Dicet enim aliquis,
Si deus hinc diſcernit à vetere teſtamento nouū,quòd
in vetere legem ſuam ſcripſit in tabulis,in nouo autem
ſcripſit in cordibus:fideles noui teſtamēti vnde diſcer-
nuntur à gētibus,quæ habent opus legis ſcriptū in cor-
dibus ſuis,quo naturaliter quæ legis ſunt faciūt:quaſi iā
illo populo vetere potiores qui legem accepit in tabu-
lis,& nouo populo priores, cui hoc præſtatur per teſta-
mentum nouum quod his natura iam præſtitit? An for
te eas gētes commemorauit Apoſtolus, ſcriptā in cor-
dibus habere legē,quæ ad nouum pertinent teſtamen-
tum?Ad hoc enim vnde venerit intuendum eſt.Primo
Roma.1. Euangeliū commendans ait, Virtus enim dei eſt in ſa-
lutem omni credēti,Iudæo[primum]& Græco: iuſticia
enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptū
Abac.2. eſt,Iuſtus autē ex fide viuit.Deinde loquitur de illis im-
piis quibus propter ſuperbiā nec cognitio dei profuit,
quia non ſicut deū glorificauerunt,aut gratias egerunt.
Roma.1. Inde tranſit ad eos qui iudicant & agūt talia qualia cō-
H demnant,nimirum propter Iudæos qui de lege dei glo
riabantur : quāuis adhuc eos nominatim nō exprimat,
& ideo dicit,Ira & indignatio,tribulatio & anguſtia in
omnem animam hominis operantis malum, Iudæi pri
Roma.2. mū & Græci:Gloria autem & honor & pax omni ope-
ranti bonū,Iudæo primum & Græco : nō eſt enim per-
ſonarum acceptio apud deum. Quicunq; enim ſine le-
ge peccauerunt,ſine lege & peribūt:& quicunque in le-
ge peccauerunt,per legem iudicabuntur: Non enim au
ditores legis iuſti ſunt apud deum,ſed factores legis iu-
ſtificabuntur.His verbis hoc vnde agitur ſubiūgit & di
cit,Cum gentes enim quæ legem dei nō habent, natu-
raliter quæ legis ſunt faciunt, & cætera quæ iam ſupra
commemoraui,Proinde non videtur alios hic ſignifi-
caſſe ſub nomine gentiū quàm eos quos nomine Græ-
ci ſupra ſignificabat,cū diceret,Iudæo primum & Gręco. Porrò ſi Euangelium virtus dei eſt in ſalutem omni
credenti,Iudæo primū & Græco, & ira & indignatio,
tribulatio & anguſtia in omnē animam hominis ope-
rantis malum,Iudæi primum & Græci,gloria autem &
honor & pax omni operāti bonum, Iudæo primum &
Græco : iſte autē Græcus nomine gentium ſignificatus
I eſt naturaliter quæ legis ſunt facientium,& quę ſcriptū
habent opus legis in cordibus ſuis:profecto ad Euange
liū pertinent Gentes,quibus lex in cordibus ſcripta eſt.
Eis quippe credētibus virtus dei eſt in ſalutem.Quibus
autem Gentibus bene operantibus gloriam & honorē
pacemq; promitteret,extra Euangelij gratiam conſtitu
tis?Quia enim perſonarum acceptio non eſt apud deū,
& non auditores legis,ſed factores iuſtificānir, ideo ſi-
ue Iudæus ſiue Græcus,hoc eſt quilibet ex gentibus cre-
diderit,ſalutē in Euangelio pariter habebit, Non enim
Roma.3. eſt diſtinctio,ſicut poſtea dicit, Omnes enim peccaue-
runt & egent gloria dei, iuſtificati gratis per gratiam
ipſius. Vnde autem factorem legis Græcum iuſtificari
diceret, ſine gratia ſaluatoris? Neque enim contra ſe-
ipſum diceret, quod ait, factores legis iuſtificabuntur:
tanquam per opera, non per gratiam iuſtificentur:cum
dicat gratis iuſtificari hominem per fidem ſine operi-
bus legis, nihilq; aliud velit intelligi in eo quod dicit,
gratis, niſi quia iuſtificationem opera non præcedunt.
Roma.11. Aperte quippe alibi dicit, Si gratia, iam non ex operi-
bus,alioquin gratia iam non eſt gratia. Sed ſic intelli-
gendum eſt, factores legis iuſtificabuntur, vt ſciamus K
aliter eos non eſſe factores legis niſi iuſtificentur:vt nō
iuſtificatio factoribus accedat, ſed factores legis iuſtifi-
catio præcedat. Quid eſt enim aliud, iuſtificati, quàm Roma.4.
iuſti facti,ab illo ſcilicet qui iuſtificat impium, vt ex im
pio fiat iuſtus? Si enim ita loqueremur, vt diceremus,
homines liberabuntur, hoc vtiq; intelligeretur, eis qui
iam homines eſſent accedere liberationem. Si autē di-
ceremus,homines creabuntur, non vtique intelligere-
tur eos creari qui iam homines erant, ſed ipſa creatio-
ne homines fieri. Ita ſi dictum eſſet,factores legis hono
rabuntur:non recte acciperemus niſi honorem illis qui
iam eſſent factores legis accedere. Cum vero dictum
eſt,factores legis iuſtificabuntur, quid aliud dictum eſt
quàm iuſti iuſtificabuntur,factores enim legis vtiq; iu-
ſti ſunt, Ac per hoc tātundem eſt ac ſi diceretur, facto-
res legis creabuntur, non quia erant, † ſed vt ſint: vt ſic † *al.nō qui*
intelligerēt etiā Iudæi legis auditores, indigere ſe gra- *iam erant.*
tia iuſti iuſtificatoris vt poſsint eſſe factores. Aut certe
ita dictum eſt,iuſtificabuntur,ac ſi diceretur, iuſti habe
buntur,iuſti deputabuntur. Sicut dictū eſt de quodam:
Ille autem volēs ſe iuſtificare, id eſt, vt iuſtus haberetur *Luca.10.*
& deputaretur, Vnde aliter dicimus, Deus ſanctificat *Math.6.*
ſanctos ſuos: aliter autem, Sanctificetur nomen tuum. L
Nam illud ideo,quia ipſe illos facit eſſe ſanctos qui nō
erāt ſancti:Hoc autē ideo, vt quod ſemper apud ſe ſan *Sanctificat*
ctum eſt, ſanctum etiā ab hominibus habeatur, id eſt, *nomen dei.*
ſancte timeatur. Sic ergo gentes commemorans natu-
raliter quæ legis ſunt facientes, & ſcriptū habētes opus
legis in cordibus, illos intelligi voluit qui credunt in
Chriſtū: quia non ſicut Iudæi præmiſſa ſibi lege veniūt
ad fidē: non eſt cur eos conemur diſcernere ab iis qui-
bus per Prophetam [dominus] promittens teſtamentū *Hiere.31.*
nouum, dixit leges ſuas ſe ſcripturū in cordibus eorū; *Roma.11.*
quia & ipſi per inſertionem quam oleaſtro præſtitā di-
cit,ad eandem oleam, hoc eſt, ad eundem dei populū
pertinent:potiusq; cōcordat prophetico etiā hoc Apo-
ſtolicum teſtimoniū, vt hoc ſit pertinere ad teſtamen-
tum nouū,legem dei habere non in tabulis ſed in cor-
dibus ſcriptā : hoc eſt, in intimo affectu iuſticiam legis
amplecti,vbi fides per dilectionē operatur,quia ex fide *Gala.5.*
iuſtificat gentes deus,Quod ſcriptura præuidens, præ-
nunciauit Abrahæ dicens, In ſemine tuo benedicentur *Gene.22.*
omnes gentes:vt per hanc promiſsionis gratiam oliuę
inſereretur oleaſter,& fierent fideles gentes filij Abra- M
hæ in ſemine Abrahæ,quod eſt Chriſtus, ſectantes eius
fidē qui non accepta in tabulis lege,nondumq; habens
ipſam circuncisionē,credidit deo & deputatum eſt illi *Gene.15.*
ad iuſticiā.Ac ſic tale erit hoc quod de eiuſmodi gēti-
bus dixit Apoſtolus,quòd opus legis ſcriptū habeant in
cordibus ſuis,quale eſt illud ad Corinthios, nō in tabu *2.Corin.3.*
lis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalib⁹.Ita enim fiūt
de domo Iſraël, cū præputiū eorū in circunciſionē de-
putatur,eo quòd iuſticiā legis nō pręciſione carnis oſtē
dūt,ſed cordis charitate cuſtodiūt: quoniā ſi præputiū
iuſticias legis cuſtodiat,nōnne præputiū eius,inquit,in
circunciſionē deputabitur? Et propterea in domo veri
Iſraël in quo dolus nō eſt, participes ſunt teſtamēti no-
ui,quia dat deus leges in mentē ipſorū, & in cordibus
eorū ſcribit eas digito ſuo,ſpiritu ſancto,quo ibi diffun
ditur charitas quæ legis eſt plenitudo. Nec moueat, *Gētes natu*
quòd naturaliter eos dixit quæ legis ſunt facere,nō ſpi- *ra duce be-*
ritu dei,non fide,nō gratia,Hoc enim agit ſpiritus gra *ne faciētes.*
tiæ,vt imaginem dei in qua naturaliter facti ſumus, in- *C. XXVII.*
ſtauret in nobis. Vicium quippe contra naturam eſt;
quod

A quod vtique ſanat gratia. Propter quã deo dicitur, Mi-
Pſal.40. ſerere mei, ſana animam meam quoniam peccaui tibi.
Proinde naturaliter homines quę legis ſunt faciũt, Qui
† al. vicio nõ faciunt. enim hoc non faciunt, vicioſe faciunt.† Quo vicio lex
dei eſt deleta de cordibus, Ac per hoc, vicio ſanato, cũ
illic ſcribitur, fiunt quæ legis ſunt naturaliter: nõ quòd
per naturam negata ſit gratia, ſed potius per gratiã re-
Roma.5. parata natura. Per vnum quippe hominẽ peccatum in-
trauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in om-
nes homines pertranſiuit, in quo omnes peccauerũt: Et
ideo quia non eſt diſtinctio, egent gloria dei, iuſtifica-
Roma.3. ti gratis per gratiam ipſius. Qua gratia in interiore ho-
mine renouato iuſticia ſcribitur, quã culpa deleuerat:
& hæc miſericordia ſuper genus humanum per Chri-
1.Timo.2. ſtum Ieſum dominum noſtrum. Vnus enim deus, vnus
& mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus. Si au
tem hi qui naturaliter quæ legis ſunt faciunt, nondum
ſunt habendi in numero eorum quos Chriſti iuſtificat
gratia: ſed in eorum potius quorum etiam impiorum,
nec deum verum veraciter iuſteq; colentium, quædam
tamen facta vel legimus, vel nouimus, vel audimus, quę
ſecundum iuſticiæ regulam non ſolum vituperare nõ
B poſſumus, verumetiam merito recteq; laudamus: quã-
quam ſi diſcutiatur quo fine fiant, vix inueniuntur quæ
iuſticiæ debitam laudem defenſionemve mereantur.

Imago dei nõ omnino deleta ĩ gẽtibus. Cap. XXVIII. Veruntamen quia nõ vſqueadeo in anima huma-
na imago dei terrenorum affectuum labe detrita eſt, vt
nulla in ea velut liniamenta extrema remanſerint, vn-
de merito dici poſſit etiã in ipſa impietate vitæ ſuæ fa-
cere aliqua legis vel ſapere: ſi hoc eſt quod dictum eſt,
quia gentes quæ legem non habent, hoc eſt, legem dei,
naturaliter quæ legis ſunt faciunt, & quia huiuſmodi
homines ipſi ſibi ſunt lex, & ſcriptum opus legis habẽt
in cordibus ſuis, id eſt, non omnimodo deletum eſt
quod ibi per imaginem dei cum crearẽtur impreſſum
eſt: etiam ſic illa differentia non perturbabitur qua di-
ſtat à vetere teſtamentum nouum, eo quòd per nouum
ſcribitur lex dei in corde fidelium, quæ per vetus in ta-
bulis ſcripta eſt: hoc enim illic ſcribitur per renouatio-
nem, quod nõ omnimodo deletum eſt per vetuſtatem.
Nã ſicut ipſa imago dei renouatur in mente credentiũ
per teſtamentum nouum, quam non penitus impietas
aboleuerat: nam remanſerat vtique id quod anima ho-
minis niſi rationalis eſſe nõ poteſt: ita etiam ibi lex dei
C nõ ex omni parte deleta per iniuſticiã, profecto ſcribi-
tur renouata per gratiam. Nec iſtam inſcriptionẽ, quæ
iuſtificatio eſt, poterat efficere in Iudæis lex in tabulis
ſcripta, ſed ſolum præuaricationem. Nam & ipſi homi
nes erant, & vis illa naturæ inerat eis, qua legitimum
aliquid anima rationalis & ſentit & facit: ſed pietas quę
in aliam vitam transfert beatam & æternam, legem ha
bet immaculatam, conuertentem animas vt ex illo lu-
Pſal.4. mine renouẽtur, fiatq; in eis. Signatum eſt ſuper nos lu-
mẽ vultus tui domine. Vnde & auerſi abſoleſcere me-
ruerũt, renouari autẽ niſi gratia Chriſtiana, hoc eſt niſi
1.Timo.2. mediatoris interceſſione nõ poſſunt. Vnus enim deus,
vnus & mediator dei & hominũ, homo Chriſtus Ieſus,
qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus. A
cuius gratia ſi alieni ſunt illi de quibus agimus, qui ſe-
cundum illum modũ, de quo ſuperius ſatis diximus, na
turaliter quæ legis ſunt faciunt, quid eis proderit excu-
ſantes cogitationes in die qua iudicabit de[us] occulta ho
Roma.2. minum, niſi forte vt mitius puniantur? Sicut enim non
impediũt à vita æterna iuſtum quædam peccata venia-
lia, ſine quibus hæc vita non ducitur: ſic ad ſalutẽ æter-
nã nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus D
difficillime vita cuiuſlibet peſſimi hominis inuenitur.
Verũtamẽ ſicut in regno dei velut ſtella ab ſtella in glo *1.Corin.15.*
ria differunt ſancti, ſic & in dãnatione pœnæ ſempiter- *Matth.11.*
næ, tolerabili[us] erit Sodomę quàm alteri ciuitati, & erũt *Matth.23.*
quidam duplo amplius quibuſdã gehennæ filij, Ita nec
illud in iudicio dei vacabit, quòd in ipſa impietate dã-
nabili magis alius alio minùſve peccauerit. Quid ergo
hinc Apoſtolus efficere voluit, quòd iactantiã cohibẽs
Iudæorũ, cũ dixiſſet, Nõ auditores legis iuſti ſunt apud *Roma.2.*
deum, ſed factores legis iuſtificabuntur: cõtinuo ſubie-
cit de his qui legem nõ habentes, naturaliter quæ legis
ſunt faciunt, ſi non illi ſunt intelligẽdi, qui pertinẽt ad
gratiã mediatoris, ſed illi potius, qui cum deum verum
vera pietate nõ colant, habent tamen quædã opera bo-
na in vita impia? An forte hocipſo probandũ credidit,
quod ſupra dixerat, Quia nõ eſt perſonarum acceptio *Roma.3.*
apud deũ, & quod poſtea dixit, Quia nõ Iudæorũ deus
eſt tantum, ſed etiã gentium? Quòd quantulacũq; legis
opera naturaliter inſita non inuenirentur in eis, qui le-
gem non acceperunt, niſi ex reliquiis imaginis dei: quã
non contẽnit, cum in eum credunt, apud quem nõ eſt
acceptio perſonarũ. Sed quodlibet horũ accipiatur, cõ E
ſtat gratiam dei promiſſam eſſe teſtamento nouo etiã
per Prophetam. Eandemq; gratiam in eo definitam, vt
ſcribantur leges dei in cordibus hominũ, perueniantq;
ad eam cognitionẽ dei, vbi non docebit vnuſquiſq; ci-
uem ſuum vel fratrẽ ſuum, dicẽs, Cognoſce deum, quia *Hiere.31.*
omnes cognoſcẽt eũ à minore vſq; ad maiorem eorũ.
Hoc donum ſpiritus ſancti eſt, quod diffunditur chari-
tas in cordibus noſtris. Charitas non quælibet, ſed cha *Roma.5.*
ritas dei de corde puro & conſcientia bona, & fide nõ *1.Timo.1.*
ficta, ex qua iuſtus in hac peregrinatione viuẽs, ad ſpe-
ciem quoq; perducitur poſt ſpeculum & ænigmata, & *1.Corin.13.*
quicquid erat ex parte, vt facie ad faciem cognoſcat, ſi-
cut & cognitus eſt. Vnã enim petit à domino, & hanc *Pſal.26.*
requirit, vt inhabitet in domo domini per omnes dies
vitæ ſuæ, ad hoc vt contẽpletur delectationẽ domini.

Omne bonum à deo Ca. XXIX. Nemo itaque glorietur ex eo quod videtur habere,
tanquam nõ acceperit: aut ideo ſe putet accepiſſe, quia
litera extrinſecus vel vt legeretur apparuit, vel vt audi-
retur inſonuit. Nam ſi per legẽ iuſticia, ergo Chriſtus
gratis mortuus eſt. Porrò autem ſi non gratis mortuus
eſt, aſcendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, & *Pſal.67.*
dedit dona hominib[us]. Inde habet, quicũq; habet. Quiſ- *Ephe.4.*
quis autem inde ſe habere negat, aut non habet, aut id F
quod habet auferetur ab eo. Vnus enim deus qui iuſtifi *Roma.3.*
cat circunciſionem ex fide, & præputiũ per fidẽ: quod
non ad aliquam differentiam dictum eſt, tanquã aliud
ſit ex fide, aliud per fidem, ſed ad varietatẽ locutionis.
Alio quippe loco cum de gentibus diceret, hoc eſt de
præputio. Et præuidẽs, inquit ſcriptura, quia ex fide iu- *Gala.3.*
ſtificat gentes deus. Itemque cum de circunciſione lo-
queretur vnde erat ipſe: Nos, inquit, natura Iudęi, & nõ *Gala.2.*
ex gẽtibus peccatores, ſcientes quia nõ iuſtificatur ho-
mo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & nos
in Chriſto Ieſu credimus. Ecce & præputium dixit iu-
ſtificari ex fide, & circunciſionem per fidem, ſi tamen
circunciſio iuſticiam fidei teneat. Sic enim gentes, quæ *Roma.9.*
non ſectabantur iuſticiam, apprehenderunt iuſticiam.
Iuſticiam autem quæ ex fide eſt, impetrãdo eam ex deo,
non ex ſemetipſis præſumendo. Iſraël vero perſequens
legem iuſticiæ, in legem [iuſticiæ] non peruenit. Quare?
quia non ex fide, ſed tanquam ex operibus, id eſt tan-
quã eam per ſemetipſos operantes, nõ in ſe credẽtes o-

G perari detim. Deus eſt enim qui operatur in nobis &
Philip.2. velle & operari pro bona volũtate,ac per hoc offeode-
Roma.9. runt in lapidem offenſionis:nam quid dixerit, quia nõ
ex fide,ſed tanquã ex operibus:apertiſsime expoſuit,di-
Roma.10. cens,Ignorantes enim dei iuſticiam,& ſuã voleotes cõ
ſtituere,iuſticiæ dei non ſunt ſubiecti: Finis enim legis
Chriſtus ad iuſticiam omni credẽti: Et adhuc dubita-
mus quæ ſint opera legis, quibus homo nõ iuſtificatur,
ſi ea tanquã ſua crediderit ſioe adiutorio & dono dei,
quod eſt ex fide Ieſu Chriſti: & circunciſionẽ cæteraq;
talia ſuſpicamur,quia etiam de his ſacrameotis aliis in
locis talia quædam legũtur:ſed hic vtiq; ooo circunci-
Gene.17. ſionem tanquam ſuam iuſticiam volebant cõſtituere,
quia & ipſam deus præcipiendo cõſtituit. Nec de illis
operibus hoc iotelligi poteſt, de quibus dominus eis di
Matth.15. cit,Reiicitis mandatum dei,vt traditiooes veſtras ſta-
tuatis:Quia perſequens,inquit,legem iuſticiæ,in legem
Roma.9. [iuſticiæ]oõ peruenit Iſraël.Noo dixit, perſequens tra-
ditiones ſuas,id eſt conſectans. Hæc ergo ſola diſtãtia
eſt,quia ipſum Non concupiſces,& cętera mãdata eius
ſancta & bona ſibi tribuebãt.Quę vt poſsit homo face
re,deus operatur in homine per fidem Ieſu Chriſti, qui
H finis eſt ad iuſticiam omni credenti: id eſt per ſpiritum
incorporatus factusq; membrum eius,poteſt quiſq; illo
incrementũ intrinſecus dante, operari iuſticiã. De cu-
Ioan.15. ius operibus etiam ipſe dixit, Quia ſine me nihil pote-
Leuiti.18. ſtis facere.Ideo quippe propooitur iuſticia legis, quòd
Roma.10. qui fecerit eã, viuet io illa, vt cũ quiſq; iofirmitatẽ ſuã
cognouerit,nõ per ſuas vires, neq; per literam ipſius le
gis,quòd fieri nõ poteſt,ſed per fidem concilîãs iuſti-
ficatorem perueniat,& faciat,& viuat in ea.Opus enim
quod qui fecerit,viuet in eo,nõ fit oiſi[à]iuſtificato.Iu-
ſtificatio autẽ ex fide iopetratur. De qua ſcriptum eſt,
Ibidem. Ne dixeris in corde tuo,quis aſcẽdit in cœlum? hoc eſt
Chriſtum deducere:aut quis deſcendit in abyſſum?hoc
eſt Chriſtum à mortuis reducere.Sed quid dicit?Prope
te eſt verbum io ore tuo & in corde tuo:hoc eſt, inquit
verbum fidei quod prædicamus: quia ſi confitearis in
ore tuo, quia dominus eſt Ieſus, & credideris in corde
tuo,quia deus illum ſuſcitauit à mortuis,ſaluus eris. In-
taotum iuſtus,ioquantum ſaluus.Per hanc enim fidem
credimus,quod etiam oos deus à mortuis excitet: inte-
rim ſpiritu,vt io nouitate eius gratiæ temperanter & iu
ſte & pie viuamus in hoc ſeculo: poſt etiam carne no-
I ſtra ad immortalitatem reſurrectura, quod meritũ ſpi-
† al. quod ritus eſt,†qui eam io reſurrectione ſibi congrua,hoc eſt
et meritum in iuſtificatione præcedit.Cõſepulti enim ſumus Chri-
ſpiritus cõ- ſto per baptiſmum io mortem,vt quemadmodũ Chri-
parat. ſtus reſurrexit à mortuis per gloriã patris, ſic & nos in
Roma.6. oouitate vitę ambulemus.Fide igitur Ieſu Chriſti impe
tramus ſalutem,& quantum nobis inchoatur in re, &
Ioelis 2. quãtum perficiẽda expectatur io ſpe. Omnis enim qui
Pſal.30. iouocauerit nomen domini,ſaluus erit.Quàm multa †
† magna. multitudo,ait Pſalmiſta,dulcedinis tuæ domine,quam
abſcondiſti timentibus te, perfeciſti autem ſperantibus
io te Ex lege[autem] timemus deũ, ex fide ſperamus in
deum:ſed timẽtibus pœnã abſconditur gratia.Sub quo
timore anima laborans quaodo concupiſcentiam ma-
lam non vicerit, nec timor ille quaſi cuſtos ſeuerus ab-
ſceſſerit,per fidem confugiat ad miſericordiam dei: vt
det quod iubet,atque inſpirata gratiæ ſuauitate per ſpi-
ritum ſanctũ faciat plus delectare quod pręcepit,quàm
delectat quod impedit.Ita multa multitudo dulcedinis
eius,hoc eſt lex fidei,charitas eius conſcripta in cordi-
bus,atq; diffuſa,perficitur ſperantibus in eum,vt anima

ſanata nõ timore pœnę,ſed amore iuſticię operetur bo K
num. Liberum ergo arbitrium euacuamus per gra- Liberũ ar-
tiam?abſit, ſed magis liberum arbitrium ſtatuimus.Si- bitriũ.Cap.
cut enim lex per fidem, ſic liberum arbitrium per gra- XXX.
tiam non euacuatur,ſed ſtatuitur. Neq; enim lex imple-
tur niſi libero arbitrio,ſed per legem cognitio peccati,
per fidem impetratio gratiæ contra peccatum,per gra-
tiam ſaoatio animæ à vicio peccati,†per animę ſanita- † al.aboli-
tem libertas arbitrij,per liberum arbitrium iuſticiæ di- tiõe peccati
lectio,per iuſticię dilectiooẽ legis operatio.Ac per hoc
ſicut lex ooo euacuatur,ſed ſtatuitur per fidem, quia fi-
des impetrat gratiam qua lex impleatur:ita liberum ar-
bitrium non euacuatur per gratiam, ſed ſtatuitur, quia
gratia ſanat voluntatẽ qua iuſticia libere diligatur.Om
nia hæc quæ velut catenatim connexui, habent voces
ſuas in ſcripturis.Lex dicit,Non coocupiſces: Fides di- Exod.20.
cit,Sana animam meam,quooiam peccaui tibi. Gratia
dicit,Ecce ſaous factus es,iam ooli peccare, ne quid ti- Pſal.40.
bi deterius cõtingat.Sanitas dicit, Domine deus meus Ioan.5.
clamaui ad te,& ſaoaſti me.Liberum arbitriũ dicit, Vo- Pſal.29.
luotarie ſacrificabo tibi.Dilectio iuſticiæ dicit, Narra- Pſal.53.
uerũt mihi iniuſti † delectatiooes [ſuas,] ſed nõ ſicut lex Pſal.118.
tua domine. Vt quid ergo miſeri homines aut de libero † iniqui.
arbitrio audeot ſuperbire antequam libereotur, aut de L
ſuis viribus,ſi iam liberati ſunt? Nec attendunt in ipſo
nomine liberi arbitrij vtiq; libertatem ſonare, Vbi autẽ
ſpiritus domioi, ibi libertas. Si ergo ſerui ſuot peccati, 2.Corin.3.
quid ſe iactaot de libero arbitrio? A quo enim quis de- 2.Petri 2.
uictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Si autem liberati
ſunt,quid ſe iactãt velut de opere proprio,& gloriãtur
quaſi non acceperiot?An ita ſunt liberi,vt nec illum ve
liot habere dominum,qui eis dicit, Sine me nihil pote Ioan.15.
ſtis facere:Et ſi vos fili⁹ liberauerit,tũc vere liberi eritis. Ioan.8.
Quæret aliquis vtrum fides ipſa, in qua ſalutis vel Vnde proſi-
ad ſalutem conoexionis huius, quam commemoraui, ciſcatur fi-
eſſe videtur exordium, io noſtra cõſtituta ſit poteſtate? des. Cap.
Quod facilius videbimus, ſi prius quid ſit poteſtas ali- XXXI.
quanto diligẽtius perſpexerimus. Cum enim duo quæ-
dam ſint velle & poſſe, vode nec qui vult,cootinuo po Velle.
teſt,nec qui poteſt cõtinuo vult:quia ſicut volumus ali- Poſſe.
quando quod oon poſſumus, ſic etiã poſſumus aliquã-
do quod oolumus: ſatis enolutis ipſis etiam vocabulis
reſooat,quòd ab eo quod eſt velle,volũtas:ab eo autem
quod eſt poſſe,poteſtas nomen accepit. Quapropter ſi- M
cut qui vult habet voluntatẽ,ita poteſtatem qui poteſt.
Sed vt poteſtate aliquid fiat,volũtas aderit. Neq; enim
dici ſolet quiſpiam poteſtate † feciſſe,ſi quid fecit inui- † volũtate.
tus:quanquam ſi ſubtilius aduertamus,etiã quod quiſq;
inuitus facere cogitur,ſi facit, voluotate facit: ſed quia
malit aliud, ideo inuitus, hoc eſt nolens facere dicitur,
Malo quippe aliquo facere compellitur,quod volẽs eui
tare vel à ſe remouere, facit quod cogitur:nam ſi tanta
voluntas ſit, vt malit hoc non facere quàm illud oõ pa
ti,cogẽti proculdubio reſiſtit,nec facit:ac per hoc ſi fa-
cit,noo quidẽ plena & libera voluntate, ſed tamen nõ
facit niſi voluntate, quam voluntatẽ quia effectus con-
ſequitur, non poſſumus dicere poteſtatẽ defuiſſe facien
ti.Si enim cogenti cẽdẽs vellet facere,nec poſſet,ei vo-
luntatem affuiſſe licet extortam, ſed poteſtatẽ defuiſſe
diceremus.Cum vero ideo non faciebat, quia nolebat,
erat vtiq; poteſtas,ſed voluntas deerat,quandiu cogẽti
reluctando non fecit.Hinc eſt quòd etiã illi qui cogũt,
vel qui ſuadent,ſolẽt dicere, Quod habes in poteſtate,
quare non facis vt hoc malo careas?Et qui omnino fa-
cere nõ poſſũt,quod ideo cogũtur vt faciãt, quia poſſe
creduotur,

A creduntur, ſolent excuſando reſpódere & dicere, Facerem, ſi eſſet in poteſtate. Quid igitur vltra quærimus, quandoquidem hanc dicimus poteſtatem, vbi volũtati adiacet facultas faciendi. Vnde hoc quiſq; in poteſtate habere dicitur: quod ſi vult, facit: ſi non vult, nõ facit. Attende iam illud quod excutiendum poſuimus, vtrũ fides in poteſtate ſit: De hac enim fide nunc loquimur, quam adhibemus cum aliquid credimus, nõ quam damus cum aliquid pollicemur: nam & ipſa dicitur fides. Sed aliter dicimus, Non mihi habuit fidem: aliter autẽ, Non mihi ſeruauit fidem. Nam illud eſt, non credidit quod dixi: illud, non fecit quod dixit. Secundũ hanc fidem qua credimus, fideles ſumus deo: ſecundũ illã vero qua fit quod promittitur, etiam deus ipſe fidelis eſt
1. Corin. 10. nobis. Hoc enim dicit Apoſtolus, Fidelis deus, qui non vos permittit tẽtari ſuper id quod poteſtis. De illa itaq; fide quærimus, vtrũ in poteſtate ſit, qua credimus deo,
Gene, 15. vel credimus in deum. Hinc enim ſcriptum eſt, Credidit Abraham deo, & deputatum eſt illi ad iuſticiam, Et
Roma. 4. credenti in eum qui iuſtificat impiũ, deputatur fides ad iuſticiam. Vide nũc vtrum quiſq; credat ſi noluerit, aut non credat ſi voluerit. Quod ſi abſurdum eſt: quid eſt
B enim credere niſi conſentire verũ eſſe quod dicitur? cõſenſio autẽ vtiq; volentis eſt: profecto fides in poteſta-
Roma. 13. te eſt, Sed ſicut Apoſtolus dicit, Non eſt poteſtas niſi à deo. Quid igitur cauſæ eſt, cur nõ & iſta de nobis dica-
1. Corin. 4. tur. Quid enim habes quod nõ accepiſti? Nã & vt credamus, deus dedit. Nuſquam autem legimus in ſanctis ſcripturis, Non eſt volũtas niſi à deo. Et recte nõ ſcriptum eſt, quia verum non eſt: alioquin etiam peccatorũ, quod abſit, author eſt deus, ſi nõ eſt voluntas niſi ab illo: quoniam mala voluntas iam ſola peccatum eſt, etiã ſi deſit effectus: id eſt, ſi nõ habeat poteſtatem. Porrò cũ voluntas mala poteſtatem accipit implere quod inten-
Roma. 9. ditur, ex iudicio dei venit, apud quem nõ eſt iniquitas, Punit enim etiam iſto modo, nec ideo iniuſte quia occulte. Cæterum iniquus puniri ſe ignorat, niſi cũ manifeſto ſupplicio ſenſerit nolens, quantum mali ſit quod perpetrauit volẽs. Hoc eſt quod de quibuſdam Apoſto-
Roma. 1. lus ait, Tradidit illos deus in concupiſcẽtias cordis illorum, vt faciant quæ non conueniunt. Hinc & dominus Pilato, Nõ haberes in me, inquit, poteſtatẽ, niſi da-
Ioan. 19. ta eſſet tibi deſuper. Sed cum poteſtas datur, non neceſ-
1. Reg. 24. ſitas vtiq; imponitur. Vnde cum Dauid Saülis occidẽ-
C di poteſtatẽ accepiſſet, maluit parcere quàm ferire. Vnde intelligimus malos accipere poteſtatẽ ad dãnationem malæ voluntatis ſuæ, bonos autem ad probationẽ
Quæ fides bonæ voluntatis ſuæ. Cum ergo fides in poteſtate
laudanda. ſit: quoniã cum vult quiſq; credit: & cũ credit, volens
C. XXXII. credit, Deinde quærendum eſt, imò recolendũ eſt, quã fidem tanta conflictatione commendet Apoſtolus, Nõ
1. Ioan. 4. enim quodlibet credere bonũ eſt: nam vnde eſt illud, Fratres nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritũ qui ex deo eſt? Nec in laudibus charitatis quod dictum
1. Corin. 13. eſt, Omnia credit: ſic accipiendũ eſt, vt charitati cuiuſpiam derogãdũ ſit, ſi nõ quod audierit, ſtatim crediderit. Quid quod eadem charitas admonet, non facile de fratre mali aliquid eſſe credendum. Et cum tale aliquid dicitur, hoc ad ſe magis iudicat pertinere ne credat. Poſtremo ipſa charitas quæ omnia credit, non omni ſpiritui credit: ac per hoc omnia quidem credit, ſed deo: quia nõ dictum eſt, Omnibus credit. Nulli itaq; dubiũ eſt eam fidem ab Apoſtolo commendari, qua creditur deo. Sed adhuc eſt aliquid ad diſcernẽdum: quoniam & illi qui ſub lege ſunt, & timore pœnæ iuſticiam ſuam

facere conantur: & ideo nõ faciunt dei iuſticiam, quia D
charitas eã facit, qua nõ libet niſi quod licet: non timor qui cogitur in opere habere quod licet, cũ aliud habeat in volũtate, qua mallet, ſi fieri poſſet, licere quod nõ licet, Et illi ergo credunt deo: nam ſi omnino nõ crederent, nec pœnã legis vtiq; formidarent. Sed non hanc
fidem commendat Apoſtolus, qui dicit, Non enim ac- *Roma. 8.*
cepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Timor ergo ille ſeruilis eſt: & ideo quamuis in illo domino credatur, non tamen iuſticia diligitur, ſed damnatio timetur. Filij vero clamant, Abba pater, quarum duarum vocum vna eſt ex circũciſione, altera ex præputio, Iudæi primum & Græci: quoniã vnus eſt deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputiũ per fidem. Cum autem clamant, aliquid petunt: & quid petunt, niſi quòd eſuriũt & ſitiũt? Et hoc quid, niſi quod
de illis dictum eſt, Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſticiam, *Matth. 5.*
quoniam ipſi ſaturabuntur? Huc ergo tranſeant qui ſub lege ſunt, vt ex ſeruis filij fiant: nec ſic tamẽ, vt ſerui eſſe deſiſtant, ſed vt tanquam filij domino & patri liberali-
ter ſeruiant, quia & hoc acceperũt: dedit enim poteſta- *Ioan. 1.*
tem ille vnicus filios dei fieri credentibus in nomine E
eius: eoſq; admonuit petere, quærere, pulſare, vt accipiãt & inueniant & aperiatur eis, addens increpationem &
dicẽs, Si vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis *Matth. 7.*
veſtris, quanto magis pater veſter qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? Cum ergo virtus peccati lex inflammauerit aculeum mortis, vt occaſione accepta peccatũ
per mandatum operetur omnem cõcupiſcentiã, à quo *Roma. 7.*
petenda eſt continẽtia, niſi ab illo qui nouit bona data
dare filiis ſuis? An forte neſcit inſipiens quòd nemo eſſe *Sapien. 8.*
poſſit continẽs niſi deus det? Hoc ergo vt ſciat, ipſa indiget ſapientia. Cur itaq; non audit patris ſui ſpiritum
dicentem per Apoſtolum Chriſti, vel ipſum Chriſtum *Matth. 7.*
qui dicit in Euangelio ſuo, Petite & accipietis, Loquẽ- *Iacobi 1.*
tem etiam in Apoſtolo ſuo, & dicentẽ, Si quis veſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet à deo qui dat omnibus affluẽ-
ter, & nõ improperat, & dabitur illi: Poſtulet autem in *Roma. 1.*
fide nihil hæſitans. Hęc eſt fides ex qua iuſtus viuit. Hęc eſt fides qua creditur in eum qui iuſtificat impiũ. Hæc eſt fides per quam excluditur gloriatio: ſiue vt abſcedat qua in nobis inflamur: ſiue vt emineat, qua in domino gloriamur. Hæc eſt fides qua impetratur largitas ſpiri-
tus, de quo dicitur, Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſti- F
tiæ expectamus. Vbi quidẽ quæri adhuc poteſt, vtrũ ſpẽ iuſticiæ dixerit, qua ſperat iuſticia, an qua ſperatur ipſa iuſticia: quoniã iuſtus ex fide viuens, ſperat vtiq; vitam æternam. Itemq; fides eſuriens ſitiensq; iuſticiam, renouationem de die in diẽ interioris hominis, proficit in ea, & ſperat in ea ſatiari, in vita æterna, vbi fiet quod in
Pſalmo de deo dicitur, Qui ſatiat in bonis deſiderium *Pſal. 102.*
tuũ. Hæc eſt fides qua ſalui fiunt, quibus dicitur, Gratia *Ephe. 2.*
ſalui facti eſtis per fidẽ: & hoc non ex vobis, ſed dei donum eſt, Nõ ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipſius enim ſumus figmentũ creati in Chriſto Ieſu in operib° bonis, quę præparauit deus vt in illis ambulem°. Poſtre-
mo hæc eſt fides quę per dilectionẽ operatur, nõ per ti- *Fides per*
morẽ, nõ formidando pœnã, ſed amãdo iuſticiã. Vnde *dilectionẽ*
ergo iſta dilectio, id eſt charitas, per quã fides operatur, *operatur.*
niſi vnde illa fides ipſa impetrauit? Neq; enim eſſet in *Gala. 5.*
nobis quãtacũq; ſit in nobis, niſi diffunderetur in cordib° *Roma. 5.*
noſtris, p ſpiritũ ſãctũ q dat° eſt nobis. Charitas quippe dei dicta eſt diffundi in cordib° noſtris, nõ qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores ſuos, ſicut iuſticia

G dei,qua iuſti eius munere efficimur:& domini ſal⁹,qua
nos ſaluos facit:& fides Ieſu Chriſti, qua nos fideles fa-
cit.Hęc eſt iuſticia dei, quam nõ ſolum docet per legis
Volũtas cre præceptum,verũetiam dat per ſpiritus donum. Sed
dẽdi à quo conſequens eſt paululum quærere, vtrum voluntas illa
C.XXXIII. qua credimus etiam ipſa dei donum ſit, an ex illo natu
raliter inſito libero adhibeatur arbitrio. Si enim dixe-
rimus eam non eſſe donum dei, metuẽdum eſt ne exi-
ſtimemus inueniſſe nos aliquid quod Apoſtolo incre-
1.Corin.4. panti & dicenti,Quid enim habes quod non accepiſti?
ſi autem & accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis?
reſpondere poſsimus,Ecce habemus voluntatẽ creden
di quam non accepimus: ecce vbi gloriamur quod nõ
acceperimus.Si autem dixerimus etiam huiuſmodi vo
luntatem nõ eſſe niſi donum dei, rurſus metuendũ eſt,
nẽ infideles atq; impij nõ immerito ſed veluti iuſte ex-
cuſare videantur, ideo non crediſſe, quod dare illis
deus iſtam noluit volũtatem. Nam illud quod dictum
Philip.2. eſt,Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle & ope
rari pro bona voluntate:gratiæ iam eſt, quam fides im-
Galat.4. petrat,vt poſsint eſſe hominis opera bona, quæ operaẽ
Roma.5. fides per dilectionem,quæ diffunditur in cordibus no-
ſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis: Si credimus
H vt impetremus hanc gratiam, & vtiq; voluntate credi-
mus,de hac quęritur vnde ſit nobis,Si natura,quare nõ
1.Timo.2. omnibus cum ſit idem deus omnium creator? Si dono
dei,etiam hoc quare non omnibus, cum omnes homi-
nes velit ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire?
Prius igitur illud dicamus,& videamus vtrum huic ſa-
tisfaciat quæſtioni quòd liberum arbitrium naturaliter
attributũ à creatore animæ rationali, illa media vis eſt,
quæ vel intẽdi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem
poteſt.Et ideo nec iſtam voluntatẽ qua credit deo, di-
ci poteſt homo habere,quam nõ acceperit: quãdoqui-
dem vocãte deo ſurgit de libero arbitrio quod natura-
liter cum crearetur accepit. Vult autem deus omnes ho
mines ſaluos fieri & in agnitionẽ veritatis venire: non
ſic tamen,vt eis adimat liberum arbitrium quo vel be-
ne vel male vtentes iuſtiſsime iudicentur.Quod cũ fit,
infideles quidem contra voluntatem dei faciũt, cũ eius
Euangelio non credunt:nec ideo tamẽ eã vincunt,ve-
rum ſeipſos fraudant magno & ſummo bono, maliſq;
pœnalibus implicãt, experturi in ſuppliciis poteſtatem
I eius,cuius in donis miſericordiã contempſerũt.Ita vo-
Volũtas dei luntas dei ſemper inuicta eſt,vinceretur autẽ ſi non in-
ueniret quid de contẽptoribus faceret, aut vllo modo
poſſent euadere quod de talib⁹ ille cõſtituit. Qui enim
dicit,verbi gratia,volo vt hi omnes ſerui mei operẽtur
in vinea,& poſt laborem requieſcẽtes epulentur, ita vt
quiſquis eorũ hoc noluerit, in piſtrino ſemper molat:
videtur quidem quicunq; contempſerit, cõtra volunta
tem domini ſui facere:ſed tunc eam vincet, ſi & piſtri-
num contẽnẽs effugerit: quod nullo modo fieri poteſt
ſub dei poteſtate. Vnde ſcriptum eſt, Semel locutus eſt
Pſal.61. deus:hoc eſt,incõmutabiliter:quãquã & de vnico ver-
bo poſsit intelligi. Deinde ſubiungens quid incõmuta-
biliter ſit locutus,Duo hęc,inquit,audiui,quoniã pote-
ſtas dei eſt,& tibi domine miſericordia,quia tua reddis
vnicuiq; ſecũdũ opera ſua.Ille igitur reus erit ad dãna-
tionem ſub poteſtate eius,qui contẽpſerit ad credendã
miſericordiã eius. Quiſquis autem crediderit ei,qui ſe
à peccatis omnibus abſoluendũ,& à viciis omnibus ſa-
nandum,& calore ac lumine eius accendendũ illumi-
nandumq; nõ contẽpſerit, habebit ex eius gratia opera
bona, ex quibus etiã ſecundũ corpus à mortis corrup-
tione redimatur, coronetur,boniſq; ſatietur,non tem- K
poralibus,ſed ęternis,ſupra quàm petimus & intelligi-
mus.Hũc[ordinẽ]tenuit Pſalmus,vbi dicitur, Benedic *Pſal.102.*
anima mea dominũ,& noli obliuiſci omnes retributio
nes eius.Qui propiciatur † omnibus iniquitatibus tuis, *†propici⁹ ſit*
qui ſanat omnes lãguores tuos,qui redimit de corrup-
tione vitã tuã,qui coronat te in miſeratione & miſeri-
cordia,qui ſatiat in bonis deſideriũ tuũ.Et ne forte hęc
tanta bona huius vetuſtatis,hoc eſt, mortalitatis defor-
mitas deſperaret,Renouabitur,inquit,ſicut aquilæ iuuẽ
tus tua. Tãquã diceret,Hæc quæ audiſti,ad nouũ homi
nem & nouum teſtamentũ pertinent. Recole mecũ ea-
dẽ ipſa paulũlũ,obſecro te,& inſpice delectabiliter lau-
dem miſericordiæ, hoc eſt gratiæ dei. Benedic,inquit,
anima mea dominum,& noli obliuiſci omnes retribu-
tiones eius.Nõ ait tributiones,ſed retributiones ei⁹,qui
retribuit bona pro malis.Qui propicius fit omnib⁹ ini-
quitatibus tuis:Hoc agitur in baptiſmatis ſacramento.
Qui ſanat omnes languores tuos: Hoc agitur in hac vi *Gala.5.*
ta fidelis hominis,dũ caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, *Roma.7.*
& ſpiritus aduerſus carnem, vt nõ quæ volumus facia-
mus:dũ alia lex in membris repugnat legi mentis: dum
velle adiacet,perficere autẽ bonum nõ inuenimus: qui L
languores vetuſtatis,ſi perſeuerante intentione profici-
mus,de die in diẽ creſcente nouitate ſanantur, ex fide
quæ per dilectionẽ operaẽ. Qui redimit de corruptio- *Pſal.102.*
ne vitã tuã: hoc fit in vltima reſurrectione mortuorũ,
Qui coronat te in miſeratiõe & miſericordia: hoc fiet *Prouer.20.*
in iudicio, vbi cũ rex iuſtus ſederit in throno redditu-
rus vnicuiq; ſecundũ opera eius, quis gloriabitur caſtũ
ſe habere cor? aut quis gloriabitur mũdũ ſe eſſe à pecca
to? Ideo illic neceſſariũ fuit cõmemorare miſerationẽ
& miſericordiã domini, vbi iam exigi debita & reddi
merita ſic poſſent videri vt nullus eſſet miſericordię lo
cus. Coronat ergo in miſeratione & miſericordia, ſed
etiã ſic ſecundũ opera. Segregabitur enim ad dexterã,
cui dicatur,Eſuriui,& dediſti mihi mãducare:Quoniã *Matth.25.*
iudiciũ ſine miſericordia,ſed illi qui non fecit miſeri- *Iacobi.2.*
cordiam.Beati autẽ miſericordes, quoniam ipſorũ mi- *Matth.5.*
ſerebitur[deus.]Iã vero cũ ſiniſtri ierint in ambuſtionẽ
æternam,iuſti autẽ in vitã æternã.Quia hæc eſt,inquit, *Ioan.17.*
vita æterna,vt cognoſcant te vnum verũ deũ, & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum:illa cognitione,illa viſione,illa
contẽplatione ſatiabitur in bonis animæ deſiderium.
Hoc enim ei ſolũ ſat eſt,vltra non habet quod appetat,
quò inhiet,quod requirat: nã deſiderio huius ſatietatis
ardebat qui domino Chriſto ait,Oſtẽde nobis patrẽ,&
ſufficit nobis.Cui reſpõſum eſt, Qui me videt,videt & M
patrẽ. Quia & ipſa eſt vita æterna, vt cognoſcãt vnum *Ioan.14.*
verum deũ te,& quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Sed ſi ille
qui videt filium,videt & patrẽ:profecto qui videt patrẽ
& filiũ,videt & ſpiritũ ſanctum patris & filij.Ita nec ar-
bitrium liberũ tollimus,& benedicit anima noſtra do-
minum,non obliuiſcens omnes retributiones eius.Nec *Roma.10.*
ignorãs dei iuſticiã ſuã vult conſtituere, ſed credit in *Roma.4.*
eum qui iuſtificat impiũ,& viuit ex fide, donec ad ſpe- *Gala.5.*
ciem perducatur:fide ſcilicet quę per dilectionẽ opera- *Roma.5.*
tur.Quæ dilectio diffũditur in cordib⁹ noſtris, nec per
ſufficientiam proprię voluntatis,nec per literam legis,
ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Hæc *Volũtas cre*
diſputatio,ſi quæſtioni illi ſoluendæ ſufficit,ſufficiat.Si *dẽdi à deo*
autem reſpondetur,cauendum eſſe ne quiſquã deo tri- *Cap.XXX-*
buendum putet peccatum quod admittitur per liberũ *IIII.*
arbitriũ,ſi in eo quod dicitur,Quid habes quod nõ ac- *1.Corin.4.*
cepiſti? propterea etiã volũtas qua credimus, dono dei
tribuitur,

tribuitur, quia de libero exiſtit arbitrio, quod cum crea- A remur accepimos, Attendat & videat, non ideo tantum iſtam voluntatem diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio eſt, quod nobis naturaliter concreatum eſt, verumetiam quod viſorum ſuaſionibus agit deus vt velimus, & vt credamus: ſiue extrinſecus per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, ſi ad hoc admonent hominem infirmitatis ſuæ, vt ad gratiam iuſtificantem credendo confugiat: ſiue intrinſecus, vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mẽtem, ſed cõſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt. His ergo modis quando deus agit cum anima rationali, vt ei credat: neque enim credere poteſt quolibet[libero] arbitrio, ſi nulla ſit ſuaſio vel vocatio cui credat: profecto & ipſum velle credere deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia eius præuenit nos: conſentire autẽ vocationi dei, vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt. Quæ res nõ ſolum non infirmat, quod dictum eſt, Quid enim habes quod non accepiſti: verumetiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non poteſt dona, de quibus hoc audit, niſi conſentiendo: ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, B dei eſt: accipere autẽ & habere vtique accipientis & habentis eſt. Iam ſi ad illam profunditatem ſcrutandam quiſquam nos coarctet: cur illi ita ſuadeatur vt perſuadeatur, illi autem non ita, duo ſola occurrunt interim *Roma.11.* quæ reſpõdere mihi placeat, O altitudo diuitiarum: &, *Roma.9.* nunquid iniquitas apud deum? Cui reſpõſio iſta diſplicet, quærat doctiores, ſed caueat ne inueniat præſumptores.

Concluſio operis. Cap. XXXV. Concludamus igitur librum aliquando, cuius tanta prolixitate vtrum aliquid egerimus, neſcio: nõ apud te, cuius fidẽ ſcio, ſed apud animos eorum propter quos me ſcribere voluiſti: qui non contra noſtram, ſed vt mitius loquar, & non dicam, illius qui in ſuis Apoſtolis eſt locutus, certe contra tanti Apoſtoli Pauli, non vnam ſententiam, ſed tam vehementem, tam intentam vigilemq; conflictationẽ malunt ſuam defenſitare ſententiam, quàm eum audire obſecrantem per miſerationem dei, & dicentem, *Roma.12.* per gratiam dei quæ data eſt illi, non plus ſapere præter quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad temperãtiam, vnicuique ſicut deus partitus eſt menſuram fidei. Tu autem quid mihi propoſueris, & quid tam lõgo diſputationis huius opere effecerimus aduerte. Mouit te certe quemadmodum dictum fuerit, fieri C poſſe vt ſit homo ſine peccato, ſi voluntas eius non deſit, ope adiuuante diuina. Quamuis nemo tam perfectæ iuſticiæ in hac vita fuerit, vel ſit, vel futurus ſit. Sic enim hoc ipſum in illis prius ad te cõſcriptis libris propoſui: ſi à me quæratur, inquam, vtrũ homo ſine peccato poſſit eſſe in hac vita: cõfitebor poſſe per dei gratiam & liberum eius arbitrium: ipſum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam, hoc eſt, ad dei dona pertinere non ambigens: nec tantum vt ſit, verum vt bonum ſit, id eſt, ad facienda mandata domini conuertatur: atque ita dei gratia, non ſolum oſtendat quid faciendum ſit, ſed adiuuet etiam, vt fieri poſſit quod oſtenderit. Tibi autem abſurdum viſum eſt, ſine exemplo eſſe rem quæ fieri poteſt. Hinc exorta eſt huius libri quæſtio, ac per hoc ad nos pertinebat oſtẽdere, fieri poſſe aliquid quãuis deſit *Matth.19.* exemplum, Hinc ex Euangelio & ex lege quædam *Matth. 26.* poſuimus in ſermonis huius exordio, ſicut de cameli trãſitu per foramen acus, & de duodecim milibus legionum angelorum, qui potuerũt ſi vellet pugnare pro Chriſto: & de illis gentibus quas deus dicit potuiſſe ſe à facie populi ſui ſemel exterminare, quæ omnia facta non ſunt. His addi poſſunt etiam illa quæ leguntur in libro ſa- D pientiæ, *Sapien. 16.* quàm multa poſſet noua tormenta deus exercere in impios ad nutum ſibi ſeruiente creatura, quæ tamen non exercuit. Poteſt & de monte illo quem fides *Marci.11.* in mare transferret: quod tamen nuſquam factum, vel legimus, vel audiuimus. Quiſquis enim horum aliquid deo dixerit eſſe impoſſibile, vides quàm deſipiat, quàmque aduerſus fidem ſcripturæ eius loquatur. Multa alia huiuſmodi poſſunt occurrere vel legenti vel cogitanti, quæ poſſibilia deo negare non poſſumus, quamuis eorum deſit exemplum. Sed quia dici poteſt, illa opera eſſe diuina: iuſte autem viuere ad noſtra opera pertinere: ſuſcepi oſtendere etiam hoc opus eſſe diuinum: & hoc egi libro iſto loquacius fortaſſe quàm ſat eſt: ſed cõtra inimicos gratiæ dei etiam parum mihi dixiſſe videor: nihilq; me tam multum dicere delectat, quàm vbi mihi & ſcriptura eius plurimum ſuffragatur, & id agitur vt qui gloriatur in domino glorietur, *2.Cor.10.* & in omnibus gratias agamus domino deo noſtro ſurſum corda habentes, vnde à patre luminum omne datum optimum & omne donum perfectum eſt. *Iacobi 1.* Nam ſi propterea non eſt opus dei quia per nos agitur, vel quia illo donante nos agimus, nec illud eſt opus dei, vt mons transferatur in ma- E re, quia per fidem hominum fieri poſſe dominus dixit, & hoc ipſorum operi attribuit dicens, *Marci.11.* Si habueritis in vobis fidem tanquã granum ſinapis, dicetis monti huic tollere & mittere in mare, & fiet, & nihil impoſſibile erit vobis. Certe vobis dixit, nõ mihi aut patri: & tamen hoc nullo modo facit homo niſi illo donante & operante. Ecce quemadmodũ ſine exemplo eſt in hominibus perfecta iuſticia, & tamen impoſſibilis non eſt: Fieret enim, ſi tanta voluntas adhiberetur, quanta ſufficit tantæ rei: Eſſet autem tanta ſi & nihil eorum quæ pertinent ad iuſticiam nos lateret, & ea ſic delectarent animũ, vt quicquid aliud voluptas ſiue dolor impedit, delectatio illa ſuperaret: quod vt non ſit, non ad impoſſibilitatem, ſed ad iudicium dei pertinet. Quis enim neſciat, non eſſe in hominis poteſtate quid ſciat, nec eſſe conſequens, vt quod appetendum cognitum fuerit appetatur, niſi tantum delectet, quantum diligendum eſt: Hoc autẽ ſanitatis eſt animæ.

Præceptum dilectionis quãdo implebitur. C.XXXVI. Sed fortaſſe quiſpiam putauerit nihil nobis deeſſe ad cognitionem iuſticiæ, quòd dominus verbum conſummans & breuians ſuper terram, dixit in duobus præceptis totam legem Prophetaſq; pendere, F nec ea tacuit ſed verbis apertiſſimis prõpſit. *Matth. 22.* Diliges, inquit, dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tãquam teipſum. Quid verius, his impletis impleri omnino iuſticiam? *Iacobi. 3.* Veruntamen qui hoc attendit, etiam illud attendat, quàm in multis offendamus omnes, dum putamus deo, quem diligimus, placere, vel non diſplicere quod facimus: & poſtea per ſcripturam eius, ſiue certa & perſpicua ratione commoniti, cum didicerimus quòd ei non placeat, pœnitendo deprecamur vt ignoſcat. Plena humana vita eſt documẽtis talibus. Vnde autem minus nouimus quid ei placeat, niſi quia & ipſe minus notus eſt nobis? *1. Corin.13.* Videmus enim nunc per ſpeculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Quis vero exiſtimare audeat, cum eò ventum fuerit, quod ait, Vt cognoſcam ſicut & cognitus ſum, tantam dei dilectionem fore contẽplatoribus eius, quanta fidelibus nunc eſt: aut illo modo hanc illi tanquam de proximo cõparandam? Porrò ſi quanto maior noticia, tanto erit maior dilectio: profecto nunc quantum deeſt dilectioni, tantum tunc perficiẽdæ iuſticiæ deeſſe cre- *Iuſticia.*

dendum

G dendum eſt. Sciri enim aliquid vel credi, & tamen non
diligi poteſt: diligi autem quod neque ſcitur neque cre-
† *At ſi cre-* ditur, non poteſt. At ſi credendum eſt quòd ad tantam†
dendo ad dilectionem ſancti peruenire potuerunt, qua certe ma-
tantam. iorem in hac vita eſſe non poſſe dominus ipſe teſtatus
† *animas* eſt, vt animam ſuam† pro fide & pro fratribus poneret:
ſuas. cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc am-
bulatur, non per ſpeciem, peruentum erit ad ſpeciem,
quam nondum viſam ſperamus, & per patiẽtiam expe-
ctamus, proculdubio & ipſa dilectio non ſolum ſupra
quàm hic habemus, ſed longe ſupra quàm petimus, &
ſupra quàm intelligimus erit: nec ideo tamen plus eſſe
poterit, quàm ex toto corde, ex tota anima, ex tota men-
te: neque enim reſtat in nobis aliquid quod addi poſsit
ad totum: quia ſi reſtabit aliquid, illud non erit totum.
Proinde hoc erit primum præceptum iuſticiæ, quo iu-
bemur diligere deum ex toto corde, ex tota anima, & ex
tota mente: cui eſt de proximo diligendo alterum con-
1. Corin. 13. ſequẽs, quod in illa vita complebimus, cum videbimus
facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc etiam nũc præcep-
tũ eſt, vt admoneremur quid fide expoſcere, quò ſpem
H præmittere, & obliuiſcendo quæ retro ſunt, in quæ an-
Philip. 3. teriora nos extendere debeamus. Ac per hoc quantum
mihi videtur, in ea quæ perficienda eſt iuſticia, multum
in hac vita ille profecit, qui quàm longe ſit à perfectio-
Abacuch. ne iuſticiæ, proficiendo cognouit. Sed dici poteſt quæ-
2. dam iuſticia minor huic vitæ competens, qua iuſtus ex
Roma. 1. fide viuit, quamuis peregrinus à domino: & ideo per fi-
2. Cor. 5. dem ambulans, nondum per ſpeciem, non abſurde di-
citur etiam ad iſtam pertinere ne peccet: neque enim ſi
eſſe nõdum poteſt tanta dilectio dei, quanta illi cogni-
tioni plenæ perfectæq; debetur, iam culpę duputandum
eſt. Aliud eſt enim totam nondum aſſequi charitatem,
aliud nullam ſequi cupiditatem. Quamobrem debet ho
mo, quamuis longè minus amet deum, quàm eum po-
teſt amare conſpectum, nihil tamen appetere illicitum:
ſicut etiam in his, quæ adiacent ſenſibus corporis, po-
teſt oculus nullis tenebris delectari, quamuis non poſsit
in fulgẽtiſsima luce defigi. Verum ecce iam talem con-
ſtituamus animam humanam in hoc corruptibili cor-
pore, quæ & ſi nondum illa ſupereminentiſsima perfe-
ctione charitatis dei omnes motus terrenæ libidinis ab-
ſorbuerit atque conſumpſerit, tamen in iſta minore iu-
I ſticia ad illicitum aliquid operandũ eidem libidini nul-
la inclinatione conſentiat: vt ad illam vitã iam immor-
Deute. 6. talem pertineat. Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.
Roma. 6. Ad hanc autem, Nõ regnet peccatum in veſtro mortali
corpore ad obediendum deſideriis eius: ad illam, Non
Exod. 20. concupiſces: Ad iſtam, Poſt concupiſcentias tuas non
Eccli. 18. eas: ad illã nihil amplius quærere quàm in ea perfectio-
ne perſiſtere: Ad iſtam, hoc quod agit in opere habere,
& illius perfectionem pro mercede ſperare: vt per illam
iuſtus ſine fine viuat in ſpecie, quam in iſta deſiderauit:
per hanc autem iuſtus viuat ex fide, in qua illam certo
fine deſiderat. His conſtitutis peccatum erit hominis ex
fide viuentis, aliquando alicui delectationi illicitæ con-
ſentire, non tantum in illis horrẽdis facinoribus & fla-
gitiis perpetrandis, verumetiam in iſtis leuioribus: vt
vel aurem alicui voci, quæ audienda non eſſet, vel lin-
guam alicui quæ dicenda non eſſet, accommodet: vel
in ipſo corde aliquid ita cogitet, vt mallet licitũ quòd
male delectat, & per præceptum ſcitur illicitum: etiam
iſta quippe conſenſio eſt ad peccatum, quę vtique fieret,
niſi pœna terreret. Tales iuſti ex fide viuentes, non opus
habent dicere, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos K
dimittimus debitoribus noſtris, falſumque eſſe conuin- *Matth. 6.*
cunt, quod ſcriptum eſt, Non iuſtificabitur in cõſpectu *Pſal. 142.*
tuo omnis viuens. Et illud, Si dixerimus quia peccatum *1. Ioan. 1.*
non habemus, noſmetipſos decipimus & veritas in no-
bis non eſt. Et illud, Quia non eſt homo qui non pec- *3. Reg. 8.*
cabit. Et illud, Non eſt iuſtus in terra qui faciet bonum *Eccleſ. 7.*
& non peccabit. Vtrunque enim hoc teſtimonium non
de præterito dicit, id eſt, peccauit, ſed de futuro, id eſt,
peccabit: & ſi qua alia in hanc ſentẽtiam ſancta ſcriptu-
ra commemorat. Sed quoniam hæc falſa eſſe non poſ-
ſunt, illud eſſe cõſequens video, vt qualẽlibet vel quan-
tamlibet in hac vita potuerimus definire iuſticiam, nul-
lus in ea ſit hominum qui nullum habeat omnino pec-
catum: omniq; homini ſit neceſſarium dare vt detur il-
li, dimittere vt dimittatur illi: & ſi quid habet iuſticiæ, *Luca. 6.*
non de ſuo ſibi eſſe præſumere, ſed de gratia iuſtificãtis
dei, & adhuc tamen ab illo eſurire & ſitire iuſticiam qui
eſt panis viuus, & apud quem fons vitæ: qui ſic operatur
iuſtificationem in ſanctis ſuis in huius vitæ tentatione
laborãtibus, vt tamen ſit & quod petẽtibus largiter ad-
iiciat, & quod confitentibus clemẽter ignoſcat. Sed in- L
ueniant iſti ſi poſſunt aliquẽ ſub onere corruptionis hu-
ius viuentem, cui iam non habeat deus quod ignoſcat:
niſi tamen eum fateantur non doctrina legis datæ, ſed
etiam infuſo ſpiritu gratiæ vt talis eſſet, adiutum, non
cuiuſmodi peccati crimen, ſed ipſius impietatis incur-
rent. Sanè quanquam talem, ſi teſtimonia illa diuina cõ-
petenter accipiant, prorſus inuenire non poſſunt: nullo
modo tamen dicendum eſt deo deeſſe poſsibilitatem,
qua voluntas ſic adiuuetur humana, vt non ſolum iuſti-
cia iſta quæ ex fide eſt, omni ex parte modo perficiatur
in homine, verumetiam illa ſecundum quam poſtea in
æternum in ipſa eius contẽplatione viuendũ eſt. Quan- *1. Cor. 15.*
doquidem ſi nunc velit [in quoquam] etiã hoc corrup-
tibile induere incorruptionẽ, atque hic inter homines
morituros eum iubere viuere minime moriturũ, vt to-
ta penitus vetuſtate conſumpta nulla lex in mẽbris eius
repugnet legi mẽtis, deumq; vbiq; præſentẽ ita cogno- *Roma. 7.*
ſcat ſicut ſancti poſtea cogituri ſunt, quis demens au-
deat affirmare non poſſe? Sed quare non faciat, quęrunt
homines, nec qui quærunt ſe attendunt eſſe homines.
Scio quòd ſicut impoſsibilitas, ita & iniquitas non eſt M
apud deum. Et ſcio quòd ſuperbis reſiſtit, humilibus au- *Roma. 9.*
tem dat gratiã. Et ſcio quod illi cui ne extolleretur da- *Iacobi. 4.*
tus erat ſtimulus carnis angelus ſatanæ qui eũ colaphi- *2. Corin. 12.*
zaret, ſemel & iterum & tertio deprecanti dictum eſt,
Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perfi-
citur. Aliquid ergo eſt in abdito & profundo iudiciorũ
dei, vt etiam iuſtorũ omne os obſtruatur in laude ſua,
& non aperiatur niſi in laudem dei. Hoc autem aliquid *Rom. 11.*
quis poſsit ſcrutari, quis inueſtigare, quis noſſe? tam ſunt
inſcrutabilia iudicia eius & inueſtigabiles vię eius. Quis
enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſiliarius il-
li fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei: quoniã
ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia, Ipſi gloria
in ſecula ſeculorum, Amen.

LIBRI DE SPIRI-
tu & litera
Finis.

A DIVI AVRELII AVGVSTINI LIBER DE DIuinatione dæmonum.

Non ſtatim rectū quod de⁹ permittit. Cap. I.

QVODAM die in diebus ſanctis
octauarum, cum mane apud me
adeſſent multi fratres laici chri-
ſtiani, & in loco ſolito conſediſ-
ſemus, ort⁹ eſt ſermo de religio-
ne Chriſtiana aduerſus præſūp-
tionem, & tanquā miram & ma-
gnam ſcientiā Paganorū, quem
recordatum atque completum literis mandandum pu-
taui, non expreſsis contradicentium perſonis, quamuis
Chriſtiani eſſent, & magis contradicēdo quærere vide-
rentur quid Paganis reſpōderi oporteret. Cum ergo de
diuinatione dæmonū quæreretur, & affirmaretur præ-
dixiſſe, neſcio quem, euerſionem templi Serapis, quæ in
Alexandria facta eſt, Reſpondi, non eſſe mirandum, ſi
iſtam euerſionem templi ſimulachris ſuis imminere dę-
B mones, & ſcire & prædicere potuerunt, ſicut alia multa
quantum eis noſſe & prænunciare permittitur. Et cum
mihi referretur, nō ergo malæ ſunt diuinationes huiuſ-
modi, nec deo diſplicent, alioquin omnipotēs & iuſtus

Aliud facere, aliud permittere deum.

iſta fieri nō permitteret, ſi mala & iniuſta eſſent, Reſpō-
di non ideo hæc videri iuſta debere, quòd ea fieri ſine-
ret omnipotentiſsimus & iuſtiſsimus deus: nam & alia
multa manifeſtiſsime iniuſta fieri, ſicut homicidia, adul-
teria, furta, rapinas, & cætera huiuſmodi, quæ quāuis iu-
ſto deo, eo quòd iniuſta ſint, ſine dubitatione diſpli-
ceant, idem tamen omnipotens ea fieri certa iudicij ſui
ratione permittit: nō vtique impune, ſed ad eorū dam-
nationem, à quibus fiunt quę diſplicent iuſto. Et cum e-
contrario diceretur, non quidem eſſe dubitādum quòd
omnipotens & iuſtus ſit deus: ſed hęc humana peccata,
quæ contra ſocietatem hominum fierent, non eum cu-
rare dum fierent, propterea ea poſſe fieri: quæ vtique fie-
ri non poſſent, ſi omnipotens non ſiuiſſet: illa vero quæ
ad ipſum religionis cultum pertineant, nullo modo ab
eodem credendum eſſe contemni: ac per hoc fieri non
potuiſſe, niſi ei placuiſſent, & ideo ea mala putari nō o-
portere. Ad hoc quoque reſpondi, Nunc ergo ei diſpli-
C cent, cum templa & ſimulachra euertuntur, & illa gen-
tium ſacrificia ſi facta fuerint, puniūtur. Sicut enim di-
citur, nō ea fieri potuiſſe, niſi deo placuiſſent, & ideo bo-
na putanda, quoniam iuſto placent: ita dici poteſt non
ea prohiberi, euerti, puniri potuiſſe, niſi deo diſplicerēt:
ac per hoc ſi tunc ideo recte fiebant, quia iuſto deo pla-
cere hinc oſtendebantur quòd ab illo fieri ſinebantur:
ideo nunc inique fiunt, quia deo diſplicere hinc oſten-

Deus etiam iniuſta ſinit fieri, ipſe iuſtiſsimus. Ca. II.

dūtur, quòd ea vel iubet vel permittit euerti. Contra
hoc dictum eſt, Iniuſta quidē eſſe nunc iſta, non tamen
mala. Et ideo iniuſta, quia cōtra leges quibus prohiben-
tur, fiunt, ideo autem non mala, quia ſi mala eſſent, nun-
quam deo vtique placuiſſent. Porrò ſi nunquā placuiſ-
ſent, nunquam & facta eſſent, illo non ſinente qui om-
nia poteſt, & qui talia non contemneret: quoniam tam
magna ſunt, vt contra ipſam religionem, qua deus coli-
tur, fierent, ſi male fierēt. Hic ego, ſi propterea, inquam,
mala nō ſunt, quia deo placere hinc probantur, quia ea
fieri ſinit omnipotens, quo modo erit bonum quòd fie-
ri prohibentur & euertuntur? Si autem bonum non eſt
quòd euertuntur quæ deo placent, hoc fieri non ſineret
omnipotens, quia & hoc contra religionem fit qua co-
litur deus, ſi ea quæ deo placent, ab hominibus euertun- D
tur. Si autem hæc cum male fiunt, permittit omnipotēs,
non ideo putanda ſunt illa bona, quòd ea fieri permit-
tit omnipotens. Dictum contra eſt, concedendum eſſe
nunc iſta recte non fieri, imò ideo prorſus iam non fie-
ri quòd omnipotenti nunc diſplicent, veruntamen pla-
cuiſſe cum fierent: nos enim neſcire vnde tunc placue-
rint, nunc autem vnde diſpliceant: dum tamen certum
ſit, nec tunc fieri potuiſſe, niſi placuiſſent omnipotenti,
nec nūc ceſſaſſe, niſi diſplicuiſſent omnipotēti. Ad hoc
ego, Cur ergo, inquam, & nunc talia clanculo fiunt, quę
vel perpetuo deliteſcunt, vel deprehenſa puniūtur, ſi ni-
hil horum fieri ſinit omnipotens, niſi quod ei iuſto pla-
cet, cum iuſto quod iniuſtū eſt placere non poſsit? Con-
tra hoc dictum eſt, nunc omnino talia nō fieri. Sacra e-
nim illa, inquit, non fiunt, quæ pontificalibus conſcrip-
ta ſunt libris. Ea quippe tunc recte fiebant, ea tunc deo
placere demōſtrabantur, eo ipſo quòd ab omnipotente
ac iuſto fieri ſinebantur. Si quid autem nunc prohibito-
rum ſacrificiorum fit occulte atq; illicite, non eſt illi pō-
tificali ſacrificiorum generi cōparandum, ſed in eo de-
putandum, quod etiam nocturno fit tempore, cum hæc E
omnia illicita ipſis pōtificalibus libris certum ſit prohi-
beri atq; damnari. Et hic reſpōdi, Cur ergo vel talia per-
mittit deus fieri, ſi nihil eorum malefactorum contem-
nit, quæ contra religionē fiunt: cum præſertim hæc eum
curare hinc etiam cogantur concedere qui pontificales
libros magni æſtimant, quòd ea quæ his libris prohibē-
tur, vtique prohiberi diuinitus aſſerunt? Quo modo er-
go diuinitus prohibentur, niſi quia diſplicent deo, quæ
vtique prohibēdo non ſolū ſibi diſplicere, verumetiam
curare ſe oſtendit, neq; omnino cōtemnere? Vnde col-
ligitur quòd deus aliquid & improbet iuſtus, & tamen
permittit omnipotens. Hæc cum dicta eſſent, cōceſſum
eſt, non ideo putandum aliquid iuſte ac bene fieri, quia
hoc omnipotens quamuis ei diſpliceat, fieri tamen ſinit:
fatendumq; eſſe etiam illa mala quæ cōtra religionem,
qua colitur deus, fiunt, & diſplicere deo iuſto, & ratione
iudicij eius ab omnipotēte permitti. Sed aliud iam eſſe
tractandum, vnde ſint diuinationes vel dęmonum, vel
quilibet illi ſint, quos deos Pagani vocant. Videndum
enim eſſe ne forte non quidem propterea hæc bona pu-
tanda ſint, quia ea fieri permittit omnipotens, ſed ideo F
quia tam magna ſunt, vt non niſi dei potentiæ tribuen-
da eſſe videantur. Ad hæc me poſtea reſponſurum eſſe
promiſi, quoniam tunc hora prodeundi ad populum
iam nos vrgebat, nec diſtuli, cum ſpacium datū eſt ſcri-
bendi, & illa retexere, & iſta ſubtexere. Dęmonum ea

Non ſtatim præſtātiora ſunt, quæ ſenſu præcellunt. Cap. III. 26. q. 3 cap. Sciendum.

eſt natura, vt aërei corporis ſenſu, terrenorū corporum
ſenſum facile præcedāt, celeritate etiā propter eiuſdem
aërei corporis ſuperiorem mobilitatem, nō ſolum cur-
ſus quorumlibet hominū vel ferarum, verumetiam vo-
latus auium incomparabiliter vincant. Quibus duabus
rebus quantū ad aëreum corpus attinet præditi, hoc eſt,
acrimonia ſenſus & celeritate mot⁹, multo ante cogni-
ta prænunciant vel nunciant, quæ homines pro ſenſus
terreni tarditate mirentur. Acceſsit etiam dæmonibus
per tam longum tempus quo eorū vita protenditur, re-
rum longe maior experientia, quàm poteſt hominibus
propter breuitatē vitæ prouenire. Per has efficacias quas
aërei corporis natura ſortita eſt, non ſolum multa futu-
ra prædicunt dęmones, verumetiam multa mira faciūt.
Quæ quoniam homines dicere ac facere non poſſunt,
eos dignos quidam quibus ſeruiant, & quibus diuinos
honores deferant, arbitrantur, inſtigante maxime vicio
curioſitatis

G curioſitatis propter amorem fœlicitatis falſæ atq; terrenæ, & excellentiæ temporalis. Qui autem ſe ab his cupiditatibus mundant, nec eis ſe fallẽdos capiendoſq; permittunt, ſed inquirunt & amãt aliquid quod eodẽ modo ſemper eſt, cuius participatione beati ſint: primo cõſiderant non ideo ſibi præponẽdos eſſe dæmones, quòd acriore ſenſu corporis præualent, aërei ſcilicet, hoc eſt, ſubtilioris elemẽti, quia nec in ipſis terrenis corporibus beſtias ſibi præponendas putant, quæ acrius multa præſentiunt: velut ſagacem canem, quia latentem feram olfactu acerrimo ſic inuenit, vt ad eam capiendam ducatum quendã homini prębeat, non vtiq; prudentiore intellectu animi, ſed acutiore corporis ſenſu: vel vulturẽ, quia proiecto cadauere ex improuiſa longinquitate aduolat: nec aquilam, quia ſublimiter volans de tanto interuallo ſub fluctibus natãtem piſcem dicitur peruidere, & grauitèr aquis illiſa exertis pedibus atq; vnguibus rapere, Nec alia multa animantium genera, quæ inter herbas ſaluti ſuæ noxias paſcendo circũerrant, nec aliquid eorum quo lædantur attingũt, cum eas homo vix experiendo cauere didicerit, & multa innoxia quæ ſint inexperta formidet. Vnde conijcere facile eſt, quanto H poſsit in aëreis corporib⁹ ſenſus acrior eſſe: nec ideo tamẽ dæmones qui eo prædiri ſunt, bonis hominibus pręponendos prudens quiſque cẽſuerit. Hoc & de corporum celeritate dixerim. Et hac enim præſtantia, non ſolum à volucribus homines, verumetiã à multis quadrupedibus ita ſuperantur, vt in eorum cõparatione plumbei deputãdi ſint: nec tamen ideo ſibi hæc animantium genera exiſtimant præponenda, quibus capiẽdis & mãſuefaciendis, atque in ſuæ voluntatis vſum cõmodumq; redigendis, non vi corporis ſed rationis imperitant.

Tribuit dæmonibus corpora.

Vnde dæmones mirasciant. Cap. IIII.

Illam vero tertiam dęmonum potentiam, quòd diuturna rerum experiẽtia quemadmodũ prænoſcant atq; prænunciant multa didicerunt, ita cõtemnunt qui hæc vigilanter curant à veriſsimæ lucis veritate diſcernere, vt nec malos ſenes plura expertos, & ob hoc quaſi doctiores, ideo probi adoleſcentes ſibi antecellere exiſtiment: nec medicos, nec nautas, nec agricolas, quos prauæ voluntatis & iniquis moribus viderint, ideo ſibi putent eſſe præferendos, quòd illi de valitudinibus, illi de tempeſtatibus, illi de arbuſtorum frugúmque generibus multa ita pręnunciant, vt harum rerum inexperto diuinare videãtur. Quòd vero non ſolũ dæmones quędam I futura prædicunt, verumetiã quædam mira faciunt, pro ipſa vtique ſui corporis excellẽtia, cur non contẽnatur à prudentibus, cum pleriq; iniqui ac perditi homines ita exerceãt corpora ſua tantaq; diuerſis artibus agere poſſint, vt ea qui hęc neſciũt nec aliquãdo viderunt, etiam narrata vix credant? Quàm multa funambuli cæterique theatrici artifices, quàm multa opifices, maximeq; mechanici miranda fecerunt: num ideo meliores ſunt bonis, & ſancta pietate præditis hominibus præponendi ſunt? Quę ideo commemoraui, vt qui hæc ſine peruicacia, & ſine vana reſiſtendi animoſitate conſiderat, ſimul cogitet, ſi de ſubiacẽte craſsiore materia, vel ſui quiſque corporis vel terræ & aquæ, lapidũ atque lignorum, metallorumq; variorum tanta quidam homines poſſunt, vt eos illi qui hæc nõ poſſunt, plerũque ſtupendo, in ſui comparatione diuinos vocent, cum quidã illorum ſint artibus potẽtiores, quidam iſtorum moribus meliores: quãto maiora & mirabiliora pro ſubtiliſsimi corporis, hoc eſt, aërei facultate & facilitate dæmones poſsint: cũ tamen ſint voluntatis prauitate, maximeq; ſuperbiæ faſtu & euidenti malicia ſpiritus immũdi atque peruerſi.

Quantum autem valeat aëris elementũ, quo eorũ corpora præualẽt ad multa viſibilia inuiſibiliter molienda, mouenda, mutãda atque verſanda, lõgum eſt nunc demonſtrare: & puto quòd vel mediocriter cõſiderãti facile occurrat. K

Vnde dæmones præsciãt vẽtura. Cap. V.

26. q. 3. cap. Sciendum.

Quæ cum ita ſint, primũ ſciendum eſt, quoniã de diuinatione dęmonũ quęſtio eſt, illos ea plerunque prænũciare quæ ipſi facturi ſunt. Accipiũt enim ſæpe poteſtatem & morbos immittere, & ipſum aërem viciando morbidũ reddere, & peruerſis atq; amatorib⁹ terrenorum cõmodorũ malefacta ſuadere: de quorum moribus certi ſunt, quòd ſint eis talia ſuadentibus conſenſuri. Suadent autem miris & inuiſibilibus modis per illam ſubtilitatem ſuorum corporũ corpora hominum non ſentientium penetrando, ſeſeq; cogitationibus eorum per quædam imaginaria viſa miſcendo, ſiue vigilantium, ſiue dormientiũ. Aliquando autẽ non quæ ipſi faciunt, ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcunt, quę ſigna in hominum ſenſus venire non poſſunt, ante prædicunt. Neq; enim quia præuidet medicus, quod nõ præuidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus eſt. Quid autẽ mirum, ſi quemadmodum ille in corporis humani vel perturbata vel modificata tẽperie ſeu bonas ſeu malas futuras præuidet valetudines, ſic dæmon L in aëris affectione atque ordinatione ſibi notas, nobis ignotas, futuras præuidet tempeſtates? Aliquando & hominum diſpoſitiones, non ſolum voce prolatas, verumetiam cogitatione cõceptas, cum ſigna quædam ex animo exprimũtur in corpore, tota facilitate perdiſcũt: atq; hinc etiã multa futura prænunciant, alijs videlicet mira, qui iſta diſpoſita non nouerunt. Sicut enim apparet cõcitatior animi motus in vultu, vt ab hominibus quoque aliquid forinſecus agnoſcatur quod intrinſecus agitur: ita non debet eſſe incredibile, ſi etiã leniores cogitationes dãt aliqua ſigna per corpus, quæ obtuſo ſenſu hominum cognoſci nõ poſſunt, acuto autem dæmonum poſſunt.

Rurſus corpora.

2. Retrac. cap 30.

26. q. 4. ca. quodam.

Senſum tribuit dæmonibus.

Alia dæmonum, alia Prophetarum oracula. Cap. VI.

Hac atque huiuſmodi facultate multa dæmones futura prænunciant, cum tamen ab eis longe ſit altitudo illius prophetiæ, quã deus per ſanctos angelos ſuos & Prophetas operatur: nam ſi quid de illa dei diſpoſitione prænunciãt, audiunt vt prænuncient: & cũ ea prædicũt quæ inde audiunt, nõ fallunt neque falluntur: veraciſsima enim ſunt angelica & prophetica oracula. Si autẽ nõ indignãter accipiatur, quòd aliqua etiam talia dæmones audiant & prædicãt, quaſi aliquid indignũ ſit, vt quod ideo dicitur vt hominibus innoteſcat, M hoc non ſolũ boni, verumetiam mali non taceant: cum in ipſis hominib⁹ etiam vitæ bonæ præcepta videamus pariter à iuſtis peruerſiſque cantari, Nec obeſſe aliquid, imò etiã prodeſſe ad maiorem noticiã famamq; veritatis, cum de illa etiã hi quicquid nouerunt dicunt, qui ei peruerſis moribus contradicunt. In cæteris autẽ prædictionibus ſuis dęmones plerunque & falluntur & fallunt. Falluntur quidẽ, quia cũ ſuas diſpoſitiones pronũciant, ex improuiſo deſuper aliquid iubetur, quod eorũ conſilia cuncta perturbet: velut ſi aliquid diſponãt quilibet homines quibuſlibet poteſtatib⁹ ſubditi, quod nõ prohibituros ſuos præpoſitos arbitrantur, idq; facturos ſe eſſe promittant. At illi penes quos maior poteſtas eſt, ex alio ſuperiore conſilio hoc totũ diſpoſitum atq; præparatum repente prohibeant. Falluntur etiam cum cauſis naturalib⁹ aliqua, ſicut medici, aut nautæ, aut agricolæ, ſed longe acutius, longeq; præſtantius pro aërei corporis ſenſu ſolertiore & exercitatiore pręnoſcũt: quia & hęc ab angelis deo ſummo pie ſeruiẽtibus ex alia diſpoſitione ignota dæmonibus, ex improuiſo ac repẽte mutantur.

Quo modo fallãtur dæmones.

A tantur. Tanquã ſi ægro aliquid extrinſecus accidat quo moriatur, quem medicus veris ſalutis præcedentibus ſignis victurũ eſſe promiſerat. Aut ſi aëris qualitate præuiſa, diu flaturũ illum ventum nautarũ aliqui prædixiſſent, cui dominus Chriſtus cum diſcipulis nauigans, vt quieſceret imperauit, & facta eſt trãquillitas magna. Vel ſi agricola illo anno fructificaturã vitem aliquã polliceatur, naturã vtique terrę & numeros ſeminum callẽs, quo tamen anno eam vel improuiſa cœli intẽperies areſaciat, vel aliqua iuſsio potentioris eradicet, Ita multa etiam ad præſcientiam prædictionemq; dæmonum pertinẽtia, quæ minorib⁹ & vſitatioribus cauſis futura pręuidentur, eadẽ maioribus & occultioribus cauſis impedita mutãtur. Fallunt autẽ etiam ſtudio fallẽdi & inuida voluntate, qua hominũ errore lætantur. Sed ne apud cultores ſuos põdus authoritatis amittant, id agunt, vt interpretibus ſuis ſignorumq; ſuorum cõiectoribus culpa tribuatur, quãdo vel decepti fuerint vel mentiti. Nõnunquã vero ipſi maligni ſpiritus & illuſores hominũ atq; inuaſores ſalutis eorũ ſolent prædicere defectũ culturæ ſuæ & idolorum ruinã, quatenus præſcij videãtur,

Math.8.

Quo modo fallant.

26.q.3.cap. Sciendum.

B quod in ſingulis regnis aut in locis venturũ ſit, & quod aduerſi ſuæ factioni cõtingere poſsit, quod etiã illi qui gentilium hiſtorias legunt, nõ ignorant. Quid ergo mirum, ſi iam imminente tẽplorum aut ſimulacrorũ euerſione, quàm Prophetæ dei ſũmi tãto ante prædixerãt, Serapis dęmõ alicui cultorum ſuorum hoc de proximo prodidit, vt ſuã quaſi diuinitatẽ recedens vel fugiẽs cõmendaret? Fugantur enim iſti, vel etiã iuſsis ſuperioribus colligati abſtrahũtur & alienantur à locis ſuis, vt de rebus quibus dominabãtur in quibuſq; colebãtur, fiat voluntas dei, qui hoc tanto ante per omnes gẽtes futurum eſſe prædixit, & vt per ſuos fideles fieret imperauit. Cur autẽ hoc non ſineretur dæmon prædicere, cum ſibi iam prænoſceret imminere, cũ hæc prædictio & à Prophetis atteſtaretur, à quibus ſunt iſta conſcripta, vt prudẽtibus daretur intelligi, quàm vigilãter eſſet dæmonũ cauẽda fallacia, cultuſq; fugiendus? Qui cũ ante per tam longum tempus in tẽplis ſuis hæc futura tacuiſſent, quæ per Prophetas prædicta ignorare nõ poſſent, poſteaquã appropinquare cœperunt, voluerũt ea quaſi prædicere, ne ignari victiq; putarentur. Cum igitur tam lõge ante

Qur dæmones ipſorum mala, vel ſileant vel prædicant interdum. Cap. VII.

C prędictũ eſſet atque cõſcriptum, vt alia interim taceam, illud quod Sophonias Propheta dicit, Præualebit dominus aduerſus eos, & exterminabit omnes deos gentiũ terræ, & adorabunt eum vnuſquiſq; de loco ſuo, omnes inſulæ gentium: Aut nõ credebãt iſta ſibi euẽtura, qui in templis gentiũ colebãtur, & hoc ideo per ſuos vates ac phanaticos frequentare noluerunt: Sicut eorum Poëta Iunonem inducit non omni modo credentem, quæ de Turni morte Iupiter dixerat. Iuno autem ab iſtis poteſtas aërea prædicatur, quæ apud Virgilium ſic loquitur,

Sopho.2.

Virg.10. Aeneid.

Nunc manet inſontem grauis exitus, aut ego veri
Vana feror, quod vt ô potius formidine falſa
Ludar, & in melius tua qui potes orſa reflectas.

Aut ergo iſta ſibi quæ per Prophetas prædicta nouerãt, poſſe accidere dæmones, hoc eſt poteſtates aëreę dubitabãt, & propterea prædictionẽ eorum celebrare noluerunt, & hinc intelligendũ eſt quales fuerãt cum ea ventura certiſsime ſcirent, ideo per ſua tẽpla tacuerunt, ne iam nunc inciperent ab hominibus intelligẽtibus deſeri atq; cõtemni, quod de tẽplorum atq; ſimulachrorũ ſuorũ futura euerſione eis Prophetæ atteſtarẽtur qui eos coli prohibebãt. Nunc vero poſteaquã tempus aduenit quo cõplerentur vaticinia Prophetarum dei vnius, qui

D iſtos deos falſos dicit, & ne colãtur vehemẽtiſsime præcepit, cur nõ hoc etiam ipſi cõpertũ prædicere ſinerentur, vt inde clarius appareret eos hæc antea vel minime credidiſſe vel ſuis cultoribus enunciare timuiſſe, in fine autẽ tanquam nihil habẽtes amplius quod agerẽt etiam ibi voluiſſe ſuam oſtentare diuinationem, vbi iam produntur diu ſimulaſſe diuinitatem? Quod autẽ dicunt reliqui eorum cultores etiam ſuorum quibuſdam libris hæc præcognita cõtineri, quanquam ex rebus impletis conficta putãda ſint quæ in eorũ templis tam longo antea tẽpore populis eorum ſi vera eſſent innoteſcere debuerunt, ſicut noſtra non ſolum in Eccleſiis noſtris, verumetiam quod ad grauius teſtimonium cõtra omnes inimicos valet in Iudæorum ſynagogis antiquiſsima & notiſsima recitantur: nec tamen iſta ipſa quæ ab eis vix raro & clanculo proferuntur mouere nos debẽt, ſi cuiquam dæmonũ extortum eſt id prodere cultoribus ſuis quod didicerat ex eloquiis prophetarũ vel ex oraculis angelorũ. Quod cur non fieret, cum & iſta non ſit oppugnatio ſed atteſtatio veritatis? Illud enim quod ſolũ ab ipſis phanaticis flagitandum eſt, nec vnquam antea

Etiam dæmones interdũ docẽt verũ deum colendum. Cap. VIII.

E protulerũt, nec vnquã poſtea niſi forte confictum proferre conabuntur, aliquid deos ſuos per vates ſuos cõtra deum Iſraël auſos fuiſſe prodere aut dicere. De quo deo doctiſsimi eorũ authores, qui oñia illa legere ac noſſe potuerunt, magis quæſierũt quis deus eſſet, quam deum negare potuerunt. Porrò autẽ deus iſte quem nullus eorum negare auſus eſt verũ deum, quia & ſi negaret, non ſolum ſubiaceret debitis pœnis, verumetiam certis conuinceretur effectibus: iſte ergo deus, quẽ nemo, vt dixi, illorũ auſus eſt negare verũ deum, illos falſos eſſe deos & omnino deſerendos, eorumq; templa & ſimulachra & ſacra euertenda per ſuos vates, hoc eſt prophetas, aperta denũciatione prædixit, aperta poteſtate præcepit, aperta veritate cõpleuit. Vnde quis vſqueadeo deſipiat, qui non potius eum colẽdum eligat, quẽ coli non prohibent, quos & colebat? Quem proculdubio cum colere cœperit, illos vtique non eſt culturus quos prohibet coli quem colit. Quod autẽ ipſum eſſent culturæ gentes exterminatis diis falſis quos antea colebãt, à Prophetis eius eſſe prædictum pauloante cõmemoraui, & nũc repeto. Præualebit, inquit, dominus aduerſus eos, & exterminabit omnes deos gentiũ terræ, & adorabũt eum vnuſquiſque de loco ſuo omnes inſulę gentium. Neque

Dæmonum cult⁹ vni⁹ dei cultui ceſſuros prædictũ à prophetis.

F enim ſolæ inſulæ, ſed ita omnes gentes, vt etiam omnes inſulæ gentium, quãdoquidem alibi non inſulas nominat, ſed vniuerſum orbem terrarum, dicens, Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominum, vniuerſi fines terræ: Et adorabunt in conſpectu eius, vniuerſæ patriæ gentium: Quoniã domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. Hæc autem per Chriſtum fuiſſe cõplenda, & aliis pluribus teſtimoniis, & in eodẽ ipſo Pſalmo vnde hoc cõmemoraui, ſatis apparet. Cum enim paulo ſuperius futuram paſsionem ſuã per Prophetã ipſe loqueretur, dicens, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea: Ipſi vero cõſiderauerunt & cõſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtem meã miſerunt ſortem: paulo poſt infertur illud quod poſui, Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominum, vniuerſi fines terræ &c. Quãquam & per illud teſtimonium quod prius adhibui, vbi dictum eſt, Præualebit dominus aduerſus eos, & exterminabit omnes deos gentium terræ: in eo quòd poſitum eſt, pręualebit: ſatis oſtenditur hoc etiam prænũciatum, quòd Pagani prius oppugnaturi eſſent Eccleſiam, nomenque

Cap. IX.

Sopho.2.

Pſal.21.

Chriſtianum

G Chriſtianum quantũ valerent perſecuturi, vt ſi fieri poſſet omnino de terra deleretur. Et quia eos patiẽtia martyrum & magoitudine oiiraculorum & conſequẽte fide populorum erat ſuperaturus, ideo ſic ſcriptũ eſt, Præualebit dominus aduerſus eos. Nõ enim diceretur, præualebit aduerſus eos: niſi oppugnãdo illi reſiſterẽt. Vnde & in pſalmo ita prophetatum eſt, Vt quid fremuerũt gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum & aduerſus Chriſtũ eius. Et paulopoſt dicit, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionẽ tuam terminos terræ. Ecce vnde dictũ eſt, & in alio Pſalmo quod ſuperius interpoſui, Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominum, vniuerſi fines terræ. His atq; huiuſmodi propheticis documẽtis prædictũ oſtenditur, quod videmus impleri per Chriſtum, futurum fuiſſe, vt deus Iſraël quem vnum verum deum intelligimus, non in vna ipſa gente quæ appellata eſt Iſraël, ſed in omoibus gẽtibus coleretur, & omnes falſos

Pſal. 2.

H deos gentiũ & à templis eorum & à cordibus cultorum ſuorum demoliretur. Eant nunc iſti & adhuc cõtra Chriſtianam religionem, & contra verum dei cultum vanitates priſtinas defenſitare audeant, vt cum ſtrepitu pereant. Nam & hoc de illis prædictũ eſt, in pſalmo dicente propheta, Sediſti ſuper thronũ qui iudicas æquitatem: Increpaſti gentes & periit impius, nomen eorum deleſti in æternum & in ſeculum ſeculi. Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti. Periit memoria eorum cum ſtrepitu, & dominus in æternum permanet. Neceſſe eſt ergo vt impleantur omnia hæc. Neq; quòd adhuc audẽt ipſi pauci qoi remanſerũt, vaniloquas ſuas oſtẽtare doctrinas, & Chriſtianos tanquã imperitiſsimos irridere, moueri debemus, dum in eis impleri ea quæ prædicta ſunt, videamus. Ipſa quippe velut imperitia & ſtulticia Chriſtianorũ, quæ in humilibus & ſaoctis eiuſq; diligenter ſtudioſis apparet excelſa & ſola vera ſapiẽtia, ipſa, inquam, velut ſtulticia Chriſtianorum eos ad iſtam paucitatẽ redegit, quoniam ſicut dicit Apoſtolus, Stultam fecit deus ſapiẽtiam huius mundi. Deinde ſubiungit rem mirabilem, ſi quis intelligat, & ita ſequitur, Nam quoniam in dei ſapientia oon cognouit mundus per ſapiẽtiam deum, placuit deo per

Paganorũ reliquiæ fruſtra iactant ſua. Cap. XX.

Pſal. 9.

1. Cor. 1.

I ſtulticiam prædicationis ſaluos facere credentes. Quoniam quidẽ Iudęi ſigna petunt, & Græci ſapientiã quærunt: Nos autem prędicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcãdalum, gentibus autem ſtulticiam, ipſis vero vocatis Iudæis & Græcis, Chriſtum dei virtutẽ & dei ſapientiam: quoniam quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Irrideant ergo quantum poſſunt, tanquam imperitiam & ſtulticiam noſtram, & iactẽt doctrinam & ſapientiam ſuam: illud ſcio quòd iſti irriſores noſtri, pauciores ſunt hoc anno quàm fuerint priore anno. Ex quo enim fremuerunt gẽtes, & populi meditati ſunt inania, aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ eius: quando ab eis fundebatur ſanguis ſaoctorũ, & vaſtabatur Ecclelia, vſq; ad hoc tẽpus & deinceps quotidie minuẽtur. Nos autẽ aduerſus eorum opprobria & ſuperbas irriſiooes, fortiſsimos reddunt oracula dei noſtri, quæ de hac quoque re videmus & gaudemus iompleri. Sic enim nos alloquitur per Prophetã, Audite me qui ſcitis iudiciũ, populus meus in quorum corde lex mea eſt: opprobriũ hominum nolite metuere, & detractione eorum ne ſuperemioi, ne quòd nunc vos ſpernunt magni duxeritis:

Pſal. 2.

Sicut enim veſtimentum, ita per tempus abſumẽtur, & ſicut lana à tinea comedeotur, iuſticia autẽ mea in ęternum manet. Legant tamen hæc noſtra ſi dignẽtur, cum ad nos contradictionei eorũ peruenerint, quantum dominus adiuuat, reſpondebimus. K

Libri de diuinatione dæmonum Finis.

CENSVRA IN LIBRVM de ſpiritu & anima.

Opus hoc eſt hominis variæ multæq; lectionis, & altius ingreſsi philoſophiã Ariſtotelicã quàm fuerat Auguſtinus, ſed minus exercitati facultate dicendi. Nõ enim meminit illius Horatiani, Denique ſit quoduis ſimplex duntaxat & vnũ. Ne titulus quidem ſatis reſpondet argumento. Dicas alibi harenam ſine calce. Adeo quod dictum eſt denuo repetit, & ſubinde nouum ſumit exordiũ, multa differens locis non ſuis, nec à verbis quibuſdam ſordidioribus temperans qualia ſunt nullatenus, aliquatenus, incũdari, immediate, ita quod, phãtaſticalis. Multa congerit ex libris diui Auguſtini, quos videtur diligentiſsime legiſſe. Cuius non ſenſa modo, ſed & verba frequenter recenſet. Admiſcet ſententias aliquot ſuſpectas, quod genus ſunt, cap. 13. Has, inquit, potentias habet anima, antequã corpori miſceatur: Naturales ſiquidẽ ſunt ei, nec aliud quàm ipſa anima. Et ca. 12. de reſurrectione loquens, quũ ſenſus, inquit, noſtri corporei vertentur in rãtionẽ, ratio in intellectũ, intellectus in intelligentiã, intelligentia in deum mutabitur. Quid hæc ſibi velint, alij indicent. Rurſum ca. 45. χλατονίζει *vel* ὠριγενίζει *magis quiddam ſignificans de cœlo delapſis animabus, ac ſpe reditus ad ſalutem. Iterum ca. 46. ſignificat animas ac dæmones nunc non cruciari, ſed in extremũ iudiciũ ſeruari cruciandos. Aliquoties ſibi parum conſtat in ſententiis. Ca. 61. ſummã eorum quæ prius diſſeruerat hexametris aliquot complectitur. Interdum aſciſcit quædam coactius, velut cap. 14. enumerat nouem corporis foramina. Cap. 5. ſatis frigide confert animæ potentias cum nouem angelorum choris. Ca. 6. citat hoc modo Ariſtotelem, Vnde à Philoſopho definita eſt omnium rerum ſimilitudo. Aetate Auguſtini nõdum erat tam celebris Ariſtoteles. Nec Auguſtinus vſquam in omnibus ſcriptis ſuis teſtatur ſe quicquam legiſſe, præter libros* περὶ ἑρμηνείας *&* κατηγοριῶν*. Rurſus ca. 37. citat Boetium, quem conſtat ætate multo poſteriorem Auguſtino fuiſſe. Ioannes Tritemius abbas, recenſet hoc opus in catalogo lucubrationum Hugonis à diuo Victore. Cuiuſcunque eſt, extra controuerſiam eſt, Auguſtini non eſſe: nõ indignum tamen quod legatur, vt commentarium, in quo multa reperias non indigna cognitu.* L M

DE SPIRITV ET ANIMA LIBER VNVS.

PRAEFATIO.

QVONIAM dictum eſt mihi, vt meipſum cognoſcerem, ſuſtinere nõ poſſum vt me habeam incognitũ. Magna nãque eſt negligentia neſcire quid illud ſit, quo cœleſtia tã profunde cogitamus, quo naturalia tã ſubtili indagatione inueſtigamus, & de ipſo quoq; creatore noſtro tam ſublimia ſcire deſideramus. Non eſt res peregrina nec looge quærẽda à nobis: Animus eſt quo iſta ſapimus. Sed eſt ſemper nobiſcũ, adeſt, tractat, loquitur, & intus verſatur. Datũ eſt illi tam † ingentium

† al. In natura eſt etiã illi tam.

A gentium rerum ſecreta ſcire, & ſeipſum cognoſcere nō poſſe. Paucis ſiquidem licet ipſo animo animum cernere, id eſt, vt ipſe aoimus ſe videat. Fieri autem nō poteſt quadam diuina prouidentia, vt inueniēdi facultas deſit religioſis animis ſeipſos & deum ſuum pie caſte ac diligenter quærentibus: Idcirco reddam me mihi, imò deo meo cui maxime me debeo, & videbo quid ſit animus, & quæ ſit patria eius.

Animus quid ſit. Cap. I. Animus eſt ſubſtantia quędā rationis particeps, regendo corpori accōmodata. Animus ſapientia illuſtratus, & ſuum principium reſpicit, & ſeipſum cognoſcit, & quàm ſit iodecorū vt extra ſe quærat, quod in ſeipſo poſsit inuenire, intelligit. Corporeis vero paſsionibus conſopitus, & per ſenſibiles formas extra ſemetipſum abductus, oblitus eſt quid ſit, & quid fuit. Et quia nihil aliud ſe fuiſſe meminit, nihil præter quod videtur ſe eſſe credit. Solo ſenſu circa corpora, & imagioatione circa corporū ſimilitudioes & locorū verſatur, & in eis ſiue vigilādo, ſiue dormiēdo diſtrahitur. Cum vero ab hac diſtractiooe per puram intelligētiam *Ratio.* aſcendens io voum ſe colligit, rationalis dicitur. Ratio ſiquidem eſt animi aſpectus quo per ſeipſum verum in-B tuetur: Ratiocinatio vero, eſt rationis inquiſitio. Quare *Ratiocinatio.* illa opus eſt ad vidēdum, iſta ad inquirendum.

Anim⁹ ſeipſum intelligit. Cap. II. Aoimus inuiſibilis eſt. Neque enim aliter iouiſibilia ceroere valeret. Viſibilia per corpus videt, inuiſibilia per ſe, & in eo ſe videt, quòd inuiſibilem ſe videt. Videtur tamen in corpore per corpus, ſicut ſenſus in litera manet, & per literam videtur. Animus corporis dominator, rector, & habitator videt ſeipſum per ſemetipſum: Nō quærit auxilium corporaliū oculorū, imò vero ab omnibus corporeis ſenſibus tanquā impedientibus, & perſtrepētibus abſtrahit ſe ad ſe, vt videat ſe io ſe, vt nouerit ſe apud ſe. Et cum vult deum cognoſcere, eleuat ſe ſuper ſe meotis acie. Nō enim aliquid tale eſt deus, qualis eſt aoimus, nō tamē videri oiſi animo poteſt, oec ita videri vt animus poteſt. Incommutabilis ſiquidem eſt veritas ſine defectu ſubſtantiæ. Non talis eſt aoimus: Sed deficit & proficit, oouit & ignorat, meminit & obliuiſcitur. Modo vult, & modo non vult. Difuſus cogitatiooibus atque cōſiliis, huc atque illuc vagatur. Conſiderando ſpectat omnia: Videt abſentia, tranſmarina viſu ambit, & percurrit aſpectu, abdita ſcrutatur. Et vno momento ſenſus ſuos C per totius orbis fines, & mundi ſecreta circumfert. Deſcendit ad inferna, aſcēdit inde, verſatur in cœlo, adhęret Chriſto, coniungitur deo: Ipſe ſiquidē eſt eius patria & habitatio, ad cuius ſimilitudioem factus eſt. Quiſquis ergo ſe talem reddi deſiderat, qualis à deo factus eſt, id eſt ſimilem deo, redeat ad ſe, & ſtet io ſe, & ſic intra ſemetipſum quærat & videat vode conſtet homo, & ex qua ſui parte factus ſit ad imaginem dei.

Homo quibus cōſtet. Cap. III. Ex duabus ſubſtantiis conſtat homo, anima, & carne. Anima cum ratiooe, carne cum ſenſibus ſuis: quos tamen ſenſus oon mouet caro abſque aoimæ ſocietate: Aoima vero rationale ſuum tenet ſine carne.

Vires animæ. Ca. IIII Eſt ſiquidem ratiooalis, concupiſcibilis, & iraſcibilis. Per rationalitatem habilis eſt illuminari ad aliquid cogooſcendum infra ſe, & ſupra ſe, in ſe, & iuxta ſe. Cognoſcit ſiquidem deum ſupra ſe, & ſe io ſe, & angelos iuxta ſe, & quicquid cœli ambi- *Vis concupiſcendi.* tu continetur infra ſe. Per concupiſcibilitatem & iraſcibilitatem habilis eſt affici ad aliquid appetēdum vel fugiendum, amaodum vel odiendum: Et ideo de ratiooalitate omnis ſenſus oritur animæ, & de aliis oomnis affe- *πάθη. 4.* ctus. Affectus vero qoadripertit⁹ eſſe dignoſcitur: dū de eo quod amamus, iā gaudemus, vel gaudēdū ſperamus: & de eo quod odimus, iam dolemus, ſiue dolēdum metuimus: Et ob hoc de cōcupiſcibilitate gaudium & ſpes, D & de iraſcibilitate dolor & metus oriūtur. Qui quidem quatuor affectus animę omnium ſunt viciorum* & virtutum quaſi quædam priocipia, & communis materia. **al. morū.* Affectus ſiquidem operi nomē imponit. Et quoniā virtus eſt habitus meotis beoe compoſitæ, componendi & inſtituendi atq; ordioādi ſunt dicti affectus ad id quod debēt, & quo modo debēt, vt in virtutes proficere poſſiot, alioquio in vicia facile decident. *Virtutes. 4.* Cum igitur prudeoter, modeſte, fortiter, & iuſte amor & odiom inſtituuntur, io virtutes exurgunt, prudentiam ſcilicet & tēperantiam, fortitudinem atque iuſticiam, quæ quaſi origines & cardines ſunt omnium virtutū. Et hæc omoia cum affectuoſe & virtuoſe in anima conſtituuntur, per odium mundi, & ſui, proficiſcitur in amorē dei & proximi: per contemptum temporalium & inferiorum, creſcit in deſiderium æternorū & ſupernorum. Senſus vero vnus eſt in anima, & quod ipſa. Et cum corpus non ſit, corporeus dicitur, quia corpus (non) tranſcendit, vel quia à corporeis exercetur inſtrumentis: vnde & ob numerum inſtrumentorum quinquepertitus dicitur, cum intus nō ſit niſi vnus: Verumtamen propter varia exte- E riora† variatur & varie nuncupatur. *†exercitia.* Dicitur oanq; ſenſus, imaginatio, ratio, iotellectus, intelligētia: Et hæc om- *Animæ vires. 5.* oia in anima nihil aliud ſuot quàm ipſa, alię & alię proprietates inter ſe propter varia exercitia, ſed vna eſſentia rationalis & voa anima: proprietates quidem diuerſæ, ſed eſſentia vna: ſecūdum exercitium multa ſunt, ſecundum eſſentiam vero vnum ſuot in anima & idem quod ipſa. Et ſicut muodus iſte viſibilis quinquepertita quadā diſtinctione eſt ordinatus, terra ſcilicet & aqua, aëre, & æthere, ſiue firmamēto, & ipſo quoque ſupremo cœlo quod empyreum vocāt: Sic animæ in mundo ſui corporis peregrinanti quinq; progreſſus ſunt ad ſapieotiam, ſenſus ſcilicet, imaginatio, ratio, iotellectus, & intelligeotia. Quinque enim progreſsionibus ratiooalitas exercetur ad ſapientiam, & quatuor affectibus ad charitatem: quatenus oouem iſtis progreſsiooibus in ſemetipſa proficiēs anima, ſenſu & affectu, quaſi ioternis quibuſdā pedibus, quæ ſpiritu viuit, ſpiritu ambulet, vſque ad cherubim & ſeraphin, id eſt, vſque ad plenitudinem ſcientiæ, & regnum charitatis, habeatq; anima per exercitium virtutes quarum facultates habet per oaturam. F

Vbi gratia Frigida collatio virtū animæ cum choris angelorum. Cap. V. Et hos progreſſus nominibus & ordinibus angelorū comparare prudeoti lectori relinquo. Facile ſiquidem erit ei, ſi ſciat aptare ſenſum qui primus aoimæ nuncius eſt, angelis qui nuncij vocantur: imaginatiooem archāgelis, quæ plura quàm ſenſus percipit. Timorem virtutibus, dolorē poteſtatibus. Qui enim metu ſuppliciorum perterritus eſt, & dolore peccatorum compunctus, contemnit muodum & ſeipſum, cum virtutibus facit miracula, cum poteſtatibus fugat dæmooia: maius nāque eſt contemnere ſeipſum, quàm mundum, quē multi propter vanitatem cōtempſerunt. Rationē aſsignamus priocipatibus: nam ſicut illi præſunt, & principantur ſubiectis ſpiritibus, ſic ratio ſenſibus atque affectibus. Amorē [proximi] ſiue gaudium domioationibus: recte nanque aliis dominantur qui omnes amāt, & de profectu omoium gaudēt. Iotellectum thronis: throni ſedes dicuntur, quia in eis deus ſedet. Intelligere etiam debes, quooiam io cordibus noſtris deus habitat per fidē, per ſanctificationem, per pacem, per dilectiooem, quooiā deus eſt pacis & dilectioois. Intelligentiam aptamus cū cherubin. Illi nanque ſpiritus taoto perfectiore ſciētia pleni ſuot, quanto diuinitatem dei in intimis cootemplaotur.

G plantur†,Intelligentia nanque animę vis eſt quę imme-
†quātū cla- diate deo ſupponitur, cernitq; ſiquidem ipſum & quæ
ritatem dei in ipſo ſunt. Spem ſiue deſiderium [ſiue amorē dei,] ſe-
vicinius cō raphin, Deus nanque eſt ſpes omnium finium terræ,cu-
templātur. ius vultum tota terra deſiderat : & in quē ſeraphin pro-
ſpicere deſiderant,tota ſpes noſtra & deſideriū noſtrum
eſt.Odium mundi,virtutibus : odium ſui, poteſtatibus:
rationem principatibus, amorem proximi dominatio-
nibus:intellectum thronis:intelligentiā cherubin:amo-
rem dei ſeraphin. Timor nanque de ſuppliciis & dolor
de peccatis faciunt cōtemptum mundi & ſui, vt tamen
cum virtutibus faciāt miracula,& cum poteſtatibus ex-
pellant dæmonia. Spes de promiſsis & gaudiū de præ-
Veſtigia tri miis faciūt amorem proximi & dei. Anima ad ſimi-
nitatis in litudinem totius ſapientiæ facta, omnium rerum in ſe
anima à gerit ſimilitudinem. Vnde & à Philoſopho definita eſt
quo.Ca.VI. omnium rerum ſimilitudo. Habet ſiquidem in ſe vires
quibus omnia apprehendit, ſiue inueſtigat, & omnibus
ſimilis exiſtit,cum ſit vna. Similis eſt terræ per ſenſum,
aquæ per imaginationem,aëri per rationem, firmamē-
to per intellectum,cœlorū cœlo per intelligentiam. Si-
milis eſt lapidibus per eſſentiam, arboribus per vitam,
H animalibus per ſenſum & imaginationem, hominibus
per rationē,angelis per intellectum, deo per intelligen-
tiam. Et ſicut deus eſt omnibus captibilis & participabi-
lis,ſic anima omnium eſt capax. Captibilis & Participa-
bilis omnibus eſt deus,quia naturali ſuo munere & vſu
ex munere participatur ab omnibus per eſſentiam qua
ſunt,& ſecundum illam ad idoneam ſpeciem qua ab a-
liis differunt, & ſecundū vtrunque ad congruum vſum
quo proficiunt. Tria hæc omni homini exiſtenti inſunt
quaſi quædā veſtigia,ſummæ eſſentiæ,imaginis, & mu-
Ex Hilario neris,id eſt trinitatis patris & filij & ſpiritus ſancti. Ae-
ternitas quippe eſt in patre,[quia pater non habet patrē
de quo ſit:filius de patre eſt vt ſit,atque vt illi coęternus
ſit.Imago enim ſi perfecte implet illud cuius eſt imago,
coęqualis eſt illi.]Species eſt in imagine,[id eſt pulchri-
tudo,congruentia,æqualitas prima & ſumma, ſimilitu-
do prima & ſumma vita, primus & ſummus intelle-
ctus.] Vſus eſt in muoere, [Munus patris & filij ſpiritus
ſanctus eſt. Vſus ergo in munere eſt, id eſt, delectatio,
gaudium,lætitia, fœlicitas, ſuauitas. Ille nanque ineffa-
bilis cōplexus patris & imaginis, non eſt ſine perfectio-
I ne, ſine charitate, ſine gaudio, Sic in illa trinitate ſum-
ma eſt origo omnium rerum, perfectiſsima pulchritu-
do, & beatiſsima dilectio,] nobis autem omnis vſus di-
uinitatis eſt ex munere. Quodam modo nanque quaſi
propior videtur nobis eſſe ſpiritus ſanctus, vtpote pa-
tris & filij munus. Ex ipſo nimirum eſt omnis vſus gra-
tiæ cum patre & filio: Ipſe enim regit & erudit†,conſo-
† erigit. latur & perducit Eccleſiam ad Chriſtum, quam ipſe ſi-
mul ſine macula & ruga[iudicaturus] tradet regnū deo
& patri. Sic à patre per filium & ſpiritum ſanctum, vel
potius in ſpiritu diuina ad nos deſcenderūt. Pater ſiqui-
dem tradidit filiū ſuum quo redimeret ſeruos,miſit ſpi-
ritum ſanctum quo ſeruos adoptaret in filios: Filiū de-
dit in precium redemptionis: ſpiritum ſanctum in pri-
uilegium adoptionis, ſe denique totum ſeruat in hære-
ditatem adoptatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat,
quoniā maior eſt eius miſericordia quàm noſtra miſe-
ria,& quiſquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet
illum, quoniam miſericors eſt. Tardius ſiquidem ei vi-
detur peccatori veniam dare, quàm ipſi peccatori acci-
pere. Sic enim feſtinat abſoluere reum à tormēto con-
ſcientiæ ſuæ, quaſi plus eum cruciet paſsio miſeri, quàm
ipſum miſerum compaſsio ſui. Capax eſt omnium a- K
nima,quia per rationalitatem ad cognitionē,& per cō- *Anima ca-*
cupiſcibilitatem ad dilectionē vniuerſitatis capax inue- *pax omniū.*
nitur. Sunt enim duo in anima,& ſunt id quod anima, *Cap.VII.*
naturalis ſenſus cognoſcens omnia & diiudicans inter
omnia: naturalis affectus,quo ſuo ordine & gradu dili-
gat omnia. Veruntamen facultates & quaſi inſtrumēta
cognoſcendi & diligēdi habet ex natura,cognitionem
tamē veritatis & ordinem dilectionis nequaquā habet
niſi ex gratia. Facta ſiquidem à deo mēs rationalis ſicut
eius imaginem ſuſcepit,ita cognitionem & amorē. Va-
ſa nanque quæ creatrix ſapiētia format vt ſint, adiutrix
gratia replet ne vacua ſint,ſi ſtrenuum operarium inue-
nerit. Anima eſt ſubſtantia rationalis,intellectualis,à *Anima rur*
deo facta ſpiritalis,non ex dei natura,ſed potius creatu- *ſum quid.*
ra ex nihilo facta,in bonum malumq; conuertibilis. Et *Cap.VIII.*
ideo aliquatenus eſt mortalis inquantū in deterius mu-
tari, & à voluntate dei cuius participatione bona† fit,a- *†beata.*
lienari poteſt. Et aliquatenus immortalis,quoniam ſen-
ſum,quo ei poſt hanc vitam vel bene vel male ſit, amit-
tere non poteſt: Non quòd pro actis ante carnem geſtis
meruerit vt in carne includeretur,vt quidam voluerūt,
ſed nec ideo poteſt eſſe in homine ſine ſorde peccati, L
niſi à Chriſto fuerit liberata. Dei enim nutu ad corpus
anima venit,vt ſi ſecundū eius præceptum agere vellet,
mercedem accipere vitæ æternæ atque ſocietatis ange-
lorum: Si autem cōtemneret,pœnas iuſtiſsimas & ama-
riſsimas lueret, ſiue doloris continui, ſiue ignis æterni.

Anima vero ex eo dicta eſt, quod animet corpus ad *Senſus du-*
viuendum,hoc eſt viuificet. Spiritus eſt ipſa anima pro *plex homi-*
ſpiritali natura, vel pro eo quòd ſpiret in corpore ap- *nis. Ca.IX.*
pellatus eſt ſpiritus. Anima & ſpiritus idē ſunt in homi- *Vnde di-*
ne,quamuis aliud notet ſpiritus,& aliud anima. Spiritus *cantur ani-*
nanque ad ſubſtātiam dicitur, & anima ad viuificatio- *ma & ſpi-*
nem. Eadem eſt eſſentia,ſed proprietas diuerſa: Nam v- *ritus.*
nus & idē ſpiritus ad ſeipſum dicitur ſpiritus,& ad cor-
pus anima. Spiritus eſt inquantum eſt ratione prædita
ſubſtantia rationalis: anima inquantum eſt vita corpo-
ris,de qua dictū eſt, Qui perdiderit animā ſuam prop- *Luca. 9.*
ter me,ſaluam faciet eam:id eſt, quiſquis propter deum
vitam hanc quæ nunc corporis viuificatione ex anima
temporaliter mortalis conſtat, libēter deſpexerit, in fu-
turo eandem corporis, non ſolum animæ vitam æter-
nam & immortalitatem recipiet. Humana quidem ani- M
ma,quia in corpore habet eſſe & extra corpus,pariter a-
nima & ſpiritus vocari poteſt: non duæ animæ,ſenſua-
lis & rationalis,altera qua homo viuat, & altera qua vt
quidam putāt,ſapiat: ſed vna atque eadem anima in ſe-
metipſa viuit per intellectum, & corpori vitam præbet
per ſenſum. Humanum nanque corpus nec viuere nec *Fœtus.*
naſci poteſt ſine anima rationali, vegetatur tamen &
mouetur & creſcit & humanam formam in vtero reci-
pit, priuſquam animam rationalē recipiat. Sicut etiam
virgulta & herbas ſine anima moueri & incrementū ha
bere videmus, Duplex eſt quidem vita animæ, alia qua
viuit in carne,& alia qua viuit in deo. Duo ſiquidem in
homine ſenſus ſunt, vnus interior,& alius exterior,& v-
terque bonum ſuum habet in quo reficitur. Senſus inte-
rior reficitur in cōtemplatione diuinitatis, ſenſus exte-
rior in contemplatione humanitatis. Propterea enim
deus homo factus eſt, vt totum hominem in ſe beatifi-
caret, & tota conuerſio hominis eſſet ad ipſum, & tota
dilectio hominis eſſet in ipſo, cum à ſenſu carnis vide-
retur per carnem, & à ſenſu mentis videretur per diui-
nitatis cōtemplationem. Hoc autem erat totum bonum
hominis,

A hominis, vt ſiue ingrederetur ſiue egrederetur paſcua *Ioan.10.* in factore ſuo inueniret, paſcua foris in carne ſaluatoris, & paſcua intus in diuinitate creatoris. Hoc bonum magnū ſecundum eſt malū, quoniā perdito bono quod intus erat, egreſſa eſt anima ad bona aliena quæ foris erant, & pactū fecit cū delectationibus ſeculi, requieſcēs ſuper illas, non attendēs abſentiam boni ſui interioris, eo quòd cōſolationes ſuas cerneret in bonis alienis. Nā cū exterior ſenſus carnalis bono ſuo vtitur, interior ſenſus mentis quaſi obdormit. Non enim cognoſcit bona interioris ſenſus qui iucūditate bonorum exteriorū capitur. Nam qui in carne viuit, in carne ſentit, & dolores carnis fugit inquātum poteſt: vulnera autē animæ prorſus ignorat, nec medicinā quęrit in eis. Cum autē mortuus fuerit ſenſus animæ quo viuit in carne, tunc viuificari incipiet ſenſus ille quo ſentiet ſemetipſum, & tunc ſciet dolores ſuos, & incipiet ſentire vulnera ſua tanto grauius quanto propius. *Quot modis dicatur ſpūs. Ca.X.* Magis enim obeſt malū quod eſt magis vicinum, & magis prodeſt bonum quod magis eſt intimum.

Spiritus dicitur multis modis. Dicitur nāque ſpiritus de*, & aër iſte, & flatus aëris, qui B à corde receptus & inde per totum corpus emiſſus mortalium vitam flatu neceſſario continet. Iſte tamen ſpiritus iure anima dici nō poteſt, quia aëris varietate diſſoluitur. Dicitur ſpiritus anima, ſiue hominis, ſiue pecoris. Dicitur ſpiritus mens rationalis, vbi eſt quædam ſcintilla tāquam oculus animæ ad quem pertinet imaginatio & cognitio dei. Oculus animæ eſt mēs ab omni corporis labe pura, mentis aſpectus eſt ratio, intellectus viſio. Tria hæc omni animæ neceſſaria ſunt, vt ſanos oculos habeat, vt aſpiciat, vt videat. Sanos oculos habet, cum à mortaliū cupiditatibus eſt purgata atque remota. Aſpicit, cum in dei lumine contemplationis oculos figit. Videt cum in illa contemplatione conſpicit, quāta ſint gaudia, quanta lęticia, quanta ſecuritas, ſerenitas, & quanta iucunditas. Sanitas facit illam ſecuram, aſpectus rectam, viſio beatam. Cum enim fuerit ab omni fęce liberata *† ſorde libera.* maculiſque diluta, tunc ſe denique in ſeipſa liberaliſsime tenet, & nihil ſibi metuit, aut vlla ſua culpa quicquam angitur: & tunc ingenti quadam & incredibili fiducia pergit in deum, id eſt in ipſam contemplationem veritatis: aſpectum ſiquidem rectum ſequitur ipſa viſio dei, quæ eſt finis aſpectus. Sic anima prius C ſanatur, ſanata introducitur, introducta reficitur. Spiritus etiam eſt quædam vis animæ, mente inferior, vbi corporalium rerum ſimilitudines exprimuntur. Nec ipſe ſpiritus corpus eſt, ſed corpori ſimilis. Quæ enim ſpiritu videntur, non ſunt corporalia, ſed corporalibus ſimilia. Facies ſiquidem hominis & nobis forinſecus nota eſt, & in memoria noſtra habet imaginem ſuā, incorporalem quidem, ſed corpori ſimilem. Mundi quoque iſtius mirabilis pulchritudo, & nobis foris præſto eſt, & in memoria noſtra habet imaginem ſuā, incorporalem quidem, ſed corpori ſimilem, ad quam recurrimus cum clauſis oculis eam cogitamus. Quod enim ad corporis ſenſum aliquod corpus in loco eſt, hoc eſt ad animi aciem ſimilitudo corporis in memoria: & quod eſt intētio volūtatis ad corpus viſum, viſionēmque copulādā, hoc eſt eadem intentio voluntatis ad cōpulādam imaginem corporis quæ eſt in memoria & viſione cogitātis. Ille ſpiritus dicitur factus ad imaginem & ſimilitudinem dei, in quo eſt cognitio veritatis, & amor virtutis. Imago ſi quidem eſt in cognitione, & ſimilitudo in dilectionē. Imago, quia rationalis: & ſimilitudo, quia ſpiritalis. Hæret ſiquidē veritati nulla interpoſita ſubſtā-

tia rationale noſtrum, quo ratiocinamur, intelligimus, D & ſapimus, ſpiritum dicimus. Hunc autem ſpiritum Apoſtolus mētem vocat, cum dicit, Renouamini ſpiritu *Ephe. 4.* mentis veſtræ, id eſt, mēte. Nihil enim aliud eſt ſpiritus mentis, quàm mens: ſicut corpus carnis, nihil aliud eſt quàm caro.

Mens autem dicitur à μήνη. Mene autem *Quòd in mente emineat intelligentia.* Gręce, Latine dicitur luna. Et ſicut luna creſcit & deficit, & varia viciſsitudine cōmutatur, in id tamen quod fuit quadā perfecta nouitate ſe reſtituit: ſic mens nūc caput ſummis inſerit, nunc decidit in infimis, nūc ſeſe in- *Cap. XI.* ferens ſibi veris falſa redarguit: modo ad corporalia re- *Mens vnde dicatur.* genda deflectitur, modo ęternis rationibus inſpiciēdis, vel conſulendis adhæreſcit. Ratio ſiquidem eſt mentis aſpectus quo bonum & malū diſcernit, virtutes eligit, deúmque diligit. Mens vniuerſorum capax, & omniū *Mēs omnia δυνάμει.* rerum ſimilitudine inſignita, omnia eſſe dicitur natura liſquadam potentia, & naturali dignitate: Idcirco inuiſibiles rerum cauſas per intelligentiam comprehen- *† cognitione.* dit, & viſibiles actualium formas per ſenſuum paſsiones colligit. Et ſiue per ſenſus ad ſenſibilia exeat, ſiue per intelligentiam ad inuiſibilia aſcendat, rerum ſimilitudines ad ſeipſam trahit, præſentia cognoſcit, abſentia intelligit, ignota inquirit, & in inuētis verſatur. Rationa- E le & intellectuale lumē, quo ratiocinamur, intelligimus & ſapimus, mentem dicimus, quæ ita facta eſt ad imaginem dei, vt nulla interpoſita natura ab ipſa veritate formetur. Mens enim ex eo dicta eſt, quod emineat in *Prius dicebatur à μήνη.* anima: Præſtantior ſiquidem vis animæ eſt, à qua procedit intelligentia. Per intelligentiam vtique ipſam veritatem intelligit, per ſapientiam diligit. Sapientia nanque eſt amor boni ſiue ſapor boni, à ſapore ſiquidem dicitur. Mentis viſio eſt intelligentia, guſtus, ſapientia. Illa contēplatur, iſta delectatur. Cum ab inferioribus ad ſuperiora volumus aſcēdere, prius occurrit nobis ſenſus, deinde imaginatio, poſtea ratio, intellectus & intelligētia, & in ſummo eſt ſapientia. Summa nanque ſapientia ipſe deus eſt. Sapientia hominis eſt pietas, id eſt, cultus dei. Senſus ea vis animę eſt quæ rerum corporearū corporeas recipit formas præſentes: Imaginatio eſt ea vis a- *Differunt ſenſus & imaginatio.* nimæ quę rerum corporearū corporeas recipit formas, ſed abſentes. Senſus nāque formas in materia percipit, imaginatio extra materiam: & ea vis quæ exterius formata ſenſus dicitur, eadem traducta vſque ad intimū, F imaginatio vocatur. Imaginatio nāque de ſenſu oritur, & ſecūdum eius aduerſitates, ipſius quoque eſt variatio. Multa videt anima carnalibus oculis, multa etiam phātaſtica imaginatione cōcipit: & vbiq; quaſi diffunditur, mouetur, erigitur, & fluctuare videtur: nō à ſe egrediēs, ſed in ſemetipſa tāquā in magno percurrēs ſpacio peruagatur: non exit ad illa, ſed tractatibus ſuis ſibi illa repræſentat. Habet ſiquidem in ſe quaſi quādam latitudi- *Dimenſio animæ.* nem, lōgitudinem, & altitudinem. Nam per charitatem deum & omnes fideles ſibi cōplectitur: per meditationē rerum vniuerſa quę à principio mundi vſque ad finem deus propter ſalutē noſtram operatus eſt meditatur: per cōtemplationem, quę ſurſum ſunt cœleſtia contemplatur. Ratio eſt ea vis animæ quæ rerum corporearū naturas, formas, differentias propria & accidētia percipit: omnia incorporea, ſed nō extra corpora, niſi ratiōe ſubſiſtentia. Abſtrahit enim à corporibus quæ fundātur in corporibus, non actione ſed cōſideratione. Natura nāque ipſius corporis, ſecūdū quòd omne corpus, corpus eſt, nullū vtique corpus eſt. Intellectus ea vis animæ eſt quę inuiſibilia percipit, ſicut angelos, dęmones, animas, & omnem ſpiritum creatum. Intelligentia ea vis animę

B eſt quæ

G eſt quæ immediate ſupponitur deo: Cernit ſiquidē ipſum ſummum verum & vere incommutabilē. Sic aoima ſenſu percipit corpora, imaginatione corporum ſimilitudines, ratione corporum naturas, intellectu ſpiritum creatum, intelligētia ſpiritū increatū. Et quicquid ſenſus percipit, imaginatio repræſentat, cogitatio format, ingeniū inueſtigat, ratio iudicat, memoria ſeruat, intellectus ſeparat, intelligētia comprehēdit, & ad meditationem ſiue contemplationem adducit. Ingenium eſt vis ea animæ, ſiue intentio, qua anima ſe extendit & exercet ad incognitorū cognitionē. Iogenium ſiquidē exquirit incognita, ratio diſcernit inuēta, memoria recondit iudicata & offert adhuc iudicanda. Sic fit aſcēſus ab ioferioribus ad ſuperiora, & ima à ſummis depēdent. Intellectus nanque quædam imago & ſimilitudo intelligentiæ eſt, ratio intellectus, rationis phantaſticus ſpiritus, cui etiam ſupremū corporis corpus, id eſt, ignis quadam ſimilitudine iungitur, & igni aër, & aëri aqua, & aquæ terra. Senſus informat imaginationem, imaginatio rationem, & facit ſcientiā ſiue prudentiam. Rurſum rationi occurrens diuina prudentia, informat eam

Sapientia. & facit intelligentiam ſiue ſapientiam. Eſt itaque in ra-

H tione quiddam ad ſuperna & cœleſtia, intendens, & id dicitur ſapiētia: & eſt quiddam ad tranſitoria & caduca reſpiciens, & id vocatur prudentia. Hæc duo ex ratione

Prudentia. ſunt, & in ratione conſiſtunt. Et diuidit ſe ratio in duo, ſcilicet in ſurſum & deorſum: ſurſum in ſapientiā, deorſum in prudentiam, quaſi in virum & mulierem, vt vir ſit ſuperior & regat, mulier inferior & regatur. Vnde dictum eſt, Melior eſt iniquitas viri, quàm benefaciēs mu-

Eccle. 42. lier. Melior ſiquidem eſt qui per cœleſte deſiderium accenſus, carnem neceſſaria etiam ei ſubtrahendo affligit, quàm qui per carnalem affectū reſolutus, per omnia quę

Sēſus creat° commoda ſunt ei ſatiſfacere contendit. Senſus iu-

opus. C. XII uatur exterius, quia oculus carnis, quanuis ex natura facultatem vidēdi habeat, nunquā tamen per ſe cōſequitur viſionem, nec auris auditū niſi ex beneficio exterioris lucis & ſoni. Imaginatio iuuatur exterius, quia ex ſenſibilibus concipitur. Ratio iuuatur interius, quia ſpirit° rationalis ex dono creatoris habilis ad cognoſcēdum verum & diligendum bonū, niſi interioris lucis radio fuerit perfuſus, & calore ſuccenſus, nūquam cōſequitur ſapientię cognitionem vel charitatis affectū. Intellectus

I & intelligeotia iuuātur ſuperius, quia deus ignis & lux eſt. Lux ergo ſplēdorem emittens ex ſe quem retinet in ſe, illuminat intelligentiā ad cognitionē veritatis. Ignis vero calorem de ſe emittens, ſed non amittens, inflam-

† veritatis. mat affectū ad amorem virtutis†. Et ſicut ſolem non videt oculus niſi io lumine ſolis: ſic verum ac diuinum lumen non poterit intelligētia videre niſi in ipſius lumi-

Pſalm. 35. ne: Domine, inquit propheta, in lumine tuo videbimus

1. Cor. 15. lumē. Cū enim mortale hoc induerit immortalitatē, & corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, tūc mente pariter & corpore ſpiritales effecti ſecundum modulum noſtrum per mentis illuminationem omnia ſciemus, & per corporis incorruptibilis leuitatem vbique eſſe poterimus. Volabimus meote per contemplationem, volabimus & corpore per iocorruptionem. Diſcernemus mente, diſcernemus & corpore, cum ſenſus oostri corporei vertētur in rationem, ratio in intellectum, intellectus in intelligentiam, intelligentia in deum mutabitur. Senſu viſibilia percipiuntur, in imaginatione cōtinentur viſibilium imagioes & ſimilitudines, ad rationem pertinēt viſibilium rationes & definitiones, & inuiſibilium inueſtigationes, ad intellectum & intelligentiam ſpectant ſpiritalium & diuinorum comprehenſio- K

nes & contemplationes. Senſus vero & imaginatio ad rationem non aſcendunt, ſed infra remanentes eā aliquatenus deducere poſſunt, & quaſi à longe quædam oſtendere, ad quę noo poſſunt peruenire. Simili quadā proportione intellectum & intelligētiam ratio iuuare poteſt, ſed ad ſtatum eorum non valet aſcendere, quoniam metas ſuas & fines ſuos proprios habet quos trāſcendere non poteſt. Sēſum & imaginationem cū cæteris animalibus communia habemus: Vident ſiquidē viſibilia & viſorum recordantur. In quibuſdam etiam ſenſibus nos ſuperant, quoniam iuſtum fuit vt brutis animalibus quib° nil dandum erat in intellectu, aliquid amplius daretur in ſenſu. Et econtrario tāto maior neceſſitas inducitur homini exercendæ rationis, quanto maiorem defectum patitur ſenſualitatis. Ratio autem inde incipit vnde aliquid occurrit quod nobis cum animalibus non ſit commune. Quædam ergo ſunt infra rationem, quædam iuxta rationem, quædam ſupra rationem. Infra rationem ſunt quæ ſenſu percipimus, ſicut dura & mollia, calida & frigida, candida & nigra. Iuxta rationem ſunt & peruia rationi, quæ ratione per- L

cipimus, ſicut commoda & incommoda, vera & falſa, iuſta & iniuſta. Ratio ſiquidem eſt quidam animi mo- *Ratio quid*

tus viſum mentis acuens, veráque à falſis diſtinguens. *ſit.*

Supra rationē ſunt quę nec ſenſus docet nec ratio perſuadet, ſed aut diuina reuelatione comprehendūtur, aut diuinarum ſcripturarū authoritate creduntur, ſicut deū in vna ſubſtantia trinum, & in tribus perſonis ſubſtantialiter vnum. Deus ſiquidem eſt rerum vniuerſitas, ita quòd nulla ſingularum: & ideo motibus rationis non ſubiacet, quia ratio non eſt niſi de re aliqua.

Anima eſt ſpiritus intellectualis rationalis, ſem- *Definitio*

per viuens, ſemper in motu, bonæ malæq; volūtatis ca- *animæ &*

pax: Secundum benignitatem creatoris, atque ſecūdum *explanatio*

ſui operis officium† varijs nuncupatur nominibus. Di- *eius.*

citur nāque anima dum vegetat, ſpiritus dum contem- *Cap. XIII.*

platur, ſenſus dum ſentit, animus dum ſapit, dum intel- *† effectuum.*

ligit mens, dum diſcernit ratio, dum recordatur memoria, dum vult voluntas. Iſta tamen non differunt in ſubſtantia quemadmodum in nominibus, quoniam omnia iſta vna anima eſt, proprietates quidem diuerſæ, ſed eſſentia vna. In ſpiritu tamen & anima poteſt eſſe differentia, quia omnis anima eſt ſpiritus, ſed non omnis ſpi- M

ritus eſt anima. Animæ duplices ſunt actiones. Alio nāque cōſilio erigitur ad deum, alio inclinatur ad carnē. Inclinatur autē ſic: Cum ſit ſubtilis & inuiſibilis, videri non poteſt, ſed per potentias ſuas ſe extendit & oſtēdit. Per concupiſcibilitatem nanque appetit, per iraſcibilitatem contemnit, per rationalitatem inter vtrūque diſcernit. Tota animæ eſſentia in his potentiis ſuis conſiſtit, nec per partes diuiditur cum ſimplex ſit & indiuidua. Et ſi aliquando partes habere dicitur, ratione potius ſimilitudinis quàm veritate compoſitionis intelligēdum eſt. Simplex ſubſtantia eſt anima, nec aliud nec minus eſt ratio in ſubſtātia quàm anima, nec aliud nec minus iraſcibilitas vel coocupiſcibilitas quàm anima, ſed vna eadèmque ſubſtantia ſecundum diuerſas potētias diuerſa ſortitur vocabula. Has potentias habet antequam corpori miſceatur. Naturales ſiquidem ſunt ei, nec aliud ſunt quàm ipſa. Tota nanque animę ſubſtātia *Ex Platone*

io his tribus plena & perfecta cōſiſtit, id eſt in rationalitate, concupiſcibilitate, & iraſcibilitate, quaſi quadam ſua trinitate, & tota hæc trinitas eſt quędam animę vnitas, & ipſa anima. Deus eſt omnia ſua, & anima quædam ſua,

A dam ſua. Habet ſiquidē naturalia, & ipſa omnia eſt. Potentia nanque & vires eius idem ſunt quod ipſa. Habet accidētalia, & ipſa non eſt. Suæ vires eſt, ſuę virtutes nō eſt: Non eoim eſt ſua prudentia, ſua temperātia, ſua fortitudo, ſua iuſticia. Potētiæ animæ ſunt, rationalitas, cōcupiſcibilitas, & iraſcibilitas. Vires ſuot, ſenſus, imaginatio, ratio, memoria, intellectus, intelligentia. Potentiæ autem poſſunt dici vires, & vires dici poſſunt potentię.

De amicicia animæ & corporis. Cap. XIIII. Ephe. 5.

Quibuſdam affectibus & quadam amicicia anima corpori cōiungitur, ſecūdum quam amiciciam nemo carnem ſuam odio habet. Sociata nanque illi, licet eius ſocietate prægrauetur, ineffabili tamen coodirione diligit illud, amat carcerem ſuum, & ideo libera eſſe nō poteſt. Doloribus eius vehementer afficitur. Formidat interitum, quæ mori non poteſt. Timet defectum quæ per naturam non poteſt deficere. Oculorū paſcitur ſpeculatione, ſonoris delectatur auditibus, ſuauiſsimis iocūdatur odoribus, larga epulatione reficitur. Et licet his rebus nullatenus ipſa vtatur, graui tamen mœrore affligitur ſi ſubtrahantur. Huic etiam nonounquam ſubrepunt vicia contraria rationi, dū anima dilecto corpo- **B** ri indulgentius remittendo, locū noſcitur prębere peccato. Per ſenſus quoq; progreditur aoima ad corp⁹ mouendum & viuificādum.

Nouem foramina.

Nouem quoque ſuot foramina in humano corpore, quibus ſecundū naturalem cōtemperantiam influit & effluit oome quo idem corpus vegetanr & regitur. Sunt etiam vtriuſque quædam ſimilia, corporis ſcilicet ſupremum, & ſpiritus infimum, in quibus ſine naturarum confuſione, perſonali tamen vnione facile coniungi poſſunt. Similia enim ſimilibus gaudent. Itaque anima quæ vere ſpiritus eſt, & caro quę vere corpus eſt, in ſuis extremitatibus facile & conuenieoter vniuotur, id eſt, in phātaſtico animæ, quod corpus nō eſt, ſed ſimile corpori, & ſenſualitate carnis quæ ferè ſpiritus eſt, quia ſine anima fieri non poteſt. Sicut enim ſupremuoi animæ, id eſt, intelligentia ſiue mens imaginem ſiue ſimilitudinem gerit ſui ſuperioris, id eſt dei, vnde & eius ſuſceptiua eſſe potuit ad vnionem perſonalem, etiam quando ipſe voluit abſque vlla diminutione naturæ ſuę: ſic ſupremum carnis, id eſt ſenſualitatis animæ gerens ſimilitudinem ad perſonalem vnionem eius eſſentiam ſuſcipere poteſt. Nec iſtud mirum eſt, cum etiam in ſenſu & memoria pecudis quędam eſt imitatio rationalitatis, & in appetitu voluntatis, & in **C** iis quæ refugit reprobationis. Spiritus nanque corporeus qui vtiq; vere eſt corpus, & ſenſu naturali inter multa diſcernit, & vi concupiſcibilitatis eligit, & natura iraſcibilitatis reprobat. Habet ſiquidē corporea vita quoſdā gradus incrementorū quibus ad imaginē ſummæ vitæ proficit.

Gradus incrementorū corporeæ vitæ.

Primus enim gradus corporeæ vitę eſt ſenſificatio. Secundus per ſenſum ingrediens imaginatio. Tertius per imaginationem conceptorum memoria. Quartus ſecundum ſenſuum paſsiones quędam ſine diſcretione intelligentiæ prouidentia, in qua quidē quaſi rationis imago eſt, & nulla ratio eſt. In his omnib⁹ corporea vita ſpiritalem vitam imitatur. Primo in eo quòd ſentit, ſecundo in eo quòd ſenſum cōcipit, tertio in eo quòd concepta retinet, quarto in eo quòd ſiue in imaginatis ſiue in ſenſibus ſecundum quandam rationis ſimilitudinem, ſiue ad appetendum, ſiue ad fugiēdum ſe in ſe flectit. Cōuenientiſsima autem media ſunt & carnis & animæ ſenſualitas carnis, quæ maximæ ignis eſt, & phantaſticus ſpiritus qui igneus vigor dicitur. Vnde & quidam loquens de animabus ait,

Virgil. 6. Aeneid.

Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo.

Mira ſocietas carnis & animæ, ſpirit⁹ vitæ & limi terrę. **D** Sic enim ſcriptum eſt, Fecit deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ dans ei ſenſum & intellectum, vt per ſenſum lutū ſibi ſociatum viuificaret, & per intellectum regeret: & vt per intellectum intus ingrederetur & contemplaretur dei ſapiētiam, & per ſenſum foras egrederetur & contemplaretur opera ſapientiæ, intellectu intus illuſtrauit, ſenſu foris decorauit, vt in vtroque refectionem inueniret, intus ad fœlicitatē, foris ad iucunditatem. Sed quia bona exteriora diu ſtare non poſſunt, iuſſus eſt homo ab exterioribus ad interiora redire, & ab interioribus ad ſuperiora aſcendere. Tantæ ſiquidem dignitatis eſt humana conditio vt oullum booum præter ſummum bonū ei ſufficere poſsit. Plenum fuit miraculo, quòd tam diuerſa & tam diuiſa ab inuicem, ad inuicem potuerunt cōiungi. Nec minus mirabile fuit quòd limo noſtro deus ſeipſum coniunxit, vt ſibiinuicem vnirentur deus & limus, tanta ſublimitas, & tāta vilitas. Nihil enim eſt deo ſublimius, & nihil limo vilius. Mirabilis fuit cōiunctio prima, mirabilis fuit ſecunda, nec minus mirabilis erit tertia, cū homo angelus & deus, vnus erit ſpiritus. Eodem **E** nanque bono bonus eſt homo, quo bonus eſt angelus, eodémq; bono vterq; beatus, ſi tamē ambo idipſum eadem volūtate eodémq; ſpiritu cupiūt. Si enim tam diſparem naturā carnis & animæ ad vnā fœderationē atq; amiciciam deus coniungere potuit, nequaquā erit ei impoſsibile rationalē ſpiritum, qui vſque ad cōſortiū terreni corporis humiliatus eſt, cū eodem corpore glorificato, vt ſit ei gloriæ quod fuit ei ſarcinæ, ad conſortiū beatorum ſpirituum qui in ſua puritate perſtiterūt, exaltare, atque ad ſuæ gloriæ participatioōē ſublimare. Ad hoc ſiquidē illū ſola charitate, nulla oeceſsitate creauit altiſsimus, vt ſuæ beatitudinis participē faceret. Si ergo taotū gaudium & tanta lætitia eſt in vita iſta tēporali, quę cōſtat ex præſentia ſpiritus in corpore corruptibili, quanta lætitia & quātum gaudiū erit in vita ęterna quę cōſtabit ex pręſentia diuinitatis in ſpiritu rationali: Subiiciatur ergo corpus animo, animus deo, & vnus ſpiritus erit cum eo: ita tamen ſi in humilitate permanſerit, & gratiam ſui creatoris per quam exaltādus & glorificandus eſt agnouerit. Ex carne & anima cōſtat homo, & vtrūque bonum ſuū habet in quo gaudet & exultat. Bonum animæ eſt deus, cum affluentia dulcedinis ſuæ. **F** Bonum carnis eſt mundus, cum abundantia iucūditatis ſuæ. Sed mūdus iſte eſt exterior, deus autem interior. Nihil enim eſt eo interius, nihil eo præſentius. Interior eſt omni re, quia in ipſo ſunt omnia: Exterior eſt omni re, quia ipſe eſt ſuper omnia. Ab hoc ergo mūdo ad deū reuertentes, & quaſi ab imo ſurſum aſcendētes per noſmetipſos tranſire debemus. Aſcendere enim ad deum, eſt intrare ad ſeipſum, & non ſolum ad ſe intrare, ſed ineffabili quodam modo [introitu] in intimis ſeipſum tranſire. Qui enim interius intrans & intrinſecus penetrans ſeipſum tranſcendit, ille veraciter ad deum aſcēdit. Ab huius ergo mundi diſtractionibus cor noſtrum colligamus, & ad interiora gaudia reuocemus. Et ſi cor noſtrū ſemper tenere non poſſumus, ſaltē ab illicitis & vanis cogitationibus reſtringamus, vt aliquādo in diuinæ cōtemplationis lumine nos figere valeamus. Hæc eſt enim requies cordis noſtri, cum in dei amore per deſiderium figitur. Hæc eſt vita cordis noſtri, cum deū ſuum contemplatur, & ipſa ſua contemplatione ſuauiter reficitur. Et dulce eſt illi ſemper ad conſiderandum quod ad amandum & laudandum ſemper eſt ſuaue. Ni-

Gene. 2.

G hil enim ad beatam vitam præſtãtius videtur quàm ve-
lut clauſis carnalibus ſenſibus extra carnẽ mũdique af-
†carnẽ mũdũq; effe-ctum.
fectum†quempiam intra ſemetipſum cõuerti,alienúm-
que effectum à mortalium cupiditatibus ſibi ſoli & deo
loqui. Cum anima ſit incorporea, per ſubtiliorem
De cõparatiõe animæ ad ea de quibus corpus conſtat. Cap. XV.
naturam corporis ſui,id eſt,per ignem & aërem,quę in
iſto quoq; mundo præcellẽtia ſunt corpora,& ideo ma
gis ſubtiliora†,corpus adminiſtrat.Iſta ſiquidem priora
excipiũt motus animæ viuificãtis, eo quòd incorporeæ
naturæ ſunt propinquiora quàm humor & terra,vt ad
eorum proximũ miniſteriũ tota moles adminiſtretur.
†ideo ſpiritui ſimiliora.
Nullus ſine his duobus,vel in corpore ſenſus eſt,vel ab
anima ſpõtaneus corporis motus.Ignis enim & aër quę
leuia ſunt,mouẽt aquam & terrã quę grauia ſunt.Qua-
propter etiã corpora poſt animæ abſceſſum moueri nó
videmus,quia ignis & aër,quæ duo per animæ præſen-
tiam tenentur in corpore terreno & humido,vt omniũ
quatuor fiat temperatio,poſt eiuſdem animæ abſceſſum
Corporis cõpoſitio.
ad ſuperna euadũt ac ſeſe expediunt. Corporis autẽ cõ-
poſitio ſic fit,Corpus cõſtat ex officialibus membris,of-
ficialia ex conſimilibus,conſimilia ex humoribus,humo
res ex cibis,cibi ex elementis:& nihil horum eſt anima,
H ſed in iſtis tãquã in organis agit anima & per hoc cor-
pori cõſulit & huic vitæ in qua factus eſt homo in ani-
mam viuentem.Quę cũ temperata & ordinata fuerint,
congruunt viuificationi,& nunquam recedit anima.Si
vero diſtemperata & confuſa fuerint,inuita recedit ani
ma,ſecum trahens omnia, ſenſum, imaginationem,ra-
tionem,intellectum, intelligentiam , cõcupiſcibilitatẽ,
& iraſcibilitatem,& ex his ſecũdum merita afficitur ad
delectationem ſiue ad dolorẽ.Corpus autem quod pri⁹
integrum tanquam organum cõtemperatum & diſpo-
ſitum erat , vt melos muſicum in ſe contineret & tactũ
reſonaret, nunc confractum & inutile è regione iacet.
Anima vero recurrentibus ad regiones ſuas elemẽto-
rum partibus,nó habens vbi vires ſuas exerceat,requie-
ſcit ab his tãtum motibus quibus corpus per tempus &
locum mouebat,ipſa per tempus illocaliter mota, quo-
†melos natura.
niam & ſi organum periit,ſed non melos,nec†quod or
ganum mouebat. Anima inter deũ & corpus poſita per
tempus mouetur,vel reminiſcendo quod oblita fuerat,
vel diſcẽdo quod ignorabat,vel volẽdo quod nolebat:
per locum vero non mouetur,quia per loci ſpacia non
I diſtenditur . Deus autem corpore nó eget vt ſit,nec lo-
co,vt alicubi,nec tẽpore,vt aliquãdo , nec cauſa,vt ali-
cũde,nec forma, vt aliquid , nec aliquo genere ſubiecti
Per quid anima vnitur deo. Cap. XVI.
in quo ſubſiſtat vel cui aſsiſtat. Habet anima quandã
propriam naturam , omnibus his mundanæ molis ele-
mentis excellentiorem, qua veraciter non poſsit in ali-
qua phãtaſia corporalium imaginum quas per ſenſum
carnis percipimus cogitari, ſed mente intelligi vitáque
ſentiri.Intelligi poteſt,ſentiri non poteſt.Non enim eſt
corpus,nec deus,nec vita ſine ſenſu,qualis eſt in arbori
bus,nec vita ſine rationali mente,qualis eſt in animali-
bus,ſed vita & vita perpetua.Nũc quidem minor quàm
angelorum eſt & futura qualis angelorum, ſi ex præce-
pto ſui creatoris vixerit.Pręceptum autem eius eſt,vt in
dilectione ei⁹ maneamus. Manete,inquit,in dilectione
Ioan. 15.
mea.Per dilectionem nãque ſibi rationalem creaturam
copulauit,vt eum ſemper haberet & in ipſo ſemper ma
neret,de eo & in eo delectans gaudens & exultans. Per
dilectionem creatori ſuo & ſibi inuicem rationalis crea
tura copulata eſt:ſolum nanque dilectionis vinculũ eſt
quod ligat vtroſque in idipſum . Per amorẽ dei omnes
ei adhæremus,per amorem proximi omnes adinuicem

vnum ſumus,vt bonum commune omnium fiat ſingu- K
lorum,& quod quiſque in ſe non habet,in altero poſsi-
deat. Charitas eſt via dei ad homines & via hominum
ad deum.Per charitatem enim venit deus ad homines,
venit in homines,factus eſt homo. Per charitatem ho-
mines diligunt deum, eligunt deum,ad deum currunt,
ad deum perueniunt . Sic etiam familiaris eſt deo cha-
ritas, vt ipſe manſionem habere nolit vbi charitas non
fuerit.Si ergo charitatem habemus, deũ habemus, quia *1. Ioan. 4.*
deus charitas eſt. Miſer ego quantum deberem di-
Exhortatio ad amorem dei. Cap. XVII.
ligere deum meum , qui me fecit cum non eram,rede-
mit cum perieram,Non eram,de nihilo me fecit,nó la-
pidem,non arborem,non auem,vel aliquod de anima-
libus,ſed hominẽ me voluit eſſe,dedit mihi viuere,ſen-
tire,diſcernere. Perieram , & ad mortalitatem deſcen-
dit, mortalitatem ſuſcepit, paſsionem ſuſtinuit, mortẽ
vicit,& ſic me reſtaurauit.Perierã & abieram , quoniã
in peccatis meis eram venũdatus : venit ille poſt me vt
redimeret me, & tãtum dilexit me vt ſanguinis ſui pre-
ciũ appẽderet pro me,talique pacto reduxit me de exi-
lio,& redemit de ſeruitio.Nomine etiã ſuo vocauit me,
vt memoriale ſuum ſemper eſſet apud me. Vnxit me o-
leo læticiæ quo ipſe erat vnct⁹,vt ab vncto eſſem vnct⁹, L
& à Chriſto dicerer Chriſtianus.Sic gratia eius & miſe
ricordia ſemper præuenerũt me. De multis nanq; peri-
culis ſæpe liberauit me liberator meus, quãdo errabam
reduxit me,quando ignorabã docuit me, quando pec-
cabam corripuit me,quando triſtabar cõſolatus eſt me,
quando deſperabã confortauit me,quando cecidi ere-
xit me, quãdo ſtetit tenui me,quãdo iui duxit me, quã-
do veni ſuſcepit me. Hæc & multa alia fecit mihi deus
meus,de quib⁹ dulce eſt mihi ſemper loqui, ſemper co-
gitare, ſemper gratias agere,vt pro omnibus beneficiis
ſuis poſsim ſemper eum laudare & amare . Cum enim
cunctis ſit præſidens , ſingulos implens, vbique præ-
ſens, vniuerſorum curam agens , & tam ſingulis quàm
omnibus prouidẽs , ita totum ad cuſtodiam meam oc-
cupatum video , vt ſi ego ſuper cuſtodiã meam ſtabo,
quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli intendere velit.
Semper ſe præſentem exhibet, ſemper ſe paratum of-
fert , ſi me paratum inuenerit. Quocunque me vertero
non me deſerit,niſi ego prior eum deſeram . Vbicunq;
fuero non recedit à me,quoniam vbique eſt,vt quocũ-
que iero inueniam eum cũ quo poſsim eſſe. Quicquid M
fecero pariter aſsiſtit , vtpote perpetuus inſpector om-
nium cogitationum, intẽtionum & actionum mearũ.
Cum hæc diligenter conſidero,timore pariter & ingẽ-
ti rubore confundor , quia illum vbique mihi præſen-
tem,& omnia occulta mea videntem intueor.Multa e-
nim ſunt in me de quibus corã oculis eius erubeſco, &
pro quibus ei valde diſplicere timeo . Nec pro his om-
nibus quid illi repẽdam habeo, niſi tantum vt diligam
eum. Non enim melius nec decentius quàm per dile-
ctionem rependi poteſt, quod per dilectionem datum
eſt. Hæc præter rem dixiſſe videor , ſed forte non præ-
ter vtilitatem mihi, & iis qui mecum ſentiunt quæ ego
Anima quo ſit in loco. Cap. XVIII.
ſentio. Anima præſentia ſua corpus viuificat,& ſic
colligata eſt ei, vt nec cũ velit inde ſegregare ſe poſsit,
nec retinere cum ſui creatoris iuſsionem audierit.In vi
ta ſiquidem animæ conſiſtit vita corporis, & de morte
corporis deſcẽdit mors animæ . Sicut enim anima vita
ſua facit carnem viuere , & de fonte naturæ ſuæ irrigat
animando : ſic caro per corruptelam materiæ ſuæ ani-
mam , ſi cupiditatibus illicitis illigauerit,occidit.Et cũ
altera natura alterius videatur, trãſit vnaquæque in vi-

ctricis

A ctricis naturam,id eſt, vt aut carnem ſpiritalem anima
virtutibus ſuis præſtet, aut animam carnalem caro vi-
ctrix eius efficiat. Anima tamen nihil de morte habere
poteſt,niſi per vicia ei propinatum fuerit. Nec caro ali-
quid de vita retinere poteſt, niſi ab anima fuerit irriga-
ta. Nec in alterius naturam altera trãſire poteſt,niſi aut
viciis infecta,aut virtutibus deſerta fuerit. Ratione inſi-
gnita eſt anima,qua artibus docetur egregiis & diſcipli
nis inſtruitur eximiis, vt diuina ſapiat,& humana per-
tractet, atque ſic cætera animalia decenter excellat,vt-
pote ſubſtantia rationalis. In hoc enim proprie eſt ani-
ma ſubſtantia rationalis, id eſt, ſpiritus rationalis. Im-
mortalis eſt anima, ne à creatoris ſui ſimilitudine diſ-
crepare videatur. Non enim poterat eſſe imago & ſimi
litudo dei,ſi mortis termino clauderetur. Secũdũ quẽ-
dam modum vitæ quem nullo modo poteſt amittere,
immortalis eſt. Secundum vero quandam mutabilita-
tẽ qua poteſt vel melior vel deterior fieri, mortalis eſt.
Et ſicut mortalis eſt cum beatè viuere perdit, licet miſe
re viuere amittere nó poſsit, ſic reſpectu incorporei dei
corporea eſt. Nihil enim inuiſibile & incorporeum na-
tura credendum eſt præter ſolum deum, id eſt, patrem
B & filium & ſpiritum ſanctum. Qui ex eo incorpore^9 &
inuiſibilis dicitur,quia infinitus & incircumſcriptus eſt
& ſimplex, & ſibi omnibus modis ſufficiẽs ſeipſo & id-
ipſum. Et cum vbique ſit, in ſemetipſo inuiſibilis & in-
corporeus eſſe dignoſcitur. Omnis vero rationalis cre-
atura corporea eſt, angeli & omnes virtutes corporeæ
ſunt, licet non carne ſubſiſtant. Ex eo enim intellectua-
les naturas corporeas eſſe dicimus, quia loco circum-
ſcribũtur, ſicut & anima humana quæ carne clauditur,
quæ idcirco eſſe in loco & localis dici poteſt. In loco,
quia hic & alicubi præſens eſt: Localis, quia quod alicu-
bi præſens eſt totũ, alibi non eſt. Non habet tamen cor-
poralem dimẽſionem, nec corporalem circumſcriptio
nem, quoniam corporalis quãtitatis expers eſt. Sed quia
per præſentiam & operationem in loco cõcluditur, lo-
calis & ipſa dicitur, veruntamen non ſicut corpus, cui
ſecũdum locum, principium, medium & finis aſsigna-
tur. Circumſcriptum eſt, quod cum alicubi eſt totum,
nó poteſt eſſe ſimul alibi, quod de ſolis corporeis natu-
ris cernitur. Incircumſcriptum vero eſt quod ſimul eſt
vbique totum, quod de ſolo deo intelligitur. Circum-
C ſcriptum autem ſimul & incircũſcriptum eſt, quod cũ
alicubi ſit totum, poteſt ſimul alibi eſſe totum, nõ tamẽ
vbique, quod de creatis ſpiritibus cognoſcitur. Si enim
anima non eſſet tota in ſingulis membris ſui corporis,
nó ſentiret tota in ſingulis membris ſui corporis. Re-
ſpectu vero naturæ incorporeæ quæ ſumme incommu
tabilis vbique eſt, corporea eſt anima, quoniam tale ali-
quid nó eſt ipſa: nec tamen per loci ſpacium ita ſiſtitur
vel mouetur, vt maiori ſui parte maiorẽ locum occu-
pet, & breuiore breuiorem, minórque ſit in parte quàm
in toto. Per omnes ſiquidẽ particulas corporis tota ſi-
mul adeſt, nec minor in minoribus, nec in maioribus
maior. Sed alicubi intenſius, alicubi remiſsius, & in om-
nibus tota & in ſingulis tota eſt. Sicut enim deus vbiq;
eſt totus in toto mundo & in omni creatura ſua: ſic ani
ma vbique tota in toto corpore ſuo, tãquam in quodã
mundo ſuo, intenſius tamẽ in corde & in cerebro, quẽ-
admodum deus præcipue dicitur eſſe in cœlo. In-
Anima quicquid agit tota agit. C.XIX.
uiſibilis & incorporea eſt anima: ſi enim viſibilis eſſet,
corporea eſſet. Et ſi corporea eſſet, partibilis eſſet, & par-
tes haberet, neq; tota ſimul in vno loco eſſe poſſet. Nul-
lum enim corpus aut ſimul tãgi totum poteſt, aut ſimul

tangere totum poteſt. Anima vero in quibuſcũque ſuis D
motibus vel actibus tota ſimul adeſt. Tota videt, & tota
viſorum meminit. Tota audit, & tota ſonorum remini-
ſcitur. Tota odorat, & tota odores recolit. Tota per lin-
guam & palatũ ſapores ſentit & diſcernit. Tota tãgit, &
dura & mollia. Tota ſimul approbat vel improbat. Ca-
lida vero vel frigida ſummo tantũ digito tota diſcer-
nit. Tota eſt viſus, tota eſt auditus, tota meminit: & cũ
tota meminit, tota eſt memoria. Cum tota vult, tota eſt
voluntas. Cum tota cogitat, tota eſt cogitatio. Cũ tota
diligit, tota eſt dilectio. Poteſt nãque ex parte cogitare,
& ex parte diligere. Habet anima affectiones qui-
Animę virtutes & vires actionũ Cap.XX.
bus exercetur ad virtutes. Dolor nãque de peccatis, ti-
mor de ſuppliciis, deſiderium de promiſsis, & gaudium
de præmiis quædã exercitia ſunt virtutum. Habet etiã
virtutes quibus inſtruitur & armatur cõtra vicia. A pru-
dentia nanque ſcit quid debeat facere: temperantiã ha-
bet contra proſpera, fortitudinem contra aduerſa, iuſti-
ciam qua ſcit quid cuique debeat reddere. Prudẽtia eſt
ſcire quid poſsit, fortitudo facere quod poſsit, temperã
tia non præſumere quod nó poſsit, iuſticia nõ velle pl^9
quàm poſsit: Prudentia eſt in eligendis: temperantia in E
vtendis: fortitudo in tolerãdis: iuſticia in diſtribuẽdis.
Prudentiæ eſt nihil pœnitendum appetere, & nihil pre-
ter iuſtũ velle facere. Temperãtiæ eſt nihil preter turpia
timere, & quicquid agimus vel cogitamus ad rationis
normam dirigere. Fortitudinis eſt terrenas cupiditates
nõ ſolũ reprimere, ſed penitus obliuiſci. Iuſticię eſt om-
nem animi cogitationẽ ad ſolum deũ dirigere, eúmque
tanquã nihil aliud ſit ſola mẽtis acie intueri. Habet au-
tem anima ſacramẽtales virtutes quibus initiatur, id eſt,
fidem, ſpem, ſacramentum baptiſmi, inunctionem, cõ-
firmationem, & cętera quibus deo cõſecratur. Habet e-
tiam virtutes quibus proficit & quibus deo coniũgitur,
vt eſt humilitas, puritas, charitas. Humilitas eã deo ſub-
iicit, puritas iungit, charitas vnit. Habet quoque anima
vires quibus corpori commiſcetur, quarũ prima eſt na-
turalis, ſecunda vitalis, tertia animalis, Et ſicut deus tri-
nus & vnus, verus & perfectus omnia tenet, omnia im-
plet, omnia ſuſtinet, omnia ſuperexcedit, omnia circũ-
plectitur: ſic anima his tribus viribus per totum corpus
diffunditur, non locali diſtenſione, ſed vitali intẽſione.
Naturalis nãque virtus operatur in hepate ſanguinẽ &
alios quoſque humores, quos per venas ad omnia cor- F
poris membra tranſmittit, vt inde augeantur & nutriã-
tur. Vis iſta quadrifaria eſt. Diuiditur nanque in appeti
tiuam, retẽtiuam, expulſiuam, & diſtributiuam. Appeti-
tiua quæ ſunt neceſſaria corpori appetit. Retẽtiua ſum-
pta retinet, donec ex illis digeſtio vtilis fiat: Expulſiua
nociua & ſuperflua expellit. Diſtributiua bonos bono-
rũ ciborũ humores omnibus membris diſtribuit, prout
cuique expedit. Vis vitalis eſt in corde, quæ ad tẽpe-
Vis cordis. Cap.XXI.
randum feruorem cordis aërem hauriendo atque red-
dendo, vitam & ſalutem toti corpori tribuit. Aëre nãq;
puro ſanguinem purificatum per totũ corpus impellit
per venas pulſatiles, quæ arteriæ vocantur. Ex quarum
motu temperantiam atque diſtemperãtiam cordis phy
ſici cognoſcunt. Iſtas vires habent omnia animalia, &
ideo corporis magis videntur eſſe quàm animæ, cũ a-
nima ſit vita corporis. Vis animalis eſt in cere-
Vis cerebri Cap.XXII.
bro, & inde vigere facit quinque ſenſus corporis. Iubet
enim voces edere, membra mouere. Tres nanque ſunt
vẽtriculi cerebri. Vnus anterior à quo omnes ſenſus, al
ter poſterior à quo omnis motus, tertius inter vtrun-
que medius, id eſt, rationalis. Corporis ſenſus ſic fiunt.

G Quod eſt in corpore ſubtiliſsimum & ob hoc animæ
ſimilius & vicinius quàm cætera, id eſt, lux primum per
oculos ipſos diffunditur emicàtque in radiis oculorũ
ad viſibilia intuenda, deinde mixtura quadam primo
cum aëre puro, ſecundo cum aëre caliginoſo atq; ne-
buloſo, tertio cum corpulentiore humore, quarto cum
terrena craſsitudine, quinque ſenſus cũ ipſo ſenſu ocu-
lorum perficit, vbi ipſa ſola excellit. Iſti ſenſus quia in
ſola facie prælocati ſunt, ideo ſcriptum arbitror, quo-
niam dominus in faciem inſufflauit homini ſpiraculũ
vitæ, & factus eſt in animam viuentem. Anterior quip-
pe pars poſteriori merito præponitur, quia iſta ducit, &
illa ſequitur, ab iſta ſenſus, & ab illa motus, ſicut conſi-
lium præcedit actionem. Iſtæ vires tam animæ quàm
corporis dici poſſunt, quia ab anima in corpore fiunt,
nec ſine vtroque fieri poſſunt. In prima parte cerebri
vis animalis vocatur phantaſticalis, id eſt, imaginaria,
quia in ea corporalium rerum ſimilitudines & imagi-
nes continentur, vnde & phantaſticum dicitur. In me-
dia parte cerebri vocatur rationalis, quia ibi examinat
& iudicat ea quæ per imaginationem repræſentãtur. In
H vltima parte vocatur memorialis, quia ibi commendat
memoriæ ratione iudicata. Aliud eſt itaque in no-
bis quo corpora ſentimus, quod quinque corporis ſen-
ſibus facimus. Aliud quo nõ corpora, ſed corporibus ſi-
milia cernimus, vbi & nos ipſos non aliter quàm ſimi-
les corporibus intuemur. Aliud quo nec corpora nec
corporum ſimilitudines conſpicimus, ſed alias res quæ
non habent imagines ſui ſimiles, ſicut eſt deus, & ipſa
mens rationalis, vel intelligentia, vel ratio: ſicut etiam
virtutes, prudentia, iuſticia, caſtitas, charitas, pietas, &
quæcunque aliæ ſunt quas intelligendo vel cogitando
enumeramus, diſcernimus, & definimus. Porrò anima
non eſt corpus, quia nõ omnis ſimilitudo corporis cor-
pus eſt. Dormienti enim tibi in ſomnis velut corp⁹ ap-
parebit, neque id corpus tuum ſed anima tua: nec verũ
corpus, ſed ſimilitudo corporis tui. Iacebit enim corp⁹
tuum, ambulabit ipſa. Tacebit lingua corporis tui, lo-
quetur ipſa. Clauſi erunt oculi tui, videbit ipſa: & ita in
ea tota & integra cernetur ſimilitudo carnis tuæ. In hac
ſimilitudine quaſi per loca cognita vel incognita diſ-
currit: & ſentit læta vel triſtia. Anima etiã mortui ſicut
dormiẽtis in ipſa ſimilitudine corporis ſui ſentit ſeu bo
I na ſeu mala: non ſunt tamen corporalia, ſed corporibus
ſimilia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur ſeu
bene ſeu male, cum & ipſæ ſuis corporibus ſimiles ſibi-
met appareant. Sunt tamen & vera lætitia & vera mo-
leſtia, facta de ſubſtantia ſpiritali in ſubſtantia ſpiritali.
Certum nempe eſt quãdam ſpiritalem naturam eſſe in
nobis, vbi corporalium rerum ſimilitudines aut formã
tur aut formatæ ingeruntur: ſiue cum præſentia aliquo
ſenſu corporis tangimus, & cõtinuo eorum ſimilitudo
in ſpiritu formatur, & in memoria recõditur: ſiue cum
abſentia iam nota, vel quę non nouimus cogitamus, vt
inde formetur quidam ſpiritalis intellectus. Innumera-
bilia etiam pro arbitrio & opinatione fingimus, quę vel
non ſunt, vel eſſe neſciuntur. Innumerabiles quoque &
varię formę rerum in animo noſtro verſantur, vel cum
aliquid facimus vel facturi ſumus: aliquo etiam ſpiritu
rapiẽte tollitur anima in huiuſmodi videnda ſeu bona
ſeu mala. Nimia quoque intẽtione cogitationis vel ali-
qua vi morbi, vt phreneticis per febrem accidere ſolet,
ſeu commixtione alterius cuiuſdã ſpiritus ſeu boni ſeu
mali, ita corporalium rerum imagines in ſpiritu expri-
muntur, tanquam corpora ipſius corporis ſenſibus pręſententur, vt abſentia videãtur adeſſe tanquam pręſen- K
tia, & quæ non ſunt tanquam præ oculis aſsint. A dor-
mientibus etiam multa videntur, vel nihil vel aliquid
ſignificantia. Vnde ſæpe imagines rerum corporalium
tanta illis expreſsione repræſentantur in ſomnis, quan-
ta ipſa corpora præſentantur vigilantibus, vt inter vi-
ſionẽ dormientium & veram commixtionem vigilan-
tium non diſcernatur, ſed continuo eis caro moueatur,
& contra propoſitum ſuum vel cõtra licitos mores cõ-
cumbere videatur, & quod naturaliter collectũ eſt per
genitales vias emittatur. Hunc motum caſti vigilantes
cohibent & refrę nant. Dormientes autem ideo nõ poſ-
ſunt, quia in poteſtate non habent imaginis corporalis
expreſsionẽ: qua caro naturaliter mouetur, & ſequitur
quod coitum ſequi ſolet, & quod ſine peccato à vigilã-
tibus fieri non poteſt. Sic in ſpiritu & corporalium re-
rum imagines apparent, & multa pro arbitrio fingun-
tur, vel præter arbitrium demonſtrantur. Ipſa nanque
anima quæ motu proprio ſemper in motu eſt, quia per
corpus nõ ſinitur, vel non plene ſinitur corporalia ſen-
tire, vel ad corporalia vim ſuę intentionis dirigere, cor
pore ſopito, ſpiritu corporalium ſimilitudines aut ipſa
agit, ſicut & imagines corporũ cogitãdo ex ſeipſa ver- L
ſare aſſolet, aut obiectas intuetur, cum in eas videndas
aliquo ſpiritu aſſumitur. Anima eſt ſubſtantia ſpi-
De multiplici viſu animæ. Caput XXIIII.
ritalis, ſimplex, indiſſolubilis, incorporea, paſsibilis at-
que mutabilis, carens pondere, figura & colore. Nõ eſt
credenda pars, ſed creatura dei, nec etiam de ſubſtantia
dei, vel de qualibet elementorum materia, ſed ex nihi-
lo eſt creata. Si enim ex ſemetipſo eam deus feciſſet, ne-
quaquam vicioſa aut mutabilis aut miſera eſſet. Si autẽ
ex elementis facta fuiſſet, eſſet corporea: cum ſit incor-
porea, ignotam habens originem, initium habet, finem
nõ habet. Et cum ſit ſpiritalis naturæ, nihil habet mixtũ
concretúmque, terrenum, nihil humidum vel aëreum
vel igneum. Nullum habet colorem, nullo loco conti-
netur, nullis membris circumſcribitur, nullo ſpacio fini
tur: ſed ita eſt cogitanda & intelligenda, ſicut ſapientia,
iuſticia, & cæteræ virtutes ab omnipotente creatæ. Na-
tura animæ inuiſibilis eſt, ideo inuiſibiliter in corpore
manet, & de corpore inuiſibiliter egreditur. Per corpus
Tria genera viſionũ animæ.
corpora videt, ſicut cœlũ & terram, & quæ in eis conſpi
cua ſunt oculis noſtris. Spiritu autem corporum ſimili-
tudines intuetur. Quicquid enim corpus non eſt, & ta- M
men aliquid eſt, recte iam ſpiritus dicitur. Idcirco qua-
dam vi occulta & ſpiritali rapitur anima, vt vice cor-
porũ expreſſas corporalium rerũ ſimilitudines in ſpi-
ritu videat. Sed intellectu ea quę nec corpora nec cor-
porum formas habent conſpicit, ſicut eſt iuſticia & ſa-
piẽtia, & velut ipſa mẽs & omnis animę affectio bona.
Iſta tria genera viſionum manifeſta ſunt. Primum cor-
porale, quo per corporis ſenſus corporalia ſentiuntur.
Secundum ſpiritale, quo corporum ſimilitudines ſpiri-
tu, non mente cernuntur. Tertium intellectuale, quo il-
læ res quæ nec corpora nec corporum formas habent,
conſpiciuntur. Intellectuali viſione nunquam fallitur a-
nima: aut enim intelligit & verum eſt: aut ſi verum non
eſt, non intelligit. In viſione autem corporali ſæpe
fallitur anima, cum in ipſis corporibus fieri putat quod
fit in corporis ſenſibus. Sicut nauigantibus videntur in
terra moueri, quæ ſtant, & intuẽtibus cœlum ſydera ſta-
re, quæ mouentur, & diuaricatis radiis oculorum res v-
na duas formas habere videtur, & vnus homo duo ca-
pita, & in aqua remus infractus, & multa huiuſmodi. In
viſione etiam ſpiritali anima fallitur & illuditur, quo-
niam ea

De falſis imaginibus animæ. Caput XXIII.

A niam ea quæ videt aliquando vera, aliquando falſa, aliquando perturbata, aliquando trāquilla ſunt. Ipſa autē vera aliquādo futuris omnino ſimilia, vel aperte dicta aliquando obſcuris ſignificationibus & quaſi figuratis

De ecſtaſi. locutionibus prænunciata. In ecſtaſi vero quādo ab omnib⁹ corporis ſenſibus alienatur & auertitur anima, amplius quàm in ſomno ſolet, ſed minus quàm in morte, nō fallitur. Sed ipſa mente diuinitus adiuta, vel aliquo ipſa viſa exponente, ſicut in Apocalypſi Ioanni exponebatur, magna reuelatio eſt. Cum enim bono ſpiritu aſſumitur anima, falli non poteſt, quia ſancti ageli miris modis viſa ſua facili quadam ac præpotenti vnitione vel cōmixtione noſtra eſſe faciūt, & viſionem ſuā quodam ineffabili modo in ſpiritu noſtro informant. Ipſi ſiquidē his corporalibus iudicandis atque miniſtrādis præſunt, & eorū ſignificatiuas ſimilitudines in ſpiritu ita diſcernunt, & tāta potentia quodam modo tractāt, vt eas etiā poſsint hominū ſpiritibus reuelādo miſcere. Inde eſt quòd angelus domini apparuit in ſomnis Io-

Matth.1. ſeph dicēs, Noli timere accipere Mariā coniugem tuā.

Matth.2. Et iterum, Tolle puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptū. Deus etiam per prophetam dicit, Effundā de ſpi-

Iohel.2. ritu meo ſuper omnem carnē, & iuuenes viſiones vide-

B būt, & ſenes ſomnia ſomniabūt. Sunt & alia viſa vſitata

Alia viſionū genera. & humana, quæ vel ex ipſo ſpiritu noſtro multipliciter exiſtunt, vel ex corpore ſpiritui quodā modo ſuggerūtur, ſicut fuerimus affecti à carne vel animo. Non enim ſolū vigilantes homines curas ſuas cogitando verſant

†ſenſibus. in ſimilitudinibus † corporū, verumetiā dormiētes hoc ſæpe ſomniant quo indigent. Nā & negocia ſua gerunt ex animi cupiditate, & epulis & poculis inhiant inſtanter, ſi forte eſurientes ſitientéſque dormierint. Vigilātibus etiam occulto quodā inſtinctu ingeſtas eſſe cogita-

Ioan.11. tiones quas diuinarēt nouimus: Sicut Caiphas pōtifex prophetauit, cū eius intentio prophetandi voluntatem nō haberet. Multa videt anima, & eadē natura eſt omniū viſionum, ſiue in vigilantibus, ſiue in dormiētibus, ſiue in ægrotantibus: quoniam non ex alio genere ſunt quæ videtur, quàm ex natura ſpiritus de quo vel in quo fiunt ſimilitudines corporū. Viſa ſiquidē phreneticorū ſimilia ſunt viſis ſomniātium: obturatas nāque vias ſentiendi habent, vt videant quod ſomniantes vidēt. Viſa etiam ſomniantium ſimilia ſunt cogitationibus vigilā-

C tium. Dormiētibus quippe in cerebro cōſopitur via ſentiendi, quæ intētionem ad oculos ducit. Ideoque ipſa intentio in aliud verſa, cernit viſa ſomniorum tanquā ſpecies corporales aſsint, vt ſibi dormientes vigilare videātur, & nō ſimilia corporibus, ſed ipſa corpora intueri ſe putēt. Ego autem multo amplius admiror & vehemētius ſtupeo, quāta celeritate ac facilitate in ſe anima fabricet imagines corporum, quas per corporis oculos vident, quàm phreneticorum vel ſomniātium, vel etiā in ecſtaſi viſiones. Quæcunque tamē illa natura viſorū eſt, proculdubio corpus nō eſt. Non enim corpora viſa illas imagines in ſpiritu faciūt, nec eam vim habent vt aliud ſpiritale forment, ſed ipſe ſpiritus in ſeipſo celeritate mirabili, vtpote ſpiritalis, intellectualis, & rationalis.

Quinque ſunt genera ſomniorū. C.XXV. Omnium quæ ſibi videre videntur dormientes, quinque ſunt genera, videlicet, Oraculū, viſio, ſomnium, inſomnium, & phantaſma. Oraculum eſt, cum in ſomnis parens vel aliqua ſancta grauiſque perſona ſeu

Oraculum. ſacerdos, vel etiam deus euenturum aliquid aperte vel non euenturum, faciendum vel deuitandum denūciat.

Viſio. Viſio eſt, cum id quod videt quis, eodem modo quo ap-

Somnium. paruerat euenit. Somnium eſt figuris tectum, & ſine in-

terpretatione intelligi non poteſt. Inſomnium eſt quā- *Inſomniū.*
do id quod fatigauerat vigilantem ingerit ſe dormien- D
ti, ſicut eſt cibi cura vel potus, vel aliqua ſtudia, vel artes, vel infirmitates. Secundum nanque ſtudia quę quiſque exercuit ſomniat, & ſolitatum artium ſimulacra in præſentia mentis impreſſa apparent in ſomnis. Iuxta etiam infirmitatum diuerſitates diuerſa accidunt ſomnia. Etiam ſecundum morum & humorum varietates variantur & ſomnia. Alia nanque vident ſanguinei, alia cholerici, alia phlegmatici, [alia melancholici.] Et cum illi vident rubea & varia, iſti nigra & alba. Phan- *Phātaſma.*
taſma eſt, quando qui vix dormire cœpit & adhuc ſe vigilare æſtimat, aſpicere videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas diſcrepātes & varias, lętas vel turbulentas. In iſto genere eſt ephialtes, quem publica per- *ἐφιάλτης quaſi inſultator dictus.*
ſuaſio quieſcētes opinatur inuadere, & pōdere ſuo preſſos ac ſentiētes grauare. Quod nō eſt aliud quàm quædam fumoſitas à ſtomacho vel à corde ad cerebrum aſcendens, & ibi vim animalem comprimens. Di- *Spectra. C. XXVI.*
cit etiam humana opinio, quòd quadā arte mulierum & poteſtate dæmonum homines cōuerti poſsint in lupos & iumēta, & quęque neceſſaria portare, & poſt per- E
acta opera iterum ad ſe redire: nec fieri in eis mentem beſtialem, ſed rationalem humanámq; ſeruari. Hoc ſic intelligendum eſt, quoniam dęmones naturas non creant, ſed aliquid tale facere poſſunt vt videātur eſſe quæ non ſunt. Nulla enim arte vel poteſtate animus, ſed nec corpus quidem aliqua ratione in membra vel in liniamenta beſtialia veraciter conuerti poteſt. Sed phantaſticum hominis quod etiam cogitando ſiue ſomniādo per rerum innumerabiliū genera variatur: & cum corpus non ſit, corporum ſimiles formas mira celeritate capit. Sopitis autem & oppreſsis homini ſenſibus corporeis, ad aliorum ſenſum figura corporea perduci poteſt: ita tamē quod corpus ipſum hominis alicubi iaceat, viuens quidē ſed multo grauius atque oppreſsius quàm ſomno ſuis ſenſibus obſeratis: phātaſticum autem illud veluti formatū in alicuius animalis imaginem, alienis ſenſibus appareat, taliſq; homo ſibi videatur, qualis ſibi videri poſſet in ſomnis, portare onera, Quę onera ſi vera ſunt corpora, portātur à dæmonibus, vt illudatur hominibus, partim vera onerum corpora, partim falſa iu- F
mentorum cernentibus. Humanum ſpiritū aliquan- *Spiritus quidē aſſiciunt mentē hominis, ſed ſolus deus implet. Caput XXVII.*
do bonus, aliquādo malus aſſumit ſpiritus, nec facile diſcerni poteſt à quo ſpiritu aſſumatur, niſi quia bonus inſtruit, malus fallit. Fallit autē ſępe in manifeſtis bonis, vt cum ſibi in eis creditū fuerit, ad ſua ſeducat. Sic plerūq; humanū ſpiritū rapit, vt quadā occulta mixtura quaſi idem ſpiritus eſſe videatur, & ſpiritus patientis, & ſpiritus vexātis, vt in dæmoniacis videmus. Animam tamē hominis, id eſt, mentem, nulla creatura iuxta ſubſtantiā implere poteſt, niſi ſola trinitas. Implere autem dicitur ſatanas, mentem alicuius & principale cordis, non in- *τὸ ἡγεμονικόν.*
grediēs quidem in eum & in ſenſum eius, ſed fraude & iniquitate: atque omni malicia illum alliciens, atque ſeducens affectu maliciæ, trahit per cogitationes & incētiua viciorum, quibus ipſe plenus eſt, vtpote fallax nequam & fraudulentus deceptor animarum. Non enim participatione naturæ ſeu ſubſtantiæ, vt quidam putāt, animā implet diabolus, aut eius habitator efficitur, ſed per fraudulentam deceptionē atque maliciā, in eo habitare dicitur quē implet. Solius enim trinitatis eſt intrare & implere naturam ſiue ſubſtātiam quam creauit. *Dæmonum experiētia. C.XXVIII.*
Dæmones, & acrimonia ſenſus, & celeritate motus aërei corporis, terrenorum corporū ſenſum facile præ-

G cedunt, & quædam cogitata prænunciāt quę homines mirantur propter tarditatem terreni corporis. Acceſsit autem dæmonibus per tam lōgum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia quàm hominibus poteſt euenire propter breuitatē vitæ. Idcirco quædam futura prædicunt, & quædam mira faciūt, quibus homines alliciunt & ſeducūt. *Saga.* Vnde quædā mulierculę poſt ſatan conuerſæ, dęmonum illuſionibus & phantaſmatibus ſeductæ, credūt ſe & profitētur nocturnis horis cum Diana Paganorum dea, vel cū Herodiade & Minerua & innumera mulierū multitudine equitare, earúmque iuſsionibus obtemperare. Ipſe nanq; Satanas, qui transfigurat ſe in angelum lucis, *2.Cor.11.* cum mētem cuiuſque mulierculæ ceperit, & hāc ſibi per infidelitatē ſubiugauerit, illico trāſformat ſe in diuerſarū perſonarum ſpecies ac ſimilitudines: & mētem quam captiuam tenet in ſomnis deludens, modo læta & modo triſtia, modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendens per deuia quęq; deducit. Et cū ſolus hoc patitur ſpiritus infidelis, nec in animo ſed in corpore euenire opinatur, idcirco nimis ſtult' & hebes eſt qui hæc omnia quę H in ſpiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitratur, cū Ezechiel & alij Prophetæ, Ioannes etiam Euāgeliſta & Apoſtoli in ſpiritu, non in corpore viſiones viderint.

Mortuos nō ignorare quę hic aguntur. Ca. XXIX. Cum homines mortui, ſiue viui, hominibus dormientibus vel vigilātibus apparent, nō in ipſis rebus vt ſunt videntur, ſed in quibuſdam ſimilitudinibus rerum. Iſtud autem angelicis operationibus fieri credimus, per diſpenſationem prouidētiæ dei, bene vtentis bonis vel malis ſecundum inſcrutabilem altitudinem iudiciorū ſuorum: ſiue hinc inſtruātur mētes mortalium, ſiue fallantur, ſiue conſolentur, ſiue terreantur: ſicut vnicuique vel præbenda eſt miſericordia, vel irrogāda iuſticia, ab eo cui miſericordiam & iudicium nō inaniter decantat Eccleſia. *Pſal.100.* Ibi ſiquidem ſunt ſpiritus defunctorum, vbi non vident neque audiunt quæ aguntur aut eueniūt in iſta vita hominibus. Ita tamen eſt eis cura de viuis, quāquam quid agant omnino neſciāt, quemadmodum cura eſt nobis de mortuis, quamuis quid agant vtique neſciamus. Neſciūt quidē mortui quid hic agatur: ſed dū hic agitur, poſtea audire poſſunt ab eis qui hinc moriēdo ad eos pergunt: nō quidem omnino, ſed quātum ſinitur eis indicare & eos oportet audire. Scire etiā poſſunt ab angelis qui hic nobis pręſto ſunt, & animas no- I ſtras ad illos deferunt: Spiritu etiā dei reuelāte cognoſcere poſſunt quæ hic aguntur quę neceſſarium eſt eos cognoſcere. Quidā etiam ex mortuis ad viuos rapi poſſunt: non per propriam naturam, ſed per diuinam potētiam. Verum tamen iſta fiant per eorum præſentiā, aut per angelos ſuſcipiētes eorum perſonam, affirmare nō audeo. Deus enim omnipotens qui eſt vbique præſens, per angelica miniſteria vſquequaque diffuſa poteſt præbere iſta hominibus ſolatia quibus in hui' vitæ miſeria iudicat eſſe præbenda.

Vires animę. C.XXX. Potentiæ animę atque virtutes longa exercitatione & ſucceſſu temporum creſcunt. Ipſa vero nec creſcit nec decreſcit, ſed aut imparilitate membrorum, aut humorum craſsitudine & eorum corruptione prępedita, vires ſuas exercere non poteſt. Anima carne exuta viuit, videt, audit, & omnes ſenſus atq; ingenia viuaciter tenet: vtpote pura, ſubtilis, cita, & perpetua. Et ſicut deus vbique in ſemetipſo eſt, ſic anima vbique quodā modo in ſemetipſa eſt: ac per hoc ibi erit anima poſt corpus, vbi erat agēs in corpore. Ibi de' eſt modo, vbi erat priuſquam mundus fieret, vbi etiam foret ſi mundus deſineret eſſe. Sicut ſæpe dictū eſt, incorporea eſt anima: poteſt tamen habere ſimilitudinē cor- K poris, nō corporalem, ſed corpori ſimilem, & corporalium omnino mēbrorum, cum de corpore egreditur. Sic enim aut ad ſpiritalia pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia ſimilia corporalibus: qualia ſæpe demonſtrata ſunt iis qui rapti ſunt à corporis ſenſibus, & mortuis ſimiles iacuerunt: cum & ipſi in ſeipſis gererent quandā ſimilitudinem corporis ſui, per quā poſſent ad illa ferri, & talia ſimilibus ſenſibus experiri. Animæ ſiquidem quæ in corporibus viuentes per dilectionem rerum viſibilium corporalibus imaginibus afficiūtur, à corporibus exeuntes in eiſdem imaginibus tormenta patiuntur. Propterea enim corporalibus paſsionibus ibi teneri poſſunt, quia à corruptione corporaliū affectionum hic mūdatæ nō fuerunt, quam corpulentiā de carnis dilectione † traxerunt. *† de corporu delectatione.* Quædam autem animæ in eiſdem locis in quibus culpam commiſerunt puniūtur, quædā vero abditis receptaculis vſque ad vltimā reſurrectionem continētur, ſicut digna eſt vnaquæque requie vel miſeria.

Homo mortales. Caput XXXI. Multa de anima dixi, ſed nondū dixi quando facta eſt, vel quando de corpore egredietur. Quod primū poſui, poſtea dicam: quod eſt vltimū hoc nō dicere poſſum, quia nec initiū meum nec finem ſcio. Ne- L ſcio vnde venio, aut quò vado: ſed planè ſcio, ꝙ mortales ſumus: & velimus, nolimus, omnes moriemur. Nihil enim morte certius, & nihil incertius hora mortis. Nā neſcim' quādo, aut quo modo, aut vbi moriemur, quoniam mors vbiq; nos expectat. Idcirco ſemper debemus eſſe parati, vt cum corpus reuertetur ad terrā de qua ſumptum eſt, ſpiritus redeat ad eū qui dedit illū. *Eccle.12.* Illud ſiquidem nos maxime mouere debet, quòd à veteribus ſapiētibus ita homo definitus eſt, Homo eſt animal rationale mortale. *Hominis definitio.* Hoc genere poſito, quod animal dictū eſt, additas duas differentias videmus, quibus admonendus erat homo, & quò ſibi eſſet redeundū, & vnde fugiēdum. Sicut enim progreſſus animę vſque ad mortalia lapſus eſt: ſic regreſſus eius in rationē eſſe deberet, qua impugnātibus viciis reſiſtere valeat, vt ſecundū naturam ſuā viuat, & ordinari appetat, ſub illo videlicet à quo regi debet, & ſupra ea quæ regere debet. Vno verbo, quod rationale dicitur, ſeparatur à beſtiis. Alio, quod mortale, ſeparatur à diuinis. Illud niſi retinuerit, beſtia erit: hinc niſi ſe auerterit, ad diuina nō perueniet. Idcirco vt homo ſibi incognit' cognoſcat ſe, magna op' habet cōſuetudine recedēdi à ſenſibus, vt animū ad ſe col- M ligat, & in ſeipſo retineat. His ſiquidem ſenſibus impeditur anima ne cernere ſemetipſam valeat & creatorē ſuum, quē ſola & ſimplex ſine iſtis oculis intueri debet.

De dignitate animæ. C.XXXII. Anima nanque rationalis inter eas res quæ ſunt à deo cōditę, ſuperat omnia, & ideo deo proxima eſt quādo eſt pura, eiq; inquantum charitate cohęſerit, intantū ab illo lumine intelligibili perfuſa quodam modo & illuſtrata, non per corporeos oculos, ſed per ſui ipſius principale, id eſt, per intelligentiā deū cernit, in quo eſt pfectiſsima pulchritudo & beatiſsima viſio, qua viſione fit beata. Remoueat ergo à cōſideratione ſua omnes noticias quæ per corporis ſenſus extrinſecus capiuntur. Quæ nanque corporalia, eorúmq; ſimilitudines, ſenſus quoque & imaginationes in memoria infixę, cū recordando reminiſcuntur, ad exteriorē hominem pertinēt, quāquam iſtis quaſi nunciis anima exteriora percipiat. Mēs ergo cui nihil ſeipſa pręſentius eſt, quadā interiori, non ſimulata, ſed vera pręſentia, videat ſe in ſe. Nihil enim tam nouit mens, quàm id quod ſibi præſto eſt. Nec magis menti quicquam præſto eſt, quàm ipſa ſibi.

Nam

A Nā cognoſcit ſe viuere, ſe meminiſſe, ſe intelligere, ſe velle, cogitare, ſcire, iudicare. Hæc omoia nouit in ſe, nec imaginatur quaſi extra ſe illa aliquo ſenſū corporis tetigerit, ſicut corporalia quæq; tangūtur. Ex quorū cogitationibus nihil ſibi affingat, vt tale aliquid ſe eſſe putet. Quicquid ei de ſe remanet, hoc ſolum ipſa eſt. Nihil enim tam io mente eſt quàm ipſa mens: nec quicquam ſic mētem cognoſcit quemadmodum mens. Cū enim quærit mens quid ſit mēs, profectò nouit quòd ſeipſam quærit, & nouit, quòd ipſa ſit mens quæ ſeipſam quærit. Neq; enim aliunde ſe quærit quàm ſeipſa. Cū ergo quęreotem ſe nouit, ſe vtiq; nouit. Et omne quod nouit, tota oouit, atq; ita totam ſe oouit. Et ſi parte inuenta noo ſe totam quærat, tamen quia ſe tota quærit, tota ſibi pręſto eſt. Nihil eni ſibi ſeipſa præſentius eſſe poteſt. Quod autem quærit de ſe quid antea fuerit, vel quid futura ſit, vel qualis modo ſit, quęrit, id eſt, quàm ſimilis vel quàm diſsimilis deo, quàm humilis & deuota, quàm pura, q̄ ſancta. Sed quia in iſtis eſt corporibus, quæ cum amore cogitat, & cū quibus amore aſſuefacta eſt, nō valet ſine imagioibus eorū videre ſemetipſam, vel eſſe io ſeipſa. Nam tanto glutino amoris ei cohæſerunt hæc quæ foris

Anima cū iūctio cum corpore.

B ſunt corporalia, vt etiam cum abſiot iſta, pręſto ſint imagines eorum cogitanti. Quapropter ſecernere eas à ſe non poteſt, vt ſe ſolam inſpiciat & videat. Redeat ergo ad ſe, & ſtet in ſe, nec ſicut abſentē ſe quærat, ſed velut præſeotē ſe curet cernere & diſcernete, & intentioneoi voluntatis qua per alia vagabatur, ſtatuat in ſeipſa, & ſe cogitet vt ſeipſam cogooſcat & diligat. Ita videbit quòd nunquam ſe non amauerit, nūquam neſcierit: ſed alia ſecum amando cum eis ſe cōfundit, ita vt ſine magno labore ab eis ſeparari non poſsit, quibus cum amore inhæſit. Propterea phātaſiis corporalium imaginum deformatur, eiſdèmq; alte impreſsis etiam ſoluta à corpore non exuitur. Si enim à corporalium affectionum corruptione hic non mūdatur, corpore exuta corporalibus tenetur paſsionib⁹, Studeat ergo in hac vita ſe mūdare ab huiuſmodi feculētia, quatenus cum hinc exierit, nihil corporeum ſecū trahat, & à corporali paſsione immunis exiſtat. Viuificatione & ſenſificatioοe deſcēdit anima ad corpus. Præſeotia naoq; ſua illud viuificat, colligit in vnum, atq; in voo teoet, defluere atq; cōtabeſcere ooo ſinit, congruentiam modúmq; eius conſeruat, noo tantū in pulchritudioe, ſed etiam in creſcē-

C do atq; gignendo. Intēdit etiam aoima ſe in tactum, & eo calida & frigida, aſpera & lęuia, dura & mollia, grauia & leuia ſentit atq; diſcernit. Deinde ionumerabiles differētias ſaporum, odorum, ſonorum, atq; formarum, guſtando, olfacieodo, audiēdo, vidēdóq; diiudicat, atque io bis omnibus ea quæ ſecundum naturam corporis ſui ſuot appetit, fugitq; contraria. Remouet ſe ab his ſenſibus certo interuallo tēporum, & eorū motus quaſi per quaſdam ferias reparans, rerum imagines quas per eos hauſit ſecū cateruatim & multipliciter verſat. Cum ergo vult intelligere, vel diuina, vel deum, vel ſeipſam ſuáſq; conſiderare virtutes, abſtrahit ſe ab omnib⁹ corporis ſenſibus, quibus non adiuuatur niſi ad corporeas formas colorēſq; ſeutiendos, & ſpiritu ac ratione ſe cōſpicit, meditatione, atq; cootemplatione ad deum aſcēdit, deus vero reuelatiooe atque diuina inſpiratione ad eam deſcēdit. Meditatio ſiquidem eſt occultæ veritatis ſtudioſa iouestigatio. Contemplatio perſpicuę veritatis iucūda admiratio. Illam nanq; diuina illuminat reuelatio, vt veritatem cognoſcat: iſtam vero diuina inſpiratio inflammat, vt eam diligat. Corpus autē ſenſu & imaginatiooe ad ſpiritum aſcendit. Humanum ſiqui-

Meditatio & contemplatio quid ſint.

D dem corpus ex quatuor elementis compoſitum eſt, ſed in carne & oſsibus terra maxime apparet propter terrenam ſoliditatem, Aqua in humoribus, Aër cōtinetur in pulmone, idcirco ſemper io motu eſt, quia ventilabrum cordis eſt, ne nimio calore conſumatur cor & diſſoluatur, Sedes ignis eſt io corde, & ideo inferius eſt latum & ſuperius acutum, quam formam ignis retinet. Quædam vis ignea aëre temperata à corde ad cerebrū aſcēdit, tanquam io cœlum corporis noſtri: ibiq; purificata & colata per oculos, aures, nares, cæteraq; inſtrumenta ſenſuum, foras progreditur, & contactu exteriorū formata quinque ſenſus corporis facit, viſum videlicet, auditum, guſtum, odoratumſ, & tactū: qui tangēdi ſenſus ab anteriori parte cerebri ad poſteriorē trāſiens, & inde per ceruicem & medullam ſpinæ deſcendens per totū corpus diffunditur, Porrò ipſa vis ignea quę exterius formata ſenſus dicitur, eadē formata per ipſa ſenſuum inſtrumēta per quę egreditur & io quibus formatur, natura operante introrſum ad cellam phantaſticam vſq; retrahitur & reducitur, atq; imagioatio efficitur. Poſtea eadem imaginatio ab anteriori parte capitis ad mediū tranſiens, ipſam animæ rationalis ſubſtantiam contingit, & excitat diſcretionem: intantum iam purificata &

De corporis materia. C. XXXIII.

Quinque ſenſus vnde formentur. Imaginatio vnde efficiatur.

Vis diſcretiua.

E ſubtilis effecta, vt ipſi ſpiritui immediate coniungatur, veraciter tamen naturam corporis retinēs & proprietatem. Quæ quidem imaginatio in brutis animalibus phantaſticam cellā non tranſcendit. In rationalibus autem purior fit, & vſq; ad rationalem & incorporeā animæ ſubſtantiam contingendā defertur & progreditur. Eſt itaq; imaginatio ſimilitudo corporis, per ſenſus quidem corporeos, ex corporum contactu cōcepta extrinſecus, atq; per eoſdem ſenſus iotrorſus ad partē puriorem corporei ſpiritus reducta eiq; impreſſa, in ſummo ſcilicet corporalis ſpiritus, & io imo rationalis, corporalem informans, & rationalem contiogens. Spiritum corporeum voco aërem, vel potius ignem, qui præ ſui ſubtilitate videri non poteſt, & corpora interius vegetando viuificat. Quædam autem vegetat tantum & nō ſenſificat, ſicut arbores, herbas, & vniuerſa in terra germinaotia. Quædā ſenſificat & vegetat, ſicut omoia bruta animalia. In quibus quædam tantum ſenſum habent, & imaginatiooem oon habent. Quędā ſenſum & imaginationē habēt. Cū itaq; magis ſit ſenſificari quàm ve-

Spiritus corporeus.

F getari taotum, conſtat profecto hanc vim ſubtiliorem eſſe, & vbi magis ſubtilis eſt, magis ſpirit⁹ eſt. Magis ſiquidem iocorporeæ naturæ appropinquat cū imagioationem format, quàm cum ſenſum præſtat. Nihil enim io corpore altius vel ſpiritali naturæ vicini⁹ eſſe poteſt, quàm id vbi poſt ſenſum vel ſupra ſenſum vis imaginādi concipitur, quod quidem intātum ſublime eſt, vt quicquid ſupra illud eſt, aliud nō ſit quàm ratio. Anima nominatur totus homo interior, qua viuificatur, regitur & cōtinetur lutea illa maſſa humectata ſuccis ne arefacta diſſoluatur. Dum ergo viuificat corpus, anima eſt: dum vult, animus eſt: dum ſcit, mens eſt: dum recolit, memoria eſt: dum iudicat, ratio eſt: dum ſpirat vel contemplatur, ſpiritus eſt: dum ſentit, ſenſus eſt. Nā inde ſenſus anima dicitur, pro iis quæ ſentit: vnde & ſententia nomen accepit. Habet etiam corpus quinque ſenſus, qui ex eo dicti ſunt, quia per eos anima totū corpus ſubtiliſsime agitat vigore ſentiendi, ita autem hæc omnia adiuncta ſunt animæ, vt vna res ſit: pro efficientiis tamen cauſarum diuerſa nomina anima ſortita eſt. In eſſentia nāque eſt ſimplex, in officiis multiplex. Memo

Varia nomina animæ pro viriū varietate. Caput XXXIIII.

Memoria mens eſt.

ria

G ria etiam mens eſt, vnde & immemores aměntes dicũtur. Omnium rerum theſaurus & cuſtos eſt memoria, nec enarrari poteſt, tam grandis eſt eius perplexitas, & animus ipſa eſt. Nec aliud ſignifico quàm animam cũ mentem dico: ſed propter aliud animam, & propter aliud mentem. Nam totum quod viuit, hominis anima eſt. Cum autem anima in ſe agit ſe, & ex ſe, & per ſe, ſola mens dici ſolet. Senſus vero ad ſua miniſteria implěda, conſuetius anima dicitur. Spiritum idem eſſe quod
Ioan.10. animam Euangeliſta pronũciat dicens, Poteſtatem habeo ponědi animã meam, & rurſum poteſtatem habeo ſumendi eam. De hac quoq; ipſa domini anima paſsionis tempore, memoratus Euangeliſta ita protulit dicěs,
Ioan.19. Et inclinato capite emiſit ſpiritũ: Quid eſt enim aliud emittere ſpiritum, niſi quod animã ponere? Sed anima dicta eſt pro eo quod viuit, Spiritus autem, vel pro ſpiritali natura, vel pro eo quod ſpirat in corpore. Item ani-
Anim⁹ & anima idẽ ſunt. mum idem dicimus eſſe quod animã, ſed anima vitæ, animus eſt cõſilij. Vnde aiũt Philoſophi, & ſine animo vitã manere, & ſine mente animã durare, ſicut in aměntibus. Ad mentẽ enim pertinere videtur vt ſciat, ad animum vt velit. Pueri etiam in genitricis vtero, ſine ſciě-
H tia & voluntate viuunt. Mens autem vocata eſt ꝙ emineat in anima, vel quòd meminerit. Quapropter nõ anima, ſed quod excellit in anima, mens vocatur, tanquã caput vel oculus. Vnde & ipſe homo ſecũdum mětem imago dei dicitur. Mẽs nanq; ex eo dicta eſt, quòd emineat in anima, præſtãtior ſiquidem vis animæ eſt, à qua
Ratio quid ſit. procedit intelligẽtia Ratio ſiquidem eſt animi motus, viſum mentis acuens, veráq; à falſis diſtinguẽs. Redeat ergo mens ad ſe rationalis, & colligat ſe in ſe: vt ſine imaginibus corporeis ſeipſam, & omnipotentis dei inuiſibilem naturam conſiderare valeat, terrenarũ phantaſmata imaginum, & quicquid terrenum cogitationi eius occurrerit, reſpuat: & talě ſe intus quærat & videat qualis eſt ſine iſtis, conſideret ſe talem, qualis ſub deo ſuper corpus creata eſt. Deinde ſupra ſemetipſam ſurgat, & ſeipſam deſerat, atq; quodã modo in obliuionẽ ſui veniat, & ſe contemplationi ſui creatoris humiliter & deuote ſubiiciat. Cum enim cœperit mens per purã in-
†excedere. telligẽtiam ſemetipſam exercere†, & illam incorporeæ lucis claritatẽ tota intueri, & ex iis quæ intrinſec⁹ videt quẽdam intimæ ſuauitatis ſaporem trahere, & ex eo intelligentiam ſuã condire, & in ſapientiã vertere, in tan-
I to hoc mentis exceſſu, pax illa quæ exſuperat omnẽ ſenſum, inuenitur atq; obtinetur: vt fiat ſilentium in cœlo quaſi hora dimidia, ita vt contemplantis animus nulla altercãtium cogitationum tumultuatione turbetur, nihil omnino inueniens quod vel per deſiderium petat, vel per faſtidium arguat, vel per odium accuſet: ſed intra trãquillitatem contemplationis totus colligitur, & intromittitur in quendã affectum multum inuſitatum introrſus ad neſcio quam dulcedinẽ, quæ ſi ſemper ſic ſentiretur, profecto magna fœlicitas eſſet. Nihil ſenſualitas, nihil agit imaginatio: ſed omnis inferior vis animæ proprio interim viduatur officio. Purior autem animæ pars in illud intimę quietis ſecretũ & ſummæ tranquillitatis arcanum fœlici iucũditate introducitur. Vi-
Hebræ.4. uus quidem eſt ſermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſq; ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus. Et ideo nihil in creaturis hac diuiſione mirabilius cernitur, vbi id quod eſſentialiter vnũ eſt atque indiuiduum, in ſeipſum ſcinditur, & quod ſimplex in ſe & ſine partibus conſtat, quaſi quadã partitione diuiditur. Neq; enim in homine vno, alia eſſentia eſt eius ſpiritus, alia eſt eius anima: ſed prorſus vna eademq; na- K
turæ ſimplicis ſubſtantia. Non enim in hoc gemino vocabulo, gemina ſubſtãtia intelligitur: ſed cum ad diſtinctionem ponitur gemina vis eiuſdem eſſentiæ, vna ſuperior per ſpiritum, alia inferior per animam deſignatur. In hac vtiq; diuiſione anima & quod animale eſt, in imo remanet, ſpiritus autẽ & quod ſpiritale eſt, ad ſumma euolat. Ab infimis diuiditur, vt ad ſumma ſublimetur: ab anima ſcinditur, vt domino vniatur. Quoniam *1.Cor.6.*
qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt cũ illo. Fœlix diuiſio, & mirabilis ſeparatio, vbi quod corpulentũ & feculẽtum eſt, deorſum remanet: quod ſpiritale & ſubtile eſt, vſq; ad ſpeculationem diuinæ gloriæ ſublimatur, & in eandem imaginem transformatur. Pars inferior cõponitur ad ſummã pacem & tranquillitatem: pars autẽ ſuperior ſublimatur ad ſummã gloriam & iucũditatem. Licet enim mens humana non ſit eius naturæ cuius eſt deus, imago tamen illius naturæ, qua natura nulla melior eſt, ibi quęrenda & inueniẽda eſt in nobis, quo etiã natura noſtra nihil habet melius: ſed prius mẽs ipſa in ſeipſa conſideranda eſt, & in ea reperienda eſt imago dei. Mens igitur quando cogitatione ſe cõſpicit, intelligit ſe & recognoſcit, quãdo contemplatione ad deũ L
aſcendit, vt eum intelligat & diligat, imago dei dicenda eſt: cogitando æterna, vir eſt, ſicut dicit Apoſtolus,
Vir non debet velare caput ſuum, cum ſit imago dei & *1.Cor.11.*
gloria: id eſt, quãto magis ſe extenderit in id quod ęternum eſt, tanto magis inde formatur ad imaginem dei, & ideo non eſt cohibenda, vt inde ſe contineat ac temperet. Quãdo vero ea agit vel cogitat, quę ſunt temporalia, mulier appellatur, & tunc non eſt dicenda imago dei, & propterea debet velare caput ſuum, ne nimia ſit eius progreſsio ad inferiora, ne cum licita agit, illicita concupiſcat. Tanta dignitas humanæ conditionis *De dignitate humanæ cõditionis.* eſſe dignoſcitur, vt non ſolum iubentis ſermone, ſicut alia ſex dierum opera, ſed conſilio ſanctæ trinitatis, & opere diuinæ maieſtatis ſit creatus homo: vt ex primæ *Ca.XXXV.* conditionis honore intelligeret quantum deberet ſuo conditori, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præſtitit ei conditor, & tãto amplius conditorem diligeret, quanto mirabilius ab eo ſe cõditum intelligeret. Nec ob hoc ſolum quidem, quòd ad conſilium ſanctæ trinitatis ſic excellenter à conditore conditus eſt, ſed etiã quòd ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creator omnium eũ creauit, quod nulli alteri ex M
creaturis donauit, quæ imago diligentius in interioris hominis [dignitate &] nobilitate eſt conſideranda. Primo quidem, quòd ſicuti deus vnus ſemper vbique totus eſt, omnia viuificans, mouens, & gubernans, ſicut Apoſtolus ait, quòd in eo viuimus, mouemur & ſumus: ſic a- *Act.17.*
nima in ſuo corpore vbique tota viget, viuificãs illud, mouens & gubernans. Non enim in maioribus corporis ſui membris maior eſt, nec in minoribus minor: ſed in minimis tota eſt, & in maximis tota. Sic infuſa eſt corpori, vt non per membrorum partes partibus ſit diuiſa. Nã in quolibet loco pars corporis percutitur, †to- *†patitur.*
ta dolet. Miro autẽ modo, vna eadẽmq; viuificatione mẽbris præſidens, cum ipſa per naturam non ſit diuerſa, †per corpus tamẽ agit diuerſa. Ipſa quippe eſt, quę per *†diuiſa.*
oculos videt, audit per aures, per nares odorat, per os guſtat, per mẽbra omnia tãgit, & tãgendo lene ab aſpero diſcernit, & cum non ſit diuerſa†, per ſenſus tamen *†diuiſa.*
operatur diuerſa. Ex qua re intelligitur, quòd ita eſt anima ſecundum ſuum modum in ſuo corpore, ſicut deus eſt in ſuo mũdo. Interius ſiquidem & exterius, ſuperius

A & inferius eſt:regendo ſuperior, portando inferior, re-
plendo interior,circundando exterior. Sic eſt intus vt
extra ſit,ſic circundat vt penetret,ſic pręſidet vt portet,
ſic portat vt pręſideat. Et ſicut deus nec creſcẽtibus cre-
aturis creſcit, nec decreſcẽtib⁹ decreſcit:ſic anima nec
minutis membris minuitur,nec adauctis augetur. Hæc
eſt imago ſiue ſimilitudo omnipotentis dei quam ani-
ma habet in ſe. Quandam etiam habet imaginem ſan-
ctæ trinitatis. Primo in eo,quòd ſicut de⁹ eſt, viuit, & ſa-
pit:ita anima ſecundum ſuum modum eſt, viuit, & ſa-
pit. Eſt quoque & alia trinitas in ea, quia ad imaginem
perfectæ quidem & ſummæ trinitatis quæ eſt in patre
& filio & ſpiritu ſancto,condita eſt. Et licet vnius ſit a-
nima naturæ,tres tamen in ſe vires habet, id eſt intelle-
ctum,voluntatem,& memoriam:quod idem, licet aliis
Matth.22. verbis,in Euãgelio deſignatur,cum dicitur. Diliges do-
minum deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota mente
tua:id eſt, ex toto intellectu tuo,& ex tota volũtate tua,
& ex tota memoria tua. Nam ſicut ex patre generatur fi-
lius,&ex patre filióq; procedit ſpiritus ſanctus,ita ex in-
tellectu generatur volũtas, & ex his ambobus procedit
memoria, ſicut facile à quolibet ſapiente poteſt intelli-
B gi. Nec enim anima perfecta poteſt eſſe ſine his tribus,
nec horum trium aliquod ſine aliis duobus integrũ cõ
ſtat,quantũ ad ſuam pertinet habitudinem. Et ſicut de⁹
pater,deus filius,deus ſpiritus ſanctus:non tamẽ tres dij,
ſed vnus deus & tres perſonæ:ita anima intellect⁹, ani-
ma voluntas, anima memoria: non tamen tres animæ
Imago dei in vno corpore,ſed anima vna & tres vires. Atq; in his
in homine. tribus diuinam imaginem gerit mirabiliter in ſua na-
tura noſter homo interior, & ex his quaſi excellentio-
ribus animæ viribus iubemur diligere conditorem, vt
inquantum intelligitur diligatur, & inquantum diligi-
tur ſemper in memoria habeatur. Nec ſolum ſufficit de
eo intellectus,niſi fiat in amore eius volũtas. Immo nec
hæc duo ſufficiũt,niſi memoria addatur,quo ſemper in
mente intelligentis & diligentis maneat deus: vt ſicut
nullum poteſt eſſe momentum quo homo non fruatur
dei bonitate & miſericordia, ita nullum ſit momen-
tum quo præſentem non habeat eum in memoria. Et
ideo iuſte videtur mihi dictum, noſtrum interiorẽ ho-
minem eſſe imaginem dei. Nunc vero de ſimilitudine
1.Ioan.4. aliqua dicamus. Nã ſicut deus creator qui hominẽ ad
imaginem ſuam creauit eſt charitas,bonus & iuſtus,pa-
C tiens & mitis,mundus & miſericors,& cætera ſanctarũ
virtutum inſignia quæ de eo legũtur:ita homo creatus
eſt vt charitatem haberet,vt bonus eſſet & iuſtus,patiẽs
atque mitis,mundus & miſericors. Quas virtutes quã-
to quis plus in ſeipſo habet,tãto propior eſt deo,& ma-
iorem ſui creatoris gerit ſimilitudinem. Si vero, quod
abſit, aliquis per deuia viciorum & diuerticula malorũ
ab hac nobiliſſima ſui conditoris ſimilitudine degener
Pſal.48. aberrat,tũc fiet de eo quod ſcriptum eſt,Homo cum in
honore eſſet non intellexit:& cætera. Quis maior ho-
nor potuit eſſe homini quàm quòd ad ſimilitudinẽ ſui
conditoris conderetur,& eiſdem virtutum veſtimentis
†ornamentis ornaretur† quibus & cõditor,de quo legitur, Dominus
veſtiretur. regnauit, decorem indutus eſt, id eſt,omnium virtutũ
Pſal.92. ſplendore & totius bonitatis decore ornatus eſt? Vel
quod maius homini poteſt eſſe dedecus aut infœlicior
miſeria, quàm vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditO-
ris amiſſa, ad informem & irrationabilem brutorũ iu-
mentorum ſimilitudinem dilabatur? Quapropter quiſ-
que diligentius attendat primæ conditionis ſuæ excel-
lentiam,& venerãdam ſanctæ trinitatis in ſeipſo ima-
ginẽ agnoſcat, honorẽmq; diuinæ ſimilitudinis ad quã D
creatus eſt nobilitate morum, exercitatione virtutum,
& dignitate meritorum habere contendat:vt quãdo ap
parebit qualis ſit, tunc ſimilis ei appareat qui mirabili-
ter eum ad ſimilitudinem ſuam in primo homine con-
didit,mirabiliúſq; in ſecũdo, id eſt, i ſeipſo reformauit.

Magna conuenientia eſt inter deum & hominis *Cõparatio*
animam. Deus nanque vita eſt, ſpiritus eſt, ſapientia eſt *animæ cum*
& amor. Vita etiam anima eſt,ſpiritus eſt, in quo ſpiri- *deo. Cap.*
tu ſapientia eſt & amor. Vita deus eſt,vita & anima eſt, *XXXVI.*
ſimilis & diſpar. Similis quòd vita, quòd ſeipſa viuens,
quòd non tantum viuens,ſed etiam viuificans, ſicut &
ille hæc omnia eſt. Diſpar,quoniam ille creator eſt, &
iſta creatura. Niſi enim iſta ab illo creata eſſet, non eſ-
ſet:& niſi ab illo viuificata, nõ viueret. Viuit anima na-
turali vita,etiam ſi ſpiritali vita non viuat. Sed talis vi-
ta mors eſt potius quàm vita. Quoniam mors peccato- *Pſal.33.*
rum peſſima. Anima quidem quæ ſecundum carnẽ vi-
uit,viuens mortua eſt, & ideo bonum erat illi nõ viue-
re quàm ſic viuere. Vita anima eſt,viuens quidem, ſed
non aliunde quàm ſeipſa,& ob hoc non tã viuẽs quàm
vita eſt. Inde eſt,quòd infuſa corpori viuificat illud, vt
ſit corpus de vitæ præſentia,non vita,ſed viuens. Crea- E
ta eſt anima à deo, vita à vita, ſimplex à ſimplici, im-
mortalis ab immortali,vt non ſit longe à creatore ſuo,
cui appropiare videtur ſimplicitate eſſentię & perpetui-
tate vitæ. Licet enim ſpiritaliter non viuat, immortali-
ter tamen neceſſe eſt vt viuat. Creata eſt anima magna
à magno,recta à recto:eo magna quo capax eſt ęterno-
rum:eo recta,quo appetẽs ſupernorũ:eo beata,quo deo
vnita. Anima nãque quam dei pietas reſpicit,humilitas
ſubiicit,pœnitentia reducit,iuſticia deducit,obedientia
conducit,perſeuerãtia perducit,deuotio introducit,pu
ritas iungit,charitas vnit. Habet autẽ anima in ſe amo-
rem quo ſemper poteſt ſtare cum deo,aut redire,ſi mo-
ta cum ſuis affectibus,immo defectibus ab eo fuerit. So-
lus eſt amor ex omnibus animæ affectibus atq; ſenſibus,
in quo poteſt anima, & ſi non ex æquo ſuo reſpondere
authori,vel de ſimili mutuã reſpondere vicem:& ſi mi-
nus amat,quoniã minor eſt, tamen ſi ex tota ſe diligat,
nihil deeſt vbi totum eſt. Renuncians ergo cunctis affe-
ctionibus aliis, tota incumbat ſoli amori, effundens ſe
totã in amorem illius cui reſpondere habet in redhibẽ
do†amore. Amat ſiquidem deus vt ametur, & cũ amat, *†reddẽdo.*
non aliud vult quàm amari, ſciens ipſos amore beatos F
qui ſe amauerint. Per amorem venit ad homines,factus *Prouer.8.*
eſt homo,& deliciæ illius eſſe cum filiis hominum. No
ſtræ vero deliciæ erunt cum ad eum veniemus & vide-
bimus eum ſicuti eſt,atq; ſimiles ei erimus. Tũc erit ma- *1.Ioan.3.*
nifeſta viſio,plena cognitio,vera dilectio,firma coniũ-
ctio,ſocietas indiuidua,ſimilitudo perfecta,& vita bea-
ta,in æternũ & vltra in perpetuas æternitates. Sicut e-
nim corpus in reſurrectiõe ſua vitã & ſenſum recipiet,
ſic anima in reſurrectione ſua vitã & ſenſum recipiet,
id eſt cognitionem & amorem dei. Quod autẽ cogni-
tio ſit vita,ipſa veritas affirmat dicẽs:Hæc eſt vita æter- *Ioan.17.*
na,vt cognoſcãt te verum deum & quem miſiſti Ieſum
Chriſtum. Amor etiam ſenſus eſt. Nã ſicut exterior ho-
mo circa iſta tẽporalia quinquepertito ſenſu afficitur,
id eſt viſu,auditu,guſtu,& cęteris,Sic interior homo in
beata vita circa quinq; ineffabilia dei ineffabili amore
afficietur. Cum enim deum ſuum amabit,quandam lu-
cem,quandam vocem,quendam odorem,quendam ci-
bum, & quendã amplexũ interiorem amabit. Ibi enim
fulget quod non capit locus. Ibi ſonat quod nõ rapit tẽ
pus.

ſlatus. G pus. Ibi olet quod nõ ſpargit ventus †. Ibi ſapit quod nõ minuit edacitas. Ibi hęret quod non diuellit ſatietas. Ibi ſiquidem videtur deus ſine intermiſsione, cognoſcitur ſine errore, amatur ſine offenſione, laudatur ſine fatigatione.

Præſtantia animæ. Ca. XXXVII.

Nobilis creatura eſt anima. Ciuitas nanque dei eſt, de qua tã glorioſa dicta ſunt, quòd ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei facta eſt. Hæc ciuitas Hieruſalẽ merito appellanda eſt, quia ad fruẽdum viſione illius ſummæ pacis quæ fecit vtraque vnum creata eſt. Mens eius paradiſus eſt, in qua cũ cœleſtia meditatur, quaſi in paradiſo voluptatis delectatur. Domus etiam ſummi patrisfamiliâs eſt anima, per vnitatem morũ: ſponſa Chriſti, per dilectionem: templum ſpiritus ſancti, per ſanctificationem: ciuitas regis æterni, per pacem & cócordiã ciuium. Et quia nulla eſt ciuitas abſq; populo, diſpoſuit

Triplex gradus populi.

in ea códitor noſter populum triplicis gradus, id eſt ſapientes ad conſulendum, milites ad propugnandũ, artifices ad miniſtrandum. Omes huius ciuitatis, ſunt naturales & ingenui animæ vigores, tanquam indigenæ, quorũ diſtincti ſunt gradus, quia alij ſuperiores, alij inferiores, alij medij. Superiores quidem ſunt intellectuales ſenſus, medij rationales, infimi animales. Quorum H differentia hæc eſt, Animalis ſiue ſenſualis, appetit ſenſibilia ſiue viſibilia. Rationalis diſcernit, & diſcretionis oculo aſpernatur ea. Intellectualis pertrahit ad diuina. Intellectuales igitur ſenſus ſunt tanquam animæ conſiliarij dicentes ei, Deum time & mandata eius obſerua,

Eccle. 12.

Propter hoc enim eſt omnis homo. Rationales ſunt tãquam milites qui hoſtes concupiſcentiarum impugnãt per arma iuſticię. Animales ſeu ſenſuales ſunt tanquam ruſtici & artifices, qui corporalibus rudimentis inſiſtunt, & corpori neceſſaria miniſtrant. Hanc triplicem

Τῆς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ſecũdũ Platonem & medicos.

vim animæ, id eſt ſenſualem, rationalem & intellectualem, Philoſophi partes vocant, non integrales, ſed virtuales: [quia potentiæ eius ſunt.] Senſualitas ea vis animæ eſt qua corpꝰ vegetat, & per corporis ſenſus iſta exteriora ſentit & diſcernit. Omnes enim ſenſus tam exteriores quàm interiores ad animam referuntur, vtpote ab illa procedentes: vt enim ſentiant, omnes ab anima habent. Ratio vis eſt animæ ſupra corporalia, & infra ſpiritalia collocata: ſecernit enim vera à falſis, quod eſt Logicę: virtutes à viciis, quod eſt Ethicę: & per experimenta rerum inueſtigat naturas, quod eſt Phyſicæ: In his vero tribus, tota Philoſophia conſiſtit. Totã igitur I Philoſophiam ratio comprehendit. Intellectus ſiue intelligentia, ea vis animæ eſt qua de diuinis, quantũ homini poſsibile eſt, cognoſcitur. Ad cœleſtia arcana penetranda ratio per ſe non ſufficit, niſi à deo adiuta fuerit. Tunc finis eius, ſi bene viget, cum ad noticiam ſecretorum quę diu inueſtigando quæſiuit, peruenerit, intellectus ſeu intelligentia nuncupatur. Boëtius tamen dicit intelligentiam ſolius dei eſſe admodum paucorum hominum, ſed horum alterum pro altero ponitur ſæpe. Memoria etiã conſors & cooperatrix eſt rationis, quoniam ſine ea ratio nec ad incognita procedere, nec co-

Memoria quid ſit.

gnitorum ſcientiam retinere poteſt. Memoria eſt vis animæ accepta retinens, præterita repetens, elapſa recolligens. Humanus appetitus inter ſumma & ima poſitus, cum plerunque in vtraque diuiſus ſibimetipſi ſit cótrarius, in quancũque partem totus tranſierit, nomen eius merito ſortitur. Si carnis voluptatibus paſcitur, carna-

Definitio virũ animæ. Cap. XXXVIII.

lis ſiue animalia nominatur. Si ſpiritalibus deſideriis delectatur, ſpiritalis nuncupatur. Appetitus ſiquidẽ naturalis eſt vis in animante mouendis ãnide ſenſibus attributa.

Quoniam de viribus animæ mentionem ſæpe feci, definire eas debeo, quatenus quæ de anima di K cta vel dicenda ſunt, euidentius intelligi poſsint. Sẽſualitas, ſenſus, imaginatio tã corporis quàm animæ ſunt, vel dici poſſunt.

Senſualitas corporis & animæ.

Senſualitas corporis, eſt quædam vis ignea. Sẽſualitas ſiue animalitas animæ, eſt inferior vis eius, quæ ſecum trahens ſenſualitatem carnis, velut famulam & obedientem, ſenſus & imaginationes facit, eáſq; in arca memoriæ reponit. In ſenſu inſtrumentum eſt ſenſualitas & origo imaginationis. Ipſa nanque vis ignea quæ extrinſecus formata ſenſus dicitur, eadẽ forma vſque ad intimum traducta, imaginatio vocatur. Senſus itaque parit imaginationem, imaginatio cogitationem, cogitatio meditationem, meditatio acuit ingenium, ingenium [facit] rationem: ratio conducit ad intellectum, intellectus ad intelligentiam: intelligentia per contemplationem ipſam veritatem admiratur, & per charitatem in ea delectatur.

Senſus cum cæteris viribus deſcriptio.

Senſus, eſt paſsio animę in corpore ex qualitatibus extra accidentibus. Imaginatio, eſt vis animæ quæ figuram corporearum rerũ abſente corpore ſine exteriori ſenſu dignoſcit. Cogitatio, eſt circa quælibet animi occupatio. Cõſideratio, eſt intenta cogitatio. Meditatio, eſt frequens cogitatio modum & cauſam & rationem vniuſcuiuſque rei inueſti- L gans. Ingenium, eſt quædam vis naturaliter animis inſita per ſe valens. Ratio, eſt quædã vis animæ quæ omnia diſcernit & iudicat, ſed maxime cum inhiat ſpiritalibus, & imaginem dei in ſe conſeruat. Intellectus, eſt rerum in ſe vere exiſtentium perceptio. Intelligentia eſt de ſolis rerum principiis, id eſt de deo, hyle & ideis, & de incorporeis ſubſtantiis pura & certa cognitio. Cõtemplatio eſt perſpicuæ veritatis iocunda admiratio. Charitas, eſt concordia mentium & ſocietas electorum, vita beatarum animarum & angelorum, quia nec anima nec angeli niſi per charitatem viuunt.

Anima facta ad imaginem & ſimilitudinẽ dei. Ca. XXXIX.

Anima rationalis, & intellectualis facta eſt ad imaginem & ſimilitudinem dei, vt factorem ſuũ pro imagine cognoſcat, & ꝑ ſimilitudine diligat. Ex imagine nanque dei habet rationem, & ex ſimilitudine charitatem. Charitas vero in ſe ipſa reprę́ſentat trinitatẽ: hanc ratio ſentit & pacata requirit: hanc charitas inuenit & videndo beata quieſcit, hanc in præſenti fides ſequitur, ſpes in cœlum vſq; comitatur, charitas perenniter amplexatur. Mens itaq; ſpiritalis ſeu intelligentia rationalis primo creatorem ſuum aſpiciat, deinde creaturã ipſius videat, & mediãte arbitrij libertate ad eum qui có- M didit omnia ſe & cętera referat. Sic in homine trinitas appareat quam charitas manifeſtat, vt charitatèm ſemper homo exhibeat, ſempèrq; conſpiciat is quem trinitatis imago perornat, Sic homo eius ſeruabit ſimilitudinem, cuius in ſe naturaliter portat imaginem. Appareat ergo imago dei in intelligentia rationali, in mente ſpiritali, in honore liberi arbitrij. Appareat ſimilitudo dei in moribus pro natura, in operibus pro iuſticia, in virtutibus pro gratia: vt moribus natura perornetur, vt iuſticia operibus comprobetur, vt gratia virtutibus compleatur, & ſic ſemper domino præſentetur. Anima totũ corpus hominis tota pariter animat. Eſt quidem inſpirata à deo homini vita, non de præiacenti materia, ſed de nihilo facta ab eo. De cæteris animantibus ſcriptura

Gene. 1.

dicit, Producãt aquæ & cętera. producat terra animam

Gene. 2.

viuentem. Animam vero non aqua, nõ terra produxit, ſed deus inſpirauit: non tamen viuam vel viuẽtem, ſed

Anima à deo recedẽs. Cap. XL.

ſpiraculum vitæ rationale ex dei imagine, factũ ex dei ſimilitudine. Anima non eſt pars dei: probat hoc mutabilitas quã incurrit. Deus enim immutabilis eſt:

hæc ſæpe

A hæc ſępe mutata pro culpa, quandoq; mutata pro pœna & damnata fit miſera, Nihil ei tamē nocere poteſt niſi à deo recedat. Recedit autem quando peccat: proinde torquetur miſera à deo refuga. Ab vno diſiūcta ſpargitur ad multa, & pro ſua intemperantia fit morbida, fit moleſta. Eapropter ſenſus corporei turbata memoria, turbati hebetes fiunt, marcidi, & ſtupidi, Inde caro patitur, lãguores oriuntur, & mors violēta peruagatur, Homo quidē à deo auerſus, peccãdo peruerſus, quia à deo diſſentit, diſsidet & ſibi, portátq; in ſeipſo pœnam de ſe ipſo. Anima non formatur ex materia informi, ſed in ſua creatione formã accepit, qua facta eſt ad imaginē & ſimilitudinem dei. A quo ſi auertitur, remanet informis, quia deo diſsimilis: nec ideo tamē efficitur irrationalis, quia geſtat imaginem dei vnde poteſt reformari. Sic nec etiam ſi tota cōcluditur peccato, & licet pro inſipientia iumento comparetur, ideo fit quaſi anima pecoris vel alterius corporis. Ipſum enim corpus & nunc & in fine ſemper eſt habitura cũ quo facta eſt vna perſona: ſed nec idro fit corpus etiam ſi penitus habitetur. Nō enim diſtrahitur partibus, nec loco cōcluditur. Nō eſt maior in maioribus, nec eſt minor in minoribus ſui

B corporis partibus vitæ idoneis. Spiritus nanque eſt anima rationalis quantiſlibet obruta malis, & vbicunq; eſt

Ezech.18. tota eſt. Non traducitur à patre in filium, ne vnquã ſit†

†nec vna ſit. anima amborum. Sicut, inquit dominus, anima patris, ſic anima filij mea eſt. Nec pars animæ patris in filium dum generat ſe transfundit. Partiri nanque ſeu diuidi, augeri vel minui pro ſubſtantia ſua ſpiritus neſcit. Nō enim poteſt eſſe maior, ſed melior. Si enim particulariter transfunderetur, corporeus eſſe probaretur. Quod ſi vt delirant aliqui ſemen animæ ex ſemine carnis haberet generando transfundi, multa quidem inhoneſta & impoſsibilia poſſent exinde exclamari, quę de ſpiritu rationali nec dici debent nec opinari. Indecens enim eſt obſcœna retexere, & male fuſa carnis ſemina denudare.

Quod anima de nihilo fiat. Ca.XLI. Gene.1. Ioan.5.

Dicimus autem rationales animas pro eſſentia fieri quotidie de nihilo nouas, ſed pro ſimili natura ex inſtitutione diuina, non vtique nouas. Quales enim in exordio deus die ſexto maſculo & fœminæ dedit, tales quotidie inſpirat ſingulis, noua de nihilo creatione nō noua inſtitutione, Pater, inquit, meus vſq; modo operatur, & ego operor. Operatur vſq; modo pater & filius, operatione ſiquidem noua, ſed inſtitutione nō no-

C ua, pro illa agens, cum iſta quieſcēs. Res vero corporeæ poſt primam ſui creationem nouæ nullæ creantur, ſed ſimul in exordio conditæ temporali formatione propagantur, Animæ autem non ſimul eſſentialiter factæ ſunt, ſed pro natura conſimul, qua ad imaginē & ſimilitudinem dei fiunt, & ſimul factæ reputãtur, & non ſimul editæ iudicãtur, Non ſimul editæ pro eſſentia, ſed ſimul factæ pro compari forma ad imaginem & ſimilitudinem dei prerogata. Caro de carne generando traducitur, ſed ſpiritus de ſpiritu minime propagatur. Certum tenemus, quia caro contracta de carne per legē cōcupiſcentiæ, quàmcito viuificatur originalis culpę vinculo premitur, eiúſq; affectionibus anima quæ carnem viuificat, aggrauatur. Sub boc peccati vīculo demergũtur paruuli, qui ſine remedio baptiſmi moriuntur, Habent enim originale peccatum, non per animã, ſed per carnem vtiq; contractum animæq; refuſum. Carni nãque ita vnitur anima, vt cum carne ſit vna perſona. Fit enim authore deo caro & anima vnũ indiuiduũ, vnus homo, vnde ſalua naturæ vtriuſq; proprietate adiicitur carni quod animæ eſt, & animæ quod carnis eſt, pro vnitate perſonæ, non pro diuerſitate naturę. Quod igi- D

tur ibidem ſingulis eſt proprium, commune fit amborum: proprium pro natura, commune pro perſona. Exinde fit anima originali culpæ obnoxia, quã caro contrahit, & animę refundit, cum qua vnita eſt in perſona, licet diuiſa ſit in natura. Eapropter neceſſe eſt paruulũ dũ viuit Chriſti ſacramento renouari, ne obſit eius ani- *Baptiſmus.* mæ ſocietas carnis peccati, qua grauatur etiam corpore exuta, niſi dum in corpore viuit ſalutari fuerit remedio expiata. Currant igitur adulti, currãt pro ſeipſis, impendant etiam paruulis ſacramentum fidei, ſuſcipiãt Chriſti fidem cum ſacramētis, vt paruulos in Chriſto renouatos fideles eccleſię tueatur, & adultos cum ſacramētis opera fidei comitentur, His etiã renouatis per gratiam, tandem complebitur in reſurrectione generali, vt caro ipſa reſurgat in gloria animæ ſuæ reſtituta, viua, & æterna, fœlix & beata. Si quæratur, quare deus dat ani- *De pueris* mas illis quos abſque remedio ſalutari mori contingit. *nō baptizatis.C.XLII.* Reſpōdemus, quòd diuina inſtitutio qua res & rerũ naturæ conduntur, nec peccato tollitur, nec violentia ꝓrępeditur. Inde eſt quòd lex corporalis copulę nec etiã in malis iure ſuo priuatur. Generãt adulteri, fornicatores, prophani: naturalis tamen inſtitutio nec in talibus de- E

perit. Natura nãque prout deus inſtituit, quod ſuum eſt *Natura* operatur. Natura ſiquidem eſt quædã vis & potētia di- *quid ſit.* uinitus rebus creandis inſita, quæ vnicuique rei omne ſuum tribuit, qua bona quiſquis male vtitur, malus eſſe iudicatur, Iuſte enim puniuntur, qui licitis abutũtur. Iuſte vero puniũtur qui rapere inconceſſa conãtur. Sic ſatanas cœlum: ſic protoplaſtus perdidit paradiſum. Abutuntur licitis, qui bona dei maculãt vſibus inconceſsis. Maculãt bona dei, ſicut ij qui calore libidinis exercent opera copulæ carnalis. Ex his filij generãtur, quorũ corpora ſeruiente creatori creatura formantur, & deo inſpirãte ſpiraculum vitæ animantur. Spiraculum autem *Spiraculũ* vitæ, humanã animam intellige, quã non producit ter- *vitæ.* ra vel aqua, ſed deus inſpirat: quo ſenſus corporei animantur, vnde homo factus in animã viuentem memo- *Gene.2.* ratur. In his & in aliis omnipotens agit prout inſtituit, quum nullius adiuuant bona, nec impediunt mala. Bonos quidem prouehit ſua gratia: malos terret ſua iuſticia. Nos equidem ſerui dum domini bonis abutimur, rei & miſeri pariter inuenimur. Ipſe equidem ſerui dominus qui ſeruorum ſuorum malis bene vtitur, ſanctus & omnipotēs adoratur. Ipſe corpori terreno de pecca- F

ti traduce propagato, pro inſtitutione ſua inſpirat animã bene vtens inolita præuaricatione noſtra, quæ ſi eſſet naturalis, creatori poterat iputari. Sed creator præparat omni tempore ſacramēta, & obedientiæ pia proponit edicta, vt contra peccata ſacramēta in remedium ſint, & temporalium obſeruatio mandatorum æternorum afferat præmia donorum. Vnde ſi aliqui ſub peccato geniti paruuli obeunt abſque remedio ſalutari, pertimeſce iuſticiam dei, qui nihil debet alicui, ſed dãnat in ſingulis malum quod non fecit in eis. Si autem paruulos renouat ſacramentis, admirare miſericordiam dei. Ipſi enim ſicut neſciunt culpã cum qua ex carne naſcũtur, ſic neſciunt gratiam qua per Chriſtum renouantur. Non excuſat paruulos à culpa, quia eã non norunt, nec excludit gratiam ab eis quia eã neſciunt. Quæris in eis culpam, inuenis ex carne traductã: quæris in eis gratiã, inuenis à deo collatam. Illa debite dãnatur, hæc indebitè prærogatur. Illa iudicium prædicat, hęc miſericordiam repręſentat. In vtroque deus agnoſcitur, cui miſericordia & iudicium perpetua laude cãtatur. Sed ab his *Pſal.100.*

intuendis

G intuendis mens noſtra, mẽs infirma, quia peccatis ob-
ruta, citius ad ſeipſam, redeat ſibiq; remedium quærat,
Anima vt qui in Adam ceciderit, in Chriſto reſurgat. Plu-
quid ſit. res veteres de natura animæ dixiſſe inueniuntur, ſed ni
Ca. XLIII. hil ita vt nõ aliquid reſtare videatur. Ego autem ex eo-
rum dictis quanto diligentius potui breue iſtud & cer-
tum colligere, atq; in vnum ſtudui redigere, quod me-
moriæ commẽdetur. Hebes nãque eſt memoria homi-
nis & breuitate gaudet, & ſi in multa diuiditur, fit mi-
nor in ſingulis. Ex corpore & anima conſtat homo: &
quicquid oculis corporeis videtur, propter corp⁹ factũ
eſt, corpus propter animã, anima autem propter deum.
Vita corporis anima eſt, vita animæ deus eſt. Immorta
lis eſt anima, quia carne caret: nec habet quò cadat vt
reſurrectione egeat poſt ruinam, niſi peccato ceciderit:
& ideo in morte vita noſtra non perit, ſed corpus deſti
tuit: dum diſcedens anima vim ſuã nõ perdit, ſed quod
viuificauerat hoc dimittit, & quãtum in ſe eſt mortem
alterius facit, quam ipſa non recipit, Facit, inquam, non
viuificãdo quod deſerit, non amittẽdo quod viuit. Ita-
Mors homi que mors hominis nihil eſt aliud quàm carnis occaſus,
nis quid ſit. à qua cum vis potentiæ viuificantis abſceſſerit, in terrã
H de qua ſumpta eſt redit, amiſsis ſenſib⁹ quos per ſeipſam
non habuit. Anima non aliter quàm ſol lucem diei, vi-
tam tribuit carni cum venerit, mortem efficit cum re-
cedit, Mors tamen non conſumit cõiuncta ſed diuidit,
dum origini ſuæ vtrunque reddit. Et ne quis putet ani-
mam corporis morte cõſumi, audiat quid dominus in
Matth. 10. Euangelio dicat, Nolite, inquit, eos timere qui occidũt
corpus, animam autem occidere nõ poſſunt. Fatigatur
corpus cogitationibus mentis: afficitur in corpore mẽs
De corpore doloribus corporis. Corpus ex quatuor elementis
& anima. conſtat. Anima nec elementum eſt, nec ex elemẽtis, ſed
Ca. XLIIII. de nihilo eſt facta, & ſoli creatori ſuo cognita. Ex his er
go omnibus quę in ſe, hoc eſt in corpore ſuo viſibilia vi
det, nihil ſe eſſe vel poſſe eſſe videt. Secernat ergo & di
uidat ſe per ſe ab eo toto quod videt in ſe viſibile: & in-
uiſibilem ſe eſſe omnino videt in eo quòd videt ſe, &
tamen videri ſe non poſſe videt. Deinde eleuet ſe ſuper
ſe, & in eo quod primum & principale ſpeculũ eſt ſpe-
culandi dei, illiúſq; imagini ac ſimilitudini proximum
& cognatum, magis factum inuiſibilem deũ inſpiciat.
Hoc autem eſt ipſa ratio & mens, ratione vtens quæ ad
primã ſimilitudinẽ dei facta eſt, vt per ſe inuenire poſ-
I ſit eum à quo facta eſt, & in eius amore atque contem-
platione dulciter requieſcere. Ea nãque perfectius ſuũ
factorem manifeſtãt, quę illius ſimilitudini vicinius ap
propinquãt. Hæc autem eſt ipſa rationalis creatura quę
excellenter & proprie ad illius ſimilitudinem facta eſt:
& tunc citius creatorem ſuum quem nõ videt agnoſcit
& diligit, cum ſe ad illius imaginem factam intelligit.
Mens rationalis eſt quæ ſe cogitãdo intelligit, & imagi
nem ſuã ex ſe natam habet, quæ imago eius verbum eſt.
λόγος. Verbũ enim rei eſt ipſa cognitio ad ſimilitudinem eius
ex memoria formata. Hoc modo liquido apparet ſum-
mam ſapientiã cum ſe dicendo intelligit, gignere con-
ſubſtãtialem ſibi ſimilitudinem ſuã, id eſt verbum ſuũ.
Mens tamen rationalis quoniã non ſe ſemper cogitat
ſicut ſui ſemper meminit, liquet, quia cũ ſe cogitat ver-
bũ eius naſcitur de memoria. Vnde apparet quia ſi ſem-
per ſe cogitaret, ſemper verbũ eius de memoria naſce-
retur. De ſumma vero ſapientia quæ ſemper ſe dicit ſic,
ſicut ſui ſemper memor eſt, liquet quia de æterna me-
moria coæternũ eius verbum naſcitur. Sicut enim ſum-
ma ſapiẽtia æterna eſt, ita æternè ſui memor eſt, & æter
nè ſe intelligit, & æterne ſe dicit, cũ ſit illi dicere quod K
intelligere: & cum æterne ſe dicat, æterne verbum eius
apud ipſam. Mẽs ergo rationalis quæ inter omnes crea
turas ad inueſtigationem ſummæ ſapientiæ ſola aſſur-
gere valet, & nihilominus ad eiuſdem inuentionem ſo
la proficere, ſemper ſtudeat illius reminiſci, illã intelli-
gere & amare: ad hoc facta eſt vt ſemper viuat ſi ſem-
per amet ſummam vitã, ſummam ſapientiam, ſummam
eſſentiam, cui debet hoc ipſum quod eſt. Amare autem
nequit, niſi eius reminiſci & eam ſtuduerit intelligere,
Faciat ergo hoc ad quod facta eſt vt bene viuat. De⁹ *Spiritus ra*
omnipotẽs cuius beatitudo nec augeri poteſt, quia per- *tionales.*
fecta eſt, nec minui, quia æterna eſt: ſola charitate, nulla *Cap. XLV.*
neceſsitate ſui rationales ſpiritus creauit, vt eos ſuę bea-
titudinis participes faceret. Alios vero in ſua puritate
in cœlo confirmauit. Alios autem propter ſuperbiam in
infernum præcipitauit, atque alios ad comprobandam
humilitatem & obedientiã in terrena habitatione ter-
renis corporibus ſociauit, vt ad vitę ſenſum luteam ma
teriam vegetarent, Habẽt nãque in natura ſua quãdam
mutabilitatem ſecundum quam corporibus viuificãdis
appropinquant, in qua quidẽ nõnihil ſuæ puritatis de-
ponunt. Cum enim delectatione carnis afficiũtur: quaſi L
quandã corpulentiam inde trahunt: quæ puriorem na-
turam eorum corrumpit. Et hoc viciũ quanto altius eis
in corporibus manentibus inhęſerit, tãto difficilius eos
à corporibus diſcedentes deſerit: quoniam non tollitur
paſsio, etiã cum tollitur cauſa paſsionis, niſi ab eiuſmo- *ὁ πάθος.*
di feculentia ſe in hac vita mundare ſtuduerint. Nos er
go qui in medio bonorum & malorũ poſiti ſumus, cõ-
ſiderare ſæpe debemus, & gaudium illorum, & iſtorum
ſupplicium, atque noſtram miſeriam. Rationalis ſiqui-
dem eſt anima noſtra, vt ſciat diſcernere inter bonum
& malum. Eſt etiam concupiſcibilis atque iraſcibilis, vt
poſsit amare bonum & odire malum. De concupiſcibi-
litate naſcitur amor, de amore & deſideriũ & gaudiũ. *Amor quid*
Amor eſt delectatio† cordis alicuius ad aliquid propter *†dilatatio.*
aliquid, per deſiderium currens atque per gaudium re-
quieſcens: per deſiderium in appetendo, & per gaudiũ
in perfruendo: nec aliunde bonum eſt, ſi bonum eſt cor
humanum: niſi quod bene amat quod bonum eſt. Nec
aliunde malum eſt, ſi malum eſt, niſi quòd male amat
quod bonum eſt. Omne enim quod eſt, bonum eſt: ſed
in eo quod male amatur, tantum vicium eſt. De Iraſci-
bilitate naſcitur odium, Ira enim generat odium: & de M
odio dolor & timor. Cum enim contra peccata noſtra
iraſcimur & ea odire incipimus, dolemus quia peccaui
mus, & pœnas pro peccatis timemus. Sic creator *Creatura*
omnium deus inter cætera & ſuper cætera quæ creauit *rationalis*
rationalem dignatus eſt amplius illuſtrare naturã, quã *diuerſa ra*
& ſua ſimilitudine fecit inſignẽ, & ſuæ beatitudinis vo- *tio. C. XLVI*
luit eſſe participem. Cuius tamen rationalis creaturæ li
cet ſimilis videatur origo, facta eſt diuerſa cognitio†: *†conditio.*
dum pars eius eſt in æterna fœlicitate firmata: pars ru- *2. Pet. 2.*
dentibus inferni detracta, & in tartarum tradita in iu-
dicium cruciãda ſeruatur. Pars etiã tertia terrenis vni-
ta corporibus locum mediũ ſortita cognoſcitur: & pri⁹
quidem eadem media ſummis vicinior in deliciis erat
poſita paradiſi, nunc iam propinquior infimis, pro rea-
tu inobediẽtiæ humiliata eſt in loco afflictionis. Sum-
mus igitur omnium horum locus plenam habet lętitiã,
infimus ſolam triſticiam. Ibi enim plena fœlicitas: illic
ſola & ſumma miſeria eſt. In medio ſanè ſumma ſperã-
da, ſed nihilominus infima ſunt timenda: & ideo nobis
iam amplior timoris cauſa quàm ſpei, quo viciniores
eiſdem

A eiſdem infimis, deiecti in ipſa degimus vmbra mortis. Quia tamen & illius beatitudinis,& illius nihilominus damnationis æternę humanam deus animam pro ſuorum qualitate meritorum participem fieri poſſe cognouit,naturales affectus ei quatuor indidit:vt haberet vnde bona illa poſſet optare,& in eis quãdoq; lętari:& rurſum vnde mala illa metuere, vel in eis etiã dolore perpetuo contriſtari.In eo enim ſanè grauior eſt moderna conditio,quod non modo exhibet triſticiam & modernam moleſtiam,ſed & timor habet pœnam,& ſpes ipſa quæ differtur affligit animam. *Prouer.13.* Piiſsimus enim pater & terribilis iudex, qui vera illa & perpetua gaudia filiis, dolores æque perpetuos reis in fine parauit,nõnulla tamen etiam nos in præſenti experimenta capere voluit gaudij vel doloris,vnde illa nõ modo certius credi,ſed affectuoſius quoq; optari valeãt & timeri.Cæterum nec præſentia gaudia in illorũ comparatione ſunt gaudia, nec triſticia præſens in illius cõparatione eſt triſticia. Nec deſipiet ſi quis interim omnem operam dare maluerit, quemadmodum illa potius valeat concupiſcere gaudia,illos formidare dolores, quàm huius vitæ vitare moleſtias, captare læticiam. Verũtamen inuenire eſt

B etiã in præſenti vnde vtiliter gaudeat quis, vel ſalubriter contriſtetur.Si lætetur de beneficiis ſuis gratias deo agens,& in deuotione eius exultet,& propria ſeu etiam proximorum delicta deploret. Vnde etiã diuina diſpoſitione media inter eoſdem affectus conſtituta eſt ratio in corde hominis,per quam nimirum diſcernere & diiudicare poſsit vnde gaudeat ſeu doleat, imò etiã quid cupiat vel quid timeat. Sanè qui triplicem vim animæ eſſe docuerunt,rationalem illam,iraſcibilem, & concupiſcibilem aſſerẽtes, affectus quidem diuerſos, ſed quadã ſibi cognatione iunctos,ſub iraſcibili metum & triſticiam, ſub cõcupiſcibili deſiderium & lęticiam comprehendiſſe videtur.Interim ergo inter affectus varios humana fluctuans anima,neceſſe eſt vt certam demum vel in ſummis vel in imis accipiens ſtationem, in ſolo deinceps vel gaudio vel dolore perſiſtat. De⁹ eſt in ſũmo,mundus in imo. Deus in eodem ſtatu æternitatis ſuæ ſemper cõſiſtit.Mũdus curſu mutabilitatis ſuæ ſemper inſtabilis fluit. *De humano animo.Ca. XLVII.* Humanus animus quaſi in medio collocatus quadam cõditionis ſuę excellentiã, huic mutabilitati quæ deorſum eſt ſupereminet, & ad illam quę eſt apud deum veram immutabilitatem necdũ per-

C tingit. Si vero in iis quæ deorſum tranſeunt ſe per cupiditatem immerſerit, ſtatim per infinitas diſtractiones rapietur,& à ſemetipſo quodam modo diuiſus diſsipabitur. Si vero ab hac infinita diſtractione quę deorſum eſt ſe erexerit,& hæc infima deſerẽs, atque paulatim in vnum ſe colligens ſecum eſſe didicerit, tanto amplius in vnum colligetur,quanto magis cogitatione & deſiderio ſurſum eleuabitur:donec tãdem omnino immutabilis ſit,& ad illam verã & vnicã quæ eſt apud deum immutabilitatẽ perueniat, vbi perpetuò ſine omni mutabilitatis viciſsitudine requieſcat. *Animarũ origo. Cap. XLVIII.* Credimus animas nec eſſe ab initio cum angelis, nec ſimul creatas: ſicut Origenes fingit. Nec per coitum cum corporibus ſeminantur:ſicut Luciferiani & Cyrillus, & aliqui Latinorum præſumptores affirmant. Sed dicimus earum creationem ſolum omnium creatorem noſſe,& corpus tantum per coniugij copulationem ſeminari : dei vero indicio coagulari in vulua matris,& compingi atq; formari:ac formato iam corpore,animam creari & infundi:vt viuat homo in vtero ex anima conſtans & corpore,& egrediatur ex vtero viuus plenus humana ſubſtantia.

Nec duas animas eſſe credimus in vno homine, ſi- D
cut multi ſcribunt,vnam animalem qua animetur corpus,& immixta ſit ſanguini, & alteram ſpiritalem quæ rationem miniſtret.Sed dicimus vnam eandemq; animam eſſe in homine, quæ & corpus ſua ſocietate viuificet,& ſemetipſam ſua ratione diſponat, habens in ſe libertatem arbitrij, vt in ſuæ ſubſtãtiæ eligat cogitatione quod vult.Libertati ſiquidem arbitrij ſui commiſſus eſt homo:poſtquam vero deceptione ſerpentis per Euã *Gene.3.* cecidit,naturæ bonum perdidit,pariter & vigorem arbitrij:non tamen electionem,ne non eſſet ſuum, quod *Arbitriũ.* emendaret peccatum. Manet itaq; ad quærendam ſalu- *Electio.* tem arbitrij libertas,id eſt rationis voluntas:ſed admonente prius deo & inſpirante ad ſalutem. Vt ergo acquieſcamus ſalutari inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt: vt adipiſcamur quod adipiſci deſideramus, diuini eſt muneris. Vt non labamur adepto ſalutis munere, noſtræ ſolicitudinis eſt & cœleſtis adiutorij : vt labamur, poteſtatis noſtræ eſt & ignauiæ. Solum hominem credimus habere animam ſubſtantiuam,quæ exuto corpore viuit & ſenſus ſuos atq; ingenia viuaciter tenet. Neque cum corpore moritur,vt Arabs*aſſerit:neque poſt- *al. Arab.*
modum interit, ſicut Zenon dixit, quia ſubſtantialiter E
viuit. Animalium vero animę non ſunt ſubſtantiuę,ſed cum carne ipſa carnis viuacitate naſcuntur,& cum carnis morte finiuntur:& ideo nec ratione reguntur, ſicut Plato & Alexander putant:ſed ad omnia incitamenta naturæ ducuntur. Anima humana non cum carne moritur,quia non cum carne,ſicut diximus ſuperius, ſeminatur : ſed formato in vtero matris corpore, dei iudicio creatur & infunditur,vt viuat homo intus in vtero, & ſic procedat natiuitate in mundum. Anima à creatore principium habens,ex quo eſt, perfecta eſt in genere ſuo:vnde ex quo eſt, ſciret omnia quæ ab homine ſciri poſſunt,niſi grauitas carnis eſſet. Quod per primum hominem, qui ante corruptionẽ humanitatis ex quo fuit perfecte habuit ſcientiã,probari poteſt.Sed modo corrupta humanitate,ex quo coniũgitur corruptioni,corrumpitur,Nec proprietates ſuas poteſt exercere, donec vſu & experientia & alicuius doctrina incitata incipit diſcernere,Veluti ſi quis cum ſubtili acie oculorũ in tenebroſa detrudatur, videre tamen non poteſt ibi niſi prius aſſueſcat tenebris, vel lumen accendatur. Vnde Virgilius,Quantum non noxia corpora tardant. Et li- *Aeneid.6.*
cet aliæ ſint actiones corporis, & aliæ actiones animæ: F
tamen corporis[actiones]vicia vel virtutes poſſunt eſſe animæ. Cum enim ad hoc ſit[anima] data, vt illicitos carnis motus corrigat,ignorantia illius contingunt vel negligentia. Sicut cum diſcipulus vel ſeruus negligentia doctoris vel domini peccat, magiſter vel dominus extra culpam non eſt, Sic anima malis contingentibus non eſt extra culpam,cum iſta debeat imperare, & illa obedire. *Homo ex carne & anima. Ca.XLIX.* Duabus ſubſtantiis tantum conſtat homo: anima & carne. Anima cum ratione ſua & carne cum ſenſibus ſuis. Quos tamen ſenſus abſq; ſocietate animæ non mouet caro, anima vero & ſine carne rationale ſuum tenet. Notandum tamen quod iidem ipſi ſenſus qui in exteriori homine deſcribuntur, ſimili modo ſecundum modum ſuum in interiori eſſe manifeſtantur, quia ſpiritales res non corporalibus ſenſibus, ſed ſpiritalibus rimandæ ſunt. *Deut.32. †vox.* Vnde diuina ſcriptura† in Deuteronomio ait, Videte quòd ego ſum deus, & non eſt alius præter me. *Apoc.2.* Et in Apocalypſi, Qui habet aures audiendi audiat quid ſpiritus dicat Eccleſiis. *Pſal.33.* Et in Pſalmo, Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus. Et

Apoſtolus,

2.Cor.2. G Apoſtol⁹,Chriſti bonus odor ſum⁹,& in iis qui pereũt,
& in iis qui ſalui fiunt. Et in Euangelio dominus mulie
rem fide ſe tetigiſſe magis quàm corpore oſtendit di-
Luca.8. cens, Tetigit me aliquis:Nam & ego ſenſi virtutem de
me exiiſſe. Sic ergo cum omni cautela obſeruandum eſt
quid ad corporis ſenſus,& quid ad animæ pertineat di
gnitatem:ne forte confuſus ordo & irrationabilis æſti-
matio alicui repugnare videatur veritati. Non eſt ter-
Didymus. tius in hominis ſubſtantia ſpiritus,vt Didymus conten
dit,ſed ſpiritus ipſa eſt anima:& pro ſpiritali natura,vel
pro eo quòd ſpiret in corpore,ſpiritus appellatur. Ani-
ma vero ex eo vocatur,quòd ad viuendum vel viuificã
dum animet corpus. Tertium vero qui ab Apoſtolo cũ
1.Theſſ.5. anima & corpore inducitur ſpiritum,gratiã ſancti ſpi-
ritus intelligamus:quam orat Apoſtol⁹, vt integra per-
ſeueret in nobis,ne noſtro vicio aut minuatur,aut fuge
Sapien.1. tur à nobis:quia ſpiritus ſanctus effugiet fictum,& aufe-
ret ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Iugi er-
go meditatione animum noſtrum exerceamus,& con-
ſideremus miſerias & neceſsitates noſtras, labores &
dolores. Lugẽtes enim in hanc vitam intrauimus, cum
labore viuimus,cũ dolore & timore exituri ſumus. Co-
H gitemus ergo quàm breuis vita noſtra ſit, quàm via lu-
brica,quàm mors certa, & hora mortis incerta. Cogi-
temus quantis amaritudinibus admixtũ ſit, ſi quid dul-
ce ac iucundum in via huius vitę,occurſu ſuo nobis al
ludit:quàm fallax & ſuſpectum,quàm inſtabile & tran-
ſitorium eſt quicquid huius mundi amor parturit,quic
quid ſpecies,aut temporalis pulchritudo promittit. Cõ
ſideremus etiã quæ ſit patriæ cœleſtis pulchritudo, ſua-
uitas atque dulcedo. Attendamus & perpendamus vn-
de cecidimus,& vbi iacemus:quid perdidimus,& quid
inuenimus:vt ex vtroque intelligamus quantum nobis
Eccl.1. in hoc exilio lugẽdum ſit. Hinc enim Salomõ ait, Qui
apponit ſcientiam,apponit dolorẽ. Quia & quãto ma-
gis homo ſua mala intelligit, tanto amplius ſuſpirat &
Quid ſit me gemit. Meditatio ſiquidem parit ſcientiam,ſcien-
ditatio. tia compũctionem,compunctio deuotionem, deuotio
Caput.L. perficit orationem. Meditatio, eſt frequens cogitatio,
curioſa & ſagax obſcura inueſtigare,& occulta ad noti
Scientia. ciam trahere. Sciẽtia eſt,quando homo ad noticiam ſui
aſsidua meditatione illuminatur. Compunctio eſt,quã-
Cõpunctio. do ex cõſideratione malorum ſuorum cor interno do-
Deuotio. lore tangitur. Deuotio, eſt pius & humilis affectus in
I deum,humilis ex conſcientia infirmitatis propriæ,pius
Oratio. ex conſideratione diuinæ clementiæ. Oratio, eſt men-
tis deuotio,id eſt,conuerſio in deum per pium & humi
Affectus. lem affectum. Affectus,eſt ſpontanea quædam ac dulcis
ipſius animi ad deum inclinatio. Nihil enim ita deum
inclinat ad pietatem & miſericordiam, quẽadmodum
purus mentis affectus. Sciẽtiam cœleſtium & terreſtriũ
rerum laudare atque amare ſolent homines, ſed multo
meliores ſunt qui huic ſcientiæ præponunt noſcere ſe-
metipſos. Laudabilior ſiquidem animus eſt,cui nota eſt
miſeria ſua,quàm qui ea non aſpecta, vias ſyderum &
naturas rerum ſcrutatur. Qui vero iam in deum euigi-
lauit animus ſpiritus ſancti calore excitatus, atq; in eius
amore coram ſe viluit,ad eũmq; intrare volens nec va-
†al.examinauit ſe. lens,eóq; ſibi lucente attẽdit in ſe, & inuenit ſe, †ſuámq;
que ægritudinem illius mundiciæ comparari †non poſ-
†cõtẽperari ſe cognoſcit:dulce flere habet, eũmq; precari vt ſui mi-
ſereatur,totámq; eius miſeriam exuat. Hunc itaq; egen-
†Propoſuit enim ſcientiã ſcientiæ tem & dolentem ſcientia non inflat,quia charitas ædi-
ficat. Propoſuit enim ſcientiam ſcire†, id eſt, ſcire ſeip-
ſum & infirmitatem ſuam, magis quàm ſcire vires her-
barum,& naturas animalium:& hãc apponendo ſcien- K
tiam,appoſuit dolorem, id eſt, defectum peregrinatio-
nis ſuæ ex deſiderio patriæ ſuæ,& viſionis dei,[quẽ cer-
nere eſt finis:cui eſt gloria in ſecula ſeculorum Amẽ. †] *†His verbis finiebãt hic vetera exemp'aria*
Dolet,qui tenetur exilio, quia differtur à regno. Dolet,
dum recordatur quæ & quanta mala fecit, & quàm in-
tolerabiles pœnas pro illis paſſurus ſit. Cum nulla
ſciẽtia melior ſit illa qua cognoſcit homo ſeipſum,diſ- *Cognitio ſui.Cap.LI.*
cutiamus cogitationes,locutiones,atque opera noſtra.
Quid enim prodeſt nobis,ſi rerum omniũ naturas ſub-
tiliter inueſtigemus,efficaciter cõprehẽdamus, & noſ-
metipſos non intelligamus? Examinemus ergo quæ fe-
cimus nos,ſi ſecundũ quod debuimus,ea fecerimus:cõ-
ſideremus ea quæ facturi ſumus, ſi ſint ſecundum deũ.
Valde ſiquidẽ eſt neceſſaria nobis circũſpectio exami-
nationis,quatenus per experientiã eorum quæ fecimus,
ad ea quæ agenda ſunt,tutiores reddamur. Sæpe nãque
opus quod bona intentione inchuari credimus,tãto ci
tius in deceptionis laqueum nos præcipitat, quanto de
intentionis noſtræ principio ſecuri finem actionis non
obſeruamus:& imprudentes quaſi via plana ad foueam
currimus,quia videmus quid facimus,ſed quid finẽ no-
ſtrum ſequi debeat,nõ attendimus. Ita enim ambiguus L
eſt animi affectus,vt niſi ex fine operis qualitatem intẽ-
tionis eius diſcernere non valeamus. Præterea neceſſe
eſt,vt per ſingulos dies vitam noſtram ad iudicium vo
cemus:& quid egimus per noctem & diẽ,examinemus:
& quanto ad bona facienda ſolito alacriores:& quanto
ad mala vincenda ſolito conſtantiores:ſiue aliquo ope-
re noſtro inſidiis inimici ſupplãtati ſimus, qualiter de-
mum per iudicium tranſactæ deceptionis futuram il-
lius fraudem cauere valeamus: quatenus nec ſuperue-
niens tẽtatio nos improuiſos ad malum opus deiiciat,
nec indiſcretos in opere bono præſens negligentia fal-
lat. Quiſquis ſcilicet cor ſuum in huiuſmodi ſtudio ex-
ercet,audiat quid quidam ſapiens dicat, Scito teipſum: *γνῶθι σεαυτόν.*
ſcito vnde veniſti,aut quò vadis:quo modo viuis,quã-
tum proficis vel deficis:quàm longe es à deo,vel quàm
prope,nõ interuallis locorũ, ſed ſimilitudine vel diſſi-
militudine morũ. Scito quo modo homo es,cuius cõce
ptio culpa,naſci miſeria,viuere pœna,mori neceſſe. Cer
tum eſt,quia morieris,ſed incertum quo modo vel quã
do vel vbi:quoniam mors vbique te expectat, & tu ſi ſa
piens fueris,vbique eam expectabis. Attende ergo ſoli- M
cite quid agas,vel quid agere debeas. Si quod faciendũ
eſt facias. Si bono operi malum aliquod nõ admiſceas.
Si bonum quod agis,quanta oportet deuotione adim-
pleas. Si alterius,vt tuum bonum diligas. Si tuum,vt al-
terius malum reprehendas. Si ſic declinas à malo vt fa-
cias bonum. Sunt enim quidã tantum attendentes ma-
la quę non faciũt,iſtos puſillanimitas à bono opere re-
uocat,ne malum ſurripiat. Sunt aliqui attendentes tã-
tum bona quæ faciunt:illi ſic ſibi à bono opere compla
cent & blandiuntur, vt de prauitatis admixtione mi-
nime terreantur. Sunt alij ſapientes vt faciant mala,bo-
na autem facere neſciunt: iſti peſsimi omnium lætan- *Prouer.2.*
tur cum male fecerint, & exultant in rebus peſsimis.
Sunt alij quærentes deum per exteriora, deſerentes in-
teriora ſua,quibus deus interior eſt. Redeamus er- *Tres grad⁹ ad cognitionem ſui. Cap.LII.*
go ad nos, vt poſsimus aſcendere ad nos. Tres ſiqui-
dem aſcenſus ſunt, In primo, aſcendimus ab iſtis exte-
rioribus & inferioribus ad nos. In ſecundo,aſcendimus
ad cor altum: quanto nanque amplius proficiſcimur†, *†proficimus*
tanto amplius aſcendimus. Qui enim non aſcẽdit, de-
ſcendit:& qui nõ proficit,deficit. In tertio aſcenſu,aſcẽ-
dimus

A dimus ad deũ. Primus aſcenſus fit conſideratione mun
di,& contemptu. Conſiderando nanque quàm caduca
& tranſitoria ſint iſta terrena, contemnimus ea & redi-
mus ad nos. Secundus aſcenſus fit cognitione & con-
temptu noſtri. Cum enim cognoſcim⁹ quàm proni ſi-
mus ad malum, & quàm inualidi ad bonum, contem-
nimus & aſcendimus ſupra nos. Tertius aſcenſus fit co
gnitione & amore dei. Iſte tertius aſcenſus fit mentis di
latatione, & mentis ſubleuatione, & mentis alienatio-
Mentis dilatatio. ne. Mentis dilatatio eſt, cũ ſub vno mentis aſpectu, plu-
ra conſpicimus, vel de dei ſapientia, vel de eius poten-
tia, vel de cuncta bonitate. Intueri debemus quàm po-
tenter deus cũcta creauit de nihilo, quàm ſapienter gu-
bernat, quàm benigne cuncta diſpenſat. Totum iſtum
mundum ſic ornatum fecit propter corpora, corpora
propter animas, animas propter ſe. Et ideo diligenter
cuſtodire debemus animas noſtras, quatenus eas mun-
das & ſanctas deo reddere valeamus, à quo tãta bona
Mẽtis ſubleuatio. accepimus pro eis. Mentis ſubleuatio eſt, cũ de viſibili-
bus ſubleuamur ad inuiſibilia. Quando nanque conſi-
deramus humanam dignitatem, admiramur dignatio-
B nem dei, qui tam mirabiliter rationalem ſpiritum ad i-
Mentis alienatio. maginem & ſimilitudinem ſuam creauit. Mentis alie-
natio eſt, quando mens ſuper ſe rapitur. De hoc mentis
exceſſu, homo doceri non poteſt, quia nihil ibi habet
ſui, De mẽtis autem dilatatione & ſubleuatione inſtrui
poteſt, quia ibi aliquid habet ſui. Inſtruitur autem ali-
quando humana induſtria, aliquãdo diuina reuelatio-
ne ſeu inſpiratione. Nonnunquã vero in ſpeculo cor-
dis ſui, id eſt in rationali mente ſeipſum & deum inſpi-
cit. Ita nanq; conditum eſt cor hominis, vt in eo quaſi
in templo dominus inhabitaret, & tãquam in quodam
ſpeculo ſuo reluceret: vt qui in ſe videri non poterat,
in ſua imagine viſibilis appareret. Magna prorſus di-
gnitas hominis eſt, portare imaginem dei, & illius in ſe
iugiter vultum aſpicere, atque eum ſemper per contem-
plationem præſentem habere. Sed poſtquam delecta-
tionem noſtam in terram peccando ſparſimus, peccati
puluis ſuperiectus eſt cordi noſtro: & ideo ab illo in-
ternæ contemplationis ſpeculo corruentes in has miſe
ras præſentis vitæ tenebras labimur, vbi deo digne mi-
niſtrare non valemus, quia ſorde iniquitatis caligine
ignorantiæ obuoluti, quid agendum vel vitandum no
C bis ſit, ex magna parte iam non videmus. Tergamus er-
go ſpeculum noſtrum ab amore vanitatis, & ab amo-
re iniquitatis, id eſt, à puluere & à ſorde: vt in eo inſpi-
cere valeamus & nos, & creatorem noſtrum, quem pec
cando poſt tergum noſtrum poſuimus. Auerſi ſiqui-
dem à deo ſumus, peccata noſtra ſeparant nos ab eo. Et
Pſal. 84. ideo cum Propheta dicamus, Conuerte nos deus ſalu-
taris noſter. Si mulieres ſpeculum ſuũ in quo facies in-
ſpiciunt, cum amiſerint, diligenter quærant, & curioſe
tergant à puluere & à ſorde: multo amplius ſpeculum
interioris hominis debemus & inuenire & tergere &
inſpicere: vt in eo totam turpitudinem noſtram valea-
mus deprehendere, & ita per cognitionem noſtram ad
Cognitio ſui neceſſaria. Cap. LIII. cognitionem dei peruenire. Duo nobis neceſſaria
ſunt vt nos cognoſcamus, videlicet quales ſimus ad ma
lum, & quales ad bonum. Proni ſumus ad malum, & ſi
miſericordia dei non teneret nos, in omne viciũ poſſe-
mus cadere, nec inde ſurgere, niſi miſericordia dei ſub-
ſequeretur quæ nos ſubleuaret. Hoc bene cognoſcebat
Pſal. 25. Propheta cum dicebat, Domine, miſericordia tua an-
Pſal. 22. te oculos meos, quæ me cuſtodiat: & miſericordia tua
ſubſequatur me, quæ me erigat. Inualidi ſumus ad bo-

num, nec ſine dei gratia bonum facere, vel in aliquo bo D
no perſeuerare poſſumus. Iſtud etiã Apoſtolus ſciebat,
cum dicebat, Gratia dei ſum, id quod ſum: & quia gra- *1. Cor. 15.*
tia eius in me vacua non fuit, gratia eius in me manet.
Hanc geminã cognitionem ſui habuit Abraham cum
diceret, Loquar ad dominum meum cum ſim puluis & *Gene. 18.*
cinis. Reuera puluis eſt homo: Sicut enim puluis ex qua-
cunque parte venti impellitur, & in aliam aream deici-
tur, & ibi remanet: ſic homo in omne viciũ cadere po-
teſt, nec adiiciet vt reſurgat, niſi miſericordia dei ei ſub-
ueniat. Cinis etiam eſt homo, quia ſicut cinis nec pro- *Homo quare cinis.*
fert germen ex ſe, nec ſuſceptum ſemẽ germinat, ſic ho
mo nec bonum facere, nec in aliquo bono perſeuerare
ſine gratia dei poteſt. Idcirco maximas grates deo re-
ferre debemus, quia & multa bona nobis conceſſit, &
multa mala quæ fecimus, nobis condonauit, & à multis
malis ſeruauit, quæ facere potuimus, ſicut alia multa
quæ fecimus. Quicquid enim mali non fecimus, eo mi-
ſerante non fecimus. Nam ſi ipſe permiſiſſet, ea vtique
feciſſemus, aut opere aut voluntate. Et ideo neſcio vtrũ
eum amplius diligere debeamus pro his quæ nobis di-
miſit, an pro his à quibus nos immunes ſeruauit: licet e- E
nim ea non fecimus, nos quaſi feciſſe, & eum quaſi di-
miſiſſe exiſtimare debemus, quandoquidem ea vel vo-
luntate vtique feciſſemus, ſi ipſe permiſiſſet. Quiſquis in
veritate ſe ita cognoſcit, humilis eſt corã deo & homi-
nibus: diligit deum propter deum, & omnes homines
propter deum: & ſi perfectam charitatem habet, nullum
iudicat, nullum accuſat, nullum condemnat: non ſer-
uat iram, nõ mouet rixas, non ſeminat diſcordias: non
fouet nocentes, non perſequitur innocentes: non odit
arguentes ſe: non facit furtum, non falſum teſtimoni-
um, non periurium: nulli detrahit, nulli nocet, nullum
odit, ſed omnes diligit. Scriptum eſt, Nemini quicquã *Roma. 13.*
debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Sic enim deo fami-
liaris eſt charitas, vt in eo habitare nolit, in quo chari- *1. Ioan. 4.*
tas non fuerit. Qui ergo charitatem habet, deum ha-
bet, quia deus charitas eſt. Et qui vnum hominem ha-
bet odio, deum perdit, & bonum quod facit. Quapro-
pter vnuſquiſque prouideat, ne propter vnius hominis
odium, deum perdat, & omne bonum. Nunc re- *De inſtaurãda in nobis imagine dei. Cap. LIIII.*
uertamur ad ſpeculum noſtrum, & videamus quo mo-
do per cognitionem noſtri poſſimus aſcendere ad co-
gnitionem ipſius dei. Duplex eſt natura hominis, Vna
interior, quæ eſt ipſe homo, quoniam mens vniuſcu-
iuſque eſt ipſe. Altera exterior, id eſt corpus. Ex duplici F
natura compactus eſt homo, & ideo vt totus beatifica-
retur, duo illi bona deus à principio præparauit: vnum
viſibile, alterũ inuiſibile: vnum corporale, alterũ incor-
porale: vt in vno ſenſus carnis ad iucunditatem fouere-
tur: in altero ſenſus mentis ad fœlicitatem repleretur.
Idcirco duplici ſenſu rationalis anima inſtructa eſt, vt
viſibilia caperet per ſenſum carnis, inuiſibilia per ſen-
ſum mentis quatenus & viſibilia inuiſibilia ad cogni-
tionem & dilectionem creatoris illam excitarent. Om-
nium nanq; humanarum actionom ad hũc finem cur- *Quis finis debeat eſſe noſtra actionis.*
rere debet intentio, vt vel diuinæ imaginis in nobis ſi-
militudo inſtauretur, vel huius vitæ neceſſitati conſula-
tur. Quæ vero in nobis diuinam ſimilitudinẽ reparant,
duo ſunt, id eſt, ſpeculatio veritatis, & exercitium virtu
tum, quia in hoc homo ſimilis eſt deo, quòd ſapiens &
iuſtus eſt. Ea ſiquidem perfectius authorem ſuum mani-
feſtant, quæ illius ſimilitudini vicinius appropinquant.
Hoc autem eſt mens rationalis quæ excellenter & pro-
prie ad ſimilitudinem illius facta eſt. Et tunc citius crea-
C torem

G torem ſuum quem non videt, agnoſcit, cum ſeipſam ad illius ſimilitudinem factam intelligit. In hoc ergo primum trinitatis veſtigium inoentum eſt, cum agnoſcere cœpit ipſa quod erat ſupra ſe. Vidit enim quòd ex ſeipſa naſcitur ſapientia quæ in ipſa eſt, & diligit ipſa ſuam ſapientiam: & procedit amor ex ipſa & ſapientia ſua, quæ amat ipſam genitam de ſe, & in ſe manentem non diuidit à ſe. & apparẽt tria quædam in vno, mens, & ſapiennia, & amor. Et eſt ſapientia de mente: de mente & ſapientia procedit amor, & ſurgit trinitas, & non recedit vnitas: & ſunt ſimul trinitas & vnitas, hæc ſic in nobis. Verũ longe melius ratio ſuadet in deo. Deus nanque cum ſit origo omnis ſapientię, & ſemper ſapientiam habuit & ſemper eam dilexit, & quia ſemper dilexit, ſemper amorem habuit. Sapientiam quam habet, ipſe genuit, & ſemper cum illo fuit, quia geoita ſe à gignente non diuidit: ſemper gignitur, quia æterna, ſemper genita eſt, quia perfecta, nec cum gignitur inchoãs, nec cum genita eſt ceſſans. Qui genuit, pater eſt: qui geoitus eſt, filius eſt: & qui ab vtroque procedit, ſpiritus ſanctus eſt. Pater à nullo eſt, filius à ſolo patre eſt, ſpiri-

H tus ſanctus ſimul à patre & à filio eſt: & hæc tria vnum in deo eſſe ſubſtantialiter oportet fateamur. Sed quia ille qui genitus eſt, oon poteſt eſſe ille à quo genitus eſt, neq; qui à gignẽte & genito procedit, poteſt eſſe ille & qui eſt gignens, & qui eſt geoitus: inexpugnabili ratione veritatis cognoſcere cogimur in deitate perſonarũ trinitatem, & ſubſtantiæ vnitatem, & maieſtatis æqualitatem. Pater ergo & filius & amor patris & filij vnus deus ſunt, & vno amore ſe diliguot, quia vnum ſunt: nec aliud eſt quod quiſque amat in altero quàm quod quiſque amat in ſemetipſo. Nec aliud eſt quod quiſque eſt quàm quod alter eſt, & ideo eſt neceſſe, vt quiſque amet ſeipſum, & adinuicem quiſque alium. Hanc charitatem & hanc trinitatem, deus pater oobis manifeſtauit, cum propter nimiam charitatem ſuam qua nos dilexit miſit filium ſuum io ſimilitudinem carnis peccati, vt nos ſaluaret. Miſit etiam ſpiritum ſanctum, quo nos adoptaret in filios. Filium dedit in preciũ redemptionis, ſpiritum ſanctum in priuilegium amoris, ſe deniq;

Ephe.2.
Roma.8.
Acto.2.

I ſeruat hæreditatem adoptatis. Pater, & filius, & ſpiritus ſanctus nomina ſunt pietatis, nomina dulcedinis, nomina ſuauitatis & amoris. Quid enim dulcius patre, & tanto patre tam dulciſſimo atque miſericordiſſimo? Quid ſuauius Ieſu Chriſto? Saluator noſter totus eſt vnctus, totus eſt pius, totus eſt dulcis atque ſuauis. Quid amabilius & quid ſuauius, & quid ſanctius ſpiritu ſancto? Amor patris & filij ipſe eſt, per quẽ omnes ſunt ſancti quicunq; ſunt ſaocti. Conſiderate ergo quanta ſit illa gloria, quàm ineffabilis lætìcia cum ad deum patrem veniemus, & ille ponet nos in ſuo regno tãquam filios & hæredes, Ieſus Chriſtus tanquam fratres & cohæredes, ſpiritus ſanctus vnum nos ſpiritum eſſe faciet cum illis: Ipſe ſiquidem eſt indiſſolubile vinculum trinitatis & amoris. Tunc introibimus in potentias domini, & videbimus ciuitatem illam de qua tam glorioſa dicta ſunt. Vita ſiquidem illius ciuitatis eſt quieta, pax tranquilla, fœlicitas perpetua, pulchritudo admirabilis, ſpecies laudabilis, iucunditas concupiſcibilis, gloria deſiderabilis, gaudium perenne, feſtiuitas continua, cantica dulciſſima. Ibi ſunt quæ corda omnium in quandam ineffabilem dulcedinem atque iucuoditatem conuertuot. Sunt ibi gaudia æterna, quæ ſuauitatem infundunt, & corruptionem non inducunt. Semper reficiunt & ounquam deficiunt, paſcunt & perſeuerant in-

Pater, fili², ſpiritus ſanctus. C. LV.

Pſal. 76.

tegra, ad fruendum ſe exhibent & permanent incor- K
rupta. Dulcedo illius ciuitatis infundit ſe ad ſuauitatem, ſpecies ad iucunditatem, viſio ad delectationem. Omnis pulchritudo ibi eſt, vbi ſumma pulchritudo eſt. Quanta nanque pulchritudo ibi eſt, vbi rerum omnium ſpecies ſine defectu vigent, ſine tranſitu permanent, ſine corruptione cooſiſtunt, ſine mutabilitate æterna ſunt. Si tam pulchrum eſt quod vere pulchrum non eſt, quid eſt quod pulchrum eſt? O ciuitas ſancta, ciuitas ſpecioſa, quicquid in te eſt, totum pulchrum eſt, ſuaue eſt, iucundum eſt, vnum bonum eſt, & omne bonum in ipſo eſt. Quicquid enim nominare booi poſſum, totum ibi eſt: quia omnia bona in vno ſunt, & omnia vnum ſunt. Huius tanti boni amor & deſiderium cum me aliquando tangit, vehementer, atque ſuauiter afficit, & neſcio quò quodam modo à oiemetipſo abſtrahit, Subito enim innouor & totus immutor, rapior affectu, trahor deſiderio, & bene mihi eſſe incipit vltra quàm dicere ſufficiam. Exhilaratur cooſcientia, in obliuionem venit omnis præteritorum dolorum memoria, exultat animus, clareſcit intellectus, accenditur affectus, cor illuminatur, deſideria iocundantur. L
Iamque alibi, neſcio vbi, me eſſe video: video nanque, ſed quaſi adhuc de longe, choros angelorum & archangelorum pſallentium & laudannium deum, Vnum eſt enim vbi omnium opus, contẽplari mirabilia dei, cumque laudare in operibus ſuis. Omnes cõtemplantur, omnes lætantur, omnes delectantur in deo: cuius aſpectus pius, facies decora, eloquium dulce: delectabilis ad videndum, ſuauis ad habendũ, dulcis ad fruendum. Semper libet illum aſpicere, ſemper habere, ſemper illo frui & in illo delectari. Ipſe per ſe placet, & propter ſe: ſufficit ad meritum, ſufficit ad præmium. Nec aliquid eſt quod extra illum quæratur, quia totum in illo inueoitur quod deſideratur, & in illo totũ amatur. Vnum nãque bonum eſt, & omne bonum in illo eſt. Hoc bonum ſoli boni habent & vident: amant & laudant laude perpetua. Cum conſidero qualis animæ natura ſit quæ carnem viuificare poteſt, ſed ſemetipſam ſtringere in bonis cogitationibus ſicut deſiderat noo poteſt, inuenio quendam iotellectualem ſpiritum per creatoris po- M
tentiam viuentem, & corpus quod ſuſtinet viuificaotem, ſed tamen vanitati ſubditum, mutabilitati ſubiectum: quem ſæpe lætìcia extollit, timor afficit, iniquitas mortificat, iuſticia viuificat. Vita ſiquidem aoimæ deus eſt, mors animæ peccatum. Anima nanque quæ peccauerit ipſa morietur: quæ autem iudicium fecerit & iuſticiam, viuet & non morietur. Ita immortalis eſt anima vt mori poſſit: ita mortalis, vt mori non poſſit. Immortalitate mortalis eſt, & mortalitate immortalis eſt. Quapropter miſeris mors eſt ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors ſemper viuet, & finis ſemper incipiet, & defectus deficere neſciet. Mors perimet & non extinguet: dolor cruciabit, & pauorem non fugabit: flamma comburet, ſed tenebras non diſcutiet. Erit enim in igne obſcuritas, in obſcuritate pauor, in combuſtione dolor. Ita reprobi ignibus inferni tradiri, in ſuppliciis dolorem ſentient, & in doloris anguſtia pauore ferieotur, & ſemper tolerabunt & ſemper timebunt: quia ſine fine ſemper cruciari viuent ſine ſpe veniæ & miſericordiæ, quod eſt miſeria ſuper miſeriam. Si enim poſt tot milia annorũ quot capillos habuerũt omnes quicunq; fuerunt & erunt, pœnas ſuas finiri ſperarẽt, multo leuius eas ſuſtinerent. Sed quia ſpem non habẽt nec habebunt, deſperatione deficient &

Spiritus intellectualis. Cap. LVI.

Animę vita & mors.

Ezech. 18.

Impiorum afflictio.

A cient & ad tormenta non ſufficient. De his per Eſaiam *Eſaia.66.* ſcriptum eſt, Vermis eorum oon morietur, & igois eorum oon extinguetur, quia oec ipſi conſumentur. Vermis conſcientiam corrodet, ignis carnem comburet: quaouis qui authori ſuo corde & corpore deliqueruot, corde ſimul & corpore puoiantur, cum anima à beata vita ſeparata erit, & corpus æternis ſuppliciis ſubiacebit. Ibi erit metus & mœror, luctus & dolor. Tunc vere nihil lugere erit oiſi flere, quia pœoitere tunc oulli poterit valere, Ibi erit tortor cædens, vermis corrodens, ignis conſumens. Peccata detegentur, rei punientur, & hoc totum perenoe. Quiſquis enim ad tormenta ibit, iam ooo amplius exibit. Dolor cõbuſtionis eos foris cruciabit, pœna cæcitatis intus obſcurabit. Videbunt autem illa teterrima monſtra dęmooiorum, & laruales facies eorũ. Videbunt etiam tormeota inferni, & io tormentis ſequaces ſuos quos ioordinato amore cõtra dei præcepta amauerunt, quateous illorum ioteritus eos in augmento damnatiooís ſuæ affligant. Deum autem nõ videbũt, quod eſt omnium miſeriarum miſerius. Quis enim dicere poteſt, quanta pœna erit oon videre creatorem & plaſmatorẽ omnium rerum, redemptorem & B ſaluatorem fidelium, regem cœli & terræ & dominum vniuerſitatis, per quem ſumus, viuimus & ſapimus? Idcirco neceſſe eſt vt nos vndiq; circũſpiciamus & vbiq; cuſtodiamus, oe aut praua agamus, aut recta quæ pręcepta ſuot noo agamus, vt bonis actibus expletis, cogitationibus non intumeſcamus. Multi oanq; ex virtutibus io infernum per elatiooem corrueruot.

De amplectendis bonis, et fugiendis malis. Cap. LVII. Bona deſiderabiliter appetamus, mala ſolerter caueamus, oe ſub ſpecie bonorũ ea faciamus, quoniam pleruoq; vicia ſe eſſe virtutes meotiuotur. Quiſquis ergo memioit illicita ſe commiſiſſe, ſtudeat à lacitis abſtinere: & qui prohibita cõmiſit, ſibimet abſcidat conceſſa. Qui vero adhuc peccatum ſuũ plaogit, perpetrare vicia timeat: & reprehendat ſe in minimis, qui memioit ſe deliquiſſe in maximis. Quanta licet nanque virtute mens polleat, quanta licet grauitate vigeat, carnales tamen puerile quiddam exterius extrepunt, & niſi iuueoili quodam feruore iofrænentur, ad fluxa quæque & leuia mentem eoeruem trahuot: vbi ſi looga cõſuetudine obſeruata fuerit, cum exurgere voluerit, nõ poterit mole malæ conſuetudinis preſſa. Quiſquis ergo ſtat, videat ne cadat: & ſi ceciderit, C velociter reſurgat, cordis compunctiooe, otis cõfeſſione, & operis ſanctificatiooe. Sit humilior intra propriam conſcientiam, ſit feruentior atque promptior ad ageodum pœnitentiam, ſit cautior ad cuſtoſtiam. Qui enim ſolo beatitudinis ſupernæ deſiderio temporalia iſta cootemoit, & oihil huius muodi diligit, ſolamque æternam patriam appetit, magna mentis tranquillitate fouetur, in qua tanto deum purius ceroit homo, cum ſe ſolo ſolum iouenit, Nihil eoim deo præſentius, & nihil eo ſecretius. A turba ergo terrenorum deſideriorũ ſeceſſum mentis petamus, & inde à ſecreto cordis illicitarum cogitatiooum tumultus expellentes, intẽtione ſupernæ patriæ io amorẽ intimæ quietis anhelemus, & in alta dei contẽplatione nos ſubleuemus. *Piorum fœlicitas.* Contemplemur qui ſint ipſi angelorum chori, quæ ipſa ſocietas beatorum ſpirituum, quæ maieſtas viſionis dei, & quo oiodo deus æteroæ viſionis ſuæ dulcedioe ſanctos ſuos reficiet. Nemo eoim in hac vita digne pẽſare poteſt quanta ſit illa fœlicitas, deum facie ad faciem videre, quanta ſuauitas illud melos angelicum audire, quaotã iucuoditas omnium ſanctorum ſocietatem habere. Tantum enim vouſquiſq; gaudebit de beatitudine alterius, quãtum de ſuo gaudio ineffabili: & quot ſocios habebit, tot D gaudia habebit. In illa gloria oihil libentius intueor, nihil delectabilius ad cõtemplandum inueoio, quam iotimi amoris affectum, quo vnuſquiſque tantuoi amabit alterum, quãtum ſeipſum: & deum plus quàm ſe, & omnes alios ſecum: & deus plus illos, quàm illi ſemetipſos, & hoc gaudio perpetuo. Nihil eoim ibi extraneum videbimus, nihil iocompetens amabimus, nihil quod aures noſtras offendat audiemus. Omoia nanque ſuot ibi cooſona, omnia læta, omnia pacifica. Vode conſona ſecura ſuot omnia cœlica iura. Ibi eſt omnis fœlicitas, omnis ſuauitas, omois iucuoditas, & omois amœnitas, omois pulchritudo, & omois dulcedo. Quicquid expedit, & quicquid delectat ibi eſt, omnes videlicet diuitiæ, & deliciæ omnis requies, & omne ſolatium. Ibi eſt iugis tranquillitas, amœoa ſerenitas, æterna iucunda & decora laudatio, & pleoa omnium booorum cogoitio. Quid ibi eoim deeſſe poteſt, vbi deus eſt, cui oihil deeſt? Quotquot ibi ſunt, dij ſuot: oec oeceſſe eſt vt alter dicat alteri, Cognoſce dominum, omnes enim cogooſcunt eum, & vident: omoes laudant & amaot. Cognoſcũt ſioe errore, vident ſine fine, laudant ſine fatigatione, amaot ſioe faſtidio. Semper videot, & E ſemper videre deſiderant, tam deſiderabilis eſt ad videndum. Semper amaot, & ſemper amare deſiderant, tam dulcis eſt ad amandum. Et quanto amplius amant, tanto magis amare volunt, tam delectabilis eſt ad fruendum. Io hac dectatione requieſcunt pleni deo, pleni omni beoedictiooe & ſanctificatione: adhærẽtes ſemper beatitudioi, ſunt beati: contemplantes ſemper æternitatem, ſuot æteroi: iuncti vero lumini, facti ſuot lux: aſpicientes ſemper incommutabilitatem, mutati ſuot io incommutabilitatem. Tanto libentius quanto dulcius illum aſpiciunt, cuius aſpectus pius, facies decora, eloquium dulce. O beata viſio videre regem angelorum in decore ſuo, videre ſanctum ſanctorum, per quem omnes ſunt ſancti. Illum videre ſumma fœlicitas eſt, ſumma iucũditas, vita æterna, & vita beata.

Gratulatur piis deo fruentibus. Ca. LVIII. Gaudete & exultate iuſti, quia videtis quem amaſtis, habetis quẽm deſideraſtis diu, tenetis quem nunquam amittere timetis, Propterea cantate & exultate ei, quoniam ipſe eſt dominus deus veſter glorioſus & ſpecioſus. Ipſe eſt ſalus & vita, honor & gloria, pax & oomia bona. Quanta pax ibi eſt, vbi oulli veſtrum quicquam repugnat, vel F ab alio, vel à ſeipſo, ſed ipſe dominus regit vos, & oihil vobis deerit. Ipſe diſpoſuit vobis regnũ vt edatis & bi- *Lucæ.22.* batis ſuper meoſam ſuam in regoo ſuo. Guſtate ergo & *Pſal.33.* videte, quoniã ſuauis eſt dominus. Suauis eſt ad videndum, ſuauis eſt ad guſtandum. Nec dici poteſt quãtam habeat in guſtu voluptatem, quantam io ſapore iucuoditatem, quantam in odore ſuauitatem. Tantæ ſuauitatis magnitudinẽ vos qui experti eſtis, nobis qui nuoquã tale quid guſtauimus, iotimare ooo poteſtis. Taoquam ſi quis mellis dulcedinem ei qui ouoquam dulce guſtauerit, verbis indicare velit: profecto oec ille ſaporis illius ſuauitatem, quam ouoquam ore percepit, auribus capiet: nec ille dulcedinẽ quam guſtus voluptate cognouit, verbis poterit indicare.

Deplorat miſerias ſuas. Cap. LIX. Væ mihi miſero, qui oũquam ſeotio quod ſeotitis, nec ibi ſum vbi vos eſtis: in loco refrigerij lucis & pacis vos eſtis, vbi eſſe veſtrũ noo habebit mortem, noſſe veſtrum non habebit errorem, amare veſtrum noo habebit offenſionem, gaudium veſtrum nõ habebit mœrorẽ. Ego vero in regiooe vmbræ mortis neſciu finem meum, oeſcio ſi dignus ſim amore *Eccleſ. 9.* vel odio, oeſcio quãdo de corpore egrediar. Egrediar,

G ſed neſcio quando, & fortaſſis dies iſte ſupremus eſt: propterea tremẽs & pauens quotidie mortem expecto; quæ vbique mihi minatur: diabolum ſuſpectum habeo, qui vbique mihi inſidiatur: timeo & paueſco vltimam diſcuſſiooem & iram diſtricti iudicis, ne pro peccatis meis mittat me in gehennã ignis. Et ſicut iudicare non poteſtis mihi gaudium & leticiam veſtram de viſione dei: ſic ego ſufficienter non poſſum vobis exponere neceſſitates & infirmitates quas patior, iniquitates & peccata quæ feci, culpas & infinitas negligentias quas egi, & quotidie indeſinenter ago corde, ore, opere, & ferè omnibus modis, quibus humana fragilitas deum offendere poteſt. *Inuocatio ſanctorum.* Vos igitur qui meruiſtis conſortes fieri ſupernorum ciuium, & perfrui æternæ claritatis gloria, orate pro me ad dominum, vt educat me de iſto carcere in quo teneor captiuus & ligatus. Mens eoim cæca & vaga eſt, qualitate earum rerum quaſ reſpicit, variatur, & iuxta quod aſpicit cogitatio illius ſeoſusq; mutatur. Cumq; ſtare io ſemetipſa nititur, à ſemetipſa aliquo modo etiam neſciendo deriuatur, & ab voaquaque re cui intendit, faſtidio impellente remouetur. Dum enim in-
H hianter cogitanda appetit, & repente cogitata faſtidit, docetur quod aliunde pendet, ibique poſita nõ requieſcit. Ad deum quippe ſolum ſuſpenſa eſt, à quo formata eſt. Sed quia omne quod infra appetit, minus eſt, iurè ei non ſufficit quicquid deus non eſt. Hinc eſt quòd huc illuc diſpergitur, & per infinita diſtrahitur, quærẽs requiem vbi noo eſt, delectationis videlicet amœna, quærit quo pauſet. *Cupido varietatis vnde naſcatur.* Sed quia vnum deum, quem ſufficienter habere poterat, dereliquit, nuoc per multa ducitur: vt quia qualitate rerum ſatiari nõ poteſt, ſaltem varietate ſatietur. Propterea neceſſe eſt vt mentem ooſtrã per diuerſa ſparſam colligamus, & in vno æternitatis deſiderio cõponamus. In contemplatiooe nanq; creatoris hoc adepturi ſumus ſemper, vt vna mentis ſtabilitate perfruamur, hoc eſt cum labore nũc conantes imitemur, quod poſt in munere gaudentes accipiemus.

Vt mentem extẽdamus ad cœleſtia. *Cap. LX.* Annos itaque noſtros terrenis ſubducere curis ſtudeamus, ſubducere ærumnis, vt io ciuitate domini virtutum liceat hora vna vel dimidia, cogitatione & auiditate verſari. Conſideremus & quantum poſſumus æ-
I ſtimemus, qualis ſit illa gloria, quanta lætitia, quæ ſolennitas, quæ veneratio, quod tripudium ciuiũ ſupernorum, qui aſſidue dominatori laudem perferunt, honorem deferũt, deuotionem offerunt, depromunt canticum oonum, canticum læticiæ, inæſtiorabili quodam clamore: quia feruentiſſimo amore, ineffabili cantu, mirabili affectu, cœleſti iubilatione, ſpiritali modulatione. Ipſe ſiquidem eſt eorum verus cibus, plena ſatietas, æterna manſio, ſumma beatitudo æteroæ læticiæ, ſalus æteroa, indeficiens virtus, & vita immortalis. Sæpius hæc meditor, illuc aſcendere nitor. Suſpiro, frendo: precibus, votis ibi tendo: Atque modo miro quæ ſint ibi, quantàque gyro. Mens hæret Chriſto, cor delectatur in iſto. Illuc verſatur, gaudet, ſtupet, & veoeratur. Iam tanto dulcius, quanto ſæpius: auiditate quidem multa, ſed ſatietate nulla: tam rara eſt hora, & breuis mora. *Pſal. 23.* O ſi vnquam in pace in idipſum dormiam & requieſcam, vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. *1. Petri. 1.* Si vnquam videre potero illum tam deſiderabilem, in quem angeli perſpicere deſiderant, vt poſſim dicere, Ecce quem coocupiui video, quem optaui iam teneo. *Pſal. 41.* Quando veniam & apparebo ante faciem domini, ad videndum cum io bonitate electorum ſuorum, ad lætandum io læticia gentis ſuæ, vt laudetur cum hæreditate ſua? Quando videbo ciuitatem K
illam, de qua dictum eſt, Plateæ tuæ Hieruſalem ſternentur auro mundo, & in te cantabitur caoticum læticiæ, & per omnes vicos tuos ab vniuerſis dicetur hallelu ia. *Tobia. 13.* O ciuitas ſancta, ciuitas ſpecioſa, de longinquò te ſaluto, ad te clamo, te requiro. Deſidero enim videre te, & requieſcere in te: ſed non ſinor carnę retentus. O ciuitas deſiderabilis, muri tui lapis vnus, cuſtos tuus ipſe deus, ciues tui ſemper læti: ſemper enim gratulantur io viſione dei. Nõ eſt in te corruptela, nec defectus, nec ſenectus, oec ira: ſed pax perennis, gloria ſolennis, læticia ſempiterna, ſolenoitas contioua. Vere tantum gaudium & exultatio, flos & decus iuuentutis & perfectæ ſalutis. Noo eſt io te heri nec heſternum, ſed eſt idem hodiernum. Heri ſiquidem veſtrum cras, & pridem ſempiteroum & idem. Tibi ſalus, tibi vita, tibi pax eſt infinita, tibi deus omnia. *Pſal. 86.* Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Sicut enim lætãtium omnium habitatio eſt io te, Nullus io te timor, triſticia nulla, deſiderium omne tranſit in gaudium, dum præſto eſt quicquid optatur, & quicquid deſideratur abundat. Omnes ciues tui ſuperfiuentem menſuram gaudiorum accipient, vt pa- L
làm omnes in commune gaudeant, gaudeant in immenſum: lætabuntur omnes in vnum, cum habitauerint fratres in voum, cum occurreriot omnes in vnum, deniq; omnes fient vnum, ſicut orare dignatus eſt pro familia ſua, qui pro reuerentia ſua dignus eſt obtinere, Sicut tu pater in me, & ego io te, & ipſi in nobis vnum ſint. *Ioan. 17.* Lætabitur itaque vniuerſitas illius ciuitatis, lætabitur voitas, lætabitur ciuitas, cuius participatio in idipſum. Lætabitur ſponſa in oſculis & amplexibus ſponſi, lætabitur & exultabit gratulabunda, & laudans eum in ſecula ſeculorum. Sic & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & lætabitur domious in omoibus operibus ſuis, videns ea quæ fecit & quidem valde bona. Lætabitur & pater, & per vnigenitum multos adoptionis filios obtinebit. Lætabitur étiam filius, vt primogenitus in multis fratribus, quos in communionem paternæ hæreditatis dignanter aſciuerit. Nec mious in illis ſpiritui ſancto, per quem adoptati fuerint, complacebit. Nouis etiam gaudiis & ineffabilibus votis ab illis quoque vicinis poteſtatibus angelorum, ſummo paſtori & ſum- M
me bono gratulaotibus, ſuper inuenta & mirabiliter reportata centeſima oue canetur. *Luca 15.* In his paterna gloria, io his voluntas ſpiritus, exultat io his filius, cœlum repletur gaudiis. Quòd verò ipſi redempti fuerint à domioo, quàm deuote confitebuntur & diceot, Quàm bonus, quooiam in ſeculum miſericordia eius. Læticia ſiquidem ſempiterna erit in eis, & exultationes dei in gutture eorum in æteroum, & io ſeculum ſeculi in perpetuas æternitates. *Pſal. 83.* Beati omnes qui habitaot io domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. *Pſal. 35.* Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te eſt fons vitæ, & io lumine tuo videbimus lumen. Cum videbimus te in te, & oos in te, & in nobis viſione continua & fœlicitate perpetua.

Septẽ actionũ gradus in anima. *Cap. LXI.* Anima in eſſentia eſt ſimplex, in officiis eſt multiplex. Habet enim ſeptem actioois gradus, quibus vires ſuas atque potentiam oſtendit: Primus eſt viuificatio, Secundus ſenſus, Tertius ars, Quartus correctio, Quintus tranquillitas ſeu puritas, Sextus contemplatio, Septimus quies. Io primo gradu ſine actu anima præſentia ſua corpus viuificat, colligit io vnum, atque in vno tenet. Io ſecundo per ſenſus ad iſta exteriora diſpooenda ſe extendit. In tertio diuer-

ſas artes

A ſas artes comprehendit. In quartn,ex quo bnnitas incipit,atq; omnis vera laudatio,ſe inquinatam mūdat atq; ad puritatem præparat. Inde, cum iam fuerit ab omni labe mundata maculisq; diluta,puritatem tenet. Aliud eſt enim puritatem efficere,aliud tenere. Tunc vero ingenti quadam & incredibili fiducia pergit in deum, id eſt, in ipſam contemplatiooem veritatis, & ille eſt gradus ſextus. Iam vero io illa viſiooe ſeu cōtemplatione, quæ eſt ſeptimus gradus, qui eſt quies vel potius quædā manſio, manet anima, gaudet & lætatur & delectatur. Aliud eſt enim mentis oculum in id quod videndum eſt dirigere,aliud eſt infixuoi tenere. Primum gradum communem habemus cum arbuſtis,ſecundum cum beſtiis,tertium cum doctis & indoctis. In hoc tertin gradu deus aoimam innectit, id eſt ducere incipit, purgat in quartn, confirmat in quinto,introducit in ſextn,paſcit io ſeptimn. In contemplaoda autem veritate quæ ſit voluptas, quæ ſolennitas ſine fine viſinnis dei, quæ lætitia ſine defectu amnris,ardor non crucians,ſed delectans, quantum deſiderium viſionis cum ſatietate, & quaota ſatietas cum deſiderio, qui fructus veri & ſum-

B mi boni, quæ ſerenitas, quæ amœnitas,quæ iucunditas, quid ego dicam,dixeruot magoæ quædam & ſanctę animæ,quas iſta vidiſſe ac videre credioous, Nos vero ſi curſum vitæ quem oobis deus propoſuit, quem tenendum ſuſcepimus, cooſtaotiſſime teouerimus, per dei gratiam ad illud verum & ſummum bonum perueniemus. Inplendis ergo mandatis dei religioſiſſime atque conſtantiſſime ac vigilantiſſime operam demus: quoniam non eſt alia fuga de tantis malis ad tantū bonum. Religio ſiquidem vera eſt,quá ſe anima recoociliatione deo religat,à quo ſe velut peccato abruperat.

Septē actus animæ.

Vis animæ noſtræ ſeptem ſibi vendicat actus:
Viuificat,ſentit,varias amplectitur artes:
Corrigit exceſſus,virtutibus inſtat, in ipſam
Diriget intuitum deitatem,gaudet in illa.
Seminibus qunque primus ineſt,animalia bruta
Participant alium:dun nnſtræ proprietatis,
Tres ſunt & ſuperum:ſuperi tamen anteferuntur.
Ex actu primn vegetantur cnrpora,creſcunt,
Prouehit inde vigor,oexus complexio,motus.
Et ſtatus & ſpecies,& coouenientia quædam.
C Ex alio tangit,videt,audit,guſtat,ndorat:
Odit,amat,petit apta ſibi,contraria vitat,
Soluitur in ſnmnos,in ſomnia mente vagatur:
Præteriti meminit,veoturis inſtat,agitq;
Plurima quæ ſenſu non & ratinne geruntur.
Tertius ingenuas variasq; perambulat artes:
Quodq; vel ingenium vel diſciplina miniſtrat.
Colligit,& vario profectu mentibus hæret.
Quartus ab illicitis reuncat,mentisq; reatus.
Abiurare docet,& tunc agnnſcere ſeſe
Incipit,inq; nouum diſcit tranſire decorem.
Diſcimus ex quioto naturæ lege teneri:
Res inconceſſas virtutis amnre cauere:
Cooceſſis aliquot etiaoi ſine teſte carere.
Sextus in aſpectum ſnlis lucisq; ſupernæ
Penè parem ſuperis animam rapit immaculatam.
Septimus aſtringit ſtabiliq; ſubarrat amore,
Collateratq; deo,quam dotem iam ſpeculatur.
Qui thalami,quis cultus eam,quæ feſta ſerenent:
Quis dicat,mea ſponſa veni, dixere beatæ
Maioresq; animæ:nec eis tamen aut ea virtus,
Aut ea lingua fuit,quibus hæc aperire liceret:
Excedit ſenſus meritumq; recoodita merces.

Tnmus tertius.

D Ecce audiſti anima mea quid ſis & quid poſſis: modo audi qualis ſis,& qualis eſſe debeas. Onrrata es peccatis, irretita vitiis, capta illecebris,exilio captiua, corpore carcerata,hęrens luto,infixa limo,affixa membris, confixa curis,diſteota oegocus,contracta timoribus,afflicta dolnribus,erroribus vaga,ſuſpicatinnibus inquieta,ſolicitudinibus anxia, aduena in terra inimicorum, coinquinata cum mortuis, deputata cum iis qui in inferno ſunt. Si ſic damoata & deſperata vis reſpirare in ſpem veniæ & miſericordiæ, & cum rege angelorum ducere ſuaue iugum amoris, oportet te eſſe pudicam, verecuodam, veridicam, pauidam,circunſpectam, oihil penitus admittentem quod euacuet gloriam conſcientiæ tuæ. In nullo tibi conſcientia ſit quo erubeſcas præſentiam veritatis,quo cogaris auertere faciem tuam à lumine dei: & vt hic decor diuinos oblectet aſpectus, prndeat foras,& diffundat ſe per membra & ſenſus corporis,quatenus iode reluceat omois actio,ſermo, aſpectus, inceſſus,riſus. Sit tamen riſus mixtus grauitate, & plenus hnneſti mntus. Actus & vſus tntius cnrporis cū apparuerit, ſit actus purus, modeſtus, tntius expers ioſolentiæ & laſciuiæ, leuitatis & ignauiæ. Sit ſermo ra- E
rior,vultus hilarior,aſpectus verecundior,inceſſus modeſtior: talis animæ pulchritudo & mentis ingenuitas. Sic ſolicita eſt bona cnnſcientia famę iotegritatem ſeruare, vt iuxta Apoſtolum,prouideat bona,noo tantum cnram den, ſed etiam coram hnmnibus. Talis vtique decnr relictis omnibus votis inhæret deo, viuit den, nihil amat præter deum, & quod amandum eſt præter deum. Solicite ſtudet prouidere dominum io conſpectu ſun ſemper,cui ſenriat ad correptionem,quo illuminetur ad cogoitinnem: cui vtatur ad virtutem,quo reformetur ad ſapientiaoi:cui cnnformetur ad decorem, quo fruatur ad iucunditatem. Beata aoima cui datum eſt deſuper vt bonū velit & nouerit & poſſit, quatenus & vnluotas aſſit,nec facultas deſit. Væ mihi oiſero,qui iſta ſerun in memnria, & ſcribo in charta,nec habeo in vita: nno quòd talis ſim, qui iſta ſcripſi,ſed quod talis eſſe vellem, & talem non eſſe non pudet. Audiſti anima mea qualem te eſſe oporteat, Fuge ergn paululum nccupationes nias, & abſcondere modicum à tumultuoſis cogitationibus tuis, intra cubiculum mentis tuæ, & exclude nmnia præter deum, & qui adiuuent te F
ad quærendum eum quem cum inueoeris, requieſce aliquaotulum in eo. Dic ergo anima mea deo,dic, Quis es domine,& quem te intelligā? Certe tu ſolus es quod es,& tu es qui es: id es quo nihil maius cngitari poteſt, nec melius, nec iucundius. Vita es,ſapientia, lux es,veritas, bonitas,æternitas, ſummum bonum: tu tibi omnia ſufficiens, nullo indigens, qun omnia indigent vt ſiot, & vt bene ſint. Inueniſti anima mea quod quærebas: quærebas enim deum, & inueniſti eum eſſe quoddam ſuomum omnium, quo oihil maius cogitari poteſt:& hoc eſſe vitam,ſapientiam,lucem,veritatem,bonitatem, æteroitatem,beatitudinem, & beatam æternitatē,& omne verum booum:hoc booum es tu deus,deus pater. Hoc bonum eſt verbum tuum,id eſt filius tuus. Sic es tu ſimplex, vt de te non poſſit aliud naſci quàm quod tu es: hoc ipſum eſt amor vnus & communis tibi & filio tun,id eſt ſpiritus ſanctus ab vtroq; procedens. Nō enim à ſumma ſimplicitate procedere poteſt aliud quàm quod eſt à quo procedit. Gratias tibi ago domine deus meus, qui hanc gratiam mihi dediſti,vt te poſſem quærere, te inuenire. In mente ſiquidem mea,quam ad imaginem & ſimilitudinem tuam bonitate tua creaſti,

Alloquitur et excitat animā ſuā. Cap.LXII.

2.Cor.8.

Docet animam ſuā. Ca.LXIII.

Memoria, intelligentia, amor.

G tria inuenio, id eſt memoriam, intelligentiam, & amo-
rem, quibus tui poſſim reminiſci, te intelligere & amare.
In memoria nanq; mea manes, ex quo cognoui te: & in
ea te reperio, cũ reminiſcor tui, & delector in te. Mane
ergo in ea piiſſime deus, vt ibi poſſim te inuenire, & re-
quieſcere etiam in te. Hæc enim eſt mea gloria, hæ ſunt
deliciæ meæ, hæc eſt lætitia cordis mei, cum poſſim va
care tibi & videre quid ſis, Tu es enim ſumma eſſentia,
ſumma vita, ſumma ſapientia, ſumma ſalus, ſumma lux,
ſumma veritas, ſumma bonitas, ſumma æternitas, ſum-
ma magnitudo, ſumma pulchritudo, ſumma beatitu-
do, ſumma immortalitas, ſumma immutabilitas, ſum-
ma vnitas, ſummum bonum, in quo eſt omne bonum:
imò quod eſt omne & vnum & totum & ſolum bonũ.

Cõfirmat a- Excita nunc anima mea, & erige totum intelle-
nimã. Cap. ctum, & cogita quantum potes, quale & quantum ſit
LXIIII. dei bonum. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt, co-
gita intente quàm delectabile ſit illud bonũ, quod con
tinet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem
in rebus creati ſumus experti, ſed tanto differentem,
quanto differt creator à creatura. Si enim bona eſt vita
H creata, quàm bona eſt vita creatrix: ſi ita iucunda eſt ſa-
lus facta, quàm iucunda eſt ſalus quæ fecit omnem ſalu
tem. Si amabilis eſt ſapientia in cognitione rerum con
ditarum, quàm amabilis eſt ſapientia, quæ omnia crea-
uit ex nihilo. Denique ſi multæ & magnæ delectatio-
nes ſunt in reb⁹ delectabilibus, qualis & quãta delecta-
tio eſt in illo qui fecit ipſa delectabilia. O qui hoc bono
fruetur, quid erit, & quid illi non erit? Certe quicquid
Eſaia. 64. volet erit, & quicquid nolet non erit. Ibi quippe erunt
1. Cor. 2. bona corporis & animæ, qualia oculus non vidit, nec
auris audiuit, nec cor hominis cogitauit. Cur ergo per
multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ
& corporis tui? Ama vnum bonum, in quo ſunt omnia
bona, & ſufficit. Deſidera ſimplex bonum, quod eſt
omne bonum, & ſatis eſt. Quid enim amas caro mea?
Quid deſideras anima mea? Ibi eſt quicquid amatis, ibi
Matth. 13. eſt quicquid deſideratis. Si delectat pulchritudo, Fulge-
bunt iuſti ſicut ſol. Si velocitas, aut fortitudo, aut liber-
Matth. 22. tas corporis, cui nihil obſiſtere poſſit, Erunt ſimiles an-
1. Cor. 15. gelis dei: quia ſeminatur corpus animale, & ſurget cor-
pus ſpiritale: poteſtate vtiq;, non natura. Si delectat lon
I ga & ſalubris vita, ibi eſt ſana æternitas, & æterna ſani-
tas, quia in perpetuum viuent, & ſalus iuſtorum à do-
Pſal. 16. mino. Si ſatietas, ſatiabuntur cum apparuerit gloria do
Pſal. 35. mini. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus dei.
Si melodia, ibi angelorũ chori concinunt ſine fine deo.
Si quælibet munda voluptas, torrente voluptatis deita-
Eſa 54. tis ſuæ potabit eos dominus. Si ſapientia, omnes erunt
docibiles dei: quo modo ipſa ſapientia oſtendit eis ſeip
Ioan. 6. ſam. Si amicicia, diligent deum pluſquam ſeipſos, & in-
uicem tanquam ſeipſos: & deus illos pluſquam illi ſe-
ipſos, quia illi illum & ſe & inuicem per illum, & ille
illos per ſeipſum. Si concordia, cibus illis erit vna vo-
luntas: quia illis non erit niſi ſola voluntas dei. Si po-
teſtas, introibunt in potentias domini, & omnipotẽtes
erunt ſuæ voluntatis, vt deus ſuæ. Nam ſicut poterit de-
us quod volet per ſeipſum, ita poterunt illi quod volent
per illum. Quia ſicut illi non aliud volent quàm quod
ille, ita quicquid illi volent, ille volet: & quod ille vo-
let, non poterit non eſſe. Si honor & diuitiæ, deus ſuos
ſeruos bonos & fideles ſuper multa conſtituet, immo
Roma. 8. filij dei & dij vocabuntur & erunt: & vbi erit filius eius,
ibi erunt & illi, hæredes quidem dei, cohæredes autem
Chriſti. Si vera ſecuritas, certe ita certi erunt, nunquam
iſta vel potius iſtud bonum ſibi defuturum, ſicut certi K
erunt nec ſe ſua ſponte illud amiſſuros, nec dilectorem
deum illud dilectoribus ſuis inuitis ablaturum. Gau-
dium vero quale aut quantum, vbi tale ac tantum bo-
num inuenitur? Cor humanum, cor indigens, cor in-
expertum, eruptum, immo obrutum ęrumnis, quantum
gauderes ſi his omnibus abundares? Interroga intima
tua, ſi capere poſſunt gaudium ſuum de tanta beatitu-
dine ſua. Sed certe ſi quis alius, quem omnino ſicut te-
ipſum diligeres, eandem beatitudinem haberet, dupli-
caretur gaudium tuum: quia non minus gauderes pro
eo, quàm pro teipſo. Si vero duo vel tres vel multo plu-
res haberẽt idipſum, tantundem pro ſingulis, quantum
pro teipſo gauderes, ſi ſingulos ſicut teipſum amares. Er
go in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum
angelorum & hominũ, vbi nullus minus diliget alium
quàm ſeipſum, erit gaudium innumerabile. Si ergo cor
hominis de tanto ſuo bono vix capiet gaudium ſuum,
quo modo capax erit tot & tantorum gaudiorum in
illa perfecta fœlicitate? vbi ſicut vnuſquiſque plus ama-
bit ſine comparatione deum, quàm ſeipſum, & omnes
alios ſecum: ita magis gaudebit abſque æſtimatione de L.
dei fœlicitate, quàm de ſua & omnium aliorum ſecum.
Sic deum diligent toto corde, tota mente, tota anima,
vt totum cor non ſufficiat dilectioni: & ſic gaudebunt
toto corde, vt totum cor non ſufficiat plenitudini gau
dij: tantum eſt gaudium. Deus infinitæ miſericordiæ,
fons totius bonitatis & pietatis, fac nos participes tanti
gaudij. Tu es enim gaudium plenũ, beatitudo ſumma:
tu es id quo nihil melius deſiderari poteſt, nihil beatius
vel vtilius poſſideri. In illa æterna beatitudine & *Quibus mo*
& perfecta deo tripliciter fruemur, videntes eum in om *dis deo frue*
nibus creaturis, & habentes eum in nobiſipſis: & quod *mur. Cap.*
his omnibus ineffabiliter iucundius erit atque beatius, *LXV.*
ipſam quoque cognoſcentes in ſemetipſa trinitatem, &
glorioſam illam ſine vllo ænigmate mundo cordis o-
culo contemplantes. In hoc enim eſt vita æterna & per-
fecta, vt cognoſcamus patrem & filium cum ſancto ſpi *Ioan. 17.*
ritu, & videamus deum ſicuti eſt, id eſt non eo modo ſi- *1. Ioan. 3.*
cuti ineſt nobis aut creaturis, ſed ſicut eſt in ſemetipſo.
Verũ quàm magna eſt beatitudo illa, & quàm abſcon-
dita ab oculis noſtris. Oculus non vidit, auris non au- *1. Cor. 2.*
diuit, & in cor hominis non aſcendit, quanta charitas, M
quanta ſuauitas, quanta iucunditas maneat nos in illa
cognitione. Pax dei eſt in illa quæ exuperat omnẽ ſen- *Philip. 4.*
ſum & intellectum, & quãto magis omnem ſermonem
noſtrum. Quod ergo nulli donatum eſt experiri, nul-
lus conetur effari. Menſuram, ait dominus bonam, da-
bit in ſinus veſtros, confertam in interiore homine, co- *Luca. 6.*
agitatam in exteriore, ſuperfluentem in deo ipſo. Ibi
cumulus fœlicitatis eſt, ibi ſupereminens gloria, ibi ſu-
perfluens beatitudo. Nam quo modo videndus ſit in
creaturis, quo modo in nobis habendus poſſumus vel
ex parte coniicere, in ipſis nimirũ quos accepimus iam
primitiis ſpiritus. Cognitio autem in deo ipſo illa ad-
huc nobis incognita eſt, mirabilis facta eſt, confortata
eſt, vt non poſſimus ad eam. At vero quemadmodum
in creaturis videndus ſit, aliquatenus poſſumus intelli-
gere, nimirum cum & modo videatur in ipſis. Vnde &
Apoſtolo Paulo teſte, Per ea quæ facta ſunt, dei inuiſibi
lia cõſpiciuntur. Vnde quantumcunq; proficiat quis in- *Roma. 1.*
telligẽdo conſpicere, quàm potẽtiſſime, quàm benigniſ
ſime, quàm prudentiſſime, maieſtas æterna omnia fece-
rit, cũcta regat, ordinet vniuerſa, prorſus modicum eſt
ab eo quod comprehẽdat. Veniet autẽ quando iam vi-
ſione

A ſione & contemplatione atque gaudio ineffabili conſequemur agnum quocunque ierit, & in omnihus conſequemur creaturis, vt in omnibus gaudeamus: ſanè in omnibus, ſed noo aliunde quàm de ipſo, ſicut & ipſe alij non fruitur, ſed ſeipſo. Iam vero & in nobis quemadmodũ habendus ſit io parte poſſimus cogitare. Conſtat enim animarum eſſe triplicem naturam. Vode & ſapieotes mũdi huius, animam humanam rationalem, concupiſcibilem, & iraſcibilem eſſe tradiderunt: quam triplicem vim animæ, ipſa quoq; natura & quotidiana experimenta nos docent. Porrò quemadmodum circa rationale noſtrũ & ſcientia & igoorantia conſtant, tanquam habitus & priuatio: ſic & circa cõcupiſcibile, deſiderium & cõtemptus, & circa id quod dicitur iraſcibile, lætitia pariter & ira verſantur. Implebit ergo dominus rationale noſtrum luce ſapientiæ, ita vt penitus nobis nihil deſit in vlla ſcientia. Implebit concupiſcibile noſtrũ fonte iuſticiæ, vt omnioo deſideremus eam, & ea penitus repleamur. Sicut ſcriptum eſt: Beati qui eſuriuot & ſitiunt iuſticiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

τὸ λογιστικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, τὸ θυμικὸν.

Matth.5.

B Nulla eoim alia res implere poteſt deſiderium animæ, nulla alia præter iuſticiam beatificare poteſt animam. Cum ergo repleuerit deus concupiſcibile noſtrum iuſticia, quæcunq; reſpuere debet anima, reſpuet: & quicquid debet concupiſcere, concupiſcet: & ex omnibus bis magis appetet quod magis fuerit appetẽdum. Merito deoique coocupiſcibili noſtro iuſticiam attribuimus, ex quo oimirum iuſti aut iniuſti reputamur. Iam vero quod dicitur in oobis iraſcibile, cum repleuerit illud deus, profectò erit in nobis tranquillitas, & in ſummam lætitiam atq; iucunditatem replebimur pace diuina. Et vide ſi oõ in his tribus perfecta ſanè quantum ad animam ſpectat beatitudo conſiſtit: quãdo ſcientia iam ooo inflabit propter iuſticiam, iam nõ contriſtabit propter lætitiam: vt ceſſet iam Prouerbium illud, Qui apponit ſcientiam, apponit dolorem. Quando iuſticia nec indiſcreta erit propter ſcientiam, nec ooeroſa propter lætitiam. Quando lætitia nec ſuſpecta erit propter ſciẽtiam, oec impura propter iuſticiam. Sed in his omnibus nihil homo ooſter exterior accepit. Ipſi ergo, vt inhabitet gloria etiam in terra noſtra, & iuxta alium Prophetam, repleatur maieſtate domini omnis

Eccleſ.1.

Eſaia.71.

C terra, quatuor ſunt quærenda, quem conſtat ex quatuor elementis compactum eſſe. Nec mireris quòd pluribus videtur indigere, cui nunc indigentiæ locus eſt. Vnde Propheta in Pſalmo: Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Habebit ergo terra ooſtra immortalitatem, ne iam timeat deouo ſe in puluerem redigendam, Reſurgens enim corpus noſtrum, iam non moritur, mors illi vltra iam nõ dominabitur. Sed prodiderit ſi forte contingat viuere cum miſeriis & ærumnis paſſibilitatis huius, qua nimirum inceſſanter incorruptibile hoc corpus affligitur: etſi non ſemel, vtique ſemper moritur. Habebit certe omnimodo à deo impaſſibilitatem. Ab humoribus enim inordinatis cauſas aiunt procedere paſſionum. Sed iam deſiderat corpus noſtrum leuitatem ſecundum eam nimirum quam habet ex aëre portionẽ, ne ipſo onere ſit moleſtum. Tanta itaq; futura eſt credenda corporum leuitas & agilitas bonorum, vt poſſint ſi velimus abſque omni mora ſeu difficultate ipſam quoque cogitationum noſtrarum ſequi ad omnia velocitatem. Quid vltra deeſt ad perfectam corporis beatitudinem? Sola vtique pulchritudo, hanc perfectiſſimam habituri, non immerito poſſumus attribuere ei parti, quam habemus ab igne. Saluatorem

Pſal.41.

Nomine paſſionũ animi morbos ſignificat, ſicuti Græci πάθος vitioſum affectũ dicunt.

Philip.3.

enim expectamus, vt ait Apoſtolus, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum denique corpori claritatis ſuæ, exhibens quod pollicitus eſt: quoniam fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Sicut ergo replebit animas noſtras deus, cum fuerit in eis perfecta ſcientia, perfecta iuſticia, perfecta lætitia: ſic replebitur maieſtate eius omnis terra noſtra, cũ fuerit corpus immortale, impaſſibile, agile, configuratum deniq; corpori claritatis ſuæ: & tunc veraciter dici poterit quod quidã poëta dixit, O terq; quaterq; beati. Nemo digne penſare valet quanta erit illa lætitia, quanta gloria, quando deum videbimus vbiq; præſentem, & vniuerſa gubernantem. Ita erit nobis notus atq; conſpicuus, vt videatur ſpiritu à ſingulis nobis, videatur ab altero in altero, videatur in ſeipſo, videatur in cœlo nouo, & in terra noua, atque in omni quæ nuoc fuerit creatura. Ab omni malo liberati, & omni booo perfecte impleti, vacabimus, & videbimus quia ipſe eſt deus, quo pleoi erimus, quando erit omnia in omnibus. Ipſe nimirum erit finis deſideriorum noſtrorum, quem ſine fine videbimus, ſine faſtidio amabimus, ſine fatigatione laudabimus. Sed & ad hæc quis idoneus? Sine dubio qui fidelis inuenietur ſuper pauca quæ accepit militiæ ſuæ tempore, id eſt ſuper ſenſus, ſuper actus, & ſuper appetitus ſuos, quos ſuſcepit regendos, vt in his probetur quàm fidelis ſit domino ſuo. Sciat ergo ſeruus Chriſti vas ſuũ poſſidere io ſanctificatione & honore: & glorificet & portet deum in corpore ſuo: ſectetur pacem. Amen.

D

Matth.13.

1.Cor.15.

E

1.Theſſ.4.

1.Cor.6.

De Spiritu & Anima Libri finis.

AD LECTOREM.

Hoc opus vix eram aſſcripturus Auguſtino, niſi Poſidonius, ſiue, vt quidam malunt, Poſidius, in vita nominatim illi tribuiſſet, & præfatio non abhorret ab eius ſtylo. Verſatus eſt in ſimili negocio Cyprianus, & apud Græcos nonnulli, ſed maiore ingenio curâque. Cæterum infimis etiam inſeruire gaudet chriſtiana charitas.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, io Librum cui Titulus Speculum, Præfatio.

F

QVIS ignorat ſcripturis ſanctis, id eſt legitimis, propheticis, Euãgelicis, & Apoſtolicis, authoritate caoonica præditis, quędam ſic eſſe poſita, vt tantũ ſcirentur & crederentur: vt eſt quod in principio fecit deus cœlum & terrã: & quòd in principio erat verbũ: & quæcunq; facta diuina vel humana tantummodo cognoſcenda narrãtur. Quædam vero ſic eſſe iuſſa, vt obſeruarentur & fierent, vel prohibita ne fierent: vt eſt, Honora patrem & matrẽ: &, Non mœchaberis. Horum autem quæ iubendo & vetando ſcripta ſunt, alia ſunt ſacramentorum velata myſteriis, quæ multa veteris teſtamẽti populo illi facieoda mandata ſunt: neque à populo Chriſtiano nunc fiunt, ſed tantummodo intelligenda requiruntur atque tractantur. Sicuti eſt ſabbatum ad viſibilem vacationem, ſicut azyma in pane ſine fermento. Paſcha in ouis occiſione:

Gene.1.

Ioan.1.

Exod.20.

G neſicut tot genera ſacrificiorum ciborumq́; vitandorum,& neomeniæ,& annuę ſolennitates,quas obſeruát nunc vſq; Iudæi:& illæ iuſtificationes,quæ nō ad opera iuſticiæ proprie pertinent, ſed aliquid ſignificare intelligūtur. Quis enim Chriſtianus ſe primo anno cogitur *Exod.20.* ſeruū reddere libertati: Et ſi diſcedere ille noluerit,eius auriculam ſubula pertondere ad poſtem: & cætera huiuſmodi? Alia vero etiam nūc facienda ſunt,ſi facienda præcepta ſunt:nec facienda,ſi prohibita, Qualia ſunt illa quæ dixi, Honora patrem & matrē:&, Non mœchaberis. De his igitur quæ ita ſuot poſita in literis ſacris, vel iubendo, vel vetando, vel ſinēdo, vt etiam nunc, id eſt, tēpore noui teſtamēti ad vitam piam exercendam moresq́; pertineāt, hoc opus quod in manus ſumpſi, cōponere aggreſſus ſum, vt quātum me deus adiuuat omnia talia de canonicis libris colligam, atq; vt facile inſpici poſſint, in vnum tanquam ſpeculum congeram. Oportuit enim ſic ea poni ab authoribus noſtris quemadmodū poſita ſunt, vt præcepta narrationibus vel diſputationibus propriis figurata, & figuratis proprie miſcerētur: dum rerū geſtarum ordo ſeruatur, aut reſpon-H detur aduerſis: aut qui docendi ſunt, inſtruūtur: aut occultorū inuentione quodam modo reoouantur hi qui prompta & aperta faſtidiunt. Nos autem in hoc opere nec infidelem vel adducimus, vel ædificamus ad fidē: oec exercemus quibuſdam ſalubribus difficultatibus ingeoiū iotentioneinq́; diſcentium: ſed eum qui iam credens obedite deo voluerit, vt hic ſe inſpiciat, admonemus: quantumq́; in bonis moribus, operibusq́; profecerit, & quantum ſibi deſit, attendat. Sic enim poteſt & de his quæ habet gratias agere, & de his quæ ooo habet vt habeat, ſatis agere: ac propter illa ſeruanda curam precésque fidelis pietatis adhibere. In his autem omnibus quæ inſpicienda pooere inſtitui, quæcūque inter ſe videbuntur eſſe contraria, poſtea propoſitis quæſtiooibus exponenda atque ſoluenda ſunt. Sanè ſupplicia malefactorum, & pręmia recte factorum, quanuis nonnulla commemoranda exiſtimauerim, tamen in nouo teſtamento diſſimilia veteribus eſſe quis oeſciat? Ab ipſa igitur lege quæ data eſt per Moyſem diuinorum præceptorum, qualia nos commemoraturos eſſe promiſimus,

I aggrediamut exordium.

EX LIBRO EXODI, DE mandatis Legis.

Exod.20. NON facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinē quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſuot in aquis ſub terra: oon adorabis ea neque coles. Item non aſſumes nomen domini dei tui in vanum: nec enim habebit inſoniem dominus eū qui aſſumpſerit oomen domini dei ſui fruſtra. Et paulopoſt, Honora patrem tuum & matrem, vt ſis longæuus ſuper terrā quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium, non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius: nō ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Item poſt decalogum aliis in locis *Ibidem.* hæc in eodem libro reperiuntut præcepta viuēdi. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. *Exod.21.* Et aliquāto poſt, Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatut: Qui autem non eſt inſidiatus K ſed deus illum tradidit in manus eius, conſtituam ſibi locum quò fugere debeat. Si quis de induſtria occiderit ptoximum ſuum per inſidias, ab altari meo auelles eum vt moriatut. Qui percuſſerit patrein ſuum & matrem, morte moriatut. Qui furatus fuerit hominem & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectolo ſuo, ſi ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſit: ita tamen vt operas eius & impenſas in medicos reſtituat. Qui percuſſerit ſeruum ſuū, vel ancillam virga, & mortuus fuerit in manibus eius, crimiois reus erit: Sin autem vno die ſuperuixerit vel duobus, non ſubiacebit pœnæ: quia pecunia illius eſt. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubiacebit damno quantum expetierit maritus mulieris, & arbitri iudicarint: Sin autē mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro ma L nu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo, aut ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. Si bos cornu petierit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius, dominúsque bouis innocens erit. Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſit eum, occideritq́; virum ac mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occident. Quòd ſi precium ei fuerit impoſitū, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus. Filium quoque & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit. Si ſeruum aocillámque inuaſerit, triginta ſiclos argenti dabit domino, bos vero lapidibus obruetur. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritq́; bos aut aſinus in eam, dominus ciſternę reddet precium iumentorum: quod autem mortuum eſt, ipſius erit. Si bos alienus bouem alterius M vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum, & diuident precium: cadauer autem mortui ioter ſe diſpertient. Sin autem ſciebat quòd bos cotnupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodiuit eum dominus ſuus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet. Si quis furanis fuerit bouem aut ouem, *Exod.22.* & occiderit vel vēdiderit, quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuot oues pro vna oue. Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis. Quòd ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur: Si non habuerit quod pro furto reddat, venundabitur. Si autem iouentum fuerit apud eum quod furatus eſt viuens, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis, duplum reſtitnet. Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro ſuo, vel in vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & comptehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum qui ignem ſuccenderit. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperat, furto ablata fueriot, ſi inuenietur fur, duplum reddet.

Si latet,

A Si latet, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem, tam in boue quàm in aſino, & oue ac veſtimento, & quicquid damoum inferre poteſt, Et ad deos vtriuſque cauſa perueniet. Et ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo. Si quiſ cõmeodauerit proximo ſuo aſinum, bouem & ouem, & omne iumeotum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum à beſtiis, nullusq; hoc viderit, iuſiurandum erit in medio, quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui, ſuſcipietq; dominus iuramẽtum, & ille reddere oon cogetur. Quòd ſi furto ſublatum fuerit, reſtituet damnum domino. Si comeſtum à beſtia fuerit, deferet ad eum quod occiſum eſt, & non reſtituet. Qui à proximo ſuo quicquam horum mutuũ poſtulauerit, & debilitatum aut mortuũ fuerit domino non præſente, reddere compelletur. Quòd ſi impræſentiarum fuit dominus, non reſtituet, maxime ſi conductum venerat pro mercede operis ſui. Si quis ſeduxerit virginem, necdum deſponſatam, & dormierit cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis

B dare noluerit, reddat pecuniam iuxta modum dotis, quam virgioes accipere conſueueruot. Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Qui immolat diis, occidetur, pręter domino ſoli. Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: aduenæ eoim fuiſtis in terra Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebitis, Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, nõ vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimeotum, ante ſolis occaſum redde ei: ipſum enim eſt ſolum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas & primitias ooo tardabis offerre. Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. Et

Exo.23. paulo poſt, Non ſuſcipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falſum teſtimonium.

C Noo ſequeris turbam ad faciendum malum, nec io iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deo deuies. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſioum odientis te iacere ſub onere, nõ pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo. Non declinabis in iudicio pauperis. Mẽdacium fugies. Inſontem & iniuſtum nõ occides, quia auerſor impium. Ne accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Peregrioo moleſtus noo eris: ſcitis enim aduenarum animas, quia & ipſi peregrioi fuiſtis in ter-

Ibidem. ra Aegypti. Et poſt quædam interpoſita cum de alienigenis loqueretur. Non adorabis deos eorum, neq; coles eos. Non facies opera eorum, ſed deſtrues eos, & cõfringes ſtatuas eorũ, ſeruietisq; domino deo veſtro. Et poſt

Exod.34. multa in eodem libro de diis gentium. Sed aras eorum deſtrue, confrioge ſtatuas, lucosq; ſuccide. Noli adorare deum alienum. Dominus Zelotes nomen eius, deus eſt æmulator. Ne ineas pactum cum hominibus illarũ regiooum, ne cũ fornicati fuerint cum diis ſuis, & adorauerint ſimulacra eorum, vocet te quiſpiam vt comedas de immolatis. Ne vxorem de filiabus eorum accipias filiis tuis, ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos ſuos. Deos conflati- D les non facies tibi. Et paulo poſt, Primitias frugum ter- *Ibidem.* ræ tuæ offeres in domo domini dei tui. Hæc de libro legis qui Exodus nominatur colligenda exiſtimaui. Nũc eodem modo inſpiciamus in ſequenti Leuitico.

Ex Leuitico præcepta viuendi. Leuit.18.

OMnis homo, inquit, ad proximam ſanguinis ſui noo accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego dominus. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem oiatris tuæ non diſcooperies. Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui nõ diſcooperies, turpitudo enim patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, ſiue ex matre, quæ domi vel foris genita eſt, nõ reuelabis. Turpitudinem filię filij tui vel neptis ex filia, non reuelabis, quia turpitudo tua eſt. Turpitudinem filię vxoris patris tui quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui, noo diſcooperies, quia caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis, eo quòd caro ſit matris tuæ. Turpitudinem patris tui non reuelabis, nec accedas ad vxorem eius quæ tibi affinitate cõiungitur. Turpitudinem E nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui eſt, nec diſcooperies ignominiam eius. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non ſumes vt reueles ignominiam eius, quia caro illius ſunt, & talis coitus, inceſtus eſt. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudioem eius adhuc illa viuente. Ad mulierem quæ patitur menſtrua, noo accedas, nec reuelabis fœditatem eius. Cum vxore proximi tui non coibis, nec ſeminis commixnone maculaberis. De ſemioe tuo non dabis vt conſecretur idolo Moloch, nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Cum maſculo oõ commiſceberis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Cum omni pecore nõ coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non ſuecumbet iumento, nec miſcebitur ei, quia ſcelus eſt. Ne polluamini in omnibus his. Et poſt aliquantũm, Vnuſquiſque matrem & patrem ſuum timeat. Et poſt vnum verſum, Nolite cõ- *Leuit.19.* uerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis, Ego F dominus deus veſter. Et poſt paululum, Nec remanen- *Ibidem.* tes, inquit, ſpicas colliges, neque in vinea tua racemos & grana decidentia cõgregabis, ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego dominus deus veſter. Non facietis furtum. Non mentiemini. Nec decipiat vnuſquiſque proximum ſuum. Non periurabis io nomine meo, nec pollues nomen dei tui. Ego ſum dominus. Nec facias calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij apud te vſque in mane. Nõ maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum, ſed timebiş dominũ deum, quia ego ſum dominus. Non facies quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis, Nec conſideres perſooam pauperis, nec hooores vultum potẽtis. Iuſte iudica proximo tuo. Nõ eris criminator & ſuſurro in populis. Non ſtabis cõtra ſanguioem proximi tui, Ego dominus. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum, ne habeas ſuper illum peccatum. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum ſicut teipſum. Ego ſum dominus. Leges meas cuſtodite. Et paulo poſt, Non comedetis carnem cum ſan- *Ibidem.* guine. Nõ augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia, neque in rotũdum attondebitis comam, oec radatis bar-

barm

G bam. Et ſuper mortuo non incidetis carnem veſtram, neque figuras aliquas & ſtigmata facietis vobis. Ego dominus. Ne proſtituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Et poſt vnum verſum, Ego dominus. Ne declinetis ad magos, nec ab hariolis aliquid ſciſcitamini, vt polluamini per eos, Ego dominus deus veſter. Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis, & time deum tuũ, Ego ſum dominus, Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit inter vos, ne exprobretis ei, ſed ſit inter vos quaſi indigena, & diligetis eum quaſi voſmetipſos: fuiſtis enim & vos aduenæ in terra Aegypti. Ego dominus de⁹ veſter. Nolite facere aliquid iniquum in iudicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera iuſta & æqua ſint pondera: iuſtus modius, æquusq; ſextarius. Ego dominus deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti, cuſtodite omnia præcepta mea, & vniuerſa iudicia, & facite ea. Ego dominus. Locutusq; eſt dominus ad Moyſem, dicẽs, Hæc *Leuit. 20.* loqueris filiis Iſraël: Homo de filiis Iſraël, & de aduenis, qui habitant in Iſraël, ſi quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur, populus terræ lapida- H bit eum, & ego ponam faciem meam cõtra illum, ſuccidamq; eum de medio populi ſui, eo quòd de ſemine ſuo dederit Moloch, & contaminauerit ſanctuarium meum, & polluerit nomẽ ſanctum meum. Quod ſi negligens populus terrę, & quaſi paruipendens imperium meum, dimiſerit hominem qui dedit de ſemine ſuo Moloch, nec voluerit eũ occidere, ponam faciem meã ſuper hominem illum, & cognationẽ eius, ſuccidamq; & ipſum & omnes qui conſenſerunt ei, vt fornicarentur cum Moloch de medio populi ſui. Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. Sanctificamini, & eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum dominus de⁹ veſter. Cuſtodite præcepta mea, & facite ea, Ego dominus qui ſanctifico vos. Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſuper eum. Si mœchatus fuerit vir cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœch⁹ & adultera. Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris I ſui, morte moriãtur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua, vterque moriatur, quia ſcelus operati ſunt: ſanguis eorũ ſit ſuper eos. Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriantur: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui ſupra vxorem filiam duxerit matrem eius, ſcelus operatus eſt, viuus ardebit cum eis, nec permanebit tãtum nefas in medio veſtri. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier quę ſuccubuerit cuilibet iumẽto, ſimul interficietur cum eo. ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui acceperit ſororem ſuam, filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinẽ eius, illaq; conſpexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati ſunt, occidentur in cõſpectu populi, eo quòd turpitudinem ſuam mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem ſuam. Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaq; aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. Turpitudinẽ materteræ & amitæ tuæ non diſcooperies. Qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudabit, portabunt ambo iniquitatem ſuam. Qui coierit cum vxore patrui vel auũculi ſui, & reuelauerit ignominiã cognationis ſuæ, portabunt ambo peccatum ſuum, abſque liberis moriẽtur. K Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam: turpitudinem fratris ſui reuelauit, abſque filiis erunt, Et in alio loco, Vir ſiue mulier, in quibus pythonicus vel di- *Leuit. 20.* uinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos. Itemq; in alio loco, cum de ſummo ſacerdote loqueretur, Virginem, *Leuit. 21.* inquit, ducet vxorem, viduam & repudiatam, & ſordidam atque meretricem non accipiet, ſed puellã de populo ſuo, ne cõmiſceat ſtirpem generis ſui, vulgo gẽtis ſuæ, quia ego dominus qui ſanctifico eum. Et poſt multa, Homo qui maledixerit deo ſuo, portabit peccatum *Leuit. 24.* ſuum: Et qui blaſphemauerit nomẽ domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphemauerit nomen domini, morte moriatur. Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percuſſerit animal, reddet vicarium, id eſt animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum, ſicut fecit, fiat ei: fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet: Qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit iumentum, red- L det aliud. Qui percuſſerit hominem, punietur. Aequum iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccauerit, quia ego ſum dominus de⁹ veſter. Et poſt aliquãtum, Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos *Leuit. 26.* erigetis, nec in ſignum lapidem ponetis in terra veſtra vt adoretis eum. Ego enim ſum dominus deus veſter. Hæc de Leuitico. Nunc de libro cuius nomen eſt Numeri, quæ viſa ſunt commemoranda ponemus.

Ex libro Numerorũ, de ſucceßione hæreditaris.

HOmo cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiã eius tranſibit hæreditas: Si filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. Quòd ſi fratres nõ habuerit, dabitis hæreditatẽ fratribus patris ei⁹. Sin autẽ nec patruos habuerit, dabitur hęreditas iis qui ei proximi ſunt: eritq; hoc filiis Iſraël ſanctũ lege perpetua, ſicut præcepit domin⁹ Moyſi. *Nume. 27.* Et poſt multa, Ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur. *Nume. 35.* Non accipietis preciũ ab eo qui reus eſt ſanguinis. Hæc de Numeris. Deuteronomiũ deinceps cõſiderabimus.

M *Deut. 1.*

Ex Deuteronomio, de vno ſolo deo colẽdo fugiendisq; idolis, & de iudiciis.

NVlla erit diſtãtia perſonarum: Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia dei iudiciũ eſt. Et plurimis interpoſitis, vbi decalogũ repetit, Cuſtodite igitur ſolicite animas veſtras. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinẽ in die qua locutus eſt dominus vobis in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis ſculptã ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumẽtorum quæ ſunt ſuper terram, ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis: ne *Deut. 4.* forte oculis eleuatis ad cœlum videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus odores & colas quę creauit dominus deus tuus in miniſterium cunctis gentibus, quę ſub cœlo ſunt. Et paulo poſt, Caue, inquit, *Ibidem.* ne quando obliuiſcaris pacti domini dei tui, quod pepigit tecum, & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum quæ fieri dominus prohibuit: Quia dominus deus tuus ignis conſumens eſt, deus æmulator. Et alio loco, Non habebis deos alienos in conſpectu meo. Non fa- *Deut. 5.* cies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in *Exo. 20.* cœlo ſunt deſuper, & quæ in terra deorſum, & quę verſantur in aquis ſub terra: Non adorabis ea, neque coles. Ego enim ſum dominus de⁹ tuus, deus æmulator, reddens

A dens iniquitatem patrum in filios in tertiam & quar-
tam generationem, iis qui oderunt me, & faciens mi-
ſericordiam in multa milia diligentibus me, & cuſto-
dientibus præcepta mea. Non vſurpabis nomen domi-
ni dei tui fruſtra, quia non erit impunitus qui ſuper re
Exod.20. vana nomẽ eius aſſumpſerie. Et poſt paululum, Hono-
ra, inquit, patrem tuum & matrem, ſicut præcepit tibi
dominus deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene ſit
tibi in terra quam dominus deus tuus daturus eſt tibi.
Non occides, neque mœchaberis, furtúmque non fa-
cias, nec loqueris contra proximum tuum falſum teſti-
monium. Non concupiſces vxorem proximi tui, non
domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non
bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt. Et alibi
Deut.6. in eodem libro, Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine
Ibidem. tua. Et paulo poſt, Cum comederis & ſaturatus fueris,
caue diligenter ne obliuiſcaris domini, qui eduxit te
de terra Aegypti de domo ſeruitutis. Dominum deum
tuum timebis, & ipſi ſoli ſeruies, ac per nomen illius iu-
rabis. Non ibitis poſt deos alienos cunctarum gen-
B tium quæ in circuitu veſtro ſunt, quoniam deus æmu-
lator, dominus deus tuus in medio tui, ne quando ira-
ſcatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de
Deut.7. ſuperficie terræ. Non tentabis dominum deum tuum.
Item paulo poſt cum de alienigenis loquitur, Neque ſo
ciabis cum eis coniugia: Filiam tuam non dabis filio
eius, nec accipies filiam illius filio tuo: quia ſeducit fi-
lium tuum ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis a-
lienis, iraſcetúrque furor domini, & delebit te cito.
Quin potius hæc facietis eis: Aras eorum ſubuertite,
confringite ſtatuas, lucóſque ſuccidite, & ſculptilia
Ibidem. comburite. Et poſt aliquãtulum, Sculptilia eorum igne
combures, Non concupiſces argentum & aurum de
quibus facta ſunt, neq; aſſumes ex eis tibi quicquam, ne
offendas: propterea, quia abominatio eſt domini dei
tui. Nec inferas quippiam ex idolo in domum tuam,
ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurciciã de-
teſtaberis, & velut inquinamẽtum ac ſordes abomina-
tioni habebis, quia anathema eſt. Et alio in loco, Ob-
Deut.8. ſerua & caue ne quando obliuiſcaris domini dei tui, &
negligas mandata eius, atque iudicia & ceremonias
C quas ego præcipio tibi hodie: ne poſtquam comederis
& ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaueris & habi-
taueris in eis, habueríſque armenta & ouium greges,
argenti & auri cunctarúmque rerum copiam, eléuetur
cor tuum, & non reminiſcaris domini dei tui: Et poſt
Ibidem. paucos verſus, Ad extremum, inquit, miſertus eſt tui,
ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea & robur man*
meæ hæc mihi omnia præſtiterunt, ſed recorderis do-
mini dei tui, quòd ipſe tibi vires præbuerit. Et poſt ali-
Deut.11. quantum, Vt ipſi comedatis ac ſaturemini: Cauete ne
forte decipiatur cor veſtrum, & recedatis à domino
deo, ſeruiatíſque diis alienis & adoretis eos, iratúſque
Deut.12. dominus claudat cœlum. Et poſt aliquantum, Subuer-
tite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas poſ-
ſeſſuri eſtis deos ſuos, ſuper montes excelſos & colles,
& ſuper omne lignum frondoſum. Diſsipate aras eo-
rum & confringite ſtatuas: lucos igne comburite, &
idola comminuite: diſperdite nomina eorum de lo-
Ibidem. cis illis. Et quibuſdam interpoſitis, dum de alienige-
nis loqueretur, Caue ne imiteris eas poſtquam te fue-
rint introeunte ſubuerſæ, & requiras ceremonias ea-
rum, dicens, Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita
& ego colam. Non facies ſimiliter domino deo tuo.

Omnes abominationes, quas auerſatur dominus, fece- D
runt diis ſuis, offerentes filios & filias & comburentes
igni. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino,
nec addas quicquam, nec minuas. Si ſurrexerit in me- *Deut.13.*
dio tui prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat, &
prædixerit ſignum atque portentum, & venerit quod
locutus eſt, & dixerit tibi, Eamus & ſequamur deos alie
nos quos ignoras, & ſeruiamus eis, non audies verba
prophetæ illius, aut ſomniatoris: quia tentat vos do-
minus deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum,
an non in toto corde & in tota anima veſtra. Domi-
num deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete: man-
data illius cuſtodite, & audite vocem eius: ipſi ſeruietis,
& ipſi adhærebitis. Propheta autem ille aut fictor ſom-
niorum interficietur, quia locutus eſt vt vos auerteret
à domino deo veſtro, qui eduxit vos de terra Aegypti,
& redemit de domo ſeruitutis: vt errare te faceret de
via, quam tibi præceperat dominus deus tuus, & aufe-
res malum de medio tui. Si tibi voluerit perſuadere
frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia ſi-
ue vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis vt
animam tuam, clam dicens, Eamus & ſequamur deos E
alienos, quos tu ignoras & patres tui, cunctarum in cir-
cuitu gentium, quæ iuxta vel procul ſunt ab initio vſq;
ad fines terræ, non acquieſcas ei, neque audias, neque
parcat ei oculus tuus vt miſerearis & occultes eum, ſed
ſtatim interficies. Sit prius manus tua ſuper eum, &
poſt te omnis populus mittat manum, lapidibus obru-
tus necabitur qui te voluit abſtrahere à domino deo
tuo. Et poſt paululum, Nõ vos incidetis nec facietis cal *Deut.14.*
uicium ſuper mortuo, quoniam populus ſanctus es do-
mino deo tuo. Et alio loco, Si vnus, inquit, de fratribus *Deut.15.*
tuis, qui moratur intra portas ciuitatis tuæ, in terra
quam dominus deus tuus daturus eſt tibi, ad pauper-
tatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes
manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo
eum indigere perſpexeris. Caue ne forte ſubrepat tibi
impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat
ſeptimus annus remiſsionis, & auertas oculos à pau-
pere fratre tuo, nolens ei quod poſtulat mutuum com-
modare, ne clamet contra te ad dominum, & fiat tibi
in peccatum, ſed dabis ei: Nec ages quippiam callide in
eius neceſsitatibus ſubleuãdis, vt benedicat tibi domi- F
nus deus tuus in omni tẽpore, & in cunctis ad quæ ma-
num miſeris. Non deerunt pauperes in terra habita-
tionis tuæ, idcirco ego præcipio tibi vt aperias manum
fratri tuo egeno & pauperi qui tecum verſatur in ter-
ra. Et poſt aliquantum, Iudices & magiſtros conſtitues *Deut.16.*
in omnibus portis tuis, quas dominus deus tuus dede-
rit tibi, per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populo iu-
ſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non ac-
cipias perſonam, nec munera: quia munera excæcant
oculos ſapientiũ, & mutant verba iuſtorum. Iuſte quod
iuſtum eſt perſequeris, vt viuas & poſsideas terram
quam dominus deus tuus dederit tibi. Et poſt pauca,
Non facies tibi atque conſtituas ſtatuam, quæ odit do- *Ibidem.*
minus deus tuus. Item poſt pauca, Cum reperti fuerint *Deut.17.*
apud te intra vnam portarum tuarum quas dominus
deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum
in conſpectu domini dei tui, & tranſgrediantur pa-
ctum illius, vt vadant & ſeruiant diis alienis, & ado-
rent eos, ſolem & lunam & omnem militiam cœli quæ
non præcepi: & hoc tibi fuerit nunciatum, audienſque
inquiſieris diligẽter, & verum eſſe repereris, & abomi-
natio facta eſt in Iſraël: educes virum ac mulierem qui

rem

G tem ſceleratiſsimam perpetrauerunt, ad portas ciuita-
tis tuæ, & lapidibus obruentur. In ore duorum aut tri-
um teſtium peribit qui interficietur: Nemo occidatur
vno contra ſe dicente teſtimonium. Manus teſtium
prima interficiat eum, & manus reliqui populi extre-
ma mittatur, vt auferas malum de medio tui. Item poſt
Deut.17. aliquantum, Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſa-
cerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat dominó
deo tuo, & decreto iudicis, moriatur homo ille: & au-
feres malum de Iſraël, cunctuſque populus audiens ti-
mebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Et poſt
quædam interpoſita, cum de alienigenis admoneret,
Deut.18. Caue, inquit, ne imitari velis abominationes illarum
gentium: nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum
aut filiam ducens per ignem, aut qui hariolos ſciſcite-
tur, & obſeruet ſomnia atque auguria: nec ſit maleficus,
nec incantator, neque pythones conſulas nec diuinos,
& quæras à mortuis veritatem: Omnia enim hæc abo-
Deut.19. minabitur dominus. Et poſt aliquantum, Non ſtabit
teſtis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & fa
cinoris fuerit, ſed in ore duorum aut trium teſtium ſta-
H bit omne verbum. Si ſteterit teſtis mendax contra ho-
minem, accuſans eum præuaricationis, ſtabunt ambo
quorum cauſa eſt ante dominum in conſpectu ſacer-
dotum & iudicum, qui fuerint in diebus illis, Cum-
que diligentiſsime perſcrutantes inuenerint falſum te-
ſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, red-
dent ei ſicut fratri ſuo reddere cogitauit: & auferes ma
lum de medio tui, vt audientes cæteri timorem ha-
beant, & nequaquam talia audeant facere. Non miſe-
reberis eius, ſed animam pro anima, oculũ pro oculo,
dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pe-
Deut.21. de exiges. Et alibi in eodem libro, Si genuerit homo fi-
lium contumacem & proteruum, qui non audiat pa-
tris ac matris imperium, & coërcitus obedire cõtemp-
ſerit: apprehendent eum, & deducent ad ſeniores ci-
uitatis illius & ad portam iudicij, dicentque ad eos, Fi-
lius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita no-
ſtra audire contempſit, comeſſationibus vacat & luxu-
riæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruat populus ci-
uitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio ve-
ſtri, & vniuerſus Iſraël audiens pertimeſcat. Et poſt pau
I ca, Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem
Deut.22. & præteribis, ſed reduces fratri tuo: etiam ſi non eſt
propinquus tuus frater, nec noſti eũ, duces in domum
tuam & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus &
recipiat. Similiter facies de aſino & veſtimento, & de
omni re fratris tui quæ perierit. Si inueneris ea, ne ne-
gligas quaſi aliena. Si videris aſinum fratris tui aut bo-
uem cecidiſſe in via, non deſpicias, ſed ſubleuabis cum
eo. Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur ve-
ſte fœminea: Abominabilis enim apud dominum eſt
qui facit hoc. Item poſt pauca, Cum ædificaueris do-
mum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne ef-
fundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio
Ibidem. & in præceps ruente. Itẽ paulo poſt, Si duxerit vir vxo-
rem & poſtea eam odio habuerit, quæſieritq; occaſio-
nes quibus dimittat eam, obiiciẽs ei nomen peſsimum,
& dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam nõ
inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & fe-
rent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui
in porta ſunt: & dicat pater, Filiam meam dedi huic
vxorem, quam quia odit imponit ei nomen peſsimum,
vt dicat, Non inueni filiam tuam virginem: Et ecce
hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ: Expandant ve-
ſtimentum coram ſenioribus ciuitatis: apprehendent- K
que ſenes vrbis illius virum & verberabunt illum, con-
demnantes inſuper centum ſiclis argenti, quos dabit
patri puellæ, quoniam diffamauit nomen peſsimum ſu-
per virginem Iſraël: habebitque eam vxorem, & non
poterit dimittere omni tempore vitæ ſuæ. Quód ſi ve-
rum eſt quod obiicit, & non eſt in puella inuenta vir-
ginitas, eiicient eam extra fores domus patris ſui, & la-
pidibus obruent viri ciuitatis eius, & morietur, quo-
niam fecit nefas in Iſraël, vt fornicaretur in domo pa-
tris ſui, & auferes malum de medio tui. Si dormierit
vir cum vxore alterius, vterque moriatur, id eſt, adul-
ter & adultera, & auferes malum de Iſraël. Si puellam
virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in
ciuitate, & concubuerit cum illa, educes vtrunque ad
portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella,
quia non clamauit cum eſſet in ciuitate: vir, quia hu-
miliauit vxorem proximi ſui, & auferes malum de me-
dio tui. Sin autem in agro repererit vir puellam quæ
deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum illa,
ipſe morietur ſolus: puella nihil patietur, nec eſt rea
mortis: quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem L
ſuum, & occidit animam eius: ita & puella perpeſſa
eſt, ſola erat in agro, clamauit & nullus affuit qui libe-
raret eam. Si inuenerit vir puellam virginem quæ non
habet ſponſum, & apprehendens concubuerit cum ea,
& res ad iudicium venerit, dabit qui dormiuit cum ea
patri puellæ centum ſiclos argẽti, & habebit eam vxo-
rem, quia humiliauit eam, non poterit dimittere cun-
ctis diebus vitæ ſuę. Non accipiet homo vxorem patris
ſui, nec reuelabit operimentum eius. Et poſt paululum,
Non erit meretrix de filiabus Iſraël, neque ſcortator de *Deut.23.*
filiis Iſraël. Et poſt paululum, Non fœnerabis fratri tuo *Ibidem.*
ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam
rem, ſed alio. Et poſt paucos verſus, Cum voueris votũ *Ibidem.*
domino deo tuo nõ tardabis reddere, quia requiret il-
lud dominus deus tuus, & ſi moratus fueris, reputabit
tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, abſque peccato
eris. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labiis tuis ob-
ſeruabis, & facies ſicut promiſiſti domino deo tuo, &
propria voluntate & ore tuo locutus es. Et paulo poſt,
Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem *Deut.24.*
molam, quia animam ſuam appoſuit tibi. Si deprehen- M
ſus fuerit homo ſolicitans fratrem ſuum de filiis Iſraël,
& vendito eo accipiet precium, interficietur, & auferes
malum de medio tui. Et poſt paucos verſus, Cum repe- *Ibidem.*
tes, inquit, de proximo tuo rem aliquam quam debet
tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas,
ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sin
autem pauper eſt, non pernoctabit apud te pignus,
ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens
in veſtimento ſuo benedicat tibi, & habeas iuſticiam
coram domino deo tuo. Non negabis mercedem in-
digentis & pauperis fratris tui, ſiue aduenæ qui tecum
moratur in terra, & intra portas tuas eſt: ſed eadem
die reddes ei precium laboris ſui ante ſolis occaſum:
quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: ne
clamet coram te ad dominum, & reputetur tibi in pec-
catum. Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro pa
tribus, ſed vnuſquiſque pro ſuo peccato morietur. Et
poſt paucissimos verſus, Quando meſſueris ſegetem *Ibidem.*
in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non re-
uerteris vt tollas illum: ſed aduenam & pupillum & vi-
duam auferre patieris: vt benedicat tibi dominus deus
tuus in omni opere manuum tuarum. Si fruges colliges
oliuarum,

A oliuarum, quicquid remanſerit in arboribus, non reuerteris vt colligas, ſed relinque aduenæ, pupillo, ac viduæ. Si viodemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, ſed cedent in vſus aduenę, pupillo, *Deut.25.* ac viduæ. Memento quòd & tu ſeruieris in Aegypto, & idcirco præcipiam tibi vt facias haoc rem. Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſticiæ palmam dabunt, quem impium, condemnabunt impietatis. Sin autem qui peccauit, dignum viderint plagis, proſternent & coram ſe facient verberari. Pro menſura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant, ne fœde laceratus ante ocu- *Ibidem.* los tuos obeat frater tuus. Et poſt paululum, Si habuerint inter ſe iurgium viri, & vnus contra alterum rixari cœperiot, volênſque vxor alterius eruere virum ſuum de manu fortioris, miſerit manum & apprehenderit verenda eius, abſcides manum illius, nec flecteris ſuper eam vlla miſericordia. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iuſtum &
B verum, & modius æqualis & verus erit tibi. Et poſt ple- *Deut.27.* raque. Maledictus homo qui facit ſculptile & conflatile abominationem domini, opus manuum artificum, ponitq; illud in abſcondito: & reſpondebit omnis populus, & dicet, Amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuum & matrem: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui: & dicet omnis populus, Aoien. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui peruertet iudicium aduenæ, pupillo, & viduæ: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus omnis qui dormit cum vxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli eius: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum omni iumento: & dicet omnis populus, Amē. Maledictus qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui, vel matris ſuæ: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cum ſocru ſua: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui clam percuſſerit proximum ſuum: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam ſanguinis innocentis: & dicet omnis populus, Amen.
C Huc vſque de libris Moyſi quæ viſa ſunt ponenda, poſuimus. In his verò quæ ſequuntur & appellantur, Ieſu Naue, Iudicum, Regnorum, Paralipomenoo, rerum geſtarum potius hiſtoria legitur quàm præcepta viuendi. Hæc tameo paucisſima de libro Ieſu Naue prætereunda in hoc opere noo putaui.

Ioſue 22. Ex Ioſue de vno deo adorando. Reuertimini & ite in tabernacula veſtra, & in terram poſſeſsionis quā tradidit vobis Moyſes famulus domini trans Iordanem, ita duntaxat vt cuſtodiatis attente, & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyſes ſeruus domini, vt diligatis dominum deum veſtrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & obſeruetis mandata illius, adhæreatisq; ei ac ſeruiatis ei in omni corde & anima veſtra. Et in alio loco, Ne poſtquam in- *Ioſue 23.* traueritis, inquit, ad gentes, quæ inter vos futuræ ſunt, iuretis in nomine deorum earum, & ſeruiatis eis, & adoretis illos, ſed adhæreatis domino deo veſtro, quod feciſtis vſque in diem hanc. De libro autem pſalmorum multa ponenda ſunt, quanuis eadem ſæpe repetaotur, ſed habebo modum quantum potero, ne hoc opus quod memoria maxime tenēdum eſt in nimiam longitudinem pergat.

De Pſalmo 1.

D Beatus vir qui non abiit in cōcilio impiorum, *Ex pſalmis quo modo viuendum.* & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra deriſorum non ſedit: Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

De pſalmo 2. Nunc ergo reges intelligite, erudimini iudices terræ. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Adorate pure, ne forte iraſcatur & pereatis de via. Cum exarſerit poſt paululum furor eius, beati omnes qui ſperant in eum. De pſalmo 4. Filij viri vſquequo inclyti mei ignominioſe diligitis vanitatem, quęrentes mendacium. Et paulo poſt, Iraſcimini & nolite peccare, loquimini cordibus veſtris ſuper cubilia veſtra, & tacete. Sacrificate ſacrificium iuſticiæ, & confidite in domino. De pſalmo 5. Quoniam oon eſt deus voleos iniquitatem, nec habitabit iuxta te malignus, non ſtabunt iniqui in cōſpecto oculorum tuorum. Odiſti omoes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus. De pſalmo 14. Domine quis peregrinabitur in teritorio tuo, & quis habitabit in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine ma- E cula, & operatur iuſticiam, loquitúrque veritatem in corde ſuo. Qui non eſt facilis in lingoa ſua, neque fecit amico ſuo malum, & opprobrium non ſuſtinuit ſuper vicino ſuo. Deſpicit oculus eius improbos, timentes autem dominum glorificat. Iurat vt ſe affligat & non mutat, pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera aduerſus innoxium non accepit. Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. De pſalmo 23. Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non exaltauit fruſtra animam ſuam, & non iurauit doloſe: Accipiet benedictionem à domino, & iuſticiam à deo ſalutari ſuo. De pſalmo 26. Lux mea dominus & ſalutare meum, quem timebo? Dominus fortitudo vitæ meæ, quem formidabo? Et pòſt tertius verſus, Si ſteterint aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Si ſorrexerit contra me bellum, in hoc ego confidam. Vnūm petij à domioo, & hoc requiram: Vt habitem in domo domini, omnibus diebus vitæ meæ: Vt videam pulchritudinem domini, & attendam templum eius. F Et alio loco, Tibi dixit cor meum, quæſiui vultum eius, faciem tuam domine requiram. Et poſtea, Expecta dominum, confortare, & roboretur cor tuum, & ſuſtine dominum. De pſalmo 27. Ne tradas me cum impiis, & cum operantibus iniquitatem: Qui loquūtur pacem cum amicis ſuis, & eſt malum in corde eorū. De pſalmo 30. Cōfortamini & roboretur cor veſtrum, omnes qui expectatis dominum. De pſalmo 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intelligētia. In chamo & fræno maxillas eorum conſtringe, quia non approximant ad te. Multi dolores impij, confidentem autem in domino miſericordia circundabit. Lætamini in domino, & exultate iuſti, & gaudete omnes recti corde.

De pſalmo 32. Laudate iuſti dominū, rectos decet laudatio. Et alio loco, Beata gēs cuius dominus deus eius, populus quē elegit dominus in hæreditatem ſibi. De pſalmo 33. Benedicam dominum in omni tēpore, ſemper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea, audiant mites & lętentur. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomē eius pariter. Et poſt paucos verſus, Guſtate & videte, quia bonus dominus, beatus vir qui ſperat in eo. Timete dominum ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Diuites indiguerunt &

G runt & eſurierunt, quærentes autem dominum, nõ de-
erit omne bonum. Venite filij audite me, timòrem do-
mini docebo vos. Quis eſt vir qui velit vitam, diligens
videre dies bonos? Cuſtodi linguam tuã à malo, & la-
bia tua ne loquantur dolum. Recede à malo, & fac bo-
num, quære pacem & perſequere eam. Et pòſt, quartus
verſus, Iuxta eſt dominus contritis corde, & cõfractos
ſpiritu ſaluabit. De pſalmo 36. Noli contendere cum
malignis, neq; æmuleris facientes iniquitatem. Quoniã
ſicut herba velociter conterentur, & ſicut olus viride
areſcẽt. Spera in domino & fac bonum, peregrinare in
terra & paſcere fide. Delectare in domino, & dabit tibi
petitiones cordis tui. Volue ſuper dominum viam tuã,
& confide in eo, & ipſe faciet: Et educet ſicut lumen iu-
ſticiam tuam, & iudicium tuum ſicut meridiẽ: tace do-
mino, & expecta eum. Noli contendere aduerſus eum,
qui proficit in via ſua, aduerſus virum, qui facit quæ co-
gitat. Dimitte iram, & relinque furorem, noli contẽde-
re vt male facias: Quoniam qui male faciunt, interibũt:
expectantes autem dominum, ipſi hæreditabũt terram.
Adhuc enim modicum, & nõ erit impius, & cogitabis
H de loco eius & non ſubſiſtet. Mites autem hæreditabũt
terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Et paulo
poſt, Melius eſt parum iuſto, ſuper diuitias impiorũ mul
tas. Quia brachia impiorum cõfringentur, ſubleuat au-
tem iuſtos dominus. Et poſt aliquantum, Recede à ma-
lo & fac bonum. Et alibi, Expecta dominum & cuſtodi
viam eius, & exaltabit te vt poſsideas terrã. Et alibi, Cu-
ſtodi ſimplicitatem & vide rectum, quia erit ad extre-
mum viro pax. De pſalmo 39. Beatus vir qui poſuit
in deum confidentiam ſuam, & non eſt auerſus ad ſu-
perbias pompasq; mẽdacij. De pſalmo 43. In domi-
no gaudebimus tota die, & in nomine tuo in ęternum
confitebimur. Et paulo poſt, Omnia hæc venerũt ſuper
nos, & non ſumus obliti tui, nec mentiti fuimus in pa-
cto tuo. Non eſt cõuerſum retro cor noſtrum, nec de-
clinauerunt greſſus noſtri à ſemita tua: Quoniam deie-
ciſti nos in loco draconũ, & operuiſti nos vmbra mor
tis. Si obliti ſumus nominis dei noſtri, & expandimus
manus noſtras ad deum alienum: Nunquid non deus
inueſtigabit iſta? ipſe enim nouit cogitationes cordis.
Quoniam propter te mortificati ſumus tota die, repu-
I tati ſumus vt grex occiſionis. De pſalmo 46. Canite
deo, canite, canite regi noſtro, canite: Quia rex vniuer-
ſæ terræ deus, canite erudite. De pſalmo 49. Immola
deo laudem, & redde altiſsimo vota tua. Et inuoca me
in die tribulationis, liberabo te, & glorificabis me. Im-
pio autem dixit deus, quid tibi eſt cum narratione præ-
ceptorum meorum vt ſumas pactum meum in ore tuo?
Qui odiſti diſciplinam, & proieciſti verba mea poſt te.
Si videbas furem, conſentiebas ei, & cum adulteris erat
pars tua. Os tuum dimiſiſti ad maliciam, & lingua tua
concinnauit dolum. Sedens aduerſus fratrem tuum lo
quebaris, & aduerſum filium matris tuæ fabricaueras
opprobrium. Hæc feciſti & tacui, exiſtimaſti futurum
me ſimilem tui. Arguam te, & proponam ante oculos
tuos. Intelligite hoc qui obliuiſcimini deum, ne forte
capiam & non ſit qui liberet. Qui immolat confeſsio-
nem, glorificat me, & qui ordinate ambulat, oſtendam
ei ſalutare dei. De pſalmo 50. Ab iniquitate mea & à
peccato meo mũda me. Quoniam iniquitatem meam
ego cognoui, & peccatum meum cõtra me eſt ſemper.
Et alibi, Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor cõ-
tritum & humiliatum deus non deſpicies. De pſal-
mo 51. Quid gloriaris in malicia potens? miſericordia
domini tota die eſt. Inſidias cogitauit lingua tua, quaſi K
nouacula acuta faciens dolum. Dilexiſti malum magis
quàm bonum, mendacium magis quàm loqui iuſticiã.
Dilexiſti omnia verba ad deuorandum, lingua doloſa.
Sed deus deſtruet te in ſempiternũ, terrebit te, & euel-
let te de tabernaculo, & eradicabit te de terra viuentiũ.
Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt: ec-
ce vir qui nõ poſuit deum fortitudinem ſuam. Sed ſpe-
rauit in multitudine diuitiarum ſuarum, confortatus
eſt in inſidiis ſuis. Ego autem ſicut oliua virens in do-
mo dei, ſperaui in miſericordia dei in ſeculum ſempi-
ternum. Confitebor tibi domine in ſeculum, quoniam
feciſti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in
conſpectu ſanctorum tuorum. De pſalmo 61. Spera-
te in eo omni tẽpore populi, effundite coram illo cor-
da veſtra, deus ſpes noſtra eſt: Veruntamen vanitas filij
Adam, mendacium filij viri, in ſtateris doloſis fraudu-
lenter agunt ſimul. Nolite confidere in calumnia, & in
rapina ne fruſtremini. Diuitiæ ſi fluxerint ne appona-
tis cor. De pſalmo 63. Lætabitur iuſtus in domino, &
ſperabit in eo. De pſalmo 68. Quia propter te porta-
ui opprobrium, operuit confuſio faciem meam. Alie- L
nus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis ma-
tris meæ: Quia zelus domus tuæ comedit me, & oppro-
brium exprobrantium tibi cecidit ſuper me. Et fleui in
ieiunio animam meam, & factus ſum illis in parabo-
lam. Contra me loquebantur qui ſedebant in porta, &
cantabant bibentes vinum. Et aliquanto poſt, Laudabo
nomen dei in cantico, & magnificabo eum in confeſ-
ſione. Et placebit deo ſuper vitulum nouellum, cornua
efferentem & vngulas. Videntes manſueti lætabuntur,
qui quæritis dominum, viuet anima veſtra: Quoniam
exaudiuit pauperes dominus. De pſalmo 72. Quia
ecce qui elongant ſe à te, peribunt, perdidiſti omnem
fornicantem à te. Mihi autem appropinquare deo bo-
num eſt: poſui in domino deo ſpem meam vt narrem
omnes annunciationes tuas. De pſalmo 75. Vouete
& reddite domino deo veſtro: omnes qui in circuitu
eius ſunt, offerent dona terribili, auferenti ſpiritum du-
cum, terribili regibus terræ. De pſalmo 77. Auſculta
populus meus legem meam, inclinate aurem veſtram
ad verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, lo-
quar ænigmata antiqua. Et alio loco, Et narrabunt fi- M
liis ſuis, vt ponant in deo ſpem ſuam, & non obliuiſcã-
tur cogitationẽ eius & mandata eius cuſtodiant. De
pſalmo 80. Laudate dominum fortitudinẽ noſtram, iu-
bilate deo Iacob. Et alio loco, Iſraël ſi audieris me, non
ſit in te deus alienus, & non adores deum peregrinum.
Ego ſum dominus de⁹ veſter. De pſalmo 81. Vſque-
quo iudicatis iniquitatem, & facies impiorũ ſuſcipitis?
Iudicate pauperi & pupillo, egeno & inopi iuſtificate.

De pſalmo 83. Beati qui habitãt in domo tua, adhuc
laudabunt te. Beatus homo cuius fortitudo eſt in te, ſe-
mitæ in corde eius tranſeuntes in valle fletus. Fontẽ po
nent eam, benedictione quoq; amicietur doctus. Ibunt
de fortitudine in fortitudinem, apparebũt apud deũ in
Sion. Et paulo poſt, Quoniam melior eſt dies in atriis
tuis ſuper milia. Elegi abiectus eſſe in domo dei, magis
quàm habitare in tabernaculis impietatis. De pſalmo
91. Bonum eſt cõfiteri domino, & pſallere nomini tuo
altiſsime. De pſalmo 93. Intelligite ſtulti in populo,
& inſipiẽtes aliquando diſcite. Et paulo poſt, Beatus vir
quem erudieris domine, & de lege tua docueris eũ. Vt
quieſcat dieb⁹ afflictionis, donec fodiatur impio inte-
ritus. De pſalmo 94. Venite adoremus & curuemur,
flectamus

A fleĉtamus genua ante faciem domini factoris noſtri. Et poſt ſex verſus, Hodie ſi vocem eius andieritis, nolite obdurare corda veſtra: Sicut in cõtradictione, ſicut in die tentationis in deſerto. De pſalmo 95. Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Cantate domino, benedicite nomini eius, annũciate de die in diem ſalutare eius. Narrate in gentibus glnriam eius, vniuerſis populis mirabilia eius. Et poſt tres verſus, Afferte domino familiæ populorum, afferte domino gloriam & fortitudinem, afferte domino gloriam nomini eius. Leuate munera & introite in atria eius, adorate dominum in decore ſanctuarij.

De pſalmo 96. Qui diligitis dominum, odite malum. Et pòſt ſecundus verſus, Lætamini iuſti in domino, & confitemini memoriæ ſanctæ eius. De pſalmo 97. Iubilate domino omnis terra, vociferamini & laudate & canite. De pſalmo 98. Exaltate dominum deum nnſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius, quia ſanctum eſt. De pſalmo 99. Iubilate domino omnis terra, ſeruite domino in lætıcia. Ingredimini coram illo in laude. Scitote quoniam dnminus ipſe eſt deus, ip-
B ſe fecit nos, & non ipſi nos. Et poſt vnum verſum, Ingredimini portas eius in gratiarum actione, atria eius in laude confitemini ei. De pſalmo 100. Deambulãdo in ſimplicitate cordis mei in medio domus tuæ, nnn ponebam coram oculis meis verba Belial. Facientem declinationes odiui, nec adhęſit mihi cor prauum. Recedentem à me malum neſciebam, loquentem in abſcondito contra proximum ſuum, hunc interficiebam. Superbum oculis & altum corde, cum hoc eſſe non potero. Oculi mei ad fideles terrę, vt habitent mecum, ambulans in via ſimpliciter hic miniſtrabat mihi. Non habitabit in medio domus meæ faciens malum, loquens mendacium non placebit in conſpectu oculorum meorum. Mane perdam omnes impios terræ, vt interficiam de ciuitate domini vniuerſos qui operantur iniquitatem. De pſalmo 102. Miſericordia autem domini ab æterno & vſque in æternum ſuper timentes eum. Et iuſticia eius ſuper filios filiorum, ĳs qui cuſtodiunt pactum eius. Et recordabuntur præceptorum eius ad faciendum ea. De pſalmo 104. Confi-
C temini domino & inuocate nomen eius, notas facite populis cogitationes ei⁹. Canite ei & pſallite illi, loquimini in vniuerſis mirabilibus eius. Exultate in nomine ſancto eius, lætetur cor quærentiũ dominum. Quærite dominum & virtutem eius, quærite faciem eius iugiter. Recordamini mirabilium eius quæ fecit, ſignorum & iudiciorum oris eius. De pſalmo 107. Paratum cor meum deus, cantabo & pſallam. Sed & gloria mea conſurge pſalterium & cithara, conſurgam mane. Confitebor tibi in populis domine, cantabo te in nationibus. De pſalmo 110. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorum & congrega-
Prouerb.1. & 9. tione. Et in alio lco, Principium ſapientiæ timor domini. Doctrina bona cunctis qui faciunt eam, laus eius perſeuerans iugiter. De pſalmo 111. Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis: Et pòſt quartus verſus, Bonus vir clemens & fœnerans, diſpẽſabit verba ſua in iudicio, quia in æternum non commouebitur. In memoria ſempiterna erit iuſtus, ab auditu malo non timebit. Paratum cor eius confidens in domino, firmum cor eius, non timebit donec aſpiciat in hoſtibus ſuis. Diſperſit dedit pauperibus, iuſticia eius permanet in æternum, cornu eius exaltabitur in gloria. Impius videbit & iraſcetur, dentibus frendet &
tabeſcet, deſiderium impiorum peribit. De pſalmo D
112. Laudate ſerui dominum, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum à modo & vſque in æternum. Ab ortu ſolis vſque ad occaſum eius, laudabile nomen domini. De pſalmo 113. Idola gentium argentum & aurum, opus manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbũt: aures habent & non audient, & cætera. Et paulo poſt, Similes illis fiant qui faciunt ea, omnes qui confidunt in eis. Iſraël confidit in domino, auxiliator & protector eorum eſt. Domus Aaron confidit in domino, auxiliator & protector eorum eſt. Timentes autem dominum confidunt in domino, auxiliator & protector eorum eſt. De pſalmo 115. Credidi propter quod locutus ſum, ego afflictus ſum nimis. Et poſt aliquantum, Quid reddam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.Glorioſa in conſpectu domini, mors ſanctorum eius. Et pòſt tertius verſus, Tibi immolabo hoſtiam laudis, & in nomine domini inuocabo. Vota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius, in atrĳs domus domini in medio tui Hieruſalem. De E
pſalmo 116. Laudate dominum omnes gentes, laudate eum vniuerſi populi. De pſalmo 117. Confitemini domino qunniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius. Dicat nunc Iſraël, quoniam in æternum miſericordia eius. Dicat nunc dnmus Aarõ, quoniam in æternum miſericordia eius. Dicant qui timent dominum, quoniam in æternum miſericordia eius. Cum tribularer inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudinem dominus. Et poſt duos verſus, Melius eſt ſperare in domino, quàm ſperare in homine. Melius eſt ſperare in domino, quàm ſperare in principib⁹. Et pòſt quintus verſus, Fortitudo mea & laus mea dnminus, & factus eſt mihi in ſalutem. Vox laudis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. De pſalmo 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui cuſtodiunt teſtimonia eius, in toto corde exquirunt eum.

Et alio loco, Et ambulabo in ſpacioſo, quia præcepta tua quæſiui. Et loquar in teſtimoniis tuis coram regibus, & non confundar. Et delectabor in mandatis tuis quæ dilexi. Et leuabo manus meas ad mandata tua F
quæ dilexi, & loquar in præceptis tuis. Et pòſt quatuor verſus, A lege tua uon declinaui. Recordatus ſum iudiciorum tuorũ à ſeculo domine, & cõſnlatus ſum. Horror obtinuit me ab impĳs, qui dereliquerũt legem tuã. Carmina erant mihi pręcepta tua, in domo peregrinationis meæ. Recordatus ſum in nocte nominis tui domine, & cuſtodiui legem tuã. Hoc factus eſt mihi, quia præcepta tua cuſtodiui. Pars mea dominus, dixi, vt cuſtodiam verbum tuum. Deprecatus ſum vultum tuum in toto corde, miſerere mei ſecũdum eloquium tuum. Recogitaui vias meas, & conuerti pedes meos ad teſtimonia tua. Feſtinaui, nnn neglexi cuſtodire mandata tua. Funes impiorum implicauerunt me, legẽ tuam non ſum oblitus. Media nocte ſurgebam ad cõfitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mãdata tua. Et poſt paucos verſus, Ego autem in toto corde, ſeruabam pręcepta tua. Incraſſatum eſt velut adeps cor meũ, & ego in lege tua meditabar. Bonum mihi quia afflict⁹ ſum, vt diſcerem præcepta tua. Melior mihi eſt lex oris tui, ſuper milia auri & argenti. Et poſt paucos verſus, Quia lex tua meditatio mea eſt. Et poſt paululum, Ego autem loquar in præceptis tuis. Et poſt paululum, Præ-

cepta

G cepta tua non ſum oblitus. Et pòſt ſecundus verſus, Fo-
derunt mihi ſuperbi foueas quæ non erant iuxta legem
tuam. Et pòſt ſecũdus verſus, Paulominus conſumpſe-
runt me in terra, ego autem non dimiſi præcepta tua.
Et pòſt quint⁹ verſus, Niſi quòd lex tua delectatio mea,
forte periſſem in preſſura mea. In ſempiternum nõ ob-
liuiſcar præceptorum tuorum, quia per ipſa viuificaſti
me. Tuus ego ſum, ſalua me, quoniã præcepta tua quæ-
ſiui. Me expectauerunt impij vt perderent me, teſtimo-
nium tuum conſiderabo. Omni conſummationi vidi
finem, latum mandatum tuum nimis. Quàm dilexi le-
gem tuã, tota die meditatio mea. Et paulo poſt, Ab om-
ni ſemita mala prohibui pedes meos, vt cuſtodiam ver
ba tua. A iudicus tuis nõ receſsi, quia tu illuminaſti me.
Quàm dulce gutturi meo eloquium tuũ, ſuper mel ori
meo. Præcepta tua conſiderabam, propterea odiui om-
nem ſemitam mendacij. Lucerna pedi meo verbũ tuũ,
& lux ſemitæ meæ. Et pòſt quartus verſus, Anima mea
in manu mea ſemper, & legis tuę non ſum oblitus. Po-
ſuerunt impij laqueum mihi, & à præceptis tuis nõ ab-
erraui. Hæreditas mea teſtimonia tua in ſempiternum,
H quia gaudium cordis mei ſunt. Inclinaui cor meum vt
facerem iuſtificationes tuas, propter æternam retribu-
tionem. Tumultuoſos odiui, & legem tuã dilexi. Pro-
tectio mea & ſcutum meum tu es, verbum tuum expe-
ctaui. Recedite à me maligni, & cuſtodiam mandata
dei mei. Et pòſt quartus verſus, Quaſi ſcoriam compu-
taſti omnes impios terræ, propterea dilexi teſtimonia
tua. Horripilauit à timore tuo caro mea, & iudicia tua
timui. Feci iudicium & iuſticiam, ne derelinquas me
iis qui calumniantur me. Et poſt paucos verſus, Prop-
terea dilexi mandata tua ſuper aurum & topazium.
Propterea in vniuerſa præcepta tua direxi, omnem ſe-
mitam mẽdacij odio habui. Mirabilia teſtimonia tua,
idcirco cuſtodiuit ea anima mea. Et pòſt ſecundus ver
ſus, Os meum aperui & reſpiraui, quia mandata tua de-
ſiderabam. Et alio loco, Conſumpſit me zelus meus,
quia obliti ſunt verborum tuorum hoſtes mei. Proba-
tus ſermo tuus nimis, & ſeruus tuus dilexit illum. Par-
uulus ego ſum & contemptibilis, ſed præcepta tua non
ſum oblitus. Et pòſt tertius verſus, Mandata tua volun-
tas mea. Et paulo poſt, Vide afflictionem meam, & eri-
I pe me, quia legis tuæ non ſum oblitus. Et pòſt quartus
verſus, Multi qui perſequuntur me & affligunt me, à te-
ſtimoniis tuis non declinaui. Vidi præuaricantes tuos
& mœrebam, quia verbum tuum non cuſtodierũt. Vi-
de quoniam præcepta tua dilexi domine, iuxta miſeri-
cordiam tuam viuifica me. Et pòſt tertius verſus, Gau-
dens ego ſum in eloquio tuo, ſicut qui inuenit ſpolia
multa. Mẽdacium odio habui & deteſtatus ſum, legem
autem tuam dilexi. Septies in die laudaui te ſuper iudi-
ciis iuſtitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam, &
non eſt illis ſcãdalum. Expectabam ſalutare tuum do-
mine, & mandata tua feci. Cuſtodiuit anima mea te-
ſtimonia tua, & dilexit ea nimis. Cuſtodiui præcepta
tua & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpe-
ctu tuo. Et pòſt quintus verſus, Sit manus tua auxilia-
trix mea, quia præcepta tua elegi. Deſideraui ſalutare
tuum domine, & lex tua meditatio mea eſt. Et pòſt ſe-
cundus verſus, Erraui quaſi ouis perdita, quære ſeruum,
quia mandatorum tuorum nõ ſum oblitus. De Pſal-
mo 119. Ego pacifica loquebar, & illi debellabant ea.

De pſalmo 121. Rogate pacem Hieruſalem, ſit bene
iis qui diligunt eam. Et pòſt ſecundus verſus, Propter
fratres meos & proximos meos loquebar pacem tibi.
Própter domum domini dei noſtri, quęram bona tibi. K

De pſalmo 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habi-
tas in cœlis. Ecce ſicut oculi ſeruorũ ad manus domi-
norum ſuorum. Sicut oculi ancillæ ad manũ dominæ
ſuæ, ſic oculi noſtri ad dominum deum noſtrũ donec
miſereatur noſtri. De pſalmo 124. Qui confidunt in
domino quaſi mõs Sion, immobilis in æternum inha-
bitabilis Hieruſalem. De pſalmo 127. Beati omnes
qui timent dominum, qui ambulant in viis eius. De
pſalmo 129. Suſtinui dominum, ſuſtinuit anima mea, &
verbum eius expectaui. De pſalmo 130. Domine non
eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, &
non ambulaui in magnis & in mirabilibus ſuper me. Si
non propoſui & ſilere feci animam meã, ſicut ablacta-
tus ad matrem ſuã, ita ablactata ad me anima mea: ex-
pecta Iſraël dominum à modo & vſque in æternum.

De pſalmo 132. Ecce quàm bonum eſt & quàm deco
rum habitare fratres in vnũ. De pſalmo 133. Ecce be-
nedicite dominum omnes ſerui domini: Qui ſtatis in
domo domini, in atriis domus dei noſtri. In noctibus
leuate manus veſtras in ſancta, & benedicite domino.

De pſalmo 134. Laudate nomen domini, laudate ſer- L
ui dominum: Qui ſtatis in domo domini, in atriis do-
mus dei noſtri. Laudate dominũ, quoniã bonus domi-
nus, cantate nomini eius, quoniã decens. Et poſt pauca,
Idola gentium argẽtum & aurũ, opera manuum homi-
num: Os habent & nõ loquentur, oculos habent & nõ
videbunt, &c. Et paulo poſt, Similes illis fiant qui faciũt
ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Iſraël benedi
cite dominum, domus Aaron benedicite dominũ, ti-
mentes dominum benedicite domino. De pſalmo
135. Confitemini domino quoniã bonus, quoniam in
ęternũ miſericordia eius. Confitemini deo deorũ, quo-
niam in ætèrnũ miſericordia eius. Cõfitemini domino
dominorum, quoniã in æternum miſericordia eius. Et
in fine pſalmi, Confitemini deo cœli, quoniã in æternũ
miſericordia eius. De pſalmo 136. Si oblitus fuero tui
Hieruſalẽ, in obliuione ſit dextera mea. Adhæreat lin-
gua mea gutturi meo, ſi non recordatus fuero tui Hie-
ruſalẽ. Si non præpoſuero Hieruſalẽ in principio læti-
ciæ meæ. De pſal. 138. Nõne odiẽtes te domine odi-
ui, & contra aduerſarios tuos diſtabui? Perfecto odio
oderã illos, inimici facti ſunt mihi. De pſalmo 139. M
Ne des domine deſideria impiis, ſcelera eius ne effun-
dantur & eleuentur. Et pòſt tertius verſus, Vir linguo-
ſus non dirigetur in terra. De pſal. 140. Corripiet me
iuſtus in miſericordia & arguet me, oleum amaritudi-
nis nõ impinguet caput meum. Et pòſt quartus verſus,
Quoniã ad te domine oculi mei, in te ſperaui, ne eua-
cues animã meam. De pſalmo 141. Voce mea ad do-
minum clamaui, voce mea ad dominũ deprecat⁹ ſum.
Effundã in cõſpectu eius eloquium meũ, tribulationem
meam corã illo annũciabo. Et pòſt quartus verſus, Cla-
maui ad te domine, dixi tu es ſpes mea, pars mea in ter-
ra viuentiũ. De pſalmo 142. Meditabar in omnia o-
pera tua, facta manuum tuarum loquebar. Expandi ma-
nus meas ad te, anima mea quaſi terra ſitiẽs ad te. Et pòſt
tertius verſus, Fac me audire mane miſericordiã tuam,
quoniã in te confido. Notam fac mihi viam in qua am
bulo, quoniam ad te leuaui animam meam. Libera me
de inimicis domine, à te protectus ſum. De pſalmo
143. Libera me & erue me de manu filiorum alienorũ:
quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum
dextera mendacij: Vt ſint filij mei quaſi plantatio cre-
ſcens in adoleſcentia ſua. Filiæ noſtræ quaſi anguli or-
nati ad

A nati ad ſimilitudinem templi. Promptuaria noſtra plena,& ſupereffundētia ex hoc in illud. Pecora noſtra in milibus,& innumerabilia in compitis noſtris, tauri noſtri pingues. Non eſt interruptio, & nō eſt egreſſus, & non eſt vlulatus in plateis noſtris. Beatus populus cuius talia ſunt, beatus populus cuius donunus deus eius.

De pſal. 144. Exaltabo te domine deus meꝰ, rex meꝰ, & benedicam nomini tuo in æternum & vltra. In omni die benedicam tibi,& laudabo nomen tuum in ſempiternū iugiter. Et poſt, ſecundus verſus, Generatio ad generationē laudauerūt opera tua, & fortitudines tuas annunciabūt. Decorē gloriæ magnitudinis tuę,& verba mirabilium tuorum loquar. Et fortitudinem horribilium tuorum loquentur,& magnitudines tuas narrabo. Memoriam multæ bonitatis tuæ loquētur, & iuſticias tuas laudabūt. Et pòſt tertius verſus, Et ſancti tui benedicunt tibi. Gloriam regni tui dicent,& fortitudines tuas loquentur. Vt oſtendāt filiis hominum fortitudines eius, & gloriam decoris regni eius. Et paulo poſt, Iuxta eſt dominus omnibus qui inuocāt eum in veritate. Placitum enim timentiū ſe faciet, & clamorem eorū audiet & ſaluabit eos. Cuſtodit dominus omnes diligentes
B ſe, & vniuerſos impios conteret, Laudem domini loquetur os meū,& benedicit omnis caro nomini ſancto eius in æternum & iugiter. De pſalmo 145. Lauda anima mea dominū, laudabo deum in vita mea, pſallā deo meo quandiu ſum. Nolite confidere in principibus, in filio hominis, cui nō eſt ſalus. Et pòſt ſecundus verſus, Beatus cuius deus Iacob auxiliator eius, ſpes eius in domino deo ſuo. De pſalmo 146. Laudate dominū quoniam bonus eſt, canticū deo noſtro quoniā decorū eſt, pulchra laudatio. Et poſt paucos verſus, Suſcipiens manſuetos dominus, humiliās impios vſq; ad terram. Cantate domino in confeſsione, cantate domino noſtro. Et pòſt quartus verſus, Non eſt in fortitudine equi volūtas eius, neq; in tibiis viri placebitur ei. Placebitur domino in iis qui timent eum, & expectant miſericordiam eius. De pſalmo 148. Reges terræ & omnes populi, principes & vniuerſi iudices terræ, Iuuenes & virgines, ſenes cum pueris laudent nomen domini.

De pſalmo 149. Cātate domino canticum nouū, laus eius in congregatione ſanctorum. Lætetur Iſraël in factore ſuo, filij Sion exultent in rege ſuo. Et pòſt tertius verſus, Exultauit manſuetos in Ieſu, exultabunt ſancti in
C gloria, laudabūt in cubilibꝰ ſuis, exultationes dei in gutture eorum. De pſalmo 150. Laudate dominū in ſanctis eius, laudate eū in fortitudine potētiæ eius. Laudate eū in fortitudinibus eius, laudate eum iuxta multitudinem magnificentiæ ſuæ. Et in fine pſalmi, Omne quod ſpirat laudet dominum. Hæc de libro Pſalmorū collegimus, in quibus quiſq; vitam ſi proficere affectat, inſpiciat: vbi lectorem admonemus, vt ea quæ de pſalmis poſui, tanquam vnū pſalmum contexrim legat, tacitis verbis meis quæ ad hoc interpoſui, vt ſi voluerit, inſpiciat vbi ſit ſcriptū quod poſui, id eſt, quoto vel in quo loco eiuſdē pſalmi. His enim prætermiſsis qui lectione cōtinuata inſpexerit ſola verba pſalmorum, multo iucundius,& ob hoc vtilius ex diuinis afficietur eloquiis.

Nunc de libris Salomonis quæ videbūtur huic operi neceſſaria, colligemus: Ac primū de Prouerbiis, qui liber ſi bene intelligatur, ad mores pios informandos penè totus valebit: Sed ea quæ obſcura ſunt, prætermitto, habeant ea quibus exerceantur lectores dilectoresq; ſpiritaliū literarū: Nos in hoc opere ſtatuimus illa ponere quæ ad agendam vitā facile intellectu referātur. Quā-

tis multis videri poſsim apertiſsima prætermiſiſſe, nō- D
nullaq; hinc potius clauſa ſunt vnde putātur eſſe perſpicua. Quid eni tā clarū videtur, & quid tam inepte ſit, ſi ad proprietatē velis accipere, quod ibi ſcriptū eſt, Ab aqua aliena abſtine te,& de fonte alieno ne biberis? *Prouer. 9.* Aut quid valet ad mores corrigēdos, niſi illic intellectus altior requiraſ, quod dictū eſt, Paupertas virū humiliat, *Prouer. 10.* manus autē fortiū locupletat? Cū & nō eſſe pauperē, & eſſe manibus fortē, nō ſit in bonorū hominū poteſtate, ſed & multis prouenerit peſsimis,& hoc prouerbiū male itellectū, poſsit prouocare pauperes fortes, vt rapinis ſe exiſtiment debere diteſcere. Quis nō autem rideat ſi proprie poſitū putauerit quod ibi legitur: Nō enim naſcūtur filij malignis? Omnia ergo talia relinquemus, & ea quibus ſuadetur aliquid aliquāto diutius, cū id quod ſuadetur atq; pręcipitur non ſit obſcurū,& id potius ſit ponendū in hoc ſpeculo vbi ſe illi inſpiciāt, quibus iā perſuaſum eſt, bene ac laudabiliter viuere, ſed vt hoc faciāt quæ ſibi optāda atq; obſeruāda ſunt, quærant. Hæc itaque de Prouerbiis Salomonis ponenda credimus.

TImor domini principium ſcientiæ. Sapientiā E
atq; doctrinam ſtulti deſpiciunt. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legē matris tuæ. *Prouer. 1.* Et poſt vndecim verſus, cū de homicidiis loqueretur, Ipſi, inquit, contra ſanguinē ſuū inſidiantur,& moliūtur fraudes cōtra animas ſuas. Sic ſemitæ omnis auari animas poſsidentium rapiūt. Itē poſt tres verſꝰ, Vſq; quo paruuli diligitis infantiā,& ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupiūt,& imprudentes odiūt ſcientiam? Et poſt octo verſus, Tunc inuocabunt me,& non exaudiam, mane conſurgent, & non inuenient me, eo quòd exoſam habuerint diſciplinā, & timorē domini nō ſuſceperint, nec acquieuerint cōſilio meo, & detraxerint vniuerſæ correptioni meæ. Comedent igitur fructus viæ ſuæ, ſuiſq; conſiliis ſaturabūtur. Auerſio paruulorū interficiet eos,& proſperitas ſtultorū perdet illos. Qui autem me audierit, abſq; terrore requieſcet,& abūdantia perfruetur, malorum timore ſublato. Et poſt tres verſus, Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris *Prouer. 2.* cor tuū prudētiæ: ſi quæſieris eam quaſi pecuniam,& ſicut theſauros effoderis illam: tūc intelliges timorē domini & ſcienriam dei inuenies: quia dominus dat ſapiētiam,& ex ore eius ſcientia & prudentia. Cuſtodiet rectorum ſalutem,& proteget gradientes ſimpliciter, ſer- F
uans ſemitas iuſticiæ,& vias ſanctorū cuſtodiens. Tūc intelliges iuſticiam & iudiciū & æquitatem,& omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor tuū,& ſciētia animæ tuæ placuerit, conſiliū cuſtodiet te,& prudētia ſeruabit te, vt eruaris de via mala & ab homine qui peruerſa loquitur. Qui derelinquūt iter rectū, & ambulant per vias tenebroſas: Qui lætantur cū malefecerint, & exultant in rebus peſsimis. Quorum viæ peruerſæ,& infames greſſus eorum. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones ſuos,& reliquit ducē pubertatis ſuę & pacti dei ſui oblita eſt. Et poſt octo verſus, Miſericordia & veritas non te deſerant: Circunda *Prouer. 3.* eas gutturi tuo,& deſcribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & diſciplinam bonam corā deo & hominibus. Habe fiduciā in domino ex toto corde tuo,& ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum,& ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud temetipſum. Time dominū,& recede à malo. Et poſt vnū verſum, Honora dominū de tua ſubſtātia, & de primi- *Ibidem.* tiis omniū frugum tuarū. Et poſt duos verſus, Diſcipli *Ibidem.*

Ex Prouerbiis, ad filiū Salomō de obſeruādis patris præceptis, quaque ſint ea.

Ibidem.

Prouer. 1.

G nam domini fili mi ne abiicias, ne deficias cum ab eo
corriperis. Quē enim diligit dominus, corripit, & qua-
ſi pater in filio complacet tibi. Beat° homo qui inuenit
ſapientiam, & qui affluit prudentia. Melior eſt acqui-
ſitio eius negociatione argēti, & auro primo fruct° ei°:
Precioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſideran-
tur, huic non valent comparari. Et poſt ſex verſus, Fili
mi, ne effluant hæc ab oculis tuis, Cuſtodi legem atque
Prouer. 3. conſilium. Et poſt ſex verſus, Noli prohibere beneface-
re eum qui poteſt: ſi vales & ipſe benefac. Ne dicas ami
co tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim
poſsis dare. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in
te habeat fiduciam. Ne contēdas aduerſus hominē fru-
ſtra. Et poſt ſeptem verſus, Illuſores ipſe deducet, & mā
Prouer. 4. ſuetis dabit gratiā. Et poſt vigintiquatuor verſus, Om-
ni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ab ipſo vita procedit.
Remoue à te os prauū, & detrahētia labia ſint procul à
te. Oculi tui recte videāt, & palpebræ tuę præcedāt greſ
ſus tuos. Dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes vię tuę
ſtabilientur. Ne declines in dexteram aut in ſiniſtram.
Prouer. 5. Auerte pedem tuū à malo. Vias enim quæ à dextris ſunt
nouit dominus, peruerſæ vero ſunt quæ à ſiniſtris ſunt.
H Ipſe autem rectos facit curſus tuos, itinera autem tua in
pace producet. Fili mi attende ſapientiā meam, & pru-
dētiæ meę inclina aurem tuam, vt cuſtodias cogitatio-
nes, & diſciplinam labia tua conſeruēt. Fauus enim ſtil
lans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, Nouiſ
ſima autem illius amara quaſi abſinthium, & acuta qua-
ſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem, &
ad inferos greſſus illius penetrāt. Et poſt plures verſus,
Non cōcupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne ca-
Prouer. 6. piaris nutibus illius. Precium enim ſcorti, vix vnius eſt
panis, mulier autem viri precioſam animam capit. Nū-
quid abſcondere poteſt homo ignem in ſinu ſuo, vt ve
ſtimenta illius non ardeāt, aut ambulare ſuper prunas,
vt non comburantur plantę eius? Sic qui ingreditur ad
mulierem proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit
eam. Non grandis eſt culpa cum quis furatus fuerit, Fu
ratur enim vt eſurientem impleat animam: Deprehen-
ſus quoq; reddet ſeptuplum, & omnē ſubſtantiam do-
mus ſuæ tradet. Qui autem adulter eſt, propter cordis
inopiam perdet animam ſuam. Et pòſt quartus verſus,
Prouer. 7. Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea recon
de tibi. Serua mandata mea & viue, & legem meā quaſi
I pupillā oculi tui. Et poſt aliquot verſus, Intelligite par-
Prouer. 8. uuli aſtutiam, & inſipientes animaduertite. Et poſt, ſe-
cundus verſus, Veritatem meditabitur guttur meum, &
labia mea non atteſtantur impium. Et poſt, tertius ver-
ſus. Accipite diſciplinam meam & non pecuniam, do-
ctrinam magis quàm aurum diligite. Melior eſt enim
ſapientia cūctis precioſiſsimis, & omne deſiderabile ei
non poteſt comparari. Et poſt, ſecundus verſus. Timor
Ibidem. domini odit malū, arrogantiam & ſuperbiam & viam
prauā & os bilingue deteſtatur. Et poſt, quartus verſus.
Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilant ad me,
inuenīet me. Mecum ſunt diuitiæ & gloria, opes ſuper-
bæ & iuſticia. Melior eſt fructus meus auro & precioſo
lapide, & genimina mea argento electo. In viis iuſticiæ
ambulo, in medio ſemitarum iudicij, vt ditem diligen
tes me, & theſauros eorum repleam. Et poſt aliquos ver
Ibidem. ſus, Beat° homo qui audit me, qui vigilat ad fores meas
quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inue-
nerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutē à domino: Qui
autem in me peccauerit, lædit animam ſuā. Omnes qui
me oderunt, diligunt mortem. Et poſt nouem verſus,
Relinquite infantiā & viuite, & ambulate per vias pru- K
dētiæ. Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit iniuriam: & Prouer. 9.
qui arguit impium, generat maculam ſibi. Noli arguere
deriſorem, ne oderit te: Argue ſapientem, & diliget te.
Da ſapienti, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtum, & fe-
ſtinabit accipere. Principium ſapientiæ timor domini,
& ſcientia ſanctorum, prudētia. Et poſt decem & octo
verſus, Non proderūt theſauri iniquitatis, iuſticia vero Prouer. 10.
liberabit à morte. Et poſt, quartus verſus, Qui cōgregat
in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius
confuſionis. Et poſt, tertius verſus, Sapiens corde præ-
cepta ſuſcipiet, ſtultus cæditur labiis. Qui ambulat ſim-
pliciter, ambulat confidēter: Qui autem deprauat vias
ſuas, manifeſtus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorem.
Stultus labiis verberabitur. Vena vitæ, os iuſti: & os im-
piorum operiet iniquitatem. Odiū ſuſcitat rixas, & vni-
uerſa delicta operit charitas. In labio ſapientis inuenie-
tur ſapiētia, & virga in dorſo ei° qui indiget corde. Sa-
pientes abſcondunt ſapientiam, os autem ſtulti confu-
ſioni proximum eſt. Et poſt, tertius verſus, Via vitæ cu- Ibidem.
ſtodienti diſciplinam, qui autem increpationes relin-
quit, errat. Abſcondūt odium labia mendacia. Qui pro-
fert contumeliam, inſipiens eſt. In multiloquio menda L
cium non deerit: qui autē moderatur labia ſua, pruden-
tiſsimus eſt. Argentum electum lingua iuſti, cor impio-
rum pro nihilo. Labia iuſti erudiunt plurimos, qui autē
indocti ſunt, in cordis egeſtate moriuntur. Benedictio
domini diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio. Quaſi
per riſum ſtultus operatur ſcelus, ſapiētia autem eſt vi-
ro prudētia. Quod timet impius, veniet ſuper eum, de-
ſiderium ſuū iuſtis dabitur. Et pòſt ſecundus verſus, Si-
cut acetū dentibus, & fumus oculis: ſic piger iis qui mi- Ibidem.
ſerunt eū. Timor domini apponet dies, & anni impio-
rum breuiabuntur. Expectatio iuſtorum, lætitia: ſpes au
tem impiorum peribit. Fortitudo ſimplicis via domi-
ni, & pauor iis qui operātur malum. Iuſtus in æternum
non commouebitur, impij autem nō habitabūt in ter-
ra. Os iuſti parturiet ſapientiam, lingua prauorum peri- Prouer. 11.
bit. Labia iuſti conſiderāt placita, & os impiorum per-
uerſa. Statera doloſa, abominatio apud deum, & pōdus
æquum, voluntas eius. Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & cō
tumelia: vbi autem humilitas, ibi & ſapientia. Simplici-
tas iuſtorum diriget eos, & ſupplātatio peruerſorū per-
det illos. Nō proderunt diuitiæ in die vltionis, iuſticia M
autem liberabit à morte. Iuſticia ſimplicis diriget viam
eius, & in impietate ſua corruet impius. Iuſticia rectorū
liberabit eos, & in inſidiis ſuis capientur iniqui. Mor-
tuo homine impio, nulla erit vltra ſpes, & expectatio
ſolicitorum peribit. Et poſt quinque verſus, Qui deſpi- Ibidem.
cit amicum ſuum, indigens corde eſt, vir autē prudens
tacebit. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui
autem fidelis eſt animi, celat commiſſum. Vbi non eſt
gubernator, populus corruet, Salus autem vbi multa cō
ſilia. Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo: qui
autem cauet laqueos, ſecurus erit. Et poſt duos verſus,
Benefacit animæ ſuæ vir miſericors, qui autem crude- Ibidem.
lis eſt & propinquus, abiicit. Et poſt tres verſus, Abo-
minabile domino prauum cor, & voluntas eius in iis
qui ſimpliciter ambulant. Manus in manu, non erit in-
nocens malus, ſemē autem iuſtorum ſaluabitur. Et poſt
duos verſus, Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt,
præſtolatio impiorum furor. Alij diuidunt propria,
& ditiores fiunt: Alij rapiunt non ſua, & ſemper in e-
geſtate ſunt. Anima quæ benedicit, impinguabitur: &
qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Qui abſcon-
dit fru-

A dit frumenta,maledictus in populis: benedictio autem
ſuper caput vendentium. Bene conſurget diluculo,qui
quærit bona:qui autem inueſtigator malorũ eſt, oppri-
metur ab eis.Qui cõfidit in diuitiis ſuis,hic corruet, iu-
ſti autem quaſi virens folium germinabũt. Et poſt tres
Prouer.11. verſus, Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius
& peccator?Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam:
Prouer.12. qui autẽ odit increpationes, inſipiẽs eſt.Qui bonus eſt,
hauriet à domino gratiam: qui autem confidit cogita-
tionibus ſuis,impie agit. Nõ roborabitur homo ex im-
pietate,& radix iuſtorum non commouebitur. Et poſt
aliquos verſus, Deſiderium impij, munimentũ eſt peſ-
ſimorum,radix autem iuſtorum proficiet. Propter pec-
cata labiorum,ruina proximat malo,effugiet autem iu-
ſtus de anguſtia. De fructu oris ſui vnuſquiſq; replebi-
tur bonis,& iuxta opera manuũ ſuarum retribuetur ei.
Via ſtulti,recta in oculis eius, qui autẽ ſapiens eſt audit
Ibidem. cõſilia.Et poſt tres verſus,Eſt qui promittit, & quaſi gla-
dio pũgitur conſciẽtiæ, lingua autẽ ſapientium ſanitas
eſt.Labium veritatis firmum erit in perpetuum, qui au-
tem teſtis eſt repentinus, cõcinnat linguam mendacẽ.
Dolus in corde cogitantium mala,qui autẽ ineunt pa-
B cis conſilia,ſequetur eos gaudium. Nõ contriſtabit iu-
ſtum quicquid ei acciderit,impij autẽ replebuntur ma-
lo.Abominatio domini,labia mendacia: qui autem fi-
deliter agunt,placent ei.Homo verſutus celat ſcientiã:
& cor inſipiẽtium prouocabit ſtulticiam. Et poſt duos
verſus,Mœror in corde viri humiliabit illud,& ſermo-
ne bono lætificabitur. Qui negligit damnum propter
amicum,iuſtus eſt: iter autem impiorum decipiet eos.
Non inueniet fraudulentus lucrum, & ſubſtãtia homi-
nis erit auri precium.Et in ſemita iuſticiæ vita: iter au-
tem deuium ducit ad mortem. Filius ſapiens, doctrina
patris:qui autem illuſor eſt,nõ audit cum arguetur. De
Prouer.13. fructu oris ſui homo ſaturabitur bonis,anima autẽ præ-
uaricatorum iniqua.Qui cuſtodit os ſuũ, cuſtodit ani-
mam ſuam:qui autem inconſideratus eſt ad loquendũ,
ſentiet mala. Vult & non vult piger:anima autem ope-
rantium impinguabitur. Verbum mendax iuſtus dete-
ſtabitur,impius autem confundit & confundetur.Iuſti-
cia cuſtodit innocentis viã,impietas vero peccata ſup-
plantat.Eſt quaſi diues,cũ nihil habeat,& eſt quaſi pau-
per cum in multis diuitiis ſit. Redemptio animæ viri,
diuitiæ ſuæ:qui autem pauper eſt, increpationem nõ ſu
C ſtinet,Lux iuſtorum lætificat,lucerna impiorum extin-
guetur.Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt,qui autẽ agũt
cuncta conſilio,reguntur ſapientia. Subſtãtia feſtinata
minuetur,quæ autem paulatim colligitur,manu multi-
plicabitur. Spes quæ differtur,affligit animam:lignũ vi-
tæ deſiderium veniẽs. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in
futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace
verſabitur. Lex ſapienti fons vitæ, vt declinet à ruina
mortis.Doctrina bona dabit gratiam:in itinere contẽ-
Ibidem. ptorum vorago.Et poſt aliquot verſus, Qui parcit vir-
gæ ſuæ,odit filium ſuum:qui autem diligit illum,inſtã-
ter erudit.Iuſtus comedit & replet animam ſuam, ven-
ter autem impiorum inſatiabilis. Et poſt duos verſus,
Prouer. 14. Ambulans recto itinere & timẽs deum, deſpicietur ab
eo qui infami graditur via.In ore ſtulti virga ſuperbiæ,
labia ſapientium cuſtodiunt eos. Et poſt ſecundus ver-
ſus, Teſtis fidelis non mentietur: profert mendaciũ te-
ſtis doloſus.Quærit deriſor ſapientiam & non inuenit:
doctrina ſapientium facilis.Vade contra virum ſtultũ,
& neſcito labia imprudentiæ.Sapientia callidi eſt intel
ligere viam ſuam,& imprudentia ſtultorũ errans.Stul-

tus illudet peccatũ: inter iuſtos morabitur gratia. Cor D
quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius
non miſcebitur extraneus. Domus impiorum delebi-
tur,tabernacula vero iuſtorum germinabũt.Eſt via quæ
videtur homini iuſta,nouiſsima autẽ eius deducunt ad
mortem.Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij lu
ctus occupat.Et poſt tres verſus, Sapiẽs timet & decli- *Ibidem.*
nat malum,ſtultus autem tranſilit & confidit. Impatiẽs
operabitur ſtulticiã,& vir verſutus odioſus eſt. Et poſt
quartus verſus. Qui deſpicit proximum ſuum, peccat: *Ibidem.*
qui autẽ miſeretur pauperis,beatus erit. Errant qui ope-
rantur malum:miſericordia & veritas præparãt bona.
In omni opere erit abundãtia, vbi autẽ verba ſunt plu-
rima, frequenter egeſtas. Et poſt tres verſus, In timore
domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit ſpes. Ti-
mor domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Et
poſt duos verſus,Qui patiens eſt,multa gubernatur pru
dentia: qui autem impatiẽs eſt,exaltat ſtulticiam ſuam.
Vita carnium ſãnitas cordis, putredo oſsium inuidia.
Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: ho-
norat autẽ eum qui miſeretur pauperis. Et poſt aliquos
verſus,Reſponſio mollis frangit iram:ſermo durus ſu- *Prouer. 15.*
ſcitat furorem. Lingua ſapientium ornat ſcientiam, os *Ibidem.*
fatuorũ ebullit ſtulticiam. Et poſt aliquot verſus,Non E
amat peſtilens eum qui ſe corripit,nec ad ſapientes gra
ditur.Et poſt quartum verſum, Melius eſt parum cum
timore domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.
Melius eſt vocari ad olera cũ charitate, quàm ad vitu-
lum ſaginatum cum odio. Vir iracundus prouocat ri-
xas:qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. Iter pigrorũ quaſi
ſepes ſpinarum,via iuſtorum abſque offendiculo. Filius
ſapiens lætificat patrem, & ſtultus homo deſpicit ma-
trem ſuam.Et poſt duos verſus,Diſsipantur cogitatio- *Ibidem.*
nes vbi non eſt conſilium, Vbi vero plures ſunt conſi-
liarij, confirmantur. Lætatur homo in ſententia oris
ſui,& ſermo opportunus eſt optimus. Semita vitæ ſuper
eruditũ, vt declinet de inferno nouiſsimo. Et poſt tres
verſus,Conturbat domum ſuam qui ſectatur auariciã:
qui autem odit munera, viuet. Mens iuſti meditabitur
obedientiam,os impiorum redundat malis. Longe eſt
dominus ab impiis,& orationes iuſtorũ exaudiet. Lux
oculorum lætificat animam,fama bona impinguat oſ-
ſa.Auris quæ audit increpationes vitæ: in medio ſapiẽ-
tium commorabitur, Qui abiicit diſciplinam,deſpicit
animam ſuam:qui autẽ acquieſcit increpationibus, poſ F
ſeſſor eſt cordis. Timor domini, diſciplina ſapientiæ:
& gloriam præcedit humilitas. Hominis eſt animum
præparare,& dei gubernare linguã. Omnes viæ homi- *Prouer.16.*
num patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt do-
minus.Reuela domino opera tua,& dirigentur cogita-
tiones tuæ. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt
dominus,impium quoque ad diem malum. Abomina-
tio domini omnis arrogans, etiam ſi manu ad manum
fuerit, nõ erit innocens. Miſericordia & veritate redi-
mitur iniquitas,& in timore domini declinatur à ma-
lo.Cũ placuerint domino viæ hominis, inimicos quo-
que eius cõuertet ad pacem. Melius eſt parũ cum iuſti-
cia,quàm multi fructus cũ iniquitate. Cor hominis diſ
ponit viam ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus eius,
Diuinatio in labiis regis,in iudicio non errabit os eius.
Põdus & ſtatera iudicia domini ſunt, & opera eius om-
nẽs lapides ſeculi. Abominabiles regi qui agunt impie
quoniam iuſticia firmatur ſoliũ. Voluntas regum labia,
iuſta,qui recta loquitur diriget. Indignatio regis nũcij
mortis,& vir ſapiens placabit eam. In hilaritate vultus

G regis,vita & clemētia eius. Quaſi imber ſerotinus, poſ-
ſide ſapientiam,quia auro melior eſt:& acquire prudē-
tiam,quia precioſior eſt argento. Semita iuſtorum de-
clinat mala, cuſtos animæ ſuæ ſeruat viam ſuam. Con-
tritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur
ſpiritus. Melius eſt humiliari cum mitibus, quàm diui-
dere ſpolia cum ſuperbis. Eruditus in verbo reperiet bo
na:& qui in domino ſperat,beatus eſt. Qui ſapiēs cor-
de eſt appellabitur pruēds, & qui dulcis eloquio, maio
Prouer. 16. ra percipiet. Et poſt aliquot verſus, Melior eſt paņēs vi-
ro forti,& qui dominatur animæ ſuæ,expugnatore vr-
bium. Sortes mittuntur in ſinum,ſed à domino tempe-
rantur. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm do
Prouer. 17. mus plena victimis cum iurgio. Seruus ſapiēs domina-
bitur filiis ſtultis, & inter fratres hæreditatem diuidet.
Sicut igne probatur argentū & aurum caminō,ita cor-
da probat dominus. Malus obedit linguę iniquæ,& fal
lax obtemperat labiis mendacibus. Qui deſpicit paupe
rem,exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alteri⁹,
non erit impunitus. Corona ſenum filij filiorū, & glo-
ria filiorum patres ſui. Non decent ſtultum verba cōpo
ſita,nec principem labium mentiens. Gemma gratiſsi-
H ma expectatio præſtolantis,quocunq; ſe verterit,prudē
ter intelliget. Qui celat delictum,quærit amicicias: qui
altero ſermone repetit,ſeparat fœderatos. Plus proficit
correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud
ſtultum. Semper iurgia quærit malus, angelus autē cru-
delis mittetur contra eum. Expedit magis vrſæ occur-
rere raptis fœtibus,quàm fatuo confidenti ſibi in ſtulti-
cia ſua. Qui reddit mala pro bonis, nō recedet malum
de domo eius. Qui dimittit aquam,caput eſt iurgiorū:
& antequam patiatur contumeliā, iudicium deſerit. Et
qui iuſtificat impium, & qui condēnat iuſtum, abomi-
nabilis eſt vterq; apud deū. Et poſt aliquot verſus, Mu-
nera de ſinu impi⁹ accipit, vt peruertat ſemitas iudicij.
Ibidem. In facie prudentis lucet ſapientia, oculi ſtultorum in fi-
nibus terræ. Et poſt tres verſus, Qui moderatur ſermo-
nes ſuos, doctus & prudens eſt, & precioſi ſpiritus vir
Prouer. 18. eruditus. Et poſt duos verſus, Occaſiōes quęrit qui vult
recedere ab amico, omni tēpore erit exprobrabilis. Et
poſt quatuor verſus, Accipere perſonam impij non eſt
bonū,vt declines à veritate iudicij. Et poſt quatuor ver
ſus, Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt
Ibidem. ſua opera diſsipantis. Turris fortiſsima nomē domini,
I ad ipſam currit iuſt⁹ & exaltabitur. Et poſt duos verſus,
Antequam conteratur exaltatur cor hominis, & ante-
quam glorificetur humiliatur. Et poſt quinq; verſus,Iu
Ibidem. ſtus eſt prior accuſator ſui,venit amicus eius & inueſti-
gabit eū. Contradictiones comprimit ſors, & inter po
tētes quoq; diiudicat. Frater qui adiuuatur à fratre,qua-
ſi ciuitas firma,& iudicia quaſi vectes vrbium. Et poſt
Ibidem. duos verſus, Mors & vita in manu linguæ: Qui diligūt
eam,comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bo-
nam,inuenit bonum: & hauriet iocunditatem à domi-
no. Qui expellit mulierem bonam,expellit bonum, qui
autem tenet adulteram,ſtultus eſt & inſipiēs. Cum ob-
ſecrationibus loquitur pauper,& diues effabitur rigide.
Vir amicabilis ad ſocietatem, magis amicus erit quàm
Prouer. 19. frater. Melior eſt pauper qui āmbulat in ſimplicitate ſua,
quàm torquens labia inſipiens. Vbi non eſt ſcientia ani
mæ,nō eſt bonum,& qui feſtinus eſt pedibus, offendit.
Stulticia hominis ſupplantat greſſus eius, & cōtra deū
feruet animo ſuo. Diuitiæ addunt amicos plurimos, à
paupere autem & ij quos habuit ſeparātur. Teſtis falſus
non erit impunitus,& qui mendacia loquitur,non effu
giet. Multi colūt perſonam potentis, & amici ſunt do- K
na tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum,
inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. Qui tantum
verba ſectatur,nihil habebit, qui autē poſſeſſor eſt men
tis,diligit animam ſuam. Et poſt nouem verſus, Pigre- Ibidem.
do immittit ſoporē,& anima diſſoluta eſuriet. Qui cu-
ſtodit mandatū,cuſtodit animam ſuam, qui autem ne-
gligit vias ſuas,mortificabitur. Fœneratur domino qui
miſeretur pauperis, & viciſsitudinem ſuam reddet ei.
Erudi filium tuum ne deſperes. Et poſt ſex verſus, Ho-
mo indigens miſericors eſt,& melior pauper quàm vir
mendax. Timor domini ad vitam,& in plenitudine cō
morabitur abſq; viſitatione peſsimi. Et poſt duos verſ⁹,
Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit: ſin autē cor-
ripueris ſapientem, intelliget diſciplinam. Qui affligit
patrem & fugit matrem, ignominioſus eſt & infœlix.
Nō ceſſes fili audire doctrinam, nec ignores ſermones
ſcientiæ. Teſtis iniquus deridet iudicium, & os impio-
rum deuorat iniquitatem. Parata ſunt deriſoribus iudi
cia,& mallei percutientes ſtultorum corporibus. Luxu- Prouer. 20.
rioſa res vinum,& tumultuoſa ebrietas. Quicūq; in his
delectatur,non erit ſapiens. Et poſt aliquos verſus,Pon Ibidem.
dus & pondus,menſura & menſura, vtrunq; abomina- L
bile eſt apud deū. Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer,ſi mū-
da & ſi recta ſint opera ei⁹. Et poſt duos verſus, Noli di-
ligere ſomnū ne te egeſtas opprimat. Aperi oculos tuos
& ſaturare panib⁹. Et poſt decimumſeptimum verſum,
Abominatio eſt apud deum pondus & pondus, ſtatera Ibidem.
doloſa non eſt bona. Et poſt vigintiquinq; verſus, Qui Prouer. 21.
obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe cla
mabit & non exaudietur. Munus abſconditum extin-
guit iras,& donū in ſinu indignationem maximā. Gau
dium iuſto eſt facere iudiciū, & pauor operantibus ini-
quitatē. Vir qui errauerit à via doctrinę,in cœtu gigan-
tium reputabitur. Et poſt nouē verſus, Qui cuſtodit os Ibidem.
ſuū & linguam,cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam. Su
perbus & arrogās vocatur indoctus,qui in ira operatur
ſuperbiam. Deſideria occidunt pigrum,noluerūt enim
quicquam manus eius operari. Tota die concupiſcit &
deſiderat,qui autem iuſtus eſt tribuet,& nō ceſſabit. Ho
ſtiæ impiorum abominabiles, quia offerūtur ex ſcelere.
Teſtis mendax peribit,vir bene dicens,loquitur victo-
riam. Et poſt quatuor verſus, Melius eſt nomē bonum, Prouer. 22.
quàm diuitiæ multæ. Et poſt aliquos verſus, Qui pron⁹ Ibidem.
eſt ad miſericordiam benedicetur:de panib⁹ enim ſuis M
dedit pauperi. Eiice deriſorem,& exibit cum eo iurgiū,
ceſſabuntq; cauſæ & contumeliæ. Et poſt quatuor ver-
ſus. Dicit piger,leo foris,in medio platearum occiden-
dus eſt. Et poſt tres verſus, Qui calumniatur pauperem
vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori & egebit. Et
poſt aliquos verſus, Non facies violētiam pauperi,quia Ibidem.
pauper eſt,neque cōteras egenum in porta, quia domi-
nus iudicabit cauſam eius, & configet eos qui confixe-
runt animam eius. Noli eſſe amicus homini iracundo,
neque ambules cum viro furioſo: ne forte diſcas ſemi-
tas eius,& ſumas ſcandalum animæ tuæ. Noli eſſe cum
iis qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerūt pro
debitis. Et poſt aliquantum, noli ſubtrahere à puero Prouer. 23.
diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non mo-
rietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de in-
ferno liberabis. Et poſt aliquos verſus, Noli eſſe in con- Ibidem.
uiuiis potatorum, nec in comeſſationibus eorū qui car
nes ad veſcendum conferunt. Et poſt aliquos verſus,
Ne intuearis vinum quando flaueſcit, cum ſplenduerit Ibidem.
in vitro color eius, ingreditur blāde ſed in nouiſsimo
mordebit

A mordebit vt colnber, & ſicut regulns venena diffũdet.
Prouer.24. Et poſt aliquos verſus,Ne æmuleris,iquit, viros malos,
nec deſideres eſſe cum eis, quia rapinas meditatur mẽs
eorum,& fraudes labia eorum loquũtur . Item poſt ali-
Ibidem. quos verſus,Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui
trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.Si dixeris,vi-
res non ſuppetunt,qui inſpector eſt cordis, ipſe intelli-
git:& ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit , redderq; ho-
mini iuxta opera ſua.Item poſt aliquos verſus,Cum ce-
Ibidem. ciderit inimicus tuus ne gaudeas,& in ruina eius ne ex-
ultet cor tuum : ne forte videat dominus & diſpliceat
ei,& auferat ab eo iram ſuam.Nec contendas cum peſ-
ſimis,nec æmuleris impios.Et poſt duos verſus , Time
dominum fili mi & regẽ,& cũ detractoribus non com
miſcearis:Quoniam repẽte conſurget perditio eorum,
& ruinam vtriuſq; quis nouit:Hęc quoque ſapientibus,
Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum.Qui
dicit impio,iuſtus es,maledicẽt ei populi, & deteſtabũ-
tur eum tribus.Qui arguunt laudabũtur, & ſuper ipſos
veniet benedictio.Labia deoſculabitur, qui recta verba
Ibidem. reſpondet.Et poſt duos verſus,Ne ſis teſtis fruſtra con-
tra proximum tuũ,nec lactes quenquam labiis tuis.Nec
B dicas,quo modo fecit mihi ſic faciam ei,reddã vnicui-
que ſecundum opus ſuũ. Per agrum hominis pigri trãſ
iui,& per vineam viri ſtulti, Et ecce totum repleuerant
vrticæ,operuerãt ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria la-
pidum deſtructa erat,Quod cũ vidiſſem, poſui in cor-
de meo,& exemplo didici diſciplinam.Et poſt aliquos
Prouer. 25. verſus,Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio ci
to,ne poſtea emendare nõ poſsis cum dehoneſtaueris
amicum tuum:Cauſam tuam tracta cum amico tuo, &
ſecretum extraneo non reueles, ne forte inſultet tibi cũ
audierit,& exprobrare non ceſſet . Mala aurea in lectis
argenteis,qui loquitur verbum in tempore ſuo. Inauris
aurea & margarita fulgens,qui arguit ſapientem,& au-
Ibidem. rem obedientem.Et poſt aliquos verſus, Acetum in ni-
tro eſt qui cantat carmina cordi peſsimo , Si eſurierit
inimicus tuus,ciba illum:& ſi ſitierit, da ei aquam bibe-
re: Prunam enim congregabis ſuper caput eius, & do-
minus reddet tibi.Et poſt decem verſus,Sicut vrbs pa-
tens & abſq; murorum ambitu: ſic vir qui nõ poteſt lo-
quendo cohibere ſpiritum ſuũ.Et poſt duos verſus, Si-
cut auis ad alta tranſuolans, & paſſer quolibet vadens:
Prouer. 26. ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuper-
C ueniet : Flagellũ equo,& chamus aſino,& virga dorſo
imprudentium . Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtulticiam
ſuam,ne efficiaris ei ſimilis. Reſpõde ſtulto iuxta ſtulti-
ciam ſuam,ne ſibi ſapiens eſſe videatur . Et poſt decem
Ibidem. verſus,Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum,ſic
imprudẽs qui iterat ſtulticiam ſuam. Vidiſti hominem
ſapientem ſibi videri , magis illo ſpem habebit ſtultus.
Dicet piger,leo eſt in via, & leæna in itineribus . Sicut
oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.
Abſcondit piger manus ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad
os ſuum eas conuerterit.Sapiẽtior ſibi piger videtur ſe-
ptem viris loquentibus ſententias.Sicut qui apprehen-
dit auribus canem, ſic qui tranſit & impatiens commi-
ſcetur rixæ alterius.Sicut noxius eſt qui mittit lãceas &
ſagittas in mortem,ſic vir qui fraudulenter nocet ami-
co ſuo,& cum fuerit deprehenſus,dicit,ludens feci. Cũ
defecerint ligna,extinguitur ignis:& ſuſurrone ſubtra-
cto,iurgia conquieſcũt.Sicut carbones ad prunas,& li-
gna ad ignem,ſic homo iracũdus ſuſcitat rixas . Verba
ſuſurratoris quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt ad inti-
Ibidem. ma vẽtris.Et poſt tres verſus,Labiis ſuis intelligitur ini

micus,cum in corde tractauerit dolos.Quando ſubmi D
ſerit vocem ſuam, ne credideris ei, quoniam ſeptẽ ne-
quiciæ ſunt in corde illius. Qui operit odiũ fraudulen-
ter, reuelabitur malicia eius in concilio . Qui fodit fo-
ueam,incidet in eam:& qui voluit lapidẽ,reuertitur ad
eum.Lingua fallax nõ amat veritatem , & os lubricum
operatur ruinas.Ne glorieris in craſtinũ, ignorãs quid
ſuperuentura pariet dies . Laudet te alienus , & non os *Prouer.27.*
tuũ:extraneus,& non labia tua. Et poſt quatuor verſus,
Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſcondi-
tus, Meliora ſunt vulnera diligentis,quàm fraudulenta
odientis oſcula.Et poſt tres verſus, Amicũ tuũ, & ami- *Ibidem.*
cũ patris tui ne dimiſeris. Et poſt aliquos verſus, Infer- *Ibidem.*
nus & perditio non replẽtur:ſimiliter & oculi hominũ
inſatiabiles.Quo modo probatur in conflatorio argen
tum,& in fornace aurũ , ſic probatur homo in ore lau-
dantis.Si contuderis ſtultũ in pila, quaſi ptiſanas feriẽ-
te deſuper pilo,nõ auferetur ab eo ſtulticia eius.Et poſt
aliquos verſus,Vir pauper calũniãs pauperes,ſimilis im *Prouer.28.*
bri vehemẽti in quo paratur fames . Qui derelinquunt
legem,laudant impiũ:qui cuſtodiunt,ſuccendũtur con
tra eũ. Viri mali non cogitant iudicium, qui autem re-
quirunt dominũ,animaduertũt omnia.Melior eſt pau- E
per ambulans in ſimplicitate ſua, quàm diues in prauis
itineribus.Et poſt duos verſus , Qui coaceruat diuitias *Ibidem.*
vſuris & fœnore liberali,in pauperes cõgregat eas.Qui
declinat aurem ſuam ne audiat legem , oratio eius erit
execrabilis . Qui decipit iuſtos in via mala , in interitu
ſuo corruet,& ſimplices poſsidebunt bona eius.Et poſt
quatuor verſus, Qui abſcõdit ſcelera ſua,nõ dirigetur: *Ibidem.*
qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea , miſericor-
diam cõſequetur.Beatus homo qui ſemper eſt pauidus:
qui vero mentis eſt duræ,corruet in malum . Item poſt
aliquos verſus, Vir fidelis multũ laudabitur, qui autem
feſtinat ditari,non erit innocens. Qui cognoſcit in iu-
dicio faciem, non facit bene: iſte & pro buccella panis
deſerit veritatẽ . Vir qui feſtinat ditari & aliis inuidet,
ignorat quòd egeſtas ſuperueniet ei . Qui corripit ho-
minem,gratiã poſtea inueniet apud eum , magis quàm
ille qui per linguæ blandimenta decipit. Qui ſubtrahit
aliquid à patre ſuo & à matre,& dicit,hoc non eſt pec-
catum,particeps homicidæ eſt. Qui ſe iactat & dilatat,
iurgia concitat:qui autem ſperat in domino,ſanabitur.
Qui confidit in corde ſuo,ſtultus eſt : qui autem gradi- F
tur ſapienter,ipſe ſaluabitur.Qui dat pauperi,non indi
gebit:qui deſpicit deprecãtem,ſuſtinebit penuriam. Et
poſt aliquos verſus, Homo qui blãdis fictiſq; ſermoni- *Prouer.29.*
bus loquitur amico ſuo,rete expandit greſsibus eius. Et
poſt aliquos verſus, Seruus verbis non poteſt erudiri, *Ibidem.*
quia quod dicis intelligit,& reſpõdere contemnit. Vi-
diſti hominem velocem ad loquẽdum , ſtulticia magis
ſperanda eſt, quàm illius correptio. Et poſt quatuor ver
ſus,Superbum ſequitur humilitas,& humilem ſuſcipiet *Ibidem.*
gloria.Qui cum fure partitur, odit animam ſuam, ad-
iurantem audit & non iudicat . Qui timet hominem,
cito corruet:qui autem ſperat in domino,ſubleuabitur.
Multi requirunt faciem principis, & à domino iudiciũ
egreditur ſingulorum . Abominantur iuſti virum im-
pium, & abominantur impij eos qui in recta ſunt via.
Et poſt aliquos verſ⁹,Duo rogaui ne deneges mihi an- *Prouer. 30.*
tequam moriar , Vanitatem & verba mendacia longe
fac à me, Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi:tri
bue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſaturatus il-
liciar ad negandũ,& dicam,Quis eſt dominus? & ege-
ſtate compulſus furer, & peierem nomen dei mei . Ne

G accuſes ſeruum ad dominum ſuum,ne forte maledicat
Prouer.31. tibi & corrues. Et poſt aliquantum, Aperi os tuũ,decer-
ne quod iuſtum eſt,& iudica inopem & pauperẽ. Satis
ſint iſta de parabolis. Deinde librum alium Salomonis
qui vocatur Eccleſiaſtes intuentes, ſimiliter ea, quæ in
illo inuenerimus huic operi apta,monſtremus.

Ecclẽs.2. ET vidi quia tantum præcederet ſapientia ſtul-
Ex Eccleſia- ticiam,quantum differt lux à tenebris. Sapien-
ſte. Quantũ tis oculi in capite eius, ſtultus autem in tene-
ſapiẽtia cæ- bris aõbulat. Et poſt aliquantum. Cuſtodi pe-
teris rebus dem tuum ingrediẽs domum dei, Multo enim melior
præſtet, & eſt obedientia quàm ſtultorũ victimæ,qui neſciũt quid
quedã vi- faciũt mali. Ne temere quid loquaris, neq; cor tuum ſit
uendi præ- velox ad proferẽdum ſermonem corã deo. Deus enim
cepta. in cœlo,& tu ſuper terram,idcirco ſint pauci ſermones
Ecclẽs.4. tui. Multas curas ſequuotur ſomnia,& in multis ſermo
Ecclẽs.5. nibus inueoitur ſtulticia. Si quid vouiſti deo,ne more-
ris reddere:diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſ-
ſio. Sed quodcũq; voueris redde. Multoq; melius eſt nõ
vouere,quàm poſt votum promiſſa nõ reddere. Ne de-
deris os tuum vt peccare facias carnem tuam, Neq; di-
cas coram aogelo, non eſt prouidentia, ne forte iratus
H deus ſuper ſermone tuo diſsipet cũcta opera manuum
tuarũ. Vbi multa ſunt ſomnia,plurimæ vanitates & ſer-
mones innumeri. Tu vero deum time. Et poſt ſex ver-
Ibidem. ſus, Auarus nõ impletur pecunia, & qui amat diuitias,
Ecclẽs.7. fructus nõ capiet ex eis. Et poſt aliquantum, Melius eſt
ire ad domum luctus,quàm ad domum cõuiuij. In illa
enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuẽs
cogitat quid futurũ ſit. Melior eſt ira riſu, quia per tri-
ſticiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor ſa-
pientium vbi triſticia eſt, & cor ſtultorum vbi lætitia.
Melius eſt à ſapiẽte corripi, quàm ſtultorum adulatio-
ne decipi:quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentiũ ſub ol-
la,ſic riſus ſtulti. Et poſt quatuor verſus, Melior eſt pa-
tiens arrogãte. Ne velox ſis ad iraſcendum, quia ira in
ſinu ſtulti requieſcit. Ne dicas, quid putas cauſæ eſt, ꝙ
priora tẽpora meliora fuere quàm nunc ſunt:Stulta eſt
eñi huiuſcemodi interrogatio. Et poſt tres verſus, Hoc
Ecclẽs.8. autem plus habet eruditio & ſapientia,quòd vitam tri-
buunt poſſeſſori ſuo. Et aliquãto poſt, Ego os regis ob-
ſeruo, & præcepta iuramenti dei. Ne feſtines recedere
à facie ei⁹,neq; permaneas in opere malo. Et paulopoſt,
Ibidem. Ex eo quòd peccator,inquit,cẽties facit malum, & per
I patientiam ſuſtentatur,ego cognoui quòd erit bonum
timentibus deum,qui verentur faciem eius. Non ſit bo
num impio, nec prolongentur dies eius, ſed quaſi vm-
bra tranſeant qui non timent faciem dei. Et poſt ali-
Ecclẽs.9. quantum, Dicebam ego meliorem eſſe ſapientiam for
titudine. Et poſt quatuor verſus, Melior eſt ſapientia q̃
arma bellica:& qui in vno peccauerit,multa bona per-
Ecclẽs.10. det. Et poſt duos verſus, Precioſior eſt ſapientia & glo-
ria parua,ad tẽpus ſtulticia. Et poſt aliquos verſus, Qui
Ibidem. fodit foueam incidet in eam: & qui diſsipat ſepẽ,mor-
debit eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur in
eis:& qui ſcindit ligna,vulnerabitur ab eis. Si retuſum
fuerit ferrum,& hoc nõ vt prius, ſed hebetatum fuerit,
multo labore exacuetur,& poſt induſtriam ſequetur ſa
pientia. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus
habet qui occulte detrahit. Verba oris ſapientis gratia,
Ecclẽs.11. & labia inſipiẽtis præcipitabunt eum. Et paulo poſt, Læ-
tare ergo iuuenis in adoleſcentia tua,& in bono ſit cor
tuum in diebus iuuentutis tuæ,& ambula in viis cordis
tui, & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quòd pro
Ecclẽs.12. omnibus his adducet te deus in iudicium. Aufer iram à
corde tuo,& amoue maliciam à carne tua. Adoleſcen- K
tia enim & voluptas vana ſunt. Memento creatoris tui
in diebus iuuentutis tuæ. Et poſt aliquos verſus, Deum *Ibidem.*
time,& mandata eius obſerua.

REſtat ille liber Salomonis cuius inſcriptio eſt *Ex canticis*
Canticum canticorũ. Sed de illo in hoc opus *Allegoric⁹*
quid transferre poſſumus, cum totus amores *Chriſti &*
ſanctos Chriſti & Eccleſiæ figurata locutione *Eccleſiæ a-*
commendet,& prophetica pronuociet altitudine: niſi *mor.*
quòd in eo quamuis ſit ad iotelligendum difficillimus,
poſſumus tamen facile aduertere,quaotum ſit diuina il
la & diuinitus inſpirata charitas appetenda, quantique
peodenda:quandoquidẽ non ibi ſemel dicitur,ſed alio
atque alio loco iterum ac tertio repetitur. Adiuro vos *Canti.2.*
filiæ Hieruſalẽ per capreas ceruoſq; camporum, ne ſu-
ſcitetis neq; euigilare faciatis dilectam donec ipſa ve-
lit. Adiuro vos filiæ Hieruſalem in virtutibus & viribus
agri, ſi leuaueritis charitatem quoaduſque velit. Eccle-
ſia quippe, in qua vtiq; ſumus, his verbis exhortatur fi-
lias ſuas, hoc eſt, ſeipſam in plurimis conſtitutam. Ipſa
eſt ager dei fructuoſiſsimus, cuius virtutes & vires ma-
gnæ ſunt, ad quas amando Chriſtum martyres perue-
nerũt. Nam quouſq; vult ille dilectæ ſuæ in hac interim L
vita charitatẽ leuari, niſi quouſq; ipſe docuit verbo, &
ſuo eſt hortatus exemplo,dicẽs, Maiorem hac charita- *Ioan.15.*
tem nemo habet, quàm vt aoimam ſuã ponat quis pro
amicis ſuis:& quod dixit,efficiẽs, Vnde ne ad ipſum ſo
lum hoc pertinere videretur, ait Ioãnes in epiſtola ſua,
Sicut Chriſtus pro nobis animam ſuã poſuit,ſic & nos *1.Ioan.3.*
debemus animas pro fratribus poοere. Hoc ergo eſt
quoaduſq; velit. Legitur etiam in eodem cantico, Ordi *Canti.2.*
nate in me charitatem. Chriſtus quoque ipſe ibi dicit,
Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Hieruſa- *Canti.6.*
lem. Et alibi, Quàm pulchra es & quàm decora chariſ- *Canti.7.*
ſima in deliciis. Et alio loco, Pone me vt ſignaculũ ſu- *Canti.8.*
per cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuũ, quia
fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmula-
tio. Et poſt vnũ verſum, Aquæ multæ non potuerũt ex-
tinguere charitatem,nec flumina obruent illam. Si de-
derit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dile-
ctione,quaſi nihil deſpiciet eam.

QVi nouerũt eum,ignorant dies illius. Alij ter- *Iob 24.*
minos tranſtulerũt, diripuerunt greges & ra- *Ex Iob. De*
puerunt eos. Aſinum pupillorum abegerũt & *charitate*
abſtulerũt pro pigoore bouem viduæ. Et poſt *& patiẽtia*
quinq; verſus, Agrum ooo ſuum demetunt, & vioeam M
eius quem vi oppreſſerunt viodemiant. Nudos dimit- *Iob 24.*
tũt homines,indumenta tollentes, quibus non eſt ope-
rimentum in frigore. Et poſt duos verſus, Vim fecerũt
deprædantes pupillos, & vulgũ pauperem ſpoliauerũt.
Nudis & incedentibus abſq; veſtitu & eſurientibus tu-
lerũt ſpicas. Et poſt duos verſus, De ciuitatibus fecerunt
viros gemere,& anima vulneratorum clamauit, & de-
us inultum abire noo patitur. Ipſi fuerunt rebelles lumi
ni, Neſcierunt vias eius, nec reuerſi ſunt per ſemitas il-
lius. Et poſt aliquos verſus, Conteratur quaſi lignum *Ibidem.*
infructuoſum,pauit enim ſterilem,& quæ non parit,&
viduæ bene non fecit. Detraxit fortem in fortitudine
ſua. Et poſt aliquantum, Auris audiens beatificabit me, *Iob 29.*
& oculus videns teſtimonium reddebat mihi, quòd li-
beraſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui nõ
eſſet adiutor. Benedictio perituri ſuper me veniebat,
& cor viduæ cõſolatus ſum. Iuſticia indutus ſum, & ve-
ſtiui me ſicut veſtimento & diademate iudicio meo.
Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum,
& cauſam

A & cauſam quam neſciebam, diligenter inueſtigabam.
Conterebam molas iniqui,& de dentibus illius auferebam
Iob.31. bam prædã.Et aliquanto poſt,Si ambulaui in vanitate,
& feſtinauit in dolo pes meus, Appendat me in ſtatera
iuſta, & ſciat deus ſimplicitatem meam. Si declinauit
greſſus meus de via:& ſi ſecutus eſt ocul⁹ me⁹ cor meũ,
& in manibus meis adhæſit macula. Et poſt duos verſus,
ſus,Si deceptum eſt cor meum ſuper mulierem, & ſi ad
oſtium amici mei inſidiatus ſum. Et poſt duos verſus,
Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. Ignis eſt vſq;
ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimi
na.Si contempſi iudicium ſubire cum ſeruo meo & ancilla
cilla mea,cum diſceptarent aduerſum me.Et poſt quatuor
tuor verſus,Si negaui quod volebãt pauperibus,& ocu
los viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meã ſolus,
lus,& nõ comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea
creuit mecum miſeratio,& de vtero matris meæ egreſ-
ſa eſt mecum.Si deſpexi pereuntem,eo quòd nõ habue
rit veſtimentum,& abſq; operimento pauperem. Si nõ
benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium
mearum calefactus eſt. Si leuaui ſuper pupillum manũ
Ibidem. meam, etiam cum viderem me ſuperiorem in portis.
Et poſt quinq; verſus, Si putaui aurum robur meum,&
obrizo dixi,fiducia mea.Si lætatus ſum ſuper multas di
B uitias meas,& quia plurima reperit manus mea. Et poſt
ſex verſus, Si gauiſus ſum ad ruinã eius qui me oderat,
& exultaui quòd inueniſſet eum malũ. Et poſt quatuor
Ibidem. verſus, Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori
tori patuit.Si abſcõdi quaſi homo peccatum meum, &
celaui in ſinu meo iniquitatem meã. Si expaui ad multitudinem
titudinem nimiam,& deſpectio propinquorum terruit
me,& non magis tacui,nec egreſſus ſum oſtium. Quis
mihi tribuat auditorem, vt deſiderium meum omnipotens
tens audiat,& librum ſcribat ipſe qui iudicat, vt in humero
mero meo portem illum,& circundem quaſi coronam
mihi?Per ſingulos gradus meos pronunciabo illum, &
quaſi principi offeram eum. Si aduerſum me terra mea
clamat,& cum ipſa ſulci eius deflent. Si fructus eius co
medi abſq; pecunia,& animam agricolarũ afflixi. Nũc
iam de libris Prophetarum quæ ſunt huic operi neceſſa
ria colligamus, Ac primũ de his Prophetis qui propter
breuitatem voluminum ſuorum minores vocãtur: Ergo
C go apud Oſee Prophetam iſta comperimus.

Oſee 4. AVdite verbum domini filij Iſraël,quia iudiciũ
Ex Oſee. domino cũ habitatoribus terræ. Nõ eſt enim
Quo modo veritas & non miſericordia, & non ſcientia
terra innu- dei in terra. Maledictum & mendaciũ & ho-
meris ĩqui- micidium, & furtum & adulteriũ inundauerũt, & ſan-
nata pecca- guis ſanguinem tetigit.Et poſt aliquos verſus, Quia tu
tis. ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris
Oſee 4. mihi.Et paulopoſt, Quoniam dominum reliquerũt in
Ibidem. non cuſtodiendo.Fornicatio,& vinũ & ebrietas aufert
cor.Et poſt aliquos verſus,Quoniam ipſi cũ meretricibus
bus verſabantur,& cũ effœminatis ſacrificabant.Et populus
pulus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu Iſraël,
non delinquat ſaltem Iuda:Et nolite ingredi in Galgala,
la,& ne aſcẽdatis in Bethaue,neq; iurraueritis, viuit do-
Oſee 5. minus.Et poſt aliquos verſus, Nõ dabunt cogitationes
ſuas vt reuertãtur ad dominũ deum ſuum,quia ſpiritus
fornicationis in medio eorũ & dominũ non cognoue
Oſee 6. rũt.Et poſt aliquos verſus,Iudicia tua quaſi lux egrediẽ-
tur,quia miſericordiam volui & nõ ſacrificiũ,& ſcien-
Oſee 10. tiam dei plus quàm holocauſta.Et poſt aliquãtum, Se-
minate vobis in iuſticia,& metite in ore miſericordiæ.
Innouate vobis nouale. Tempus autẽ requirendi domi

num,cũ venerit qui docuit vos iuſticiã.Et poſt aliquos D
verſus,Et tu ad dominũ deum conuerteris. Miſericor- *Oſee 12.*
diã & iudiciũ cuſtodi,& ſpera in domino deo ſemper.
Et poſt aliquos verſus,Ego autẽ domin⁹ deus tuus edu *Oſee 13.*
xi te de terra Aegypti,& dominum abſq; me neſcies, &
ſaluator non eſt præter me.Et poſt aliquos verſus, Con
uertere Iſraël ad dominum deũ tuum, quoniã corrui- *Oſee 14.*
ſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcũ verba & conuertimini
mini ad dominũ.Dicite ei,Omnem iniquitatem aufer,
& accipe bonũ,& reddemus vitulos labiorũ noſtrorũ.

EXpergiſcimini ebrij,& flete & vlulate omnes *Ioelis 1.*
qui bibitis vinũ in dulcedine,quoniã periit ab *Ex Ioele.*
ore veſtro. Gens enim aſcendit ſuper terram *Adhorta-*
meã fortis & innumerabilis. Et poſt aliquãtũ, *tiones ad*
Nunc ergo dicit dominus, Cõuertimini ad me in toto *pœnitentiã.*
corde veſtro,in ieiunio & fletu,& in planctu,& ſcindite *Ioelis 2.*
corda veſtra,& non veſtimenta veſtra, & cõuertimini
ad dominũ deũ veſtrũ,quia benignus & miſericors eſt.

HAec dicit dominus,Super tribus ſceleribus Iu- *Amos 2.*
da,& ſuper quatuor non conuertam eum, eo *Ex libro*
quòd abiecerint legem domini, & mandata *Amos. In*
eius non cuſtodierint, Deceperunt enim eos *pauperũ op*
idola ſua,poſt quæ abierunt patres eorum.Et poſt duos *preſſores &*
verſus,Hæc dicit dominus, Super tribus ſceleribus Iſ- *voluptua-*
raël,& ſuper quatuor nõ conuertam eum,pro eo quòd *rios.*
vendiderint argento iuſtũ, & pauperem pro calciamẽ- E
tis. Qui conterunt ſuper puluerem terræ capita pauperum,
rum,& viam humilium declinãt. Et filius ac pater eius
ierunt ad puellam, vt violarent nomen ſanctũ meum.
Et poſt vnum verſum, Et vinum,inquit, damnatorum
bibebant in domo dei ſui.Et poſt aliquantum, Quærite
dominum & viuetis.Et poſt tres verſus, Quærite domi *Amos 5.*
nũ & viuite.Et poſt octo verſus, Odio habuerũt in por
ta corripientem, & loquẽtem perfecte abominati ſunt.
Idcirco pro eo quòd diripiebatis pauperem,& prędam
electã tollebatis ab eo.Et poſt tres verſus,Quia cogno- *Ibidem.*
ui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra. Hoſtes
iuſti,accipientes munus,& pauperes in porta deprimẽ-
tes.Et poſt duos verſus, Quærite bonum & nõ malum *Ibidem.*
vt viuatis, & erit dominus deus exercituum vobiſcum
ſicut dixiſtis. Odite malum,& diligite bonum,& con-
ſtituite in porta iudicium, ſi forte miſereatur dominus
exercituum reliquiis Ioſeph.Et poſt aliquos verſus,Qui *Amos 6.*
dormitis in lectis eburneis,& laſciuitis in ſtratis veſtris, F
Qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio
armenti,qui canitis ad vocẽ pſalterij. Sicut Dauid putauerunt
tauerunt ſe habere vaſa cantici, bibentes in phialis vinum,
num,& optimo vnguento delibuti,& nihil patiebãtur
ſuper contritionem Ioſeph.Et poſt aliquantum,Audite *Amos 8.*
hoc qui conteritis pauperem,& deficere facitis egenos
terræ, dicentes, Quando tranſibit meſsis, & venundabimus
bimus merces, & ſabbatum, & aperiemus frumentum:
vt minuamus menſuram & augeamus ſiclum, & ſupponamus
ponamus ſtateras doloſas, vt poſsideamus in argento
egenos & pauperes pro calciamentis,& quiſquilias frumenti
menti vendamus.

VAe qui cogitatis inutile, & operamini malum *Mich. 2.*
in cubilibus veſtris. In luce matutina faciunt *Ex Michea*
illud, quoniam contra deum manus eorum: *Hominũ ĩ-*
Et concupierunt agros,& violenter tulerunt, *probitas no-*
& domos rapuerunt,& calumniabantur virum & do- *tatur.*
mum eius,virum & hæreditatẽ eius. Et poſt aliquantũ,
Audite hęc principes domus Iacob,& iudices dom⁹ Iſ- *Mich. 3.*
raël,qui abominamini iudiciũ & omnia recte peruertitis.
tis.Qui ædificatis Siõ in ſanguinibus, & Hieruſalem in

G iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant. Et Prophetæ eius in pecunia diuinabãt, & ſuper dominum requieſcebãt

Mich.6.

dicentes, Nunquid non deus in medio noſtrum? Non veniet ſuper nos mala. Et poſt aliquantum, Indicabo tibi quid ſit bonum, & quid dominus quærat à te. Vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitũ ambulare cum deo tuo. Et poſt tres verſus, Adhuc ignis in domo impij, theſauri iniquitatis, & menſura minor

Mich.7.

iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſaccelli pondera doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebãtur mendacium, & lingua eorum frauduléta in ore eorum. Et poſt duodecim verſus, Væ mihi quia fact⁹ ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemię. Non eſt botrus ad comedendum, præcoquas ficus deſiderauit anima mea. Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur. Vir fratrem ſuum venatur ad mortem, malum manuũ ſuarum dicũt bonũ. Princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt, & magnus

H locutus eſt deſiderium animæ ſuæ.

Abac.1. Ex Abacuc cõtra idololatras.

Contra me factum eſt iudiciũ, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex, & nõ peruenit vſq; ad finem iudicium, quia impius prę ualet aduerſus iuſtum, propterea egreditur

Abac.2.

iudicium peruerſum. Et paulopoſt, Iuſtus autem in fide ſua viuet. Et quo modo vinum potenté decipit, ſic erit

Ibidem.

vir ſuperbus, & nõ decorabitur. Et poſt aliquãtũ, Quid prodeſt ſculptile, quia illud ſculpſit fictor ſuus, cõflatile & imaginem falſam, quia ſperauit in figmento fictor eius vt faceret ſimulachra multa. Væ qui dicit ligno, expergiſcere: ſurge, lapidi taceti. Nunquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius. Dominus autẽ in templo ſancto ſuo, ſileat à facie eius omnis terra.

Sopho.1. Ex Sophonia. Minaï peccatorib⁹ diem iudicij, vt reſipiſcant.

Diſperdã, inquit, de loco hoc reliquias Baal, & nomina æditaorum cum ſacerdotibus, & eos qui adorãt ſuper tecta militiam cœli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Melchon, & qui auertuntur de poſt tergum domini, & qui non quæſierunt dominum, nec inueſtigauerunt eum. Silete à facie domini, quia iuxta eſt dies domini. Et poſt aliquot verſus, Et erit in tempore illo, ſcrutabor Hieruſalem lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis, qui di-

Sopho.1.

I cunt in cordibus ſuis, Non faciet bene dominus, & nõ faciet male. Et poſt aliquot verſus, Conuenite, cõgrega-

Sopho.2.

mini gens nõ amabilis, priuſquã pariat iuſsio quaſi puluerem tranſeunté diem, antequã veniat ſuper vos dies furoris domini. Quærite dominũ omnes manſueti terræ, qui iudiciũ eius eſtis operati. Quærite iuſtũ, quærite manſuetum: ſi quo modo abſcondamini in die furoris

Sopho.3.

domini. Et poſt aliquãtũ, Et derelinquam in medio tui populũ pauperem & egenũ, & ſperabũt in nomine domini reliquiæ Iſraël. Nõ faciẽt iniquitaté, nec loquẽtur mendaciũ, & nõ inuenietur in ore eorũ lingua doloſa.

Zacha.5. Ex Zacharia. Ad iuſtitiã vocãtur peccatores.

ET dixit ad me, Hæc eſt maledictio quæ egreditur ſuper faciẽ omnis terræ, quia omnis fur ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur, & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur, Educã illud, dicit dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, & commorabitur in medio domus eius, & cõſumet eum, & ligna eius & lapides eius. Et poſt aliquantũ, Et factum eſt ver-

Zacha.7.

bum domini ad Zachariã dicẽs, Hæc ait dominus exercituum dicens, Iudicium verũ iudicate, & miſericordiam, & miſerationes facite vnuſquiſq; cum fratre ſuo: K

& viduã & pupillum, & aduenam, & pauperẽ nolite calũniari, & malũ vir fratri ſuo nõ cogitet in corde ſuo.

Zacha.8.

Item poſt aliquantũ, Loquimini veritaté vnuſquiſq; cũ proximo ſuo. Veritaté & iudiciũ pacis iudicate in portis veſtris, & vnuſquiſq; malũ contra amicũ ſuũ ne cogitetis in cordibus veſtris, & iuramentũ mẽdax ne diligatis. Omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit dominus.

Mala.1. Ex Malachia, De deo vno colẽdo, & amãdo proximo.

Filius honorat patrem, & ſeruus dominũ ſuũ. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi dominus ego ſum, vbi eſt timor meus, dicit dominus exercituum? Et paulo poſt, Ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Sicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciẽ in lege. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq;

Malach.2.

fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorũ? Trãſgreſſus eſt Iudas & abominatio facta eſt in Iſraël, & in Hieruſalem, quia contaminauit Iudas ſanctificationem domini quam dilexit, & habuit filiam dei alieni. Diſperdet dominus virum qui fecerit hoc, magiſtrum & L

diſcipulum de tabernaculis Iacob, & offerẽtem munus domino exercituum. Et hoc rurſum feciſtis, Operiebatis lachrymis altare domini fletu & mugitu: ita vt vltra non reſpiciam ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra, & dixiſtis, Quã ob cauſam? quia dominus teſtificatus eſt inter te & vxoré pubertatis tuę, quam tu deſpexiſti, Et hæc particeps tua vxor fœderis tui. Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius es? Et quid vnuſquiſque quærit, niſi ſemẽ dei? Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum odio habueris eam, dimitte dicit domin⁹ deus Iſraël. Operiet autem iniquitas veſtimentum eius, dicit dominus exercituum. Cuſtodite ſpiritũ veſtrum, & nolite deſpicere. Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis, In quo eum fecimus laborare? In eo cum diceretis, Omnis qui facit malum, bo-

Mala.3.

nus eſt in conſpectu domini, & tales ei placent, Aut certe vbi eſt dies iudicij? Et poſt aliquot verſus, Et accedam ad vos, inquit, in iudicio, & ero teſtis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerũt me, dicit dominus exercituum. Ego enim ſum dominus, & non mutor, & vos filij Iacob non eſtis conſumpti, A diebus e- M

nim patrum veſtrorum receſsiſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit dominus exercituum. Et poſt aliquos verſus, Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit dominus: Et dixi-

Ibidem.

ſtis, Quid locuti ſumus? Dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit deo. Et quod emolimentũ, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes corã domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes. Siquidem ædificati ſunt facientes iniquitatem, & tentauerũt deum, & ſalui facti ſunt. Tunc locuti ſunt timentes deũ vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et attendit dominus & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumẽti coram eo, timentibus dominum, & cogitãtibus nomen eius. Et erit mihi, ait dominus exercituum, in die qua ego facio in peculium, & parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruiẽti ſibi. Et cõuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum & impium, & inter ſeruientem deo, & nõ ſeruienté ei.

Mala.4.

Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes iniquitatem ſtipula: Et inflammabit eos dies veniẽs, dicit dominus exercituum,

A tuum, quæ non relinquet eis radicem & germen. Orie-
tur vobis timentibus nomen meum ſol iuſticię, & ſani-
tas in pennis eius: & egrediemini & ſalietis ſicut vituli
de armento, & calcabitis impios cum fuerint cinis ſub
planta pedum veſtrorum, in die qua ego facio dicit do
minus exercituum.

Eſaiæ.1. LAuamini, mundi eſtote, auferte malum cogi-
Ex Eſaia. tationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite
Cōminatur peruerſe agere, diſcite benefacere, quærite iu-
& increpat dicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite
impios. viduam, & venite & arguite me dicit dominus. Et poſt
Eſa.1. aliquos verſus, Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam,
vinum tuum mixtum aqua. Principes tui ſocij furū, Om
nes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo
non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. Et
paulo poſt, Domus Iacob venite ambulemus in lumine
Eſa.2. domini. Proieciſti enim populum domū Iacob, quia re-
pleti ſunt vt olim, & augures habuerūt vt Philiſtim, &
pueris alienis adhęſerunt. Et poſt tres verſus, Repleta eſt
terra eius idolis, opus manuū ſuarum adorauerūt, quod
fecerunt digiti eorum. Et poſt paucos verſus, Quia dies
B domini exercituum ſuper omnē ſuperbum & excelſum
Ibidem. & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur. Et pau-
lopoſt, Populum meū exactores ſui ſpoliauerunt, & mu-
lieres dominatæ ſunt eis. Popule meus, qui beatū te di-
Eſa.3. cunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſi-
Ibidem. pāt. Et poſt aliquos verſus, Vos enim depaſti eſtis vineā
meam, rapina pauperis in domo veſtra. Quare atteritis
populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit
dominus exercituum? Et dixit dominus, Pro eo quòd e-
leuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extēto collo, &
nutibus oculorum ibant & plaudebant, ambulabant &
in pedibus ſuis compoſito gradu incedebant. Et paulo-
Eſa.5. poſt, Vę qui coniungitis domum ad domum, & agrum
ad agrum copulatis vſq; ad extremum loci vt auferatis
proximo. Symmachus & Theodotion, donec deficiat,
vel nō ſit locus tranſtulerunt. Nunquid habitabitis vos
ſoli in medio terræ? In auribus meis ſunt hæc, dicit do-
minus exercituum. Et poſt tres verſus, Vę qui conſurgi-
tis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque
ad veſperam, vt vino ęſtuetis. Cithara & lyra, & tympa-
num, & tibia, & vinum in conuiuiis veſtris, & opus do-
C mini nō reſpicitis, nec opera manuum eius cōſideratis.
Ibidem. Et poſt aliquot verſus, Væ qui dicitis malum bonum, &
bonum malum: ponētes tenebras lucem, & lucem tene-
bras: ponētes amarum in dulce, & dulce in amarum. Vę
qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmet-
ipſis prudētes. Væ qui potentes eſtis ad bibendū vinum,
& viri fortes ad miſcendum ebrietatem, Qui iuſtificatis
impium pro muneribus, & iuſticiam iuſti aufertis ab eo.
Eſa.10. Et aliquanto poſt, Vę qui cōdunt leges iniquas, & ſcrip-
ſerunt vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim face-
rent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ pręda
Eſa.11. eorum, & pupillos diriperent. Et poſt paululū, Requie-
ſcet ſuper eū ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ & intel-
lectus, ſpiritus cōſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ &
pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris domini. Nō ſe-
cundum viſionem oculorū iudicabit, neque ſecundum
auditum aurū arguet, Sed iudicabit in iudicio paupe-
res, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, Et percu-
tiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorū ſuorum in-
terficiet impiū: Et erit iuſticia cingulum lumborū eius,
& fides cinctorium renum eius. Et poſt aliquot verſus,
Eſa.12. Ecce deus ſaluator meus, fiducialiter agam & nō time-
bo. Quia fortitudo mea & laus mea dominus deus, &
factus eſt mihi in ſalutem. Haurietis aquas in gaudio de D
fontibus ſaluatoris: & dicetis in illa die, Cōfitemini do-
mino, & inuocate nomen eius, Notas facite in populis
adinuentiones eius, memētote quoniā excelſum eſt no-
men eius. Cantate domino, quoniā magnifice fecit, an-
nunciate hoc in vniuerſa terra. Exulta & lauda habita-
tio Siō, quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël: Et poſt
aliquos verſus, Et quieſcere faciā ſuperbiā infidelium, *Eſa.13.*
& arrogantiam fortium humiliabo. Item poſt aliquan- *Eſa.17.*
tum, Dicit dominus deus Iſrael, in die illa inclinabitur
homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad ſanctū Iſraël
reſpicient: & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt
manus eius, & quæ operati ſunt digiti eius, Nō reſpiciet
lucos & delubra. Et poſt aliquantū, Vocabit, inquit, do- *Eſa.22.*
minus deus exercituum in die illa ad fletum & ad plan-
ctum, & ad caluitium, & ad cingulū ſacci, Et ecce gau-
dium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, co-
medere carnes & bibere vinū. Comedamus & bibamus,
cras enim moriemur. Et reuelata eſt in aurib⁹ meis vox
domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis
donec moriamini, dicit dominus deus exercituū. Item
poſt aliquantum, Aperite portas & ingrēdietur gens iu- *Eſa.26.*
ſta, cuſtodiēs veritatē. Vetus error abijt, ſeruabis pacem, E
quia in te ſperauimus: Sperātes in domino in ſeculis æ-
ternis, in domino deo forti in perpetuum. Et poſt ſex *Ibidem.*
verſus, In ſemita iudiciorum tuorum domine ſuſtinui-
mus te, nomen tuum & memoriale tuū in deſiderio a-
nimæ. Anima mea deſiderauit te in nocte: ſed & ſpiritu
meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te, Cū fe-
ceris iudicia tua in terra, iuſticiam diſcent habitatores
terræ. Miſereamur impio, & nō diſcet facere iuſticiam.
In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriā
dei. Et poſt aliquantum, Defecit qui pręualebat, cōſum- *Eſa.29.*
matus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt omnes qui vigilabāt ſu-
per iniquitatē, qui peccare faciebant homines in verbo.
Et poſt decem verſus, Vę filij deſertores dicit dominus, *Eſa.30.*
vt faceretis cōſilium & non ex me, & ordiremini, & nō
per ſpiritū meum, vt adderetur peccatū ſuper peccatum.
Et paulopoſt, Hæc dicit dominus deus ſanctus Iſraël. Si *Ibidem.*
reuertamini & quieſcatis ſalui eritis, In ſilentio & in ſpe
erit fortitudo veſtra, & noluiſtis. Et poſt viginti verſus,
Contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, & veſti- *Ibidem.*
mentum cōflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immun- F
diciam menſtruatæ. Et poſt aliquantum, Conuertimini *Eſa.31.*
ſicut in profundū receſſeratis filij Iſraël, In die enim illa
abiiciet vir idola argenti ſui, & idola auri ſui quæ fece-
runt vobis manus veſtræ in peccatum. Itē poſt aliquan-
tum, Et erit fides in tēporibus tuis, diuitię ſalutis ſapien- *Eſa.33.*
tia & ſcientia, timor domini ipſe theſaurus eius. Et pau- *Ibidem.*
lopoſt, Quis poterit habitare de vobis cū igne deuoran-
te? Quis habitauit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?
Qui ambulat in iuſticiis, & loquitur veritatem: qui pro-
iicit auariciam & calumniam, & excutit manus ſuas ab
omni munere. Qui obturat aures ſuas ne audiat ſangui-
nem, & claudit oculos ſuos ne videant omne malū. Iſte
in excelſis habitabit, munimenta ſaxorū ſublimitas eius,
Panis ei datus eſt, & aquæ eius fideles ſunt. Et poſt ali-
quantum, Memento horum Iacob & Iſraël, quoniā ſer- *Eſa.44.*
uus meus es tu, Formaui te, ſeruus meus es tu Iſraël, non
obliuiſcaris mei. Deleui vt nubē iniquitates tuas, & qua-
ſi nebulam peccata tua. Reuertere ad me, quoniā rede-
mi te. Item poſt aliquantum, Memētote iſtud & cōfun- *Eſa.46.*
damini, redite præuaricatores ad cor. Recordamini
prioris ſeculi, quoniā ego deus, & nō eſt vltra deus, nec
eſt ſimilis mei. Et aliquāto poſt, Quis ambulauit in tene- *Eſa.50.*
bris

G bris & nõ eſt lumen ei?Speret in nnmine domini,& in-
Eſa.51. nitatur ſuper deum ſuum.Item pnſt aliquãtum , Audite
me qui ſcitis iuſtum, pnpulus, lex mea in corde enrum:
Nnlite timere npprobria hominum,& blaſphemias eo-
rum ne timeatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet
eos vermis:& ſicut lanam ſic deuorabit eos tinea . Salus
autem mea in ſempiternũ erit , & iuſticia mea in gene-
Eſa.55. rationes generationũ. Et poſt aliquantum, Quærite do-
minum dum inueniri poteſt, inuncate eum dum prope
eſt. Derelinquat impius viam ſuam,& vir iniquns cogi-
tatinnes ſuas,& reuertatur ad dominum,& miſerebitur
eius,& ad deum noſtrum:quoniam multus eſt ad igno-
Eſa.56. ſcendũ. Et poſt viginti verſus, Hæc dicit dominus, Cu-
ſtndite indicium, & facite iuſticiam, quia iuxta eſt ſalus
mea vt veniant , & iuſticia mea vt reueletur. Beatus vir
qui facit hoc,& filius hnminis qui apprehẽdit iſtud, Cu-
ſtodiens ſabbatũ ne polluat illud , cuſtndiẽs manus ſuas
ne faciat omne malum. Et poſt nñ multum, Qui conſo-
lamini in diis ſubter omne lignum frondoſum,immo-
lantes paruulos in torrentibus ſubter imminẽtes petras.
In partibus torrẽtis pars tua, Hæc eſt ſnrs tua. Et ipſis ob-
Eſa.58. tuliſti libamen, obtuliſti ſacrificium: Nunquid ſuper his
H nnn indignabor? Item poſt aliqnantum, Me etenim de
die in diẽ quærunt,& ſcire vias meas volunt, quaſi gens
quæ iuſticiam fecerit, & quę iudicium dei ſui non dere-
liquerit, Rogãt me iudicia iuſticiæ, appropinquare deo
volunt. Quare ieiunauimus & nnn aſpexiſti: humiliaui-
mus animas nnſtras, & neſciſti? Ecce in die ieiunij veſtri
inuenietur voluntas veſtra, & nmnes debitnres veſtros
repetitis. Ecce ad lites & cnntentinnes ieiunatis, & per-
cutitis pugnn impie. Nolite ieiunare ſicut vſque ad hãc
diem, vt audiatur in excelſn clamor veſter. Nũquid tale
eſt ieiunium quod elegi , per diẽ affligere hnminem a-
nimam ſuam? Nunquid cõtnrquere quaſi circulum ca-
put ſuum,& ſaccum & cinerem ſterriere? Nũquid iſtud
vocabis ieiunium & diem acceptabilem domino? Nõn-
ne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſnlue cnlliga-
tinnes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, Dimitte
eos qui cõfracti ſunt liberns, & nmne onus dirũpe. Frã-
ge eſurienti panẽ tuum,& egenos vagoſq; induc in do-
mum tuam, Cum videris nudum, veſti eum, & carnem
Ibidem. tuam ne deſpexeris. Et poſt, quartus verſus, Si abſtuleris
de medio tui catenam, & deſieris digitum extendere &
I lnqui qund nnn prodeſt , Cum effuderis eſurienti ani-
mam tuam, & animam afflictam repleueris, Orietur in
tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies, &
Eſa.65. requiẽ tibi dabit dominus deus ſemper . Et pnſt multa,
Pnpulus qui ad iracundiam prouocat me , ante faciem
meam ſemper: qui immnlant in nrtis,& ſacrificãt ſuper
lateres: qui habitant in ſepulchris,& in delubris idolorũ
dormiunt. Et poſt, ſecundus verſus, Qui dicunt, recede
à me, non appropinques mihi, quia immundus es, Iſti fu
mus erũt in furore meo, ignis ardẽs tota die. Ecce ſcrip-
tum eſt coram me, Non tacebo, ſed reddã & retribuam
in ſinus eorũ iniquitates veſtras , & iniquitates patrum
veſtrorum ſimul, dicit dominus. Qui ſacrificauerũt ſu-
per mnntes & ſuper colles, exprnbrauerunt mihi,& re-
Ibidem. metiar opus enrum primum in ſinu eorum . Et poſt ali-
quos verſus, Et vns, inquit, qui dereliquiſtis dnminũ, qui
nbliti eſtis montem ſanctum meum, qui ponitis fortunę
menſam, & libatis ſuper eam: numerabo vos in gladio,
& nmnes in cæde corruetis, pro eo quòd vocaui vns, &
non reſpnndiſtis, Incutus ſum,& nnn attendiſtis: & fa-
ciebatis malum in oculis meis,& quæ nnlui elegiſtis. Et
Eſa.66. paulopoſt, Hæc dicit dominus, Cœlũ ſedes mea, & terra
ſcabellum pedum meorum . Quæ eſt iſta domus quam K
ædificabitis mihi, & quis iſte lncus quietis meæ? Omnia
hæc manus mea fecit , & facta ſunt vniuerſa iſta , dicit *Ibidem.*
dnminus. Ad quem autem reſpiciam, niſi ad paupercu-
lum & contritum ſpiritu , & trementẽ ſermones meos?
Et pnſt, ſextus verſus, Ego illuſiones eorum eligã, & quę
timebant adducam eis: quia vocaui & non erat qui re-
ſponderet, locutus ſum, & nñ audierunt, feceruntq; ma-
lum in oculis meis, & quæ nnlui elegerunt. Audite legẽ
dnmini qui tremitis ad verbum eius . Dixerunt fratres
veſtri odientes vns & abiicientes propter nomẽ meum,
Glorificetur dnminus , & videbimus in lætícia veſtra,
ipſi autem cnnfundentur.

AVdite verbũ dnmini dnmus Iacnb & omnes *Ex Hiere-*
cognationes dom⁹ Iſraël. Hęc dicit dnminus, *mia.*
Quid inuenerũt patres veſtri in me iniquita- *Adhorta-*
tis, quia elnngauerunt à me, & ambulauerunt *tur peccato-*
poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt ? Et poſt aliquot verſus, *res ad pœ-*
Hæreditatẽ meam poſuiſtis in abominatinnẽ: Sacerdo- *nitentiã, ta-*
tes nõ dixerunt, vbi eſt dnminus? Et tenentes legem ne- *xãturq; fal-*
ſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me, Et Pro- *ſi propheta.*
phetę prnphetauerũt in Baal, & idola ſecuti ſunt. Et pau *Hiere.2.*
lnpoſt, Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui , aut *Ibidem.*
ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? Pnpulus vero meus nblitus L
eſt mei diebus innumeris. Quid niteris bnnã oſtendere
viam tuã ad quærẽdam dilectinnẽ , quæ inſuper & ma-
licias tuas docuiſti vias tuas : & in alis tuis inuentus eſt
ſanguis animarũ pauperum & innocẽtum? Nnn in foſ-
ſis inueni eos, ſed in nmnibus quæ ſupra memoraui . Et
dixiſti, Abſq; peccato & innncẽs egn ſum, & propterea
auertatur furnr tuus à me . Ecce ego iudicin cñtendam
tecum, eo quòd dixeris, nñ peccaui. Quàm vilis es facta
nimis, iterãs vias tuas, & ab Aegypto confunderis, ſicut
cõfuſa es ab Aſſur: Nã & ab iſta egredieris, & manus tuę
erunt ſuper caput tuũ, qunniam nbtriuit dominus cõfi-
dentiam tuam. Et paulnpoſt, Cõuertimini filij reuerten- *Hiere.3.*
tes, dicit dominus, quia egn vir veſter. Itẽ paulopoſt, Si *Hiere.4.*
cõuerteris Iſraël, cõuertere ait dnminus, ad me cõuerte-
re. Si abſtuleris nffendicula tua à facie mea, nnn cõmo-
ueberis: Et iurabis, viuit dominus, in veritate & in iudi-
cin, & in iuſticia, & benedicẽt eum gentes, ipſumq; lau-
dabunt. Et paulnpoſt, Stultus populus meus me non co-
gnouit. Filij inſipientes ſunt, & vecnrdes, Sapiẽtes ſunt, *Ibidem.*
vt faciãt mala: bene autẽ facere neſcierunt . Et poſt ali- M
quot verſus, Circumite vias Hieruſalẽ, & aſpicite & cõ- *Hiere.5.*
ſiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virũ fa-
cientẽ iudicium, & quærentẽ fidem, & propicius ero ei.
Quòd ſi etiam, viuit dominus, dixerint, & hoc falſn iu-
rabũt: Domine, oculi tui reſpiciunt fidẽ. Percuſsiſti eos,
& nñ dnluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere di-
ſciplinam: Indurauerũt facies ſuas ſuper petrã, & nolue-
runt reuerti. Ego autẽ dixi, Fnrſitã pauperes ſunt & ſtul-
ti ignorantes viam domini & iudicium dei ſui: Ibo igi-
tur ad optimates, & loquar eis, Ipſi enim cognouerunt
viã domini & iudicium dei ſui. Et ecce magis hi ſimul
cnnfregerunt iugũ, ruperũt vincula. Et poſt aliqunt ver
ſus, Filij tui dereliquerunt me, & iurãt in iis qui nõ ſunt *Ibidem.*
dij. Saturaui eos, & mœchati ſunt , & in domo meretri-
cis luxuriabãtur. Equi amatores, & admiſſarij facti ſunt,
vnuſquiſq; ad vxnrẽ proximi ſui hinniebat. Nũquid ſu-
per his nnn viſitabo, dicit dominus : & in gente tali nõ
vlciſcetur manus mea? Et pnſt aliqunt verſus. Qui poſui *Ibidem.*
arenam terminum mari , præceptũ ſempiternum quod
non præteribit: & commnuebuntur & non poterunt, &
intumeſcent fluctus eius, & nñ tranſibunt illud. Populo
autem

A autem huic factũ eſt cor incredulum, & exaſperans. Re-
ceſſerunt & abierunt, & nõ dixerunt in corde ſuo, Me-
Hiere.5. tuamus dominum deum noſtrũ. Et poſt paucos verſus,
Inuẽti ſunt, inquit, in populo meo impij, inſidiãtes quaſi
aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos vi-
ros, Sicut decipula plena auibus, ſic domus eorũ plenæ
dolo. Ideo magnificati ſunt & dilatati, incraſſati ſunt &
impinguati: & præterierũt ſermones meos peſsime. Cau
ſam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum nõ iu-
dicauerunt. Nunquid ſuper his nõ viſitabo, dicit domi-
nus, aut ſuper gentẽ huiuſcemodi nõ vlciſcetur anima
mea? Stupor & mirabilia facta ſunt in terra. Prophetæ
prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant
manibus ſuis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur
Hiere.6. fiet in nouiſsimo eius? Et poſt aliquot verſus, Cui loquar
& quem conteſtabor vt audiat? Ecce incircuncisę aures
eorum, & audire non poſſunt, Ecce verbum domini fa-
ctum eſt illis in opprobrium, & non ſuſcipiunt illud. Et
paulopoſt, Audite verbum domini omnis Iuda, qui in-
Hiere.7. gredimini per portas has, vt adoretis dominũ, Hæc di-
cit dominus exercituũ deus Iſraël, Bonas facite vias ve-
B ſtras & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcũ in loco iſto.
Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Tẽplum
domini, templum domini, templum domini eſt. Quo-
niam ſi benedixeritis vias veſtras & ſtudia veſtra, ſi fe-
ceritis iudicium inter virum & proximum eius, aduenę
& pupillo & viduę nõ feceritis calumniam, nec ſangui-
nem innocẽtem effuderitis in loco hoc, & poſt deos a-
lienos nõ ambulaueritis in malum vobiſmetipſis, habi-
tabo vobiſcum in loco iſto, in terra quã dedi patribus
veſtris à ſeculo vſque in ſeculũ. Ecce vos confiditis vo-
bis in ſermonibus mendacij, qui nõ proderunt vobis, fu
rari, occidere, adulterare, iurare mendaciter, libare Baa-
lim, & ire poſt deos alienos quos ignoratis: Et veniſtis
& ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua inuocatũ eſt
nomen meum, & dixiſtis, Liberati ſumus, eo quòd fece-
rimus omnes abominationes iſtas. Ergo ſpelunca latro-
num facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt nomen
meum in oculis veſtris? Ego ego ſum, ego vidi, dicit do
minus. Ite ad locum meũ in Silo, vbi habitauit nomen
meum à principio, & videte quę fecerim ei propter ma-
liciam populi mei Iſraël. Et nũc quia feciſtis omnia ope-
ra hęc, dicit dominus, & locutus ſum ad vos, mane cõ-
C ſurgens & loquens, & non audiſtis, & vocaui, & non re-
ſpondiſtis: faciã domui huic, in qua inuocatum eſt no-
men meũ, & in qua vos habetis fiduciã, & locum quem
dedi patribus veſtris, ſicut feci Silo: & proiiciã vos à fa-
cie mea, ſicut proieci omnes fratres veſtros vniuerſum
ſemen Effraim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec
aſſumas pro eis laudẽ & orationem, & non obſiſtas mi-
hi, quia non exaudiam te. Nõnne vides quid iſti faciant
in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hieruſalem? Filij colli-
gunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres con-
ſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli, & li-
bent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent. Nun-
quid me ad iracundiã prouocant, dicit dominus? Nõn-
ne ſemetipſos in cõfuſione vultus ſui? Et paulopoſt, Nũ-
Hiere.8. quid qui cadit, non reſurget: & qui auerſus eſt, nõ reuer-
tetur? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem
auerſione contentioſa? Apprehenderunt mẽdacium, &
noluerunt reuerti. Attẽdi & auſcultaui, nemo quod bo-
num eſt loquitur. Nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper
peccato ſuo, dicens, Quid feci? Et poſt paucos verſus,
Ibidem. Quo modo dicitis, ſapientes nos ſumus, & lex domini
nobiſcum eſt. Vere mẽdacium operatus eſt ſtylus men-
dax ſcribarum. Confuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti D
ſunt. Verbum enim domini proiecerunt, & ſapientia
nulla eſt in eis. Et paulopoſt, Quis dabit me in ſolitudi- Hiere.9.
ne diuerſorũ viatorum, & derelinquã populum meum,
& recedã ab eis: quia omnes adulteri ſunt & cœtus præ-
uaricatorum, & extenderũt linguam ſuam quaſi arcum
mendacij, & non veritatis? Cõfortati ſunt in terra, quia
de malo ad malum egreſsi ſunt, & me non cognouerũt
dicit dominus. Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat,
& in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis
frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus frau-
dulenter incedit, & vir fratrem ſuum deridebit, & veri-
tatem non loquentur. Docuerunt enim linguam ſuam
loqui mendacium, vt inique agerent laborauerunt. Ha-
bitatio tua in medio doli, In dolo renuerũt ſcire me, di-
cit dominus. Propterea Hęc dicit dominus exercituum,
Ecce ego conflabo & probabo eos, Quid enim aliud fa-
ciam à facie filiæ populi mei? Sagitta vulnerans lingua
eorum, dolum locuta eſt in ore ſuo: pacem cum amico
ſuo loquitur, & occulte ponit inſidias. Nunquid ſuper
his non viſitabo dicit dominus: aut in gente tali nõ vl-
ciſcetur anima mea? Et paulopoſt, Hæc dicit dominus, E
Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur Ibidem.
fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diui-
tiis ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe
me, quia ego ſum dominus, qui facio miſericordiam &
iudicium & iuſticiã in terra. Hæc enim placent mihi ait
dominus. Et poſt aliquot verſus, Hæc dicit dominus, Hiere.10.
Iuxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis cœli nolite
metuere quę timent gentes, quia leges populorum vanę
ſunt. Quia lignum de ſaltu præcidit opus manus artifi-
cis in aſcia. Argento & auro decorauit illud, clauis &
malleis compegit vt non diſſoluatur. In ſimilitudinem
plaſmę fabricata ſunt, & non loquentur: portata tollen-
tur, quia incedere nõ valent. Nolite ergo timere ea, quia
nec male poſſunt facere, nec bene. Nõ eſt ſimilis tui do-
mine, magnus es tu, & magnum nomẽ tuum in fortitu-
dine. Quis non timebit te ô rex gẽtium? Tuum eſt enim
decus, & inter cunctos ſapientes gentium, & in vniuer-
ſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tui. Pariter inſipientes
& fatui probabũtur. Doctrina vanitatis eorum lignum
eſt. Argentum inuolutum de Tharſis affertur, & aurum
topazion opus artificis & manus ærarij. Hyacinthus &
purpura indumentum eorum, opus artificum vniuerſa
hæc. Dominus autem deus verus eſt, ipſe deus viuens, &
rex ſempiternus. Ab indignatione eius commouebitur
terra, & non ſuſtinebunt gentes comminationem eius.
Sic ergo dicetis eis, Dij, qui cœlos & terrã non fecerũt,
pereant de terra, & de his quæ ſub cœlo ſunt. Et aliquã-
to poſt, Hęc dicit dominus, Maledictus homo qui con-
fidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à
domino recedet cor eius. Erit enim quaſi myricę in de- Hiere.17.
ſerto, & non videbit cum venerit bonum, ſed habitabit
in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis & inhabitabili.
Benedictus vir qui cõfidit in domino, & erit dominus
fiducia eius, Et erit quaſi lignum quod trãſplantatur ſu-
per aquas, quod ad humorem mittet radices ſuas, & nõ
timebit cum venerit ęſtas: & erit foliũ eius viride in tẽ-
pore ſiccitatis. Non erit ſolicitum nec aliquãdo deſinet
facere fructum. Et aliquanto poſt, Hæc dicit dominus,
Facite iudicium & iuſticiã, & liberate vi oppreſſum de Hiere.22.
manu calumniatoris. Et aduenã, & pupillũ, & viduam
nolite contriſtare, neque opprimatis inique: Et ſangui-
nem innocentẽ ne effundatis in loco iſto. Et paulopoſt, Hiere.23.
Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerãt gregẽ paſcuę
meæ,

G meæ,dicit dominus.Ideo hęc dicit dominus deus Iſraël
ad paſtores qui paſcũt populum meum, Vos diſperſiſtis
gregem meum,& eieciſtis eos,& nõ viſitaſtis, Ecce ego
viſitabo ſuper vos maliciam ſtudiorum veſtrorum ait
dominus . Item paulopoſt , Hæc dicit dominus exerci-
tuum,Nolite audire verba Prophetarum qui prophetãt
vobis & decipiunt vos,Viſionem cordis ſui loquuntur,
non de ore domini,Dicunt his qui blaſphemãt me,Lo-
cutus eſt dominus,Pax erit vobis: & omni qui ambulat
in prauitate cordis ſui dixerunt : Non veniet ſuper vos
Hiere.23. malum.Quis enim affuit in conſilio domini? Et poſt a-
liquos verſus , Non mittebã Prophetas & ipſi currebãt,
non loquebar ad eos,& ipſi prophetabãt.Si ſteriſſent in
conſilio meo & nota feciſſent verba mea populo meo,
auertiſſem vtique eos à via ſua mala,& à peſsimis cogi-
Ibidem. tationibus ſuis.Et poſt paucos verſus,Audiui quæ dixe-
runt Prophetæ , prophetantes in nomine meo menda-
cium atque dicentes , Somniaui,ſomniaui : Vſque quò
iſtud eſt in corde Prophetarum vaticinantium menda-
cium,& prophetantium ſeductiones cordis ſui, qui vo-
lunt facere vt obliuiſcatur populus meus nominis mei
propter ſomnia cordis ſui , quæ narrat vnuſquiſque ad
H proximũ ſuum , ſicut obliti ſunt patres eorum nominis
mei propter Baal?Propheta qui habet ſomnium, narret
ſomnium: & qui habet ſermonem meũ, narret ſermo-
nem meum vere.Quid paleis ad triticũ, dicit dominus?
Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis , dicit domi-
nus,& quaſi malleus conterens petram? Propterea ecce
ego ad Prophetas,ait dominus,qui furantur verba mea
vnuſquiſq; à proximo ſuo , Ecce ego ad Prophetas , ait
dominus,Qui aſſumunt linguas ſuas,& aiunt, dicit do-
minus:& ecce ego ad ſomniãtes Prophetas mẽdacium,
ait dominus,Qui narrauerunt ea & ſeduxerũt populum
meum in mẽdacio ſuo,& in miraculis ſuis,cum ego nõ
miſiſſem eos, nec mandaſſem eis , qui nihil profuerunt
Hiere.25. populo huic,dicit dominus. Et paulopoſt , Et miſit do-
minus ad vos omnes ſeruos ſuos Prophetas conſurgens
diluculo mittenſq;,& non audiſtis neque inclinaſtis au-
res veſtras vt audiretis,cum diceret, Reuertimini vnuſ-
quiſque à via ſua mala,& à peſsimis cogitationibus ve-
ſtris:& habitabitis in terra quam dedit dominus vobis
& patribus veſtris à ſeculo & vſque in ſeculum:Et noli-
te ire poſt deos alienos,vt ſeruiatis adoretiſq; eos,neque
I me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum ve-
ſtrarum,& non affligam vos : Et non audiſtis me, dicit
Hiere.48. dominus. Et aliquanto poſt. Maledictus qui facit opus
domini fraudulenter. Item poſt aliquantum , Bonus eſt
dominus ſperãtibus in eum, animæ quærẽti illũ. Bonũ
eſt præſtolari cũ ſilẽtio ſalutare domini. Bonũ eſt viro
Thren.3. cum portauerit iugũ ab adoleſcẽtia ſua.Sedebit ſolitari⁹
& tacebit,quia leuauit ſe ſup ſe.Ponet in puluere os ſuũ,
ſi forte ſit ſpes. Dabit percutiẽti ſemaxillam, ſaturabitur
opprobriis,quia nõ repellit in ſempiternũ dominus.

Ex Ezechiele. CVM autem pertranſiſſent ſeptem dies factum
eſt verbum domini ad me dicẽs, Fili hominis
Ezech 3. ſpeculatorẽ dedi te domui Iſraël , & audies de
ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si
me dicente ad impiũ, Morte morieris, nõ annunciaue-
ris ei , neq; locutus fueris vt auertatur à via ſua impia &
viuat,ipſe impius in iniquitate ſua morietur,ſanguinem
autem eius de manu tua requiram. Si autẽ tu annuncia-
ueris impio,& ille nõ fuerit conuerſus ab impietate ſua,
& à via ſua impia,ipſe quidem in iniquitate ſua morie-
tur,tu autem animam tuam liberaſti . Sed & ſi cõuerſus
iuſtus à iuſticia ſua fecerit iniquitatẽ, ponam offendicu- K
lum coram eo,Ipſe morietur,quia nõ annunciaſti ei, In
peccato ſuo morietur , & nõ erunt in memoria iuſticiæ
eius quas fecit,ſanguinẽ vero eius de manu tua requirã.
Si autem annunciaueris iuſto,vt non peccet iuſtus,& il-
le non peccauerit,viuens viuet,quia annunciaſti ei,& a-
nimam tuam liberaſti.Et poſt aliquantũ,Et dixit domi- *Ezech.9.*
nus ad eum,Tranſi per mediã ciuitatẽ in medio.Hieru-
ſalem, & ſigna Tau ſuper frontem virorum gemẽtium
& dolentiũ ſuper cunctis abominationibus quę fiunt in
medio eius.Et illis dixit audiẽte me,Tranſite per mediã
ciuitatem ſequentes eum,& percutite. Non parcat ocu-
lus veſter,neque miſereamini , Senem adoleſcentulum,
& virginem & paruulum,& mulierem interficite vſque
ad internecionem . Omnẽ autem ſuper quem videritis
Tau, ne occidatis, & à ſanctuario meo incipite . Et ali-
quanto poſt, Pro eo quòd mœrere feciſtis cor iuſti mẽ- *Ezech.13.*
daciter,quem ego nõ contriſtaui,& confortaſtis manus
impij vt non reuerteretur à via ſua mala & viueret.Item
poſt aliquantum,Et hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis *Ezech.16.*
tuæ,Superbia,ſaturitas panis,& abũdantia,& ocium ip-
ſius,& filiarũ eius:& manum egeno & pauperi non por-
rigebant , & eleuatæ ſunt & fecerũt abominationes co- L
ram me,& abſtuli eas ſicut vidiſti.Et poſt paululum,Vir *Ezech.18.*
ſi fuerit iuſtus,& fecerit iudicium & iuſticiam, in mõti-
bus non comederit,& oculos nõ leuauerit ad idola do-
mus Iſraël, & vxorem proximi ſui non violauerit,& ad
mulierem menſtruatã non acceſſerit: & hominem non
cõtriſtauerit,pignus debitori reddiderit, per vim nihil
rapuerit,panem ſuum eſurienti dederit, & nudum ope-
ruerit veſtimento,ad vſurã non commodauerit,& am-
plius non acceperit,ab iniquitate auerterit manũ ſuam,
iudicium verum fecerit inter virum & virũ , in præcep-
tis meis ambulauerit,& iudicia mea cuſtodierit vt faciat
veritatem, Hic iuſtus eſt, vita viuet , ait dominus deus.
Quòd ſi genuerit filium latronem effundẽtem ſangui-
nem,& fecerit vnum de iſtis: & hæc quidem omnia nõ
facientem,ſed in montibus comedentem,& vxorẽ pro-
ximi ſui polluentem, egenum & pauperẽ contriſtãtem,
rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola
leuantem oculos ſuos, abominationes facientẽ, ad vſu-
ram dantẽ & amplius accipientem:nũquid viuet ? Non
viuet.Cum vniuerſa deteſtanda hæc fecerit,morte mo-
rietur:ſanguis eius in ipſo erit . Quod ſi genuerit filium, M
qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit,
& non fecerit ſimile eis : ſuper montes non comederit,
& oculos ſuos non leuauerit ad idola domus Iſraël , &
vxorẽ proximi ſui non violauerit, & virũ non cõtriſta-
uerit,pignus nõ retinuerit,& rapinã non rapuerit,panẽ
ſuum eſurienti dederit,& nudũ operuerit veſtimento,à
pauperis iniuria auerterit manum ſuam,vſurã & ſuper-
abundantiã nõ acceperit,iudicia mea fecerit, & in præ-
ceptis meis ambulauerit,hic non morietur in iniquita-
te patris ſui, ſed vita viuet. Pater eius quia calumniatus
eſt & vim fecit fratri , & malum operatus eſt in medio
populi ſui , ecce mortuus eſt in iniquitate ſua . Et dicis,
Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet
quia filius iudicium & iuſticiã operatus eſt,Omnia prę-
cepta mea cuſtodiuit & fecit illa,vita viuet.Anima quæ
peccauerit,ipſa morietur: Filius non portabit iniquita-
tem patris,& pater non portabit iniquitatẽ filij. Iuſticia
iuſti ſuper eum erit , & impietas impij erit ſuper eum.
Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus pec-
catis ſuis quæ operatus eſt , & cuſtodierit vniuerſa præ-
cepta mea,& fecerit iudicium & iuſticiam,vita viuet &
non

A non morietur. Omnium iniquitatũ eius quas operatus eſt nõ recordabor. In iuſticia ſua quam operatus eſt viuet. Nũquid voluntatis meæ eſt mors impij dicit dominus deus, & non vt cõuertatur à viis ſuis & viuat? Si autẽ auerterit ſe iuſtus à iuſticia ſua, & fecerit iniquitatem ſecũdum omnes abominationes quas operari ſolet impius, nunquid viuet? Omnes iuſticiæ eius quas fecit non recordabuntur. In præuaricatione qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo quod peccauit, in ipſis morietur. Et dixiſtis, Non eſt æqua via domini. Audite ergo domus Iſraël, Nunquid via mea non æqua, & non magis viæ veſtrę prauę ſunt? Cũ enim auerterit ſe iuſtus à iuſticia ſua, & fecerit iniquitatẽ, morietur in eis. In iniuſticia quã operatus eſt morietur, Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quã operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſticiam, ipſe animã ſuam viuificabit. Cõſiderauit enim & auertit ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt, vita viuet, & nũ morietur. Et dicunt filij Iſraël, Non eſt æqua via domini. Nunquid viæ meæ non ſunt æquæ domus Iſraël, & nõ magis viæ veſtræ prauæ? Idcirco vnũquemq; iuxta vias ſuas iudicabo domus Iſraël, ait dominus deus, Cõuertimini & agite pœnitentiam ab om-

B nibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite à vobis omnes præuaricationes veſtras in quibus prçuaricati eſtis, & facite vobis cor nouũ & ſpiritum nouum. Et quare moriemini domus Iſraël? Quia nolo mortem morientis dicit dominus deus: Re-

Ezech.22. uertimini & viuite. Et aliquanto poſt, Ecce principes Iſraël ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te ad effundẽdum ſanguinem. Patrẽ & matrem contumeliis affecerunt in te, aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupillã & viduam cõtriſtauerunt apud te. Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbata mea polluiſtis. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem. Et ſuper montes comederunt in te, Scelus operati ſunt in medio tui. Verecũdiora patris diſcooperierunt in te, immundiciam mẽſtruatæ humiliauerunt in te, Et vnuſquiſque in vxorem proximi ſui operatus eſt abominationẽ, & ſocer nurum ſuã polluit nefarie. Frater ſororẽ ſuam filiam patris ſui oppreſsit in te. Munera acceperunt apud te ad effundendũ ſanguinẽ, vſuram & ſuperabundãtiam accepiſti, & auare proximos tuos calũniabaris, meiq; oblita es, ait domi-

Ibidem. nus deus. Et poſt paululum, Et factũ eſt verbum domini

C ad me dicens, Fili hominis dic ei, Tu es terra immunda & non compluta in die furoris. Coniuratio Prophetarum in medio eius. Sicut leo rugiens capienſq; prędam, animam deuorauerunt, opes & precium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempſerunt legẽ meam, & polluerunt ſanctuaria mea. Inter ſanctum & prophanũ non habuerunt di-

ſtantiam, & inter pollutum & immundum non intelle-

Ibidem. xerunt. Et poſt duos verſus, Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam, ad effundendum ſanguinem, & ad perdẽdas animas & auare ſectãda lucra, Prophetæ autem eius liniebãt eos abſque temperamento, videntes vana, & diuinantes mendacium dicentes, Hæc dicit dominus deus, cum dominus nõ ſit locutus. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter, egenum & pauperem affligebãt, & aduenam opprimebãt calumnia abſq; iudicio. Et quęſiui de eis virũ, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus cõtra me pro terra ne diſperderẽ eam, & non inueni, Et effudi ſuper eos indignationem meam, & in igne iræ meæ conſumpſi eos. Viam eorum in caput eorum reddidi, ait do-

Ezech.33. minus deus. Et aliquãto poſt, Et factum eſt verbum domini ad me dicens, Fili hominis loquere ad filios popu- D

li tui & dices ad eos, Terra cum induxero ſuper eã gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſsimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: & ille viderit gladium veniẽtem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo: audiens autem quiſquis ille eſt ſonitum buccinę, & non ſe obſeruauerit, veneritq; gladius & tulerit eum, ſanguis ipſius ſuper caput eius erit, Sonitum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit. Si autem cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit. Quod ſi ſpeculator viderit gladiũ venientem, & non inſonuerit buccina, & populus nõ ſe cuſtodierit, veneritq; gladius & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinẽ autem eiꝰ de manu ſpeculatoris requirã. Et tu fili hominis ſpeculatorẽ dedi te domui Iſraël. Audiens ergo ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris: non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impiꝰ in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciante te ad impiũ, vt à viciis ſuis conuertatur, & non fuerit cõuerſus à via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur, porrò tu animam tuam liberaſti. Tu ergo E

fili hominis, dic ad domum Iſraël, Sic locuti eſtis dicẽtes, Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus, quo modo ergo viuere poterimus? Dic ad eos, Viuo ego dicit dominus deus, Nolo mortẽ impij, ſed vt reuertatur impius à via ſua mala & viuat. Cõuertimini à viis veſtris peſsimis, Et quare moriemini domus Iſraël? Tu itaque fili hominis, dic ad filios populi tui, Iuſticia iuſti nõ liberabit eum in quacũq; die peccauerit: & impietas impij non nocebit eũ in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua. Et iuſtus non poterit viuere in iuſticia ſua, in quacũque die peccauerit: etiam ſi dixero iuſto, quòd vita viuat, & cõfiſus in iuſticia ſua fecerit iniquitatem: omnes iuſticiæ eius obliuioni tradẽtur, & in iniquitate ſua quã operatus eſt, in ipſa morietur. Si autem dixero impio, Morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq; iudicium & iuſticiã, pignus reſtituerit ille impius, rapinámque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum, vita viuet & nõ morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit non imputabũtur ei. Iudicium & iuſticiam fecit, vita viuet. Et dixerũt filij populi F

tui, Nõ eſt æqui põderis via domini, & ipſorum via iniuſta eſt. Cum enim receſſerit iuſtus à iuſticia ſua, feceritq; iniquitates, morietur in eis. Et cũ receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq; iudicium & iuſticiam, viuet in eis. Et dicitis, Non eſt æqua via domini: vnumquemq; iuxta vias ſuas iudicabo de vobis domus Iſraël. Et poſt aliquot verſus, Et tu fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros & in oſtiis domorum, & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum ſuum dicẽtes, Venite & audiamus qui ſit ſermo egrediens à domino, *Ibidem.*

Et veniunt ad te quaſi ingrediatur populus, & ſedẽt corã te populus meus, & audiunt ſermones tuos, & nõ faciunt eos, quia in canticum oris ſui vertunt illos, Et auariciam ſuam ſequitur cor eorũ, & es eis quaſi carmẽ muſicum quod ſuaui dulciq; ſono canitur. Et audiunt verba tua & nõ faciunt ea: & cũ venerit quod prædicatum eſt, ecce enim venit, tũc ſciẽt quod Prophetes fuerit in- *Ezech.34.*

ter eos. Et factum eſt verbum domini ad me dicens, Fili hominis Propheta de paſtoribus Iſraël, propheta & dices paſtoribus. Hæc dicit dominus deus, Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges paſcũtur à paſtoribus?

G à paſtoribus:Lac comedebatis,& lanis operiebamini, &
quod craſſum erat occidebatis , gregẽ autem meum nõ
paſcebatis.Quod infirmũ fuit non cõſolidaſtis,& quod
ęgrotum non ſanaſtis.Quod fractum eſt non alligaſtis,
& quod abiectum eſt non reduxiſtis,quod perierat non
quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis & cum po
tẽtia,Et diſperſę ſunt oues meę,eo quòd nõ eſſet paſtor.
Et factę ſunt in deuoratione omniũ beſtiarum agri , &
diſperſę ſunt:& errauerunt greges mei in cunctis mon-
tibus & in vniuerſo colle excelſo:& ſuper omnẽ faciem
terræ diſperſi ſunt greges mei , Et non erat qui require-
ret,Non erat,inquam,qui requireret,Propterea paſtores
audite verbum domini,Viuo ego dicit dominus deus,
quiã pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinã , & o-
ues meę in deuoratione omniũ beſtiarum agri,eo quòd
non eſſet paſtor,Neq; enim quęſierunt paſtores gregem
meum,ſed paſcebãt paſtores ſemetipſos,& greges meos
non paſcebãt.Propterea paſtores audite verbum domi-
ni,Hęc dicit domin⁹ deus, Ecce ego ipſe ſuper paſtores,
requiram gregem meum de manu eorum,& ceſſare eos
faciã vt vltra non paſcant gregem,nec paſcant amplius
H paſtores ſemetipſos . Et liberabo gregem meum de ore
eorum,& non erit eis vltra in eſcã. Et poſt aliquantum,
Ezech. 34. Vos autẽ greges mei,hæc dicit dominus deus,Ecce ego
iudico inter pecus & pecus, arietũ & hircorum,Nónne
ſatis vobis erat paſcua bona depaſci?Inſuper & reliquias
paſcuarum veſtrarũ conculcatis pedibus veſtris,& cum
puriſsimam aquam biberitis,reliquã pedibus veſtris tur-
batis:& oues meę his quæ cõculcata pedibus veſtris fue-
rant,paſcebantur; & quæ pedes veſtri turbauerant, hæc
bibebant.Propterea hęc dicit dominus deus ad eos,Ec-
ce ego ipſe iudico inter pecus pingue,& macilentũ,pro
eo quòd lateribus & humeris impingebatis,& cornibus
veſtris vẽtilabatis omnio infirma pecora donec diſper-
gerentur foras.Et poſt aliquantum,Hæc dicit dominus
Ezech. 45. deus,Sufficiat vobis principes Iſraël , iniquitatem & ra-
pinas intermittite,& iudiciũ & iuſticiam facite,& ſepa-
rate confinia veſtra à populo meo dicit dominus deus.
Statera iuſta,& Ephi iuſtum erit vobis, & beatus iuſtus.

Iſta de libris poſuimus, quos & Iudæi canonicos ha-
bent,in quibus eorũ inuenimus quæ huic operi cõuene-
rint.Sed nõ ſunt omittẽdi & hi quos quidẽ ante ſaluato
ris aduentũ cõſtat eſſe cõſcriptos, ſed eos nõ receptos à
Iudæis,recepit tamen eiuſdem ſaluatoris eccleſia. In his
I ſunt duo qui Salomonis à pluribus appellantur,propter
quãdam,ſicut exiſtimo,eloquij ſimilitudinem:Nam Sa-
lomonis non eſſe,nihil dubitant quique doctiores.Nec
tamen eius qui ſapientiæ dicitur,quis nam ſit author ap
paret.Illũ vero alterum,quem vocamus Eccleſiaſticum,
quòd Ieſus quidã ſcripſerit , qui cognominatur Sirach,
cõſtat inter eos qui eundẽ librũ totum legerunt. De
libro ergo ſapiẽtiæ iſta huic operi congruere viſa ſunt.

Ex libro ſapientiæ. Sapien. 1.

Diligite iuſticiam qui iudicatis terram.Sẽtite de
domino in bonitate , & in ſimplicitate cordis
quærite illum . Quoniam inuenitur ab his qui
non tentant illũ,Apparet autẽ eis qui fidem ha
bent in illũ . Peruerſæ enim cogitationes ſeparãt à deo,
Probata autẽ virtus corripit inſipientes.Quoniã in ma-
leuolam animam non introibit ſapientia,nec habitabit
in corpore ſubdito peccatis.Sãctus enim ſpiritus diſci-
plinæ effugiet fictum,& auferet ſe à cogitationibus quæ
ſunt ſine intellectu,& corripietur à ſuperueniẽte iniqui-
tate.Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ,& non libera-
bit maledictum à labiis ſuis : quoniã renum illius teſtis
eſt deus,& cordis eius ſcrutator eſt verus & linguę illius K
auditor. Quoniam ſpiritus domini repleuit orbem ter- *Ibidem.*
rarum,& hic qui continet omnia ſciẽtiam habet vocis.
Propter hoc qui loquitur iniqua , non poteſt latere,ſed
nec pręteriet illum corripiens iudicium.In cogitationi-
bus enim impij interrogatio erit , ſermonũ autem illius
auditio ad dominum veniet , ad correptionẽ iniquita-
tum illius. Quoniã auris cœli audit omnia,& tumultus
murmurationum non abſcõdetur . Cuſtodite ergo vos
à murmuratione quę nihil prodeſt,& à detractione par
cite linguę,Quoniam reſponſum obſcurum inuacuum
non ibit.Os autem quod mentitur,occidit animam. Et
paulopoſt,Qui confidunt in illũ,intelligent veritatem: *Sapien. 3.*
& fideles in dilectione acquieſcẽt illi, quia donũ & pax
eſt electis illius.Impij autẽ ſecundum quę cogitauerunt,
correptionem habebũt,qui neglexerũt iuſticiã,& à do-
mino receſſerunt. Sapientiam enim & diſciplinam qui *Ibidem.*
abiicit,infœlix eſt.Et poſt ſex verſus,Quoniã fœlix ſteri-
lis, & incoinquinata , quæ neſciuit thorum in delicto,
Habebit fructũ in reſpectione animarum, Et ſpado qui
non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem,nec cogi-
tauit aduerſus dominũ nequiſsima . Et poſt aliquãtum, L
Audite ergo reges & intelligite,diſcite iudices finiũ ter- *Sapien. 6.*
ræ iuſticiam.Præbete aures vos qui cõtinetis multitudi-
nes,& placetis vobis in turbis nationum,Quoniam da-
ta eſt à domino poteſtas vobis, & virt⁹ ab altiſsimo qui
interrogabit opera veſtra,& in cogitationibus ſcrutabi-
tur. Quoniam cum eſſetis miniſtri regni ipſius, non re-
cte iudicaſtis,neque cuſtodiſtis legem iuſticię,neque ſe-
cundũ voluntatem dei ambulaſtis . Horrẽde & cito ap-
parebit vobis , quoniam iudiciũ duriſsimum in his qui
præſunt fiet.Exiguo enim concedetur miſericordia,po-
tentes autem potenter tormenta patientur . Non enim
ſubtrahit perſonam cuiuſquam dominus, nec reuerebi-
tur magnitudinem cuiuſquam.Quoniã puſillum & ma
gnũ ipſe fecit,& æqualiter illi cura eſt pro omnib⁹.For-
tioribus autẽ fortior inſtat cruciatus . Ad vos autẽ mali
reges ſunt hi ſermones mei,vt diſcatis ſapientiã,& non
excidatis.Qui enim cuſtodierint iuſticiam , iuſte iuſtifi-
cabuntur:& qui didicerint iſta, inuenient quid reſpon-
deant.Concupiſcite ergo ſermones meos,diligite illos,
& habebitis diſciplinã.Clara eſt enim & quę nunquam
marceſcat ſapientia,& facile videtur ab his qui diligũt
eam,& inuenitur ab his qui quærunt illam.Præoccupat
qui ſe concupiſcunt,vt illis ſe priorẽ oſtendat . Qui de M
luce vigilauerit ad illam,non laborabit,aſsidentẽ enim
illam inueniet foribus ſuis,Cogitare enim de illa ſenſus
eſt cõſummatus. Et qui vigilauerit pro illa, cito erit ſe-
curus,Quoniam dignos ſe ipſa circumit quærens, & in
viis oſtendet ſe illis hilariter,& in omni prouidẽtia oc-
currit illis . Initium enim illius veriſsima eſt diſciplinæ
concupiſcentia. Cura ergo diſciplinę dilectio eſt:& di-
lectio cuſtoditio legũ illius eſt , Cuſtoditio autẽ legum
cõfirmatio incorruptionis eſt, incorruptio autem facit
eſſe proximum deo.Cõcupiſcentia itaque ſapientiæ de-
ducit ad regnum perpetuum.Si ergo delectamini ſedi-
bus & ſtemmatibus reges populi, diligite ſapientiam vt
in perpetuum regnetis.Et paulopoſt,Et ſi iuſticiam quis *Sapien. 8.*
diligit labores huius magnas habent virtutes. Sobrieta-
tem enim & ſapientiam docet & iuſticiam & virtutem,
quibus vtilius nihil in vita hominibus. Nunc iam de
libro qui Eccleſiaſticus dicitur ponenda ſunt quæ vidẽ-
tur,De quo hic etiam ea dixiſſe deputer,quæ de Prouer-
biorum libro ſum prælocutus, quanuis in iſto Eccleſia-
ſtico plura repererim huic operi neceſſaria.

Timor

A Timor domini ſciētiæ religioſitas. Religioſitas
Ex Eccleſiaſtico. cuſtodiet & iuſtificabit cor,iucunditatē atque
gaudium dabit. Timenti dominum bene erit,
Eccli.1. & in diebus conſummationis illius benedicē-
tur.Plenitudo ſapiētiæ eſt timere deum, & plenitudo à
fructibus illius.Et poſt duos verſus, Corona ſapiētiæ ti-
mor domini.Et poſt quatuor verſus. Radix ſapiētiæ eſt
timere deum,Rami enim illius longæui.In theſauris ſa-
pientiæ intellectus eſt,& ſcientia & religioſitas, Execra-
tio autem peccatoribus ſapiētia.Timor dei expellit pec-
catū,Nam qui ſine timore eſt,non poteſt iuſtificari, Ira-
cundia enim animoſitatis illius, ſubuerſio illius eſt. Sa-
piens vſque in tempus ſuſtinebit patiens,& poſtea redi-
tio iucunditatis.Bonus ſenſus vſque in tempus abſcon-
dit verba illius,& labia multorum enarrabūt ſenſum il-
lius.Cōcupiſcens ſapientiā,ſerua iuſticiam:& deus præ-
bebit illam tibi.Sapientia enim & diſciplina timori do
mini,& quod beneplacitū eſt illi, fides & māſuetudo,&
adimplebit theſauros tuos.Nō ſis incredibilis timor do
mini,& ne acceſſeris ad illū duplici corde.Ne fueris hy
pocrita in conſpectu hominum,& non ſcādalizeris la-
B biis tuis.Attende in illis,ne forte cadas, & adducas ani-
mæ tuæ cōfuſionem:& reuelet deus abſcōdita tua, & in
medio ſynagogę elidat te.Quoniam acceſſiſti maligne
ad dominū, & cor tuū plenum eſt dolo & fallacia. Fili
Eccli.2. accedes ad ſeruitutē dei,ſta in timore & iuſticia,& præ-
para animam tuam ad tentationem,& deprime cor tuū
& ſuſtine.Declina aurem tuam, & excipe verba intelle-
ctus,& ne feſtines in tempus obductionis.Suſtine ſuſtē-
tationē dei,coniungere deo & ſuſtine,vt creſcat in no-
uiſsimo vita tua.Omne quod tibi applicitū fuerit, acci-
pe,& in dolore ſuſtine,& in humilitate tua patientiā ha
be,Quoniam in igne probatur aurum & argentum,ho-
mines vero receptibiles in camino humiliationis. Cre-
de deo, & recuperabit te, & dirige viā tuam & ſpera in
illum. Serua timorem illius, & in illo veteraſce.Metuē-
tes dominum ſuſtinete miſericordiam eius, & nō defle-
ctatis ab illo,ne cadatis.Qui timetis dominum, credite
illi,& nō euacuabitur merces veſtra. Qui timetis domi-
num,ſperate in illū, & in oblectatione veniet vobis mi-
ſericordia. Qui timetis deū,diligite illum, & illumina-
buntur corda veſtra.Reſpicite filij nationes hominum,
& ſcitote quis ſperauit in domino, & confuſus eſt? per-
C manſit in mandatis eius,& derelictus eſt?& quis illū in-
uocauit,& deſpexit illum? Quoniam pius & miſericors
eſt deus,& remittet in tēpore tribulationis peccata om-
nibus exquirentibus ſe in veritate. Væ duplici corde &
labiis ſceleſtis & manibus malefacientibus,& peccatori
terram ingredienti duabus viis.Væ diſſolutis corde,qui
non credunt deo, ideo non proteguntur ab eo. Væ his
qui perdiderunt ſuſtinentiam, qui dereliquerūt vias re-
ctas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facietis cum
inſpicere cœperit deus? Qui timent dominū,non erunt
incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum,cōſerua-
bunt viam illius.Qui timent dominū,inquirēt quæ be-
neplacita ſunt illi,& qui diligunt eum,replebuntur lege
ipſius.Qui timent dominum,præparabunt corda ſua,&
in cōſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.Qui timēt
dominum,cuſtodiunt mandata illius, & patientiam ha
bebunt vſque ad inſpectionem illius,dicentes,Si pœni-
tentiam non egerimus,incidemus in dei manus,& non
in manus hominum.Secūdum enim magnitudinem il-
Eccli.3. lius,ſic & miſericordia ipſius cum ipſo.Filij ſapiētiæ Ec
cleſia iuſtorum,& nati illorum obediētia & dilectio. Iu
diciū patris audite filij dilecti, & ſic facite vt ſalui ſitis,
Et poſt duos verſus,Qui diligit deum,exorabit pro pec D
catis ſuis,& cōtinebit ſe ab illis, In oratione dierū exau-
dietur.Et ſicut qui theſaurizat,ita & qui honorificat ma
trem ſuam.Qui honorificat patrem, iucundabitur in fi-
liis.Qui honorat patrem ſuum,vita viuet lōgiore,& qui
obaudit patri,refrigerabit matrem.Qui timet deum,ho
norat parētes:& quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genue-
runt,in opere & ſermone & omni patiētia.Honora pa-
trem tuum,vt ſuperueniat tibi benedictio à domino.Et
poſt tres verſus,Ne glorieris in contumelia patris tui.Et
poſt tres verſus,Fili, ſuſcipe ſenectā patris tui, & ne cō- *Ibidem.*
triſtes eum in vita illius. Et ſi defecerit ſenſu, veniā da,
& ne ſpernas eum in tua virtute.Et poſt quatuor verſus,
Quàm malæ famę eſt qui derelinquit patrem,& eſt ma-
ledictus à deo qui exaſperat matrem. Fili, in manſuetu- *Ibidem.*
dine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam dili-
geris.Quāto magnus es humilia te in omnibus, & corā
deo inuenies gratiam. Quoniam magna potētia dei ſo-
lius,& ab humilibus honoratur.Altiora te ne quæſieris,
& fortiora te ne ſcrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi
deus, illa cogita ſemper. Et in pluribus operibus eius ne
fueris curioſus,nō enim eſt tibi neceſſariū ea quę abſcō- E
dita ſunt videre oculis tuis. Et poſt tres verſus, Multos *Ibidem.*
enim implanauit ſuſpicio eorū, & in vanitate detinuit
ſenſus illorum. Cor durum male habebit in nouiſsimo,
& qui amat periculū,in illo peribit. Cor ingrediēs duas
vias,nō habebit ſucceſſus, & prauicordius in illis ſcan-
dalizabitur.Cor nequā grauabitur in doloribus, & pec
cator adiiciet ad peccandū.Et poſt duos verſus, Cor ſa-
piens intelligitur in ſapientia, & auris bona audiet cum
omni cōcupiſcentia ſapientiam. Sapiens cor & intelli-
gibile abſtinebit ſe à peccatis,& in operibus iuſticiæ ſuc
ceſſus habebit.Ignem ardentem extinguet aqua, & elee-
moſyna reſiſtet peccatis,& deꝰ proſpector eius, qui red
dit gratiam.Meminit in poſterum, & in tempore caſus
tui inueniet firmamentū. Fili eleemoſinam pauperis ne
fraudes,& oculos tuos ne tranſuertas à paupere.Animā
eſurientem ne deſpexeris, & nō exaſperes pauperem in-
opia ſua.Cor inopis ne afflixeris,& ne protrahas datum *Eccli.4.*
anguſtianti.Rogationem cum tribulatione ne abiicias,
& non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope nō au-
feras oculos tuos propter iram,& nō relinquas quęrēti-
bus tibi retro maledicere. Maledicētis enim tibi in ama F
ritudine animæ exaudietur deprecatio illiꝰ.Exaudiet au
tem eum qui fecit illū.Congregationi pauperum affabi-
lem te facito,& presbytero humilia animā tuam,& ma-
gnato humilia caput tuū. Declina pauperi ſine triſticia
aurem tuā,& redde debitū tuum,& reſpōde illi pacifica
in māſuetudine. Libera eū qui iniuriā patitur de manu
ſuperbi,& nō acidè feras in anima tua.In iudicādo eſto
miſericors pupillis vt pater, & pro viro matri illorū, &
eris velut filius altiſsimi obaudiēs,& miſerebitur tui ma
gis quàm mater. Sapientia filiis ſuis vitam inſpirauit, &
ſuſcipit inquirētes ſe,& præibit in via iuſticiæ. Et qui il-
lam diligit,diligit vitā,& qui vigilauerint ad illam, cō-
plectentur placorem eius. Qui tenuerint illā,vitam hæ-
reditabunt,& quò introibit benedicet deus.Qui ſeruiūt
ei,obſequentes erunt ſancto,& eos qui diligūt illam,di-
ligit deus.Qui audit illam,iudicat gētes,& qui intuetur
illam,permanebit confidens. Si crediderit ei,hæredita-
bit illā,& erunt in confirmatione creaturæ illorū Quo-
niam in tentatione ambulat cum eo,& in primis elegit
eum, Timorem & metum & probationem inducet ſu-
per illū,& cruciabit illum in tribulatione doctrinę ſuę,
donec tentet illū in cogitationibus illius,& credat ani-
mæ illius.

G mæ illius. Et firmabit illum, & iter adducet directũ ad
illum, & denudabit abſcõdita ſua illi, & theſaurizat ſu-
per illum ſcientiam & intellectum iuſticiæ. Si autẽ ob-
errauerit, derelinquet illũ, & tradet eum in manus ini-
mici ſui. Fili, cõſerua tẽpus, & deuita à malo. Pro anima
tua non confundaris dicere verum. Eſt enim confuſio
adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriã &
gratiã. Ne accipias faciem aduerſus faciẽ tuam, nec ad-
uerſus animam tuã mendacium. Non verearis proxi-
mum tuum in caſu ſuo, nec retineas verbum in tempus
ſalutis. Non abſcõdas ſapientiã tuam in decore eius, In
lingua enim agnoſcitur ſapientia & ſenſus, & ſcientia
& doctrina in verbis veritatis, & firmamentum in ope-
ribus iuſticiæ. Non cõtradicas veritati vllo modo, & de
mendacio ineruditionis tuæ cõfundere. Non cõfunda-
ris cõfiteri peccata tua, & ne ſubiicias te homini pro pec
cato. Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris
contra ictum fulminis. In iuſticia agonizare pro anima
tua, & vſq; ad mortẽ certa pro iuſticia, & deus expugna-
bit pro te inimicos tuos. Noli citatus eſſe in lingua tua,
& inutilis & remiſſus in operibꝰ tuis. Noli eſſe ſicut leo
in domo tua, euertẽs domeſticos tuos, & opprimẽs ſub-
H iectos tibi, Nõ ſit porrecta manus tua ad accipiẽdum, &
Eccli. 5. ad dandũ collecta. Noli attendere ad poſſeſsiones ini-
quos, & ne dixeris, Eſt mihi ſufficiens vita. Nihil enim
proderit in tẽpore vindictæ & obductionis. Nõ ſequa-
ris cõcupiſcentiam cordis, & ne dixeris, Quo modo po
tui, aut quis me ſubiiciet propter facta mea? Deus enim
vindicans vindicabit. Et ne dixeris, Peccaui, & quid ac-
cidit mihi triſte? Altiſsimus enim eſt patiens redditor.
De propiciatu peccatorũ noli eſſe ſine metu. Neque ad-
iicias peccatũ ſuper peccatum, & ne dicas, Miſeratio dei
magna eſt. Multitudinis peccatorum meorũ miſerebi-
tur. Miſericordia enim & ira ab illo cito proximat, &
in peccatores illius reſpicit ira. Non tardes conuerti ad
dominum, & ne differas de die in diẽ. Subito enim ve-
nit ira illius, & in tẽpore vindictę diſperdet te. Noli an-
xius eſſe in diuitiis iniuſtis, nihil enim proderunt tibi in
die obductionis & vindictæ. Nõ vẽtiles te in omni vẽ-
to, & non eas in omni via. Sic enim peccator probatur
duplici lingua. Eſto firmus in via dei, & in veritate ſen-
ſus tui & ſciẽtia, & proſequatur te verbum pacis & iuſti-
ciæ. Eſto mãſuetus ad audiẽdum verbum dei, vt intelli-
gas, & cum ſapiẽtia feras reſpõſum verum. Si eſt tibi in-
I tellectus, reſpõde proximo: ſin autem, ſit manus ſuper os
tuũ, ne capiaris verbo indiſciplinato & cõfundaris. Ho-
nor & gloria in ſermone ſenſati, lingua vero imprudẽ-
tis ſubuerſio eſt ipſius. Nõ appelleris ſuſurro in vita tua,
& in lingua tua ne capiaris & cõfundaris. Super furem
enim eſt cõfuſio, & pœnitẽtia, & denotatio peſsima ſu-
per bilinguem. Suſurratori autẽ odium & inimicicia &
cõtumelia. Iuſtifica puſillum & magnum ſimiliter. Noli
Eccli. 6. fieri pro amico inimicus proximo. Improperiũ & con-
tumeliã malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus
& bilinguis. Nõ te extollas in cogitatione animæ tuę ve
lut taurus, ne forte elidatur virtus tua per ſtulticiam. Et
poſt ſeptem verſus, Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarij
ſint tibi vnus de mille. Si poſsides amicum, in tentatio-
ne poſside eum, & non facile credas illi temetipſum. Eſt
enim amicus ſecundum tẽpus ſuum, & nõ permanebit
in die tribulationis. Et eſt amicus qui egreditur ad ini-
miciciam, & eſt amicus qui odium & rixam & cõuicia
denudabit. Eſt autẽ amicus ſocius menſæ, nõ permane-
bit in die neceſsitatis. Amicus ſi permãſerit fixus, erit ti-
bi quaſi coęqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget.

Si humiliauerit ſe contra te, & à facie tua abſcõderit ſe, K
vnanimem habebis amiciciam bonã. Ab inimicis tuis
ſeparare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis pro-
tectio fortis: qui autẽ inuenit illum, inuenit theſaurum.
Amico fideli nulla eſt cõparatio, & non eſt digna com-
paratio auri & argenti contra bonitatẽ fidei illius. Ami-
cus fidelis, medicamẽtum vitæ & immortalitatis: Et qui
metuunt dominum, inueniunt illum. Qui timet deum
æque habebit amiciciam bonam, quoniã ſecundum il-
lum erit amicus illius. Fili à iuuentute tua excipe doctri-
nam, & vſque ad canos inuenies ſapiẽtiam. Quaſi is qui
arat & ſeminat accede ad illã, & ſuſtine bonos fructus
illius: Et in opere enim illius exiguo laborabis, & cito e-
des de generationibus illius. Quàm aſpera eſt nimium
ſapientia indoctis hominibus, & non permanebit in il-
la excors. Quaſi lapidis virtus probatio erit in illis, & nõ
demorabũtur proiicere illam. Et poſt duos verſus, Qui- *Ibidem.*
bus autem agnita eſt, permanent vſque ad conſpectum
dei. Audi fili & accipe conſiliũ intellectus, & ne abiicias
conſilium meũ. Iniice pedem tuum in cõpedes illius, &
in torquem eius collum tuum. Subiice humerum tuum,
& porta illam, & non acidieris vinculis eius. In omni a-
nimo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua ſerua L
vias eius. Inueſtiga illam & manifeſtabitur tibi, & cõti-
nens factus ne dereliqueris eam, In nouiſsimis enim in-
uenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectatio-
nem, Et erũt tibi compedes In protectionem fortitudi-
nis & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam glorię. Et
poſt quatuor verſus, Fili ſi attenderis mihi, diſces eam: & *Ibidem.*
ſi accommodaueris animam tuam, ſapiens eris: Et ſi in-
clinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & ſi dilexe-
ris audire, ſapiens eris. In multitudine presbyterorũ pru-
dentium ſta, & ſapientiæ illorum ex corde coniungere,
vt omnem narrationem dei poſsis audire, & prouerbia
laudis ne effugiãt te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad il-
lum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. Cogitatũ
habe in præceptis dei, & in mãdatis illius maxime aſsi-
duus ſta: & ipſe dabit cor tibi, & concupiſcentia ſapien-
tiæ dabitur tibi. Noli facere mala, & non te apprehen- *Eccli. 7.*
dent. Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te. Nõ ſe-
mines mala in ſulcis iniuſticiæ, & nõ metes ea in ſeptu-
plum. Noli quærere ab homine ducatũ, neque à rege ca-
thedram honoris. Nõ te iuſtifices ante deum, quoniam
agnitor cordis ipſe eſt. Et penes regem noli velle videri M
ſapiẽs. Noli quærere fieri iudex, niſi ſi vales virtutem ir-
rumpere iniquitatis: ne forte extremiſcas faciem poten-
tis, & ponas ſcãdalũ in agilitate tua. Nõ pecces in mul-
titudinẽ ciuitatis, ne immittas in populum, neque alli-
ges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. No
li eſſe puſillanimis in anima tua. Exorare, & facere elee-
moſynam non deſpicias. Ne dicas, In multitudine mu-
nerum meorum reſpiciet dominus, & offerẽte me deo
altiſsimo ſuſcipiet munera mea. Nõ irrideas hominem
in amaritudine animæ: Eſt enim qui humiliat & exaltat
deus. Noli amare mendaciũ aduerſus fratrẽ tuũ, neque
in amicũ ſimiliter facias. Noli velle mentiri omne mẽ-
dacium, aſsiduitas enim illius nõ eſt bona, Noli verbo-
ſus eſſe in multitudine presbyterorũ. Et poſt aliquos ver
ſus, Nõ lædas ſeruum operantem in veritate, neq; mer-
cenarium dantem animam ſuam. Seruus ſenſatus dile-
ctus quaſi anima tua, nõ defraudes illum libertate, neq;
inopẽ relinquas illũ. Et poſt duos verſus, Filij tibi ſunt,
erudi illos: pecora tibi ſunt, attende illis. Filiæ tibi ſunt, *Ibidem.*
ſerua corpus illarum: non oſtẽdas hilarem faciem tuam
ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini
ſenſato

A ſen ſato da illam. Mulier ſi eſt tibi ſecundũ animam tuã,
non proiicias illam, & odibili nõ credas te in toto cor-
de. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obli
uiſcaris. Memento enim, quoniã niſi per illos oatus oõ
fuiſſes, & retribue illis quo modo illi tibi. Io tota anima
tua time deũ, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni vir-
tute dilige deum qui te fecit, & miniſtros eius non dere-
linquas. Honora deum ex tota anima tua, & honorifica
ſacerdotes. Et poſt ſex verſus, Et pauperi porrige manũ
tuam, vt perficiatur beoedictio tua: gratia datus in con-
ſpectu omnis viuentis, & à mortuo non prohibeas gra-
tiam. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lo
gentibus ambula. Nõ te pigeat viſitare infirmum, ex his
enim in dilectione firmaberis. In omnibus operibus tuis
memorare nouiſsima, & in æternum non peccabis. Nõ
litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus
Eccli. 8. illius. Non contendas cum homine locuplete, ne forte
contra te conſiſtat litem tibi, Multos enim perdidit au-
rum, & vſque cor regum extendit & cõuertit. Non liti-
ges cum homine linguoſo, & oon ſtrues in igoem illius
Ibidem. lingua. Et poſt duos verſus, Ne deſpicias hominem auer
tentem ſe à peccato, neq; improperes ei, Memento, quo-
B niam omnes ſumus in correptione. Ne ſpernas hominẽ
in ſua ſeoecta, etenim ex nobis ſeneſcunt. Ne deſpicias
narrationem presbyterorum ſapiẽtium, & in prouerbiis
illorum conuerſare: Ab ipſis enim diſces doctrinam in-
tellect⁹, & ſeruire magnatis ſine querela. Nõ te prætereat
narratio ſeniorũ, & ipſi enim didiceruot à patribus ſuis:
Quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore ne-
Ibidem. ceſsitatis reſponſum. Et poſt aliquos verſus, Cum fatuis
ne conſilium habeas: oõ enim poterunt diligere, oiſi quę
ipſis placent. Coram extraneo oe facias cõſilium, neſcis
enim quid pariet. Et poſt duos verſus, Non zeles mulie-
Eccli. 9. rem ſious tui. Et poſt ſeptem verſus, Virginem oe cõcu-
piſcas, ne forte ſcãdalizeris in decore eius. Non des for-
nicariis animam tuam in vllo, ne perdas te & hæredita-
tem tuam. Et poſt duos verſus, Auerte faciem tuã à mu-
liere compta, & non circumſpicias ſpeciem alienam. Et
Ibidem. poſt aliquos verſus, Ne derelinquas amicum antiquum,
nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum, amicus
nouus: vetereſcat, & cum ſuauitate bibes illud. Nõ zeles
gloriam & opes peccatoris: non enim ſcis quæ futura ſit
ipſius ſubuerſio. Nõ placeat tibi iniuria iuſtorum. Et poſt
duos verſus, Longe abeſto ab homine poteſtatem habẽ-
C te occideodi, & non ſuſpicaberis timorem mortis. Et ſi
Ibidem. acceſſeris ad illum, noli aliquid committere, ne forte au
ferat vitam tuam. Et poſt quatuor verſus, Et cum ſapieo-
tibus & prudentibus tracta. Viri iuſti ſint tibi cõuiuæ, &
Eccli. 10. in timore dei ſit gloria tibi. Et poſt aliquos verſus, Semẽ
hominũ honorabitur hoc quod timet deum: ſemen au-
tem hoc exhonorabitur hominum, quod præterit man-
data domini. In medio fratrum illorum rector in hono
re, & qui timent dominum, erunt in oculis illius. Gloria
diuitum, honoratorum, & pauperum, timor dei eſt. Nõ
deſpicere hominem iuſtum pauperem, & non magnifi-
care virum peccatorẽ diuitem. Magnus eſt iudex, & po-
tens eſt in honore, & nõ eſt maior illo qui timet deum,
Seruo ſenſato liberi ſeruient, vir prudẽs & diſciplinatus
Ibidem. non murmurabit correptus. Et poſt quinque verſus, Fili
in manſuetudine ſerua aoimam tuam, & da illi honorẽ
Eccli. 11. ſecundum meritum ſuũ. Et poſt ſex verſus, Sapientia hu
miliati exaltat caput ipſius, & in medio magnatorũ con
cedere illum faciet. Nõ laudes virum in ſpecie ſua, neq;
ſpernas hominẽ in viſu ſuo. Breuis in volatilib⁹ eſt apis,
& initium dulcoris habet fructus illius. In veſtitu ne glo

rieris vnquam, nec in die honoris tui extollaris. Et poſt D
ſex verſus, Priuſquã interroges, ooo vituperes quenquã,
& in medio ſeniorum oe adiicias loqui. De re ea quæ te
noo moleſtat, nec certaueris: & in iudicio peccatorũ ne
conſiſtas. Fili ne in multis ſint actus tui: & ſi diues fueris,
non eris immunis à delicto. Si enim ſecutus fueris, non
appreheodes: & non effugies ſi præcurreris. Et poſt ali-
quos verſus, Ne manſeris in operibus peccatorum. Fide *Ibidem.*
autẽ in deo, & mane in loco tuo. Et poſt aliquot verſus,
Aote mortem ne laudes hominem quenquam. Et poſt
voum verſum, Non omnem hominem inducas in do-
mum tuam: multæ enim ioſidiæ doloſi ſunt. Sicut enim
eructuãt præcordia infantium, & ſicut perdix inducitur
in foueam, & vt caprea in laqueum, ſic & cor ſuperborũ:
Et ſicut proſpector vidẽs caſum proximi ſui. Bona enim
in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponit ma
culã. Ab ſciotilla voa augetur ignis, & ab vno doloſo au
getur ſanguis. Homo vero peccator ſanguini inſidiatur.
Attẽde tibi à peſtifero, fabricat enim mala, ne forte in- *Eccli. 21.*
ducat ſuper te ſubſannationem in perpetuũ. Admitte ad
te alienigenã, & ſubuertet te in torpore, & alienabit te à
tuis propriis. Si benefeceris, ſcito cui benefeceris, & erit
gratia in bonis tuis multa. Benefac iuſto, & inuenies re- E
tributionem magnam: & ſi nõ ab ipſo, certe à deo. Non
eſt eis bene qui aſsidui ſunt in malis, & eleemoſynas nõ
danti, Quoniam & altiſsimus odio habet peccatores, &
miſertus eſt pœoitentibus. Da miſericordi, & ne ſuſce-
peris peccatorem. Benefac humili, & ne dederis impio.
Prohibe panes illi dare, ne io ipſis potentior te ſit: nam
duplicia mala inuenies in omoibus bonis, quoniã & al-
tiſsimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindi-
ctam. Et poſt quatuor verſus, Nõ credas ioimico tuo io
æternum, Sicut enim æramentum æruginat nequicia il-
lius. Et ſi humiliatus vadat curuus, abiice animum tuum,
& cuſtodi te ab illo. Nõ ſtatuas illum peoes te, oe ſedeat
ad dexteram tuam, ne cõuerſus ſtet in loco tuo: ne forte
conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam, &
in nouiſsimo agnoſcas verba mea, & in ſermonib⁹ meis
ſtimuleris. Quis miſerebitur incantatori à ſerpente per-
cuſſo, & omnibus qui appropiãt beſtiis? Sic & qui comi-
tatur cum viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius,
Vna hora tecum permanebit. Si autem declinaueris, nõ
ſupportabit. In labiis ſuis indulcat inimicus, & in corde
ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueam. In oculis ſuis la
chrymatur inimicus, & ſi inuenerit tempus, non ſatiabi- F
tur ſanguine. Si incurrerint mala tibi, inuenies eum illic
priorem, & quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. Caput
ſuũ mouebit, & plaudebit manu: & multa ſuſurrans con
mutabit vultum ſuum. Et poſt aliquos verſus, Bona eſt *Eccli. 13.*
ſubſtantia, cui nõ eſt peccatũ in conſcientia: & nequiſsi-
ma paupertas in ore impij. Et poſt tres verſus, Beatus vir *Eccli. 14.*
qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & nõ eſt ſtimulatus
in triſticia delicti. Fœlix qui non habuit animi ſui triſti-
ciam, & non excidit ab ſpe ſua. Viro cupido & tenaci ſi-
ne ratione eſt ſubſtãtia, & homini liuido ad quid aurũ?
Et poſt aliquos verſus, Fili ſi habes, benefac tecũ, & deo *Ibidem.*
dignas oblationes offer. Memor eſto, quoniã mors non
tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum
eſt tibi: Teſtamentum enim huius mundi morte morie-
tur. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecũdum vires
tuas exporrigens da pauperi. Et poſt aliquos verſus, Bea- *Ibidem.*
tus vir qui in ſapientia morabitur, & qui in iuſticia ſua
meditabit̃, & in ſenſu ſuo cogitabit circũſpectionẽ dei.
Qui excogitat vias ſuas in corde ſuo, & in abſconditis
illius intelligens. Et poſt aliquos verſus, Homines ſtulti *Eccli. 15.*

G non apprehendent illã, & homines ſenſati obuiabũt il-
li. Homines ſtulti nõ videbunt illam, longe enim abeſt
à ſuperbia & dolo. Viri mẽdaces non erunt memores il
lius, & viri veraces inueniuntur in illa, & ſucceſſum ha-
bebunt vſque ad inſpectionem dei. Nõ eſt ſpecioſa laus
in ore peccatoris, quoniam à deo profecta eſt ſapientia.
Sapientiæ enim dei aſtabit laus: & in ore fideli abunda-
bit, & dominator eam illi dabit. Non dixeris, per deum
abeſt, quæ odit enim ne feceris. Non dicas, ille me impla
nauit: non enim neceſſarij ſunt illi homines impij. Om-
ne execramentum erroris odit deus, & non erit amabi-
le timentibus illum. Deus ab initio cõſtituit hominem,
& reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mãdata &
præcepta ſua. Si volueris, mãdata conſeruabunt te, & in
perpetuum fidem placitam facere. Appoſuit tibi aquam
& ignem, ad quod voles porrige manũ tuam. Ante ho-
minem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit
ei dabitur illi, quoniã multa ſapientia dei, & fortis in po
tentia, videns omnes ſine intermiſsione. Oculi dei ad ti-
mentes eum, & ipſe cognoſcit omnem operam homi-
nis. Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit ſpa
Eccli. 16. cium peccandi, Non enim concupiſcit multitudinem fi
H liorum infidelium & inutilium. Et ne iocunderis in fi-
liis impiis, ſi multiplicentur: non oblecteris ſuper ipſos,
ſi non eſt timor dei cum illis. Non credas vitæ illorum,
& ne reſpexeris in labores illorũ. Melior eſt enim vnus
timens deum qoàm mille filij impij, & vtile mori ſine
Ibidem. filiis, quàm relinquere filios impios. Et poſt aliquos ver-
ſus, Non dicas, A deo abſcondar, & ex ſummo quis mei
Eccli. 17. memorabitur? Et paulo poſt, Nõ ſunt abſconſa teſtamẽ-
ta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum
in cõſpectu dei. Eleemoſyna viri quaſi ſignaculum cum
ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: &
poſtea reſurget & retribuet illis vnicuique in capite illo-
rum, & conuertet in interiores partes terræ. Pœnitenti-
bus autem dedit viam iuſticiæ, & confirmabit deficien-
tes ſuſtinere, & deſtinauit illis ſortem veritatis. Conuer-
tere ad deum, & relinque peccata tua, precare ante faciẽ,
& minue offendiculum. Reuertere ad deum & auertere
ab iniuſticia tua, & nimis odito execrationẽ. Et poſt ali-
Ibidem. quot verſus, Quàm magna miſericordia dei, & propi-
ciatio illius conuertentibus ad ſe. Nec enim omnia poſ
ſunt eſſe in hominibus, quoniam non eſt immortalis fi-
Eccli. 18. lius hominis. Et poſt aliquot verſus, Miſerator excipiens
I doctrinam miſerationis, & qui feſtinat in iudiciis eius.
Fili in bonis nõ des querelam, & in omni dato non des
triſticiam verbi mali. Nónne ardorem refrigerabit ros?
Sic & verbum melius quàm datum. Nónne ecce verbũ
ſupra datum bonum? Sed vtraq; cum homine iuſtifica-
to. Stultus acriter improperabit, & datus indiſciplinati
tabeſcere facit oculos. Ante iudicium para iuſticiam ti-
bi, & antequam loquaris diſce. Et ante languorem adhi
be medicinam, & ante iudicium interroga teipſum, &
in cõſpectu dei inuenies propiciationem. Ante languo-
rem humilia te, & in tempore infirmitatis oſtende con-
uerſationem tuam. Non impediaris orare ſemper, & nõ
verearis vſque ad mortem iuſtificari, quoniam merces
dei manet in æternum. Ante orationem prępara animã
tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tẽtat deum. Et poſt ſex
Ibidem. verſus, Homo ſapiens, in omnibus metuet, & in diebus
delictorum attendit ab inertia. Et poſt quinque verſus,
Poſt cõcupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua auer
tere. Si præſtes animæ tuæ cõcupiſcentiam eius, faciet te
in gaudium inimicis. Ne oblecteris in turbis, nec in mo
dicis delecteris. Et poſt aliquos verſus, Et qui ſpernit mo
dica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apoſtatare fa K
ciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos. Et poſt aliquot ver- *Eccli. 19.*
ſus, Qui credit cito leuis corde eſt, & minorabitur: & qui *Ibidem.*
delinquit in animã ſuã, inſuper habebitur. Et poſt duos
verſus, Et qui odit loquacitatem, extinguit maliciam. Et
poſt aliquos verſus, Audiſti verbũ aduerſus proximum,
cõmoriatur in te, fidens quoniã non te dirumpet, A fa-
cie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infan-
tis. Sagitta infixa femori carnis, ſic verbum in ore ſtulti.
Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, non
feci: aut ſi fecit, ne iterum addat facere. Corripe proxi-
mum, ne forte dixerit: & ſi dixerit, ne forte iteret. Corri-
pe amicum: ſæpe enim fit commiſsio, & non omni ver-
bo credas. Eſt qui labitur in lingua ſua, ſed nõ ex animo,
Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe
proximum antequam communeris, & da locum timori
altiſsimi, quia omnis ſapiẽtia timor dei, & in illa timere
deum. Et poſt quinque verſus, Melior eſt homo qui defi *Ibidem.*
cit ſapientia, & deficiẽs ſenſu in timore, quàm qui abun
dat ſenſu, & tranſgreditur legẽ altiſsimi. Et poſt aliquos
verſus, Quàm bonũ eſt arguere quàm iraſci. Et poſt ali- *Eccli. 20.*
quos verſus, Et qui poteſtatem ſibi aſſumit iniuſte, odie- L
tur. Et poſt octo verſus, Sapiens in verbis ſeipſum ama- *Ibidem.*
bilem facit. Et poſt aliquos verſus, Lapſus falſæ linguæ *Ibidem.*
quaſi qui de pauimento cadens, ſic caſus malorum feſti-
nanter veniet. Homo acharis quaſi fabula vana, in ore
diſciplinatorum aſsidua erit. Ex ore fatui reprobabitur
parabola: non enim illam dicit in tempore ſuo. Et poſt
duos verſus, Eſt qui perdet animam ſuam pręconfuſio-
ne, & ab imprudenti perſona perdet eam, perſonæ au-
tem acceptione perdet ſe. Eſt qui præ cõfuſione promit-
tit amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. Oppro-
brium nequam in homine mendacium, & in ore indi-
ſciplinatorum aſsidue erit. Potior fur, quàm aſsiduitas
viri mendacis: perditionem autem ambo hęreditabunt.
Mores hominum mendacium ſine honore, & confuſio
illius cum ipſo ſine intermiſsione. Sapiẽs in verbis pro- *Ibidem.*
ducit ſeipſum. Et poſt quatuor verſus, Xenia & dona ex-
cæcant oculos iudicũ, & quaſi mutus in ore auertit cor-
reptiones eorum. Sapientia abſconſa, & theſaurus inui-
ſus, quæ vtilitas in vtriſque? Melior eſt in hominibus
qui abſcondit inſipientiam ſuam, quam qui abſcõdit ſa-
pientiam ſuam. Fili peccaſti, ne adiicias iterum, ſed & *Eccli. 21.*
de præteritis deprecare, vt tibi remittantur. Quaſi à fa- M
cie colubri fuge peccata, & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient
te. Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas ho-
minum: quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, pla-
gæ illius nõ eſt ſanitas. Et poſt quatuor verſus. Qui odit *Ibidem.*
correptionem, veſtigiũ eſt peccatoris: & qui timet deũ,
conuertetur ad cor ſuum. Et poſt quinque verſus, Via
peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum
inferi & tenebræ & pœna. Qui cuſtodit iuſticiam, con-
tinebit ſenſum eius. Conſummatio timoris dei, ſapien-
tia & ſenſus. Et poſt aliquos verſus, Verbũ ſapiens quod- *Ibidem.*
cunq; audierit ſcius, laudabit, & ad ſe adiiciet. Audiet lu
xuriosus, & diſplicebit illi, & proiiciet illud poſt dorſum
ſuũ. Narratio fatui quaſi ſarcina in via: nam in labiis ſen
ſati inuenietur gratia. Os prudentis quæritur in eccleſia,
& verba illius cogitabunt in cordibus ſuis. Et poſt duos
verſus, Cõpedes in pedibus ſtulto doctrina, & quaſi vin
cula manuũ ſupra manum dexteram. Fatuus in riſu ex-
altat vocem ſuam, vir autem ſapiens vix tacite ridebit.
Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi bra-
chiale in brachio dextro. Et poſt aliquos verſus, In ore *Ibidem.*
fatuorum cor illorum, & in corde ſapientiũ os illorum.

Dum

A Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animã
ſuam. Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omni-
bus odietur: & qui manſerit, odioſus erit: tacitus & ſenſa
tus honorabitur. In lapide luteo lapidatus eſt piger, &
Eccli. 22. omnes loquentur ſuper aſpernationẽ illius. Et poſt qua-
tuor verſus: Filia prudens hæreditas viro ſuo: nam quæ
confundit, in contumeliam fit genitoris. Patrem & virũ
confundit quæ audax eſt, & ab impiis nõ minorabitur,
ab vtriſque autẽ inhonorabitur. Muſica in luctu, impor-
tuna narratio. Flagella & doctrina, in omni tempore ſa
piẽtia. Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam.
Qui narrat verbũ non attendenti, quaſi qui excitat dor
mientem de graui ſomno. Cum dormiẽte loquitur, qui
narrat ſtulto ſapiẽtiam: & in fine narrationis dicit, quis
eſt hic? Super mortuũ plora, deficit enim lux ei: & ſuper
fatuum plora, deficit enim ei ſenſus. Modicum plora ſu-
per mortuum, quoniam requieuit: Nequiſsimi enim ne-
quiſsima vita ſuper mortem fatui. Luctus mortui ſeptẽ
diebus, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum.
Ibidem. Et poſt aliquos verſus, Mittens lapidem in volatilia, de-
iiciet illa: Sic & qui conuiciatur amico, diſſoluet amici-
B ciam. Ad amicum & ſi produxeris gladium, non deſpe-
res: eſt enim regreſſus ad amicũ. Si aperuit os triſte, non
timeas: eſt enim concordatio, excepto conuicio, & im-
properio, & ſuperbia, & myſterij reuelatiõe, & plaga do-
loſa. In his omnibus effugiet amicus. Et poſt decem ver-
ſus, Quis dabit ori meo cuſtodiã, & ſuper labia mea ſi-
gnaculum certum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea
perdat me. Domine pater & dominator vitæ meæ, non
relinquas me, & ne ſinas me cadere in illis. Quis ſuper-
ponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctri-
nam ſapientiæ, vt ignorãtibus eorum non parcat mihi,
& non appareant delicta illorum: ne adincreſcãt igno-
rantię meę, & multiplicẽtur delicta mea, & peccata mea
abundẽt, & incidam in conſpectu aduerſariorũ, & gau-
Eccli. 23. deat inimicus meus. Domine pater & deus vitę meæ, ne
derelinquas me in cogitatu illorum. Extollentiã oculo-
rum meorũ ne dederis mihi, & omne deſideriũ prauum
auerte à me. Aufer à me ventris concupiſcentias, & con
cubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me, & animæ
irreuerenti & infrunitæ ne tradas me. Doctrinam oris
audite filij, & qui cuſtodierit illã, non operiet labiis ſuis,
nec ſcãdalizabitur operibus nequiſsimis. In vanitate ſua
apprehẽditur peccator, & ſuperbus & maledictus ſcãda
C lizabitur in illis. Iurationi nõ aſſueſcat os tuum, multus
enim caſus in illa. Nominatio vero dei nõ ſit in ore tuo
aſsidua, & nominibus ſanctorum nõ admiſcearis, quo-
niam non eris immunis ab eis. Sicut enim ſeruus inter-
rogatus aſsidue, à liuore non minuitur, ſic omnis iurans
& nominans in toto à peccato nõ purgabitur. Vir mul-
tum iurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à do-
mo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit fratrem delictum illius
ſuper ipſum erit: & ſi diſsimulauerit, delinquit duplici-
ter. Et ſi inuacuum iurauerit, non iuſtificabitur: replebi-
Ibidem. tur enim retributione domus illius. Et poſt quatuor ver
ſus, Indiſciplinationi non aſſueſcat os tuum, eſt enim in
illa verbum peccati. Memento patris & matris tuæ, in
medio enim magnatorum conſiſtis: ne forte obliuiſca-
tur te deus in conſpectu illorum, & aſsiduitate tua infa-
tuatus improperium patiaris, & maluiſſes non naſci, &
diem natiuitatis tuæ maledicas. Homo aſſuetus in ver-
bis improperij, in omnibus diebus ſuis non erudietur.
Duo genera abũdant in peccatis, & tertiũ adducit iram
& perditionem. Anima calida quaſi ignis ardens non
extinguetur donec aliquid glutiat: & homo nequam in

ore carnis ſuę non deſinet, donec incendat ignẽ. Et poſt D
duos verſus, Omnis homo qui trãſgreditur lectũ ſuum, *Ibidem.*
contemnens in animã ſuam, & dicens, Quis me videt?
Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, &
nemo circumſpicit me quem verear: delictorum meo-
rum non memorabitur altiſsimus, & nõ intelliget, quo-
niam non videt oculus illius, Quoniam expellet à ſe ti-
morem dei huiuſmodi hominis timor, & oculi homi-
num timentes illum: & non cognouit, quoniã oculi do
mini plus multo lucidiores ſuper ſolem, circũmſpicien-
tes omnes vias hominum & profundum abyſsi, & ho-
minum corda intuentes in abſconditas partes. Et pau-
lopoſt, Quæ in iuuẽtute tua non cõgregaſti, quo modo *Eccli. 25.*
inuenies in ſenectute tua? Quàm ſpecioſum caniciei iu-
dicium, & presbyteris cognoſcere cõſilium. Quàm ſpe-
cioſa veteranis ſapientia, & glorioſis intellectus & con-
ſilium. Corona ſenum multa peritia, & gloria illorum ti
mor dei. Et poſt decem verſus, Timor dei ſuper omnia *Ibidem.*
ſe ſuperpoſuit. Beatus cui donatum eſt habere timorem
dei, Qui timet illũ, cui aſsimilabitur? Et poſt aliquos ver
ſus, Ne reſpicias mulieris ſpeciẽ, & non concupiſcas mu *Ibidem.*
lierẽ in ſpecie. Et poſt aliquos verſus, Mulier ebrioſa ira *Eccli. 26.*
magna, & contumelia & turpitudo illius non contege- E
tur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorũ, & in pal
pebris illius agnoſcetur. In filia non aduertente ſe, firma
cuſtodiã, ne inuenta occaſione abutatur ſe. Ab omni ir-
reuerentia oculorum caue, & ne mireris ſi te neglexerit. *Ibidem.*
Et poſt quatuor verſus, Gratia mulieris ſedulæ delecta-
bit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit. Diſciplina il-
lius datũ dei eſt. Mulier ſenſata & tacita non eſt immu-
tatio eruditæ animæ. Gratia ſuper gratiã, mulier ſancta
& pudorata. Omnis autem ponderatio nõ eſt digna cõ-
tinẽtis animæ. Et poſt duodecim verſus, Et qui tranſgre- *Ibidem.*
ditur à iuſticia ad peccatum, deus parauit eum ad rom-
phęam. Et poſt quatuor verſus, Et qui quęrit locupletari,
auertit oculum ſuum. Et poſt tres verſus, Conteretur de- *Eccli. 27.*
lictum, ſi non in timore domini tenueris te inſtãter, ci-
to ſubuertetur dom⁹ tua, Sicut in pertuſura cribri rema-
nebit puluis, ſic aporia hominis in cogitatu illius. Vaſa fi
guli probat fornax, & homines iuſtos tẽtatio tribulatio-
nis. Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructum illius, ſic
verbum ex cogitatu hominis cordis. Ante ſermonem
non collaudes virum: hæc enim tentatio eſt hominum.
Si ſequeris iuſticiam, apprehendes illam, & indues qua- F
ſi pudorem honoris, & habitabis cum ea, & proteget te
in ſempiternũ, & in die agnitionis inuenies firmamen-
tum. Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt, & veritas ad
eos qui operantur illã reuertetur. Leo venationi inſidia-
tur ſemper, ſic peccata operãtibus iniquitatẽ. Homo ſan
ctus in ſapientia manet ſicut ſol: nã ſtultus ſicut luna im
mutatur. In medio inſenſatorũ ſerua verbũ tempori: in
medio autem cogitantiũ aſsiduus eſto. Narratio peccan
tiũ odioſa, & riſus eorũ in delictis peccati. Loquela mul-
tum iurans horripilationẽ capiti ſtatuet, & in reuerentia
ipſius obturatio auriũ. Effuſio ſanguinis in rixa ſuperbo-
rum, & maledictio illorũ auditus grauis. Qui denudat
arcana amici, perdit fidẽ, & non inueniet amicũ ad ani-
mum ſuum. Dilige proximum, & cõiungere fide cũ illo:
Quòd ſi nudaueris abſcondita illius, nõ perſequeris eũ.
Sicut enim homo qui perdit amicũ ſuum, ſic qui perdit
amiciciã proximi ſui. Et ſicut qui dimittit auẽ de manu
ſua, ſic reliquiſti proximũ tuũ, & non eũ capies. Non il-
lũ ſequeris, quoniã lõge abeſt. Effugit enim quaſi caprea
de laqueo, quoniã vulnerata eſt anima eius, & vltra eum
nõ poteris colligare. Maledicti eſt cõcordatio: denuda-

G re autem amici myſteria, deſperatio eſt animę infœlicis.
Annuens oculis fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet.
In conſpectu oculorum tuorum indulcabit os ſuum, &
ſuper ſermones tuos admirabitur: Nouiſsima autē per-
uertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Mul-
ta audiui, & non coæquaui ei, & dominus audiet illū. Et
poſt duos verſus, Qui foueam fodit, decidet in illam: &
qui ſtatuit lapidē proximo, offendet in eo: & qui laqueū
alio parat, peribit in illo. Facienti nequiſsimū conſilium
ſuper illum deuoluetur, & non agnoſcet vnde adueniet
Eccli. 28. illi. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſi-
cut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectātur
caſu iuſtorum. Et poſt tres verſus, Qui vindicari vult à
deo, inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſerua-
bit. Relinque proximo tuo nocēti te, & tunc deprecanti
tibi peccata ſoluētur. Homo homini ſeruat irā, & à deo
quærit medelam, In hominem ſimilem ſibi nō habet mi
ſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur. Ipſe dum ca-
ro ſit, ſeruat iram, & propiciationē petit à deo. Quis ex-
orabit pro delictis illius? Memēto nouiſsimorum, & de-
ſine inimicari, Tabitudo enim & mors imminet in mā-
datis dei. Memorare timorem dei, & non iraſcaris pro-
H ximo. Memorare teſtamēti altiſsimi, & deſpice ignoran
tiā. Abſtine te à lite, & minues peccata. Homo enim ira-
cundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos,
& in medio pacem habētium immittit inimiciciam. Et
Ibidem. poſt quatuor verſus, Certamē feſtinatū incēdit ignem,
& lis feſtinans effundit ſanguinem, & lingua teſtificans
adducit mortem. Si ſufflaueris, quaſi ignis exardebit: & ſi
expueris ſuper illam, extinguetur. Vtraque ex ore profi-
ciſcuntur, Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim
turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commo
uit, & diſperſit illos à gente in gentem. Ciuitates mura-
tas diuitū deſtruxit, & domos magnatorū effodit. Vir-
tutes populorum concidit, & gētes fortes diſſoluit. Lin-
gua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas de la-
boribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiē, nec
Ibidem. habebit amicum in quo requieſcat. Et poſt aliquos ver-
ſus, Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos:
& attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpe
ctu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſa-
Eccli. 29. nabilis in mortem. Qui facit miſericordiam, fœneratur
proximo: & qui præualet manu, mandata ſeruat. Fœne-
I rare proximo tibi in tempore neceſsitatis illius: & iterū
redde proximo in tempore ſuo. Confirma verbum, & fi
deliter age cum illo: & in omni tempore inuenies quod
tibi neceſſarium eſt. Multi quaſi inuentionem ęſtimaue-
runt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam iis qui ſe adiuue-
Ibidem. runt. Et poſt aliquos verſus, Veruntamē ſuper humilem
animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non trahas il-
lum. Propter mandata aſſume pauperem, & propter in-
opiam illius ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam
tuam propter fratrem & amicum, & non abſcondas il-
lam ſub lapide in perditionem. Pone theſaurum tuum
in præceptis altiſsimi, & proderit tibi magis quàm au-
rum. Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc
pro te exorabit ab omni malo. Super ſcutum potentis, &
ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit. Vir
bonus fidem facit proximo ſuo, & qui perdiderit, con-
fuſionem derelinquet ſibi. Gratiam fideiuſſoris ne obli-
uiſcaris, dedit enim pro te animam ſuam. Repromiſ-
ſorem fugit peccator & immundus. Bona repromiſſo-
ris ſibi adſcribit peccator, & ingratus ſenſu derelinquit
liberantem ſe. Vir repromittit de proximo ſuo, & cum
perdiderit reuerētiam, derelinquetur ab eo. Repromiſ-
ſio nequiſsima multos perdidit diligentes, & commo- K
uit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes gyrans mi-
grare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis. Peccator
tranſgrediens mandata domini, incidet in promiſsio-
nem nequam. Et poſt vnum verſum, Recupera proximū
ſecundum virtutem tuam, & intende tibi ne incidas. Et
poſt aliquos verſus, Qui diligit filium ſuum aſsiduat il- Eccli. 30.
li flagella, vt lætetur in nouiſsimo ſuo. Qui docet filium
ſuum, laudabitur in illo. Et poſt decem verſus, Equus in- Ibidem.
domitus euadet durus, & filius remiſſus euadit præceps.
Lacta filium, & pauentem te faciet. Lude cum illo, & cō-
triſtabit te. Non corrideas illi, ne doleas in nouiſsimo,
& obſtupeſcāt dentes tui. Non des illi poteſtatem in iu-
uentute, & ne deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem
eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans eſt: ne
forte induret & nō credat tibi, & erit tibi dolor animæ.
Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudine
illius confundaris. Melior eſt pauper ſanus & fortis vi-
ribus, quàm diues imbecillis & flagellatus malicia. Salus
animæ in ſanctitate iuſticiæ, & melior omni auro & ar
gento: & corpus validum, quàm cenſus immenſus. Non
eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis: & non eſt oble
ctatio ſuper cordis gaudium. Melior eſt mors quàm vi- L
ta amara, & requies æterna quàm languor perſeuerans.
Bona abſcōdita in ore clauſo, quaſi appoſitiones epula-
rum circumpoſitę ſepulchro. Et poſt quinq; verſus, Tri- Ibidem.
ſticiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipſum
in conſilio tuo. Iucunditas cordis hæc eſt vita hominis,
& theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exultatio viri
eſt longæuitas. Miſerere animæ tuę placens deo, & con-
tine: & congrega cor tuum in ſanctitate eius, & triſticiā
longe expelle à te. Multos enim occidit triſticia, & non
eſt vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuēt dies, & an-
te tempus ſenectam adducit cogitatus. Et poſt aliquos
verſus, Qui aurum diligit, non iuſtificabitur: & qui in- Eccli. 31.
ſequitur conſumptionē, replebitur ex ea. Multi dati ſunt
in auri caſus, & facta eſt in ſpecie illius perditio illorum.
Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium: væ illis
qui ſectantur illud, & omnis imprudens deperiet in il-
lo. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula: & qui
poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia & the-
ſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum, fecit enim mi-
rabilia in vita ſua? Quis probatus eſt in illo, & perfectus
eſt, & erit illi gloria æterna? Qui potuit trāſgredi, & nō M
eſt tranſgreſſus, & facere mala, & non fecit. Ideo ſtabili-
ta ſunt bona illius in deo, & eleemoſynas illius enarra-
bit Eccleſia ſanctorū. Et poſt aliquos verſus, Vtere quaſi Ibidem.
homo frugi iis quæ tibi apponuntur, vt non cū mandu-
cas multum, odio habearis. Ceſſa prior diſciplinæ cauſa,
& noli nimius eſſe, ne forte offendas. Et ſi in medio mul
torum ſediſti, prior illis non extendas manum tuam,
nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini e-
rudito vinum exiguum. Et poſt aliquos verſus, Diligen Ibidem.
tes in vino noli prouocare, multos enim exterminauit
vinum. Et poſt aliquos verſus, Loquere maior natu, de- Eccli. 32.
cet enim te: primum verbum diligenti ſciētiam, & non
impedias Muſicam. Vbi auditus non eſt, non effundas
ſermonem: & importune noli extolli in ſapientia tua. Et
poſt quinque verſus, Adoleſcēs loquere in tua cauſa, vix Ibidem.
cum neceſſe fuerit: Si bis interrogatus fueris, habeat ca-
put reſpōſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius, & audi
tacens ſimul & quærens. In medio magnatorum loqui
non præſumas: & vbi ſunt ſenes, non multum loquaris.
Ante grādinem præibit coruſcatio, & ante verecundiā
præibit gratia, & pro reuerentia accedit tibi bona gratia.

Præcurre

A Præcurre autem prior in domum tuam,& illic aduoca-
re,& illic lude,& age conceptiones tuas,& non in deli-
ctis & verbo ſuperbo. Et ſuper his omnibus benedicito
deum,qui fecit te,& inebriauit te in omnibus bonis ſuis.
Qui timet deum,excipiet doctrinam eius: & qui vigila-
uerint ad illum,inuenient benedictionem. Qui quærit
legem, replebitur ab ea:& qui inſidioſe agit,ſcandaliza-
bitur in ea. Qui timent dominum, inuenient iudicium
iuſtum,& iuſticiam quaſi lumẽ accendent. Peccator ho-
mo deuitabit correptionem, & ſecundum voluntatem
Eccli.32. ſuam inueniet comparationem. Vir conſilij non diſper
det intelligentiam. Et poſt quatuor verſus, Fili, ſine con-
ſilio nihil facias: Et poſt factum non pœnitebis. Et poſt
paucos verſus, Qui credit deo, attendet mandatis,& qui
Eccli.33. confidunt in illo, non minorabũtur. Timenti dominũ,
non occurrũnt mala, ſed in tentatione deus illum con-
ſeruabit,& liberabit à malis. Sapiens non odit mandata
& iuſticias:& non illidetur quaſi nauis in procella. Ho-
mo ſenſatus credit legi dei, & lex illi fidelis. Qui inter-
Eccli.34. rogationem manifeſtat, parabit verbum. Et poſt paulu-
lum, Vana ſpes,& mẽdacium viro inſenſato: & ſomnia
extollunt imprudẽtes. Et quaſi qui apprehendit vmbrã,
B & ſequitur ventum: ſic & qui attendit ad viſa mẽdacia.
Secundum hoc viſio ſomniorum, ante faciem hominis
ſimilitudo hominis. Ab immundo quid mundabitur,&
à mendace quid verum dicetur? Diuinatio erroris & au
guria mendacia,& ſomnia male facientium vanitas eſt.
Et ſicut parturientis cor tuum phantaſias patitur, niſi ab
altiſsimo fuerit emiſſa viſitatio. Ne dederis illis cor tuũ.
Multos enim errare fecerũt ſomnia, & exciderunt ſpe-
rantes in illis. Sine mendacio conſummabitur verbum,
& ſapientia in ore fidelis complanabitur. Et poſt quin-
Ibidem. que verſus, Multa vidi enarrãdo,& plurimas verborum
conſuetudines, Aliquotiens vſque ad mortem periclita-
tus ſum horum cauſa, & liberatus ſum gratia dei. Spiri-
tus timentium deũ quęritur,& in reſpectu illius benedi-
centur. Spes enim illorum in ſaluantem illos, & oculi
dei in diligentes ſe. Qui timet dominum nihil trepid a-
bit;& non pauebit, quoniam ipſe eſt ſpes eius. Timen-
tis dominum, beata eſt anima. Ad quem reſpicit, & quis
eſt fortitudo eius? Oculi domini ſuper timẽtes eum: pro-
tector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardo-
ris, & vmbraculum meridianum, deprecatio offenſio-
nis, & adiutorium caſus, exaltans animam, & illumi-
C nans oculos, dans ſanitatem & vitam & benedictionẽ.
Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata,& non ſunt
beneplacitæ ſubſannationes iniuſtorũ. Dominus ſolus
ſuſtinẽtibus ſe in via veritatis & iuſticiæ. Dona iniquo-
rum non probat altiſsimus, nec reſpicit in oblationibus
iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorũ eorum pro-
piciabitur peccatis. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia
pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris
ſui. Panis indigentium, vita pauperis eſt: qui defraudat
illum, homo ſanguinum eſt. Qui aufert in ſudore pa-
nem, quaſi qui occidit proximum ſuum: qui effudit ſan-
guinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt.
Vnus ædificans,& alter deſtruens, quid prodeſt illis niſi
labor? Vnus orans,& alter maledicens, cuius vocem ex-
audiet deus? Qui baptizatur à mortuo,& iterum tangit
illum, quid proficiet lauatio illius? Sic homo qui ieiu-
nat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, quid pro-
Eccli.35. ficit humiliando ſe? Orationem eius quis exaudiet? Qui
conſeruat legem, multiplicat orationem: ſacrificium ſa-
lutare eſt attendere mandatis,& diſcedere ab omni ini-
quitate, & propiciationem litare ſacrificiis ſuper iniu-

ſticias: & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniuſti- D
cia. Et poſt paucos verſus, Non apparebis in conſpectu *Ibidem.*
dei vacuus. Hęc omnia propter mandata domini fiunt.
Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in
conſpectu altiſsimi. Sacrificium iuſti acceptum eſt, &
memoriam eius non obliuiſcetur dominus. Bono ani-
mo gloriam redde deo, & non minuas primitias ma-
nuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum,
& in exultatione ſanctifica decimas tuas. Da altiſsimo
ſecundum datum eius, & in bono oculo adinuẽtionem
facito manuum tuarum: quoniam dominus retribuens
eſt,& ſepties reddet tantum tibi. Noli offerre munera
praua: non enim ſuſcipiet illa. Noli reſpicere ſacrificium
iniuſtum, quoniam dominus vindex eſt, & nõ eſt apud
illum gloria perſonæ. Non accipiet dominus perſonam
in pauperem, & precationem læſi exaudiet. Non deſpi-
ciet preces pupilli, nec viduę: ſi effundit loquelam gemi-
tus. Nónne lachryma ad maxillam deſcendit, & excla-
matio à maxilla aſcendit propter illud quod deſcendit
ſuper illam? Et poſt quatuor verſus, Oratio humilian- *Ibidem.*
tis ſe, nubes penetrabit. Et poſt aliquantum, Cum viro *Eccli.37.*
ſancto aſsiduus eſto quemcunque cognoueris obſeruã-
tem timorem dei, cuius anima eſt ſecundum animam E
tuam. Et poſt quinque verſus, Et in his omnibus depre- *Ibidem.*
care altiſsimum, vt dirigat in veritate viam tuam, Et
poſt aliquot verſus, Fili, in vita tenta animam tuam,& *Ibidem.*
ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem. Non enim
omnibus omnia expediunt,& non omni animæ omne
genus placet. Noli auidus eſſe in omni epulatione,& nõ
te effundas ſuper omnem eſcam. Et poſt quatuor ver-
ſus, Honora medicum, propter neceſsitatem etenim il- *Eccli.38.*
lum creauit altiſsimus. A deo eſt medela,& à rege acci-
piet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput ip-
ſius,& in conſpectu magnatorum collaudabitur altiſsi-
mus. Altiſsimus creauit de terra medicinam, & vir pru-
dens nõ abhorrebit illam. Nónne à ligno indulcata eſt
aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illius, Et
dedit homini ſcientiam altiſsimus, honorari in mira-
bilibus ſuis, in his curãs mitigabit dolorem ipſorum. Et
poſt quatuor verſus, Fili, in tua infirmitate nõ deſperes,
ſed ora dominum & ipſe curabit te. Auerte à delicto, &
dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.
Et poſt vnum verſum, Et impingua oblationẽ,& da lo-
cum medico. Etenim illum dominus creauit,& non di-
ſcedat à te, quoniã opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enim F
quando in manus illorum incurras, ipſi vero dominum
deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum & ſanitatem
propter cõuerſationem illorum. Et poſt vnum verſum, *Ibidem.*
Fili, in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus
incipe plorare. Et ſecũdum iudicium contege corpus il-
lius,& non deſpicias ſepulturam illius. Propter delaturã
amare fer luctum illius vna die,& conſolare propter tri
ſticiam: & fac luctum ſecundum meritum eius vno die
vel duobus, propter detractionem. A triſticia enim feſti
nat mors & cooperiet virtutem,& triſticia cordis flectet
ceruicem. Et poſt vnum verſum, Non dederis in triſti-
ciam cor tuum. Et poſt nouem verſus, Sapiẽtiam ſcribe *Ibidem.*
in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu ſapiẽtiam
percipiet. Et pauloposſt, In voce dicito, Obaudite me di- *Eccli.39.*
uini fructus aquarum,& quaſi roſa plantata ſuper riuum
fructificate, Quaſi libanus odorem ſuauitatis habete, Flo
rete flores quaſi lilium, date odorẽ,& frondete in gratiã
& collaudate canticum,& benedicite dominum in ope
ribus ſuis. Date magnificentiã nomini eius, & confite-
mini illi in voce labiorum veſtrorum. In canticis labio-

Grum & citharis,& ſic dicetis in confeſsione, Opera domini vniuerſa bona valde. In verbo eius ſtetit aqua ſicut congeries,& in ſermooe oris eius ſicut exceptoria aquarum: quoniam in præcepto ipſius placor fit,& nõ eſt minoratio in ſalute illius. Opera omnis carnis coram illo, & non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius. A ſeculo & vſque in ſeculum reſpiciet, & nihil eſt mirabile in conſpectu eius. Non eſt dicere, quid eſt hoc, aut quid eſt illud: omnia enim in tempore ſuo quærentur. Et pau- *Eccli.40.* lo poſt, Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus & miſericordia in ſeculo permanet. Et poſt duodecim verſus, *Ibidem.* Fratres io adiutorium in tempore tribulationis,& ſuper *Eccli.41.* eos miſericordia liberabit. Et poſt paululum, Sapieotia enim abſcondita, & theſaurus occultus, quæ vtilitas in vtriſque? Melior eſt homo qui abſcondit ſtulticiam ſuã, *Eccli.43.* quàm qui abſcoodit ſapientiam ſuam. Et aliquãto poſt, *Eccli.51.* Benedicentes dominum exaltate illum quantum poteſtis, maior eſt omni laude, Exaltãtes eum replemini virtute. Et poſt multa, Appropiate ad me indocti,& cõgregamini in domum diſciplinæ, Quid adhuc retardatis, & quid adhuc dicetis in his? Aoinæ veſtræ ſitiunt vehemẽter. Aperui os meum & locutus ſum, Comparate vobis ſine argento ſapientiam, & collum veſtrum ſubiici- H te iugo,& ſuſcipiet anima veſtra diſciplinam. In proximo enim eſt inuenire eam. Videte oculis veſtris, quoniã modice laboraui,& inueni mihi multam requiem. Aſſumite diſciplinam in multo numero argẽti,& copioſum aurũ poſsidete in ea. Lætetur anima veſtra in miſericordia eius,& non cõfundemini in laude ipſius. Operamini opus veſtrum aote tempus,& dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo.

Ex libro Tobiæ iſta ponenda credidimus.

Tob.4. HOnorem habebis matri tuę omnibus diebus vitæ eius: Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo. Et poſt duos verſus, Omnibus autem diebus vitæ tuæ deum in mente habe, & caue ne aliquando peccato cõſentias,& prætermittas præcepta dei tui. Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies domini. Quo modo potueris, ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abuodanter tribue: ſi exiguum fuerit, etiam exiguum libenter impertire ſtude. Præmium enim tibi bonum theſaurizas in die neceſsitatis: quoniam eleemoſyna ab omoi peccato & à morte liberat,& nõ patitur ani- I mam ire in tenebras. Fiducia magna erit corã ſummo deo eleemoſyna omnibus qui faciunt eam. Attende tibi fili ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen ſcire. Superbiam autem nũquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas. In ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Quicũque aliquid tibi operatus fuerit, ſtatim mercedem ei reſtitue,& merces mercenarij apud te omnino non maneat. Quod ab alio odis fieri tibi, vide ne alteri tu aliquando facias. Panem tuum cum eſurientibus egenis comede,& de veſtimentis tuis nudos tege. Et poſt duos verſus, Cõſilium *Ibidem.* ſemper à ſapiẽte perquire. Omni tempore benedic deũ, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omoia conſilia tua in ipſo permaneant. Et poſt ſeptem verſus, Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus deum, & receſſerimus ab omni peccato,& fecerimus bene. Et poſt multa, tunc Ra- *Tob.12.* phaël dixit eis occulte, Benedicite deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quoniam fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. Etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt, opera autem dei reuelare & K confiteri honorificum eſt. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri cõdere: quoniam eleemoſyna à morte liberat,& ipſa eſt quę purgat peccata,& facit inuenire vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. Et paulopoſt, Audite ergo me filij patrem veſtrum, Ser- *Tob.14.* uite domino in veritate,& inquirite vt faciatis quæ ſunt placita illi, Et filiis veſtris mandate, vt faciant iuſticias & eleemoſynas vt ſiot memores dei,& benedicant eum in omni tempore, in veritate & in tota virtute ſua. Iam nunc quoniam nõ omnes libri canonici veteriſque teſtamenti huic operi noſtro neceſſaria dederunt: neque ij qui dederunt, ex omnibus ſuis locis cõueniebãt vt darent, ſed ex eis tantum, vbi apertiora morum bonorum præcepta comperimus: ſiue vbi vtilia iubentur: ſiue vbi contraria prohibentur: ad ſacras literas Euangelicas & Apoſtolicas tranſeamus. Caput in canone teſtamenti noui notiſsima & præclariſsima quatuor Euangelia tenuerunt, in quorum primo, quod ſecundum Matthæũ eſt, ea quę nobis ſunt ad hoc opus quod ſuſcepimus congrua, videamus.

L

VIdens autem dominus turbas, aſcendit in mõtem. Et cum sediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiẽs os ſuum docebat eos dicẽs, *Ex Euãgelio ſecundũ Matthæũ. cap.5.* Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regoum cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi poſsidebuot terram. Beati qui lugent, quooiã ipſi cõſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiuot iuſticiam, quoniã ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam cõſequentur. Beati mũdo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Beati qui perſecutioneo patiũtur propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint vobis homines,& perſecuti vos fueriot, & dixerint omne malũ aduerſum vos mentientes propter me, Gaudete & exultate, quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos eſtis ſal terræ, Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilũ valet vltra, niſi vt mittatur foras,& cõculcetur ab hominibus, Vos eſtis lux muodi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, Neq; accendunt lucernam, & ponuot eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat M lux veſtra corã hominibus, vt videant veſtra bona opera,& glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas, Nõ veni ſoluere, ſed adimplere. Amen dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Dico autem vobis, quoniam niſi abundauerit iuſticia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Noo occides: Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſci- *Exod.20.* tur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, *Deut.5.* reus erit gehennę ignis. Si ergo offers munus tuum ante altare,& ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuũ ante altare & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniẽs offeres munus

A munus tuum.Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum
es in via cum eo,ne forte tradat te aduerſarius iudici,&
iudex tradat te miniſtro,& in carcerem mittaris. Amen
dico tibi,nõ exies inde donec reddas nouiſsimum qua-
Exod.20. drantem . Audiſtis quia dictum eſt antiquis , Non mœ-
chaberis.Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit
mulierem ad concupiſcendum eam , iam mœchatus eſt
eam in corde ſuo.Quòd ſi oculus tuus dexter ſcãdalizet
te,erue eum,& proiice eum abs te . Expedit enim tibi vt
vnum pereat membrorũ tuorum , quàm totum corpus
tuum mittatur in gehennã.Et ſi dextera manus tua ſcan
dalizat te,abſcide eam & proiice abs te:Expedit enim ti
bi vt vnum pereat membrorum tuorum , quàm totum
Deuter.24. corpus tuum eat in gehennam.Dictum eſt autem,Qui-
cunque dimiſerit vxorẽ ſuam det illi libellum repudij.
Ego autem dico vobis , quia omnis qui dimiſerit vxorẽ
ſuam,excepta fornicationis cauſa,facit eam mœchari:&
qui dimiſſam duxerit,adulterat.Iterum audiſtis quia di-
Leuit.19. ctum eſt antiquis,Non peierabis. Reddes autem domi-
no iuramenta tua.Ego autẽ dico vobis,Non iurare om-
nino,neque per cœlũ,quia thronus dei eſt: neque per ter
ram,quia ſcabellum pedum eius eſt,neque per Hieroſo-
B lymã, quia ciuitas eſt magni regis . Neque per caput tuũ
iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere
aut nigrum. Sit autẽ ſermo veſter eſt,eſt:non,non:quod
Exod.21. autem his abundantius eſt,à malo eſt. Audiſtis, quia di-
Deuter.19. ctum eſt,Oculum pro oculo,& dentẽ pro dente.Ego au
tem dico vobis,non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſ-
ſerit in dexteram maxillam tuam , præbe illi & alteram:
& ei qui vult tecũ in iudicio cõtendere, & tunicã tuam
tollere,dimitte ei & pallium. Et quicunque te angariaue
rit ire mille paſſus , vade cũ illo alia duo. Qui petit à te,
da ei:& volentẽ mutuare à te,ne auertaris.Audiſtis quia
Leuit.19. dictum eſt antiquis,Diliges proximũ tuum,& odies ini-
Deute.23. micum tuum.Ego autem dico vobis, Diligite inimicos
veſtros,benefacite iis qui vos oderunt,& orate pro per-
ſequẽtibus & calũniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri,
qui in cœlis eſt:qui ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper malos & bo
nos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.Si enim diligitis eos
qui vos diligunt,quam mercedem habebitis? Nonne &
publicani hoc faciunt ? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros
tantum,quid amplius facitis ? Nónne & Ethnici hoc fa-
ciunt?Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœle
Math.6. ſtis perfectus eſt . Attendite ne iuſticiam veſtram facia-
C tis corã hominibus, vt videamini ab eis. Alioquin mer-
cedem non habebitis apud patrem veſtrum qui in cœlis
eſt.Cum ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante
te,ſicut hypocritę faciunt in ſynagogis & in vicis,vt ho
norificentur ab hominibus . Amẽ dico vobis, receperũt
mercedem ſuam.Te autem faciente eleemoſynam, ne-
ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, vt ſit eleemoſy-
na tua in abſconſo , & pater tuus qui videt in abſconſo
reddet tibi.Et cum oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui
amant in ſynagogis & in angulis platearum ſtãtes ora-
re,vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, rece-
perũt mercedem ſuam.Tu autem cum oraueris,intra in
cubiculum tuũ,& clauſo oſtio ora patrem tuũ in abſcõ-
ſo:& pater tuus qui videt in abſconſo,reddet tibi.Oran
tes autem nolite multum loqui, ſicut Ethnici: putant e-
nim quia in multiloquio ſuo exaudiantur . Nolite ergo
aſsimilari eis : ſcit enim pater veſter quid opus ſit vobis
antequam petatis eum , Sic ergo orabitis , Pater noſter
qui es in cœlis.Sanctificetur nomen tuum,Adueniat re-
** al. quoti-* gnum tuum , Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.
dianum. Panem noſtrum ſuperſubſtãtialem * da nobis hodie.Et
dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus de- D
bitoribus noſtris.Et ne nos inducas in tentationem,ſed
libera nos à malo . Si enim dimiſeritis hominibus pec-
cata eorum , dimittet & vobis pater veſter cœleſtis de-
licta veſtra . Si autem non dimiſeritis hominibus , nec
pater veſter dimittet vobis peccata veſtra . Cum autem
ieiunatis , nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes . Extermi-
nant enim facies ſuas vt appareant hominibus ieiunan-
tes . Amen dico vobis, perceperunt mercedẽ ſuam . Tu
autem cum ieiunas , vnge caput tuum , & laua faciem
tuam,ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui
eſt in abſconſo:& pater tuus qui videt in abſconſo, red-
det tibi:Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra,vbi
ęrugo & tinea demolitur,& vbi fures effodiunt & furan
tur. Theſaurizate autẽ vobis theſauros in cœlo, vbi ne-
que ęrugo neque tinea demolitur,& vbi fures non effo-
diunt nec furãtur. Vbi enim eſt theſaurus tuus,ibi eſt &
cor tuum.Lucerna corporis tui eſt oculus. Si fuerit ocu-
lus tuus ſimplex,totum corpus tuum lucidum erit:Si au-
tem oculus tuus nequã fuerit , totũ corpus tuũ tenebro-
ſum erit.Si ergo lumen quod in te eſt tenebræ ſunt,ipſæ
tenebræ quantæ erunt ? Nemo poteſt duobus dominis
ſeruire,aut enim vnum odio habebit,& alterum diliget: E
aut vnum ſuſtinebit,& alterum cõtemnet.Non poteſtis
deo ſeruire & mãmonæ.Ideo dico vobis ne ſoliciti ſitis
animæ veſtræ quid mãducetis,neq; corpori veſtro quid
induamini.Nonne anima plus eſt quàm eſca, & corpus
plus quàm veſtimẽtum?Reſpicite volatilia cœli,quoniã
non ſerunt,neq; metũt,neq; congregãt in horrea,& pa-
ter veſter cœleſtis paſcit illa.Nõne vos magis pluris eſtis
illis? Quis autẽ veſtrum cogitans poteſt adiicere ad ſta-
turam ſuam cubitũ vnum ? Et de veſtimentis quid ſoli-
citi eſtis?Conſiderate lilia agri quo modo creſcunt,non
laborant,neque nent . Dico autem vobis quoniam nec
Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum
ex iſtis , Si autem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in
clibanum mittitur,deus ſic veſtit, quanto magis vos mi
nimæ fidei?Nolite ergo ſoliciti eſſe dicentes,quid man-
ducabimus,aut quid bibemus,aut quo operiemur ? Hæc
enim omnia gentes inquirũt:ſcit enim pater veſter quia
his omnibus indigetis . Quærite ergo primum regnum
dei & iuſticiam eius,& hæc omnia adiiciẽtur vobis.No
lite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum , Craſtinus enim dies
ſolicitus eſt ſibiipſi,Sufficit diei malicia ſua. Nolite iudi *Math.7.*
care,vt nõ iudicemini, In quo enim iudicio iudicaueri- F
tis,iudicabimini:& in qua mẽſura mẽſi fueritis,remetie-
tur vobis.Quid autem vides feſtucã in oculo fratris tui,
& trabem in oculo tuo non vides? Aut quo modo dicis
fratri tuo,ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo,& ecce tra
bes eſt in oculo tuo?Hypocrita,eiice primum trabem de
oculo tuo, & tunc videbis eiicere feſtucam de oculo fra
tris tui.Nolite ſanctum dare canibus,neq; miſeritis mar
garitas veſtras ante porcos , ne forte conculcent eas pe-
dibus ſuis,& conuerſi dirumpant vos. Petite & dabitur
vobis , quærite & inuenietis , pulſate & aperietur vobis.
Omnis qui petit accipit,& qui quęrit inuenit,& pulſanti
aperietur.Aut quis ex vobis homo, quem ſi petierit filius
ſuus panem,nunquid lapidem porriget ei? Aut ſi piſcem
petit,nunquid ſerpentem dabit ei? Si ergo vos cum ſitis
mali, noſtis bona data dare filiis veſtris , quanto magis
pater veſter qui in cœlis eſt,dabit bona petẽtibus ſe.Om
nia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines,&
vos facite eis. Hæc eſt enim lex & prophetæ. Intrate per
anguſtam portam,quia lata porta & ſpacioſa via quæ du
cit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam.

G Quàm anguſta porta & arcta via quę ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimẽtis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor, fructus malos facit. Nõ poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœlorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in tuo nomine dęmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: Diſcedite à me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non ceH cidit: Fundata enim erat ſupra petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſupra arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illam, & cecidit, & fuit ruina eius ma-*Matth. 10.* gna. Et paulopoſt, Gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniã in zonis veſtris: Non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam: Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. In quamcunque ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dign⁹ ſit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem in domum, ſalutate eam dicentes, Pax huic domui. Et ſiquidẽ fuerit domus illa digna, veniet pax veſtra ſuper illam: Si autẽ non fuerit digna, pax veſtra ad vos reuertetur. Et quicunque non receperit vos neque audierit ſermones veſtros, exeũtes foras de domo, vel de ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris: Amen dico vobis, tolerabilius illud terræ Sodomorum & Gomorræorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporũ. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbę. Cauete autẽ ab hominibus. Tradent enim vos I in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ad præſides & reges ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quo modo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient: Et eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meum. Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Cum autem perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Amen dico vobis, non conſummabitis ciuitates Iſraël, donec veniat filius hominis. Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum nec ſeruus ſuper dominum ſuum: Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruus ſicut dominus eius. Si patrẽfamiliâs Beelzebub vocauerũt, quanto magis domeſticos eius. Ne ergo timueritis eos. Nil enim opertum eſt quod nõ reuelabitur, & occultũ quod nõ ſciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Et nolite timere eos qui occidũt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potius eum timete, qui poteſt & a- K nimam & corpus perdere in gehennã. Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre veſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo qui eſt in cœlis. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, ſed gladiũ, Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrẽ aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus. Et qui amat filium aut filiã ſuper me, nõ eſt me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Qui inuenit animã ſuam, perdet illam. Et qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ qui me miſit. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedẽ Prophetæ accipiet: Et qui recipit iuſtũ in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicũque potum dederit vni ex L minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuã. Et paulopoſt, Cui autẽ ſimilem æſtimabo generationem *Matth. 11.* iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt, Cecinimus vobis & nõ ſaltaſtis, lamentauimus, & non plãxiſtis. Venit enim Ioãnes neque manducans, neque bibens: & dicũt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducãs, & bibẽs, & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorũ & peccatorum amicus: Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. Et poſt paululũ, Venite ad me omnes qui laboratis & one- *Ibidem.* rati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Iugum enim meũ *Matth. 9.* ſuaue eſt, & onus meum leue. Item poſt paululum, Si autem ſciretis, quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacri- *Oſee. 6.* ficium, nunquam condẽnaſſetis innocẽtes. Et poſt paululum, Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non cõ- *Matth. 12.* gregat mecum, ſpargit. Ideo dico vobis, omne peccatũ & blaſphemia remittetur hominibus, ſpiritus autẽ blaſphemia non remittetur. Et quicũque dixerit verbũ con- M tra filium hominis, remittetur ei: Qui autem dixerit cõtra ſpiritum ſanctum, nõ remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborẽ malam, & fructum eius malum. Si quidẽ ex fructu arbor cognoſcitur. Progenies viperarũ, quo modo poteſtis bona loqui cum ſitis mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. Dico autẽ vobis, quoniam omne verbũ ocioſum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condẽnaberis. Et poſt aliquantum, Audite & intelligite. Non quod *Matth. 15.* intrat in os, coinquinat hominẽ, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Et paulopoſt, reſpõdens autem Petrus, dixit ei, Ediſſere nobis parabolã iſtam: At ille dixit, Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Nõ intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur: Quæ autẽ procedũt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominem? De corde enim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta,

A nes,furta,falſa teſtimonia,blaſphemię.Hęc ſunt quę co-
inquinant hominem: Non lotis autē manibus mandu-
care,non coinquinat hominem.Item poſt aliquantum,
Matth.16. Tunc dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Si quis vult poſt me ve-
nire,abneget ſemetipſum,& tollat crucē ſuā,& ſequatur
me. Qui enim voluerit animam ſuā ſaluam facere, per-
det eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter
me,inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi mun-
dum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimētum
patiatur?Aut quam dabit homo cōmutationem pro ani
ma ſua? Filius enim hominis vēturus eſt in gloria patris
ſui cum angelis ſuis,& tunc reddet vnicuique ſecūdum
Matth. 18. opera eius. Item aliquanto poſt, Amen dico vobis, niſi
conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intra-
bitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliaue-
rit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorū:
Et qui ſuſceperit vnum paruulū talem in nomine meo,
me ſuſcipit.Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis
iſtis qui in me credunt, expedit ei vt ſuſpendatur mola
aſinaria in collo eius,& demergatur in profundum ma-
ris. Væ mundo à ſcandalis, neceſſe eſt enim vt veniant
ſcandala: Veruntamen væ homini illi per quem ſcanda
B lum venit. Si autem manus tua vel pes tuus ſcandalizet
te,abſcide eum & proiice abs te: Bonū eſt tibi ad vitam
ingredi debilem,quàm duas manus, vel duos pedes ha-
bentem,mitti in ignem æternum.Et ſi oculus tuus ſcan-
dalizet te,erue eum & proiice abs te:bonum eſt tibi cum
vno oculo in vitam intrare,quàm duos oculos habentē
mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum
Ibidem. ex his puſillis. Dico autem vobis, quia angeli eorum in
cœlis ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt.
Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.Et pau
lo poſt, Si autē peccauerit in te frater tuus, vade & cor-
ripe eum inter te & ipſum ſolum:Si te audierit, lucratus
es fratrem tuum: Si autem te nō audierit, adhibe tecum
adhuc vnū vel duos, vt in ore duorum teſtiū vel trium
ſtet omne verbum.Quòd ſi non audierit eos,dic Eccle-
ſiæ:ſi autem & Eccleſiā non audierit, ſit tibi ſicut ethni-
cus & publicanus.Amen dico vobis,quęcunq; alligaue-
ritis ſuper terram,erunt ligata & in cœlo,& quæcunque
ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlo.Iterū di-
co vobis, quia ſi duo ex vobis cōſenſerint ſuper terram,
de omni re quæcūque petierint, fiet illis à patre meo qui
in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres cōgregati in no-
C mine meo,ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens Pe
trus ad eum,dixit, Domine, quoties peccabit in me fra-
ter meus,& dimittā ei? Vſq; ſepties? Dicit illi Ieſus: Non
dico tibi vſq; ſepties,ſed vſq; ſeptuagies ſepties.Ideo aſſi
milatum eſt regnum cœlorum homini regi, qui voluit
rationem ponere cum ſeruis ſuis.Et cum cœpiſſet ratio-
nem ponere,oblatus eſt ei vnus qui debebat decem mi-
lia talenta,Cum autem non haberet vnde redderet,iuſ-
ſit eum dominus venundari, & vxorem eius & filios, &
omnia quæ habebat,& reddi. Procidens autē ſeruus ille
orabat eum,dicens,Patientiam habe in me domine, &
omnia reddā tibi. Miſertus autem dominus ſerui illius,
dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autē ſeruus
ille,inuenit vnum de conſeruis ſuis,qui debebat ei cen-
tum denarios,& tenens ſuffocabat eum, dicens, Redde
quod debes.Et procidens conſeruus eius, rogabat eum,
dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.
Ille autem noluit,ſed abiit & miſit eum in carcerem,do
nec redderet debitum. Videntes autē conſerui eius quæ
fiebant,contriſtati ſunt valde:Et venerunt, & narraue-
runt domino ſuo omnia quę facta fuerant: Tunc voca-
uit illum dominus ſuus,& ait illi, Serue nequam, omne D
debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: Nónne ergo
oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui mi-
ſertus ſum?Et iratus dominus eius,tradidit eum tortori-
bus,quoadusq; redderet vniuerſum debitum. Sic & pa-
ter meus cœleſtis faciet vobis,ſi nō remiſeritis vnuſquiſ-
que fratri ſuo de cordibus veſtris.Et paulopoſt,Et acceſ *Matth. 19.*
ſerunt ad eum Phariſæi,tentantes eum,& dicentes, Si li
cet homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cau- *Gene.1.*
ſa?Qui reſpondens,ait eis,Non legiſtis,quia qui fecit ho
minem ab initio,maſculum & fœminam fecit eos: Et di
xit,Propter hoc dimittet homo patrem & matrē, & ad- *Gene.2.*
hærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam
nō ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit,
homo non ſeparet. Dicunt illi, Quid ergo Moyſes man
dauit dare libellum repudij & dimittere? Ait illis, Quo- *Deuter.24.*
niam Moyſes ad duriciam cordis veſtri permiſit vobis
dimittere vxores veſtras, Ab initio autem non fuit ſic:
Dico autem vobis,quia quicunq; dimiſerit vxorē ſuam,
niſi ob fornicationē,& aliam duxerit, mœchatur: & qui
dimiſſam duxerit,mœchatur. Dicunt illi diſcipuli eius:
Si ita eſt cauſa hominis cum vxore, non expedit nube-
re. Qui dixit,Non omnes capiūt verbum iſtud, ſed qui- E
bus datum eſt. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero
ſic nati ſunt: Et ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab homini-
bus:Et ſunt eunuchi qui ſeipſos eunuchizauerūt propter
regnum cœlorum. Qui poteſt capere,capiat. Tunc obla
ti ſunt ei paruuli,vt manus eis imponeret & oraret. Di-
ſcipuli autem increpabant eos.Ieſus vero ait eis: Sinite
paruulos,& nolite eos prohibere ad me venire: Talium
eſt enim regnum cœlorum. Et cum impoſuiſſet eis ma-
nus,abiit inde.Et ecce vnus accedēs ait illi: Magiſter bo
ne,quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? Qui
dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus
deus,Si autem vis ingredi ad vitam,ſerua mandata.Di-
cit ei, Quæ?Ieſus autem dixit, Non homicidium facies, *Exod.20.*
non adulterabis, non facies furtum, nō falſum teſtimo-
nium dices,Honora patrem tuum & matrem:Et diliges
proximum tuum ſicut teipſum.Dicit illi adoleſcēs, Om
nia hæc cuſtodiui: Quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus:
Si vis perfectus eſſe,vade,vende quæ habes, & da paupe
ribus,& habebis theſaurum in cœlo,& veni ſequere me.
Cum autem audiſſet verbum adoleſcēs,abiit triſtis:Erat
enim habens multas poſſeſſiones. Ieſus autem dixit di-
ſcipulis ſuis: Amen dico vobis, quia diues difficile in- F
trabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis, Faci-
lius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diui-
tem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his, di-
ſcipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit
ſaluus eſſe?Aſpiciens autem Ieſus,dixit illis,Apud homi-
nes hoc impoſſibile eſt: apud deum autem omnia poſſi
bilia ſunt. Tunc reſpondēs Petrus,dixit ei, Ecce nos re-
liquimus omnia,& ſecuti ſumus te, Quid ergo erit no-
bis?Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quòd vos
qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius
hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſe-
des duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Et
omnis qui reliquerit domum,vel fratres,aut ſorores,aut
patrem aut matrem,aut vxorē, aut filios,aut agros prop
ter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æter-
nam poſſidebit. Multi autem erunt primi nouiſſimi, &
nouiſſimi primi.Et paulo poſt,Sicut filius hominis non *Matth.20.*
venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam
redemptionem pro multis. Et aliquanto poſt, Reddite *Matth.22.*
ergo quæ ſunt Cęſaris Cęſari,& quę ſunt dei deo.Et alī-
bi,Di-

G bi,Diliges dominum deum tuũ in toto corde tuo, & in
Deuter.6. tota anima tua,& in tota mente tua. Hoc eſt maximum
& primum mandatum. Secũdum autem ſimile eſt huic,
Leuit.19. Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum . In his duobus man-
datis vniuerſa lex pẽdet & prophetæ. Et poſt paucos ver
Matth.23. ſus, Tũc Ieſus locut⁹ eſt ad turbas & ad diſcipulos ſuos,
dicens,Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Pha
riſæi, Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate &
facite,ſecundum opera vero eorum nolite facere:Dicũt
enim & non faciunt.Alligãt autem onera grauia & im-
portabilia, & imponunt in humeros hominum, digito
autem ſuo nolunt ea mouere.Omnia vero opera ſua fa-
ciunt,vt videantur ab hominibus.Dilatant enim phyla-
ctcria ſua,& magnificãt fimbrias.Amant autem primos
recubitus in cœnis,& primas cathedras in ſynagogis, &
ſalutationes in foro,& vocari ab hominib⁹,Rabbi, Vos
autem nolite vocari,Rabbi:Vnus eſt enim magiſter ve-
ſter:Omnes autem vos fratres eſtis.Et patrem nolite vo
bis vocare ſuper terram : Vnus eſt enim pater veſter qui
in cœlis eſt.Nec vocemini, magiſtri, quia magiſter ve-
ſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrum,erit mini
H ſter veſter. Qui autem ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe
Ibidem. humiliat,exaltabitur. Et paulo poſt, Væ vobis Scribæ &
Phariſæi hypocritæ,qui decimatis mentam & anethum
& cyminum,& relinquitis quæ grauiora ſunt legis,iudi
cium & miſericordiam, & fidem : Hæc oportuit facere,
& illa non omittere.Duces cæci,excolantes culicem,ca
melum autem glutientes. Væ vobis Scribæ & Phariſæi
hypocritæ , qui mundatis quod deforis eſt calicis & pa-
ropſidis,intus autem pleni ſunt rapina,& omni immun
dicia.Phariſæe cæce,munda prius quod intus eſt calicis
& paropſidis,vt fiat & id quod deforis eſt mundum.Vę
vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſe-
pulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpe-
cioſa,intus vero plena ſunt oſsibus mortuorum, & om-
ni ſpurcicia . Sic & vos à foris quidem apparetis homi-
nibus iuſti,intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquita-
te. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritę,qui ædificatis
ſepulchra Prophetarum , & ornatis monumenta iuſto-
rum,& dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorũ,
non eſſemus ſocij eorũ in ſanguine Prophetarum. Itaq;
teſtimonium eſtis vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorũ qui
Prophetas occiderunt:Et vos implete mẽſuram patrum
I veſtrorum.Serpentes,genimina viperarum, quo modo
fugietis à iudicio gehennæ? Ideo dico vobis , Ecce ego
mitto ad vos Prophetas,& ſapientes,& ſcribas: & ex il-
lis occidetis,& crucifigetis,& ex eis flagellabitis in ſyna-
gogis veſtris , & perſequemini de ciuitate in ciuitatem,
vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus , qui effuſus eſt
ſuper terram,à ſanguine Abel iuſti,vſque ad ſanguinem
Zacharię Prophetę filij Barachiæ,quem occidiſtis inter
templum & altare:Amen dico vobis, venient hæc om-
Matth.24. nia ſuper generationem iſtam.Et paulo poſt, Et quoniã
abundabit iniquitas,refrigeſcet charitas multorum:Qui
Ibidem. autem perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſaluus erit . Et poſt
aliquãtum,Eſtote parati,quia neſcitis qua hora filius ho
minis venturus eſt . Quis putas eſt fidelis ſeruus & pru-
dens, quem cõſtituit dominus ſuus ſupra familiã ſuam,
vt det illis cibum in tempore.Beatus ille ſeruus quẽ cum
venerit dominus eius,inuenerit ſic facientem: Amen di
co vobis,quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eũ.
Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: Moram
facit dominus meus venire,& cœperit percutere conſer
uos ſuos, manducet autem & bibat cũ ebriis: veniet do-
minus ſerui illius in die qua nõ ſperat,& hora qua igno
rat,& diuidet eum,partemq; eius ponet cum hypocritis: K
illic erit fletus & ſtridor dentium.Et poſt paulum, Vigi- *Matth.25.*
late itaq;,quia neſcitis diem neq; horam. Item poſt pau-
lulum , Cum autem venerit filius hominis in maieſtate *Ibidem.*
ſua,& omnes angeli cum eo:tunc ſedebit ſuper ſedẽ ma
ieſtatis ſuę,& congregabuntur ante eum omnes gentes,
& ſeparabit eos ab inuicem,ſicut paſtor ſegregat oues ab
hædis:Et ſtatuet oues quidem à dextris, hædos autẽ à ſi-
niſtris. Tunc dicet rex iis qui à dextris eius erunt: Veni-
te benedicti patris mei , poſsidete paratum vobis regnũ
à cõſtitutione mundi:Eſuriui enim,& dediſtis mihi mã-
ducare:Sitiui,& dediſtis mihi bibere:Hoſpes erã, & col
legiſtis me: Nudus,& cooperuiſtis me: Infirmus, & viſi-
taſtis me: In carcere erã,& veniſtis ad me. Tunc reſpon
debunt ei iuſti,dicẽtes,Domine,quando te vidimus eſu
rientem & pauimus te:ſitiẽtem, & dedimus tibi potum?
Quãdo autẽ te vidimus hoſpitẽ, & collegimus te:aut nu
dum,& cooperuimus? Aut quando te vidimus infirmũ,
aut in carcere,& venimus ad te?Et reſpondens rex,dicet
illis:Amen dico vobis,quandiu feciſtis vni de his fratri-
bus meis minimis,mihi feciſtis. Tũc dicet & iis qui à ſi-
niſtris erunt , Diſcedite à me maledicti in ignem æter- L
nũ,qui paratus eſt diabolo & angelis eius:Eſuriui enim,
& non dediſtis mihi manducare: Sitiui,& non dediſtis
mihi potum : Hoſpes fui, & non collegiſtis me : Nudus
erã,& nõ cooperuiſtis me : Infirmus & in carcere,& nõ
viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi, dicentes, Do-
mine quando te vidimus eſurientem & ſitiẽtem,& hoſ-
pitem,aut nudum, aut infirmum, vel in carcere: & non
miniſtrauimus tibi? Tunc reſpõdebit illis,dicens, Amen
dico vobis , quandiu non feciſtis vni de minoribus his,
nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æternũ, iuſti
autem in vitam æternam. Et poſt aliquantum, Vigilate
& orate,vt non intretis in tentationem. *Matth.26.*

ADuocans iterum turbam, dicebat illis, Audite *Ex Euãge-*
me omnes & intelligite:Nihil eſt extra homi- *lio ſecundũ*
nem introiens in eum, quod poſsit eum coin- *Marcum,*
quinare,ſed quę de homine procedũt,illa ſunt *cap.7.*
quæ cõmunicant hominem.Si quis habet aures audien-
di,audiat.Et cum introiſſet in domum à turba,interro-
gabant eum diſcipuli eius parabolã: Et ait illis,Sic & vos
imprudentes eſtis? Non intelligitis quia omne extrinſe- M
cus introiens in hominẽ,non poteſt eum communica-
re,quia non intrat in cor eius, ſed in vẽtrem,& in ſeceſ-
ſum exit,purgãs omnes eſcas?Dicebat autem, quoniam
quæ de homine exeunt,illa communicãt hominem.Ab
intus enim de corde hominum exeũt cogitationes ma-
læ:procedunt adulteria,fornicationes,homicidia,furta,
auaricię,nequicię,dolus,impudicicia,oculus malus,blaſ
phemię,ſuperbia,ſtulticia. Omnia hęc mala ab int⁹ pro-
cedunt, & communicant hominem.Et alio loco cõuo-
cata turba cum diſcipulis ſuis,dixit eis, Si quis vult poſt *Marci.8.*
me ſequi, deneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam & ſe-
quatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam fa
cere, perdet eam : Qui autem perdiderit animam ſuam
propter me & Euangeliũ,ſaluam eam faciet.Quid enim
proderit homini ſi lucretur mũdum totum,& detrimen
tum faciat animę ſuæ?Aut quid dabit homo commuta-
tionem pro anima ſua? Qui enim me confuſus fuerit &
mea verba in generatione iſta adultera & peccatrice,&
filius hominis confundet eum in gloria patris ſui cum
angelis ſuis.Et alibi, Et accipiens puerum ſtatuit eum in
medio eorũ.Quem cum cõplexus eſſet,ait illis:Quiſquis *Marci.9.*
vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo,
me re-

A me recipit:Et quicunque me ſuſceperit,non me ſuſcipit,
Marci.9. ſed eum qui me miſit. Et paulo poſt, Quiſquis enim potu m dederit vobis calicẽ aquæ frigidæ in nomine meo,
quia Chriſti eſtis: amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. Et quiſquis ſcandalizauerit vnum ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis, ſi circũdaretur mola aſinaria collo eius & in mare mitteretur. Et
Ibidem. poſt paululum, Habete in vobis ſalem, & pacem habete
Marci.10. inter vos.Et paulo poſt,Et accedentes Phariſæi interrogabant eum: Si licet viro vxorem dimittere, tentantes eum. At ille reſpondens, dixit eis, Quid vobis præcepit
Deuter.24. Moyſes? Qui dixerunt, Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere & dimittere. Quibus reſpondens Ieſus, ait, Ad duriciam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptũ iſtud, Ab initio autem creaturæ, maſculum & fœminam fecit
Gene.2. eos deus.Propter hoc relinquet homo patrẽ ſuum & matrem,& adhęrebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna. Itaque iam nõ ſunt duo,ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit homo non ſeparet. Et in domo iterum diſcipuli eius,de eodẽ interrogauerũt eum:Et dicit illis,Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam,& aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum
B ſuum & alij nupſerit,mœchatur.Et poſt quatuor verſus,
Marci.10. Sinite paruulos venire ad me,& ne prohibueritis eos:Talium eſt enim regnum cœlorum.Amen dico vobis,quiſquis non receperit regnum dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos & imponens manus ſuper illos benedicebat eos. Et cum egreſſus eſſet in via, præcurrens quidam genu flexo ante eum,rogabat eum, Magiſter bone,quid faciam vt vitam æternã percipiam? Ieſus autem dixit ei, Quid me dicis bonum? Nemo bo-
Exod.20. nus niſi vnus deus.Præcepta noſti,Ne adulteres: Ne occidas: Ne fureris: Ne falſum teſtimonium dixeris: Ne fraudem feceris: Honora patrẽ tuum & matrem. At ille reſpondens,ait illi,Magiſter,hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea.Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit illi,Vnum tibi deeſt:Vade,quæcunq; habes,vende,& da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo,& veni ſequere me.Qui contriſtatus in verbo,abiit mœrens. Erat enim habens multas poſſeſsiones.Et circunſpiciẽs Ieſus, ait diſcipulis ſuis: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum dei introibunt.Diſcipuli autem obſtupeſcebãt in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpondens, ait illis, Filioli,
C quàm difficile eſt confidẽtes in pecuniis in regnum dei introire. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire,quàm diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur,dicẽtes ad ſeipſos: Et quis poteſt ſaluus fieri?Et intuens illos Ieſus, ait, Apud homines impoſsibile eſt,ſed non apud deum. Omnia enim poſsibilia ſunt apud deum. Et cœpit Petrus ei dicere, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Reſpondens Ieſus, ait, Amen dico vobis: Nemo eſt qui reliquerit domum aut fratres, aut ſorores, aut matrem, aut patrem, aut filios, aut agros propter me & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domus & fratres,& ſorores & matres & filios & agros cum perſecutionibus,& in ſeculo futuro vitam æternam. Multi
Marci.10. autem erunt primi nouiſsimi,& nouiſsimi primi.Et paulo poſt, Scitis quia ij qui videntur principari gentibus, dominantur eis,& principes eorum poteſtatem habent ipſorum.Non ita eſt autem in vobis,ſed quicunque voluerit fieri maior,erit veſter miniſter: Et quicunque voluerit in vobis primus eſſe,erit omnium ſeruus: Nam & filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret,& daret animam ſuam redemptionẽ pro multis. Et aliquanto poſt, Et reſpondens Ieſus,ait eis,Habe- D
te fidem dei.Amen dico vobis: Quicunque dixerit huic *Marci.11.*
monti tollere & mittere in mare: & nõn hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcunque dixerit fiat: fiet ei.Propter ea dico vobis:Omnia quæcunque orãtes petitis,credite quia accipietis, & venient vobis. Et cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, vt & pater veſter qui in cœlis eſt dimittat vobis peccata veſtra. Quòd ſi vos non dimiſeritis, nec pater veſter qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra. Itẽ
poſt aliquantum, Reſpondens autem Ieſus, dixit illis, *Marc.12.*
Reddite igitur quę ſunt Cæſaris Cęſari, & quę ſunt dei *Ibidem.*
deo,Et alio loco,Et acceſsit vnus de ſcribis,qui audierat illos conquerẽtes, & videns quia bene illis reſponderit, interrogauit eum, quod eſſet primum omnium mãdatum.Ieſus autem reſpondit ei, Quia primum omnium mandatũ eſt,Audi Iſraël, dominus deus tuus deus vnus eſt. Et, Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,& ex tota mente tua, & ex tota virtute tua:Hoc eſt primum mãdatum, Secundum autem ſimile eſt illi,Diliges proximum tuum tãquam teipſum. Maius horum aliud mandatum non eſt.Et ait illi ſcriba,
Bene magiſter in veritate dixiſti, quia vnus eſt, & non E
eſt alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam ſeipſum maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificiis. Ieſus autem videns quòd ſapienter reſpondiſſet,dixit illi: Non es longe à regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Et paulo poſt, Cauete à Scribis qui volunt in ſtolis
ambulare, & ſalutari in foro, & in primis cathedris ſe- *Ibidem.*
dere in ſynagogis, & primos diſcubitus in cœnis. Qui deuorant domos viduarum ſub obtẽtu prolixæ orationis,hi accipiunt prolixius iudicium. Et ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat quæ modo turba iactaret in gazophylacium, & multi diuites iactabant plurima. Cum veniſſet autem vna vidua pauper, miſit duo minuta,quod eſt quadrans:Et conuocans diſcipulos,ait illis,Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit qui miſerunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miſerunt: hæc vero de penuria ſua omnia quæ habuit miſit, totum victũ
ſuum.Et paulo poſt,Et cum duxerint vos tradentes,no- *Marci.13.*
lite præcogitare quid loquamini, ſed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini. Non enim eſtis vos F
loquentes,ſed ſpiritus ſanctus.Et poſt paululum, Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem ſu
ſtinuerit in finem, hic ſaluus erit. Et alio in loco, Vide- *Ibidem.*
te,vigilate orantes,neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſque operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo: Neſcitis enim quando dominus domus veniet: ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane. Ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico,vigilate.

GLoria in altiſsimis deo, & in terra pax homi- *Luca.2.*
nibus bonæ voluntatis.Et aliquãto poſt,Et in- *Ex Euãgelio ſecundũ*
terrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo *Lucam.*
faciemus? Reſpondẽs autem,dicebat illis,Qui *Luca.3.*
habet duas tunicas,det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerũt autem & Publicani vt baptizarentur,& dixerunt ad illum:Magiſter,quid faciemus?At ille dixit ad eos,Nihil amplius quàm quod conſtitutum

eſt vobis,

G eſt vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites,
dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminẽ con
cutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſti
Luca.6. pendiis veſtris. Et poſt aliquantum, Beati pauperes, quia
veſtrum eſt regnum dei. Beati qui nunc eſuritis, quia ſa-
turabimini, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eri-
tis, cũ vos oderint homines, & cũ ſeparauerint vos, &
exprobrauerint & eiecerint nomen veſtrum tanquam
malum propter filium hominis. Gaudete in illa die &
exultate, ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo. Se-
cundum enim hæc faciebant Prophetis patres eorum.
Veruntamen væ vobis diuitibus qui habetis conſolatio-
nem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.
Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ,
cum benedixerint vobis omnes homines, ſecũdum hæc
faciebant Prophetis patres eorũ. Sed vobis dico qui au-
ditis: Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui vos
oderunt. Benedicite maledicẽtibus vobis. Orate pro ca-
lumniãtibus vos. Et qui te percuſſerit in maxillam, præ-
be illi & alteram. Et ab eo qui auferet tibi veſtimentum,
etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te,
tribue. & qui aufert quę tua ſunt, ne repetas. Et prout vul
H tis vt faciant vobis homines, facite illis ſimiliter. Et ſi di-
ligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? Nam
& peccatores diligentes ſe diligunt. Et ſi benefeceritis
iis qui vobis benefaciunt, quę vobis eſt gratia? Siquidem
& peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuum dederitis iis à
quib⁹ ſperatis recipere, quę gratia eſt vobis? Nam & pec-
catores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.
Veruntamẽ diligite inimicos veſtros: benefacite, & mu-
tuum date, nihil inde ſperãtes: & erit merces veſtra mul
ta, & eritis filij altiſsimi, quia ipſe benignus eſt ſuper in-
gratos & malos. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater
veſter miſericors eſt. Nolite iudicare, & non iudicabi-
mini. Nolite condemnare, & non cõdemnabimini. Di-
mittite, & Dimittemini. Date, & dabitur vobis. Menſu-
ram bonam, & confertam, & coagitatã, & ſupereffluen-
tem dabunt in ſinum veſtrum. Eadem quippe menſura
qua menſi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis
& ſimilitudinem. Nunquid poteſt cæcus cęcum ducere?
Nonne ambo in foueam cadunt? Non eſt diſcipulus ſu-
per magiſtrum. Perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut ma
giſter eius. Quid autem vides feſtucam in oculo fratris
tui, trabem autem quæ in oculo tuo eſt non conſideras?
I Aut quo modo potes dicere fratri tuo, frater, ſine eiiciã
feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non vi
des? Hypocrita, eiice primum trabẽ de oculo tuo, & tunc
perſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Nõ eſt
enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor
mala faciens fructum bonum. Vnaquæque arbor de fru
ctu ſuo cognoſcitur. Neque enim de ſpinis colligunt fi-
cus, neque de rubo vindemiãt vuas. Bonus homo de bo
no theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo
de malo theſauro profert malum. Ex abundantia enim
cordis os loquitur. Quid autem vocatis me domine do
mine, & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me,
& audit ſermones meos, & facit eos, oſtẽdam vobis cui
ſimilis ſit: Similis eſt homini ædificanti domum qui fo-
dit in altum, & poſuit fundamentum ſupra petram. In-
undatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi, &
non potuit eam mouere, fundata enim erat ſuper petrã.
Qui autem audit & non facit, ſimilis eſt homini ædifi-
canti domum ſuam ſupra terram ſine fundamento: in
quam illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit, & facta eſt
Luca.4. ruina domus illius magna. Et poſt aliquãtum, Cui ergo
ſimiles dicam homines generationis huius, & cui ſimi- K
les ſunt? Pueris ſedentibus in foro & loquentibus adin-
uicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibiis, & nõ ſal-
taſtis: lamentauimus, & non ploraſtis. Venit enim Ioan
nes baptiſta, neq; manducans panem, neq; bibẽs vinum:
& dicitis, dæmonium habet. Venit filius hominis man-
ducans & bibens, & dicitis, Ecce homo deuorator & bi
bens vinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iu
ſtificata eſt ſapientia ab omnibus filiis ſuis. Item poſt ali-
quantum, Eſt autem hæc parabola: Semen eſt verbũ dei.
Qui autem ſecus viam ſunt, ij ſunt qui audiunt: deinde Luca.8.
venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne cre
dentes ſalui fiant. Nam qui ſupra petram, qui cum au-
dierint cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices nõ
habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentati-
onis recedunt. Quod autem in ſpinis cecidit: ij ſunt qui
audierũt, & à ſolicitudinibus & diuitiis & voluptatibus
vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. Quod
autem in bonam terram: ij ſunt qui corde bono & opti
mo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in
patientia. Nemo autem lucernam accendẽs, operit eam
vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrum po
nit, vt intrantes videãt lumen. Non enim eſt occultum L
quod non manifeſtetur, nec abſconditum quod nõ co-
gnoſcatur & in palã veniat. Videte ergo quo modo au-
diſtis: Qui enim habet dabitur illi, & quicunque non ha
bet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo. Et poſt
aliquãtum, conuocatis autem duodecim Apoſtolis de- Luca.9.
dit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia,
& vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnũ
dei, & ſanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in
via, neq; virgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniã,
neq; duas tunicas habeatis: Et in quancunque domũ in-
traueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicunq; nõ
receperit vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerẽ pe-
dum veſtrorum excutite in teſtimonium ſuper illos. Itẽ
poſt aliquantum, Dicebat autem ad omnes, Si quis vult
poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã Ibidem.
quotidie, & ſequatur me. Qui enim voluerit animã ſuã
ſaluam facere, perdet illam: Nam qui perdiderit animã
ſuam propter me, ſaluam faciet illam. Quid enim profi-
cit homo ſi lucretur vniuerſum mundum, ſe autẽ ipſum
perdat, & detrimentum ſui fiat? Nam qui me erubuerit
& meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cũ ve-
nerit in maieſtate ſua, & patris, & ſanctorum angelorũ. M
Et alio loco, Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorũ
maior eſſet. At Ieſus videns cogitationes cordis illorũ, Ibidem.
apprehendens puerum ſtatuit eum ſecus ſe: & ait illis,
Quicunq; ſuſceperit puerum iſtum in nomine meo, me
recipit. Et quicunque me receperit, recipit eum qui me
miſit. Nam qui minor eſt inter omnes vos, hic maior
eſt. Et poſt aliquantum, Ait autem ad alterum, Sequere
me. Ille autem dixit, Domine permitte mihi primum ire
ſepelire patrem meum: Dixitque ei Ieſus, Sine vt mortui Luca.9.
ſepeliant mortuos ſuos: Tu autem vade, annuncia re-
gnum dei. Et ait alter, Sequar te domine, ſed primum
permitte mihi renunciare iis qui domi ſunt. Ait ad il-
lum Ieſus, Nemo mittens manum ſuam in aratrum &
aſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Et poſt paululum, Ec
ce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite porta- Luca.10.
re ſacculum, neq; peram, neque calciamenta, & neminẽ
per viam ſalutaueritis. In quancunque domum intraue-
ritis, primum dicite, Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit fi-
lius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra: Sin autem, ad
vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes
& bi-

A & bibentes quæ apud illos ſunt:Dignus enim eſt opera-
rius mercede ſua. Nolite tranſire de domo in domum.
Et in quamcunque ciuitatem intraueritis & ſuſceperint
vos,mãducate quæcunque apponuntur vobis, & curate
infirmos qui in illa ſunt,& dicite illis, Appropinquabit
in vos regnum dei, In quamcunque ciuitatem intraue-
ritis,& non receperint vos, exeuntes in plateas eius, di-
cite, Etiam puluerem qui adhæſit nobis de ciuitate ve-
ſtra,extergimus in vos. Tamen hoc ſcitote,quia appro-
pinquabit regnum dei.Dico vobis,quia Sodomis in die
illa remiſsius erit, quàm illi ciuitati. Et poſt paululum,
Lucæ.10. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis
ſubiiciuntur:Gaudete autem, quòd nomina veſtra ſcrip
Ibidem. ta ſunt in cœlis. Et poſt paululum, Ecce quidam legiſ-
peritus ſurrexit,tentans illum,& dicens, Magiſter quid
faciendo vitam æternam poſsidebo?At ille dixit ad eũ,
In lege quid ſcriptum eſt?Quo modo legis? Ille reſpon-
dens, dixit, Diliges dominum deum tuum ex toto cor-
de tuo,& ex tota anima tua,& ex omnibus viribus tuis,
& ex omni mente tua, & proximum ſicut teipſum. Et
Ibidem. paulo poſt, Quis horum trium videtur tibi proximus
fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit
B miſericordiam in illum. Et ait illi Ieſus, Vade, & tu fac
Ibidem. ſimiliter. Et poſt paululum, Martha, Martha, ſolicita es
& turbaris erga plurima. Porrò vnum eſt neceſſarium:
Maria optimam partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea.
Lucæ.11. Item poſt paululũ,Cum oratis,inquit, dicite, Pater,ſan-
ctificetur nomẽ tuum: Adueniat regnum tuum: Panem
noſtrum quotidianum da nobis hodie,& dimitte nobis
peccata noſtra, ſiquidẽ & ipſi dimittimus omni deben-
ti nobis,& ne nos inducas in tentationem. Et ait ad il-
los,Quis veſtrum habebit amicum,& ibit ad illum me-
dia nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres pa-
nes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non
habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus reſpon-
dẽs,dicat,Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum
eſt,& pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſur-
gere & dare tibi:Et ille ſi perſeuerauerit pulſans,Dico vo
bis, & ſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit,
propter improbitatẽ tamẽ eius ſurget, & dabit illi quot-
quot habet neceſſarios.Et ego vobis dico,Petite, & da-
bitur vobis:quærite,& inuenietis:pulſate,& aperietur vo
bis.Omnis enim qui petit,accipit: & qui quærit,inuenit:
& pulſanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit
C panem,nunquid lapidem dabit illi?Aut piſcem,nũquid
pro piſce ſerpentem dabit illi?Aut ſi petierit ouum,nun-
quid porriget ſcorpionem? Si ergo cum ſitis mali, no-
ſtis bona data dare filiis veſtris, quanto magis pater ve-
ſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petẽtibus ſe.Et pau-
Ibidem. lo poſt,Factum eſt autem cum hæc diceret: Extollẽs vo
cem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter
qui te portauit,& vbera quæ ſuxiſti.At ille dixit,Imò be-
ati qui audiunt verbum dei,& cuſtodiunt illud. Et pau-
Ibidem. lo poſt, Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pha-
riſæus,vt pranderet apud ſe: Et ingreſſus recubuit, Pha-
riſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non
baptizatus eſſet ante prãdium. Et ait dominus ad illum,
Nunc vos Phariſæi quod deforis eſt calicis & catini,mũ
datis, quod autem intus eſt veſtrum, plenum rapina &
iniquitate.Stulti,nônne qui fecit quod deforis eſt,etiam
quod intus eſt fecit?Veruntamen quod ſupereſt, date e-
leemoſynam,& ecce omnia munda ſunt vobis. Sed væ
vobis Phariſæis qui decimatis mentam & rutam, & om
ne olus, & præteritis iudicium & charitatem dei. Hæc
autem oportuit facere, & illa non omittere. Væ vobis

Phariſæi, quia diligitis primas cathedras in ſynagogis, D
& ſalutationes in foro:Væ vobis, qui eſtis vt monumen
ta quæ non parent, & homines ambulantes ſupra ne-
ſciunt. Reſpondens autem quidam ex legiſperitis ait il-
li, Magiſter, hæc dicens, etiam nobis contumeliam fa-
cis? At ille ait, Etiam vobis legiſperitis væ, quia onera-
tis homines oneribus quæ portare non poſſunt, & ipſi
vno digito veſtro non tangitis ſarcinas.Et alio in loco,
Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocri- Lucæ.12.
ſis.Et paulo poſt, Dico autem vobis amicis meis, ne ter-
reamini ab iis qui occidunt corpus,& poſt hæc non ha-
bent amplius quid faciant.Oſtẽdam autem vobis quem
timeatis. Timete eum qui poſtquam occiderit, habet
poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc
timete. Nônne quinque paſſeres veneunt dipondio, &
vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo?Sed & ca-
pilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo ti-
mere, multis paſſeribus pluris eſtis. Dico autem vobis,
Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram homini-
bus, & filius hominis confitebitur in illo coram ange-
lis dei:Qui autem negauerit me coram hominibus, de-
negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbũ
in filium hominis, remittetur ei: Ei autem qui in ſpiritũ E
ſanctum blaſphemauerit, non remittetur. Cum autem
inducent vos in ſynagogas, & ad magiſtratus,& pote-
ſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter aut quid reſpondeatis,
aut quid dicatis: Spiritus enim ſanctus docebit vos in
ipſa hora quæ oporteat dicere.Ait autem ei quidã de tur
ba, Magiſter, dic fratri meo vt diuidat mecum hæredi-
tatem. At ille dixit ei, Homo, quis me conſtituit iudi-
cem aut diuiſorem ſupra vos? Dixitque ad illos, Videte
& cauete ab omni auaricia,quia non in abundantia cu-
iuſquam vita eius eſt ex iis quæ poſsidet.Dixit autem ſi-
militudinem ad illos, dicens, Hominis cuiuſdam diui-
tis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe, di-
cens,Quid faciam,quòd non habeo quò congregẽ fru-
ctus meos? Et dixit, Hoc faciam, deſtruam horrea mea,
& maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata
ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, Anima
habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce,
comede,bibe,epulare. Dixit autem illi deus, Stulte,hac
nocte animam tuam repetunt à te,quæ autem paraſti cu
ius erunt? Sic eſt omnis qui ſibi theſaurizat, & non eſt
in deum diues. Dixitque ad diſcipulos ſuos, Ideo dico
vobis, Nolite ſoliciti eſſe animæ,quid manducetis, ne- F
que corpori,quid veſtiamini.Anima plus eſt quàm eſca,
& corpus quàm veſtimentum.Conſiderate coruos,quia
non ſeminant,neque metunt,quibus non eſt cellarium,
neque horreum,& deus paſcit illos: Quanto magis vos
pluris eſtis. Quis autem veſtrum cogitando poteſt ad-
iicere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Si ergo neque
quod minimũ eſt poteſtis, quid de cæteris ſoliciti eſtis?
Conſiderate lilia agri quo modo creſcunt,non laborãt,
neque nent: Dico autem vobis, quòd nec Salomon in
omni gloria ſua veſtiebatur ſicut vnum ex iſtis, Si au-
tem fœnum agri quod hodie in agro eſt, & cras in cli-
banum mittitur, deus ſic veſtit: quanto magis vos pu-
ſillæ fidei. Et vos nolite quærere quid manducetis, aut
quid bibatis,& nolite in ſublime tolli.Hæc omnia gen-
tes mundi inquirunt: Pater autem veſter ſcit quoniam
his indigetis. Veruntamen quærite regnum dei, & hæc
omnia adiicientur vobis. Nolite timere puſillus grex,
quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Ven-
dite quæ poſsidetis & date eleemoſynam: Facite vobis
ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum non deficien-
tem in-

G tem in cœlis,quò fur non appropiat,neq; tinea corrum-
pit. Vbi enim theſaurus veſter, ibi & cor veſtrum erit.
Luca.12. Et poſt paululum, Et vos eſtote parati, quia qua hora nõ
putatis filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus, Do-
mine ad nos dicis hanc parabolam,an & ad omnes?Di
xit autem dominus,Quiſputas eſt fidelis diſpenſator &
prudens,quem conſtituit dominus ſupra familiã ſuam,
vt det illis in tempore tritici menſuram? Beatus ille ſer-
uus quem cum venerit dominus, inuenerit ita facien-
tem. Vere dico vobis,ſupra omnia quæ poſsidet conſti-
tuet illum. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo: Mo-
ram facit dominus meus venire, & cœperit percutere
pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: ve-
niet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora
qua neſcit, & diuidet eum, partemque eius cum infide-
libus ponet. Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatem
domini ſui, & non præparauit, & non fecit ſecundum
voluntatem eius,vapulabit multis. Qui autem non co-
gnouit,& fecit digna plagis,vapulabit paucis. Omni au
tem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: &
cui commendauerunt multum,plus repetẽt ab eo. Item
Ibidem. paulo poſt,Hypocritę faciem terrę & cœli noſtis proba-
H re,hoc autem tempus quo modo nõ probatis?Quid au-
tem & à vobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt?Et ali-
Luca.13. quanto poſt,Contendite intrare per anguſtam portam,
quia multi dico vobis quærent intrare,& non poterunt.
Luca.14. Et alio loco, Dicebat autem & ad inuitatos parabolam,
intendens quo modo primos accubitus eligerent, dicẽs
ad illos, Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcum-
bas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus
ab eo,& veniens is qui te & illum vocauit,dicat tibi,Da
huic locum: & tunc incipias cum rubore nouiſsimum
locum tenere. Sed cum vocatus fueris,vade recumbe in
nouiſsimo loco, vt cũ venerit qui te inuitauit, dicat ti-
bi,Amice aſcende ſuperius: Tunc erit tibi gloria coram
ſimul diſcumbentibus: Quia omnis qui ſe exaltat, hu-
miliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Dicebat autẽ
& ei qui ſe inuitauerat,Cum facis prãdium vel cœnam,
noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque co-
gnatos, neque vicinos diuites, ne forte & ipſi te reinui-
tent,& fiat tibi retributio.Sed cum facis conuiuium,vo
ca pauperes,debiles, claudos,cæcos, & beatus eris, quia
non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in re-
**al.reſurre* tributione* iuſtorum.Et paulo poſt,Si quis venit ad me,
ctione. & non audit patrem ſuum,& matrem,& vxorem, & fi-
Ibidem. lios,& fratres,& ſorores,adhuc autem & animam ſuam,
I non poteſt meus eſſe diſcipulus.Et qui non baiulat cru-
cem ſuam,& venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſci-
pulus.Quis enim ex vobis volens turrim ædificare,non
prius ſedens computat ſumptus qui neceſſarij ſunt, ſi ha
beat ad perficiendum, ne poſteaquam poſuerit funda-
mentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident
incipiant illudere ei dicentes,quia hic homo cœpit ædi-
ficare, & non potuit conſummare? Aut quis rex iturus
committere bellum aduerſus alium regem, non ſedens
prius cogitat,ſi poſsit cum decem milibus occurrere ei,
qui cum viginti milibus venit ad ſe? Alioquin adhuc il-
lo longe agente, legationem mittens rogat ea quæ pa-
cis ſunt:Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat om
nibus quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et
Luc.16. poſt aliquantum, Et ego vobis dico, Facite vobis ami-
cos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, reci-
piant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis eſt in mi-
nimo,& in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus
eſt,& in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mammo-
na fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vo- K
bis?Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: Aut e-
nim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit,
& alterum contemnet. Non poteſtis deo ſeruire & mã-
monæ. Audiebant autem hæc omnia Phariſęi,qui erant
auari,& deridebant illum.Et ait illis, Vos eſtis qui iuſti-
ficatis vos coram hominibus, deus autem nouit corda
veſtra:Quia quod hominibus altum eſt,abominatio eſt
ante deum. Et poſt paucos verſus, Omnis qui dimittit *Ibidem.*
vxorem ſuam,& ducit alteram, mœchatur. Et poſt pau-
lulum,Impoſsibile eſt vt non veniant ſcandala: Væ au- *Luca.17.*
tem illi per quem veniunt. Vtilius eſt illi ſi lapis molaris
imponatur circa collũ eius,& proiiciatur in mare,quàm
vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis. Attendite vobis,
Si peccauerit frater tuus, increpa illum:& ſi pœnitẽtiam
egerit,dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, &
ſi ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens, Pœnitet
me, dimitte illi. Et alio loco, Dixit autem ad quoſdam *Luca.18.*
qui in ſe confidebant, tanquam iuſti, & aſpernabantur
cæteros,parabolam iſtam, Duo homines aſcenderũt in
templum vt orarent: vnus Phariſæus, & alter Publica-
nus: Phariſæus autem ſtans, hæc apud ſe orabat, Deus, L
gratias ago tibi,quia non ſum ſicut cęteri homines,rap-
tores, iniuſti, adulteri: veluti etiam hic Publicanus: Ie-
iuno bis in ſabbato, decimas do omniũ quæ poſsideo.
Et Publicanus à longe ſtans, nolebat nec oculos ad cœ-
lum leuare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus,
propicius eſto mihi peccatori. Dico vobis, deſcendit
hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo:Quia omnis qui
ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.
Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret.
Quod cum viderent diſcipuli, increpabant illos: Ieſus
autem conuocans illos, dixit:Sinite paruulos venire ad
me, & nolite eos vetare, talium eſt enim regnum dei.
Amen dico vobis, quicũque non acceperit regnum dei
ſicut puer,nõ intrabit in illud. Et interrogauit eum qui-
dam princeps, dicens, Magiſter bone, quid faciens vi-
tam æternam poſsidebo?Dixit autem Ieſus, Quid me di
cis bonum?Nemo bonus niſi ſolus deus. Mandata no-
ſti? Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, *Exod.20.*
non falſum teſtimonium dices: honora patrem tuum
& matrem.Qui ait,Hęc omnia ſeruaui à iuuentute mea.
Quo audito,Ieſus ait ei,Adhuc tibi vnum deeſt: Omnia
quæcunque habes, vende & da pauperibus, & habebis
theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. His ille auditis,
contriſtatus eſt,quia diues erat valde. Videns autem il- M
lum Ieſus triſtem factum, dixit, Quàm difficile qui pe-
cunias habent in regnũ dei intrabunt. Facilius eſt enim
camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem in-
trare in regnum dei.Et dixerunt,qui audiebant, Et quis
poteſt ſaluus fieri? Ait illis, Quæ impoſsibilia ſunt apud
homines,poſsibilia ſunt apud deum. Ait ei Petrus, Ecce
nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Qui dixit eis,
Amen dico vobis, Nemo eſt qui relinquit domum, aut
parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter re-
gnum dei,& non recipiat multo plura in hoc tempore,
& in ſeculo venturo vitam æternam.Et alibi, Stans au- *Luca.19.*
tem Zachæus dixit ad dominum, Ecce dimidium bo-
norum meorum domine do pauperibus, & ſi quid ali-
quem defraudaui,reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum.
Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eo quòd & ipſe
filius eſt Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere &
ſaluum facere quod perierat. Et poſt aliquantum, Red- *Luca.20.*
dite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari,& quæ ſunt dei deo.
Et alio loco, Audiente autem omni populo,dixit diſci- *Ibidem.*
pulis

A pulis ſuis, Attendite à Scribis, qui ambulare volunt in
ſtolis, & amant ſalutationes in foro, & primas cathe-
dras in ſynagogis, & primos diſcubitus in cõuiuiis: qui
deuorant domos viduarum, ſimulãtes longam oratio-
Lucæ.21. nem, hi accipient damnationem maiorem. Reſpiciens
autem vidit eos qui mittebant munera in gazophyla-
cium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauper-
culam mittentem æra minuta duo: Et dixit, Vere dico
vobis, quia vidua hæc pauper plus quàm omnes miſit:
Nam & omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in mune-
ra dei: hæc autem ex eo quod deeſt illi, omnem victum
Ibidem. ſuum quem habuit, miſit. Item alio loco, Ponite ergo in
cordibus veſtris, non præmeditari quemadmodum re-
ſpondeatis: Ego enim dabo vobis os & ſapientiam, cui
non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſa-
rij veſtri. Trademini autem à parentibus & fratribus, &
cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis. Et eritis
odio omnibus propter nomen meum: Et capillus de ca
pite veſtro non peribit. In patientia veſtra poſsidebitis
Ibidem. animas veſtras. Et poſt aliquantum, Attendite autem vo
bis, ne forte grauentur corda veſtra à crapula & ebrie-
tate, & curis huius vitæ, & ſuperueniat in vos repentina
B dies illa. Tanquam enim laqueus ſuperueniet in omnes
qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigilate itaq; om-
ni tempore orantes, vt digni habeamini fugere omnia
iſta quæ futura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Item
Lucæ.22. poſt aliquantum, Facta eſt autem contentio inter eos,
quis eorum videretur eſſe maior. Dixit autem eis, Re-
ges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem ha-
bent ſuper eos, benefici vocantur: Vos autem nõ ſic: Sed
qui maior eſt inter vos, fiat ſicut minor, & qui præceſſor
eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit,
an qui miniſtrat? Nónne qui recumbit: Ego autem in
medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat. Et alio in loco,
Ibidem. Orate ne intretis in tentationem.

Ioan.5. QVo modo poteſtis vos credere, qui gloriam ab
Ex Euãge inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo deo
lio ſecundũ eſt non quæritis? Et poſt aliquantum, Dixit au-
Ioannem. tem Ieſus, Nec ego te condẽnabo: Vade & amplius iam
Ioan.8. noli peccare. Et paulo poſt, Si vos manſeritis in ſermo-
Ibidem. ne meo, vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis verita-
tem, & veritas liberabit vos. Et poſt paululum, Amen
C amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus
Ibidem. eſt peccati. Et alibi, Amen amen dico vobis, ſi quis ſer-
monem meum ſeruauerit, non videbit mortem in æter-
Ioan.12. num. Et poſt aliquantum, Qui amat animam ſuam, per-
det eam. Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vi
tam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me
ſequatur: & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si
quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.
Ibidem. Et alio loco, Dilexerunt enim gloriam hominum ma-
Ioan.13. gis quàm gloriam dei. Et alibi, Vos vocatis me magi-
ſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim: ſi ergo ego
laui pedes veſtros, dominus & magiſter, & vos debetis
alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis,
vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et
Ibidem. paulo poſt, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis
inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In
hoc cognoſcent omnes quia mei diſcipuli eſtis, ſi dile-
Ioan.14. ctionem habueritis ad inuicem. Et paulo poſt, Si diligi-
Ibidem. tis me, mandata mea ſeruate. Et poſt paululum, Qui ha-
bet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui
autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam
eum, & manifeſtabo ei meipſum. Et poſt tres verſus, Si
quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit, & pater meus D
diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud
eum faciemus: Qui non diligit me, ſermones meos non
ſeruat. Et paulo poſt, Manete in me, & ego in vobis. Si- *Ioan.15.*
cut palmes non poteſt facere fructum à ſemetipſo, niſi
manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego
ſum vitis, vos palmites, Qui manet in me, & ego in eo,
hic fert fructum multum, Quia ſine me nihil poteſtis
facere. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut
palmes, & areſcet, Et colligent eum, & in ignem mittent
& ardet. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis mã-
ſerint, quodcũque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc
clarificatus eſt pater meus, vt fructum plurimum affe-
ratis, & efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pa-
ter, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea. Si præ-
cepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſi-
cut & ego patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius
dilectione. Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum
in vobis ſit, & gaudium veſtrũ impleatur. Hoc eſt præ-
ceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Ma
iorem hac dilectionem nemo habet quàm vt animam
ſuam quis ponat pro amicis ſuis. Et paulo poſt, Hæc mã-
do vobis vt diligatis inuicem. Hæc de quatuor Euan- E
geliis in hoc opere ponenda exiſtimaui: vbi intelligi po
teſt, tres Euangeliſtas, Matthæum ſcilicet & Marcum &
Lucam ideo nobis plura dediſſe præcepta viuendi, quia
eam maxime ſecuti ſunt partem quę actiua dicitur. Quia
vero Ioannes contemplatiuam magis tenuit, ideo cum
eius Euangelium ſupereminea t cæteris, multo paucio-
ra tamen in eo morum præcepta comperimus. Hinc
iam de illo libro cui titulum dederunt, Actus Apoſto-
lorum, commemorabimus, quæ inuenimus omnino
paucisſima. Eo quippe rerum geſtarum continetur hi-
ſtoria, quibus ędificatur fides, magiſq; ibi exempla quàm
præcepta conſcripta ſunt.

IAcobus ergo loquẽs, Propter quod inquit, ego *Ex libro*
iudico non inquietari eos qui ex gentibus con- *Actuũ A-*
uertuntur ad dominum, ſed ſcribere ad eos vt *poſtolorum.*
abſtineant ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & *Acto.15.*
fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. Et paulo poſt, Vi- *Ibidem.*
ſum eſt enim ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra impo-
nere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis
vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine ſuffoca- F
to, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene age-
tis, Valete. Et poſt multa, cum Paulus Apoſtolus præpo-
ſitis Eccleſiæ quos congregauerat, loqueretur. Attendi- *Acto.20.*
te, inquit, vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſan
ctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam dei, quã acqui-
ſiuit ſanguine ſuo. Et paulo poſt idem ad eoſdem, Argẽ-
tum & aurum, aut veſtem nullius concupiui, ipſi ſcitis:
quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & iis qui mecum
ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ, Omnia oſtendi vobis,
quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac
meminiſſe verbum domini Ieſu, quoniã ipſe dixit, Bea- *Ibidem.*
tius eſt magis dare quàm accipere. Et alio loco, cum Ia-
cobus & qui cum eo erant Paulo Apoſtolo loquerẽtur,
dixerunt ei, Vides frater, quot milia ſunt in Iudæis qui *Acto.21.*
crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Audierũt
autem de te, quia diſceſsionem doceas à Moyſe eorum
qui per gentes ſunt Iudæorum, dicens, non debere eos
circuncidere filios ſuos, neque ſecundum conſuetudinẽ
ingredi. Quid ergo eſt? Vtique oportet conuenire mul-
titudinem, audient enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac
quod tibi dicimus, Sunt nobis viri quatuor votum ha-
bentes

G bentes ſuper ſe, His aſſumptis, ſanctifica te cum illis, & impende in illis vt radant capita, & ſcieot omnes quia quæ de te audierunt, falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legem. De iis autem qui crediderunt ex gentibus, nos ſcripſimus iudicantes, vt abſtioeant ſe ab idolis, immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione.

Hæc de libro Actuum Apoſtolorũ, noſtro huic operi congruentia, quæ hic poneremus ſatis eſſe comperimus. Vbi videmus Apoſtolos eis qui ex gentibus crediderũt, nulla voluiſſe onera veteris legis imponere, quantum attinet ad corporalis abſtinentiam voluptatis, niſi vt obſeruarent ab his tribus, id eſt, ab eis quæ idolis immolarentur, & à ſanguine, & à fornicatione. Vnde nõnulli putant tria tantum crimina eſſe mortifera, idololatriam, & homicidium, & fornicationem: vbi vtique & adulterium, & omnis præter vxorem concubitus intelligitur, Quaſi non ſint mortifera crimina quæcunq; alia ſunt præter hæc tria, quæ à regno dei ſeparant. Aut

1.Corin.6. inaniter & fallaciter dictum ſit, Neq; fures, neque auari, neque ebrioſi, neq; malefici, neque rapaces, regnum dei poſsidebunt. Sed oportet nos repreſſa diſputatione noſtra, ad Epiſtolas Apoſtolicas iam venire, & videre etiã

H in ipſis quid huic operi conuenienter aptetur.

Roman.1. *Ex Epiſtola ad Romanos.* NOn enim erubeſco Euangelium, Virtus enim dei eſt io ſalutem omni credenti, Iudęo primũ & Græco: Iuſticia eoim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptũ eſt, Iuſtus autẽ ex fide

Abacuc.2. viuit. Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſticiam hominum, eorum qui veritatẽ in iniuſticia detinent: quia quod notũ eſt dei, manifeſtũ

Roman.11. eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta coōſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: vt ſint inexcuſabiles, quia cum cognouiſſent deum, oon ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in ſimilitudioem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpẽtium. Propter quod tradidit illos deus in deſideria cordis eorum, in immundiciam, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Qui commutauerunt veritatem dei in mẽdacium,

I & coluerunt & ſeruierũt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt beoedictus in ſecula. Ameo. Propterea tradidit illos deus in paſsiones ignominiæ, Nã fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauerunt deum habere in noticia, tradidit eos deus io reprobũ ſenſum, vt faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malicia, fornicatione, auaricia, nequicia: plenos inuidia, homicidio, conteotione, dolo, malignitate: ſuſurrones, detractores, deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipiẽtes, iocompoſitos, ſine affectiõe, abſque fœdere, ſine miſericordia. Qui cum iuſticiam dei cognouiſſent, non intellexerũt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus. Propter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In

Roman.2. quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas: eadem enim agis qui iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium K dei eſt ſecundum veritatem, in eos qui talia agunt. Exiſtimas autẽ hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quòd tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patieotiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duriciam autem tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelatioois iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. His quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærentibus vitam æteroam. His autem qui ex contẽtione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omoem aoimam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operaoti bonũ, Iudęo primum & Græco. Et poſt paululum, Non enim auditores *Ibidem.*

legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabũtur. Item paulo poſt, Qui ergo alium doces, teipſum nõ *Ibidem.*

doces. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis noo mœchandum, mœcharis. Qui abominaris idola, ſacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos L blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt. Et aliquanto poſt, Iuſtificati igitur ex fide pacẽ habeamus ad deum *Roman.5.*

per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, per quem & acceſſum habemus fide in gratia iſta in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. Nõ ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulatiooibus, ſcientes quia tribulatio patientiam operatur: patiẽtia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem noo confundit, Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Et alio loco, Non ergo regnet *Roman.6.*

peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis cõcupiſcentiis eius. Sed neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra veſtra arma iuſticiæ deo. Et poſt paululum, Humanum dico propter infirmitatẽ *Ibidem.*

carnis veſtræ, Sicut enim exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſticiæ in ſanctificatione. Et alio loco. Ergo fratres debitores ſumus oon carni, vt ſecundum carnem viuamus, Si enim ſecũdum carnem *Roman.8.*

vixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificatis, viuetis. Quicunque enim ſpiritu dei aguntur, hi M filij ſunt dei. Et poſt paululum, Hęredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatiemur, vt & cõglorificemur. Et poſt paululum, Si autẽ quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus. Et poſt paucos verſus, Scimus autem, quoniã diligentibus deũ om- *Ibidem.*

nia cooperantur in bonũ. Et paulo poſt, Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia, an per- *Ibidem.*

ſecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut ſcriptum eſt, Quia propter te mortificamur tota die, *Pſal.43.*

æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus, propter eũ qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; inſtãtia, neq; futura, neq; fortitudo, neque altitodo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro, Et alio loco, Corde enim creditur ad iuſticiam, ore au- *Roma.10.*

tem confeſsio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura, Omnis qui credit in illum, nõ cõfundetur. Non enim eſt di- *Eſaiæ.28.*

ſtinctio Iudæi & Græci, Nam idem dominus omniũ, diues in omnes qui inuocãt illũ. Omnis enim quicũq; in- *Iohel.2.*

uocauerit

A uocauerit nomen domini, ſaluus erit. Et alio loco, Tu
Roma.11. autem fide ſta, Noli altũ ſapere, ſed time. Si enim deus
naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi par-
cat. Vide ergo bonitatem & ſeueritatem dei. In eos qui-
dem qui ceciderũt ſeueritatem, in te autem bonitatem,
Roma.12. ſi permanſeris in bonitate. Et paulo poſt, Obſecro itaq;
vos fratres per miſericordiam dei, vt exhibeatis corpo
ra veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem,
rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari
huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſpiritus veſtri,
vt probetis quę ſit voluntas dei bona & placens & per-
fecta. Dico enim per gratiam quæ data eſt mihi, omni-
bus qui ſunt inter vos, non plus ſapere quàm oportet ſa
pere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vnicuique ſicut deus di
uiſit mẽſuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa
membra habemus, omnia autem membra nõ eundem
actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chri-
ſto, ſinguli autem alter alterius membra. Habentes au-
tem donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis
deferentes, ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei,
ſiue miniſterium in miniſtrando, ſiue qui docet in do-
B ctrina, Qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit in ſim-
plicitate, qui præeſt in ſolicitudine, qui miſeretur in hi-
laritate, Dilectio ſine ſimulatione, odientes malum, ad-
hærentes bono, charitatem fraternitatis inuicem dili-
gentes, honore inuicem pręuenientes, ſolicitudine non
pigri, ſpiritu feruentes, domino ſeruientes, ſpe gauden-
tes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, neceſſi-
tatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſe-
ctantes. Benedicite perſequentibus vos, benedicite, &
nolite maledicere. Gaudere cum gaudẽtibus, flere cum
flentibus. Idipſum inuicem ſentientes. Non alta ſapien-
tes, ſed humilibus conſentientes. Nolite eſſe prudentes
apud voſmetipſos, nulli malũ pro malo reddentes. Pro-
uidentes bona, non tantũ coram deo, ſed etiam coram
omnibus hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt,
cum omnibus hominibus pacem habẽtes, non voſmet-
ipſos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ. Scrip
Deut.32. tum eſt enim, Mihi vindictam, & ego retribuã dicit do
Prouer.25. minus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit,
potũ da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres
C ſuper caput eius. Noli vinci à malo ſed vince in bono
Roma.13. malum. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſub-
dita ſit, Non eſt enim poteſtas niſi à deo. Quæ autẽ ſunt
à deo, ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, dei ordi-
nationi reſiſtit. Qui autẽ reſiſtunt, ipſi ſibi damnationẽ
acquirunt. Nam principes nõ ſunt timori boni operis,
ſed mali, Vis autem nõ timere poteſtatem, bonum fac,
& habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in
bonum. Si autem malefeceris, time, non enim ſine cau-
ſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in ira
ei qui male agit. Ideoq; neceſſitate ſubiecti eſtote, nõ ſo-
lum propter iram, ſed & propter conſcientiam. Ideo e-
nim & tributa præſtatis: Miniſtri enim dei ſunt in hoc
ipſum ſeruientes. Reddite omnibus debita: cui tributũ,
tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem:
cui honorẽ, honorem. Nemini quicquã debeatis, niſi vt
inuicẽ diligatis. Qui enim diligit proximum, legẽ im-
Exod.20. pleuit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non fura-
beris, Non falſum teſtimonium dices, Non concupi-
ſces, & ſi quod eſt aliud mãdatum, in hoc verbo inſtau-
Luca.10. ratur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectiõ
proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis eſt
dilectio. Et hoc ſcientes tempus, quia hora eſt iam nos
de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus,

quam cum credidimus. Nox præceſſit, dies autẽ appro- D
pinquauit, Abiiciamus ergo opera tenebrarũ, & indua-
mur arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus: non in
comeſſationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & im-
pudiciciis, nõ in contentione & æmulatione: ſed indui-
mini dominum Ieſum Chriſtum, Et carnis curam ne fe Roma.14.
ceritis in deſideriis. Infirmum autẽ in fidem aſſumite,
non in diſceptationibus cogitationum. Alius enim cre
dit manducare omnia, Qui autẽ infirmus eſt, olera man
ducet. Is qui manducat, non manducantẽ non ſpernat:
& qui nõ manducat, manducantem non iudicet. Deus
enim illum aſſumpſit. Tu quis es qui iudices alienũ ſer-
uum? Suo domino ſtat, aut cadit. Stabit autem. Poteſt e-
nim deus ſtatuere illum, Nam alius iudicat diem inter
diem, alius iudicat omnẽ diem. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu
abundet, Qui ſapit diem, domino ſapit: & qui mãducat,
domino mãducat: gratias enim agit deo. Et qui nõ mã-
ducat, domino nõ mãducat, & gratias agit deo. Nemo
enim noſtrũ ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Siue enim
viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino mo-
rimur. Siue ergo viuim⁹, ſiue morimur, domini ſumus.
In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt & reſurrexit, vt & E
mortuorũ & viuorum dominetur. Tu autem quid iudi
cas fratrẽ tuũ? aut tu quare ſpernis fratrẽ tuum? Omnes
enim ſtabimus ante tribunal dei. Scriptũ eſt enim, Viuo Eſa.45.
ego, dicit dominus, quoniã mihi flectetur omne genu,
& omnis lingua cõfitebitur deo. Itaq; vnuſquiſq; noſtrũ
pro ſe rationẽ reddet deo. Non ergo amplius inuicẽ iu
dicemus. Sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendicu
lum fratribus vel ſcandalũ. Scio, & confido in domino
Ieſu, quia nihil cõmune per ipſum, niſi ei qui exiſtimat
quid cõmune eſſe, illi cõmune eſt. Si enim propter cibũ
frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem
ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus
mortuus eſt. Nõ ergo blaſphemetur bonũ noſtrũ. Non
eſt regnũ dei eſca & potus, ſed iuſticia & pax & gaudiũ
in ſpiritu ſancto. Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet
deo, & probatus eſt hominibus. Itaq; quæ pacis ſunt, ſe-
ctemur: & quæ ædificationis ſunt, in inuicem cuſtodia-
mus. Noli propter eſcã deſtruere opus dei, Omnia qui-
dem munda ſunt, ſed malum eſt homini qui per offen-
diculum manducat. Bonum eſt nõ manducare carnẽ, F
& nõ bibere vinum: neq; in quo frater tuus offenditur,
aut ſcãdalizatur, aut infirmatur. Tu fidem quam habes
penes temetipſum, habe coram deo. Beatus qui non iu-
dicat ſemetipſum in eo quod probat. Qui autem diſcer
nit, ſi manducauerit, damnatus eſt, quia nõ ex fide. Om-
ne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Debemus Roma.15.
autẽ nos firmiores imbecillitates infirmorũ ſuſtinere,
& nõ nobis placere. Vnuſquiſq; noſtrum proximo ſuo
placeat in bonum ad ædificationẽ. Etenim Chriſtus nõ
ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt, Improperia imprope- Pſal.68.
rantium tibi ceciderunt ſuper me. Quæcunque autem
ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per
patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem ha-
beamus. Deus autem patientiæ & ſolatii det vobis idip-
ſum ſapere in alterutrum ſecundum Ieſum Chriſtum,
vt vnanimes vno ore honorificetis deum & patrem do
mini noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod ſuſcipite inuicẽ,
ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos in honorẽ dei. Et aliquan
to poſt, Probauerũt enim Macedonia & Achaia colla- Roma.15.
tionem aliquam facere in pauperes ſanctorum qui ſunt
in Hieruſalem, Placuit enim eis & debitores ſunt eorũ:
Nam ſi ſpiritalium eorum participes facti ſunt gẽtiles,
debent & in carnalibus miniſtrare eis. Et poſt paucos

Gverſus, Obſecro igitur vos fratres per dominum no-
Roma.15. ſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſpiritus, vt
adiuuetis me in orationibus pro me ad deum. Et paulo
poſt, Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſ-
Roma.16. ſenſiones & offendicula præter doctrinã quam vos di-
diciſtis, faciunt: & declinate ab eis, Huiuſmodi enim
Chriſto domino noſtro nõ ſeruiunt, ſed ſuo ventri, &
per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda
innocentium. Veſtra enim obedientia in omnem lo-
cum diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis, ſed volo vos
ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.

Ex epiſtola prima ad Corinthios. OBſecro autem vos fratres per nomen domini
Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non
ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autem perfecti in
1.Cor.1. eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Signifi-
catũ eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui ſunt
Chloes, quia contentiones inter vos ſunt. Hoc autem
dico, quòd vnuſquiſq; veſtrum dicit, Ego quidem ſum
Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem
Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifi-
H xus eſt pro vobis, an in nomine Pauli baptizati eſtis? Et
Ibidem. poſt paululum, Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu,
qui factus eſt ſapientia nobis à deo & iuſticia, & ſan-
Hiere.9. ctificatio, & redemptio, vt quemadmodum ſcriptum
1.Cor.3. eſt, Qui gloriatur, in domino glorietur. Et alio loco,
Cum enim ſit inter vos zelus & contentio, nõnne car-
nales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Cum e-
Ibidem. nim quis dicit, Ego quidem ſum Pauli: alius autem, Ego
Apollo: nõnne homines eſtis? Et poſt paululum, Neſci-
tis, quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vo-
bis? Si quis autem templum dei violauerit, diſperdet il-
lum deus. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis
vos. Nemo ſeipſum ſeducat. Si quis videtur inter vos
ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat vt ſit ſapiẽs. Sapien
tia enim huius mundi ſtulticia eſt apud deum. Et poſt
1.Cor.4. paucos verſus, Itaq; nolite ante tẽpus iudicare, quoad-
uſque veniat dominus, qui illuminabit abſcõdita tene-
brarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus
erit vnicuiq; à deo. Hæc autem fratres transfiguraui in
me & Apollo propter vos, vt in nobis diſcatis, ne ſupra
quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterum infletur pro
I alio. Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod
non accepiſti? Si autẽ accepiſti, quid gloriaris quaſi non
Ibidem. acceperis? Et poſt paululum, Vſq; in hanc horam & eſu-
rimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, &
inſtabiles ſumus, & laboramus operãtibus manibus no
ſtris, Maledicimur, & benedicimus. Perſecutionem pa-
timur, & ſuſtinemus. Blaſphemamur, & obſecramus.
Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus om-
nium peripſema vſque adhuc. Non vt confundam vos
hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Item
1.Cor.5. poſt paululum, Omnino auditur inter vos fornicatio,
& talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxo-
rem patris aliquis habeat: & vos inflati eſtis, & non ma
gis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui
hoc opus fecit. Ego quidem abſens corpore, præſens au
tem ſpiritu, tam iudicaui vt præſens, eum qui ſic opera-
tus eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congre-
gatis vobis & meo ſpiritu, cũ virtute domini Ieſu tra-
dere huiuſmodi in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit
in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Non eſt bona glo-
riatio veſtra, Neſcitis, quia modicum fermentum to-
tam maſſam corrumpit? Expurgate vetus fermentum,
vt ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim Paſcha
noſtrum immolatus eſt Chriſtus, Itaque epulemur non K
in fermento veteri, neq; in fermento maliciæ & nequi-
ciæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Scripſi vobis
in Epiſtola, ne commiſceamini fornicariis. Non vti-
que fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus,
aut idolis ſeruientibus, alioquin debueratis de hoc mun
do exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi
is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut auarus, aut
idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax,
cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de
iis qui foris ſunt iudicare? Nõnne de iis qui intus ſunt,
vos iudicatis? Nam eos qui foris ſunt, deus iudicabit.
Auferte malum ex vobiſipſis. Audet aliquis veſtrum 1.Corin.6.
habens negocium aduerſus alterum iudicari apud ini-
quos, & non apud ſanctos? An neſcitis quoniam ſan-
cti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabi-
tur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Ne-
ſcitis quoniam angelos iudicabimus, quãto magis ſecu
laria? Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contempti-
biles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad iudican-
dum. Ad verecundiam veſtram dico, Sic non eſt in-
ter vos ſapiens quiſquam qui poſſit iudicare inter fra- L
trem ſuum: ſed frater cum fratre iudicio contendit, &
hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum eſt
in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare nõ ma-
gis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem pa-
timini: ſed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fra-
tribus? An neſcitis, quia iniqui regnum dei non poſſi-
debunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis
ſeruientes, neque adulteri, neque molles, neque maſcu-
lorum concubitores, neque fures, neque auari, neque e-
brioſi, neque maledici, neque rapaces regnum dei poſ-
ſidebũt. Et poſt paululum, Neſcitis quoniam corpora Ibidem.
veſtra membra Chriſti ſunt? Tollens ergo membra
Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis,
quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus effici-
tur? Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem
adhæret domino, vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicatio- Gene.2.
nem. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra
corpus eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.
An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt ſpi
ritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à deo, & non
eſtis veſtri? Empti enim eſtis precio magno, glorificate M
& portate dominum in corpore veſtro. De quibus autẽ
ſcripſiſtis mihi, Bonum eſt homini mulierem non tan- 1.Cor.7.
gere. Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam
vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum virum habeat. Vxo-
ri vir debitum reddat, ſimiliter autem & vxor viro. Mu
lier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Simili-
ter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed
mulier. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu
ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertamini
in idipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinen-
tiam veſtram. Hoc autẽ dico ſecundum indulgentiam,
non ſecundum imperium. Volo autẽ omnes homines
eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſq; proprium habet do-
num ex deo, alius quidem ſic, alius vero ſic. Dico autem
non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic maneant ſicut
& ego. Quod ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt e-
nim nubere quàm vri. His autem qui matrimonio iun-
cti ſunt, præcipio, non ego, ſed dominus, Vxorem à vi-
ro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, manere innuptã,
aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.
Nam cæteris ego dico non dominus, Si quis frater v-
xorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum
illo, non

A illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, nõ dimittat virum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis in muliere fideli: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij veſtri immũdi eſſent, nunc autem ſancti ſuot. Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat. Non eſt enim ſeruituti ſubiectus fratet aut ſoror io eiuſmodi: In pace autem vocauit nos deus. Vnde enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies? Aut vnde ſcis vir ſi mulierem ſaluam facies? Niſi vnicuique ſicut diuiſit domin⁹. Vnumquenque ſicut vocauit deus ita ambulet. Sicut in omnibus Eccleſijs doceo. Circunciſus aliquis vocatus eſt, non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus eſt, non circuncidatur. Circuncitio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorũ dei. Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, io ea permaneat. Seruus vocatus es, non ſit tibi curæ. Sed & ſi potes liber fieri, magis vtere. Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini. Similiter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. Precio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominũ. Vnuſquiſq; in quo vocatus eſt frater, in hoc per-
B maneat apud deum. De virginibus autem præceptum domini non habeo, Conſilium autem do, tanquam miſericordiam conſecutus à domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem: Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccaſti, & ſi nupſerit virgo, non peccauit: Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres, Tempus breue eſt: reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquã non habentes ſint: & qui flent, tanquam nõ flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquã non vtantur. Præterit enim figura huius mũdi. Volo autẽ vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quo modo placeat deo. Qui autẽ cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt huius mũdi, quo modo placeat vxori, & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quę domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autẽ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quo modo placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatẽ
C veſtram dico: non vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatẽ præbeat ſine impedimento dominũ obſecrandi, Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virginem ſuam, quod ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri, quod vult, faciat: non peccat, ſi nubat. Nã qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem: poteſtatem autem habet ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuã bene facit: & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir eius viuit. Quòd ſi dormierit vir eius, liberata eſt, Cui vult, nubat tantũ in domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum
1.Corin.8. meum cõſilium. Puto autem quòd & ego ſpiritum dei habeam. De iis autem quæ idolis ſacrificantur, ſcimus quia omnem ſcientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire. Si quis autẽ diligit deum, hic cognitus eſt ab eo. De eſcis autem quæ idolis immolãtur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo. Et poſt paululum, Sed non in omnibus
Ibidem. eſt ſcientia. Quidam autẽ conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum manducant, & conſcientia ipſorũ cum ſit infirma polluitur. Eſca autem nos non cõmendat deo. D
Neque enim ſi non manducauerimus deficiemus, neque ſi manducauerimus, abundabimus. Videte autem ne forte hæc licẽtia veſtra, offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet ſcientiam in idolio recumbentem, nònne conſcientia eius cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta? Et perihit infirmus in tua ſcientia frater, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meũ ſcandalizem. Et poſt pauca, Nunquid non habemus po 1.Cor 9.
teſtatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus poteſtatem, ſororem mulierem circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres domini & Cephas? Aut ſolus ego & Barnabas non habemus poteſtatem hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non di- E
cit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi, Non alligabis os Deut.25.
boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt deo? An propter nos hoc vtique dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt: quoniam debet in ſpe qui arat arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. Si nos vobis ſpiritalia ſeminauimus: magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, non potius nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate. Sed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Chriſti. Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt, Et qui altario deſeruiunt, cum altario participantur. Ita & dominus ordinauit iis qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere, Ego autem nullo horum vſus ſum. Non ſcripſi autem hæc, vt ita fiant in me. Bonũ eſt enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Nam & ſi euangelizauero non eſt mihi gloria, Neceſſitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Quæ eſt ergo merces mea, vt Euangelium prædicans ſine ſumptu ponam Euangelium Chriſti, vt nõ abutar poteſtate mea in Euangelio? F
Nam cum liber ſim, ex omnibus omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem. Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, Iis qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem ſub lege, ſed ſub gratia, vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem. Iis qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem: cum ſine lege dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti, vt lucrifacerem eos qui ſine lege erant. Factus infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. Omnia autem facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar. Neſcitis quòd hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro, nõ quaſi in incertum, Sic pugno, non quaſi aërem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. Et poſt paucos verſus, Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt deo. 1.Cor.10.

G Nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura fa-
cta ſunt noſtri, vt non ſimus concupiſcentes malorum,
ſicut & illi concupierunt. Neque idololatræ efficiami-
ni, ſicut quidam ex ipſis, quemadmodum ſcriptum eſt,
Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt lu-
Exod.32. dere. Neque fornicemur ſicut quidam ex ipſis fornica-
Nume.25. ti ſunt, & ceciderunt vna die vigintitria milia. Neque
Nume.21. tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt,
Iudith.8. & à ſerpentibus perierunt. Neque murmurauerimus, ſi-
cut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab ex-
terminatore. Hæc autem omnia in figura cõtingebant
illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in
quos fines ſeculorum deuenerunt. Itaque qui ſe exiſti-
mat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos non appre-
hendat niſi humana. Fidelis itaque deus eſt, qui non
patitur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet
cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.
Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorum cul-
1.Cor.10. tura. Et paulo poſt, Sed quæ immolant gẽtes, dæmoniis
immolant, & nõ deo. Nolo autem vos ſocios fieri dæ-
moniorum. Non poteſtis calicem domini bibere, & ca
H licem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ domini par-
ticipes eſſe, & menſæ dæmoniorum. An æmulamur do-
minum? Nunquid fortiores illo ſumus? Omnia mihi li-
cent, ſed nõ omnia expediunt. Omnia mihi licent, ſed
non omnia ædificant. Nemo quod ſuum eſt quærat,
ſed quod alterius. Omne quod in macello venit, mãdu-
Ibidem. cate, nihil interrogantes propter conſcientiã. Et paulo
poſt, Si quis autem dixerit, hoc immolatũ eſt idolis, no-
lite manducare propter illum qui indicauit, & propter
conſcientiã. Conſcientiam autẽ dico non tuã, ſed alte-
rius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena con
ſcientia? Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor
pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis ſiue bi-
bitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.
Sine offenſione eſtote Iudæis & Gentibus, & Eccleſiæ
dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, nõ quęrens
quod mihi vtile eſt, ſed quod multis vt ſalui fiant. Imi-
tatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Et poſt paululũ,
1.Cor.11. Omnis vir orans aut prophetãs velato capite, deturpat
caput ſuum. Omnis autem mulier orãs aut prophetans
non velato capite, deturpat caput ſuũ. Et poſt aliquan-
Ibidem. tum, Hoc autẽ præcipio non laudans quòd non in me-
I lius, ſed in deterius conuenitis. Primum quidem cõue-
nientibus vobis in Eccleſiam audio ſciſſuras eſſe, & ex
parte credo. Nã oportet & hæreſes eſſe, vt & qui proba-
ti ſunt, manifeſti fiant in vobis. Conueniẽtibus ergo vo
bis in vnũ, iam non eſt dominicam cœnã manducare.
Vnuſquiſq; enim ſuã cœnam præſumit ad manducan-
dum, Et alius quidem eſurit, alius autẽ ebrius eſt. Nun-
quid domos non habetis ad manducandum & biben-
dum? Aut Eccleſiam dei cõtemnitis, & confunditis eos
qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos, in hoc
Ibidem. non laudo. Et poſt aliquos verſus, Itaq; quicunque man
ducauerit panẽ vel biberit calicẽ domini indigne, reus
erit corporis & ſanguinis domini. Probet autẽ ſeipſum
homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Qui e-
nim manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat
& bibit, non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos
multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi
noſmetipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.
Dum iudicaremur autem, à domino corripimur, vt nõ
cum hoc mũdo damnemur. Itaq; fratres mei, cum con-
uenitis ad manducandum, inuicẽ expectate. Si quis eſu-
rit, domi manducet, vt non in iudiciũ conueniatis. Cæ-
tera autẽ cum venero diſponam. Et alio loco, Sed deus K
temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorẽ tribuen- *1.Cor.12.*
do honorem, vt nõ ſchiſma in corpore, ſed in idipſum
pro in inuicem ſolicita ſint membra. Et ſi quid patitur
vnum membrũ, compatiuntur omnia mẽbra. Siue glo-
riatur vnũ membrũ, congaudent omnia membra. Vos
autẽ eſtis corpus Chriſti & membra de mẽbro. Et quoſ-
dam quidem poſuit deus in Eccleſia, primum Apoſto-
los, ſecũdo Prophetas, tertio doctores, deinde virtutes,
exinde gratias curationum, gubernationes, opitulatio-
nes, genera linguarũ, interpretationes ſermonũ. Nun-
quid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetæ? nun-
quid omnes doctores? nũquid omnes virtutes? nunquid
omnes gratiam habent curationũ? nũquid omnes lin-
guis loquuntur? nunquid omnes interpretãtur? Aemu-
lamini autem chariſmata meliora, & adhuc excellen-
tiorem vobis viam demonſtro. Si linguis hominum lo *1.Cor.13.*
quar, & angelorum, charitatem autem non habeam, fa-
ctus ſum velut ęramentum ſonans, aut cymbalum tin-
niens. Et ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria
omnia & omnẽ ſcientiam: & ſi habuero omnẽ fidem,
ita vt montes transferã, charitatem autem nõ habuero, L
nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes fa
cultates meas, & ſi tradidero corpus meum vt ardeam,
charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodeſt. Cha
ritas patiens eſt, benigna eſt, Charitas non æmulatur,
non agit perperam, non inflatur, nõ eſt ambitioſa, non
quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum,
non gaudet ſuper iniquitatem, congaudet autem veri-
tati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia
ſuſtinet: Charitas nunquã excidit. Et poſt aliquos ver-
ſus, Nunc autem manet fides, ſpes, charitas, tria hæc, Ma *Ibidem.*
ior autem his eſt charitas. Sectamini autem charitatem.
Et paulo poſt, Quoniam æmulatores eſtis ſpirituum ad *1.Cor.14.*
ædificationem Eccleſiæ, quęrite vt abundetis. Item poſt
paululum, Fratres nolite pueri effici ſenſibus, ſed mali-
cia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti eſtote. Et alio
loco, Quid ergo eſt fratres? Cum conuenitis vnuſquiſq;
veſtrum pſalmũ habet, doctrinam habet, apocalypſim
habet, linguam habet, interpretationem habet, omnia
ad ædificationem fiant. Et poſt aliquos verſus, Mulie- *Ibidem.*
res in Eccleſiis taceant: non enim permittitur illis lo-
qui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit, Si quid autem vo
lunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt e- M
nim mulieri loqui in Eccleſia. An à vobis verbum dei
proceſſit, aut in vos ſolos euenit? Et poſt paululum, No-
lite ſeduci, Corrumpunt mores bonos, colloquia mala. *1.Cor.15.*
Euigilate iuſti, & nolite peccare. Ignorantiam enim dei
quidam habent, Ad reuerentiam vobis loquor. Et poſt
paululum, Itaque fratres mei dilecti, eſtote ſtabiles & *Ibidem.*
immobiles, abundantes in opere domini ſemper, ſcien
tes quòd labor veſter nõ eſt inanis in domino. De col-
lectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui in Ec- *1.Cor.16.*
cleſiis Galatiæ, ita & vos facite per vnã ſabbati. Vnuſ-
quiſque veſtrum apud ſe ponat recondens quod ei be-
ne placuerit, vt non cũ venero tunc collectę fiant. Cum
autem præſens fuero, quos probaueritis per epiſtolas,
hos mittam perferre gratiam veſtram in Hieruſalem.
Quod ſi dignum fuerit vt & ego eam, mecum ibunt.
Veniam autem ad vos cum Macedoniam pertranſie-
ro. Nam Macedoniam pertranſibo. Apud vos autem
forſitan remanebo, vel etiam hyemabo vt vos me de-
ducatis quocunq; iero. Nolo enim vos modo in tranſi-
tu videre. Spero enim me aliquantum temporis ma-
nere apud vos, ſi dominus permiſerit. Permanebo au-

A tem Epheſi vſq; ad Pentecoſten. Oſtiũ enim mihi apertum eſt magnum & euidens,& aduerſarij multi.Si autẽ venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos.
1.Corin.16. Et poſt paululum,Vigilate,ſtate in fide,viriliter agite & confortamini,Omnia veſtra in charitate fiant.

Ex epiſtola ad Corinthios,ſcd'a. NAm gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ,quòd in ſimplicitate & ſynceritate dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia dei cõuerſati ſumus in mundo. Et poſt
2.Cor.1.
2.Cor.2. paululum, Si quis autem contriſtauit me,non me contriſtauit: ſed ex parte,vt non onerem omnes vos. Sufficit illi, qui eiuſmodi eſt,obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt ea contra magis donetis & conſolemini, ne forte abundantiore triſticia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos vt cõfirmetis in illo charitatem. Ideo enim ſcripſi, vt cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis. Cui autem aliquid donaſtis, & ego. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui, propter vos in perſona Chriſti, vt
B non circunueniamur à ſatana. Non enim ignoramus
2.Cor.4. cogitationes eius. Et alio loco,Ideo habentes hanc adminiſtrationem iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus,ſed abdicamus occulta dedecoris, Non ambulantes in aſtutia,neque adulterantes verbum dei, ſed in manifeſtatione veritatis commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum
Ibidem. coram deo. Et poſt paucos verſus, Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,nos autem ſeruos per Ieſum. Et paulopoſt,Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur,ſed non anguſtiamur:aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deiicimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circunferentes, vt & vita Ieſu in corporibus noſtris manifeſtetur. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum,vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut
Pſal.115. ſcriptum eſt,Credidi propter quod locutus ſum,& nos
C credimus propter quod & loquimur.Et poſt ſex verſus,
2.Cor.4. Propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris eſt homo noſter corrumpatur, tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ,ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur tempora-
2.Cor.6. lia ſunt, quæ autem non videntur æterna ſunt. Et poſt paululum, Adiuuantes autem adhortamur, ne inuacu-
Eſa.49. um gratiam dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: nemini dantes vllam offenſionem,vt nõ vituperetur miniſterium noſtrum: ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros: in multa patientia, in tribulationibus,in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis,in caſtitate, in ſcientia,in longanimitate,in ſuauitate,in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta,in verbo veritatis,in virtute dei: per arma iuſticiæ, à dextris & ſiniſtris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famã:vt ſeductores & veraces, ſicut qui ignoti & cogni-

ti: quaſi morientes,& ecce viuimus: vt caſtigati & non D
mortificati: quaſi triſtes,ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes. Et poſt paucos verſus,
Dilatamini & vos, Nolite iugum ducere cum infideli- *2.Cor.6.*
bus, Quæ enim participatio iuſticiæ cum iniquitate:aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli:Qui autem conſenſus templo dei cum idolis? Vos enim e-
ſtis templum dei viui, ſicut dicit dominus, Quoniam *Leuiti.26.*
inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus, & ipſi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini dicit dominus,& immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, di-
cit dominus omnipotens. Has igitur habentes promiſ- *2.Cor.7.*
ſiones chariſſimi,mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus,perficientes ſanctificationem in ti-
more dei. Et poſt paululum, Quoniam & ſi contriſta- *Ibidem.*
ui vos in Epiſtola, non me pœnitet, & ſi pœniteret, videns, quòd Epiſtola illa & ſi ad horam vos contriſta-
uit,nunc gaudeo nõ quia contriſtati eſtis,ſed quia con- E
triſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundum deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim ſecundum deum triſticia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Seculi autem triſticia mortem operatur. Etenim hoc ipſum ſecundum deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſoli-
citudinem? Et poſt paucos verſus, Notam autem vobis *2.Cor.8.*
facimus fratres gratiam dei quę data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, quòd in multo experimento tribulationis abundãtia gaudij ipſorum, & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum: Quia ſecundum virtutem, teſtimonium illis reddo, & ſupra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam & communicationem miniſterij quod fit in ſanctos:Et non ſicut ſperauimus,ſed ſemetipſos dederunt primum domino, deinde nobis per voluntatem dei: ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiã iſtam. Sed ſicut in omnibus abundatis fide,& ſermone,& ſcientia, & omni ſolicitudine, inſuper & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis, non quaſi impe-
rans dico, ſed per aliorum ſolicitudinem etiam veſtræ F
charitatis ingenuum bonum comprobans. Scitis enim gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt inopia illius vos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt,qui nõ ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priori. Nunc vero & facto perficite, vt quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id quod habet accepta eſt,non ſecundum id quod non habet. Non enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate in præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum,vt fiat æqualitas ſicut ſcriptũ eſt,Qui multum,non abundauit:& qui modicum,non minorauit. Gratias autem deo qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem ſuſcepit, ſed cum ſolicitior eſſet, ſua voluntate profectus eſt ad vos. Miſimus autem cum illo fratrem, cuius laus eſt in Euangelio per omnes Eccleſias. Non ſolum autem,ſed & ordinatus ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtrę,

G in hac gratia: quæ miniſtratur à nobis ad domini glo-
riam & deſtinatam voluntatem noſtram, Deuitantes
hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ mi-
niſtratur à nobis in domini gloriam. Prouidemus e-
nim bona non ſolum coram deo, ſed etiam coram om
2.Cor.9. nibus hominibus. Et poſt aliquos verſus, Nam de mi-
niſterio quod fit in ſanctos ex abundanti eſt mihi ſcri-
bere vobis, Scio enim promptum animum veſtrum pro
quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam A-
chaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio
prouocauit plurimos. Miſi autem fratres vt ne quod
gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte: vt quem-
admodum dixi parati ſitis, ne cum venerint mecum
Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubeſca-
mus nos, vt non dicam vos in hac ſubſtantia. Ne-
ceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres vt præueniant
ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hãc
paratam eſſe: ſic quaſi benedictionem, non quaſi auari-
ciam. Hoc autem dico, Qui parce ſeminat, parce & me-
tet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictio-
nibus & metet: vnuſquiſq; enim prout deſtinauit cor-
H de ſuo non ex triſticia, aut ex neceſſitate, Hilarem e-
Eccli.35. nim datorem diligit deus. Potens eſt autem deus om-
nem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus
ſemper omnem ſufficientiam babentes, abundetis in
Pſal.111. omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt, Diſperſit dedit
pauperibus, iuſticia eius manet in ſeculum ſeculi. Qui
autem adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad man
ducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum,
& augebit incrementa frugum iuſticiæ veſtræ: vt in om
nibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem
quæ operatur per vos gratiarum actionem deo: quoni-
am miniſterium huius officij, non ſolum ſupplet ea quę
deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per multas gratia-
rum actiones in domino per probationem miniſterij
huius: glorificantes deum in obedientia confeſſionis
veſtræ, & ſimplicitate communicationis in illos & in
omnes: & ipſorum conſecratione pro vobis deſide-
rantium vos propter eminentem gratiam dei in vo-
bis. Gratias ago deo ſuper inenarrabili dono eius. Et
2.Cor.16. alio loco, Qui autem gloriatur, in domino glorietur.
Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt,
I ſed quem deus commendat. Et poſt aliquantum, Mi-
2.Cor.10. niſtri Chriſti ſunt & ego, Vt minus ſapiens dico, plus
ego: In laboribus plurimis, in carceribus abundanti-
us, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter: à
Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter
virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium
feci: nocte & die in profundo maris fui: in itineribus
ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, peri-
culis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ci-
uitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, peri-
culis in falſis fratribus: in labore & ærumna, in vigi-
liis multis, in frigore & nuditate, in fame & ſiti, in
ieiuniis multis, Præter illa quæ extrinſecus ſunt inſtan-
tia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum.
Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcanda-
lizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet, quæ in-
2.Cor.11. firmitatis meæ ſunt gloriabor. Et poſt paululum, Li-
benter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt in-
habitet in me virtus Chriſti. Propter quod placeo mi-
bi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſita-
tibus, in perſecutionibus, in anguſtiis multis pro Chri-
ſto: Cum enim infirmor, tunc potens ſum. Et poſt a-
Ibidem. liquos verſus, Ecce tertio paratus ſum venire ad vos,
& non ero grauis vobis, Non enim quæro quæ veſtra K
ſunt, ſed vos: Nec enim debent filij parentibus theſau-
rizare, ſed parentes filiis. Ego autem libentiſſime im-
pendam, & ſuperimpendar ipſe, pro animabus ve-
ſtris, licet plus vos diligens minus diligar. Et poſt ali-
quos verſus, Timeo enim ne forte cum venero, non
quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis
qualem non vultis, Ne forte contentiones, æmulatio-
nes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſur-
rationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos: ne ite-
rum cum venero humiliet me deus apud vos & luge-
am multos ex iis qui ante peccauerunt, & non egerunt
pœnitentiam ſuper immundicia & impudicicia quam
geſſerunt. Et alio loco, Oramus autem deum vt ni- 2.Cor.13.
hil mali faciatis, non vt nos probati pareamus, ſed vt
vos quod iuſtum eſt faciatis. Et poſt ſex verſus, De Ibidem.
cætero fratres gaudete, perficimini, exhortamini, id-
ipſum ſapite, pacem habete, & deus dilectionis & pa-
cis erit vobiſcum.

SI adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus L
non eſſem. Et poſt aliquantum, Nam in Ex epiſtola
Chriſto Ieſu, neque circuncifio aliquid va- ad Galatas
let, neque præpucium, ſed fides quæ per di- Gala.1.
lectionem operatur. Et alio loco, Vos autem in liber- Galat.5.
tate vocati eſtis fratres: tantum ne libertatem in occa-
ſionem carnis detis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite Ibidem.
inuicem. Omnis enim lex in vno ſermone impletur,
Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Quòd ſi inuicem
mordetis & comeditis, videte ne abinuicem conſuma-
mini. Dico autem in Chriſto, Spiritu ambulate & de-
ſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit
aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hęc
enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vul-
tis illa faciatis. Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub
lege. Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt for-
nicatio, immundicia, luxuria, idolorum ſeruitus, vene-
ficia, inimiciciæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ,
diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, co-
meſſationes, & his ſimilia. Quæ prędico vobis ſicut præ-
dixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non poſſi-
debunt. Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium,
pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modeſtia, M
continentia. Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui au-
tem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vi-
ciis & concupiſcentiis. Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & am- Gala.6.
bulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inui-
cem prouocantes, inuicem inuidentes. Fratres, & ſi prę-
occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpi-
ritales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, con-
ſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera
portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis
exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. O-
pus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo
tantum habebit gloriam, & non in altero. Vnuſquiſq;
enim onus ſuum portabit. Communicet autem is qui
catechizatur verbum ei qui ſe catechizat in omnibus
bonis. Nolite errare, deus non irridetur. Quæ enim ſe-
minauerit homo, hæc & metet, quoniam qui ſeminat
in carne ſua, de carne & metet corruptionem. Qui au-
tem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu & metet vitam æter-
nam. Bonum autem facientes non deficiamus, tempo-
re enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tem-
pus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime au-
tem ad domeſticos fidei.

Obſecro

A O Bſecro itaque vos fratres ego vinctus in do-
Ex epiſtola ad Ephesios cap.4. mino,vt digne ambuletis vocatione qua vo-
cati eſtis, cum omni humilitate & manſuetu-
dine , cum patientia ſupportantes inuicem in
charitate , ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo
Ibidem. pacis. Et alio loco, Hoc itaque dico & teſtificor in do-
mino, vt iam non ambuletis ſicut & gentes ambulant
in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habẽtes in-
tellectum , alienati à vita dei per ignorantiam, quæ eſt
in illis propter cæcitatem cordis ipſorum , qui deſpe-
rantes ſemetipſos tradidernnt impudiciciæ in opera-
tionem immũdiciæ omnis & auariciæ. Vos autem nòn
ita didiciſtis Chriſtum , Si tamen illum audiſtis , & in
ipſo docti eſtis , ſicut eſt veritas in Ieſu . Deponite vos
ſecundum priſtinam conuerſationem veterem homi-
nem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Re-
nouamini autem ſpiritu mentis veſtræ , & induite no-
uum hominem qui ſecundum deum creatus eſt in iu-
ſticia & ſanctitate veritatis . Propter quod deponentes
mendacium,loquimini veritatem vnuſquiſq; cum pro-
ximo ſuo,quoniam ſumus inuicem membra. Iraſcimi-
B ni & nolite peccare.Sol non occidat ſuper iracundiam
veſtram . Nolite locum dare diabolo . Qui furabatur,
iam non furetur , magis autem laboret operando ma-
nibus ſuis quod bonum eſt: vt habeat vnde tribuat ne-
ceſſitatem patienti . Omnis ſermo malus ex ore veſtro
non procedat , ſed ſi quis bonus ad ædificationem op-
portunitatis vt det gratiam audientibus.Et nolite con-
triſtare ſpiritum ſanctum dei in quo ſignati eſtis in die
redemptionis. Omnis amaritudo & ira,& indignatio,
& clamor , & blaſphemia tollatur à vobis cum omni
malicia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes,
donantes inuicem ſicut & deus in Chriſto donauit vo
Ephe.5. bis . Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij chariſſimi , &
ambulate in dilectione , ſicut & Chriſtus dilexit nos,
& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & ho-
ſtiam deo in odorem ſuauitatis . Fornicatio autem &
omnis immundicia aut auaricia nec nominetur in vo-
bis,ſicut decet ſanctos,aut turpitudo,aut ſtultiloquium,
aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet, ſed magis gra-
tiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes,quod om
nis fornicator aut immundus aut auarus,quod eſt ido-
C lorum ſeruitus,non habet hæreditatem in regno Chri-
ſti & dei . Nemo vos ſeducat inanibus verbis, Propter
hæc enim venit ira dei in filios diffidentiæ.Nolite ergo
effici participes eorum . Eratis enim aliquando tene-
bræ, nunc autem lux in domino , vt filij lucis ambula-
te . Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſticia
& veritate,probantes quid ſit beneplacitum deo.Et no-
lite communicare operibus infructuoſis tenebrarum,
magis autem redarguite.Quæ enim in occulto fiunt ab
ipſis,turpe eſt & dicere.Omnia autem quæ arguuntur à
lumine,manifeſtãtur. Omne enim quod manifeſtatur,
lumen eſt . Propter quod dicit , Surge qui dormis , &
exurge à mortuis , & illuminabit tibi Chriſtus . Videte
itaque fratres quo modo caute ambuletis,non quaſi in-
ſipientes , ſed vt ſapientes, redimentes tempus , quoni-
am dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes,
ſed intelligentes quæ ſit voluntas dei.Et nolite inebria-
ri vino in quo eſt luxuria:ſed implemini ſpiritu ſancto,
loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis & can-
ticis ſpiritalibus,cantantes & pſallentes in cordibus ve-
ſtris , domino gratias agentes ſemper pro omnibus in
nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, deo & patri,ſubie-
cti inuicem in timore Chriſti . Mulieres viris ſuis ſub-
ditæ ſint,ſicut domino:quoniam vir caput eſt mulieris, D
ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ , ipſe ſaluator corporis
eius.Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto,ita & mulie-
res viris ſuis in omnibus . Viri diligite vxores veſtras,
ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit
pro ea vt illam ſanctificaret , mundans eam lauacro a-
quæ in verbo:vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiã;
non habentẽ maculam aut rugam, aut aliquid eiuſmo-
di:ſed vt ſit ſancta & immaculata.Ita & viri debent di-
ligere vxóres ſuas,vt corpora ſua.Qui ſuam vxorem di
ligit, ſeipſum diligit. Nemo vnquã carnem ſuam odio
habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccle-
ſiam , quia membra ſumus corporis eius de carne eius
& de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem *Gene.2.*
& matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ : & erunt duo
in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt.Ego au-
tem dico in Chriſto & in Eccleſia. Veruntamen & vos
ſinguli vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat,
vxor autem timeat virum . Filij obedite parentibus ve-
ſtris in domino. Hoc enim iuſtum eſt,Honora patrem *Ephe.6.*
tuum & matrem, quod eſt primum mandatum in pro- *Exod.20.*
miſſione , vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. E
Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios ve-
ſtros , ſed educate eos in diſciplina & correptione do-
mini . Serui obedite dominis carnalibus cum timore
& tremore in ſimplicitate cordis veſtri , ſicut Chriſto:
non ad oculum ſeruiẽtes quaſi hominibus placentes,
ſed vt ſerui Chriſti facientes voluntatem dei , ex ani-
mo,cum bona voluntate ſeruientes vt domino,& non
hominibus : ſcientes quoniam vnuſquiſque quodcun-
que fecerit bonum hoc recipiet à domino , ſiue ſeruus,
ſiue liber . Et vos domini eadem facite illis remittentes
minas,ſcientes quia & illorum & veſter dominus eſt in
cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud eum . De
cætero fratres confortamini in domino , & in poten-
tia virtutis eius . Induite vos armaturam dei vt poſſitis
ſtare aduerſus inſidias diaboli : quia non eſt nobis col-
luctatio aduerſus carnem & ſanguinem , ſed aduerſus
principes & poteſtates , aduerſus mundi rectores tene-
brarum harum , contra ſpiritalia nequiciæ in cœleſti-
bus . Propterea accipite armaturam dei vt poſſitis re-
ſiſtere in die mala , & in omnibus perfecti ſtare . Sta-
te ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate , & indui- F
te loricam iuſticiæ , & calciati pedes in præparatione
Euangelii pacis , In omnibus ſumentes ſcutum fidei,in
quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: &
galeam ſalutis aſſumite , & gladium ſpiritus quod eſt
verbum dei per omnem orationem & obſecrationem,
orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes
in omni inſtãtia & obſecratione pro omnibus ſanctis,
& pro me : vt detur mihi ſermo in apertione oris mei
cum fiducia notum facere myſterium Euãgelij,propter
quod legatione fungor in catena iſta, ita vt in ipſo au-
deam prout oportet me loqui.

Q Via in nullo confundar,ſed in omni fiducia *Ex epiſtola*
ſicut ſemper & nunc magnificabitur Chriſtus *ad Philip-*
in corpore meo,ſiue per vitam,ſiue per mor- *penſes.*
tẽ:Mihi enim viuere Chriſtus eſt,& mori lu- *Philip.1.*
crum. Quòd ſi viuere in carne hic mihi fructus operis
eſt : & quid eligam, ignoro, Coarctor enim è duobus,
deſiderium habens diſſolui & cum Chriſto eſſe multo
magis melius: permanere autẽ in carne neceſſarium eſt
propter vos. Et poſt ſex verſus, Tantũ digne Euangelio
Chriſti cũuerſamini,vt ſiue cum venero & videro vos, *Ibidem.*

G ſiue abſens audiam de vobis, quia ſtatis in vno ſpiritu
vnanimes, collaborãtes fidei Euangelij: & io nullo ter-
reamini ab aduerſariis, quæ eſt illis cauſa perditionis,
vobis autem ſalutis, & hoc à deo. Quia vobis dooatum
eſt pro Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt e-
tiam pro illo patiamini: idem certamen habẽtes, quale
Philip. 2. & vidiſtis io me, & oũc audiſtis de me. Si qua ergo con
ſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſo-
cietas ſpiritus, ſi qua viſcera & miſerationes, implete
gaudium meum vt idem ſapiatis, eandem charitatem
habẽtes, voaoimes idipſum ſapientes, Nihil per cooten
tiooem, neq; per inanem gloriam, ſed in humilitate ſu-
periores ſibiinuicẽ arbitrantes: non quę ſua ſunt ſinguli
cõſiderantes, ſed ea quæ aliorũ. Hoc enim ſeotite in vo
bis, quod & in Chriſto Ieſu, Qui cũ in forma dei eſſet,
non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſe-
metipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, io ſimili-
tudinem homioum factus, & habitu inuẽtus vt homo:
humiliauit ſemetipſum, factus obediẽs vſque ad mortẽ,
mortem autem crucis. Propter quod & deus illum exal
tauit, & donauit illi nomen ſuper omne oomẽ: vt io no
H mine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium,
& inferoorum, & omnis lingua coofiteatur quia domi-
ous Ieſus Chriſtus io gloria eſt dei patris. Itaq; chariſſi-
mi mei, ſicut ſemper obediſtis, non vt in præſentia mei
tantũ, ſed multo magis ounc in abſeotia mea cum me-
tu & tremore veſtrã ſalutem operamioi. Deus eſt enim
qui operatur io vobis & velle & perficere pro bona vo
luotate. Omnia autem facite ſine murmuratiooibus &
hæſitationibus vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij dei,
ſine repreheoſione in medio nationis prauæ & peruer-
ſæ: inter quos lucetis ſicut lumioaria io mũdo, verbum
vitæ cõtioeotes ad gloriam mihi in diem Chriſti, quia
non iouacuum cucurri, neque iouacuum laboraui, Sed
& ſi immolor ſupra ſacrificium & miniſterium fidei ve
ſtræ, gaudeo & cõgratulor omnibus vobis. Idipſum au-
tem & vos gaudete & congratulamioi mihi. Spero au-
tem in domino Ieſu Timotheum cito mittere ad vos,
vt & ego booo animo ſim cognoſcens quæ circa vos
ſunt. Neminẽ enim habeo tam vnanimem qui ſyocera
affectione pro vobis ſolicitus ſit, Omnes enim ſua quę-
runt, ooo quæ ſunt Ieſu Chriſti. Experimentum autem
I eius cognoſcite, quoniam ſicut patri filius mecum ſer-
uiuit in Euaogelio. Hunc igitur ſpero me mittere, mox
vt videro quæ circa me ſunt. Coofido autẽ in domino,
quoniam & ipſe veniam ad vos cito. Neceſſarium au-
tem exiſtimaui Epaphroditum fratrẽ & cooperatorem
& commilitonem meum, veſtrum autẽ Apoſtolum &
miniſtrũm oeceſſitatis meæ, mittere ad vos: quoniam
quidem omnes vos deſiderabat, & mœſtus erat propter
quod audiſtis illum infirmatum: Nam & infirmatus eſt
vſque ad mortem, ſed deus miſertus eſt eius: nõ ſolum
autem eius, verumetiam & mei, oe triſticiam ſuper tri-
ſticiam haberem. Feſtinantius ergo miſi illũ, vt viſo eo
iterum gaudeatis, & ego ſine triſticia ſim. Excipite itaq;
illum cum omni gaudio in domino, & eiuſmodi cum
honore habetote: quoniam propter opus Chriſti vſque
ad mortem acceſſit, tradens animam ſuam, vt impleret
quod vobis deerat circa meũ obſequium. Et paulopoſt,
Philip. 3. Fratres ego me non arbitror appreheodiſſe: vnum au-
tem, quę quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ
ſunt priora extendens me ad deſtinatum perſequor, ad
brauium ſupernæ vocanoois dei in Chriſto Ieſu. Qui-
cunq; ergo perfecti hoc ſentiamus, & ſi quid aliter ſapi-
tis, & hoc vobis deus reuelauit, veruntamen ad id quod
peruenimus vt idem ſapiamus & in eadem permanea- K
mus regula: Imitatores mei eſtote fratres & obſeruate
eos qui ita ambulaot ſicut habetis formã noſtram: Mul-
ti enim ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc au-
tem & flens dico, inimicos crucis Chriſti, quorum fi-
nis interitus: quorum deus venter, & gloria in coofu-
ſiooe ipſorum, qui terrena ſapiunt: Noſtra autem con-
uerſatio io cœlis eſt. Et poſt aliquos verſus, Gaudete in
domino ſemper, iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra *Philip. 4.*
nota ſit omnibus hominibus. Dominus enim prope eſt,
Nihil ſoliciti ſitis: ſed io omoi oratione & obſecratio-
ne cum gratiarum actiooe petitiones veſtræ ioooteſcãt
apud deum. Et pax dei quæ exuperat omnẽ ſenſum, cu-
ſtodiat corda veſtra, & iotelligeotias veſtras in Chriſto
Ieſu. De cætero fratres chariſſimi, quæcunq; ſunt vera,
quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcuoq; ſancta,
quæcuoque amabilia, quæcunq; bonæ famæ: ſi qua vir-
tus, ſi qua laus, hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepi-
ſtis & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite: & deus pacis
erit vobiſcum. Gauiſus ſum autẽ in domino vehemen-
ter, quoniam taodem aliquãdo refloruiſtis pro me ſen-
tire, ſicut & ſentiebatis. Occupati autem eratis, nõ quaſi L
propter penuriam dico: Ego enim didici, in quibus ſum
ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare. Vbi-
que & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari, & abunda-
re, & penuriam pati: Omnia poſſum in eo qui me con-
fortat. Veruntamen bene feciſtis communicantes tri-
bulationi meæ. Scitis autem & vos Philippenſes, quòd
io priocipio Euangelij quando profectus ſum à Mace-
donia, oulla mihi Eccleſia cõmuoicauit in ratione dati
& accepti, oiſi vos ſoli, quia & in Theſſalonicam & ſe-
mel & bis in vſum mihi miſiſtis, Noo quia quæro datũ,
ſed requiro fructum abuodaotẽ in ratione veſtra. Ha-
beo autem omoia, & abundo. Repletus ſum acceptis ab
Epaphrodito quæ miſiſtis odorem ſuauitatis, hoſtiam
acceptabilem placentem deo.

IPſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos, *Ex epiſtola*
quia noo inaois fuit: ſed ante paſſi multa & *prima ad*
contumeliis affecti, ſicut ſcitis Philippis: fi- *Theſſaloni*
duciam habuimus io deo noſtro loqui ad *cenſes.*
vos Euangelium dei in multa ſolicitudine. Exhorta- *1. Theſſ. 2.*
tio eoim ooſtra ooo de errore, neque de immundicia, M
neque in dolo: ſed ſicut probati ſumus à deo, vt cre-
deretur nobis Euangelium, ita loquimur, non quaſi ho
minibus placentes, ſed deo, qui probat corda noſtra.
Neque enim aliquando fuimus in ſermooe adulatio-
nis, ſicut ſcitis: oeque in occaſione auariciæ, deus teſtis
eſt: neque quærentes ab hominibus gloriam, neq; à vo-
bis, neq; ab aliis, cum poſſemus vobis oneri eſſe vt Chri
ſti Apoſtoli. Sed facti ſumus paruuli in medio veſtrum,
taoquam ſi outrix foueat filios ſuos: ita deſiderãtes vos
cupide, volebamus tradere vobis non ſolum Euange-
lium dei, ſed etiam animas noſtras, quooiam chariſſi-
mi nobis facti eſtis. Memores eoim facti eſtis fratres la-
boris ooſtri & fatigationis: nocte & die laborantes,
ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis
Euangelium dei. Vos teſtes eſtis & deus, quàm ſancte
& iuſte, & ſine querela vobis qui credidiſtis affuimus:
ſicut ſcitis, qualiter vnumquenque veſtrum, tanquam
pater filios ſuos, deprecaotes vos & conſolaotes, teſtifi-
cati ſumus vt ambularetis digne deo, qui vocauit vos
in ſuum regnum & gloriam. Ideo & nos gratias agi-
mus deo ſine intermiſſione, quoniam cum accepiſſetis
à oobis verbum auditus dei, accepiſtis illud nõ vt ver-
bum

A bum hominum,ſed ſicut eſt vere verbum dei, qui ope-
ratur in vobis qui credidiſtis. Vos enim imitatores fa-
cti eſtis fratres Eccleſiarũ dei quæ ſunt in Iudęa in Chri
ſto Ieſu,quia eadem paſsi eſtis & vos à contribulibus ve
1.Theſſ.4. ſtris,ſicut & ipſi à Iudæis. Et alio loco, De cætero ergo
fratres rogamus vos,& obſecramus in domino Ieſu,vt
quéadmodum accepiſtis à nobis quo modo vos opor-
teat ambulare & placere deo, ſic & ambuletis vt abun-
detis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis
per dominum Ieſum. Hæc eſt enim volũtas dei,ſancti-
ficatio veſtra,vt abſtineatis vos à fornicatione: vt ſciat
vnuſquiſq; veſtrum ſuũ vas poſsidere in ſanctificatio-
ne & honore:non in paſsione deſiderij, ſicut & gentes
quæ ignorant deum. Et ne quis ſupergrediatur neq; cir
cumueniat in negocio fratrem ſuum: quoniam vindex
eſt deus de his omnibus ſicut prędiximus vobis & teſti-
ficati ſumus. Non enim vocauit nos deus in immundi-
ciam,ſed in ſanctificationem. Itaq; qui hæc ſpernit,nõ
hominem ſpernit, ſed deum, qui etiam dedit ſpiritum
ſuum ſanctum in vobis. De charitate autem fraternita-
B tis non neceſſe habuimus ſcribere vobis, Ipſi enim vos
à deo didiciſtis vt diligatis inuicem. Etenim facitis il-
lud in omnes fratres in vniuerſa Macedonia. Roga-
mus autem vos fratres, vt abundetis magis & operam
detis vt quieti ſitis: & vt veſtrum negocium agatis, &
operemini manibus veſtris ſicut præcipimus vobis, vt
honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius ali-
quid deſideretis. Nolumus autem vos ignorare fratres
de dormientibus, vt non contriſtemini ſicut & cæteri
1.Theſſ.5. qui ſpem non habent. Et poſt aliquos verſus, Igitur nõ
dormiamus ſicut & cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſi-
mus. Qui enim dormiunt,nocte dormiunt:& qui ebrij
ſunt,nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus,ſobrij
ſimus:induti loricam fidei & charitatis & galeam ſpem
ſalutis: quoniam non poſuit nos deus in iram, ſed in
acquiſitionem ſalutis, per dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum:qui mortuus eſt pro nobis,vt ſiue vigilemus,
ſiue dormiamus,ſimul cum illo viuamus, Propter quod
conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum ſicut &
facitis. Rogamus autem vos fratres,vt noueritis eos qui
laborant inter vos,& præſunt vobis in domino, & mo
nent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate.
C Propter opus illorum pacem habete cum eis. Roga-
mus autem vos fratres,corripite inquietos, conſolami-
ni puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad
omnes. Videte,ne quis malum pro malo alicui reddat,
ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem, &
in omnes. Semper gaudete, ſine intermiſsione orate,
in omnibus gratias agite. Hæc enim voluntas dei eſt
in Chriſto Ieſu in omnibus vobis. Spiritum nolite ex-
tinguere: prophetias nolite ſpernere. Omnia autem
probate,quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala
abſtinete vos.

Ex epiſtola ſecunda ad Theſſaloniſenſes. *2.Theſſ.1.*

GRatias agere debemus deo ſemper pro vobis
fratres,ita vt dignum eſt: quoniam ſupercre-
ſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcu-
iuſque veſtrum in inuicem, ita vt nosipſi in vobis glo-
riemur in Eccleſiis dei pro patiẽtia veſtra & fide in om-
nibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas
ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij dei,vt digni habea-
mini regno dei, pro quo & patimini, Si tamen iuſtum
eſt apud deum retribuere tribulationem iis qui vobis
tribulant,& vobis qui tribulamini requiem nobiſcum,
in reuelatione domini Ieſu de cœlo cum angelis vir-
tutis eius in flamma ignis, dantis vindictam iis qui nõ D
nouerunt deum, & qui nõ obediunt Euangelio domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti: Qui pœnas dabũt interitus æter-
nas à facie domini,& à gloria virtutis eius, cum vene-
rit glorificari in ſanctis ſuis,& admirabilis fieri in om-
nibus qui crediderunt, quia creditum eſt teſtimonium
noſtrum ſuper vos in die illo. In quo etiã oramus ſem-
per pro vobis,vt dignetur vocatione vos ſua deus no-
ſter, & impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ, &
opus fidei in virtute: vt clarificetur nomen domini no
ſtri Ieſu Chriſti in vobis,& vos in illo, ſecundum gra-
tiam dei noſtri, & domini Ieſu Chriſti. Et alio loco,
Denunciamus autem vobis fratres in nomine domi- *2.Theſſ.3.*
ni noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre
ambulante inordinate,& non ſecundum traditionem
quam acceperunt à nobis. Ipſi enim ſcitis quemadmo-
dum oporteat imitari nos, Quoniam non inquieti fui-
mus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab
aliquo: ſed in labore & fatigatione nocte ac die ope-
rantes, ne quem veſtrum grauaremus: Non quaſi non
habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam
daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum eſſe- E
mus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi
quis non vult operari,nec manducet. Audiuimus enim
inter vos quoſdam ambulare inquiete,nihil operantes,
ſed curioſe agentes. His autem qui eiuſmodi ſunt, de-
nunciamus & obſecramus in domino Ieſu Chriſto, vt
cum ſilentio operantes ſuum panẽ manducent. Vos au
tem fratres nolite deficere benefacientes. Quòd ſi quis
non obedierit verbo noſtro,per Epiſtolam hunc nota-
te,& non cõmiſceamini cũ illo,vt confundatur. Et no
lite quaſi inimicum exiſtimare,ſed corripite vt fratrem.

Ex epiſtola ad Coloſſenſes. *Coloſſ.3.*

IGitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſur-
ſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera
dei ſedens. Quæ ſurſum ſunt,ſapite,non quæ
ſuper terram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra
abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Cum autem Chri-
ſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum
ipſo in gloria. Mortificate ergo mẽbra veſtrá quæ ſunt
ſuper terram: fornicationem, immundiciam, libidinẽ,
concupiſcentiam malam,& auariciam,quę eſt idolorũ
ſeruitus: propter quæ venit ira dei ſuper filios incredu- F
litatis, in quibus & vos ambulaſtis aliquãdo cum viue-
retis in illis, Nunc autem deponite & vos omnia: iram,
indignationem,maliciam,blaſphemiam: turpẽ ſermo-
nem de ore veſtro ne emiſeritis. Nolite mentiri inuicẽ,
expoliãtes vos veterem hominem cum actibus eius, &
induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem
dei ſecundum imaginem eius qui creauit eum. Vbi nõ
eſt Gentilis & Iudæus,circũciſio & præputium, Barba-
rus & Scytha,ſeruus & liber: ſed omnia & in omnibus
Chriſtus. Induite ergo vos ſicut electi dei, ſancti & di-
lecti,viſcera miſericordiæ,benignitatem,humilitatem,
modeſtiam,patientiam,ſupportantes inuicẽ, & donan
tes vobiſipſis, ſi quis aduerſus aliquem hãbet querelam:
ſicut & dominus donauit vobis,ita & vos facite. Super
omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculũ
perfectionis: & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris,
in qua & vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote.
Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni
ſapientia docentes & cõmonentes voſmetipſos in pſal
mis,hymnis & canticis ſpiritalibus, in gratia cantantes
in cordibus veſtris deo. Omne quodcunque facitis in
verbo,aut in opere,omnia ĩ nomine domini noſtri Ie-
ſu Chriſti

G ſu Chriſti, gratias agentes deo & patri per ipſum. Mu-
lieres ſubditæ eſtote viris,ſicut oportet in domino. Vi-
ri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas.
Filij obedite parentibus per omnia,hoc enim placitum
eſt in domino.Patres,nolite ad indignationem prouo
care filios veſtros,vt nõ puſillo animo fiant. Serui obe-
dite per omnia dominis carnalibus,nõ ad oculum ſer-
uientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate
cordis timentes dominũ. Quodcunq; facitis,ex animo
operamini ſicut domino,& nõ hominibus,ſcientes ꝙ à
domino accipietis retributionem hęreditatis. Domino
Chriſto ſeruite:Qui enim facit iniuriã,recipiet id quod
inique geſsit,Et nõ eſt perſonarum acceptio apud deũ.
Coloſſ.4. Domini quod iuſtũ eſt & æquum,ſeruis prçſtate, ſcien-
tes quoniam & vos dominũ habetis in cœlo. Orationi
inſtate,vigilantes in ea cum gratiarum actione, orãtes
ſimul & pro nobis, vt deus aperiat nobis oſtiũ ſermo-
nis ad loquendum myſteriũ Chriſti,Propter quod etiã
vinctus ſum,vt manifeſtẽ illud ita vt oportet me loqui.
In ſapiẽtia ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redi-
mentes. Sermo veſter ſemper in gratia ſale cõditus ſit,
H vt ſciatis quo modo oporteat vos vnicuiq; reſpondere.

Ex epiſtola prima ad Timotheũ. FInis autem præcepti eſt charitas de corde pu-
ro & cõſcientia bona,& fide non ficta. A qui-
bus quidam aberrantes,conuerſi ſunt in vani-
1.Tim.1. loquium,volentes eſſe legis doctores, nõ intelligentes,
neque quæ loquuntur,neque de quibus affirmant. Sci-
mus autem quoniam bona eſt lex, ſi quis ea legitime
vtatur, Scientes hoc,quia iuſto lex nõ eſt poſita, ſed in-
iuſtis & non ſubditis, impiis & peccatoribus, ſceleratis
& cõtaminatis,parricidis & matricidis,homicidis,for-
nicariis,maſculorum concubitoribus,plagiariis, men-
dacibus,periuris,Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduer-
ſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati dei,
1.Tim.2. quod creditum eſt mihi.Et poſt paululum, Obſecro igi
tur primum omnium fieri obſecrationes,orationes,po
ſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus homini-
bus,pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, vt
quietam & tranquillam vitam agamus in omni pie-
Ibidem. tate & caſtitate. Item poſt paululum, Volo ergo viros
orare in omni loco, leuantes puras manus ſine ira &
I diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato
cum verecundia & ſobrietate,ornantes ſe non intortis
crinibus,aut auro,aut margaritis,vel veſte precioſa,ſed
quod decet mulieres promitientes pietatem per opera
bona. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione:
Docere autem mulieri non permitto, neque dominari
1.Tim.3. in virum,ſed eſſe in ſilẽtio.Et poſt aliquot verſus,Opor
tet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxo-
ris virum,ſobrium,prudentem,ornatum,pudicum,ho-
ſpitalem,doctorem: non vinolentum, non percuſſo-
rem, ſed modeſtum: non litigioſum, non cupidum,
ſed ſuæ domui bene præpoſitum: filios habentem ſub-
ditos cum omni caſtitate. Si quis autem domui ſuæ
præeſſe neſcit, quo modo Eccleſiæ dei diligentiam ha-
bebit? Non Neophytum, ne in ſuperbia elatus in iudi-
cium incidat diaboli. Oportet autem & illum teſtimo-
nium habere bonum ab iis qui foris ſunt,vt non in op-
probrium incidat & laqueum diaboli. Diaconos ſimi-
liter pudicos,non bilingues, non multo vino deditos,
non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei
in conſcientia pura. Et hi autem probentur primum,
& ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. Mulieres
ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in
omnibus. Diaconi ſint vnius vxoris viri, qui filiis ſuis K
bene præſunt & ſuis domibus. Qui enim bene mini-
ſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirunt, & multam
fiduciam in fide quæ eſt in Chriſto Ieſu. Et poſt aliquos
verſus, Spiritus autem manifeſte dicit,quia in nouiſsi- *1.Tim.4.*
mis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes
ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,in hypo-
criſi loquentium mendacium, & cauteriatam haben-
tium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere,abſti-
nere à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cũ gra
tiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veri-
tatem. Quia omnis creatura dei bona,& nihil abiiciẽ-
dum quod cum gratiarum actione percipitur. Sancti-
ficatur enim per verbum dei & orationem. Hæc præ-
ponẽs fratribus bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, nutri-
tus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es.
Ineptas autem & aniles fabulas deuita. Exerce teipſum
ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum
vtilis eſt, Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſsio-
nem habens vitæ quæ nunc eſt futuræ. Fidelis ſermo &
omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus &
maledicimur,quia ſperamus in deum viuum,qui eſt ſal
uator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe L
hæc,& doce, Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.
Sed exemplum eſto fidelium,in verbo,in conuerſatio-
ne,in charitate, in fide, in caſtitate. Dum venio atten-
de lectioni, exhortationi & doctrinæ. Noli negligere
gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam
cum impoſitione manuum presbyterij. Hæc medita-
re,in his eſto,vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.
Attende tibi, & doctrinæ inſta in illis: Hoc enim fa- *1.Tim.5.*
ciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.
Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem: iu-
uenes,vt fratres: anus,vt matres: iuuenculas vt ſorores
in omni caſtitate. Viduas honora,quę vere viduę ſunt:
Si qua autem vidua filios aut nepotes habet,diſcant pri
mum domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere
parentibus. Hoc enim acceptum eſt corã deo. Quæ au-
tem vere vidua eſt & deſolata,ſperat in deum, & inſtat
obſecrationibus & orationibus nocte & die, Nam quæ
in deliciis eſt,viuens mortua eſt. Et hoc pręcipe vt irre-
prehenſibiles ſint. Si quis autem ſuorum, & maxime
domeſticorum curam non habet,fidem negauit, & eſt M
infideli deterior. Vidua eligatur non minus ſexaginta
annorum,quæ fuerit vnius viri vxor,in operibus bonis
teſtimonium habens:ſi filios educauit, ſi hoſpitio rece-
pit,ſi ſanctorum pedes lauit, ſi tribulationem patienti-
bus ſubminiſtrauit,ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.
Adoleſcentiores autem viduas deuita. Cum enim lu-
xuriatæ fuerint,in Chriſto nubere volunt, habentes dã
nationem quia primam fidem irritam fecerunt. Simul
autem & ocioſæ diſcunt circumire domos:non ſolum
ocioſæ,ſed & verboſæ, loquentes quæ non oporteat.
Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matreſ-
familiàs eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario ma-
ledicti gratia. Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro
poſt Satanam. Si qui fidelis habet viduas,ſubminiſtret
illis vt non grauetur Eccleſia, vt iis quæ vere viduę ſunt
ſufficiat. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore
digni habeantur:maxime qui laborant in verbo & do-
ctrina. Dicit enim ſcriptura, Non infrænabis os boui *Deut.25.*
trituranti: & dignus eſt operarius mercede ſua. Aduer-
ſum presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub
duobus & tribus teſtibus. Peccantes autẽ corã omnibus
argue,vt & cæteri timorem habeãt. Teſtor coram deo
& Chriſto

A & Chriſto Ieſu & electis angelis, vt hæc cuſtodias ſine
præiudicio, nihil faciens in alterã partem declinando.
Manus cito nemini impoſueris, neq; communicaueris
peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi. Noli adhuc
aquã bibere, ſed vino modico vtere propter ſtomachũ
tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam ho-
minum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudiciũ,
quoſdam autem & ſubſequuntur, Similiter & facta bo
na manifeſta ſunt, & quæ aliter ſe habent, abſcondi nõ
1.Tim.6. poſſunt. Quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos ſuos
omni honore dignos habeant, ne nomẽ domini & do-
ctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent domi-
nos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſer-
uiant, quia fideles ſunt & dilecti, quia beneficij partici-
pes ſunt. Hæc doce & exhortare. Si quis aliter docet &
nõ acquieſcit ſanis ſermonib' domini noſtri Ieſu Chri
ſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinę, ſuperbus,
nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas
verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones,
blaſphemiæ, ſuſpiciones malę, conflictationes hominũ
mente corruptorum, & qui priuati ſunt veritate, exiſti-
B mantium quæſtum eſſe pietatem. Eſt autẽ quæſtus ma-
gnus, pietas cum ſufficientia. Nihil intulimus in hunc
mundũ, haud dubium, quia nec auferre quid poſſumus,
Habentes autẽ alimenta, & quibus tegamur, his conten
ti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidũt in tenta-
tiones, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inuti-
lia & nociua, quæ mergunt homines in interitũ & per-
ditionem. Radix enim omnium malorũ eſt cupiditas,
quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſerue-
runt ſe doloribus multis. Tu autem ô homo dei hæc fu
ge: ſectare vero iuſticiam, pietatem, fidem, charitatẽ, pa-
tientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamẽ fidei,
apprehende vitam æternã in qua vocatus es, & confeſ-
ſus bonam confeſsionem coram multis teſtibus. Pręci-
pio tibi coram deo qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu
qui teſtimoniũ reddidit ſub Pontio Pilato bonam cõ-
feſsionem, vt ſerues mandatum ſine macula irreprehen
ſibile vſque in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti. Et
Ibidem. poſt paucos verſus, Diuitibus huius ſeculi præcipe, non
ſuperbe ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarũ, ſed in
deo qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum: be
C ne agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere,
communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum
in futurum, vt apprehendant veram vitã. O Timothee
depoſitum cuſtodi, deuitãs profanas vocum nouitates
& oppoſitiones falſi nominis ſciẽtiæ, quam quidã pro-
mittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum, Amẽ.

Ex epiſt.2. ad Timot. 2.Tim.1. NOn enim dedit nobis deus ſpiritum timoris
ſed virtutis & dilectionis & ſobrietatis. Noli
itaque erubeſcere teſtimoniũ domini noſtri,
neq; me vinctum eius, ſed collabora Euange
Ibidem. lio ſecundum virtutem dei: Et poſt paucos verſus, For-
mam habe ſanorum verborum quæ à me audiſti in fi-
de & dilectione in Chriſto Ieſu. Bonum depoſitum cu
ſtodi per ſpiritum ſanctum qui habitat in nobis. Et pau
2.Tim.2. lo poſt, Tu ergo fili mi confortare in gratia quæ eſt in
Chriſto Ieſu, & quæ audiſti à me per multos teſtes hæc
commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt & a-
lios docere. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Ne-
mo militans deo, implicat ſe negociis ſecularibus, vt ei
placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agone, nõ
coronatur niſi legitime certauerit. Laborantem agrico
lam oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ
dico, Dabit enim tibi dominus intellectũ in omnibus. D
Memor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à
mortuis ex ſemine Dauid, ſecũdum Euangelium meũ,
in quo laboro vſque ad vincula quaſi male operãs, ſed
verbũ dei nõ eſt alligatũ. Ideo omnia ſuſtineo propter
electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur quæ eſt in Chri
ſto Ieſu cum gloria cœleſti. Fidelis ſermo, Nam ſi com-
mortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & con-
regnabimus. Si negabimus, & ille negabit nos: ſi nõ cre
dimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum nõ poteſt.
Hæc commone teſtificans coram deo, Noli verbis cõ-
tendere, in nihil vtile, niſi ad ſubuerſionem audiẽtium.
Solicite autem cura teipſum probabilem exhibere deo
operarium, inconfuſibilem, rectè tractantem verbũ ve-
ritatis. Profana autem & vaniloquia deuita, Multũ pro-
ficient ad impietatem, & ſermo eorum vt cãcer ſerpit.
Et poſt ſex verſus, Cognouit dominus qui ſunt eius, &
diſcedãt ab iniquitate omnes qui inuocant nomẽ do-
mini. In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa au-
rea, & argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædã quidẽ
in honorem, quædã autem in contumeliam. Si quis er-
go mundauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctifi- E
catum, & vtile domino ad omne opus bonum paratũ.
Iuuenilia autem deſideria fuge: ſectare vero iuſticiam,
fidem, charitatem, pacem cum iis qui inuocãt dominũ
de corde puro. Stultas autem & ſine diſciplina quęſtio-
nes deuita, ſciẽs quòd generant lites. Seruum autẽ do-
mini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad om-
nes, docibilem, patientem, cũ modeſtia corripientẽ eos
qui reſiſtunt: nequando det illis deus pœnitentiam ad
cognoſcendam veritatẽ, & reſipiſcãt à diaboli laqueis
à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Hoc autẽ *2.Tim.3.*
ſcio, ꝙ in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora pericu-
loſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſu-
perbi, blaſphemi, parentibus non obediẽtes, ingrati, ſce
leſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinẽ-
tes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumi
di, voluptatum amatores magis quàm dei, habẽtes ſpe-
ciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes,
Et hos deuita. Ex iis enim ſunt qui penetrant domos, &
captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ du
cuntur variis deſideriis, ſemper diſcentes, & nunquã ad F
ſcientiam veritatis peruenientes. Et poſt octo verſus, Tu *Ibidem.*
autem aſſecutus es meam doctrinã, inſtitutum, propo-
ſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patiẽtiam,
perſecutiones, paſsiones, qualia mihi facta ſunt Antio-
chiæ, Iconio, Liſtris, quales perſecutiones ſuſtinui, & ex
omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui volunt pie
viuere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur. Mali
autem homines & ſeductores proficient in peius: errã-
tes, & in errorem mittẽtes. Tu vero permane in iis quæ
didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris. Et
quoniam ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt
inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Ie-
ſu. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, eſt vtilis ad do-
cendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudien-
dum in iuſticia, vt perfectus ſit homo dei ad omne o-
pus bonum inſtructus. Teſtificor corã deo & Chriſto *2.Tim.4.*
Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, & per aduẽ-
tum ipſius & regnum eius, Prædica verbũ, inſta oppor-
tune, importune: argue, obſecra, increpa in omni pa-
tientia & doctrina. Erit enim tempus, cum ſanã doctri
nã non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt
ſibi magiſtros, prurientes auribus, & à veritate quidem
auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu

vero

G vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ,
miniſterium tuum imple. Ego enim iam delibor, & tē-
pus meæ reſolutionis inſtat. Bonum certamen certaui,
curſum conſummaui, fidem ſeruaui, In reliquo repoſi-
ta eſt mihi iuſticiæ corona, quam reddet mihi domin⁹
in illa die iuſtus iudex, Non ſolum autem mihi, ſed &
iis qui diligunt aduentum eius.

Ex epiſtola ad Titum, cap. 1. HVius rei gratia reliqui te Crete, vt ea quæ de-
ſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates preſ-
byteros, ſicut & ego tibi diſpoſui, Si quis ſine
crimine eſt, vnius vxoris vir, filios habens fi-
deles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos,
Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut dei
diſpenſatorem: non ſuperbum, non iracundum, non
vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupi-
dum: ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, iuſtum, ſan-
ctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum
doctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt potens ſit exhor-
tari in doctrina ſāna, & eos qui contradicunt redar-
Ad Tit. 1. guere. Et poſt aliquos verſus, Quam ob cauſam incre-
H pa illos dure, vt ſani ſint in fide, non intēdentes Iudai-
cis fabulis & mendaciis hominum auerſantium ſe à ve
ritate. Omnia munda mundis, coinquinatis autem &
infidelibus nihil mundum, ſed inquinatæ ſunt & mens
eorum & conſcientia. Confitentur ſe noſſe deum, fa-
ctis autem negant: cum ſint abominati & incredibi-
les, & ad omne opus bonum reprobi. Tu autem loque-
Ad Tit. 2. re quæ decet ſanam doctrinam, Senes, vt ſobrij ſint, pu
dici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia.
Anus ſimiliter in habitu ſancto: non criminatrices, nō
vino multo ſeruientes, bene docentes, vt prudentiam
doceant. Adoleſcentulas vt viros ſuos ament, filios di-
ligant, prudentes, caſtas, domus curam habentes, be-
nignas, ſubditas ſuis viris, vt non blaſphemetur ver-
bum dei. Iuuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſint. In om-
nibus teipſum præbe exemplum bonorum operum in
doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum ſanum,
irreprehenſibile: vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil
habens malum dicere de nobis. Seruos dominis ſuis
ſubditos eſſe, in omnibus placentes, non contradicen-
tes, non fraudantes, ſed in omnibus fidem bonam o-
I ſtendentes, vt doctrinam Saluatoris noſtri dei ornent
in omnibus. Apparuit enim gratia dei Saluatoris om-
nibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impie-
tatem & ſecularia deſideria, ſobrie & iuſte & pie viua-
mus in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem & aduen-
tum gloriæ magni dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chri-
ſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret
ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum accep-
Ad Tit. 3. tabilem, ſectatorem bonorum operum. Hæc loquere,
& exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te
contemnat. Admone illos, principibus & poteſtatibus
ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum pa-
ratos eſſe, neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe,
ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem
Ibidem. ad omnes homines. Et poſt paucos verſus, Fidelis ſer-
mo eſt, Et de his volo te confirmare, vt curent bonis o-
peribus præeſſe qui credunt deo. Hæc ſunt bona & vti-
lia hominibus. Stultas autem quæſtiones & genealo-
gias, & cōtentiones, & pugnas legis deuita. Sunt enim
inutiles & vanæ. Hæreticum hominem poſt vnam &
ſecundam correptionem deuita, ſciens quia ſubuerſus
eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit proprio iudicio, con-
demnatus.

GAudium enim magnum habui & conſolatio- K
nem in charitate tua, quia viſcera ſanctorum *Ex epiſtola*
requieuerūt per te frater. Et paulo poſt, Quem *ad Philemonem.*
ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi mini-
ſtret in vinculis Euangelij. Sine conſilio autem tuo ni-
hil volui facere, vti ne velut ex neceſsitate bonū tuum
eſſet, ſed voluntarium.

VIdete fratres ne forte ſit in aliquo veſtrum cor *Ex epiſtola*
malum incredulitatis diſcedendi à deo viuo: *ad Hebræos*
ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos di- *Hebr. 3.*
es, donec hodie cognominatur, vt non obdu
retur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enī Chri-
ſti effecti ſumus, ſi tamen initium ſubſtantiæ eius vſque
ad finem firmum retineamus, dum dicitur, Hodie ſi vo *Pſal. 94.*
cem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, quē-
admodum in exacerbatione. Et poſt paucos verſus, Ti- *Hebr. 4.*
meamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeun-
di in requiem eius, exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe.
Etenim & nobis nunciatum eſt quemadmodum & il-
lis: ſed non profuit illis ſermo auditus nō admixtus fi-
dei ex iis quæ audierunt. Et alio loco, Habentes ergo pō *Ibidem.*
tificem magnum qui penetrauit cœlos, Ieſum filium dei L
teneamus confeſsionem. Et poſt tres verſus, Adeamus *Hebr. 6.*
ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericor-
diam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio
opportuno. Et paulo poſt, Non enim iniuſtus deus vt
obliuiſcatur operis veſtri & dilectionis quam oſtendi-
ſtis in nomine ipſi⁹, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtra
tis. Cupimus autē vnumquenq; veſtrum eandem oſtē-
tare ſolicitudinem ad expletionē fidei vſque in finem:
vt nō ſegnes efficiamini, verum imitatores eorum qui
fide & patientia hæreditabunt promiſsiones. Et poſt
ſeptem verſus, Homines enim per maiorem ſui iurant, *Ibidem.*
& omnis controuerſiæ eorum finis ad cōfirmationem
eorum eſt iuramentum. Et poſt aliquantum, Teneamus *Hebr. 10.*
ſpei noſtræ confeſsionem indeclinabilem, Fidelis enim
eſt qui repromiſit, vt cōſideremus inuicem in prouoca-
tionem charitatis & bonorum operum: non deſerētes
collectionem noſtram, ſicut eſt conſuetudinis quibuſ-
dam: ſed conſolantes, & tanto magis, quanto videritis
appropinquantem diem. Voluntarie enim peccantibus
nobis, poſt acceptam noticiam veritatis, iam non relin M
quitur hoſtia pro peccatis. Terribilis nanq; eſt quædam
expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura
eſt aduerſarios. Irritam quis faciens legē Moyſi, ſine vl- *Deut. 17.*
la miſeratione duob⁹ vel tribus moritur teſtibus, Quā-
to magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filiū dei
conculcauerit, & ſanguinem teſtamēti pollutum duxe-
rit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliā
fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam & ego
reddam. Et iterum, Quia iudicabit dominus populum *Deut. 32.*
ſuum. Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis.
Rememoramini autem priſtinos dies, in quib⁹ illumi-
nati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſsionum, Et in
altero quidem opprobriis & tribulationibus ſpectacu-
lum facti: in altero autem ſocij taliter cōuerſantium ef-
fecti. Nam & vinctis compaſsi eſtis, & rapinam bono-
rum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes
vos habere meliorem & manentem ſubſtātiam. Nolite
itaq; amittere confidentiā veſtram, quæ magnam habet
remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt,
vt voluntatem dei facientes reportetis promiſsionem.
Adhuc enim modicum aliquātulumq; qui venturus eſt
veniet & non tardabit. Iuſtus autem meus ex fide viuit. *Abac. 2.*

A Quòd ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meę. Et ali-
Hebr.12. quanto poſt. Ideoq; & nos tantam habentes impoſitam
nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circun-
ſtans nos peccatum, per patiētiam curramus ad propo-
ſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei, &
conſummatorem Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſti
nuit crucem confuſione cōtempta, atque in dextera ſe-
dis dei ſedet. Recogitate enim eum qui talem ſuſtinuit
à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionē,
vt ne fatigemini animis veſtris deficientes: Nondum
enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſum peccatū
repugnantes, & obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tā-
Prouer.3. quam filiis loquitur dicens, Fili mi, noli negligere di-
ſciplinam domini, neque fatigeris dum ab eo argueris,
Quem enim diligit dominus, caſtigat: flagellat autem
omnem filium quem recipit. In diſciplina perſeuerate,
Tāquam filiis vobis offert deus, Quis enim filius quem
non corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cu-
ius participes facti ſunt omnes, ergo adulteri & nō filij
eſtis. Deinde patres quidem carnis noſtræ, habuimus
eruditores, & verebamur. Non multo magis obtempe-
B rabimus patri ſpirituum, & viuemus? Et illi quidem in
tempore paucorum dierum ſecundum voluntatē ſuam
erudiebant nos, Hic autem ad id quod vtile eſt, in reci-
piendo ſanctificationem eius. Omnis autem diſciplina
in præſenti quidem videtur nō eſſe gaudij, ſed mœro-
ris: poſtea autem fructum pacatiſsimum exercitatis per
eā reddet iuſticiæ. Propter quod remiſſas manus & ſo-
luta genua erigite, greſſus rectos facite pedibus veſtris,
vt nòn claudicans quis erret, magis autem ſanetur. Pa-
cem ſequimini cū omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua
nemo videbit deum, Contemplantes ne quis deſit gra-
tię dei, ne qua radix amaritudinis ſurſum germinās im
pediat, & per illam inquinētur multi. Ne quis fornica-
Gene.25. tor, aut profanus, vt Eſaü qui propter vnam eſcam ven-
Hebr.13. didit primitiua ſua. Et alio loco, Charitas fraternitatis
maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per
hanc enim placuerunt quidam angelis hoſpitio recep-
tis. Memētote vinctorum, tanquam ſimul vincti, & la-
borantium, tanquam & ipſi in corpore manentes. Ho-
norabile connubium in omnibus, & torus immacula-
tus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Sint
C mores ſine auaricia contenti pręſentibus, Ipſe enim di-
Ioſue.1. xit, Non te deſeram neque derelinquam, ita vt confi-
Pſal.117. denter dicamus, Dominus mihi adiutor eſt, non time-
bo quid faciat mihi homo. Mementote præpoſitorum
veſtrorū, qui vobis locuti ſunt verbum dei. Quorū in-
tuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem. Ieſus
Chriſt⁹ heri & hodie ipſe & in ſecula. Doctrinis variis
& peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim gratia
ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerūt ambulanti-
bus in eis. Habemus altare de quo edere non habent po
Nume 19. teſtatem qui tabernaculo deſeruiunt. Quorū enim ani-
malium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pō-
tificem, horum corpora cremātur extra caſtra. Propter
quod & Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem po-
pulum, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum
Mich.2. extra caſtra, improperium eius portātes. Non enim ha-
bemus hic manētem ciuitatem, ſed futurā inquirimus,
Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper deo,
id eſt, fructum labiorum, confitentium nomini eius. Be
neficentiæ autem & cōmunionis, nolite obliuiſci, Ta-
libus enim hoſtiis promeretur deus. Obedite prępoſitis
veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilāt, quaſi ratio-
nem pro animabus veſtris reddituri, vt cū gaudio hoc
faciant, & non gementes. Hoc enim nō expedit vobis. D
Orate pro nobis. Confidimus autem, quia bonam con-
ſcientiā habemus in omnibus bene volentes cōuerſari.

MOdicum nunc ſi oportet contriſtari in variis *Ex epiſtola*
tentationibus, vt probatio veſtræ fidei, multo *Petri prima*
precioſior ſit auro, quod per ignem probatur. *1.Pet.1.*
Et alio loco, Propter quod ſuccincti lumbos *Ibidem.*
mentis veſtræ ſobrij, perfecti ſperate in eam quæ offer-
tur vobis gratiam in reuelatione Ieſu Chriſti quaſi filij
obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ ve-
ſtræ deſideriis, ſed ſecundum eum qui vocauit vos ſan-
ctum, vt & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis, quo-
niam ſcriptum eſt, Sancti eritis, quoniam ego ſanctus
ſum. Et ſi patrem inuocatis eū, qui ſine acceptione per- *Leuit.19.*
ſonarum iudicat ſecundum vniuſcuiuſque opus, in ti-
more incolatus veſtri tempore conuerſamini. Et poſt
aliquos verſus, Animas veſtras caſtificantes in obediē- *1.Pet.1.*
tiam charitatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde
inuicem diligite attentius renati. Et poſt paucos verſus,
Deponētes igitur omnem maliciam, & omnem dolū, *1.Pet.2.*
& ſimulationem, & inuidias, & omnes detractiones, ſi-
cut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac cō E
cupiſcite. Et poſt paululum, Chariſsimi obſecro vos tā- *Ibidem.*
quam aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalib⁹
deſideriis, quæ militant aduerſus animam, Conuerſatio-
nem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo
quod detractant de vobis tāquam de malefactoribus,
ex bonis operibus vos conſiderantes glorificēt domi-
num noſtrum in die viſitationis. Subiecti eſtote omni
humanæ ordinationi propter deū, ſiue regi quaſi præ-
cellenti, ſiue ducibus tanquā ab eo miſsis ad vindictam
malefactorum, laudem vero bonorum, Quia ſic eſt vo
luntas dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis impru
dentium hominum ignorantiam: quaſi liberi, & non
quaſi velamen habentes malicię libertatem, ſed ſicut ſer
ui dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite: deum
timete, regem autem honorificate. Serui ſubditi eſtote
cum omni timore dominis veſtris, non tantum bonis
& modeſtis, ſed etiam diſcolis: Hæc eſt enim gratia
ſi propter conſcientiam dei ſuſtinet quis triſticias pa-
tiens iniuſte. Quæ enim gratia eſt, ſi peccantes & co-
laphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes patimini & pa- F
tienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud deum. In hoc e-
nim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis,
vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia e-
ius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in
ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat:
cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem
iudicanti ſe iniuſte, Qui peccata noſtra ipſe pertulit in
corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſticiæ
viuamus, cuius liuore ſanati eſtis. Eratis enim ſicut o-
ues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem &
epiſcopum animarum veſtrarum. Et alio loco, Simili-
ter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, vt & ſi qui non *1.Pet.3.*
credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine
verbo lucrifiant, conſiderantes in timore caſtam con-
uerſationem veſtram. Quarum ſit non extrinſecus ca-
pillatura, aut circundatio auri, aut indumenti veſti-
mentorum cultus, ſed qui abſconditus eſt cordis ho-
mo in incorruptibilitate quieti ac modeſti ſpiritus, qui
eſt in conſpectu dei locuples. Sic enim aliquando &
ſanctæ mulieres ſperantes in deo ornabant ſe ſubiectæ
propriis viris. Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum *Gene.18.*
eum vocans. Cuius eſtis filię benefacientes & non per-
timentes

G timentes vllam perturbationem. Viri ſimiliter cohabi-
tantes ſecundum ſcientiã, quaſi infirmiori vaſculo mu
liebri impartientes honorem, tanquam & cohęredibus
gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes veſtræ. In
fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternita-
tis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, Non red-
dentes malum pro malo, nec maledictum pro maledi-
cto, ſed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati
eſtis, vt benedictionē hæreditate poſsideatis. Qui enim
vult vitam diligere & videre dies bonos, coërceat lin-
guam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum.
Pſal.33. Declinet autem à malo & faciat bonum, inquirat pacē,
& ſequatur eam. Quia oculi domini ſuper iuſtos, & au
res eius in preces. Vultus autem domini ſuper facientes
male. Et quis eſt qui vobis noceat ſi boni æmulatores
fueritis? Sed & ſi quid patimini propter iuſticiam, beati.
Timorem autem eorum ne timueritis, vt non contur-
bemini. Dominum autē Chriſtum ſanctificate in cor-
dibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni po
ſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt ſpe, ſed cum
modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam, vt
H in eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calum-
niantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.
Melius eſt enim benefacientes ſi velit dei volūtas pati,
1.Pet.4. quàm malefacientes. Et poſt aliquos verſus, Chriſto igi-
tur paſſo in carne, & vos eadē cogitatione armamini:
quia qui paſſus eſt in carne deſiit à peccatis, vt iam non
hominum deſideriis, ſed voluntati dei quod reliquum
eſt in carne viuat temporis. Sufficit enim præteritū tem
pus ad voluntatē gentium conſummandam, qui ambu
lauerunt in luxuriis, deſideriis, vinolentiis, comeſſatio-
nibus, potationibus, ebrietatibus & illicitis idolorū cul
Ibidem. tibus. Et poſt aliquos verſus, Eſtote itaque prudentes, &
vigilate in orationibus. Ante omnia mutuam in vobiſ-
metipſis charitatem continuam habentes, quia chari-
tas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales inui-
cem ſine murmoratione. Vnuſquiſque ſicut accepit gra
tiam in alterutrum illam miniſtrantes, ſicut boni di-
ſpēſatores multiformis gratię dei. Si quis loquitur qua-
ſi ſermones dei, Si quis miniſtrat tanquam ex virtute
quam adminiſtrat deus: vt in omnibus honorificetur
deus, per Ieſum Chriſtum dominum, cui eſt gloria &
I imperium in ſecula ſeculorum. Chariſsimi nolite per-
egrinari in feruore qui ad tentationem vobis ſit: noli-
te pauere quaſi aliquid noui vobis contingat: ſed com-
municantes Chriſti paſsionibus gaudete, vt & in reue-
latione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobra-
mini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt
honoris, gloriæ, & virtutis dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſu
per vos requieſcet. Nemo autem veſtrum patiatur qua-
ſi homicida aut fur, aut maledicus, aut alienorum appe-
titor: Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet
autem deum in iſto nomine: quoniā tempus eſt vt in-
cipiat iudicium de domo dei. Si autem primum à vo-
bis, quis finis eorū qui non credunt dei Euangelio? Et ſi
iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?
Itaque & ij qui patiuntur ſecundum voluntatem dei, fi-
deli creatori commendant animas ſuas in benefactis.
1.Pet.5. Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro conſenior &
teſtis Chriſti paſsionum, qui & eius quæ in futuro reue-
lāda eſt gloriæ communicator, Paſcite qui in vobis eſt
gregem dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſe-
cundum deum. Neque turpis lucri gratia, ſed volunta-
rie: neque vt dominantes in cleris, ſed formæ facti gre-
gis ex animo, Et cum apparuerit princeps paſtorū, per-
cipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. Similiter K
adoleſcētes, ſubditi eſtote ſenioribus. Omnes enim in-
uicem humilitatem inſinuate, quia deus ſuperbis reſi-
ſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur
ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſita-
tionis, Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in
eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote, vigi-
late: quia aduerſarius veſter diabolus tanquā leo rugiēs
circuit quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fi-
de, ſcientes eandem paſsionem ei quæ in mūdo eſt ve-
ſtræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vo
cauit nos in æternam ſuam gloriā in Chriſto Ieſu mo-
dicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit ſolidabitque.
Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

PEr quem maxima nobis & precioſa promiſſa *Ex epiſtola*
donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ con- *ſecunda e-*
ſortes naturæ, fugientes eius quæ in mūdo eſt *iuſdem.*
concupiſcentiæ corruptionem. Vos autem curam om- *2.Pet.1.*
nem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem:
in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinen-
tiam: in abſtinentia autem patientiam, in patientia au- L
tem pietatem: in pietate autem fraternitatis amorem,
in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim ſi
vobiſcum aſsint & ſuperent: nō vacuos, nec ſine fructu
vos conſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cogni-
tione. Cui enim nō præſto ſunt hæc, cæcus eſt & manu
tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum
ſuorum delictorum. Quapropter fratres magis ſatagi-
te, vt per bona opera certam veſtram vocationem &
electionem faciatis, Hæc enim facientes non peccabi-
tis aliquando. Et poſt paululum, Sicut & in vobis erunt *2.Pet.2.*
magiſtri mēdaces, qui introducent ſectas perditionis,
& eum qui emit eos deum negabunt, ſuperducentes ſi-
bi celerem perditionem. Et multi ſequentur eorum lu-
xurias, per quos via veritatis blaſphemabitur, & in aua-
ricia fictis verbis de vobis negociabuntur. Quibus iu-
dicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non
dormitat. Et alio loco, Nouit dominus pios de tenta- *Ibidem.*
tione eripere, iniquos vero in die iudicij reſeruare cru-
ciandos. Magis autem eos qui poſt carnem in concu-
piſcentia immundiciæ ambulant, dominationēmque
contemnunt: audaces, ſibi placentes: ſectas non me- M
tuunt introducere, blaſphemantes, Vbi angeli fortitu-
dine & virtute cum ſint maiores, non portant aduer-
ſus ſe execrabile iudicium. Hi vero velut irrationabilia
pecora naturaliter in captionem & perniciē in iis quæ
ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt,
percipientes mercedem iniuſticiæ. Voluptatem exiſti-
mantes diei delicias coinquinationis & maculæ, de-
liciis affluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſ-
cum, oculos habentes plenos adulterij & inceſſabilis
delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercita-
tum in auaricia habentes, maledictionis filij, derelin-
quentes rectam viam errauerunt. Et poſt paucos ver-
ſus, Superbiam enim vanitatis loquentes, pelliciunt *Ibidem.*
in deſideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugi-
unt: qui in errore conuerſantur, libertatem illis pro-
mittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo e-
nim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim re-
fugientes coinquinationes mūdi in cognitione domi-
ni noſtri ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati, ſu-
perantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.
Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſticiæ,
quàm poſt agnitionē retrorſum cōuerti ab eo quod illis
traditum

A traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim illis illud
Prouer.26. veri prouerbij, Canis reuerſus ad vomitum ſuū: & ſus
2.Pet.3. lota in volutabro luti. Et poſt aliquantum, Cū hæc om-
nia diſſoluenda ſint, quales oportet eſſe vos in ſanctis
conuerſationibus & pietatibus expectantes & properā-
tes in aduentum diei dei. Et paulo poſt, Chariſsimi, ex-
pectantes ſatagite immaculati & inuiolati inueniri in
pace, & domini noſtri, longanimitatem ſalutem arbi-
Ibidem. tramini. Et alio loco, Vos igitur fratres præſcientes cu-
ſtodite ne inſipiētium errore traducti, excidatis à pro-
pria firmitate. Creſcite vero in gratia & in cognitione
domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria &
nunc & in die æternitatis, Amen.

Ex epiſtola Iaco.ca.1. OMne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in
tentationes varias incideritis, ſcientes quòd
probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Pa-
tientia autem opus perfectum habet, vt ſitis perfecti &
integri in nullo deficientes. Si quis autem veſtrum in-
diget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluē-
ter, & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in
fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui
B maris, qui à vento mouetur & circunfertur. Non enim
æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à domino.
Vir duplex animo inconſtans in omnibus viis ſuis.
Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, di-
ues autem in humilitate ſua: quoniam ſicut flos fœni
tranſiet. Exortus eſt enim ſol cum ardore, & areſecit
fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius depe-
riit: Ita & diues in itineribus ſuis marceſcit. Beatus vir
qui ſuffert tentationem: quia cum probatus fuerit, ac-
cipiet vitam quam repromiſit deus diligentibus ſe. Et
poſt paululum. Nolite itaque errare fratres dilectiſsi-
mi. Omne datum optimum, & omne donum perfectū,
deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Et poſt pau
Iaco.1. cos verſus, Scitis fratres mei dilectiſsimi, Sit autē om-
nis homo velox ad audiendum, tardus autem ad lo-
quendum, & tardus ad iraſcendum. Ira enim iuſticiam
dei non operatur. Propter quod abiicientes omnem
immundiciam & abundantiam maliciæ, in manſuetu-
dine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare a-
nimas veſtras. Eſtote autem factores verbi, & non au-
ditores tantum, fallentes voſmetipſos: quia ſi quis au-
C ditor eſt verbi & non factor, hic comparabitur viro cō
ſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: conſidera-
uit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.
Qui autē perſpexerit in lege perfectæ libertatis & per-
manſerit, nō auditor obliuioſus factus, ſed factor ope-
ris, hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe re-
ligioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſedu-
cens cor ſuum, huius vana eſt religio. Religio munda
& immaculata apud deum & patrem hæc eſt, viſitare
pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immacu-
Iaco.2. latum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Fratres mei nolite in
perſonarum acceptione habere fidem domini noſtri
Ieſu Chriſti gloriæ. Et poſt aliquos verſus, Audite fra-
tres mei dilectiſsimi, Nōne deus elegit pauperes in hoc
mūdo, diuites in fide & hæredes regni quod repromi-
ſit deus diligētibus ſe? Vos autem exhonoraſtis paupe-
rem, Nònne diuites per potentiam opprimunt vos, &
ipſi trahunt vos ad iudicia? Nònne ipſi blaſphemant bo
num nomen, quod inuocatum eſt ſuper vos? Si tamen
Leuit.19. legem perficitis regalem ſecundum ſcripturas, Diliges
proximum tuum ſicut teipſum, benefacitis, Si autē per-
ſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege
Iaco.2. quaſi tranſgreſſores. Et poſt paucos verſus, Iudicium
enim ſine miſericordia illi qui non facit miſericordi- D
am, Superexultet autem miſericordia iudicio. Et poſt
aliquantum, Nolite plures magiſtri fieri fratres mei, *Iaco.3.*
ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis. In multis e-
nim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit,
hic perfectus eſt vir. Poteſt enim fræno circunducere
totum corpus. Et alio loco, Linguam autem nullus ho- *Ibidem.*
minum domare poteſt, Inquietum malum, plena vene-
no mortifero. In ipſa benedicimus deum & patrem, &
in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinē dei
facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledi-
ctio, Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Et poſt pau-
cos verſus, Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos, o- *Ibidem.*
ſtendat ex bona conuerſatione operam ſuam in man-
ſuetudine ſapientiæ. Quòd ſi zelum amarum habetis,
& contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloria-
ri & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt enim
iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, ani-
malis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi incō-
ſtātia & omne opus prauum. Quæ autem deſurſum eſt
ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica,
modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericor E
diæ & fructibus bonis, diiudicans ſine ſimulatione. Fru
ctus autem iuſticiæ in pace ſeminatur, facientibus pa-
cem. Vnde bella & lites in vobis? Nònne ex concupi- *Iaco.4.*
ſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? Item
poſt paucos verſus, Petitis & non accipitis, eo quòd ma
le petatis, vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis. Ad-
ulteri, neſcitis quia amicicia huius mundi inimica eſt
dei? Quicunque ergo voluerit amicus eſſe huius ſeculi, *Ibidem.*
inimicus dei cōſtituitur. Et paulo poſt, Propter quod di *Prouer.3.*
cit, Deus ſuperbis reſiſtit, humilib⁹ autem dat gratiam.
Subditi ergo eſtote deo, reſiſtite autem diabolo, & fu-
giet à vobis: Appropinquate autem deo, & appropin-
quabit vobis. Emundate manus peccatores, & purifica-
te corda duplices animo. Miſeri eſtote & lugete & plo-
rate. Riſus veſter vertetur in luctum, & gaudiū in mœ-
rorem. Humiliamini in conſpectu domini, & exalta-
bit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres. Et poſt pau
cos verſus, Vnus eſt legiſdator & iudex, qui poteſt per- *Iaco.4.*
dere & liberare. Tu autem quis es qui iudicas proxi-
mum? Ecce nunc qui dicitis, hodie aut craſtino ibimus
in ciuitatem illam, & faciemus ibi quidem annum, & F
mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid
erit in craſtinum. Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt
ad modicum parens, deinceps exterminabitur. Pro eo
vt dicatis, Si dominus voluerit, & ſi vixerimus, facie-
mus hoc aut illud. Nūc autem exultatis in ſuperbiis ve-
ſtris. Omnis exultatio talis maligna eſt. Sciēti igitur bo-
num facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Age nunc *Iaco.5.*
diuites, plorate vlulantes in miſeriis quæ aduenient vo
bis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta ve-
ſtra à tineis comeſta ſunt. Aurum & argētum veſtrum
æruginauit, & ærugo eorum in teſtimoniū vobis erit,
& manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſauriza-
ſtis in nouiſsimis diebus. Ecce merces operariorum
qui meſſuerunt regiones veſtras, qui fraudati ſunt à vo-
bis, clamant: & clamor ipſorum in aures domini Sa-
baoth introiit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis
enutriſtis corda veſtra. In die occiſionis adduxiſtis, oc-
cidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis. Patientes igitur e-
ſtote fratres vſque ad aduētum domini. Et paulo poſt,
Patientes eſtote, & vos cōfirmate corda veſtra, quoniā *Ibidem.*
aduentus domini appropinquabit. Nolite ingemiſcere
fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Et alio loco,
Ante

G Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neq; per cœlum, neque per terram, neque aliud quocunque iuramentum. *Matth.5.* Sit autem ſermo veſter, eſt eſt, non non, vt nõ ſub iudicio decidatis. Triſtatur aliquis veſtrum, oret æquo animo, & pſallat: Infirmatur quis i vobis, inducat preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine domini, Et oratio fidei ſaluabit infirmũ, & alleuabit eum dominus: & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini: Multũ enim valet deprecatio iuſti aſsidua. *Iaco.5.* Et poſt aliquos verſus, Fratres mei, ſi quis ex vobis errâuerit à veritate, & conuerterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animã eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.

Ex prima epiſtola Ioãnis, cap.1. SI diximus quoniam ſocietatem habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mẽtimur, & veritatem nõ facimus: ſi autem io luce ambulamus, ſicut & ipſe in luce eſt, ſocietatem habemus ad inuicem, & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, H ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam nõ peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis. *1.Ioan.2.* Filioli mei hæc ſcribo vobis vt non peccetis: ſed etſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ, Ieſum Chriſtum iuſtũ, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: nõ pro noſtris autẽ tantum, ſed etiam pro totius mundi. Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mãdata eius obſeruemus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius vere, in hoc charitas dei perfecta eſt. In hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus, ſi in eo maneamus. Qui dicit ſe in illo manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. *Ibidem.* Et poſt aliquos verſus, Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quoniam tenebræ I obcæcauerunt oculos eius. Et paulo poſt, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mũdo ſunt: quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperhia vitæ: quæ nõ eſt ex patre, ſed ex mundo eſt, & mundus tranſit & concupiſcentia eius. Qui autem facit volũtatem dei, manet in æternum, ſicut & deus manet in æternum. Et alio loco, *1.Ioan.2.* Omne mendacium non ex veritate eſt. Et poſt paululũ, *1.Ioan.3.* Chariſsimi nunc filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit. Et peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quoniã ille apparuit, vt peccata tolleret, & peccatũ in eo non eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, nõ videt eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos ſeducat, Qui facit iuſticiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex deo, peccatum nõ facit, quoniam ſemen ipſius in eo manet: & non poteſt peccare, quoniam ex deo natus eſt. In hoc manifeſtati ſunt filij dei, & filij diaboli. Omnis qui non eſt iuſtus, non eſt de K deo, & qui non diligit fratrem ſuum, Quoniam hęc eſt annunciatio quam audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrum. Et poſt paucos verſus, Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus. *Ibidem.* Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte in vitam, quoniam diligimus fratres: Quoniã qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrẽ ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quoniã omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manẽtem. In hoc cognouimus charitatem, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit: & nos dèbemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quo modo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo nec lingua, ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus, & in cõſpectu eius dedimus corda noſtra: quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſsimi, ſi cor non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ placita ſunt coram eo, facimus. Et L hoc eſt mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſeruat mãdata eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et in hoc ſcimus quoniam manet in nobis, de ſpiritu quem nobis dedit. Chariſsimi nolite *1.Ioan.4.* omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetę exierunt in mundum, In hoc cognoſcitur ſpiritus dei. Omnis ſpiritus qui cõfitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex deo eſt, & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex deo nõ eſt, & hic eſt antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam veniet. Nũc iam in mũdo eſt. Vos ex deo eſtis filioli, & viciſtis eos, quoniam maior eſt qui in vobis eſt, quàm qui in mundo. Ipſi de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mũdus eos audit. Nos ex deo ſumus, Qui nouit deum, audit nos: qui non eſt ex deo, non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis & ſpiritum erroris. Chariſſimi, diligamus inuicem, quoniam charitas ex deo eſt, Et omnis qui diligit, ex deo natus eſt, & cognoſcit deũ: Qui nõ diligit, non nouit deum, quoniam deus chari- M tas eſt. Et paulo poſt, Chariſsimi, ſi deus dilexit nos, & *Ibidem.* nos debemus alterutrum diligere. Deũ nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt. Itẽ paulo poſt, Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt filius dei, deus in eo manet, & ipſe in deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati quam habet deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quoniam ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet. Qui autem non timet, eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum, quoniam prior deus dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, deum quem non videt quo modo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus ab eo, qui diligit deum, diligat fratrem ſuum. Omnis *1.Ioan.5.* qui credit quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex deo natus eſt: & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos dei, cum deum diligamus, & mandata eius faciamus.

A faciamus. Hæc eſt enim charitas, vt mādata eius cuſto-
diamus, & mandata eius grauia non ſunt, Quoniā om
ne quod natum eſt ex deo, vincit mundum. Et poſt pau
1. Ioan. 5. lulum, Hæc eſt fiducia quam habemus ad deum, quia
quodcunq; petierimus ſecundū voluntatem eius, audit
nos, & ſcimus quoniam audit nos. Et poſt tres verſus,
Ibidem. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mor
tem, petat, & dabit ei vitam peccātibus non ad mortē.
Eſt peccatū ad mortem, nō pro illo dico vt roget quis.
Omnis iniquitas peccatū eſt, & eſt peccatū nō ad mor
tem. Scimus quoniā omnis qui natus eſt ex deo, nō pec
cat, ſed generatio dei cōſeruat eū, & malignus nō tan-
git eum. Et alio loco, Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris.

Ex epiſtola eiuſdem ſecunda. NOn tanquā mandatum nouū ſcribēs tibi, ſed
quod habuimus ab initio, vt diligamus alter-
utrū: Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecun
dū mandata eius. Hoc mandatū eſt, vt quēad-
modū audiſtis ab initio, in eo ambuletis. Et poſt paucos
verſus, Omnis qui recedit, & nō permanet in doctrina
Chriſti, deū nō habet: qui pmanet in doctrina, hic & fi-
liū & patrē habet. Si quis venit ad vos, & hāc doctrinā
B nō affert, nolite recipere eū i domū, nec aue ei dixeritis.
Qui enī dicit illi, aue, cōmunicat operib' ei' malignis.

Ex epiſtola eiuſdē tertia. CHariſsime fideliter facis quicquid operaris in
fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimoniū
reddiderunt charitati tuę in conſpectu Eccle
ſiæ, quos benefacies deducens digne deo, Pro
nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à gē-
tibus. Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt coo-
peratores ſimus veritatis. Et poſt paululū, Chariſsime,
noli imitari malum, ſed quod bonum eſt. Qui bene fa-
cit, ex deo eſt: qui male facit, non videt deum.

Ex epiſtola Iudæ Apoſtoli. SVbintroierunt enim quidam homines, qui o-
lim præſcripti ſunt in hoc iudicium impij, do
mini noſtri gratiam transferentes in luxuriā,
& ſolū dominatorē & dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtū negantes. Et paulo poſt, Hi ſunt in epulis
ſuis maculæ conuiuātes, ſine timore ſemetipſos paſcē-
tes. Et alio loco, Hi ſunt murmurātes, querulosi, ſecūdū
deſideria ſua ambulantes: & os eorū loquitur blaſphe-
miam, mirātes perſonas quæſtus cauſa. Vos autem cha-
riſsimi, memores eſtote verborū quæ prædicta ſunt ab
C Apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti, qui dicebant vo-
bis, quoniam in nouiſsimo tēpore venient illuſores, ſe-
cundum deſideria ſua ambulātes in impietate. Hi ſunt
qui ſegregant ſemetipſos animales, ſpiritum nō haben-
tes. Vos autem chariſsimi, ſuperædificātes voſmetipſos
ſanctiſsimę noſtræ fidei, in ſpiritu ſancto orantes, ipſos
vos in dilectione dei ſeruate, expectantes miſericordiā
domini noſtri Ieſu Chriſti in vitā æternā. Et hos qui-
dem arguite iudicatos, illos vero ſaluate de igne rapiē-
tes. Aliis autem miſeremini in timore, odientes & eam
quæ carnalis eſt maculatam tunicam.

Ex libro cuius nomē eſt Apocalypſis Ioānis. SI homines imò quia homines intelliguntur
moneri cū angeli monentur, in omnibus eiſ-
dem præceptis dicimus falſos fratres per pa-
tientiā ſuſtinendos propter nomē dei, & per
pœnitentiam ad prima opera bona redeundum, & vſq;
ad mortem perſecutiones pro fide tolerādas, & in cha-
cap. 21. ritate ſeruiēdum. Circa autem finem libri, cum de ſan-
cta ciuitate loqueretur, Non intrabit, inquit, in eam ali-

quid coinquinatum, & faciens abominationem & mē- D
dacium. Et alibi, Beati qui lauāt ſtolas ſuas in ſanguine *cap. 22.*
agni, vt ſit poteſtas eorū in ligno vitæ, & portis intrent
ciuitatē. Foris canes & venefici & impudici & homici-
dæ & idolis ſeruientes: & omnis qui amat & facit men
dacium. Ego Ieſus miſi angelum meū teſtificari vobis.

QVAESTIVNCVLAE DE TRINITATE, DECERPTAE EX LIBRIS DE TRINITATE.

Interrogatio.

QVO MODO deus vere ſit vni-
tas & vere trinitas. Reſponſio,
Vnitas in ſubſtantia, trinitas in
perſonis. Interrogatio, Quid ſit
proprium vniuſcuiuſque perſo-
næ in ſancta trinitate. Reſpon-
ſio, Propriū eſt patris quòd ſo-
lus eſt pater, & quod ab alio nō E
eſt niſi à ſe. Propriū eſt filij, quòd à patre genitus eſt ſo-
lus à ſolo, coæternus & conſubſtantialis genitori. Pro-
priū eſt ſpirit' ſancti ꝙ nec ingenitus nec genit' eſt, ſed
à patre & filio æqualiter procedēs. Interrogatio, Quare
ſpiritus ſanctus nō debet ingenit' vel genitus dici? Reſ
ponſio, Quia ſi ingenitus diceretur ſicut pater, duo pa-
tres: ſi genitus, duo filij æſtimari poſſent in ſancta trini-
tate. Interrogatio, Vtrum ſolus pater, aut ſolus filius, aut
ſolus ſpiritus ſanctus per ſe plenus deus & perfectus di-
ci debeat. Reſpōſio, Vtique pater per ſe eſt plenus deus,
ſimiliter & filius plenus deus, & ſpiritus ſanctus plenus
deus creditur. Interrogatio, Si vnaquęq; perſona per ſe
plenus deus dici poteſt, quare non tres deos dicimus pa
trem & filium & ſpiritū ſanctum? Reſponſio, Quia vna
ſubſtantia eſt pater & filius & ſpiritus ſanct', & nō tres
ſubſtantiæ. Proinde vnitas ſubſtātiæ tres deos prohibet
dicere vel credere. Interrogatio, Dum tres perſonas di-
cimus, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quare nō
tres deos, nec tres omnipotētes, nec tres bonos, nec tres
magnos dicere fas eſt? Reſponſio, Quia deus & omni-
potēs & magnus & bonus & æternus ſubſtantialia no- F
mina ſunt, & ad ſe dicuntur: ideo non licet ea plurali
numero dicere, ſed ſingulari: & omne nomē quod ſub-
ſtantiam dei vel eſſentiam ſignificat, ſemper ſingulari
numero proferendum eſt. Pater autem & filius & ſpi-
ritus ſanctus relatiua ſunt nomina, & ideo tres perſonę
recte dicūtur. Interrogatio, Quo modo relatiua? Reſpō
ſio, Secundum dialecticam, relatiua nomina ſunt, quæ
ad aliud aliquid referuntur, ſicut dominus ad ſeruum,
& ſeruus ad dominum: pater ad filium, filius ad patrē.
Prorſus cum dico patrem, filium ſignifico, quia nō eſt
pater, niſi filius ſit cui ſit pater: Item non eſt filius, niſi
pater ſit cui ſit filius. Interrogatio, Vtrū ſpiritus ſanctus
relatiue vel ſubſtantialiter dicatur. Reſponſio, Vtiq; re-
latiue, quia ſpiritus alicuius ſpiritus eſt: ſed non ſicut in
patre & filio relationis regula tenetur in eo. Interroga-
tio, Quare æqualem non habet relationis regulam ſpi-
ritus ſanctus, ſicut pater & filius? Reſponſio, Quia cir-
cunferri poteſt patris & filij nomen adinuicē: vt ſi di-
camus pater filij pater, & filius patris filius: non ita du-
plicē relationis circumuerſionē in nomine ſancti ſpiri-
tus inueniri poteſt. Interrogatio, Qua neceſsitate acci-

G dit, vt

G dit, vt ita nõ circũferri poſsit ſpiritus ſancti relatio? Re-
ſponſio, Quia recte dicere poſſumus ſpiritum ſanctũ pa-
tris & filij ſpiritũ, ſed conuerſo ordine nõ poſſumus di-
cere, patrẽ ſpiritus ſancti: ſicut dicimus patrẽ filij, ne duo
filij in ſancta trinitate æſtimarentur. Item nõ poſſumus
dicere, filiũ ſpiritus ſancti, ſicut dicimus filium patris, ne
duo patres in ſancta trinitate intelligãtur, Dicimus ita-
que ſpiritũ ſanctũ patris & filij, ſine reciprocatione cõ-
uerſionis nominum relatiuorũ. Interrogatio, Vtrũ inſe-
parabilia ſint opera ſanctæ trinitatis. Reſponſio, Vtique
quicquid operatur trinitas ſancta, inſeparabiliter hæc
eadẽ operatur, quia vna eſt trinitatis operatio, ſicut vna
eſt ſubſtantia, eſſentia, & voluntas. Interrogatio, Vtrum
ſancta trinitas in perſonis ſeparabilis ſiue inſeparabilis
dicenda eſt, dum alius eſt pater, alius filius, alius ſpiritus
ſanctus. Reſpõſio, Vere alius eſt quàm pater fili⁹ in per-
ſona, ſicut filius alius eſt in perſona quàm pater, & ſpiri-
tus ſanctus alius eſt in perſona q̃ pater & filius: nõ tamẽ
aliud ille vel ille in natura, vel in deitate, aut in eſſentia.
Nec enim patrem potes dicere, niſi filium intelligas: nec
ſpiritum ſanctũ, niſi intelligas cuius ſpiritus ſit. Quocir-
ca omnimodo inſeparabilis eſt ſancta trinitas, ſicut in
H operibus, ſic etiã in perſonis dicẽda. Interrogatio. Si ad
Pſal. 71. ſolam patris perſonã pertineat quod dicitur, Qui facit
1. Timo. 6. mirabilia magna ſolus. Et Apoſtolus, Qui ſolus habet
immortalitatẽ. Reſponſio, Nullatenus ad ſolam patris
perſonã pertinet, dũ dicitur ſolus deus, ſiue in nouo ſiue
in veteri teſtamento, & q deus ſolus ſiue hoc ſiue illud
habeat vel faciat: ſed ad totã trinitatẽ ſanctã, quæ eſt v-
nus deus omnipotens, omnia faciens quæ in cœlo & in
terra. Interrogatio, Quo modo beatus Ioannes Euange-
Ioan. 1. liſta dicit, Deum nemo vidit vnquã. Et ipſe dominus in
Matth. 5. alio loco, Beati mũdo corde, quoniã ipſi deũ videbunt.
1. Timo. 1. Et Apoſtolus inuiſibilẽ deum dicit. Reſpõſio, Videri e-
nim poteſt deus, id eſt intelligi ſecũdum ſuæ donũ gra-
tiæ, ſiue ab angelis, ſiue ab animabus ſanctorũ. Plenam
vero diuinitatis naturam, nec angelus quilibet, nec ſan-
ctorũ aliquis perfecte intelligere poterit, Ideo incõpre-
henſibilis dicitur deus. Interrogatio, Quòd ſanctis ſum-
mum promittitur præmium æterna dei viſio, an æqua-
liter videbunt vel intelligent? Reſponſio, Nullatenus æ-
qualiter omnes vel angeli vel animæ ſanctorum deum,
vel nunc vident, vel poſt reſurrectionem videbunt: ſed
ſecundũ donatoris diſpenſationẽ & meritorum quali-
I tatem. Vnuſquiſque tamen ſufficientem in eius viſione
ſuis meritis habebit beatitudinẽ, nec plus quæret quàm
habebit, nec ſe minus habere quàm volet dolebit. Inter-
rogatio, An aliquid diſtet in deo, eſſe, viuere, intellige-
re, poſſe. Reſpõſio, Nullaten⁹ aliud eſt in deo, eſſe, aliud
viuere, vel intelligere, vel aliud poſſe: quia deus eoipſo
quo eſt, viuit: & eo quo viuit, intelligit: & eo quo intel-
ligit, poteſt: & eo quo poteſt, eſt: quia ſimplex deitatis na
tura vnũ habet eſſe, viuere, intelligere, & omnia poteſt.
Sed non ita eſt in nobis, dum aliud eſt in natura noſtra
viuere, aliud intelligere, aliud poſſe In deo vero hęc om
nia vnum atq; idem ſunt. Interrogatio, Vtrum de filio
ſicut dicitur, Lumen de lumine, deus de deo, poteſt dici
omnipotens de omnipotente, bonus de bono, magnus
de magno, & cætera talia? Reſponſio, Regulariter vtiq;
tenere debemus, quòd omnia naturæ nomina æquali-
ter de filio dici poſſunt ſicut de patre: id eſt ſicut dicitur
deus de deo, lumen de lumine: ita dicendum eſt, omni-
potens de omnipotẽte, bonus de bono, magnus de ma-
gno, ſed nõ ita in relatiuis. Interrogatio, Sed quo modo
in relatiuis nominibus dicendum eſt? Reſponſio, Non
poſſumus dicere verbum de verbo, quia relatiuum no- K
men eſt verbum, quod ſolus eſt filius, ſicut dicimus deũ
de deo, quod nõ eſt ſolus filius: nec imaginem de ima-
gine, quia ſolus eſt filius imago, ſicut dicimus lumẽ de
lumine, quod nõ eſt ſolus filius, quia ſubſtãtiale nomen
eſt lumen. Interrogatio, Nunquid aliud lumẽ eſt pater,
& aliud filius? Reſponſio, Nequaquam aliud, ſed vnum
lumen eſt pater & filius, ſicut vna ſubſtantia: Ideo recte
dicitur lumen de lumine, ſicut deus de deo, Sicut enim
vnus eſt deus pater & filius, ita vnũ lumẽ. Interrogatio,
Legimus Apoſtolo dicẽte, Chriſtum dei eſſe virtutẽ & 1. Corin. 1.
dei ſapientiam: Nunquid pater non habet in ſe ſapien-
tiam, vel virtutem, niſi in filio, quem Apoſtolus ſapien-
tiam dei & virtutem nominauit? Reſpõſio, Plurimi ita
Arrianam deſtruunt impietatẽ, dicẽtes impiũ eſſe cre-
dere vnquam deum patrem eſſe ſine ſua ſapiẽtia, aut ſi-
ne ſua virtute. Sed melius eſt intelligere patrem eſſe ſa-
pientiam & virtutem, imò & ſpiritũ ſanctum ſapientiã
& virtutem: non tamen tres virtutes, nec tres ſapiẽtias:
quia ſapientia ſubſtantiale nomen eſt, ſicut virtus, Nec
aliud eſt in deo eſſe, aliud ſapere, aliud poſſe: ſed vnum
eſt deo eſſe, ſapere, poſſe. Interrogatio, Vtrum ad ſolam
ſancti ſpiritus perſonam pertineat charitas, dum Apo- L
ſtolus dicit, Deus charitas eſt, qui dilectio patris & filij
eſſe legitur. Reſpõſio, Nullaten⁹ ita ſpiritus ſanctus cha
ritas intelligitur, quaſi nõ ſit pater & filius charitas. Si- 1. Ioan. 4.
cut ſpiritus ſanctus eſt charitas, ita & pater eſt charitas,
eſt filius eſt charitas: non tamen tres charitates, ſed vna
charitas. Sed quia ſpiritus ſanctus donũ dei proprie di-
citur, & nullum dei donum charitate maius eſt, immo
ſine eo nullum donum ad perpetuam hominem dedu-
cere poterit beatitudinẽ, proinde ſpiritus ſanctus pro-
prie dicitur charitas. Interrogatio, Nũquid impij dona
dei habent? Reſponſio, Habẽt vtiq; per eum, qui illumi-
nat omnem hominem venientem in hunc mundũ: In Ioan. 1.
eo enim ſumus, mouemur, & viuimus. Bona ſunt enim
dona dei eis qui bene vtuntur illis. Ideo charitas ſingu- Acto. 17.
lare eſt in ſanctis donum, in qua filij dei diſcernũtur à
filiis impietatis. Interrogatio, Quare ſi deus totus vbiq;
eſt, in cœlo dicitur magis habitare quàm in terra? Reſ-
ponſio, Quia maior eſt cognitio in ſanctis angelis ani-
mabusq; ſanctorum diuinitatis, cum ſint apud deũ in
cœlis, quàm in terris: Sicut enim in hoc mortali corpo-
re quidam magis intelligunt diuinam ſubſtãtiam, qui-
dã minus: ita & in cœlo magis dicitur deus eſſe quàm
in terra, quia plenius eiuſdem ſubſtantia intelligitur ab
inhabitatoribus cœli quàm terræ incolis. Interrogatio, M
Si vna ſubſtãtia eſt pater & filius & ſpirit⁹ ſanctus, qua-
re ſolus filius incarnatus dicitur? Reſpõſio, Quia alia eſt
perſona filij, alia patris, alia ſpiritus ſancti. Et ſola quidẽ
perſona filij incarnata eſt, operante tamẽ eandẽ incar-
nationem tota ſancta trinitate, cuius opera ſunt inſepa-
rabilia. Interrogatio, Dum in ſymbolo catholico cãta-
ri ſolet dei filium de ſpiritu ſancto & Maria virgine in-
carnatum: quare nõ dicitur filius ſpiritus ſancti, ſicut di
citur beatæ virginis? Reſponſio, Non vtique ſic de illo
ſicut de illa natus eſt filius dei. De illa ſiquidem, id eſt,
ſancta virgine natus eſt filius dei ſicut de matre, non de
illo, id eſt, ſpiritu ſancto ſicut de patre, ne duo patres di
cerentur in ſancta trinitate. Interrogatio, Si vna natu-
ra eſt patris & filij, & filius incarnatus plenus eſt deus
& perfectus, quo modo non pater incarnatus eſt? Reſ-
ponſio, Filius plenus eſt deus & perfectus qui ſolus in-
carnatus eſt, & homo factus eſt. Nam ignis vna ſubſtan
tia eſt, ſed aliud in igne facit calor, aliud lux, Lux illu-
minat,

A minat,calor caleficat, vna tamen ignis oatura vtrũque
facit & calorẽ & lucem.Interrogatio, Vtrum diuinitas
cum carne cõcepta & nata & paſſa eſt,& cętera quæ hu
manitatis propria eſſe ooſcuntur?Reſponſio, Vtrūq; diui
nitas ſuæ carnis conceptione concepta eſt,& natiuitate
nata,ſenſitq; participatione humani affectus mortẽ quã
ſponte ſuſceperat,nõ naturæ ſuæ potentiã perdens per
quã cuncta viuificat. Et ipſe author qui ſpõte oatus eſt,
ſpõte paſſus eſt.Et idẽ opus,quia vtrunq; vous : licet nõ
alio cogente,ſolus tamẽ ipſe perpetitur, ſalua diuinita-
tis impaſsibilitate.Interrogatio,Ex qua natura dicit,Po
teſtatem habeo ponendi animã meam? Reſpõſio, Om-
niũ quæ in Chriſto ſunt operũ authoritas,ex diuinitate
Ioan.10. eſt:tamen carni coouenit dicere, Poteſtatem habeo po
nendi animã meã,non diuinitati. Diuinitas enim non
dimiſit animã poſtquã aſſumpſit eã in vtero virginis,
caro dimiſit dũ emiſit ſpiritũ in cruce Chriſtus.Interro
gatio,Quo modo cõuenit quod in Geneſi legitur, Re-
Gene.2. quieuit deus die ſeptimo ab omnibus operib' ſuis:& in
Ioan.5. Euangelio,Pater meus vſq; modo operatur,& ego ope
ror?Reſpõſio, Requieuit à nouarũ cõditione creatura-
rũ,nõ à conditarũ gubernatione.Et ideo deus tũc crea-
B tor in ſex dierũ creatione putãdus eſt, nũc vero guber-
nator in totius mũdi naturis.Interrogatio, Quot crea-
turas rationales cõdidit deus?Reſpõſio,Duas, angelicã
& humanã,& cœlum angelis, & terram homioibus ha
bitationẽ.Interrogatio , Quare angeli cũ peccatũ ſilen-
tio in Geneſi abſcõditũ eſt, & hominis patefactum eſt?
Reſponſio,Quia angelicum vulnus deus nõ prædeſti-
nauit curare,hominis vero ſanare prædeſtinauit.Inter-
rogatio,Cur ſummi angeli peccatum inſanabile fuit,&
hominis ſanabile?Reſponſio, Quia angelus ſui ſceleris
inuentor fuit,homo vero alterius fraude ſeductus.Item
quanto ſublimior angelus in gloria, tãto maior in rui-
na.Homo vero quanto fragilior in natura, tanto faci-
lior ad veniam.Interrogatio, Cur homo ſuæ poteſtatis
creatus author eſt? Reſponſio,Vt ipſe ſibi author eſſet
ad vitam,ſiue ad mortẽ.Si vero neceſsitati eſſet ſubie-
ctus,tunc nec boni operis haberet gloriã,nec mali pœ-
nam,ſed eſſet quaſi vnus ex pecoribus.

INTERROGATIO DE BENEDICTIONIBVS

C filiorum Iacob.Studioſus aliquis deſumpſit
hoc ex libro quæſtionũ Hieronymi io Ge-
neſim , omiſsis aut immutatis aliquot ver-
bis, quo modo ſolet Beda.

Gene.49. QVID intelligendum eſt de be-
nedictionibus, quibus Iacob Pa
triarcha benedixit filios ſuos:an
hiſtorice, vel allegorice intelli-
gendæ ſint,dũ dicit,Congrega-
mini filij Iacob, vt aonunciẽ vo
bis quæ vẽtura ſunt in oouiſsi-
mis diebus : & ſi videtur ex his
verbis magis allegoriã ſonare quàm hiſtoriam?Reſpõ-
ſio,Vtrunq; vero, & hiſtoriã & allegoriam.Hiſtoriã de
diuiſione terræ promiſsionis,quæ diuiſiones diuidẽdæ
erant nepotibus eorũ.Et allegoriã de Chriſto & de Ec
cleſia in nouiſsimis tẽporibus futura.Sed prius hiſtorię
fundamenta poneoda ſunt, vt aptius allegoriæ culmen
priori ſtructuræ ſuperponatur.Rubẽ primogenit' me',
tu fortitudo mea,principiũ doloris mei:prior in donis,

maior imperio, Effuſus es ſicut aqua,non creſcas : quia D
aſcẽdiſti cubile patris tui,& maculaſti ſtratum eius. Eſt
autem ſenſus hic, Tu es primogenitus meus, maior in
liberis,& debebas,iuxta ordinẽ natiuitatis tuæ,hæredi-
tatem quæ primogenitis iure debebatur,ſacerdotiũ ac-
cipere & regnum.Hoc quippe in portando honore &
præualido robore demõſtratur : Verum quia peccaſti,
& quaſi aqua quolibet vaſculo non tenetur, voluptatis
effuſus es impetu:idcirco præcipio tibi vt vltra nõ pec-
ces,ſisq; in fratrum numero,pœnas peccati luens,ꝙ pri
mogeniti ordinem perdidiſti.Principium autem dolo
ris eſt omnis primogenitus, quia pro eo commouẽtur
viſcera parentum.Simeõ & Leui fratres vaſa ioiquita-
tis bellantia:in conſilium eorũ non veniat anima mea,
& in cœtu illorum nõ ſit gloria mea:quia in furore ſuo
occiderunt virum,& in voluntate ſua ſuffoderunt mu-
rum.Maledictus furor eorũ,quia pertinax: & indigna-
tio eorũ,quia dura.Diuidã eos in Iacob, & diſpergã il- *Gene.33.*
los in Iſraël.Significat autẽ non ſui coosilij fuiſſe, ꝙ Si-
chem & Emor interfecerunt fœderatos, & cõtra fas in
pacis & amiciciarũ tẽpore ſanguinẽ fuderunt innocẽ-
tẽ, & quaſi quodã furore ſic crudelitate raptati muros
hoſpitæ vrbis euerterunt.Vnde dicit,Maledictus furor E
eorum,quia pertinax: & relinquã & diſpergam illos in
Iſraël.Leui enim hæreditatẽ propriã oõ accepit, ſed in
omnibus ſceptris paucas vrbes ad inhabitandũ habuit.
De Simeon vero in libro Ieſu ſcriptum eſt,quòd & ipſe
propriũ funiculũ nõ acceperit, ſed de tribu Iuda quid-
dam acceperit.Iuda te laudabunt fratres tui,manus tuę
in ceruicibus inimicorũ tuorum , adorabunt te filij pa-
tris tui.Catulus leonis Iuda,ad prædã fili mi aſcendiſti,
requieſcens accubuiſti vt leo,& quaſi leæna. Quis ſuſci
tabit eũ?Quia Iudas cõfeſsio ſiue laus interpretatur, re-
cte ſcribitur de Iuda,Confitebuntur tibi fratres,vel lau-
dabunt te. Et licet de Chriſto grãde myſterium ſit, ſed
tamen ſecundum literã ſignificat ꝙ per Dauid ſtirpem
generarentur reges, & quòd adorarent eum omnes tri
bus.Non enim ait filij matris tuæ, ſed filij patris tui . Et
quod ſequitur,Ad prædã fili mi aſcendiſti, oſtendit eũ
captiuos populos eſſe ducturum, & iuxta intelligẽtiam
ſacratiorem aſcẽdiſſe in altum,& captiuam duxiſſe ca- *Pſal.67.*
ptiuitatem.Siue quod melius puto,captiuitas paſsionẽ,
aſcenſus reſurrectionẽ ſignificat. Alligans ad vineã pul
lum ſuũ,& ad vitem aſioam ſuam. Quòd videlicet pul- F
lum aſinæ,cui ſuperſedit Ieſus,hoc eſt gentilium popu
lum,vineæ Apoſtolorum,qui ex Iudæis ſunt, copulaue-
rit:& ad vitẽ,ſiue,vt in Hebræo habetur, Soreth, id eſt
electam vitem alligauerit aſinam cui ſuperſedit Eccle-
ſia ex nationibus cõgregata.Quòd autem dicit,Fili mi,
conuerſionẽ ad Chriſtum de ipſo Iuda facit, eo quòd
Chriſtus ſit vniuerſa facturus.Quòd autem dicitur,Nõ
auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius,
donec veniat ille qui mittendus eſt,& ipſe erit expecta-
tio gentium : ſignificat quòd non deficerent principes
de tribu Iuda vſque ad tempus quo natus eſt Chriſtus,
qui miſſus à patre expectatio eſt gentiũ.Zabulon io lit-
tore maris habitabit, & in ſtatiooe nauium, pertingens
vſque ad Sidonem.Iſachar aſious fortis accubans inter
terminos,vidit requiem quòd eſſet bona,& terrã quòd
optima:& ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum,fa
ctusq; eſt tributis ſeruiẽs. Quia ſupra Zabulon dixerat,
quòd maris magni littora eſſet poſſeſſurus , Sidooiam
quoq; & reliquas Phœnices vrbes contingeret, nũc ad
mediterraneam prouinciam redit,& Iſachar, qui iuxta
Neptalim pulcherrimã in Galilæa regionem poſſeſſu-

G rus eſt,benedictione ſua habitationem facit.Aſinũ autẽ
oſſeum vel fortem vocat,& humerum dicit ſuppoſuiſſe
ad portandum: quia in labore terræ & vehentis ad ma
re,quę in finibus ſuis naſcebantur,plurimum laboraret,
regibus quoq; tributa cõportãs. Aiunt Hebræi per me-
taphoram ſignificari,quòd ſcripturas ſanctas de die ac
nocte meditãs,ſtudium ſuum dederit ad laborandũ: &
idcirco ei omnes ſeruiũt quaſi magiſtro dona portãtes.
Dan iudicabit populũ ſuũ, ſicut & alia tribus in Iſraël:
Fiat Dan coluber in via,ceraſtes in ſemita mordẽs vn-
gulas equi,vt cadat aſcẽſor eius retro:ſalutare tuum ex-
pectabo domine. Sãpſon iudex Iſraël de tribu Dã fuit.
Hoc ergo dicit, nunc videns in ſpiritu comam nutrire
Sampſonẽ Nazaręum cæſiſq; hoſtibus triũphare,quod
in ſimilitudinẽ colubri reguliq; obſidẽs vias nullũ per
terram Iſraël tranſire permittat,Sed etiam ſi quis teme-
rarius,virtute ſua quaſi velocitate equi cõfiſus,eam vo-
luerit prędonis more populare,nõ effugere valebit.To
tum autẽ per metaphoram ſerpẽtis & equitis loquitur.
Vidẽs ergo tam fortem Nazaræum, quòd ipſe propter
meretricem mortuus eſt,& moriẽs noſtros occidit ini-
micos,putaui ô deus ipſum eſſe Chriſtum filiũ tuum:ve
H rum quia mortuus eſt & non reſurrexit, & rurſum du-
ctus eſt Iſraël in captiuitatẽ,alius mihi ſaluator mundi,
& mei generis præſtolãdus eſt, vt veniat cui repoſitum
eſt vt ipſe eſſet expectatio gentiũ.Gad accinctus prælia-
bitur ante eũ,& ipſe accingetur retrorſum . Significat,
ꝙ Gad Rubẽ & dimidia tribus Manaſſe ad filios quos
trãs Iordanẽ in poſſeſſionem dimiſerat, poſt quatuor-
decim annos reuertens, præliũ aduerſum eos gentium
vicinarũ grande repererit, & victis hoſtibus fortiter di
micauerit.Lege Ieſum Naue & Paralipomenõ . Nepta-
lim,ceruus emiſſus dãs eloquia pulchritudinis,ſiue Ne-
ptalim ager irriguus.Vtrunq; ſignificat Hebræũ verbũ,
aiala.Significat autẽ,quòd aquæ calidę in ipſa naſcãtur
tribu,ſiue ꝙ ſuper lacum Geneſar fluẽto Iordanis eſſet
irriguus.Hebræi autem volunt propter Tyberiadẽ,quę
legis videbatur habere noticiã , agrũ irriguum eloquia
pulchritudinis prophetari.Ceruus autem emiſſus tẽpo-
raneas fruges & velocitatẽ terræ vberioris oſtẽdit. Sed
melius ſi ad doctrinã ſaluatoris cũcta referamus, quod
ibi vel maxime docuerit ſaluator, vt in euãgelio quoq;
ſcriptum eſt.Filius meus Ioſeph accreſcens, filius meus
accreſcẽs & decorus aſpectu, filiæ decurrerũt ſuper mu
I rum:ſed exaſperauerunt eũ,& iurgati ſunt, inuiderũtq;
illi habentes iacula.Sedit in forti arcus eius, & diſſolu-
ta ſunt vincula brachiorum & manuũ eius per manum
potẽtis Iacob.Inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël . O fi-
li Ioſeph qui tam pulcher es,vt te tota de muris & tur-
ribus ac feneſtris puellarũ Aegypti turba proſpectet,in-
uiderunt tibi,& ad iracundiã te prouocauerunt fratres
tui,habẽtes liuoris ſagittas & zeli iaculis vulnerati. Ve-
rum arcum tuum & arma pugnãdi poſuiſti in deo, qui
fortis eſt pugnator: & vincula tua quibus te fratres liga
uerunt,ab ipſo ſoluta ſunt & dirupta, vt ex tuo ſemine
tribus naſcatur Ephraim fortis & ſtabilis,& inſtar lapi-
dis durioris inuicta,imperãs quoq; decẽ tribub⁹ Iſraël.
Beniamin lupus rapax,mane comedet prædã & veſpe-
re diuidet ſpolia . Quia de Apoſtolo Paulo quæ dicta
ſunt manifeſtiſſima ſit prophetia,omnibus patet, quòd
in adoleſcentia perſecutus ſit Eccleſiã,in ſenectute prę-
dicator Euangelij fuerit.Hebræi autem ita dixerũt , Al-
tare in quo immolabantur hoſtiæ, & victimarum ſan-
guis ad baſim illius fundebatur , in parte tribus Benia-
min fuit,Hoc,inquiunt,ſignificat,quòd ſacerdotes im-
molant mane hoſtias,ad veſperum diuidunt ea quæ ſi- K
bi ex lege collatæ ſunt,lupũ ſanguinarium,lupum vora-
cem ſuper altaris interpretatione ponentes,& ſpoliorũ
diuiſorem ſuper ſacerdotibus, qui ſeruiẽtes altari viuũt
de altari.Hęc autem hiſtorice.Spiritaliter autem in Ru
ben prioris populi Iudæorum oſtendit eſſe perſonã,cui
à domino dicitur, Iſraël primogenitus meus . Etenim *Exod.4.*
iuxta quod primogenito debebatur, ipſi⁹ erat accipere
ſacerdotiũ & regnũ.Additur,tu virt⁹ mea : Vtiq; quòd
ex ipſo populo fundamentum fidei, ex ipſo virtus dei,
quæ eſt Chriſtus,aduenit.Quo modo autẽ ipſe ſit prin-
cipiũ dolorũ, niſi dũ patri deo ſemper irrogauerit iniu
riam:dum cõuertit ad eum dorſum & non faciem. Iſte
prior in donis, quia primum ipſis credita ſunt eloquia
dei & legiſlatio & teſtamentum ſiue promiſſio. Iſte ma
ior imperio,Vtiq; pro magnitudine viriũ, quia copio-
ſius cæteris in hoc ſeculo propter idem negauit.Effuſus
eſt autem ſicut aqua,peccando in Chriſto,quę vaſculo
nõ tenetur voluptatis,effuſus eſt impetu, & idcirco ad-
didit,vltra non creſcas.Quapropter ipſe poſtq̃ in vni-
uerſo orbe diſperſus eſt, valde imminutus eſt.Sed qua-
re talia meruit,ita ſubiecit: quia aſcendiſti cubile patris
tui.Primogenitę autẽ plebis audaciam prędicat,Quę aſ L
cẽdit cubile patris ſui,& maculauit ſtratũ eius, quando
corp⁹ dominicũ,in quo plenitudo diuinitatis requieſce
bat,raptũ ĩ cruce ſuſpẽdit,& ferro cõmaculauit.Simeõ
& Leui fratres,vaſa ĩiquitatis bellãtia.Per Simeõ & Le-
ui Scribæ & Phariſæi & ſacerdotes Iudaici populi intel
ligũtur.De Simeone enim ſcribæ erant Iudæorũ , & de
tribu Leui principes ſacerdotũ,qui conſilium fecerunt
vt Ieſum dolo tenerẽt & occiderent.De quo cõſilio di- *Matth.26.*
cit,In cõſiliũ eorũ ne veniat anima mea.Horrebat enim
tãta ſcelera , quæ nouiſsimis tẽporibus facturi erant Iu-
dæi,Quia in furore ſuo occiderũt virũ, id eſt Chriſtũ,
de quo dicitur:Ecce vir oriens nomẽ eius.Et alibi, Fœ- *Zacha.6.*
mina circundabit virũ.Suffoderunt murũ,id eſt illũ ſpi *Hiere.31.*
ritalẽ fortiſſimũ murũ,qui cuſtodit Iſraël,lancea cõfo-
derunt.Maledictus furor eorũ,quia pertinax:vtiq; quã-
do furore accenſi & ira,obtulerunt Chriſtũ Pontio Pi-
lato,dicentes,Crucifige crucifige . Et indignatio eorũ, *Ioan.19.*
quia dura: dum Barrabã latronem peterent , & princi-
pem vitæ crucifigẽdum poſtularẽt. Diuidam eos in Ia-
cob,& diſpergã illos in Iſraël:Quia nõnulli ex ipſis cre
diderunt,quidam in infidelitate permãſerunt . Dicun-
tur enim diuiſi ij qui ab eis ſeparantur,& veniunt ad fi- M
dem, Diſperſi autem , quorum patria temploq; ſubuer-
ſo per orbem terræ incredulorum genus ſpargitur . Iu-
da te laudabunt fratres tui.Per hunc Iudam verus con-
feſſor exprimitur Chriſtus, qui ex eius tribu ſecundum
carnem eſt genitus.Ipſum laudabũt fratres ſui:Apoſto-
li ſcilicet,& omnes cohæredes eius , qui per adoptionẽ
patris filij dei effecti ſunt , & Chriſti fratres per gratiã,
quorum ipſe eſt dominus per naturã.Man⁹ tuæ in cer-
uicibus inimicorũ tuorum . Eiſdẽ enim manibus atque
eodem crucis trophæo & ſuos texit, & inimicos & ad-
uerſarias poteſtates curuauit . Iuxta quod & pater pro-
mittit ei dicẽs : Sede ad dexteram meã , donec ponam *Pſal.109.*
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Adorabũt te
filij patris tui : Quando multi ex filiis Iacob adorant *Roma.11.*
eum, per electionem gratiæ ſalui facti . Catulus leonis
Iuda,Quando naſcendo factus eſt paruulus,ſicut ſcrip-
tum eſt,Paruulus natus eſt nobis. Ad prædam fili mi a- *Eſaie 9.*
ſcendiſti : id eſt aſcendens in crucem , captiuos popu-
los redemiſti : & quos ille contrarius inuaſerat, tu mo-
riens eripuiſti.Denique rediens ab inferis, aſcendiſti in
altum,

A altum,captiuam duxiſti captiuitatẽ. Requieſcens accu-
Pſal.76. buiſti vt leo:Manifeſsime Chriſtꝰ in paſsione accubuit,
Ioan.19. quando inclinato capite tradidit ſpiritũ: & quando in
ſepulchro poſitus fuit, velut quodam corporis ſomno
quieuit.Sed quare vt leo, & velut catulꝰ leonis:In ſom-
no enĩ ſuo leo fuit,quando nõ neceſsitate,ſed poteſtate
Ioan.10. hocipſum compleuit,ſicut ipſe dicit, Nemo tollit à me
animam meã,ſed egopono eã.Quod vero addit,& vt
catulus leonis:inde enim mortuus vnde natus. Bene er
go Chriſtus vt leo requieuit,qui non ſolũ mortis acer-
bitatem non timuit, ſed & in ipſa morte mortis impe-
rium vicit.Quod autẽ dicit,Quis ſuſcitabit eum?Quia
Ioan.2. nullus niſi ipſe,iuxta quod dicit, Soluite templũ hoc,&
in triduo ſuſcitabo illud . Non deficiet dux de Iuda,&
reliqua.Hoc manifeſtiſsime ad Iudã refertur.Diu enim
fuit ex ſemine illius intemerata apud Iudæos ſucceſsio
regni,donec Chriſtus naſceretur,ſicut ſupra diximꝰ.Al
ligãs ad vineam pullum ſuũ. Pullus ſuus populus eſt ex
gẽtibus,cui adhuc nunquã fuerat legis onus impoſitũ.
Hunc copulauit ad vineã, ad Apoſtolos ſcilicet qui ex
Eſaia 5. Iudæis ſunt.Nã vinea domini Sabaoth domꝰ Iſraël eſt.
Ioan.15. Et ad vitem aſinam ſuã: ipſe dicit, Ego ſum vitis vera.
B Ad hãc ergo vitẽ alligat aſinã ſuam,ſynagogam tardi-
gradã ſcilicet,& graui legis põdere depreſſam.Lauit in
vino ſtolam ſuã:ſiue carnem ſuã in ſanguine paſsionis,
Matth.26. ſiue ſanctam Eccleſiã illo vino, quod pro multis effun-
Gene.49. detur in remiſsionem peccatorum.Et in ſanguine vuæ
pallium ſuũ.Palliũ gentes ſunt quas corpori ſuo innxit,
ſicut ſcribitur.Pulchriores oculi eiꝰ vino.Oculi Chriſti
Apoſtoli ſunt & Euangeliſtæ, qui lumẽ ſcientiæ Eccle-
ſiæ præſtant:quorũ præcepta auſteritatẽ vini priſcæ le-
gis ſuperant,quia longe leuiora ſunt.Et dẽtes eius lacte
candidiores.Dẽtes præceptores ſunt ſancti, qui præci-
dunt ab erroribus homines, & eos quaſi comedẽdo in
Chriſti corpus trãſmittũt. Cãdidiores autẽ effecti ſunt
doctores Eccleſiæ lacte veteris legis. Zabulon habita-
bit in littore maris,& in ſtatione nauiũ. Zabulõ inter-
pretatur habitaculũ fortitudinis, & Eccleſiã ſignificat,
Hæc in littore maris habitat & ſtatione nauiũ, cũ cre-
dentibus refugiũ & periclitãtibus demõſtrat fidei por-
tum.Hæc cõtra omnes turbines ſeculi incõcuſſa firmi-
tate ſolide expectat naufragiũ Iudæorũ & hæreticorũ
procellas, qui circũferuntur omni vẽto doctrinę,quo-
rum etſi tunditur fluctibus,non tamẽ frangitur.Perten-
C dit autẽ vſq; ad Sidonem,hoc eſt,vſq; ad gẽtes.Legitur
Matth.4. etiam in Euangelio inde aſſumptos eſſe Apoſtolos ali-
quos,& ipſis locis dominũ ſæpe docuiſſe, ſicut ſcriptũ
Eſaia 9. eſt,Terra Zabulõ,& terra Neptalim, populus qui ſede-
bat in tenebris,vidit lucẽ magnã. Sidon interpretatur
venator,vel venatrix.Venatores qui ſunt niſi Apoſtoli?
Quia vt ſupra diximus, ex illis locis aſſumpti ſunt, de
Hiere.16. quibꝰ dicitur,Mittã venatores multos,& venabũt vos.
Iſſachar aſinus fortis. Iſſachar qui interpretatur merces,
refertur ad populum gentiũ, quem dominus ſanguinis
ſui precio mercatus eſt. Hic Iſſachar aſinus fortis ſcribi-
tur,quia prius populꝰ gẽtilis quaſi brutũ & luxurioſum
animal nullaq; ratione ſubſtitit,ſed poſtmodũ iugũ di-
ſciplinæ Euangelicę libẽter portauit.Hic accubãs inter
terminos,vidit requiẽ quòd eſſet bona,& terrã ꝙ opti-
ma.Inter terminos autem cubare,eſt præſtolato mundi
fine requieſcere,nihilq; de iis quę nũc verſantur in me-
dio quærere,ſed vltima deſiderare. Et fortis aſinus re-
quiem & terrã optimam videt, cũ ſimplex gentilitas ſe
ad robur boni operis erigit,& ad æternæ vitę patriã tẽ-
dit.Vnde etiã apponit humerum ſuũ ad portãdũ, quia

cum ad promiſſam requiẽ peruenire deſiderat, cuncta D
mandatorũ onera libenter portat. Vnde factus eſt tri-
butis ſeruiẽs,hoc eſt,Chriſto regi ſuæ fidei dona & ope
rum bonorũ offerens munera. Dan iudicabit populum
ſuũ ſicut aliæ tribus in Iſraël.Fiat Dã coluber in via,ce-
raſtes in ſemita,& reliqua. Dicunt quidã Antichriſtum
per hæc prædici & de iſta tribu futurũ,pro eo ꝙ hoc lo
co Dã,& coluber aſſeritur & mordẽs,& quòd inter tri
bus Iſraël,primus Dan ad Aquilonẽ caſtrametatus eſt, *Eſaia 14.*
illum ſignificãs qui ſe in lateribus Aquilonis ſedere di- *Hiere.8.*
cit,& de quo figuraliter dicit Prupheta,A Dan auditus
eſt fremitus equorum.Qui non ſolum coluber,ſed etiã
ceraſtes vocatur.κέρατα enim Græce cornua dicuntur.
Serpẽs ergo ille cornutꝰ eſſe perhibetur, Per quẽ digne
Antichriſtus aſſeritur,quia contra vitam fidelium cum
morſu peſtiferæ prædicationis armabitur etiam corni-
bus poteſtatis. Quis autẽ neſciat ſemitã anguſtiorẽ eſſe
quàm viã?Fit ergo Dan coluber in via, quia in præſen-
tis vitę latitudine eos ambulare prouocat,quibus quaſi
parcẽdo blãditur:ſed in via mordet,quia eos quibus li-
bertatem tribuit,erroris ſui veneno conſumit. Fit cera-
ſtes in ſemita:quia quos fideles reperit & ſeſe ad præcep
ti cœleſtis itinera conſtringentes, non ſolum nequicia E
callidæ perſuaſionis impetu, ſed etiã terrore poteſtatis
premit,& in perſecutionis lãguore,poſt beneficia fictæ
dulcedinis,exercet cornua poteſtatis. Equus iſte cuius
vngulas ceraſtes mordere dicitur, hũc mũdũ inſinuat,
qui per elationem ſuã in curſu labentium temporum
ſpumat.Et quia Antichriſtus extrema mundi huius ap-
prehendere nititur, ceraſtes iſte equi vngulas mordere
perhibetur. Vngulas quippe equi mordere, eſt extrema
ſeculi feriẽdo contingere,vt cadat aſcenſor eius retro.
Plebs ĩfidelis Iudæo, erroris ſui laqueis capta,pro Chri
ſto Antichriſtum expectat.Bene Iacob eodẽ loco repẽ-
te in electorum vocẽ conuerſus eſt dicens,Salutare tuũ
expectabo domine:id eſt,non ſicut infideles Antichri-
ſtum,ſed eum qui in redemptionem noſtram vẽturus
eſt,verum credo fideliter Chriſtum,Amen.

SENTENTIAE ALIQVOT VELVT APHORISMI

ex omnibus Auguſtini & aliorum libris decerptæ per ſtudioſum aliquem. F

INNOCENTIA eſt vera quæ *Innocentia*
nec ſibi nec alteri nocet, Quo- *Pſal.10.*
niam qui diligit iniquitatẽ odit
animã ſuam, & nemo nõ prius
in ſe quàm in alterum peccat.
II. Sic diligẽdi ſunt homines, *Dilectio.*
vt eorũ non diligantur errores:
quia aliud eſt amare quod facti
ſunt,aliud odiſſe quod faciũt. III. Vera æternitas & *Aeternitas.*
vera immutabilitas nõ eſt niſi in deitate trinitatis: cui
quod eſt eſſe,perpetuũ eſt:quia natura initio carẽs,icre-
mento non indigens,ſicut nullum finẽ,ita nullã recipit
mutabilitatẽ.Creaturæ autẽ illæ quibus deus æternitatẽ
dedit vel daturus eſt,nõ penitꝰ omnis finis alienę ſunt,
quia nõ ſunt extra cõmutationẽ,dum finis illis eſt & tẽ
poralis inſtitutio,& localis mutatio,& ipſa in augmen-
tum ſui mutatio facta. IIII. Patiẽtia dei magna eſt,qua *Patientia.*
parcit contemptus,parcit etiam negatus: & magis vult *Ezech.18.*
vitã peccatoris quàm mortẽ.Eruditio eſt pœnitudinis,

G & oblatio cnrrectionis:nec vlla Chriſti npera à miſeri-
cordia vacant,quoniã homini & indulgentia cnnſulit
Vltio dei. & flagello. v.Diuina bonitas ideo maxime iraſcitur
in hoc ſeculo, ne iraſcatur in futuro, & miſericorditer
temporalem adhibet ſeueritatẽ,ne æternam iuſte infe-
Confeßio rat vltionem. VI.Vera cnnfeſsio eſt benedicentis, cũ
laudis. idem ſonus eſt & oris & cordis. Bene autẽ loqui & ma
le viuere,nihil aliud eſt, quàm ſe ſua voce damnare.

Charitas. VII.Dilectio dei & proximi propria & ſpecialis vir-
tus eſt piorum atq; ſanctorũ,cũ cęteræ virtutes & bonis
Doctrina & malis eſſe poſsint cõmunes. VIII.Doctrina apoſto
apoſtolica. lica tam ſalubris atq; vitalis eſt,vt pro capacitate vtẽtiũ
neminẽ ſui relinquat exortẽ:quia ſiue paruuli, ſiue ma-
gni,ſiue infirmi, ſiue fortes habent in ea vnde alantur,
De quærẽ- vnde ſatientur. IX.Deũ quærẽs gaudiũ quęrit:Sic er-
do deo. go quærat vt nõ in ſe,ſed in dominn gaudeat.Accedẽ-
dn enim ad deũ illuminatur ignorantia,& corrobnrat
infirmitas,data ſibi & intelligẽtia qua videat, & chari-
Faſtidium tate qua ferueat. X. Sicut cnrpori noxiũ eſt eſcã cor-
ſpiritale. pnreã nõ poſſe percipere, ita animę periculoſum eſt ſpi
Non eſſe. ritales delicias faſtidire. XI.Nõnũq̃ multi ſunt qui ad
H non eſſe tendũt.Quid enim tam eſt obnoxiũ paucitati,
Clementia. quàm quod eſt debitũ perditioni? XII.Nõ cõcupiſcit
deus pœnam reorũ,tanq̃ ſaturari deſiderãs vltione:ſed
quod iuſtum eſt cũ tranquillitate decernit, & recta vo-
luntate diſponit, vt etiam mali non ſint inordinati.

Intellectus. XIII.Bnnũ intellectum habet,qui quod faciendũ eſt,
recte intelligit & facit. Alioquin talis eſt ſine opere in-
telligentia,qualis ſine timore ſapientia, cum ſcriptũ ſit,
Eccli.1. Initiũ ſapientię timor domini. XIIII.Habet & in hac
Requies. vita requiẽ ſuam anima,quæ de mnrte infidelitatis ex-
empta eſt,& nõ ab nperibus iuſticiæ , ſed ab iniquitatis
ſe abſtinet actione,vt viuẽs deo & mortua mũdn in hu
militatis & manſuetudinis placita trãquillitate requie-
Votum. ſcat. XV. Quiſquis bene cogitat quæ voueat deo, &
quę vnuendn perſoluat,ſeipſum vnueat & reddat.Hoc
Lucæ 20. exigitur,hoc debetur.Imago Cæſaris reddatur Cæſari:
imago dei reddatur den.Sed ſicut videndũ eſt quid of
feras,& cui nfferas,ita etiam conſiderandũ eſt,vbi offe-
ras:quia veri ſacrificij extra cathnlicã Eccleſiam locus
Gratia & nõ eſt. XVI.Duæ ſunt retributinnes iuſticiæ, cum aut
iuſtitia. bona prn bonis,aut mala pro malis redduntur. Tertia
eſt retributin gratiæ cum per regenerationem remittũ-
I tur mala,& retribuũtur bona,atq; ita manifeſtãnır,quia
vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Illam an-
Pſal.24. tem retributionẽ impinrum, qua pro bnnis mala reſti-
tuuntur,deus neſcit:qui nõ retribueret bona prn malis,
Ciuis bo- niſi eſſet cui retribueret bona pro bnnis. XVII. Om-
ſpes. nis qui ad ſupernam pertinet ciuitatem, peregrinus eſt
mundi:& dum tẽporali vtitur vita, in patria viuit alie-
na, vbi inter multa illecebroſa, & multa fallacia deum
Pſal.18. nnſſe & amare paucorũ eſt:quibus fit pręceptũ domini
lucidum,illuminãs oculns,vt nec in dei, nec in prnxi-
Caro. mi charitate fallanmr. XVIII, Nemo eſt cuius animã
Sapien.9. cnrruptibile corpus & inhabitatio terrena non aggra-
uet,Sed nitendum eſt,vt carnis cupiditates ſpiritus vi-
gore ſuperẽtur: & interior hnmn qui ſemper ſibi ſentit
reſiſti, ſemper de diuinn auxilio expectet adiuuari.

Anguſta XIX.Anguſta eſt via quæ ducit ad vitã, & tamen per
via. ipſam niſi dilatato corde nõ curritur: quia iter virtutũ
Matth.7. qun gradiuntur pauperes Chriſti, amplum eſt fidelium
Præmium. ſpei,etſi arctum ſit infidelium vanitati. XX.Hoc affe-
ctu & deſiderio colendus eſt deus, vt ſui cultus ipſe ſit
merces. Nã qui deũ ideo colit, vt aliud magis q̃ ipſum
promereatur,nõ deũ cnlit, ſed illud quod aſſequi cõcu
piſcit. XXI. De occultis cordis alieni temere iudica- K
re,peccatũ eſt: & eũ cuius nnn videtur niſi bnna opera, *Iudicia.*
iniquũ eſt ex ſuſpicione reprehẽdere,cum enrũ quæ ho
minis ſunt incngnita,ſolus deus iudex ſit:quia iuſtus eſt
& inſpector verus. XXII. Diuini eſt muneris, cum & *De adiuto-*
recta cogitam⁹,& pedes noſtrnſ à falſitate atq; iniuſti- *rio dei.*
cia conti nemus:quoties enim bona agimus,deus in no
bis atq; nobiſcum vt operemur operatur. XXIII.Iuſtn *Afflictio.*
iudicio dei datur plerũq; peccatoribus poteſtas,qua ſan
ctos ipſius perſequãtur,vt qui ſpiritu dei innãtur & agũ
tur,fiant per labnrum exercicia clariores. XXIIII. Nõ *Scientia.*
eſt vera ſciẽtia boni,niſi ad hoc cõprehendatur vt aga-
tur. Inutiliter autẽ meditatur legem dei, qui laborat vt
memoria teneat quod actione nõ implet. XXV. Qui *Legis amor*
legẽ dei diligit,probat ſe in hnminib⁹ iniquis id quod
contra legem eſt odiſſe,nũ homines. XXVI.Mandata *Legis ſcru-*
dei niſi quieta mẽs ſcrutari non poteſt,vt ergo religio- *tatio.*
ſium exerceatur ſtudiũ,abigẽda ſunt iurgia malignnrũ.

XXVII.Nemo tã eruditus,nemo tã doctus eſt qui ſu- *Profectus.*
perna illuſtratione nõ egeat.Nnn enĩ vlla ita diuinnrũ
bonorũ augmẽta ſufficiunt,vt nõ ſemper ſuperſit quod
mens rationalis & intelligendũ deſideret & gerendũ. L

XXVIII.Si omnes homines ſimul cõſideremus, quo- *Miſericor-*
rum alij miſericordia ſalui fiunt, alij veritate dãnãtur, *dia & ve-*
vniuerſæ viæ domini,id eſt miſericordia & veritas ſuo *ritas.*
fine diſtinctæ ſunt.Si autẽ ſolns ſanctos intueamur,nõ *Pſal.24.*
diſcernuntur hæ vię domini: Indiuidua enim ibi eſt &
à miſericordia veritas, & à veritate miſericordia, quia
beatitudo ſanctorũ & de munere gratiæ eſt,& retribu-
tinne iuſticiæ. XXIX. Chriſtianæ perfectionis eſt, pa- *Pax.*
cificum eſſe etiã cum pacis inimicis , ſpe cnrrectionis,
non cõſenſu malignitatis: vt ſi nec exemplũ nec cohor
tationum diſcretionem ſequantur , cauſas tamen nnn
habeant quibus odiſſe nos debeant. XXX. Cuſtodit *Tentatio.*
nos dominus ab nmni malo, nõ vt nihil patiamur ad-
uerſi,ſed vt ipſis aduerſitatibus anima non lædatur. Cũ
enim tẽtatio adeſt,fit quidã in id quod nos impugnat
introitus.Et ſicut bono fine,id eſt, ſine vulnere animæ
tẽtatio cõſummatur, ita ad æternã requiẽ de profundo
temporalis labnris exitur. XXXI.Ad cœleſtis Hieruſa- *Gratia.*
lem non aſcendunt cnnſortiũ,niſi qui toto cnrde pro-
fitẽtur, nõ proprij operis, ſed diuini eſſe muneris quòd
aſcendunt. XXXII. Omnes qui in Chriſtn pie volunt *Pij cõtẽpti.*
viuere, neceſſe eſt vt ab impiis & diſsimilibus patiãtur *2.Timo.3.*
opprobria,& deſpiciãtur tanq̃ ſtulti & inſani,qui præ- M
ſentia bona perdũt,& inuiſibilia ſibi profutura promit-
tunt.Sed hęc deſpectio & irriſio in impios retorquebi-
tur,cum & abundãtia eorum in egeſtatem, & ſuperbia
trãſierit in confuſionẽ. XXXIII. Tota fidelium ſalus, *Patientia.*
tota patientiæ fortitudo ad eũ qui in ſanctis ſuis mira-
bilis eſt,referenda eſt:quia niſi in illis dominus eſſet,fu-
rori impiorũ fragilitas ſuccũberet humana. XXXIIII. *Præpoſiti*
Ita à plebibus principes, & à ſeruis dnmini ferẽdi ſunt, *præferendi.*
vt ſub exercitatione tnlerãtiæ ſuſtineantur tẽporalia, &
ſperentur æterna.Auget enim merita virtutis, qui pro-
poſitum non violat religionis. XXXV. Recti cnrde *Lex dei.*
de præceptis dei & conſtitutionibus nõ querũtur, quia
iuſtum eſt omnia æquanimiter accipi, quæ iudicaturus
vnluerit tolerari. XXXVI. Omnis ſancti ædificij ſta- *Domus dei.*
tus,ſicut deo operante proficit,ita deo cuſtodiẽte cõſi-
ſtit : Quoniam tunc vtilis præpoſitorum cuſtodia eſt,
cũ ſpiritus dei pnpuln ſuo præſidet, & nnn ſolũ greges,
ſed etiã ipſos dignatur cuſtndire paſtnres. XXXVII. *Aeterna*
Aeternæ ciuitatis æterna ſunt gaudia & ſtantium die- *gaudia.*
rũ perpetuitas infinita,nec variabitur, nec labetur quia
incommutabili

A incómutabili pace potientur, quorum erit omnium bonum, etiã quæ ſiuot ſingulnrũ. *Lex charitatis.* XXXVIII. Lex Chriſti, perfectio eſt charitatis, qua deus proximusq; diligitur, *Matth.6.* & per quam dicitur conditori legis: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittim⁹ debitoribus noſtris. Beoe aotem expectat promiſsionem dei qui mandata eius exequitur, oec fruſtra ſperat parcẽdũ peccatis ſuis, qui ignoſcit alienis. *Iuſſa dei.* XXXIX. Nihil deus iubet quod ſibi proſit, ſed illi cui iubet: Ideo verus eſt dominus qui ſeruo non indiget, & quo ſeruus indiget. *Præſcientia dei.* XL. Id quod in tẽpore nouũ eſt, noo eſt nouum apud deum qui cõdidit tempora, & ſine tẽpore habet omnia quę ſuis quibuſque temporibus pro eorum varietate diſtribuit.

Prouidẽtia XLI. Mutabilium nmniũ diſpoſitionem immutabilis ratio continet, vbi ſine tempore ſimul ſunt quæ in tẽporibus non ſimul fiunt, quia tẽpora non ſimul currũt.

Impunitas. XLII. Nihil infœlicius eſt fœlicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interinr roboratur. *Legis litera* XLIII. Legis litera quæ docet non eſſe peccandum, ſi ſpiritus viuificans deſit, occidit. Scire enim peccatum potius facit quàm cauere, & B ideo magis augeri quàm minui, quia malæ concupiſcẽtiæ etiam præuaricatio legis accedit. *Lex & gratia.* XLIIII. Lex data eſt vt gratia quærerenır, gratia data eſt vt lex impleretur. Neq; eoim ſuo vicio non implebatur, ſed vicio prudentię carnis, quod vicium per legem demonſtrãdum, per gratiam ſanandũ fuit. *Promiſſa dei.* XLV. Hoc prnmittit deus quod ipſe facit: non ipſe promittit & alius facit, quod iam non eſt promittere, ſed prædicere. Ideo nõ ex operibus, ſed ex veritate vocante: ne ipſnrum ſit, oon dei, & merces nõ imputetur ſecundũ gratiã, ſed ſecundũ debitũ, atq; ita gratia iã nõ ſit grana. *Culpæ veniales.* XLVI. Sicut oõ impediunt ab æterna vita iuſtum quædã peccata venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur: ſic ad ſalutem æternã nihil proſunt aliqua bona opera impio, ſine quibus difficillime vita cuiuſlibet peſsimi hominis inuenitur.

Punitio diuina. XLVII. Cũ voluntas mala poteſtatem accipit efficiẽdi quod cupit, ex iudicio eius venit, apud quem non eſt *Roma.9.* ioiquitas. Punit enim etiã iſto modo, nec ideo iniuſte, quia occulte. Cæterũ iniquus puniri ſe igoorat, niſi cũ manifeſto ſupplicio ſenſerit nolẽs, quãti mali ſit quod perpetrauit volens. *Superbia.* XLVIII. Omnia vicia io malefa-C ctis tantũ valent, ſola ſuperbia etiam io recte factis cauenda eſt. *Proſpera, aduerſa.* XLIX. Intereſt plurimum qualis ſit vſus, vel earum rerum quæ proſperæ, vel earum quæ aduerſæ dicuntur. Nã bonus nec bonis tẽporalibus extollitur, nec malis frangitur: Malus autem ideo huiuſmodi infœlicitate premitur, quia fœlicitate corrumpitur. *Mors piorũ* L. Mala mors putanda noo eſt quam bona vita præceſſerit. Nõ eoim facit malam mortem niſi quod ſequitur mortem: Non enim curandum eſt multum neceſſario morituris quid accidat vt moriãtur, ſed moriendo quò ire cogãtur. *Vera caſtitas.* LI. Ita non amittitur corporis ſanctitas manente animi ſanctitate etiã oppreſſo corpore: ſicut amittitur corporis ſanctitas violata animi puritate etiã corpore intacto. *Mortẽ non cõſciſcẽdã.* LII. Maior animus merito dicendus eſt, qui vitã ærumnoſam magis eligit ferre quàm fugere, & humanũ iudiciũ, maxime quod eſt vulgare, quod plerũq; caligine erroris inuoluitur, præ conſciẽtiæ luce ac puritate contẽnere. *Vera libertas.* LIII. Iuſtis quicquid malorũ aliquis dominus irrogat, nõ pœna eſt criminis, ſed examẽ virtutis. Nam etiã bonus ſi ſeruiat, liber eſt: malus autẽ & ſi regnet, ſeruus eſt, nec vnius homiois, ſed quod grauius eſt, tot dnminorũ quot viciorũ. *Vota.* LIIII. Nemo quicquã domino recte voueret, niſi ab ipſo acciperet quod voueret. LV. Omnis ſubſtantia quæ deus non eſt, crea- D tura eſt, & quæ creatura non eſt, deus eſt: Nulla ergo differẽtia eſt in deitate trinitatis, quoniã quod deo minus eſt, deus non eſt. *Eſſentia deitatis.* LVI. Tales nos amat deus, quales futuri ſumus ipſius dono, non quales noſtro merito. *Gratia.*

Aeternitas LVII. Ordo temporũ io æterna dei ſapientia ſine tẽpore eſt, nec aliqua ſunt apud eum noua, qui fecit quæ futura ſunt. *Prima cauſa.* LVIII. Voluntas dei eſt prima & ſumma cauſa omniũ corporalium ſpiritaliumq; motionũ: Nihil enim fit viſibiliter & ſentibiliter quod non de inuiſibili & intelligibili ſummi Imperatoris aula, aut iubeatur, aut permittatur, ſecundũ ineffabilẽ iuſticiã prẹmiorum, atq; pœnarũ, gratiarum & retributionũ, in iſta totius creaturæ ampliſsima quadã vniuerſaq; republica.

Lapſus hominis. LIX. Diabolus ſuperbus, hominẽ ſuperbientẽ perduxit ad mortẽ: Chriſtus humilis hominẽ obedientẽ reduxit ad vitam: quia ſicut ille elatus cecidit & deiecit conſentieotẽ: ſic iſte humiliatus ſurrexit & erexit credentẽ.

Incremẽta. LX. In rebus ſpiritalibus cũ minor maiori adhæret, ſicut creatori creatura, illa fit maior q̃ erat, noo ille: & hoc eſt maius eſſe quod eſt meli⁹ eſſe: quia adhærẽs creatura creatori, non mole auctior, ſed virtute fit maior. E

Deus incogitabilis. LXI. Excedit ſupereminentia deitatis noo ſolũ vſitati eloquij noſtri, ſed etiã intelligentiæ facultatem. Verius enim cogitatur deus quàm dicitur, & verius eſt q̃ cogitatur. Nõ parua autẽ noticiæ pars eſt, ſi antequã ſcire poſſumus quid ſit deus, poſsimus ſcire quid non ſit.

Beatitudo. LXII. Omnes beati habẽt quod volũt, quãuis nõ nmnes qui habẽt quod volũt, cõtinue beati ſunt. Cõtinno autẽ ſunt miſeri, qui vel non habent quod vnlũt, vel id habent quod non recte volunt. Propior eſt ergo beatitudini volũtas recta etiã nõ adepto quod cupit, q̃ praua etiã ſi quod cupit obtinnit. *Eſſe cũ deo* LXIII. Magna miſeria eſt hominis, cũ illo oõ eſſe, ſine quo non poteſt eſſe. Io quo eſt enim, ſioe dubio ſioe illo non eſt: & tamẽ ſi eius nõ meminit, eumq; oon intelligit neq; diligit, cũ eo nõ eſt.

Incarnatio LXIIII. Diuinitas verbi æqualis patri, facta eſt particeps mortalitatis noſtræ, nõ de ſuo, ſed de noſtro: vt & nos efficeremur participes deitatis eius, nno de noſtro, ſed de ipſius. *Odiũ perfectum.* LXV. Perfectum odiũ eſt quod nec iuſticia nec ſciẽtia caret, id eſt, vt nec propter vicia homines oderis, nec prnpter vicia hnmines diligas. Recte ergo in malis odimus maliciã, & diligimus creaturam, vt nec propter viciũ creatura dãnetur, nec propter naturã F viciũ diligatur. *Mendaciũ* LXVI. Difficillima & laborioſa ſunt figmenta mendacij. Qui autẽ verũ vult dicere nõ laborat: quietiores enim ſunt boni quàm mali, & abſolutiora ſunt verba veracium, quàm cnmmenta fallacium.

Arcana ſcripturæ. LXVII. Bonæ ſunt in ſcripturis ſanctis myſterinrum profunditates, quę ob hoc tegũtur ne vileſcant: ob hoc quærũtur, vt exerceãt: ob hoc autẽ aperiũtur, vt paſcãt.

Sudor Chriſti. LXVIII. Orans cũ ſudore ſanguineo dominus Ieſus Chriſt⁹, ſignificabat de toto corpore, quod eſt Eccleſia, emanaturas martyrũ paſsiones. *Sacramẽtũ* LXIX. Sacramentum pietatis in iudiciũ ſibi ſumit indignus. Bene enim eſſe non poteſt male accipienti quod bonum eſt. *Laus dei.* LXX. Qui laudat deum in miraculis beneficiorũ, laudet & in terroribus vltionum. Nã & blãdinır & minatur. Si nõ blãdiretur, oulla eſſet exhortatio. Si nõ minaretur, nulla eſſet correctio. *Mature reſipiſcendũ.* LXXI. Remedia coouerſionis ad deum, nullis cnoctationibus ſunt differenda, ne tempus correctinnis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti promiſit indulgentiam, diſsimulanti diem craſtinum non ſpopondit. *Reſipiſcentia.* LXXII. Rectus eſt, & bene inuocat deum, qui in nmnibus malis quæ patitur ſe accuſat, nõ deum,

G & in bonis quæ facit non ſe laudat, ſed deũ. Sicut enim
repellit deus peccata ſua defendentem, ſic recipit confi
Creatura. tentem. LXXIII. Mirabilis eſt fabrica mundi, ſed mi-
rabilior fabricator. Et male occupaſ creatis quia à crea-
tore diſcedit: cui ſi inhæſerit, iſeriora calcabit, ne quod
Ordo. dilexerit cõtra naturã, conuertatur in pœnã. LXXIIII.
Anima rationalis ſuperioribus inferiora præponẽs, nõ
poteſt regere quod regebat, quia regi noluit à quo re-
Pœna pec̃ti. gebatur. LXXV. Corpus carnis noſtræ ornamentum
nobis fuit: peccauimus: & cõpedes inde accepimus, vt
vinculis mortalitatis omnis humanarũ actionũ curſus
Pſalmi cũ opere. præpediretur. LXXVI. Recte in dei laudẽ pſallit, cuius
opera cum voce concordãt. Nam finito carmine, vox
tacet. In bonis autem actibus vita permanẽs nunquam
reticet eius gloriã, quẽ in ſe gaudet operari. LXXVII.
Timor dei. Omnia quę timẽtur, rationabiliter declinãtur: Deus ſic
timendus eſt, vt ab ipſo ad ipſum confugiatur. LXX-
Securitas. VIII. Sicut præpoſtera ſecuritas in periculũ impellit, ita
Virginitas ordinata ſolicitudo ſecuritatem parit. LXXIX. Virgi-
nitas carnis, corpus intactũ: virginitãs animæ, fides in-
Auaricia. corrupta. LXXX. Multa nos in facultatibus noſtris ſu
perflua habere ꝓbabimur, ſi neceſſaria ſola retineamus.
H Nam vana quærentibus nihil ſufficit: & alienorũ quo-
dam modo retẽtor eſt, qui profutura pauperibus inuti-
Vox mẽtis. liter habet. LXXXI. Quo modo aures noſtræ ad vo-
ces noſtras, ſic aures dei ad cogitationes noſtras. Nõ au
tem poteſt fieri, vt in mala opera exeãt cogitationes bo
næ, quoniã hoc actione promitur quod corde cõcipi-
De cantico nouo. tur. LXXXII. Sicut veteris hominis vetus canticum ad
temporalia, ſic noui hominis nouum canticũ pertinet
Gala. 5. ad æterna: & ita vnuſquiſq; cãtat vt viuit. Nouum autẽ
canticum carmẽ eſt fidei, quæ per dilectionẽ operatur.
De vera humilitate. LXXXIII. Vera fidelium humilitas eſt, in nullo ſuper-
bire, in nullo murmurare: nec ingratũ eſſe, nec queru-
lũ: ſed in omnibus dei iudiciis gratias deo agere, deũq;
laudare, cuius omnia opera, aut iuſta ſunt, aut benigna.
Deſperatio. LXXXIIII. Nimis miſer eſt qui non ſperat in deo, &
de ſe ſibi ſecunda promittit, cũ ex eoipſo quòd nõ quę-
rat dei auxilium, ab omni ſpe veræ ſalutis exciderit.
De diuitiis LXXXV. In magna egeſtate ſunt qui de iniquitate di-
uites, iuſticiæ opes & ſapientię non habent: qui autẽ do
mino ſeruiũt, ea bona acquirũt, quæ perire nõ poſſunt.
Beneficẽtia. LXXXVI. Nõ ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod
I bonum eſt: & parum eſt neminem nocere, niſi ſtudeas
Impunitas. multis prodeſſe. LXXXVII. Peccator qui peccat, non
ideo à domino nõ videtur, quia male agentis pœna diſ
fertur, grauius autem in eũ deſæuitur, cui etiã ipſa cor-
Humilitas rectio denegatur. LXXXVIII. Non acceditur ad alti-
tudinem dei, niſi per humilitatem, cui propinquat ſub-
De ſepultura. ditus, longe ab eo recedit elatus. LXXXIX. Sicut pec-
catoribus diuitibus nihil proſunt exequiæ ſumptuoſæ,
ita nihil nocẽt aut viles, aut nullæ ſanctorũ pauperũ ſe-
De gaudio recto. pulturæ. XC. Non poteſt quiſquam fraudari delecta-
tionibus ſuis, cui Chriſtus eſt gaudiũ. Aeterna enim ex-
ultatio eſt qui bono lætatur æterno. XCI. Deo qui v-
Quid homini cũ deo iungat. biq; eſt, nõ locis, ſed actionibus, aut longinqui, aut pro-
ximi ſumus: quia ſicut nos ſeparat diſſimilitudo, ita nos
illi cõiungit imitatio. XCII. Humanæ ęgritudinis eſt,
De bono filio. in carne mortali delectationẽ habere peccandi: ſed di-
ſcipulus amatorq; virtutum, nõ pacẽ huic concupiſcen
De ſpe fidelium. tiæ tribuere, ſed bellum debet indicere. XCIII. Nõ te
terręat Chriſtiane, ꝙ credita differuntur, licet in abſcõ-
dito ſit promiſſio, in ſpe tamẽ perſeueret oratio. Exer-
Malicia breuis. ce operibus, creſce virtutibus. Dũ fidei conſtantia pro-
batur, gloria retributionis augetur. XCIIII. Omne tẽ-
pus malorum puſillum eſt. Quid enim tam exiguũ eſt, K
quàm quòd in hoc tẽdit, vt nõ ſit? XCV. Creſcit ſem- *Charitas inexhauſta.*
per facultatis charitas, dũ vſu maior, & largitate fit di-
tior. XCVI. Malorum impietatem perire neceſſe eſt, *De defectu malorum.*
aut proprio iudicio, aut ſententia dei: Nulla enim ini-
quitas permanet, cui finẽ, aut correctio, aut damnatio
facit. XCVII. Adhærens deo & ſemper eius faciẽs vo- *Pij non deſeruntur.*
luntatem, nunquã à ſuo habitatore deſeritur: & ſi quæ-
dam dura atque aduerſa patiatur, non relinquitur, ſed
probatur. XCVIII. Tota iuſticiæ ratio eſt, vt declinẽ- *Iuſticia.*
tur mala & fiant bona: cuius obſeruãtiæ inter quaſlibet
aduerſitates forma ſeruanda eſt: quia hoc ſolum nun-
quam amittitur, quod operi pietatis impenditur.
XCIX. Tolerẽtur præſentia mala donec veniat bea- *Mali tolerandi.*
titudo promiſſa. Suſtineãtur à fidelibus infideles, & in-
ter hortorũ frumẽta zizaniorũ auulſio differatur: quã-
tumlibet ſæuiant impij, melior eſt etiam in hoc tempo-
re cauſa iuſtorum, qui quanto acrius impetuntur, tanto
glorioſius coronantur. C. Clamor ad deum eſt inten *Precatio.*
tio cordis & flagrantia dilectionis, quia ſemper petitur
quod ſemper optatur. Hoc autem deo abſconditũ non
eſt, quoniam ad ipſum redit quod ab ipſo proceſsit.
CI. Bona eſt peccati confeſsio, ſi & curatio cõſequa- *Satisfactio*
tur. Nam quid prodeſt detegere plagam & non adhi- L
bere medicinam? CII. In hac vita, quæ tota tentatio *Perfectio.*
eſt, etiam in ſublimiſsimis ſanctis non apprehenditur
illa perfectio, cui nõ ſuperſit aſcenſio. CIII. Cum prę- *Vetꝰ homo.*
ſentis vitæ curſus agitur, etiam ſi valde proficiat cuius
exercitio homo corrumpitur exterior, & interior reno
uatur: neceſſe eſt tamen vt dũ conditioni ſubiacet mor
tis, labores toleret vetuſtatis. CIIII. Imago quidem dei *Imago dei.*
eſt homo, & qui per iuſticiæ ambulat vias, ad ſimilitudi
nem ſui tendit authoris, & tamen dum in hac vita de-
git, conturbationes vanitatis incurrit. CV. Prima di- *Eruditio diuina.*
uini muneris gratia eſt, vt erudiat nos ad noſtræ humi-
litatis confeſsionem, & agnoſcere faciat, quòd ſi quid
boni facimus, per illum poſſumus. CVI. Omnis infi- *Fides.*
delium vita peccatum eſt, & nihil eſt bonum ſine ſum-
mo bono: vbi enim deeſt agnitio æternæ & incommu
tabilis veritatis, falſa virtus eſt, etiam in optimis mori-
bus. CVII. Sicut enim fundamentum corporeæ fabri- *De fũdamẽto ſpiritali.*
cæ in imo eſt, ita fundamentũ fabricæ ſpiritalis in ſum-
mo eſt: Terrena ædificatio à terra incipit, cœleſtis ex- M
tructio à ſuperno creſcit exordio. CVIII. Tunc dici- *Obliuio dei*
tur deus meminiſſe, quando facit: tunc obliuiſci, quan-
do non facit: Nam neque obliuio cadit in deum, quia
nullo modo mutatur: neque recordatio, quia nihil obli
uiſcitur. CIX. Hi vident mirabilia dei, quibus pro- *Miracula.*
ſunt: Nam quod nõ intelligitur, vel vnde non profici-
tur, non videtur. CX. Non auferat veritas miſericor- *Miſericordia & veritas.*
diam, nec miſericordia impediat veritatem. Si enim
pro miſericordia vindicabis cõtra veritatem, aut quaſi
rigida veritate oblitus fueris miſericordiam, non am- *Pſal. 84.*
bulabis in via domini, in qua miſericordia & veritas
obuiauerũt ſibi. CXI. Tentatio Chriſti, eruditio Chri *Imitatio Chriſti.*
ſtiani eſt: Imitatores enim magiſtri debent eſſe diſci-
puli, non in faciendis miraculis, quæ nemo exigit, ſed
in cuſtodienda humilitate, atque patientia, ad quæ nos
dominus inuitauit ſuo exemplo. CXII. Quo modo ra *Auaricia.*
dix omnium malorum cupiditas eſt, ſic radix omnium *1. Timo. 6.*
bonorum charitas eſt. CXIII. Chriſtiano recte gau- *De gaudio Chriſtiani.*
dendi cauſa non præſens ſeculum eſt, ſed futurum. Et
ita eſt vtendum temporalibus ne obſint æternis, vt in
via qua peregrini ambulant, hoc placeat quod ducit
ad patriam. CXIIII. Male celebrat ſabbatum, qui *De ſabbato*
ab operibus

A ab operibus bonis vacat. Ocium autem ab iniquitate
debet eſſe perpetuum, quia bona conſciētia nō inquie-
Hilaritas tum, ſed tranquillum facit animum. CXV. Cum bo-
in bono. nū operaris, hilaris operare: Nam ſi quid boni triſtis fe-
ceris, fit de te magis quàm facis. CXVI. Si in mores
Malorū cō- malorum non trauſeant boni, etiā inter cohabitantes
nictus. magna diuiſio eſt, Non ergo homines qui meliorū exē-
plo corrigi queunt, ſed hominū eſt fugienda iniquitas.
Timor. CXVII. Eam deus innocentiā probat, qua homo non
metu pœnæ fit innocens, ſed amore iuſticiæ: Nā qui ti-
more non peccat, quāuis nō noceat cui vult nocere, ta-
men plurimum nocet: & abſtinēs ab iniquo opere, ſola
Phariſaiſ- tamen reus eſt voluntate. CXVIII. Melior eſt in ma-
mus. lis factis humilis confeſsio, quàm in bonis ſuperba glo-
Correctio. riatio. CXIX. De malicia mali flagellatur bonus, & de
In malis ſeruo emendatur filius. CXX. Sicut ſtellas cœli non
bonum. extinguit nox: ſic mentes fideliū adhærentes firmamen
to ſanctæ ſcripturæ non obſcurat mundana iniquitas.
De propria CXXI. Ad peccandum homo abundat propria facul
facultate. tate, ad agendum autē bonum nō ſufficit niſi ab illo iu-
Mali cru- ſtificetur, qui ſolus iuſtus eſt. CXXII. Magnus bonorū
ciāt bonos. labor eſt, mores tolerare contrarios, quibus qui non of-
B fenditur, parum proficit. Tantū enim torquet iuſtū alie
ni peccati iniquitas, quantum à ſua recedit. CXXIII.
Acceſſus Non locorū internallis acceditur ad deū vel receditur
ad deum. ab eo, ſed ſimilitudo facit proximū, diſsimilitudo lon-
ginquū: & nimia miſeria eſt ab eo bono lōge eſſe quod
De vera li- vbique eſt. CXXIIII. Libera ſemper eſt ſeruitus apud
bertate. deum, cui non neceſsitas ſeruit, ſed charitas. CXXV.
De toleran Qui ideo neminē vult pati hominū, quia vt arbitratur
tia. multum proficit, per boc ipſum quòd alios nō tolerat,
De artifice oſtendit ꝙ potius non proficit. CXXVI. Totum bo-
ſummo. num quod habemus, ab artifice noſtro habemus. Sed ſi
hoc in nobis eſt, quod ipſi fecimus, inde dānabimur: ſi
De verbo autē hoc quod deus fecit, inde coronabimur. CXXVII.
dei. Verbum dei per quod facta ſunt omnia, tempus præor-
Ioan. 1. dinauit quo ſuſciperet carnē, non tēpori ceſsit quo ver
teretur in carnem: Homo quippe deo acceſsit, nō deus
De fide. à ſe receſsit. CXXVIII. Intellectui fides viam aperit,
Gloria va- infidelitas claudit. CXXIX. Quo primum vicio ſupe-
na. ratur homo, hoc vltimum vincit. Cū enim omnia pec-
C cata ſuperauerit, manet periculū, ne ſibi mens nihil con
De perfe- ſcia in ſe potius quàm in domino glorietur. CXXX.
ctione. Finis curarum perfectio deſideriorū eſt, & in id quiſq;
tēdit ac nititur, vt ad illud perueniat quo delectatur. Sa
piēs ergo eſt hoc appetere quod bonū facit, nō id ama-
re quod decipit. CXXXI. Sicut duo ſunt officia me-
De duobus dicinæ, vnū quo ſanatur infirmitas, aliud quo cuſtodi-
donis gra- tur ſanitas: Ita duo dona ſunt gratię: vnum quod aufert
tia. carnis cupiditatem: aliud quod facit animæ perſeuera-
De laboris re virtutem. CXXXII. Non poterit hominis labor fi-
fine. niri, niſi hoc diligat, quod ei non poſsit auferri.
De iniqui- CXXXIII. Impoſsibile eſt vt iniquitas prius lædat ho-
tatis læſio. minem iuſtum in quem tendit, quàm cor iniuſtum vn-
Miracula de procedit. CXXXIIII. Viſibile miraculum ad illu-
inuiſibilia. minationem vocat: Inuiſibile autem eū qui vocatus ve
nit, illuminat. Omnia mirabilia dei narrat qui credens
viſibilibus ad intelligendum inuiſibilia tranſitum facit.
Diaboli fu CXXXV. Meliores ſunt qui diabolum perſequentem
ga. fugiunt, quàm qui præeuntē ſequuntur, quia vtilius eſt
Cupiditas. eum hoſtem habere quàm participem. CXXXVI.
Omnes prauæ cupiditates ſunt portę inferi, per quas in
mortem itur: cuius dominatum ſubit, qui adeptū ſe ad
De adula- perfruendum lætatur quod periturum concupiuit.
tione. CXXXVII. Adulantum linguæ alligant animas in
peccatis: Delectat enim ea facere in quibus non ſolum D
non metuitur reprebenſor, ſed etiam laudator auditur.
CXXXVIII. Animus male ſibi conſcius dum vide- *De male cō*
tur ſibi nullam pœnā pati, credit quia nō iudicet deus, *ſcio animo.*
cum abuti patientia dei & nō intelligere parcentis be-
nignitatem, iam ſit magna damnatio. CXXXIX. In *Quòd prior*
creatura quę arbitrio ſuo peccat, prior eſt natura quàm *ſit natura*
vicium: Quod ita cōtra naturam eſt, vt non poſsit niſi *quàm vi-*
nocere naturę: quod ita non eſſet vicium à deo recede- *cium.*
re, niſi naturæ cuiuſlibet vicium eſſet, cui potius compe
teret eſſe cum deo. CXL. Nullum deus vel angelorū *Deus vni-*
¶ vel hominum crearet quem malū futurum eſſe pręſciſ- *uerſi.*
ſet: niſi pariter noſſet quibus eos vſibus bonorum com-
mendaret, atq; in ordinem ſeculorum, quaſi pulcherri-
mum carmen, etiam ex quibuſdam pulcherrimis anti-
thetis honeſtaret. CXLI. Tria quædam maxime no- *De cōditio-*
bis ſcienda de conditione creaturæ oportuit intimari. *ne creatura*
Quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit. Dixit *Gene. 1.*
deus, inquit, Fiat lux, & facta eſt lux: & vidit deus lucem
quòd bona eſſet. Nec author excellētior eſt deo, nec ars
efficacior eſt dei verbo, nec cauſa melior eſt, q̄ vt bonū
creetur à bono. CXLII. Eſt amor quo amatur & quod *De bono &*
amandū nō eſt: & iſtum amorem odit in ſe qui illū di- *malo amo-*
ligit, quo amat quod amādum eſt. Poſſunt enim ambo *re.*
in vno homine eſſe, & hoc bonum eſt homini, vt illo E
proficiente, quo bene viuimus, iſte deficiat quo male vi
uimus, donec ad perfectum ſanetur & in bonum cōmu
tetur omne quod viuimus. CXLIII. Creaturæ rationa- *De bono*
lis vel intellectualis bonum, quo beata ſit, non niſi deus *creatura.*
eſt, quod ei non ex ſeipſa eſt, quia ex nihilo creata eſt.
Hoc eni adepto fit beata, quo amiſſo miſera. CXLIIII.
Viciū eſſe in ſummo poteſt bono, nec niſi in aliquo bo *De vicio na*
no. Sola ergo bona alicubi eſſe poſſunt, ſola autem ma- *tura.*
lo nuſquam. Et illæ quæ ex malæ volūtatis vicio vicia-
tæ ſunt, inquantū vicioſæ ſunt, malæ ſunt: inquantū au-
tem veræ ſunt, bonæ ſunt. CXLV. Non eſt fas aliter *Quid credi*
credere affici deum cū vacat, aliter cum operatur, quia *debeat.*
nec affici dicendus eſt, tanquam in eius natura fiat ali-
quid quod ante nō fuit. Patitur quippe qui afficitur, &
mutabile eſt omne quod patitur. Nō ergo in deo, aut pi
gra vacatio, aut laborioſa cogitetur induſtria: quæ no-
uit & quieſcens agere, & agens quieſcere: & quod in ō- F
peribus prius quidē eſt, aut poſterius, nō ad facientē ſed
ad facta referendum eſt. Aeterna enim eſt & incōmu-
tabilis voluntas eius, nec conſilio alternāte variatur, in
qua ſimul eſt quicquid in rebus creādis vel ordinādis,
aut præceſſerit, aut ſequitur. CXLVI. Nullius quanuis *Deus ſolus*
minimæ naturæ, niſi deum creatorem dici, aut credi li- *creator.*
cet ab aliquo. Quòd ſi āgeli miſsi vel permiſsi adhibe-
ant operationē ſuā rebus quæ gignuntur in mundo, ta
men nō ſunt creatores animaliū, ſicut nec agricolæ fru
gum vel arborū. CXLVII. De prima corporis morte *Mors qua-*
dici poteſt, quòd bonis bona ſit, malis mala: Secūda ve- *lis.*
ro ſine dubio, ſicut nullorum bonorum eſt, ita nulli bo
na. CXLVIII. Mors etiam piorum, peccati pœna eſt. *De morte*
Sed ideo ipſis dicitur bona, quia illa bene vtuntur, qui- *piorum.*
bus finis eſt ad mala tēporalia & tranſitus ad vitā æter-
nam. Sicut enim iniuſticia male vtitur, nō tantum ma-
lis, verumetiā bonis: ita etiam iuſticia non tantum bo-
nis, verumetiā malis bene vtitur. CXLIX. Qui etiam *Baptiſma*
nō percepto regenerationis lauacro pro Chriſti cōfeſ- *ſanguinis.*
ſione moriuntur, tantū eis valet ad abolenda peccata,
quātū ſi abluerentur fonte baptiſmatis. CL. Cum ho- *Mendaciū.*
mo ſecundū ſe viuit, nō ſecundū deum, ſimilis eſt dia-
bolo: quia nec angelo ſecundum angelū, ſed ſecundū

G deum viuendum fuit vt ſtaret io veritate, & veritatem de illius, non de ſuo mendacium loqueretur, Vnde nō fruſtra dicitur, omne peccatum eſſe mendaciū: quia nō peccatur niſi ea voluntate quæ contraria eſt veritati, id eſt, deo. *Affectus.* CLI. Diuerſitas humanæ affectionis ex diuerſitate volūtatis eſt, quæ ſi praua eſt, peruerſis erit moribus inquieta. Si autem recta, non ſolum non culpabilis affectio hominis erit, ſed etiā laudabilis. *Liberū arbitrium.* CLII. Arbitrium voluntatis tunc eſt vere liberū, cum viciis peccatisq; nō ſeruit. Tale datum eſt à deo, quod amiſſum niſi à quo potuit dari, non poteſt reddi. *Ioan. 8.* Vnde veritas dicit, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. *Diſſidentia ſui.* CLIII. Bonū eſt ſurſum habere cor, nō tamē ad ſeipſum, quod eſt ſuperbiæ, ſed ad deū, quod eſt obediētiæ. Plus autem appetendo minus eſt: qui de ſe ſibi ſufficere confidit, ab eo qui vere ei ſufficit, deficit. *De vita beata.* CLIIII. Beata vita ſi nō amatur, non habetur. Porrò ſi amatur, nō ideo habetur: neceſſe eſt, vt cæteris rebus excellentius diligatur, quoniā propter hoc amandū eſt, quicquid aliud eſt amandum. Quia vero beatus eſſe nō poteſt, niſi qui eā vt dignum eſt, amet: conſequens eſt vt eam æternam velit, H quę tunc vere beata erit quando terminū non habebit.

Mali naſcimur. CLV. Nō omnes quidē mali in hoc proficiunt vt ſint boni: nemo tamē eſt, niſi ex malo bonus. *De ciuibus terrenis.* CLVI. Ciues terrenæ ciuitatis parit peccato viciata natura, qui ſunt vaſa irę. Ciues ergo cœleſtis patrię parit à peccato naturā liberās gratia, qui ſunt vaſa miſericordiæ. *De ira dei.* CLVII. Ira dei non perturbatio eſt eius, ſed iudiciū quo irrogatur pœna peccato. *1. Reg. 15.* Cognitio vero ipſius, & recogitatio mundanarū rerum, eſt incōmutabilis ratio. Neq; enim ſicut hominē, ita deū cuiuſquam facti ſui pœnitet, cuius de omnibus omnino rebus tā fixa eſt ſententia, q̄ certa pręſentia eſt. *De pſequētibus Eccleſiam.* CLVIII. Inimici Eccleſię quolibet modo errore cēſentur vel malicia deprauētur, ſi accipiāt corporaliter poteſtatē affligēdi, exercent eius patientiam: Si tantūmodo male ſentiēdo aduerſantur, exercēt eius ſapientiā: *Roma. 8.* Et vt etiā inimici diligātur, exercent eius beneuolentiā, quia deus iis qui eū diligunt omnia cooperatur in bonum. *De fine boni & mali* CLIX. Finis boni eſt, nō quo conſumitur vt non ſit, ſed quo perficiatur vt plenū ſit. Et finis mali eſt, nō quo eſſe deſinat, ſed quouſq; nocendo perducat. Vnde vnū eſt ſummū bonum, aliud autem ſummum malū. Illud propter quod appetēda ſunt bona cæ I tera, ipſum autē propter ſeipſum: hoc propter quod declināda ſunt mala cætera, ipſum autē propter ſeipſum.

De natura. CLX. Eſt natura in qua nullū malum eſt, vel etiā nullum malū poteſt eſſe. Eſſe autē natura in qua nullū bonū ſit, non poteſt. *De animi æquitate.* CLXI. Melior eſt animi æquitas q̄ corporis ſanitas, & conueniētius iuſtus dolet in ſupplicio, quàm lætatus eſt in delicto. *De præcepto charitatis.* CLXII. In præcepto charitatis tria inuenit homo quæ diligat: deum, & ſe, & proximū. Et quia ille in ſui dilectione nō errat qui deū diligit, conſequens eſt vt proximo ad diligendum deū *Dominatus Chriſtian⁹.* cōſulat, quem iubetur diligere ſicut ſeipſum. CLXIII. Pax domeſtica, eſt ordinata cohabitantium imperādi obediendiq; concordia. Imperant enim qui conſulūt: ſicut vir vxori, parentes filiis, domini ſeruis. Obediunt autē quibus conſulitur, ſicut mulieres maritis, filij parentibus, ſerui dominis. Sed in domino iuſti viuentes ex fide, & ab illa adhuc ciuitate peregrinātes, etiam qui imperant ſeruiūt eis, quibus vidētur imperare: quia nō dominādi cupiditate imperāt, ſed officio conſulendi, nec *De cōditiōe ſeruitutis.* principādi ſuperbia, ſed prouidēdi beneficio. CLXIIII. Nomen & conditionem ſeruitutis culpa genuit, nō natura: & prima huius ſubiectionis cauſa eſt peccatū, quia ſicut ſcriptum eſt, Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt K peccati. *Ioan. 8.* Vnde melior eſt eius ſtatus, qui famulatur homini, quàm qui ſuæ ſeruit cupiditati. *De prælatis* CLXV. Veri patresfamiliàs ſubditis ſuis tanquam filiis ad colēdum & promerendum deum conſulunt, deſiderātes venire ad cœleſtem domum, vbi imperandi neceſſarium non ſit officium: quo donec veniatur, magis debent patres qui dominantur q̄ ſerui tolerare qui ſeruiūt. *De regimine populi.* CLXVI. Locus ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, etiā ſi ita ſit tenendus atq; adminiſtrandus vt decet, tamen indecēter appetitur: vnde ocium ſanctum quęrat, quæras directionem veritatis, negocium iuſtū ſuſcipiat neceſſitas dilectionis. *De vita animæ.* CLXVII. Sicut non eſt à carne, ſed ſupra carnem quod eā facit viuere, ſic non eſt ab anima, ſed ſupra animam quod eam facit viuere beate: quia vt vita carnis anima eſt, ita beata vita hominis deus eſt.

Iuſticia imperfecta. CLXVIII. Iuſticia noſtra quamuis vera ſit, propter verum boni finem ad quem refertur, non tamen tanta eſt in hac vita vt potius per remiſſionē peccatorū conſtet quàm per fidem virtutum. *De plena pace.* CLXIX. Quandiu viciis repugnatur, plena non eſt pax: quia illa quæ reſiſtunt periculo, debellantur prælio: & illa quę victa ſunt, nondū L ſecura triumphantur ocio, ſed adhuc ſolicito premūtur imperio. *Mors prima & ſecunda.* CLXX. Prima mors animam nolentem tollit à corpore, ſecūda animā nolētē tenet in corpore, Ab vtraque morte id habetur, vt quod non vult anima de ſuo corpore patiatur. *Occulta dei.* CLXXI. Incognitis cauſis operū domini nonnihil nouimus, cum ſcimus nō ſine ratione omnipotentem facere, verū infirmus humanus animus rationem non poteſt reddere. *De negligētia.* CLXXII. Fruſtra homo poſt hoc corpus hic promittit ſibi quod in hoc corpore comparare neglexerit. Nemo inuitus bonū facit, etiam ſi bonū eſt quod facit: quia nihil prodeſt ſpiritus timoris, vbi nō eſt ſpirit⁹ charitatis. *De humana ſocietate* CLXXIII. Sicut in poteſtatibus ſocietatis humanæ maior poteſtas minori ad obediendum præponitur, ita deus omnibus.

De diligēdo deo. CLXXIIII. Beatus qui diligit deum, & amicū in deo, & inimicum propter deum. Solus enim nullum charū amittit, cui omnes in illo chari ſunt, qui nunquam ante dimittit te, niſi dimittatur. *Bonū incorruptibile.* CLXXV. Manifeſtum eſt, quoniam bona ſunt quæ corrumpuntur, quæ neq; ſi bona nō eſſent, corrumpi poſſent: quia & ſi ſumma bona eſſent, incorruptibilia eſſent: ſi autem nulla bona eſſent, M quod in eis corrumperetur non eſſet. *De incōmutabili deo.* CLXXVI. Cum deus incommutabiliter bonus, omnes fecerit creaturas bonas, nec vlla omnino niſi ab ipſo ſit creata natura, nulla eſt ſubſtantia mali: quia quod authorem deū non habet, non eſt aliud quàm deſiderium vel actio inordinatæ voluntatis. *Iuſticia iniquis odioſa* CLXXVII. Sicut palato nō ſano pœna eſt cibus, qui ſano ſuauis eſt: & oculis ægris odioſa lux, qua incolumis gaudet obtuitus: ita diſplicet iniquis iuſticia dei, cui ſi ſubiicerentur, non conturbarentur.

De ægritudine animi CLXXVIII. Aegritudo animi rationalis eſt, cū bonis inferioribus delectatus, ſuperiora non appetit, & ex parte nō amittit. Ideoq; in duas diuiditur volūtates: cumq; vna eſt, tota non eſt: & hoc adeſt vni quod deeſt alteri.

Pacis ſtudium. CLXXIX. Homini religioſo parum eſſe debet inimicicias aliorum non excitare, vel augere male loquendo, niſi etiam eas extinguere ſtudeat bene loquendo.

Veritas odioſa. CLXXX. Beata vita eſt gaudiū de veritate, quod deus eſt. ſed multis veritas odioſa eſt, quā audire volunt docentē: & nolentes falli, volūt mendacia ſua veritatē videri: Quibus iuſte retribuitur, vt ipſi veritatē nō lateāt, ipſos autem lateat veritas. *De forti patientia.* CLXXXI. Nemo quod tolerat amat, etſi tolerare amat: quia aliud eſt fortis pa-

tientia,

A tientia,aliud ſecuta fœlicitas. Nõ eiuſdẽ eſt temporalis labor pugnæ,& beatitudo victoriæ. *Ignorantia loquax.* CLXXXII. Ideo plerũque in ſermone copioſa eſt egeſtas humanę intelligẽtiæ:quia plus loquitur inquiſitio q̃ inuẽtio, & lõgior eſt petitio q̃ impetratio. *De æternitate.* CLXXXIII. Vera æternitas dei eſt,qui ſolus habet immortalitatem:quoniã ex nulla ſpecie motúve mutatur,nec tẽporalis eſt volũtatis. Nõ enĩ immortalis eſt volũtas,quæ alia & alia eſt. *Nõ deſperãdũ peccatores.* CLXXXIIII. Non eſt deſperandũ de malis,ſed pro ipſis vt boni fiant ſtudioſius ſupplicãdũ,quia numerus ſanctorum ſemper de numero impiorum auctus eſt. *Pax à deo quæratur.* CLXXXV. Quærẽs à deo pacẽ,ſit ſibi ipſe pacatus, ne aliud in pfeſsione oris, aliud ſit in cordis arcano. Nihil enim pdeſt hoc eſſe in corde quod vetũ eſt, ſi hoc dicitur voce quod falſũ eſt: quia veritas & credenda eſt & loquenda. *Afflictio piorum.* CLXXXVI. Nõ quæratur homo, quãdo in his quæ iuſte habet,patitur aliquas aduerſitates:per amaritudinẽ enim inferiorũ docetur amare meliora,ne viator tendẽs ad patriã, ſtabulum pro domo diligat. *Pœnitẽtia.* CLXXXVII. Bene currit ad remiſsionẽ peccatorum,qui diſplicet ſibi. Apud enim iuſtum iudicem & miſericordem, qui ſe accuſat,excuſat.

Præmunitio aduerſus procellas. CLXXXVIII. In tranquillitate pacis cõprehendẽda eſt doctrina ſapiẽtiæ,quæ inter tribulationum turbines dif- B ficulter agnoſcitur. Nec facile inueniũtur in aduerſitate præſidia,quæ nõ fuerint in pace quæſita. *Eucharistia* CLXXXIX. Ad altare dei inuiſibile,quò nõ accedit iniuſtus,ille peruenit qui ad hoc pręſens iuſtificatus accedit. Inueniet enim illic vitã ſuã,qui hic diſcreuerit cauſam ſuã. *De lege.* CXC. Finis legis Chriſtus eſt,in quo lex iuſticiæ nõ conſumitur, ſed impletur. Omnis enim perfectio eſt in ipſo, vltra quem nõ eſt quò ſe ſpes fidei & charitatis extendat.

De mala cõſcientia. CXCI. Nullæ pœnæ grauiores ſunt, q̃ malæ cõſciẽtiæ, in qua cum nõ habetur deus,cõſolatio nõ inuenitur: & ideo inuocãdus eſt liberator, vt quẽ tribulatio exercuit ad cõfeſsionem,cõfeſsio perducat ad veniam. *Nullũ peccatum irremiſsibile.* CXCII. Quid grauius peccato ęgri,q̃ interfectio medici? Sed cũ in baptiſmo hoc dimittit̃,quid nõ dimittitur? *Ruminatio* CXCIII. Auditor verbi ſimilis debet eſſe animalibus,quæ ob hoc quod ruminãt munda eſſe dicuntur: & nõ pigeat cogitare de iis quę in aluo cordis accepit: & cũ audit,ſit ſimilis edenti: cum vero audita in memoriam reuocat,ſit ſimilis ruminanti. *Anima rectrix.* CXCIIII. Rationalis anima eſt domina corporis ſui, quæ inferiori nõ bene imperabit,niſi C ſuperiori ſe deo tota charitatis ſubiectione ſeruierit.

De miſericordia dei. CXCV. Sicut terra de cœlo expectat pluuiã & lucẽ,ſic homo ex deo debet expectare miſericordiã & veritatẽ.

De bonis Eccleſiæ filiis. CXCVI. Gaudẽdum eſt bonis Eccleſię filiis,quia in diſcretione eorũ nõ fallitur diuina iuſticia. Sed nõ temere cõgregatos diuidant,qoia ipſorum eſt velle colligere deum vel ſeparare. *Rebus ſuperior.* CXCVII. Dominus eſt rerũ quas habet,qui nulla cupiditate illuditur. Nã qui amore terrenorũ obſtrĩgitur,nõ poſsidet,ſed poſsidetur. *Eccleſia in paucis. Roma.8.* CXCVIII. Hęreditas in qua Chriſti cohęredes ſumus nõ minuitur multitudine filiorũ, nec fit anguſtior numeroſitate cohæredum. Sed tãta eſt multis,quãta eſt paucis: tanta ſingulis,quanta omnibus. *De fœlicitate.* CXCIX. Nunquam ſecura eſſe debet fœlicitas, quia periculoſiora ſunt animo ſecura q̃ corpori aduerſa: prius enim corrumpũt proſpera, vt inueniant aduerſa quẽ frangant. *Pœnitẽtia.* CC. Prima ſalus eſt declinare peccatum: ſecunda nõ deſperare de venia. Nam ipſe ſe in æternũ perimit,qui apud miſericordẽ iudicem ad pœnitẽtiæ remedia nõ recurrit. *Boni qui incertum.* CCI. Boni latent, quia bonum ipſorum in occulto eſt, nec viſibile eſt, nec corporale eſt quod diligunt,& tã merita eorum ſunt in abſcõdito conſtituta q̃ pręmia. *Inimicis bene precãdũ. Matth.5.* CCII. Nullus bonorum inimicũ habet,niſi malũ,qui ideo eſſe permittitur,vt aut D corrigatur,aut per ipſum bonus exerceatur. Orãdum eſt ergo pro inimicis,vt aut obtineatur eorum cõuerſio,aut in nobis inueniatur diuinę bonitatis imitatio. *Fidei gradus.* CCIII. Vigor fidei Chriſtianę tribus tẽporibus initiatur,veſpere,mane & meridie. Veſpere enim domin[9] in cruce,mane in reſurrectione, meridie in aſcẽſione. Vnum ad patientiã occiſi,aliud ad vitã reſuſcitati, tertiũ pertinet ad gloriã maieſtatis in patris dextera conſidentis. *Afflictio.* CCIIII. Ad hoc excoquũtur homines tribulationib[9],vt vaſa electionis euacuẽtur nequicia,& impleãtur gratia. *Bona ſolida.* CCV. Poteſt homo inuitus amittere tẽporalia bona, nũquam vero niſi volens perdit æterna. *De fine fidelium. Roma.10.* CCVI. Finis fidelium Chriſtus eſt, ad quẽ cum peruenerit currẽtis intẽtio, nõ habet quod poſsit amplius inuenire, ſed habet in quo debeat permanere. *De triſticia* CCVII. Melior eſt triſticia iniqua patientis,q̃ lætitia iniqua facientis. *Peccatorum recordatio.* CCVIII. Reuocãdus eſt animus ad recordãdum cum quadã delectatione de præteritis,ne ſurrepente cõcupiſcentia redeamus corde in Aegyptum. *De veritate* CCIX. Bonũ eſt à veritate vinci. Ad correptionẽ ſuperet veritas nolẽtem. Nam & inuitum ipſa ſuperabit. *Venia.* CCX. Peccata ſiue parua ſiue magna impunita eſſe nõ poſſunt,quia aut homine pœnitente,aut in iudicio deo iudicãte plectuntur. E Ceſſat autẽ vindicta diuina,ſi cõuerſio pręcurrat humana. Amat enim deus cõfitentibus parcere,& eos qui ſemetipſos iudicant,nõ iudicare. *Miſer quis.* CCXI. Nullus miſer de qualicunq; miſeria liberatur,niſi qui dei miſericordia præuenitur. *Afflictio neceſſaria.* CCXII. Fideliter ſupplicãs deo pro neceſsitatib[9] huius vitę, miſericorditer nõ auditur. Quid enim infirmo vtile ſit,magis nouit medicus q̃ ægrotus. Si enim id poſtulat quod deus pręcepit & pmittit,fiet omnino quod poſcit, quia accipiet charitas quod parat veritas. *Profectus bonorum.* CCXIII. Profectus fideliũ ſine tẽtatione nõ euenit,nec ſibi quiſquã innoteſcit: niſi pbationis examine. Nec coronabitur,niſi qui vicerit: nec vincet,niſi qui certauerit: nec certabit,niſi inimicũ habens & tẽtationi reſiſtens. *Prophetia.* CCXIIII. Stultus eſt qui nõ credit denunciationibus Prophetarum in paucis quæ reſtãt,cum videat tam multa cõpleta quę tunc non erant,quãdo prædicebãtur implenda. *Idola.* CCXV. Sic ſunt qui colũt idola,quo modo qui in ſomnis vidẽt vana. Si autẽ euigilet anima ipſorum,intelligit à quo facta ſit, & non colit quod ipſa fecit. *Corpora defunctorũ* CCXVI. Omnia corporis noſtri quæ diſcreta vel putrefacta vel cõcremata in quaſ- F dam diſſoluuntur fauillas,deo perire nõ poſſunt. In illa enim elemẽta mundi eunt, vnde ſumpta ſunt,illa manu quæ donat omnia. *De ſiti bona.* CCXVII. Qui deficiũt, tota ſua debent ſitire ſubſtãtia,id eſt,anima & carne: quia etiã deus dat panẽ ſuum,id eſt,verbum veritatis: & carni neceſſaria deus præbet,quia vtraq; ipſe paſcit qui vtraque fecit.

Meditatio. CCXVIII. Qui ocioſus & quietus nõ cogitat deũ,inter actus multos & laborioſa negocia de illo quo modo poterit cogitare? Meditetur ergo quę dei ſunt fidelis cũ vacat & bene operãdi ſubſtantiam, ne in actione deficiat.

Hypocriſis. CCXIX. Simulata innocentia,non eſt innocentia. Simulata ęquitas,nõ eſt ęquitas,ſed duplicatur peccatũ in quo & iniquitas & ſimulatio eſt. *Lux.* CCXX. Anima recedẽs à luce iuſticię,quãto magis quęrit,quod inueniat cõtra iuſticiã,tanto plus repellitur à lumine veritatis,& in tenebroſa demergitur. *Ciuitates duæ.* CCXXI. Duas in toto mũdo ciuitates,faciunt duo amores. Hieruſalem facit amor dei. Babyloniã facit amor ſeculi. Interroget ergo ſe quiſq;,& inueniet vnde ſit ciuis. *Præcepta ſuauia. Matth.11. Roma.5.* CCXXII. Omne præceptũ dei leue eſt amãti. Nec ob aliud intelligitur dictũ, On[9] meũ leue eſt: niſi quia per ſpiritũ ſanctum diffunditur charitas

G tas in cordibus noſtris,vt diligẽdo liberaliter faciamus, quia quod quis timẽdo facit,ſeruiliter facit.Nec eſt animus rectus quãdo mallet ſi fieri poſſet, id quod rectum
De charitate. eſt non iuberi. CCXXIII.Plenitudo legis eſt charitas, quia per charitatem lex impletur, non per timorem,in-
Roma.13. tantum enim fiunt mandata iuſticiæ, inquantũ adiuuat
Fides operum fons. ſpiritus gratiæ. CCXXIIII. Nõ ſunt bona opera niſi quę per fidem & dilectionem fiunt,quia alterum ſine altero
Adæ lapſus & reparatio. nullius virtutis fructũ parit. CCXXV.Ab eo quod formauit deus,mutatus eſt Adam, ſed in peius propter iniquitatem ſuã.Ab eo ꝙ operata eſt iniquitas, mutãtur fideles,ſed in melius per gratiã dei.Illa ergo mutatio fuit
Pſal.76. præuaricatoris primi, hæc mutatio eſt dexteræ excelſi.
Præmia diuerſa. CCXXVI.In præſenti vita & deliciæ tẽporales dulces ſunt,& tẽporales tribulationes amaræ ſunt. Sed quis nõ bibat tribulationis poculum, metuẽs ignẽ gehẽnarum? Et quis non contemnat dulcedinẽ ſeculi,inhians bonis
De trinitate. vitæ æternæ? CCXXVII.In trinitate diuina tãta eſt ſubſtantiæ vnitas, vt æqualitatẽ teneat, pluralitatẽ nõ reci-
Peccatum nihil. piat. CCXXVIII.Omnia per verbum facta ſunt,& ſine ipſo factũ eſt nihil. Cum itaq; vniuerſæ naturæ per ver-
Ioan.1. bũ dei factæ ſunt, iniquitas per ipſum facta nõ eſt, quia iniquitas nulla ſubſtãtia eſt, & peccatum nõ eſt natura,
H ſed vicium naturæ,id appetens quod nõ eſt ordinis ſui.
Tyrannis ſatanæ. CCXXIX.Sublatũ eſt diabolo iniquitate ſua victo,non quod nõ habuit proprium, ſed quod rapuerat alienum. Auferendo enim Chriſtus de magna domo eius quę perierant,nõ furtum fecit, ſed furtum recepit. CCXXX.
Peruerſitas. Tunc hominẽ cõcludit profunditatis iniquitas,quãdo non ſolum immerſus peccatis iacet,ſed etiam volens ea defendere perdit confeſsionem & aditum cõfeſsionis.
Afflictio. CCXXXI. Quando deus permittit aut facit vt aliqua tribulatione vexemur, tũc miſericors eſt:quia excitãs fidem & differens in opere,non auxilium negat,ſed deſi-
Paupertas piorum. derium mouet. CCXXXII. Diuites Chriſtiani, ſi veri Chriſtiani ſunt, prorſus pauperes ſunt, & in cõparatione cœleſtiũ bonorum quæ ſperãt, omne aurũ ſuum arenam deputãt,quia ibi quiſq; habet diuitias ſuas, vbi de-
Fides Abrahæ. lectationem. CCXXXIII. Fides Abrahæ, ſemen eſt Abrahę.Proĩde qui pertinẽt ad credulitatis ſimilitudinẽ,
Perſeuerantia. ipſi pertinent ad hæredũ promiſsionem. CCXXXIIII. Nemo fidelium quamuis multum profecerit,dicat,ſufficit mihi. Qui enim hoc dixerit, remanſit & hæſit in via
I ante finẽ,qui nõ perſeuerauerit vſq; in finẽ. CCXXXV.
Conuerſio. Nullus in deo locus eſt,nec eſt quo fugiatur ab ipſo,niſi ad ipſum.Qui vult euadere offenſum,confugiat ad pla-
Vita animæ. catum. CCXXXVI.Duæ vitæ ſunt:vna corporis,altera animæ.Sicut vita corporis,anima: ita vita animæ,deus. Et quo modo ſi anima deſerat, moritur corpus: ſic anima moritur,ſi deſerat Chriſtus. CCXXXVII.A quo habet homo vt ſit,apud illũ habet,vt ei bene ſit. CCXXX-
Obediẽtia. VIII. Perfecte deus euidenterq; monſtrauit quantum ſit bonum obedientia,cum hominem in paradiſo poſitum ab ea re prohibuit quę nõ erat mala.Sola ibi obedientia
Correptio. potuit tenere palmã,ſola incidit in pœnã. CCXXXIX. Interdum deus per malos erudit bonos,& per temporalem potentiam damnandorum exercet diſciplinã libe-
Confeſsio. randorum. CCXL.Apud miſericordiã dei plurimum valet cõfeſsio pœnitentis, qua facit peccator cõfitendo
Scientia. propicium,quem negãdo non facit neſcium. CCXLI. Humilium virtus eſt de ſcientia non gloriari, quia cõmunis eſt omnibus ſicut lucis, ita participatio veritatis.
Ratio. CCXLII. Non caret regia poteſtate, qui corpori ſuo nouerit rationabiliter imperare. Vere enim dominator eſt terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ.

CCXLIII.Quantum ad opera attinet quæ forinſecus K aguntur,& qui timet pœnã,& qui facit iuſticiã, non fa- *Pœna & iuſticia.* ciunt contra mãdatum: & ideo quidem pares ſunt manu,ſed diſpares corde:ſimiles actione:diſsimiles volũta-
te. CCXLIIII.Hoc ab homine colitur quod diligit. Vnde quia deus omnibus rebus maior & melior inuenitur, *Quid diligatur.* plus omnibus diligẽdus eſt vt colatur. CCXLV.Rectũ cor cum deo eſt, quando propter deum quæritur deus.
CCXLVI.De beneuolẽtia eſt,non de malicia,cum lętatur iuſtus in impios proceſsiſſe vindictam: quia non ei *Beneuolentia.* exitium peccatoris placet, quẽ voluit corrigi, ſed iuſticia dei qua ſcit multos poſſe conuerti. CCXLVII.Non *Simulatio.* vincit in bono malũ,qui in ſuperficie bonus eſt,& in alto malus:& opere parcens,corde ſęuiẽs,manu mitis,voluntate crudelis. CCXLVIII.Ad omne opus bonum a- *Opus amoris & timoris.* mor ducit & timor dei. Ad omne peccatũ amor ducit & timor mundi.Vt apprehẽdatur bonum & declinetur malum,diſcernendum eſt quid diligi debeat & quid timeri. CCXLIX.Nulla infœlicitas frangit,quẽ nulla fœ- *Fœlicitas.* licitas corrumpit. CCL.Diues qui talis eſt vt cõtemnat *Diues.* in ſe quicquid illud eſt vnde inflari ſuperbia ſolet, pauper eſt dei. CCLI.Aſcenſionũ ad deũ gradus, ſunt pie- *Aſcenſus ad deum.* tatis affectus.Iter tuum,eſt tua volũtas: amãdo accedis, negligendo recedis: conſtitutus in terra, deo iungeris, L quia quæ deo chara ſunt diligis. CCLII.Deus cũ male *Preces.* aliquid poſcitur,dando iraſcitur, non dãdo miſeretur.
CCLIII. Incredibile eſt non mentiri hominem ne ca- *Mendaciũ.* piatur,qui mentitur vt capiat. CCLIIII.Quãuis omnis qui mentitur velit celare quod verum eſt,nõ tamen omnis qui vult celare verum,mentitur: Plerunq; enim non fallendo vera occultamus,ſed tacendo. Nõ enim mentitus eſt,qui ait,Multa habeo vobis dicere, ſed nõ pote- *Ioan.16.* ſtis portare modo. CCLV. In primo homine patuit, *Arbitriũ.* quod hominis arbitriũ valeret ad mortẽ.In ſecũdo autem,quòd dei adiutorium valeret ad vitã.Primus enim homo,nõ niſi homo:ſecundus vero homo, deus & homo.Peccatum ergo factũ eſt relicto deo,iuſticia non fit ſine deo. CCLVI.Legis litera quę docet non eſſe peccã- *Lex & peccatum.* dum,ſi ſpiritus viuificator deſit,occidit:Scire enim peccatum potius facit q̃ cauere,& ideo magis augeri q̃ minui,quia malæ cõcupiſcentię & pręuaricatio legis accedit. CCLVII.Mandatum dei ſi timore potius pœnę q̃ a- *Mãdatum.* more iuſticiæ fit:ſeruiliter,nõ liberaliter fit: & ideo non fit:Non enim eius fructus bonus eſt qui non de charita- M te procedit. CCLVIII.Lex dei ſecundum naturã eſt: & *Lex.* cũ homines quę legis ſunt faciũt,naturaliter faciunt ſu- *Rom.2.* perato vicio,quod nec pręſidium legis abſtulerat. Cum itaque per gratiam lex dei in cordibus ſcribitur,quæ legis ſunt naturaliter fiunt: nõ quia per naturã pręuẽta ſit gratia,ſed quia per gratiã reparata eſt natura. CCLIX. *Gloriãdum in deo.* Nemo ex eo quod videtur habere, glorietur quaſi non acceperit,& ideo putet ſe accepiſſe, quia litera extrinſe- *1.Cor.4.* cus,vel vt legeretur apparuit,vel vt audiretur inſonuit: Nam ſi per legem iuſticia,ergo Chriſtus gratis mortuus *Galat.2.* eſt.Aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatẽ,dedit *Pſal.67.* dona hominibus.Inde habet quæcunq; habet. Quiſquis autẽ inde ſe habere negat,aut non habet,aut id quod habet auferetur ab eo. CCLX.Homo factus erat immor- *Inobediẽtia.* talis,deus eſſe voluit:nõ perdidit ꝙ homo erat, ſed perdidit ꝙ immortalis erat,& de inobediẽtiæ ſuperbia cõtracta eſt pœna naturæ. CCLXI.Laus fidei eſt non viſa *Fides.* credere, præmium erit creditorum adeptione gaudere.
CCLXII.Sicut lac non tranſit niſi per carnem,vt par- *Cõtẽplatio.* uulũ paſcat qui panẽ edere nõ poteſt:ſic niſi ſapiẽtia dei, quæ panis eſt angelorum,ad homines dignaretur veni-

re per

A re per carnem, nemo ad verbi diuinitatẽ cõtemplandã poſſet accedere. Quia ergo lux à tenebris nõ poterat cõprehendi, ipſa lux mortalitatẽ ſubiit tenebrarum, & per ſimilitudinẽ carnis peccati, participationẽ dedit luminis veri.

Bona fama CCLXIII. Odor bonus fama bona eſt, quã quiſque bonæ vitæ operib⁹ haurit: dũ Chriſti veſtigia ſequitur, pedes quodam modo eius precioſi vnguenti odore perfundit.

Cupiditas. CCLXIIII. Nõ eſt in carendo difficultas, niſi cũ eſt in habendo cupiditas, & ideo id ſolũ rectè diligitur quod nũquã bene amittitur.

Eloquentia inſipientis. CCLXV. Qui affluit inſipienti eloquẽtia, tanto magis cauẽdus eſt, quãto magis ab eo in iis quę audire inutile eſt, delectatur auditor, & eũ quẽ ornate dicere audiuit, & vere dicere exiſtimat.

Ingenium. CCLXVI. Bonorũ ingeniorũ clara eſt indoles, in verbis differentiũ verum amare, nõ verba. Quid enim prodeſt clauis aurea, ſi aperire quod volum⁹ nõ poteſt? Aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quãdo nihil quærimus, niſi patere quod clauſum eſt?

Peccator. CCLXVII. Omnis peccator inquãtũ peccator, nõ eſt diligẽdus, & omnis homo inquantũ homo diligẽdus eſt propter deum, deus vero B propter ſeipſum, à quo omnes habẽt qui eũ diligunt, & quòd ſunt, & ꝙ eum diligunt.

Incõmutabile bonũ. *Ioan. 14.* CCLXVIII. Dominus ait, Ego ſum via veritas & vita: Hoc eſt, per me venitur, ad me peruenitur, in me manetur. Cũ enim ad ipſum peruenitur, etiã ad patrẽ peruenitur, quia per ęqualem ille cui æqualis eſt cognoſcitur, vinciente atque glutinante nos ſpiritu ſãcto, vt in ſummo atq; incõmutabili bono ſine fine maneamus.

Fallacia. CCLXIX. Multos autẽ inuenimus qui fallere velint, qui autem falli, neminem. Cum vero hoc ſciens faciat alius, alius neſciens patiatur, ſatis apparet in vna eademq́; re, illum qui fallitur eo qui mentitur eſſe meliorem, quandoquidem pati melius eſt iniquitatem, quàm facere.

Aeterna bona & tẽporalia. CCLXX. Inter tẽporalia atq; æterna hoc intereſt, quòd temporalia plus diligũtur antequam habeantur, vileſcunt autẽ cum aduenerint: Nõ enim ſatiat animũ, niſi incorruptibilis gaudij vera & certa æternitas: Aeternũ vero ardẽtius diligitur adeptum quàm deſideratum. Nemo enim plus de illo æſtimat q̃ ſe habet, ne fiat vilius quod paratũ eſt amplius. Sed tãta ibi eſt excellentia, vt multo plus ſit adeptura charitas, q̃ fides credidit vel & ſpes deſiderauit.

Fames ſpiritalis. CCLXXI. Qui in ſcripturis ſanctis nõ inueniunt charitatem quã quærunt, fame laborant: qui autem nõ quęrunt quod in promptu habẽt, C faſtidij lãguore marceſcũt: & par vtrorũque periculum eſt, dũ ſapiẽtię cibũ, & illis obcæcatio, & his inedia ſubtrahit.

Tolerãtia. *Roma. 8.* CCLXXII. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad ſuperuenturã gloriã quæ reuelabitur in nobis: Sæuiat & fremat mundus, increpet linguis, coruſcet armis, quicquid fecerit, quãtulum erit ad illud quod accepturi ſumus? Appẽdo quod patior cõtra id quod ſpero: hoc quidẽ ſentio, illud ſpero: & tamen incõparabiliter maius eſt quod ſperatur quàm quod aufertur. Quicquid eſt quod cõtra Chriſti nomẽ ſæuit, ſi poteſt vinci, tolerabile eſt: ſi nõ poteſt, proficit præmio citius conſequendo: & fidelis fine tẽporalis mali trãſit in perceptionem æterni boni.

Charitas. *Matth. 22.* CCLXXIII. Cum in duóbus pręceptis charitatis tota lex pendeat & Prophetę, quãto maius eſt Euãgeliũ, quo lex nõ ſoluitur, ſed adimpletur, & de quo *Ioan. 13.* dominus dicit, Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ: Charitas enim innouat homines, & ſicut malignitas veteres, ita dilectio nouos facit.

Flagella dei. CCLXXIIII. Quando corripit deus genus humanũ, & flagellis pię caſtigationis exagitat, exercet ante iudicium diſciplinã, & plerunque diligit quem flagellat, nolẽs inuenire quẽ dam- *Prouer. 20.* net. Flagellat autem iuſtus ſimul & iniuſtos, quia nemo qui poſsit gloriari mundũ ſe habere cor, aut mundũ ſe D eſſe à peccato. Ita de gratia miſericordię eius veniunt etiam coronæ iuſtorum.

Paſsiones. CCLXXV. Labor piorũ exercitatio eſt, non dãnatio. Nec enim cõturbari debemus, cũ aliquis ſanctus grauia & indigna perpetitur, ſi obliti nõ ſumus quæ pertulerit iuſtus iuſtorũ, ſanctuſq; ſanctorũ, cuius paſsio omnes ſuperat paſsiones, quia cum authore vniuerſitatis nulla cuiuſquam eſt comparatio creaturæ.

Originale peccatum. CCLXXVI. Miſeria generis humani, cuius nullum hominum ab exortu vſque ad obitũ videmus alienum, nõ pertineret ad iuſtũ omnipotentis iudicium, ſi non eſſet originale peccatum.

Prouidẽtia dei. CCLXXVII. Creatoris omnipotẽtis omnipotẽtia eſt cauſa ſubſiſtẽdi omni creaturæ: quæ virtus ſi ab eis quæ condidit regendis aliquando ceſſaret, ſimul omnium rerum ſpecies & natura concideret. *Ioan. 5.* Proinde quod dominus ait, Pater meus vſq; nunc operatur: quandã continuationẽ operis eius qua ſimul omnia continet atq; adminiſtrat oſtẽdit. In quo etiã opere ſapientia eius perſeuerat, de qua dicitur, Pertingit à fine *Sapien. 8.* vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Idem etiam Apoſtolus ſentit, cũ Athenienſibus prędicans ait, E In quo viuim⁹, mouemur & ſumus, *Acto. 17.* Quia ſi opus ſuũ rebus creatis ſubtraheret, nec viuere, nec moueri, nec eſſe poſſemus. Et ideo ſic deus intelligẽdus eſt requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis, vt iam nullam nouam conderet creaturam, non vt cõditas continere & gubernare ceſſaret.

Sabbatum. CCLXXVIII. Obſeruatione ſabbati, quæ vacatione vni⁹ diei figurabatur ablata, perpetuũ ſabbatũ obſeruat, qui ſpe futuræ quietis ſanctis operib⁹ intẽtus, nec in ipſis actibus ſuis, quaſi de propriis, & de iis quę nõ acceperit, gloriatur, & illũ in ſe operari cognoſcit qui ſimul operatur & operando quietus eſt.

Requies dei. CCLXXIX. Requies dei rectè intelligẽtibus ea eſt, quæ nullius indiget bono, Et ideo certa requies nobis in deo eſt, quia beatificamur bono quod ipſe eſt, nõ ipſe eo quod nos ſumus. Nam & *Gene. 1.* nos aliquid bonũ ab ipſo ſumus, qui fecit omnia bona valde, in quibus fecit & nos. Porrò alia res bona præter ipſum nulla eſt quã ipſe nõ fecit, ac per hoc nullo bono alieno eget, qui bono quod fecit non eget.

Temporum initium. CCLXXX. Facta creatura, motibus cœperũt currere tempora. Vnde ante creaturã fruſtra tempora requirũtur, quaſi poſſint inueniri ante ipſa tempora. Motus enim ſi nullus eſſet vel ſpiritalis vel corporalis creaturę, quo per pręſens F præteritis futura ſuccederent, tempus nullũ omnino eſſet. Moueri autẽ creatura nõ vtiq; poſſet ſi non eſſet. potius ergo tẽpus à creatura quàm creatura cœpit ex tẽpore, vtrunque autem ex deo. Ex ipſo enim & per ipſum & *Roma 11.* in ipſo ſunt omnia.

Omnia dei arbitrio regi. CCLXXXI. Cũ ſaluator dicat vnũ paſſerem nõ cadere in terrã ſine voluntate dei: & quòd fœnum agri quod poſt paululũ mittendũ eſt in clibanũ, ipſe tamẽ formet ac veſtiat, *Matth. 10.* *Matth. 6.* ſic cõfirmat non ſolũ iſtam partem mundi rebus deputatã, verũetiam viliſsimas abiectiſsimaſq; particulas diuina prouidentia regi, ne fortuitis perturbari motibus ea quorũ cauſas comprehendere nõ poſſumus æſtimemus.

Anima rationalis. CCLXXXII. Anima rationalis in ea debet regi, quæ ſpiritaliũ natura maxime excellũt, & quæ ſurſum ſunt ſapiunt, nõ quę ſuper terrã.

Miracula. CCLXXXIII. Naturarum conditor deus nihil in miraculis contra naturam facit, nec quod nouũ eſt cõſuetudini, repugnans eſt rationi. Nobis ergo vidẽtur contra naturã inſolita, quibus aliter naturę curſus innotuit: non autem deo, cum hoc eſt natura quod fecerit.

Corporum mutatio. CCLXXXIIII. Omne corpus in omne corpus poſſe mutari credibile eſt: quodlibet autẽ corpus in animam rationalem poſſe cõuerti, credere abſurdũ eſt. Quoniã deus ſic

eſt

G eſt omnipotens vt nunquā ſuæ rationis inſtituta cōuel-
Meritum. lat. CCLXXXV. Sicut aër ex præſenti lumine non fa-
ctus eſt lucidus, ſed fit: quia ſi factus eſſet, non autem fie-
ret, etiā abſente lumine lucidus permaneret: Sic homo
pręſente deo illuminatur, abſente autē tenebratur, à quo
non locorū interuallis, ſed volūtatis auerſione diſcedi-
Obedietia. tur. CCLXXXVI. Magna eſt vtilitas hominis, iubēti deo,
etiā incognita ratione iuſsionis, ſeruire: Iubendo enim
deus vtile facit quicquid iubere voluerit: de quo metuē-
dum nō eſt, ne non profutura præcipiat: nec fieri poteſt,
vt volūtas propria nō grandi ruinę pōdere ſuper homi-
nē cadat, ſi eā volūtati ſuperioris extollendo præponat.
Excellētia CCLXXXVII. Quàm excellēs bonum natura humana
humanæ ſit, hoc maxime apparet, quòd datū ipſi ſit vt poſsit ſum-
naturæ. mi & incōmutabilis boni adhærere naturę. Quòd ſi no-
luerit, bono ſe priuat, & hoc ei malū eſt. Vnde per iuſti-
ciā dei, etiam cruciatus cōſequetur. Quid enim tam ini-
quum, q̃ vt deſertori boni bene ſit? Aliquādo amiſsi ſu-
perioris boni nō ſentitur malū, dū habet quod eſt ama-
tum inferius bonū. Sed diuina iuſticia eſt, vt qui volun-
tate amiſit quod amare debuit, amittat cū dolore quod
amauit, & naturarū creator vbiq; laudetur. Adhuc enim
H bonū eſt quod dolet amiſſum bonū: Nā niſi aliquid bo-
nū remāſiſſet in natura, nullius amiſsi boni dolor eſſet
Poteſtas no- in pœna. CCLXXXVIII. Nocēdi cupiditas poteſt eſſe à
cendi. ſuo cuiq; animo praua. Non eſt autē poteſtas niſi à deo,
Roma. 13. & hæc abdita altaq; eius iuſticia, quoniam nō eſt iniqui-
Deus ſum- tas apud deum. CCLXXXIX. Quātum & quale bonum
mū bonum. ſit deus, etiam ex hoc euidenter oſtēditur, ꝙ nulli à deo
recedenti bene eſt: quia & qui gaudēt in mortiferis vo-
luptatibꝰ, ſine doloris timore eſſe nō poſſunt. Et qui om
nino malū deſertionis ſuæ maiore ſuperbiæ tumore nō
ſentiunt, aliis qui hoc diſcernere nouerūt quanta ſit mi-
ſeria apparet: vt ſi nolint recipere medicinā, talia deui-
Nulla crea- tandi valeant ad exemplū quæ poſſunt habere. CCXC.
tura mala. Sicut vera ratio docet, meliorē eſſe creaturā quā pror-
ſus nihil delectat illicitū: ita eadem ratio docet etiam il-
lam bonā eſſe, quę in poteſtate habet illicitā delectatio-
nem ita cohibere, vt nō ſolū de cæteris licitis recteq; fa-
ctis, verūetiā de ipſius prauæ delectationis coërcitione
Opera dei. lætetur. CCXCI. Magna opera domini, exquiſita in om-
Pſal. 110. nes volūtates eius, Præuidet bonos futuros, & creat: pręuidet malos futuros & creat: ſeipſum ad fruendū prębet
I bonis, multa bonorū ſuorum largiēs, etiā malis miſeri-
corditer ignoſcens, iuſte vlciſcens: nihil metuens de cu-
iuſquā malicia, nihil indigēs de cuiuſquā iuſticia: nihil
ſibi cōſulens de operibus bonorum, cōſulens autem bo-
Superbia nis de pœnis malorum. CCXCII. Cū ſuperbia ſit amor
& inuidia. excellentiæ propriæ, inuidentia vero ſit odiū fœlicitatis
alienæ, quod vnde naſcatur in prōptu eſt. Amādo enim
quiſq; excellētiam ſuā, vel paribus inuidet ꝙ ei coæquē-
tur, vel inferioribus ne ſibi coęquentur, vel ſuperioribus
Coloſſ. 2. ꝙ eis non coæquetur. Superbiendo ergo quiſq; inuidus,
Plenitudo non inuidendo ſuperbus eſt. CCXCIII. Plenitudo diui-
diuinitatis nitatis dicta eſt in Chriſto corporaliter habitare, non
in Chriſto. quia diuinitas corpus eſt, ſed quia ſacramēta veteris te-
Hebræ. 10. ſtamēti appellantur vmbræ futuri. Propter vmbrarū cō-
paratione corporaliter dicta eſt in Chriſto plenitudo
diuinitatis habitare, ꝙ in illo impleantur omnia quę in
illis vmbris figurata ſunt, ac ſic quodā modo vmbrarū
præcedentiū ipſe ſit corpus, hoc eſt figurarū & ſignifica-
Pugna cō- tionū illarū ipſe ſit veritas. CCXCIIII. Actio in hac vita
tra vicia. pia eſt, deū colere & eius gratia contra vicia interna pu-
gnare: eiſq; vſq; ad illicita inſtigantibus cogitationibus
nō cedere: & vbi ceditur indulgētiam, atq; vt nō ceda-
tur adiutoriū dei affectu religioſæ pietatis expoſcere. In K
paradiſo ſi nemo peccaſſet, nō eſſet actio pietatis expu-
gnare vicia: quia fœlicitatis eſſet māſio vicia nō habere.
CCXCV. Fortitudinē gentilium mundana cupiditas, *Fortitudo.*
fortitudinē autē Chriſtianorum dei charitas facit: quæ *Roma. 5.*
diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritū ſanctū qui da-
tus eſt nobis, non per voluntatis arbitriū quod eſt à no-
bis. CCXCVI. Nō poteſt eſſe vllum malum, niſi in ali- *Viciū nō ni-*
quo bono: quia nō poteſt eſſe niſi in aliqua natura. Om- *ſi in bono.*
nis autē natura, inquantum natura, bona eſt. CCXCVII. *Gratia.*
Debetur merces bonis operibus ſi fiāt, ſed gratia quę nō
debetur præcedit vt fiant. CCXCVIII. Circuncilio car- *Circuncīſio*
nis lege præcepta eſt, quia nō poſſet melius per Chriſtū *& baptiſ-*
ſignificari regenerationis authorē tolli originale pecca- *mus.*
tum. Cō præpucio quippe omnis homo naſcitur, quēad- *Gene. 17.*
modum cum originali peccato. Et die octauo lex circū-
cidi carnē præcepit, quia Chriſtus die dominico reſur-
rexit qui poſt ſeptimū ſabbati octauus eſt. Et circunciſus
pręputiatū gignit, traiiciēs in illū quo ipſe iam caruit: ſi-
cut baptizatus in filium quē genuerat carne, reatū traii- *Adā duo.*
cit originis quo ipſe iam liber eſt. CCXCIX. Primus ho-
mo Adā ſic olim defunctus eſt, vt tamē poſt illū ſecūdꝰ L
homo ſit Chriſtus, cū tot milia hominū inter illū & hūc
orta ſint: & ideo manifeſtū eſt pertinere ad illum omnē
qui ex illa ſucceſsione ꝓpagatus naſcitur, ſicut ad iſtum
pertinet omnis qui gratiæ largitate in illo renaſcit̃. Vn-
de fit vt totū genꝰ humanū quodā modo ſint homines,
primus & ſecundus. CCC. Nullo modo iudicia dei cō- *Iudicia dei*
paranda ſunt iudiciis hominū, quia nō dubitandum eſt
eſſe iuſtum etiā quando facit quod hominibus videtur
iniuſtum. CCCI. Iuſtus ex deo, nō ex hominibꝰ naſcitur, *Natiuitas*
quoniā renaſcendo, nō naſcendo fit iuſtus. Vnde etiam *iuſtorum.*
renati filij dei vocātur. CCCII. Natura humana etſi ma *Natura hu-*
la eſt, quia viciata eſt, nō tamē malū eſt, quia natura eſt: *manæ æ-*
ſitie quo bono nullū poteſt eſſe viciū, quamuis ſine vicio *qualitas.*
poſsit eſſe vel nūquā viciata vel ſanata natura. CCCIII. *Mors pecca-*
Iuſtum dei iudicium eſt, vt peccato ſuo quiſq; pereat, cū *torum.*
deus peccatum nō faciat, ſicut mortē nō fecit: & tamen
quē dignū morte ſenſit, occidit. Vnde legitur, Mors & *Sapien. 1.*
vita à deo eſt. Quæ duo inter ſe cōtraria profecto videt *Eccli. 11.*
quiſquis ab operibus diuinis iudicia diuina diſcernit:
quia aliud eſt creādo nō inſtituiſſe mortalē, aliud iudi-
cando plectere peccatorem. CCCIIII. Deus quidē mū- *Pœna pec-*
dum fecit & corpora prorſus omnia. Sed vt corpꝰ cor- M *cati.*
ruptibile aggrauet animā, & caro concupiſcat aduerſus *Sapien. 9.*
ſpiritū, nō eſt præcedēs natura hominis inſtituti, ſed cō- *Galat. 5.*
ſequēs pœna peccati. CCCV. Quātiſlibet viciis turpetur *Inſtitutio.*
natura quæcūq; inſtitutio eius ſemper eſt bona, Nā ſicut
inſtitutio corporis bona eſt, etiā quādo naſcitur morbi-
dus, & inſtitutio animi bona eſt, & quādo naſcit̃ fatuus,
ſic inſtitutio ipſius hominis bona eſt quando naſcit̃ ori-
ginalis peccati obnoxius. CCCVI. Sicut quidā parētes *Abolitio*
aggrauant originale peccatū, ita quidā releuant: ſed nul- *peccati.*
lus tollit, niſi ille de quo dictum eſt, Ecce agnꝰ dei, ecce *Ioan. 1.*
qui tollit peccata mūdi: cui nullū bonū hominis impoſ-
ſibile, nullū malum inſanabile. CCCVII. Nō ad merita *Gratia.*
hominū, ſed ad dei miſericordiā pertinet, cū ex illa maſ-
ſa primi hominis, cui mors merito debetur, quiſq; libe-
ratur, Nō eſt enim iniquitas apud deū, quia in remittēte
non eſt exigendū quod debet iniuſtus. Et ibi gratuita eſt *Roma. 9.*
indulgētia, vbi iuſta poſſet eſſe vindicta. Natura huma-
na & ſi in illa integritate in qua cōdita eſt maneret, nul-
lo modo ſeipſam creatore ſuo nō adiuuāte ſeruaret. Vn-
de cū ſine dei gratia ſalutē nō poſſet ſeruare quā accepit,
quo modo ſine dei gratia poteſt recuperare quod per-
didit?

A didit? CCCVIII. Inexcuſabilis eſt omnis peccator, vel
Peccator inexcuſabilis. originis reatu, vel additamento ꝓpriç volũtatis, ſiue qui nouit, ſiue qui ignorat: ſiue qui iudicat, ſiue qui nõ iudicat: quia & ipſa ignorãtia in eis qui intelligere noluerũt, ſine dubitatione peccatum eſt: in eis autẽ qui nõ potuerunt, pœna peccati. Ergo in vtriſq; non eſt excuſatio, ſed
Qui ſpiritu dei agũtur. iuſta damnatio. CCCIX. Plus enim proculdubio eſt agi q̃ regi: qui enim regitur, aliquid agit, & ideo regitur vt recte agat. Qui autẽ agitur, agere ipſe aliquid vix intelligitur. Et tantũ præſtat volũtatibus noſtris gratia Salua-
Roma. 8. toris, vt nõ dubitet Apoſtolus dicere, Quotquot ſpiritu dei aguntur, hi filij dei ſunt. Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere poteſt, q̃ vt illi ſe cõmendet qui
Reſurrectio male agere non poteſt. CCCX. Liberari à corpore mor-
Roma. 7. tis huius omni ſanato languore cõcupiſcẽtiæ carnis, eſt
Auxilium dei. non ad pœnã corpus recipere, ſed ad gloriam. CCCXI. Multa bona facit deus in homine quæ non facit homo: nulla vero facit homo quæ de⁹ nõ facit vt faciat homo.
Vera iuſticia. CCCXII. Iuſticia ſecundum quam iuſtus ex fide viuit, quoniam per ſpiritũ gratiæ homini ex deo vera iuſticia
Abacuc. 2. eſt: quæ licet nõ immerito in aliquibus iuſtis pro huius
B vitæ capacitate perfecta dicatur, parua tamen eſt ad illã
Philip. 3. magnã quam capit ęqualitas angelorũ: quã Paulus quia nondũ habebat, propter illã quæ iam inerat, perfectũ: & propter iſtam quæ adhuc deerat, imperfectũ ſe eſſe dicebat. Sed planè minor iuſticia iſta facit meritũ, maior illa facit pręmiũ. Vnde qui iſtã non ſequitur, illam nõ aſſe-
Mors Chriſti. quetur. CCCXIII. De vno ſolo mediatore dei & hominum homine Chriſto Ieſu fides catholica nouit, ꝙ pro nobis mortẽ, id eſt, peccati pœnã ſine peccato ſubire dignatus eſt. Sicut enim ſolus ideo fact⁹ eſt hominis filius qui habuit ſine meritis pœnã, ſic nos per illum ſine bonis meritis gratiã. Quia ſicut nobis nõ debebat̃ aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Cõmendãs ergo dilectionem ſuã in eos quibus daturus erat indebitã vitam, pati
Natura & gratia. pro eis indebitã mortẽ voluit. CCCXIIII. Sicut eis qui volẽtes in lege iuſtificari, à gratia exciderunt, veriſsime
Galat. 2. dicit Apoſtolus, Si ex lege iuſticia eſt, ergo Chriſt⁹ gratis mortuus eſt: ſic eis qui gratiã cõmendant pręcepit fides Chriſti, fidẽ autem Chriſti putãt eſſe naturã veriſsime dicitur, Super naturã iuſticia eſt, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Iam hoc enim lex erat & nõ iuſtificabat: iam hoc erat & natura, & nõ iuſtificabat. Ideo Chriſtus
C nõ gratis mortuus eſt, vt & lex per illum impleretur qui
Matth. 5. dixit, Nõ veni ſoluere legẽ, ſed adimplere: & natura per Adã perdita, per illũ repararet̃ qui dixit, veniſſe ſe quæ-
Luca. 19. rere & ſaluare quod perierat. CCCXV. Poſſe habere fi-
Miſericordia & iudicium. dem ſicut poſſe habere charitatẽ, non eſt naturæ hominum. Habere autẽ fidẽ, ſicut habere charitatẽ, gratiæ eſt fideliũ. Sed cum voluntas credẽdi aliis præparetur, aliis nõ præparetur à domino, diſcernẽdũ eſt quid veniat de
Pſal. 24. miſericordia eius, quid de iudicio. Vniuerſæ enim viæ domini miſericordia & veritas. Inueſtigabiles autẽ ſunt viæ ipſius. Inueſtigabilis igitur & miſericordia quæ gra-
De auxiliãdo. tis liberat, & veritas qua iuſte iudicat. CCCXVI. Nemo exigit quicquã ad id in quo ipſe eſt, niſi in aliquãtulũ ad
Mundi gloria. id in quo eſt deſcendat. CCCXVII. Quas vires nocẽdi habeat humanæ gloriæ amor, nõ ſentit niſi qui ei bellũ indixerit: quia ſi cuiquã facile eſt laudẽ nõ cupere dum
Contemptus opum. negatur, difficile eſt ea non delectari cũ offertur. CCCXVIII. Omnes mũdi opes contẽnit, qui non ſolũ quantum potuit, ſed etiam quantũ voluit habere contẽnit. In quo cauẽdum eſt, ne ſurrepat elatio, Vtilius enim terrena opulẽtia humiliter retinetur, quàm ſuperbe relinqui-
Ira. tur. CCCXIX. Nulli iraſcenti videtur ira ſua iniuſta.

Vnde ab omni indignatione cito redeundũ eſt ad mã- D
ſuetudinis lenitatẽ. Nam pertinax mot⁹ facile in eius odium tranſit, cui nõ celeriter ignoſcitur. CCCXX. Qui *Gratia.*
dedit legẽ, ipſe dedit & gratiã: ſed legem per ſeruũ miſit, cum gratia ipſe deſcẽdit: vt quia lex oſtẽdit peccata, nõ tollit, volentes ſuis viribus legem exequi nec valẽtes, cogantur ad gratiam: quæ & impoſsibilitatis morbũ, & inobedientiæ aufert reatum. CCCXXI. Verũ ſabbatum *Sabbatum.*
Chriſtianus obſeruat, abſtinẽs ſe ab omni opere ſeruili, id eſt, à peccato, quoniã qui facit peccatũ, ſeruus eſt pec- *Ioan. 8.*
cati. CCCXXII. Nemo habet de ſuo, niſi peccatũ & mẽ- *Hominum*
daciũ. Si quid autẽ homo habet veritatis atq; iuſticiæ, *propria.*
ab illo fonte eſt quẽ debemus ſitire in hac eremo, vt ex eo quaſi quibuſdã guttis irrorati, nõ deficiamus in via.

CCCXXIII. Quod pater cum Chriſto facit, Chriſtus *Opera Chriſti cũ patre.*
facit: & quod Chriſtus cum patre facit, pater facit: nec ſeorſum facit, nec ſeorſũ aliquid agit inſeparabilis charitas, ſicut ipſe dominus dicit, Ego & pater vnũ ſumus. *Ioan. 10.*

CCCXXIIII. Regenerationis gratiam ita etiam hi nõ *Baptiſmus.*
minuunt qui eius dona nõ ſeruant, ſicut lucis nitorẽ loca immunda non polluunt. Qui ergo gaudes baptiſmi *Galat. 5.*
perceptione, viue in noui hominis ſanctitate: & tenẽs fidem quæ per dilectionẽ operatur, habe bonũ quod nõ- E
dũ habes, vt proſit tibi bonum quod habes. CCCXXV. *Veritas.*
Sic eſt veritas Chriſt⁹, vt totum verũ accipiatur in Chriſto: verũ verbũ dei, deus æqualis patri: vera anima, vera caro: verus homo, ver⁹ deus: vera natiuitas, vera paſsio: vera mors, vera reſurrectio. Si aliquid horũ dixeris falſum, intrat putredo: de veneno ſerpẽtis naſcunt̃ vermes mendaciorũ, & nihil integrũ remanebit: quia vbi fuerit falſi alicuius corruptio, ibi veritatis integritas non erit.

CCCXXVI. Tanta eſt charitas, quæ ſi deſit, fruſtra ha- *Charitas.*
bentur cætera, ſi aſsit habentur omnia. CCCXXVII. Re- *Chriſtus reliquit patrẽ & matrẽ.*
liquit Chriſtus patrẽ, quia cũ in forma dei eſſet, non rapinã arbitrat⁹ eſt eſſe ſe ęqualẽ deo, ſed ſemetipſum exi-
naniuit formã ſerui accipiens. Hoc eſt enim, reliquit pa- *Philip. 2.*
trẽ, non quia deſerit & receſsit à patre, ſed quia nõ in ea forma apparuit hominibus in qua æqualis eſt patri. Reliquit autẽ matrem, relinquẽdo ſynagogam Iudęorũ, de qua ſecundũ carnem natus eſt, inhęrẽdo Eccleſię, quam
ex omnibus gentibus congregauit. CCCXXVIII. Dor- *Adæ duo.*
mit Adam vt fiat Eua, moritur Chriſtus, vt fiat Eccleſia. *Gene. 2.*
Dormiente Adã fit Eua de latere, Mortuo Chriſto lan- *Ioan. 19.*
cea perforatur latus, vt ſupereffluãt ſacramenta quibus *Roma. 5.*
formetur Eccleſia. Vnde Apoſtol⁹, ipſum Adã dicit for- *1. Corin. 15.*
mam futuri, Quia ſicut in Adã omnes moriuntur, ita in F
Chriſto omnes viuificabuntur. CCCXXIX. Deus homo *Incarnatio verbi.*
factus eſt, quid facturus eſt homo propter quem deus factus eſt homo? CCCXXX. Vna eſt natiuitas de terra, alia *Duplex natiuitas.*
de cœlo eſt: vna eſt de carne, alia de ſpiritu: vna eſt de ęternitate, alia de mortalitate: vna eſt de maſculo & fœmina, alia eſt de deo & Eccleſia. Et ipſæ duæ ſingulares ſunt. Quo modo ergo vterus non poteſt repeti, ita nec
baptiſmus. CCCXXXI. In viſibilia attẽdas, nec panis eſt *Diuerſitas bonorum.*
deus, nec aqua eſt deus, nec lux iſta eſt deus, nec veſtis eſt deus, nec domus iſta eſt deus. Omnia enim hęc viſibilia ſunt & ſingula ſunt. Quod enim eſt panis, nõ hoc eſt aqua: & quod eſt veſtis, non hoc eſt domus: & quod ſunt iſta, nõ hoc eſt deus: viſibilia enim ſunt. Deus autẽ totũ tibi eſt quod recte deſideras, & omniũ bonorum varietas vno fonte perfunditur. Quoniam cũ ſua tribuit, ſeipſum ſub diuerſis munerũ ſuorũ nominibus impertit.

CCCXXXII. Anima carnalia appetẽs, fœminæ cõpara- *Intellectus.*
tur nõ habẽti rectorẽ virũ, qui eſt intellectus, cuius eam oportet ſapiẽtia gubernare: nõ quaſi aliud ſit quàm anima,

G ma, ſed quia obtuitus quidã occultus ſit animæ. Sicut
enim exteriores oculi quiddã ſunt carnis: ita mẽs quid-
dam eſt animi, quod in eo ſecundũ participationẽ diui-
næ rationis excellit. Et tunc omnib⁹ motibus eius bene
præſidet, cũ ſuperna luce radiatur, vt ſit in ea lumẽ ve-
rum, quod illuminet omnẽ hominem venientẽ in hũc
Ioan.1. mundum. CCCXXXIII. Quid ſupplicaturus deo locum
Locus orationis. aptum & ſanctũ requiris? Interiora tua munda, & omni
inde mala cupiditate repulſa præpara tibi in cordis tui
pace ſecretũ. Volens in tẽplo orare, in te ora, & ita age
ſemper, vt dei tẽplum ſis. Ibi enim deus exaudit, vbi ha-
Homo interior. bitat. CCCXXXIIII. Senſus corporis corporalia nũciat
cordi. Et nõ omnium facultas eadem, quia nõ inde vi-
detur vnde auditur: nec vnde ſapor inde & odor capi-
tur. Nec hi miniſtri ſine tactu ad leuia & grauia, calida
& frigida, humida & ſicca diſcernẽda ſufficiũt. In cor-
de vero anim⁹ ſuo tantũ ſenſu diiudicat, & omnes va-
rietates vno motu attingit, & quicquid diſcretionis in-
ter bona & mala, iuſta & iniuſta rationabiliter inuenit,
Vita filij dei. vnus eſt intẽtionis affectus. CCCXXXV. Dei fili⁹ dicitur
vitã habere in ſemetipſo, ſicut habet pater, nõ participã-
do adeptus, ſed naſcendo. Vitã enim genuit pater vita,
H nec differt in aliquo eſſentia gignẽtis & geniti, cũ ſic ex
patre ſit filius, vt cõſempiterna non vna quidẽ perſona,
ſed vna ſit deitas. Quãuis nunq̃ recedat à filio pater, ad
iudicandos tamẽ viuos & mortuos nõ ipſe dicitur, ſed
filius affuturus, quia ibi nec patris nec filij deitas, ſed illa
forma videbitur filij quã ſibi per ſacramẽtũ incarnatio-
nis vniuit. Ipſa ergo erit iudex, quę corã iudice ſtetit. Ip-
ſa iudicabit, quæ iudicata eſt, vt videant impij eius glo-
riam, in cuius manſuetudinẽ fremuerũt. Talis ergo ap-
parebit iudex, qualis videri poſsit, & ab eis quos coro-
naturus, & ab eis quos dãnaturus eſt. Pater autẽ non ap-
parebit, quia forma ſerui nõ eſt indutus, ſed filio qui e-
Voluntas dei. tiã homo fact⁹ eſt, dedit iudicij poteſtatẽ. CCCXXXVI.
Suam volũtatem homines faciũt, nõ dei, quãdo id agũt
quod deo diſplicet. Quando autẽ ita faciunt, vt volunt,
vt diuinæ ſeruiant volũtati, quamuis volẽtes agũt, illius
tamen volũtas eſt à quo & præparatur & iubetur quod
Doctrina patris. volunt. CCCXXXVII. Si illũ docet pater qui audit ver-
bũ eius, quære quid ſit Chriſtus, & inuenies verbũ eius,
Ioan.1. In principio erat verbum: nõ autẽ in principio deus fe-
Gene.1. cit verbum, ſicut in principio deus fecit cœlũ & terram.
I Verbũ enim dei de⁹ eſt, nõ creatura: nec factũ inter om-
nia, ſed per quod facta ſunt omnia. Vt ergo ad talis ver-
bi doctrinã homo in carne cõſtitutus poſsit accedere,
Ioan.1. verbũ caro factũ eſt, & habitauit i nobis. CCCXXXVIII.
Corpus Chriſti. Caro Chriſti vita fideliũ eſt, ſi corpus ipſius eſſe non ne-
gligant. Fiãt ergo corp⁹ Chriſti ſi volũt viuere de ſpiri-
tu Chriſti, de quo non viuit, niſi corpus Chriſti. CCC-
Cõmunio. XXXIX. Eſcam vitæ accipit & poculum vitæ bibit qui in
Chriſto manet, & cuius Chriſtus habitator eſt. Nã qui
diſcordat à Chriſto nec panẽ ei⁹ mãducat, nec ſangui-
nem bibit, etiã ſi tantæ rei ſacramentũ ad iudicium ſuæ
Malorum fœlicitas. præſumptionis quotidie indifferẽter accipiat. CCCXL.
Velut mũdana ſapiẽtia, vt nunquã permitteret eos deus
qui mali ſunt eſſe fœlices, quod vtiq; non ſinet: ſed ideo
mali cũ habent quod volunt fœlices putãtur, quia quid
Mutatio cordis. ſit fœlicitas ignorant. CCCXLI. Aliud eſt migrare cor-
pore, aliud corde. Migrat corpore qui motu corporis
mutat locũ. Migrat corde q motu cordis mutat affectũ.
Chriſma. Si aliud amabas, non es niſi vbi eras. CCCXLII. Chriſti
nomẽ à chriſmate eſt, id eſt, ab vnctione. Quia ideo om
nis Chriſtianus ſanctificatur, vt intelligat ſe nõ ſolũ ſa-
cerdotalis & regiæ dignitatis eſſe cõſortem, ſed etiã cõ-
tra diabolũ fieri luctatorẽ. CCCXLIII. Sequamur Chri- K
ſtum lumen verũ, nec ambulemus in tenebris. Tenebræ *Lumen.*
autẽ metuendæ ſunt, morum, nõ oculorũ: & ſi oculorũ,
nõ exteriorum, vnde diſcernitur nõ album & nigrum,
ſed iuſtũ & iniuſtũ. CCCXLIIII. Catholica fides dominũ *Incarnatio verbi.*
Ieſum Chriſtum & verũ deum & verum hominẽ credit
& prædicat. Vtrunq; enim ſcriptum eſt, & vtrunque ve-
rum eſt. Qui deum tantummodo aſſerit eſſe Chriſtũ, &
potẽtiam negat qua creatus eſt & medicinã qua ſanatus
eſt. Qui hominẽ tantummodo aſſerit Chriſtũ, potentiã
negat qua creat⁹ eſt. Vtrunq; ergo anima fidelis ac recta
ſuſcipe: eſt deus Chriſtus, eſt & homo Chriſtus: æqualis
deo Chriſt⁹, ęqualis patri, vnũ cum patre: ęqualis homo
Chriſtus virginis filius, trahens de homine mortalitatẽ,
nõ autẽ iniquitatem. CCCXLV. Miſſus dominus Chri- *Miſsio verbi.*
ſtus à patre, nõ receſsit à patre. Miſsio ei⁹ incarnatio fuit,
& inuiſibili deitate hęc fuit, in hũc mundũ venire quod
appareret. Quod ſi cito caperet, nõ opus erat, vt crede-
retur. Credendo ergo capitur, quod niſi credatur, nunq̃
intelligitur. CCCXLVI. Vt recte credatur pater & filius, *Pater & filius.*
& ipſe fili⁹ audiẽdus eſt dicẽs, Ego & pater vnũ ſumus. *Ioan.10.*
Duobus enim verbis duę ſimul hęreſes detruncãtur. Nã L
per id quod ait, vnũ, Arrium perculit: per illud quod ait,
ſumus, Sabelliũ ſtrauit: quia nec ſumus, de vno, nec vnũ,
diceret de diuerſo. CCCXLVII. Vtrunq; nouerimus eſſe *Deus & homo.*
in Chriſto, & vnũ quo ęqualis patri eſt, & vnum quo il-
lo maior eſt pater. Illud verbum eſt, illud caro eſt: illud
deus eſt, illud homo eſt. Sed vnus eſt Chriſt⁹ deus & ho
mo. CCCXLVIII. Multorum hominum multæ ſunt ſine *Vnitas dilectionis.*
dubio animæ, & multa ſunt corda: ſed vbi per dilectio-
nẽ fidemq; adhæreãt deo, vna anima, & vnũ cor fiunt. *Rom.5.*
Si ergo charitas dei quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris
per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis, tantã vnitatẽ mul
tarum animarũ & multorũ cordium facit: quãto magis
certius in patre & filio & ſpiritu ſancto æterna & incõ-
mutabilis vnitas manet, vt indifferẽs trinitas, vnus deus
& vnum lumen & vnum principium. CCCXLIX. Non *Doctrina patris.*
ſic docuit pater filiũ quaſi indoctũ genuerit, & ſciẽtiam
contulerit neſciẽti: ſed intẽporalis doctrinæ eſt intẽpo-
ralis eſſentia: hoc eſt à patre doceri, quod eſt à patre ge-
nerari: quia ſimplicitas naturę eſt, eſſe & noſſe: ſed nõ eſt
aliud atq; aliud, ſed idipſum. CCCL. Fides ſemper præ- *Fides & veritas.*
uenit viſionẽ. Credimus enim vt cognoſcamus, nõ co-
gnoſcimus, vt credamus. Fides ergo eſt quod nõ vides M
credere, veritas quod credidiſti videre. CCCLI. Bonus *Odor Chriſti.*
odor Chriſti eſt prędicatio veritatis, quo odore vitã ca-
pit, qui Euãgelio bonis operib⁹ ſeruit & cõgruit. Mortẽ
autẽ incurrit, omnis qui ab iis quę bene loquiẽ, vita diſ-
ſentit: quæ cõditio & auditores cõſtringit, cũ recta prę-
dicatio ab his per incredulitatẽ audiẽ in mortẽ, ab aliis
per fidẽ ſuſcipitur in ſalutem. CCCLII. Fides Chriſti, eſt *Fides.*
credere in eũ qui iuſtificat impium: credere in mediato-
rem, ſine quo nullus recõciliatur deo: credere in Salua-
torẽ qui venit quærere & ſaluare quod perierat, credere
in eum qui dixit, Sine me nihil poteſtis facere. Sed hanc
fidẽ non apprehẽdit, qui ignorãs dei iuſticiã, qua iuſti-
ficatur impius, ſuã vult cõſtituere, qua cõuincitur ſuper-
bus. CCCLIII. Charitatem habẽs, quæ ex puro corde, & *Charitas.*
cõſcientia bona, & fide nõ ficta, diligit deum, & proxi-
mum ſicut ſeipſum, Amator enim dei amator eſt ſiui: &
qui nõ diligit deum, nõ diligit proximum, quia nõ dili-
git ſeipſum. Pro hac autẽ dilectione patiẽter etiam mũ-
di odia ſunt tolerãda: neceſſe eſt em̃ vt nos oderit, quos *Mũdus duplex.*
videt odiſſe quod diligit. CCCLIIII. Duo hominũ ge-
nera ſub vno nomine nuncupãtur mũdi. Sicut enim di-
citur

A citur mūdus in impiis,ſic dicitur mūdus in ſanctis. Vn-
de cū totus ī ſemetipſo & in amore & in odio diſcor-
det,nos eū & odiſſe iubemur & amare:cū dicitur nobis,
1.Ioan.2. Nolite diligere mūdum:& cum dicitur,Diligite inimi-
Matth.5. cos veſtros:vt quorū execramur iniquitatē optemus ſa-
Gloria. lutem. CCCLV.Ad vitandā tentationem vanæ gloriæ,
melior eſt diſcentis q̃ docētis ſtatus. Tutius enim audi-
tur veritas q̃ prædicatur.Quoniā cū doctrina recipitur,
humilitas cuſtoditur.Cū autem diſputatio placet,vix eſt
vt diſſerentē non pulſet quātulacunq; iactantia. CCC-
Laus dei. LVI. Periculoſum eſt homini ſibi placere, cui cauēdum
eſt ſuperbire.Deus autē quantūcunq; ſe laudet, nō ſe ex-
tollit excelſus , nec ſe vult ſua maieſtate videri maiorē.
Sed cū homini loquitur potētiam ſuam, nō hoc agit vt
glorioſior ipſe; ſed vt ille melior fiat & doctior. Nobis
enim prodeſt authorē noſtrum cognoſcere,& ei qui eſt
ſuper omnia ſubiacere : ne de re quā non poſſumus cō-
prehēdere quid eſt,poſſum⁹ ſentire quod nō eſt. CCC-
Remiſſio LVII. Chriſtiana obſeruantia ad perfectæ pietatis profe-
peccatorū. ctum per mutuā maxime peruenit indulgētiā peccato-
rum,dante nobis domino ſuæ bonitatis exemplū. Nā ſi
B ille in quo nullū omnino fuit peccatū interpellat ꝑ pec
catis noſtris, quāto magis nos inuicē pro propriis orare
debemus. Amplectenda quippe eſt homini qui nō om-
ni poteſt carere peccato, tā benigna cōditio , vt dimit-
Aeterna tendo peccata aliena,diluat ſua. CCCLVIII.Iuſtorū de-
vita. ſideriorū ſocietati tunc nihil deerit,quādo deus omnia
1.Cor.15. in illis omnibus erit.Ad quā beatitudinē hi perueniunt,
qui huic ſeculo ante ſeparationē animæ carne moriun-
tur, nec in eis inueniūtur cupiditatib⁹ quas ſola ſuperat
dilectio dei:vt id patiaī iniquitas quod elegit, & eo bo-
Chriſtus no fruatur iuſticia quod amauit. CCCLIX. Qui ſic cōfi-
homo. tetur dominū Ieſum Chriſtū, vt eundem hominē neget
verū,habentē ſcilicet vnitā ſibi noſtræ carnis & animæ
naturā,non eſt pro illo mortuus Chriſtus,quia ſecundū
hominē mortuus eſt Chriſtus, Nō recōciliatur per me-
1.Tim.2. diatorē deo , Vnus eſt enim deus, & vnus mediator dei
& hominū homo Chriſt⁹ Ieſus, Nec iuſtificatur per ip-
ſum:quia ſicut per inobediētiā vnius hominis peccato-
res cōſtituti ſunt multi,ita per obediētiam vnius homi-
Roma.5. nis iuſti cōſtituētur multi. Nō reſurget in reſurrectione
vitæ,quia per hominē mors , & per hominē reſurrectio
1.Cor.15. mortuorū,Sicut enim in Adā omnes moriūtur,ita & in
C Chriſto omnes viuificabūtur. Null⁹ ſe beati Petri defen
Matth. 26. dat exēplo,qui ſe multis lachrymis accuſauit & lauit,vt
principē ſuū eccleſia,nō negationis, ſed pœnitētiæ imi-
Aeternitas. tatione ſequeretur. CCCLX.In quibuſdā æternis poteſt
eſſe aliqua diſtātia.Ipſa nanq; æternitas abſq; diuerſitate
menſuræ eſt, Multæ quippe māſiones in vna vita varias
meritorū ſignificāt dignitates. Sed vt de⁹ omnia in om
nib⁹ erit,fiet etiā in diſpari claritate per gaudiū,vt quod
habēt ſinguli,cōmune ſit omnibus, Quoniā per conne-
xionē dilectionis , à gloria capitis,nulla aliena erit pars
Fides. corporis. CCCLXI. Fides eorum qui deum viſuri ſunt,
quod nō videt credit:nam ſi videt,nō eſt fides,credenti
Preces. pollicetur meritū,videnti redditur præmiū. CCCLXII.
Male vſurus eo quod vult accipere,deo potius miſerāte
nō accipit.Proinde ſi hoc ab eo petitur,vnde homo ex-
auditus lędatur,magis metuēdū eſt ne quod poſſit deus
Dilectio. dare vt propicius,det iratus. CCCLXIII.Qui diligit me,
Ioan.14. inquit dominus,diligetur à patre meo,& ego diligā eū,
& manifeſtabo illi meipſum. Quid eſt enim,diligā,tāq̃
tunc dilecturus ſit & nunc nō diligat?Abſit.Quo modo
enim nos pater ſine filio,aut fili⁹ ſine patre diligit?Quo
modo inſeparabiliter operanī,ſeparabiliter diligūt?Sed

ad hoc diligā eū,ad hoc quod ſequitur, Et manifeſtabo D
ei meipſum.Diligā & manifeſtabo,id eſt, ad hoc diligā
vt manifeſtē.Nunc enim ad hoc dilexit vt credamus &
mādatū eius teneam⁹. Tūc ad hoc diliget, vt videamus,
& ipſam viſionē mercedē fidei capiamus , Quia & nos
nūc diligimus credēdo quod videbimus,tunc autē dili-
gemus videndo quod credidimus. CCCLXIIII.Ita ſunt Palmites
palmites in vite,vt viti nihil cōferant,ſed inde accipiāt vitis.
vnde viuāt. Sic quippe vitis eſt ī palmitib⁹ vt vitale ali- Eccli.7.
mentū ſubminiſtret eis,non ſumat ab eis. Ac per hoc &
manentē in ſe habere Chriſtū,& manere in Chriſto,di-
ſcipulis vtrunq; prodeſt, nō Chriſto. Nā pręciſo palmi
te poteſt de viua radice alius pullulare:qui autē pręciſus
eſt, ſine radice viuere non poteſt. CCCLXV.Diuinitus Humana
dictū eſt,Noli eſſe iuſtus multū: quoniam nō eſt iuſticia iuſticia.
ſapiētis,ſed ſuperbia præſumentis.Qui ergo ſic fit nimis Eccle.7.
iuſtus,ipſo nimio fit iniuſt⁹.Quis eſt autē qui ſe facit iu-
ſtum, niſi qui dicit ſe nō habere peccatum? CCCLXVI. Simplicitas
Nullius etiā incorporeæ creaturę vere ſimplex ſubſtātia
eſt,cui nō eſt eſſe quod noſſe,poteſt enim eſſe,nec noſſe:
at illa diuina ſubſtātia nō poteſt, quia idipſum eſt quod
habet.Ac per hoc ſic nō habet ſcientiam, vt aliud ſit illi E
ſciētia qua ſcit,aliud eſſentia qua eſt,ſed vtrunq; vnum:
quāuis non vtrunq; dicendū ſit quod veriſſime ſimplex
&vnū eſt.Habet enim vitā pater in ſemetipſo,nec aliud Ioan.5.
eſt ipſe q̃ vita quæ in illo eſt:& dedit filio habere vitam
in ſemetipſo,hoc eſt,genuit filiū, qui & ipſe vita eſt. Sic
itaq; debem⁹ accipere quod de ſpiritu ſancto dictū eſt, Ioan.16.
Nō enim loquetur à ſemetipſo,ſed quæcunq; audiet lo-
quetur:vt intelligamus non eum eſſe à ſemetipſo . Pater
quippe ſolus de alio nō eſt, Nam & filius de patre natus
eſt, & ſpiritus ſanctus de patre procedit. Pater autē nec
nat⁹ eſt de alio,nec ꝓcedit. Nec ideo ſanè aliqua diſpa-
rilitas in ſūma illa trinitate cogitationi occurrat huma-
næ, quia & filius ei de quo nat⁹ eſt, & ſpiritus ſanctus ei
de quo ꝓcedit æqualis eſt. CCCLXVII.Quanuis natura De tēpora-
incōmutabilis nō accipiat, fuit & erit,ſed tantū eſt: ipſe litate dei-
enim veraciter eſt,quia aliter q̃ eſt eſſe nō poteſt:tamen tatis.
propter mutabilitatem temporū in quibus verſatur no-
ſtra mortalitas,nō mendaciter dicimus:& fuit, & eſt,&
erit:fuit in præterito : eſt in præſentibus : erit in futuris.
Fuit quippe quia nunquā deſinit:erit,quia nūquā deerit:
eſt,quia ſemper eſt.Neq; enim velut qui iam nō ſit: cum
præteritis occidit,aut cū præſentibus tanq̃ non maneat F
labitur,aut cū futuris tanquā nō fuerit orietur. Proinde
cū ſecundū temporū volumina locutio humana varia-
tur , qui per nulla deeſſe potuit,aut poteſt,aut poterit tē-
pora,vere dicūtur de illo cuiuſlibet tēporis verba.Sēper
itaq; audit ſpiritus ſanct⁹,quia ſemper ſcit,& ſcire & au-
dire hoc illi eſt,quod ſemper eſſe:ſemper vero illi eſt eſ-
ſe de patre procedere.Nemo autē poteſt dicere ꝙ nō ſit
vita ſpiritus ſanctus,cum vita pater,vita ſit filius. Ac per Ioan.5.
hoc ſicut pater cum habeat vitam in ſemetipſo,dedit &
filio vitā habere in ſemetipſo:ſic ſpiritui ſancto dedit,vi
tam procedere de illo, ſicut & procedit de ipſo. CCC- Dilectio er-
LXVIII.Prorſus donū dei eſt,diligere deum.Ipſe vt dili- ga deum.
geretur donū dedit,qui nō dilectus dilexit:diſplicentes
amati ſumus vt fieret in nobis vnde placeremus. Diffu- Roma.5.
dit enim charitatē in cordibus noſtris ſpiritus patris &
filij, quem cum patre amamus & filio. CCCLXIX. Pax Pax Chri-
Chriſti finem temporis nō habet,& ipſa eſt omnis intē- ſti.
tionis actioniſq; perfectio.Propter hanc ſacramētis eius
imbuimur: propter hāc mirabilibus eius operib⁹ & ſer-
monibus erudimur: ꝓpter hāc ſpiritus ſancti pignus ac-
cepimus: propter hanc in eum credimus & ſperamus,&

amore

G amore ipſius quantum dnnat accendimur: propter hanc denique omnem tribulationē fortiter tnleramus, vt in ea fœliciter ſine tribulatione regnemus. Vera enim pax vnitatē facit, qunniā qui adhæret deo vnus ſpiritus eſt. *1.Cor.6.*

Tempora. CCCLXX. Omne tempus ab illn eſt diſpnſitū qui tempori ſubditus nō eſt, Quoniā quæ futura erant per ſingula tempnra, in dei ſapientia habēt efficaces cauſas, in qua nulla ſunt tempora. Nō ergo credatur bora paſsionis domini fato vrgente veniſſe, ſed deo potius ordināte. Non enim cauſa neceſsitatis Chriſtn intulit crucem, nec ſydera coēgerūt mori ſyderum cōditorem: qui intemporalis cum patre, ſic tempus quo carne moreretur, quemadmodum & quo de matre naſceretur elegit.

Vnitas trinitatis. Ioan.17. CCCLXXI. In eo autem quod dicitur, Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcāt te ſolū verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, Ordn verborum eſt, vt cognoſcant te ſolū verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum cognoſcant ſolū deum verum. Cōſequenter enim intelligitur & ſpiritus ſanctus, quia ſpiritus eſt patris & filij, tanquā charitas ſubſtantialis & cōſubſtantialis amborum: quoniam nō duo dij, pater & filius: nec tres dij, H pater & filius & ſpiritus ſanctus, ſed ipſa trinitas vnus ſolus verus deus. Nec idem pater qui filius, nec idem filius qui pater, nec idē ſpiritus ſanct⁹ qui pater aut filius: quoniā tres ſunt, pater & filius & ſpirit⁹ ſanctus, ſed ipſa trinitas in his deus vnus.

Quid dederit pater filio. CCCLXXII. Quicquid deus pater deo filio dedit, gignēdo dedit: Ita enim dedit filio pater ſine quibus filius eſſe nō poſsit, ſicut ei dedit vt eſſet. Nam quo modn verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia?

Cuſtodia dei. CCCLXXIII. Cuſtodiā dei circa nos nō tanquam carnaliter debemus accipere, velut viciſsim nos ſeruēt pater & filius, amborum in nobis ſeruandi alternāte cuſtodia, quaſi alius alio diſcedēte ſuccedat, Simul enim cuſtodiūt pater & fili⁹ & ſpiritus ſanctus, qui eſt vnus verus deus. Sed ſcriptura nos nō leuat, niſi deſcēdat ad nos, Sicut verbum caro factum deſcendit vt nns releuaret, nō cecidit vt iaceret. *Ioan.1.* Si deſcendentem cngnouimus, cū leuante ſurgamus, & intelligamus cum ita loquitur perſonas eam diſtinguere, non ſeparare naturas.

Gratia. CCCLXXIIII. Si naturam cogitemus in qua creati ſumus, cū nmnes veritas creauerit, quis nnn eſt ex veritate? Sed non nmnes ſunt quibus vt audiant veritatem & credāt, ex ipſa veritate præſtatur. Nullus proculdubio I præcedentibus meritis ſaluatur, ne gratia non ſit gratia. Si enim dixiſſet, omnis qui audit vocem meam, ex veritate eſt: ideo dictus ex veritate putaretur, quia nbtemperat veritati. *Ioan.18.* Nū autem boc ait, ſed, omnis inquit, qui eſt ex veritate, audit vocem meam, Ac per hoc non ideo eſt ex veritate, quia audit eius vocē: ſed ideo audit, quia ex veritate eſt, id eſt, quia illi hoc dnnum collatum eſt: quod quidē nō eſt aliud, quàm donante Cbriſto credit in Chriſtum.

Amor erga deum. CCCLXXV. Quiſquis ſeipſum, nō deū amat, non ſe amat. Et quiſquis deum, nō ſeipſum amat, ipſe ſe amat. Qui enim nnn poteſt viuere de ſe, mnritur vtique amando ſe. Cū ergo ille diligitur de quo viuitur, nnn ſe diligendo magis diligit, qui propterea ſe nō diligit vt eū de quo viuit diligat.

Patris opera quæ & filij. CCCLXXVI. Quicquid illud eſt quod oportet patrem agere ad filium, nō fit niſi per eundem filium ad ipſum: ſcilicet quòd filius hominis eſt, & factus inter omnia per ipſum: quia fili⁹ dei eſt, & per illum fiunt à patre nmnia.

Subiectio filij. 1.Cor.15. Ioan.14. CCCLXXVII. Non eſt mirum dicere Apoſtolum, etiam in futuro ſeculo patri filium ſubiectum futurum, vbi ait, Tūc & ipſe ſubiectus erit ei qui illi ſubiecit omnia. Quandoquidē in filio forma humana manſura eſt, qua ſemper mainr eſt pater. Quanuis nnn defuerunt, qui illā tunc filij ſubiectionem K ipſius humanæ formæ in diuinam ſubſtātiam commutandam intelligendā putarunt, tanquam hoc cuique rei ſubiiciatur quod in eā vertitur & mutatur. Sed intelligi poteſt, ideo magis dixiſſe Apoſtolum, etiā tunc patri filium fuiſſe futurum ſubiectum, ne quis in eo pntaret ſpiritum & corpus humanū conuerſione aliqua cōſumendum: vt ſit deus omnia, non tantum in illius forma hominis, ſed in nmnibus, quādo capitis gloria vniuerſum cnrpus implebit.

Ordo in creaturis. CCCLXXVIII. Quantacunque bona quanuis magna, quāuis minima, niſi ex den eſſe nō poſſunt. Quid enim maius in creaturis quàm vita intelligens: aut quid minus eſſe poteſt quàm cnrpus? Quæ quātumlibet efficiant & in id tendant vt nū ſint: tamen aliquid formę illius remanet vt quolibet modn ſint. Quicquid autē formæ cuiuſpiam rei deficientis remanet, ex illa forma eſt quę neſcit deficere, motuſq; ipſos rerū deficientiū vel proficiētium, excedere numerorū ſuorum leges nō ſinit. Quicquid ergo laudabile aduertitur in rerum natura, ſiue exigua, ſiue ampla, quod laude dignum iudicetur, ad excellentiam & ineffabilē laudem referendum eſt conditoris.

Præſcientia dei. CCCLXXIX. Neminem deus ad L peccandū cogit, præuidet tamen eos qui propria volūtate peccabūt. Cur ergo nō vindicet iuſtus, quæ fieri nō cogit præſcius? Sicut enim nemo memoria ſua cogit facta eſſe quæ prætereunt, ſic deus præſciētia ſua nō cogit faciēda quæ futura ſunt. Et ſicut homn quædam quæ facit meminit, nec tamē omnia quæ meminit facit: ita de⁹ nmnia quorum ipſe authnr eſt, præſcit, nec tamē omniū quę pręſcit ipſe author eſt, Quorum autē nnn eſt author malus, iuſtus eſt vltor.

Cognitio creaturæ inuiſibilis. CCCLXXX. Humana anima naturaliter diuinis, ex quibus pendet, connexa ratinnibus, cum dicit melius fieri hoc quàm illud, ſi verum dicit, & det quod dicit, in illis ſupernis rationibus videt. Credat ergo deum feciſſe quod recto intellectu ab eo faciendū fuiſſe cognoſcit, etiā ſi hoc in rebus factis nō videt: qui etiam ſi cœlum oculis videre nō poſſet, & tamen ratione vera tale aliquid faciendum fuiſſe collegerit, credere debuit factum fuiſſe, quanuis id oculis nō viderit, Non enim cogitatione cerneret factum fuiſſe, niſi his rationibus in quibus facta ſunt nmnia. Quod autē ibi nū eſt, nec poteſt vera cogitatinne videre quod nō eſt.

Remedia peccati. Ioan.1. CCCLXXXI. Quid tam dignū miſericnrdia quàm miſer eſt, & quid tam indignū miſericordia quàm ſuperbus miſer? Ex quo factum eſt, vt illud dei verbum per quod fa- M cta ſunt omnia, & quo fruitur nmnis angelica beatitudo, vſque ad miſeriā noſtrā porrigat clemētiam ſuam. Et verbum caro factū eſt, vt habitaret in nobis: ſic enim poſſet panem angelorū homo māducare nnndum angelis adæqnatus, ſi panis iſte angelorum hominibus dignaretur æquari. Nec ſic deſcendit ad nos, vt illos deſereret, ſed ſimul integer illis, integer nobis: Illos intrinſecus paſcens per id quod deus eſt, nos forinſecus admonens per id quod nns ſumus: & idoneos fecit per fidem, quos per ſpeciem paſcat æqualiter.

Vicium. CCCLXXXII. Dubium nnn eſt, contra naturam eſſe omne vicium & eius rei cuius eſt vicium. Quapropter quoniā in quacunque re non vituperatur niſi vicium, ideo viciū eſt, quia contra naturā eſt, Nullius rei recte vituperatur vicium, niſi cuius natura laudatur. Nnn enim in vicio diſplicet, niſi quod corrumpit quod in natura placet.

Pœna peccati. CCCLXXXIII. Omne pccatum animæ eſt. Duo ſunt pœnalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia deprauat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed apprnbare falſa pro veris vt erret inuitus, & reſiſtēdo repugnationi carnalis vinculi

A culi non poſſe ab illicitis operi temperare, non eſt natura inſtituti hominis, ſed pœna dãnati. CCCLXXXIIII.

Varia remedia. Vt ars medicinæ cum eadem maneat, neque vllo modo ipſa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus, quia mutabilis eſt noſtra valetudo, Ita diuina prouidẽtia cum ſit ipſa omnino incõmutabilis, mutabili tamen creaturę varie ſubuenit, & pro diuerſitate morborum aliis alia iubet, aut vetat, vt à vicio vnde mors incipit, & ab ipſa morte ad naturam ſuam & eſſentiam ea quæ deficiunt, id eſt, ad nihilum tendunt, reducat & firmet.

Præuaricatio. CCCLXXXV. Primum animæ rationalis vicium eſt, voluntas ea faciendi quæ vetat ſumma & intima veritas. Ita homo de paradiſo in hoc ſeculũ depulſus eſt, id eſt, ab æternis ad temporalia, à copioſis ad egena, à firmitate ad infirma. Non ergo à bono ſubſtãtiali ad malum ſubſtantiale, quia nulla ſubſtantia malum eſt: ſed à bono æterno ad bonum temporale, à bono ſpiritali ad bonum carnale, à bono intelligibili ad bonum ſenſibile, à bono ſummo ad bonum infimum. Eſt igitur quoddam bonum, quod ſi diligit anima, peccat: quia infra illam ordinatum eſt: quare ipſum peccatũ malum eſt, non ea ſubſtantia quæ peccando diligitur. CCCLXXXVI.

Veritas. B Lex omnium artium cum ſit omnino incommutabilis, Mens vero humana, cui talem legem videre conceſſum eſt, mutabilitatem pati poſsit erroris, ſatis apparet ſupra mentem noſtram eſſe legem, quæ veritas dicitur. Nec iam illud ambigẽdum eſt, incommutabilem naturam, quæ ſupra animam rationalem ſit, deum eſſe, & ibi eſſe primam vitam & primam eſſentiam, vbi eſt prima ſapiẽtia. Nam hæc eſt illa incommutabilis veritas, quę lex omnium artium rectè dicitur, & ars omnipotẽtis artificis. Itaque cum ſe anima ſentiat, nec corporũ ſpeciem C motuũq; iudicare ſecũdum ſeipſam, ſimul oportet cognoſcat, præſtare ſuam naturã ei naturę de qua iudicat: præſtare autẽ ſibi eam naturam ſecũdum quam iudicat, & de qua nullo modo iudicare poteſt. CCCLXXXVII. *Quo modo diſcatur.*

Ad diſcendum neceſſario dupliciter ducimur, authoritate atque ratione. Tempore authoritas, re autem ratio prior eſt. Aliud eſt enim quod in agendo anteponitur, aliud quod pluris in appetendo æſtimatur. Quia ergo & principium ſapientiæ timor domini, & per humilitatem ad ſublimia gradus eſt, incedat humana ignorantia per fidem, vt mereatur fides videre quod credit.

CCCLXXXVIII. Diuitiis floribus & maiorum nobilitate te iactas, & exultas de patria & pulchritudine corporis, & honoribus qui tibi ab hominibus deferũtur: reſpice teipſum quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis, Circunſpice eos qui ante te ſimilibus ſplendoribus fulſere, Vbi ſunt quos ambiebant ciuium potentatus? Vbi inſuperabiles imperatores? Vbi qui cõuentus diſponebant & feſta? Vbi equorum ſplendidi inuectores? Vbi exercituum duces? Vbi ſatrapæ tyrannici? Nũc omnia puluis, nunc omnia fauillæ, nunc in paucis verſibus eorũ vitæ memoria eſt. Reſpice ſepulchra, & vide, quis D ſeruus, quis dominus, quis pauper, quis diues. Diſcerne ſi potes vinctum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor ſis itaque ne extollaris aliquãdo, Memor autem eris, ſi teipſum reſpexeris. *Gene. 3.*

Tomi tertij operum diui
Auguſtini, Finis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z
A B C D E F G.
Omnes quaterniones præter
G. quinionem.